Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE ROMA
RC
Digitized by Google

RC 437

IOHANNIS DESPAVTERII NINIUITÆ COMMENTARII GRAMMATICI.

IOHANNIS DESPAVterii Niniuitæ Commentarii Grammatici.

EORVM, quæ in Commentariis ſparſim annotata ſunt, index ampliſſimus.



Ex bibli.ca Alemps.na

Biblioth.ca PP. Scholar. Piarum S. Pantaleonis
ex hered.te Fran.ci de Rubeis

PARISIIS.
EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI.
M.D.XXXVII.

Summa & ſeries librorum.

Rudimenta.
Prima pars.
Syntaxis.
Ars verſificatoria.
De accentibus.
De carminum generibus.
De figuris.
Ars epiſtolica.
Orthographia.

Deſpauterius M. Iohanni Vi-

NEANO VVORMHOLTENSI COMPATRI SVO chariſſimo S.

COnqueſti ſunt apud nos plerique, in quorū & tu albo Vineane doctiſſime, nondum puerorum Rudimenta reperiri vlla pueris ſatis facilia: quòd etiam in meis nonnulla deprehendantur, grāmaticæ veſtibulū adeuntibus nimis ardua. Quocirca cum amicis cōpluſculis me rogaſti, vt Rudimēta ſecundò ederem, modo (ſi fieri poſſet) faciliori excogitato. Parui amicorū votis, hoc certè libētius, quòd ſciui priorē editionē adhuc crudā fuiſſe præcipitatā. Itaque opuſculū elucubraui tripertitū. Prima pars minutiſſima quæque continet breuiſſimè. Secunda vulgatiores Latinitatis regulas cōplectitur: quibus mediocriter cognitis, primā grāmaticæ noſtræ vel Alexādri, &c. partem bonis auibus adoleſcētuli adeāt. Tertia pars maiora quædā habet & firmiora, illuminatis iam paululū ingeniis. Vernaculum nuſquā adieci, hanc prouinciā præceptoribus relinquēs, vt qui non noſtratibus ſolū hoc opuſculū ſcripſi, verumetiā Gallis, Hiſpanis, Anglis, &c. Adieci quæſtiūculas fortaſſis non omnino aſpernādas, de pœnitētia, cōfeſſione, peccatis, articulis fidei, & id genus reliquis: vt ab ineunte ætate ſacris pueri imbuātur, citra quæ vana ſunt omnia. Hāc ergo ſecundā Rudimentorū editionem tuo nomini dicatā, qui puerorū doctor es diligentiſſimus, boni cōſule: & meā apud Bergēſes famā à Deſpauterio maſtigib⁹ viriliter tuere, cū amico communi M. Iohāne Centipōdio medico expertiſſimo. Vale Cominii. Quarto Idus Decemb. An. M. D. XIIII.

Rudimenta.

PARTES grāmaticæ quot ſunt? Quatuor. Quæ? Litera, vt a: Syllaba, vt pa: Dictio, vt pater: Oratio, vt pater noſter.

Quid eſt litera? Minima pars vocis compoſitæ, quæ ſcribi poteſt indiuidua.

Quot ſunt literæ? Vigintiduæ. Quæ? a, b, c, d, e, f, g, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, v, x, y, z. Quare omittis h? Quia litera nō eſt, ſed aſpirationis nota. Quare omittis &, ⁹, &c. Quia literæ nō ſunt, ſed ſyllabarum compendia, ſiue abbreuiationes.

Quotuplex eſt litera? Duplex. Quomodo? Vocalis & conſonans.

¶ Quid eſt vocalis? Quæ plenam per ſe vocem facit.

Quot ſunt vocales? Quinq;. Quæ? a, e, i, o, u: quib⁹ addit y Græca.

¶ Quid eſt conſonans? Litera quæ cum vocali ſonat: vt b cum e.

Quot ſunt conſonantes? Sexdecim. Quæ? b, c, d, f, g, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, x, z.

¶ Quid eſt ſyllaba? Literarum comprehenſio ſub vno ſpiritu, & aliquando vna litera: vt a-ue.

¶ Quid eſt diphthongus? Duarum vocalium in eadem ſyllaba vim ſuam retinentium complexio.

Quot ſunt diphthōgi? Quatuor. Quæ? æ, œ, au, eu, & in paucis ei: vt AEneas, cœna, audio, euge, hei. Pro æ, & œ, profertur nunc e.

¶ Quid eſt dictio? Minima pars orationis aliquid ſignificans: vt Homo.

¶ Quid eſt oratio? Dictionum congrua ordinatio: vt Homo albus.

PARTES ORATIONIS.

Partes orationis quot ſunt?Octo.Quæ?Nomen,Pronomen,Verbum,Aduerbium,Participium,Coniunctio,Præpoſitio,Interiectio.

Quot ſunt partes orationis declinabiles?Quatuor. Quæ?Nomen,Pronomen,Verbum,Participium.

Quot ſũt partes orationis indeclinabiles?Quatuor.Quæ?Aduerbiũ,Cõiũctio,Præpoſitio,Interiectio.

NOMEN.

POETA, quæ pars orationis?Nomẽ.Quare?Quia ſignificat ſubſtantiam cum qualitate propria vel communi.

Poeta,quale nomen?Subſtantiuum.Quare? Quia poteſt per ſe ſtare cum verbo in ſenſu perfecto:vt Poeta ſcribit.

Albus,quale nomen?Adiectiuum.Quare?Quia non poteſt per ſe ſtare cum verbo in ſenſu perfecto: vt Albus currit,non dicitur:ſed,Albus equus currit.

¶Nomini quot accidunt? Sex. Quæ?Qualitas,Comparatio,Genus,Numerus,Figura,Caſus: quibus iungimus cum declinatione ſpeciem.

Poeta,cuius qualitatis? Appellatiuæ. Quare? Quia niſi res deſint, multorum nomen eſt in vnica ſignificatione.

Roma,cuius qualitatis?Propriæ.Quare?Quia in vnica ſignificatione vnius nomen eſt.

Quot ſunt qualitates in nomine?Duæ.Quæ?Propria & appellatiua.

¶Poeta comparatur?Non.Quare?Quia eius ſignficatio augeri vel minui nequit in comparando.

Albus comparatur?Ita.Quare? Quia eius ſignificatio poteſt augeri vel minui in comparando:vt Albus,albior,albiſſimus.

Poeta,cuius gradus comparationis?Nullius.Quare?Quia nullum ſubſtantiuum comparatur.

Albus, cuius gradus comparationis?Poſitiui. Quare?Quia ſignificat rem ſuam ſine exceſſu.

Albior, cuius gradus comparationis? Comparatiui. Quare ? Quia ſignificat rem ſuam cum exceſſu non ſummo.

Albiſſimus,cuius gradus cõparationis? Superlatiui.Quare?Quia ſignificat rẽ ſuã cũ exceſſu ſummo.

Comparationis gradus quot ſunt? Tres.Qui?Poſitiuus,vt doctus:Comparatiuus,vt doctior:Superlatiuus,vt doctiſſimus.

¶Poeta,cuius generis?Maſculini.Quare? Quia declinatur cum hic:vt Hic poeta.

Muſa,cuius generis?Fœminini.Quare?Quia declinatur cum hæc:vt Nominatiuo hæc muſa.

Templum,cuius generis?Neutri. Quare?Quia declinatur cum hoc: vt Nominatiuo hoc templum.

Parens, cuius generis? Communis. Quare? Quia declinatur cum hic & hæc: vt Nominatiuo hic & hæc parens.

Fœlix,cuius generis? Omnis. Quare? Quia declinatur cum hic & hæc & hoc: vt Nominatiuo hic & hæc & hoc fœlix.

Paſſer, cuius generis? Epicœni. Quare? Quia ſub vno articulo maſculum & femellam ſignificat : vt Hic paſſer.

Dies,cuius generis?Dubij.Quare?Quia pro eadem re in vario genere reperitur:vt Hic vel hæc dies.

Genera nominum quot ſunt?Septem.Quæ? Maſculinum,fœmininum,neutrum, commune, omne, epicœnum,& dubium.

¶Poeta,cuius numeri?Singularis.Quare?Quia ſingulariter profertur.

Poetæ,cuius numeri?Pluralis. Quare?Quia pluraliter profertur.

Quot ſunt numeri in nomine?Duo.Qui?Singularis,vt Hic magiſter:Pluralis,vt Hi magiſtri.

¶Poeta,cuius figuræ?Simplicis.Quare?Quia nequit diuidi in duas partes,vel plures intelligibiles prioris ſenſus capaces.

Reſpublica,cuius figuræ?Compoſitæ.Quare? Quia poteſt diuidi in duas partes, vel in plures intelligibiles prioris ſenſus capaces,vt in Res & publica.

Figuræ nominũ quot ſunt?Duæ.Quæ?Simplex,vt decens,potens:Compoſita,vt indecens,impotens.

¶Poeta,cuꝰ caſus?Nominatiui.Quare?Quia in eo caſu declinãdo reperit:vt Nominatiuo hic poeta.

Quot ſunt caſus in Nomine?Sex.Qui?Nominatiuus,genitiuus,datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, & ablatiuus.

¶Poeta,quotæ declinationis?Primæ.Quare?Quia eius genitiuus cum datiuo deſinit in æ diphthongon:vt Poeta,poetæ,poetæ.

Dominus,quotæ declinationis? Secundæ. Quare?Quia eius genitiuus deſinit in i,& datiuus in o: vt Dominus,domini,domino.

Homo,quotæ declinationis?Tertiæ. Quare?Quia eius genitiuus deſinit in is, & datiuus in i: vt Homo,hominis,homini.

Manꝰ,quotæ declinationis?Quartæ.Quare?Quia eius genitiuus deſinit in us,& datiuus in ui:vt Manus,manus,manui.

Species, quotæ declinationis? Quintæ . Quare? Quia eius genitiuus deſinit in ei, & datiuus in ei: vt Species,ſpeciei,ſpeciei.

¶Quot ſunt declinationes nominum? Quinque. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta.

Declina Poeta. Nominatiuo hic poeta, Genitiuo huius poetæ, Datiuo huic poetæ, Accuſatiuo hunc poetã, Vocatiuo ô poeta, Ablatiuo ab hoc poeta. Et pluraliter, Nominatiuo hi poetæ, Genitiuo horum poetarũ, Datiuo his poetis, Accuſatiuo hos poetas, Vocatiuo ô poetæ, Ablatiuo ab his poetis.

¶Poeta, cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Quare? Quia deriuatur ab alio. A quo? A ποιῶ, id eſt facio, creo: quia poeta eſt factor carminum.

Res, cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? Quia à nullo deriuatur.

Quot ſunt ſpecies in nomine? Duæ. Quæ? Primititua & deriuatiua.

¶Poeta, quotæ perſonæ? Tertiæ. Quare? Quia ſignificat rem de qua fit ſermo. Nam omne nomen, omne pronomen, omne participium, eſt tertiæ perſonæ, præter Ego cum ſuis caſibus, quod eſt primæ perſonæ: & Tu cum ſuis caſibus, quod cum omni vocatiuo eſt ſecundæ perſonæ.

PRONOMEN.

E GO, quæ pars orationis? Pronomen. Quare? Quia loco proprij nominis ponitur, & certam ſignificat perſonam.

Quot ſunt pronomina? Quindecim. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

¶Ego, quale pronomen? Demonſtratiuum. Quare? Quia per ipſum aliquid demonſtramus.

Quot ſunt pronomina demonſtratiua? Decem. Quæ? Ego, tu, hic, iſte, meus, tuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

¶Quale pronomen eſt is? Relatiuũ. Quare? Quia per ipſum aliquid referimus: vt Diligo Iohannem, & filium eius.

Quot ſũt pronomina relatiua? Quatuor. Quæ? Is, ſuus, ipſe, ſui. Ille refert & mõſtrat, vt hic aliquãdo.

¶Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Species, genus, numerus, figura, pſona, caſus cũ declinatione.

¶Ego, cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? Quia à nullo deriuatur.

Quot ſunt pronomina primitiuæ ſpeciei? Octo. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is.

Meus, cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Quare? Quia deriuatur ab alio. A quo? A genitiuo mei.

Quot ſunt pronomina deriuatiuæ ſpeciei? Septẽ. Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Quot ſunt ſpecies in pronomine? Duæ. Quæ? Primitiua & deriuatiua.

¶Ego, cuius generis? Omnis. Quare? Quia omni generi conuenit: vt Ego vir, ego mulier, ego animal.

Quot ſunt pronomina omnis generis? Quinque. Quæ? Ego, tu, ſui, noſtras, veſtras.

Ille, cuius generis? Maſculini. Quare? Quia maſculino [illegible] conuenit: vt Ille puer.

Illa, cuius generis? Fœminini. Quare? Quia fœminino generi conuenit: vt Illa menſa.

Illud, cuius generis? Neutri. Quare? Quia neutro generi conuenit: vt Illud templum.

Genera pronominum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Maſculinum, fœmininum, neutrum, & omne.

¶Ego, cuius numeri? Singularis. Nos, cuius numeri? Pluralis.

¶Ego, cuius figuræ? Simplicis. Egomet, cuius figuræ? Compoſitæ.

¶Ego, quotæ perſonæ? Primæ. Quare? Quia ſignificat rem de ſe loquentem.

Quot ſunt pronomina primæ perſonæ? Vnum. Quod? Ego, mei vel mis, &c.

Tu, quotæ perſonæ? Secundæ. Quare? Quia ſignificat rem ad quam fit ſermo. Quot ſunt pronomina ſecundæ perſonæ? vnum. Quod? Tu, tui vel tis, cum omni vocatiuo.

Ille, quotæ perſonæ? Tertiæ. Quare? Quia ſignificat rem de qua fit ſermo. Quot ſunt pronomina tertiæ perſonæ? Reliqua omnia.

Perſonæ pronominum quot ſunt? Tres. Quæ? Prima, ſecunda, tertia.

¶Ego, cuius caſus? Nominatiui. Quare? Quia in eo caſu declinando reperitur.

¶Ego, quotæ declinationis? Primæ. Quare? Quia eius genitiuus deſinit in i, & datiuus in i: vt Ego, mei, mihi.

Quot ſunt pronomina primæ declinationis? Tria. Quæ? Ego, tu, ſui.

Ille, quotæ declinationis? Secũdæ. Quare? Quia eius genitiuus deſinit in ius ſyllabas, vel ius ſyllabam: vt Ille illius, hic huius.

Quot ſunt pronomina ſecundæ declinationis? Quinque. Quæ? Ille, ipſe, iſte, hic, is, cum idem.

Meus, quotæ declinationis? Tertiæ. Quare? Quia eius genitiuus deſinit in i vel in æ, & datiuus in o vel in æ: vt Meus mei meo, mea meæ meæ.

Quot ſunt pronomina tertiæ declinationis? Quinque. Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

¶Noſtras, quotæ declinationis? Quartæ. Quare? Quia eius genitiuus deſinit in atis, & datiuus in ati: vt Noſtras, noſtratis, noſtrati.

Quot ſunt pronomina quartæ declinationis? Duo. Quæ? Noſtras & veſtras.

Quot ſunt declinationes pronominum? Quatuor. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta. Declina Ego, Perſonæ primæ, generis omnis, Ego, mei vel mis, &c.

AMO,quæ pars orationis?Verbum.Quare?Quia eſt pars orationis cum tempore & perſona,ſine caſu,aut agere aliquid,aut pati,aut neutrum ſignificans.Agere,vt verbero. Pati,vt verberor.Neutrum,vt ſum.

¶Amo,quale verbum?Perſonale.Quare?Quia niſi ſit defectiuum,per tres diſtinctas perſonas in vtroque numero coniugatur:vt Amo amas amat,&c.

Oportet,quale verbum?Imperſonale.Quare?Quia quum ſit plenum, coniugatur ſolum per vocem ſimilem tertiæ perſonæ ſingularis numeri:vt Oportet,oportebat,oportuit,&c.

Quotuplex eſt verbum?Duplex.Quomodo?Perſonale & imperſonale. Oportet,quale imperſonale? Actiuæ vocis.Quare?Quia in t deſinit:& vernacule dicitur,Gal.per *il*,Theutonice per *het*:vt Oportet,*Il fault,het moet*.

Amatur,quale imperſonale?Paſſiuæ vocis.Quare?Quia in tur deſinit:& vernacule dicitur,Gallice per *on*,Theutonice per *men*:vt Amatur,*On ayme,men mint*.

Quotuplex eſt imperſonale?Duplex.Quomodo?Actiuæ vocis,& Paſſiuæ vocis.

¶Verbo quot accidunt?Septem.Quæ?Qualitas,coniugatio,genus,numerus, figura,tempus,perſona.

¶Amo,cuius qualitatis?Qualitas verbi eſt in modis,& in formis.

¶Amo,cuius modi?Indicatiui.Quare?Quia per ipſum aliquid indicamus:vt Amo ſcientiam.

Ama,cuius modi?Imperatiui.Quare?Quia per ipſum aliquid imperamus:vt Parentes ama.

Amarem,cuius modi?Optatiui.Quare?Quia per ipſum aliquid optamus: vt Vtinam deum amares.

Amauerim,cuius modi?Cõiunctiui.Quare?Quia ipſi alterum verbum coniungimus:vt Si me amaueris,redamaberis.

Amare,cuius modi? Infinitiui.Quare ?Quia neque numerũ,neque perſonam finit:id eſt per ſe recipit.

Quot ſunt modi in verbo?Quinq;.Qui?Indicatiuus,imperatiuus,optatiuus,cõiunctiuus,infinitiuus.

¶Amo,cuius formæ?Perfectæ.Quare?Quia à nullo deriuatur.

Eſurio,cuius formæ?Meditatiuæ.Quare?Quia cum primitiuo ſignificat meditari, ſiue potius deſyderare:vt Eſurio,cupio eſſe:Dicturio,cupio dicere.Semper in urio,& quartæ coniugationis.

Lectito,cuius formæ?Frequentatiuæ.Quare?Quia cum primitiuo ſignificat frequenter:vt Lectito, id eſt frequenter lego:Curſo,frequenter curro.Semper in to,vel ſo,vel xo,vt nexo, & ſunt primæ coniugationis.

Caleſco,cuius formæ? Inchoatiuæ. Quare? Quia cum primitiuo augmenti inchoationem ſignificat: vt Caleſco,id eſt,incipio magis calere,quàm calui.Semper in ſco,& ſunt tertiæ cõiugationis:vt Tepeſco,ſordeſco.

Formæ verborum quot ſunt?Quatuor.Quæ?Perfecta,vt lego:Meditatiua,vt eſurio:Frequentatiua, vt lectito:Inchoatiua, vt ferueſco,caleſco.

¶Amo, quotæ coniugationis? Primæ. Quare ? Quia habet a longum ante re vel ri in infinitiuo : vt Amo,amare:amor,amari.Excipitur do,dare,quia a correptum habet.

Doceo, quotæ coniugationis? Secundæ. Quare? Quia habet e longum ante re vel ri in infinitiuo: vt Doceo,docere:doceor,doceri:miſereor,miſereri.

Lego,quotæ coniugationis?Tertiæ. Quare? Quia habet e breuem ante re in infinitiuo, vel ante ris in indicatiuo:vt Lego,legere:legor,legeris:loquor,loqueris.

Audio,quotæ coniugationis?Quartæ.Quare?Quia habet i longum ante re vel ri in infinitiuo:vt Audio,audire:audior,audiri:metior,metiri.

Coniugationes verborum quot ſunt?Quatuor.Quæ?Prima,ſecunda,tertia,quarta.

¶Amo,cuius generis?Actiui.Quare?Quia deſinit in o,& accepta r litera,facit ex ſe paſſiuũ: vt Amo, amor:Lego,legor.

Amor,cuius generis?Paſſiui.Quare?Quia in r deſinit:& ea dempta,redit in actiuum:vt Amor, amo.

Sedeo , cuius generis? Neutri. Quare? Quia in o deſinit:& accepta r, Latinum non eſt : nam ſedeor non dicitur.

Loquor,cuius generis?Deponentis.Quare?Quia deſinit in r:& ea dempta,Latinum non eſt.Nam loquo non dicitur.

Largior, cuius generis? Communis. Quare? Quia in r deſinit:& ea dempta,Latinum non eſt, & habet vtranque ſignificationem,actiuam & paſſiuam:vt Largior te,largior à te. Da communia. Vulgatiora ſunt hæc,Largior,Experior,Veneror,Moror,Oſculor, Hortor,Criminor amplector, Interpretor,Hoſpitor.

Quot ſunt genera in verbo?Quinque.Quæ?Actiuum,paſſiuum,neutrum,deponens,commune.

¶Amo,cuius numeri?Singularis. Amamus,cuius numeri?Pluralis.

¶Amo,cuius figuræ?Simplicis. Adamo,cuius figuræ?Compoſitæ.

¶Amo,cuius temporis?Præſentis.Quare?Quia rem nunc eſſe,vel fieri ſignificat.

Amaui,cuius temporis?Præteriti.Quare?Quia rem præteriiſſe ſignificat.ſic amabam, & amaueram.

Amabo,cuius temporis?Futuri.Quare?Quia rem futuram eſſe ſignificat.

Quot ſunt tempora in verbo? Tria. Quæ? Præſens, præteritum, & futurum.
¶ Amo, quotæ perſonæ? Primæ. Quare? Quia attribuitur rei de ſe loquenti: vt Ego amo.
Amas, quotæ perſonæ? Secundæ. Quare? Quia attribuitur rei ad quam fit ſermo: vt Tu amas.
Amat, quotæ perſonæ? Tertiæ. Quare? Quia attribuitur rei de qua fit ſermo: vt Petrus amat.
Quot ſunt perſonæ in verbo? Tres. Quæ? Prima, vt lego: Secunda, vt legis: Tertia, vt legit.

ADVERBIVM.

HODIE, quæ pars orationis? Aduerbiũ. Quare? Quia eſt pars orationis quæ adiecta verbo, ſignificationem eius explanat, atque implet.

¶ Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Significatio, comparatio, & figura cum ſpecie.
Hodie, cuius ſignificationis? Temporis. Quare? Quia per ipſum tempus ſignificamus.
Significationes aduerbiorum quot ſunt? Penè innumeræ: vt loci, temporis, &c. Da loci, &c.
¶ Hodie cuius gradus comparationis? Nullius. Quare? Quia eius ſignificatio nequit augeri vel minui in comparando.
Docte, cuius gradus comparationis? Poſitiui. Doctius, comparatiui. Doctiſſime, ſuperlatiui.
¶ Hodie, cuius figuræ? Compoſitæ. Ex quibus? Ex hoc & die. Nunc, cuius figuræ? Simplicis.
¶ Hodie, cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Nunc, cuius ſpeciei? Primitiuæ.

PARTICIPIVM.

AMANS, quæ pars orationis? Participium. Quare? Quia eſt pars orationis partem capiens nominis, partémque verbi.

Quid recipit à nomine? Genera & caſus. Quid à verbo? Tempora & ſignificationes. Quid ab vtroque? Numerum & figuram.

Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Genus, caſus, tempus, ſignificatio, numerus, figura.
¶ Amans, cuius generis? Omnis, vt omne participiũ in ans & in ens. Amatus cuius generis? Maſculini: Amata, fœminini: Amatum, neutri.
¶ Amans, cuius caſus? Nominatiui.
¶ Amans, quotæ declinationis? Tertiæ.
Quot ſunt declinationes in participio? Tres: nam omnia in ans & in ens, ſunt tertiæ declinationis nominis: omnia in us & in um, ſecundæ: & fœminina in a, prim[illegible]
¶ Amans, cuius temporis? Præſentis. Quare? Qu[illegible] in ans vel in ens: vt Legens.
Amatus, cuius temporis? Præteriti. Quare. Quia deſinit in tus, ſus, xus, vel uus: vt Lectus, læſus, nexus, mortuus.
Amaturus, cuius temporis? Futuri. Quare? Quia deſinit in rus vel dus: vt Lecturus, legendus, amandus, &c.
¶ Amans, cuius ſignificationis? Actiuæ. Quare? Quia ab actiuo verbo deſcendit. A quo? Ab amo.
Amatus, cuius ſignificationis? Paſſiuæ. Quare? Quia à paſſiuo verbo deſcendit. A quo? Ab amor.
Stans, cuius ſignificationis? Neutræ. Quare? Quia à neutro verbo deſcendit. A quo? A ſto.
Loquẽs, cuius ſignificationis? Deponẽtis. Quare? Quia à deponenti verbo deſcẽdit. A quo? A loquor.
Oſculans, cuius ſignificationis? Communis. Quare? Quia à communi verbo deſcendit. A quo? Ab oſculor.
Significationes participiorum quot ſunt? Quinque. Quæ? Actiua, paſſiua, neutra, deponens, cõmunis. Ab actiuo quot? Duo, &c.
¶ Amans, cuius ſpeciei? Deriuatiuæ, vt omne participium: quia deriuatur à verbo.
¶ Amans, cuius numeri? Singularis. Amantes, cuius numeri? Pluralis.
¶ Amans, cuius figuræ? Simplicis. Adamans, cuius figuræ? Compoſitæ. Vnde componitur? Ex ad & amans.

CONIVNCTIO.

ET, quæ pars orationis? Coniunctio. Quare? Quia eſt pars orationis annectens ordinánſque ſententiam.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Poteſtas, figura, & ordo.
Et, cuius poteſtatis? Copulatiuæ. Quare. Quia tam ſenſum, quàm dictiones cõiungit.
Vel, cuius poteſtatis? Diſiunctiuæ. Quare? Quia dictiones connectens ſenſum diſiungit.
Quidem, cuius poteſtatis? Expletiuæ. Quare? Quia explet & explanat ſenſum.
Nam, cuius poteſtatis? Cauſalis. Quare? Quia cauſam rei demonſtrat.
Ergo, cuius poteſtatis? Rationalis. Quare? Quia rationem rei demonſtrat.
Poteſtas coniunctionum quot ſpecies habet? Quinque. Quas? Copulatiuas, diſiunctiuas, expletiuas, cauſales, rationales. Da copulatiuas, &c.
¶ Et, cuius figuræ? Simplicis.

Atque,cuius figuræ? Compoſitæ. Vnde componitur? Ex at,& que.

¶ Et,cuiuus ordinis? Præpoſitiui. Quare? Quia præponitur dictioni vel orationi quam copulat: vt Deus & homo.

Quot ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Sexdecim. Quæ? Et,at,aſt,ac,aut,vel,nec,neque,quando,quatinus,ſin,ſeu,ſiue,neue,ni,ſed.

Autem,cuius ordinis? Subiunctiui. Quare? Quia poſtponitur dictioni vel orationi quam coniungit: vt Tu autem.

Quot ſunt coniunctiones ſubiunctiui ordinis? Octo. Quæ? Que,ve,ne,quoque,autem,quidem, vero,enim.

Igitur,cuius ordinis? Communis. Quare? Quia tam præponi,quàm poſtponi poteſt.

Quot ſunt coniunctiones communis ordinis? Reliquæ omnes.

Ordines coniunctionum quot ſunt? Tres. Qui? Præpoſitiuus,ſubiunctiuus,communis.

PRAEPOSITIO.

AD, quæ pars orationis? Præpoſitio. Quare? Quia eſt pars orationis quæ præpoſita alijs partibus in oratione ſignificationem earum aut complet,aut murat,aut minuit: vt Perdoctus,indoctus,ſubtriſtis.

Præpoſitioni quot accidunt? Vnum. Quid? Caſus tantum. Quot caſus? Duo. Qui? Accuſatiuus & ablatiuus.

¶ Ad,cuius caſus? Accuſatiui. Quare? Quia accuſatiuo caſui ſeruit: vt Ad patrem.

Quot ſunt præpoſitiones accuſatiui caſus? Triginta,& verſus. Quæ? Ad,apud,ante,aduerſum,&c.

¶ A,cuius caſus? Ablatiui. Quare? Quia ablatiuo caſui ſeruit: vt A domo.

Quot ſunt præpoſitiones ablatiui caſus? Quindecim. Quæ? A,ab,abs,&c.

¶ In,cuius caſus? Vtriuſque. Quare? Quia vtrique caſui ſeruit, accuſatiuo & ablatiuo: vt Eo in forum: Sum in cubiculo.

Quot ſunt præpoſitiones vtriuſque caſus? Quatuor. Quæ? In,ſub,ſuper,& ſubter.

Quando accuſatiuo caſui ſeruiunt? Quando nos vel quoſlibet,&c.

¶ Con,qualis præpoſitio? Inſeparabilis. Quare? Quia à compoſitione non ſeparatur.

Quot ſunt præpoſitiones inſeparabiles? Septem. Quæ? Di,dis,re,ſe,an,co,con: vt Diduco,diſtraho,recipio,ſecubo,amplector.cohæreo,congredior.

¶ Abs,ſimplicis figuræ eſt: Abſque,compoſitæ.

INTERIECTIO.

EV, quæ pars orationis? Interiectio. Quare? Quia eſt pars orationis ſignificans mentis affectũ voce incognita.

Interiectioni quot accidunt? Vnum. Quid? Significatio tantum.

Quot ſunt ſignificationes interiectionum? Penè innumeræ: vt gaudentis,dolentis,&c.

Heu,cuius ſignificationis? Dolentis? Quare? Quia dolorem per ipſum indicamus.

Da dolentis: vt Heu,hei,ah.

Da gaudentis: vt Euax,oh.

Da admirantis: vt Papæ.

Da timentis: vt Atat.

Secũda pars huius opuſculi, LATINITATIS REGVLAS VVLGATIORES BREuiſſimè complectens.

DEVS ſanctus,éſtne oratio bene Latina? Etiam. Quare? Quia adiectiuũ & ſubſtantiuum concordant in genere,numero,caſu. Declara. Deus,eſt ſubſtãtiuum: & ſanctus,eſt adiectiuum: vtrunque generis maſculini,numeri ſingularis,caſus nominatiui. Sic,Pater meus,doctus magiſter,liber lectus,caſta virgo,pia mater,durum caput.

Quotuplex eſt adiectiuum? Triplex. Nomen,vt bonus: Pronomen,vt meus: Participium,vt lectus.

EGO miſer,eſt oratio Latina? Eſt. Quare? Quia demonſtratiuum & res demonſtrata,concordant in genere,numero, caſu. Declara. Ego,eſt demonſtratiuum: & miſer,res demonſtrata: vtrunque generis maſculini,numeri ſingularis, caſus nominatiui.

DEVS viuit, quem adoramus,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia relatiuum & antecedens concordant in genere, numero,perſona. Declara. Deus,eſt antecedens: & quem, relatiuum: vtrunque generis maſculini, numeri ſingularis,perſonæ tertiæ.

De quibus relatiuis intelligitur regula? Solum de qui quæ quod,is,ipſe,hic,ille.
Qui & ipſe ſunt omnis perſonæ.

QVEM quæritis? Ieſum Nazarenum. Eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia interrogatiuum & reſponſiuum concordant in caſu. Declara. Quem,eſt interrogatiuum:& Ieſum Nazarenum,eſt reſponſiuum:vtrunque accuſatiui caſus.

DOCTIOR illo,eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia comparatiuꝰ habet ablatiuum. Declara. Doctior,eſt comparatiuus:& illo,eſt ablatiuus.
Sic,Clarior ſole,nigrior pice,&c.

Hic caſus declaratur per quàm:alioquin genitiuus daretur:vt Fortior manuum eſt dextera.

OPTIMVS plebis,eſt oratio Latina? Ita. Quare? Quia ſuperlatiuus genitiuum habet,vel ſingularem nominis collectiui,vel pluralem nominis non collectiui:vt Doctiſſimus poetarum. Declara. Optimus,eſt ſuperlatiuus:& plebis,genitiuus nominis collectiui plebs.

Quid eſt collectiuum? Quod pro vnica re nõ capitur:vt Plebs,populus,turba,exercitus,grex,&c.

VRBS Roma,eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia quoties duo nomina ſubſtantiua ad eandem rem pertinentia,ſine coniunctione in oratione conueniunt,eiuſdem erunt caſus. Declara. Vrbs Roma,ſunt eiuſmodi nomina,ambo nominatiui aut vocatiui caſus.

Sic,Pontius Pilatus,Magiſter Iohannes,&c.

LIBER Petri,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia quoties duo nomina ſubſtantiua ad diuerſa pertinentia,ſine coniunctione conueniunt,alterum erit genitiui caſus. Declara. Liber magiſtri,ſunt eiuſmodi nomina:& magiſtri,eſt genitiui caſus.

Sic,Criſta galli,cuſtos templi,pudor virginis.

EGO SVM,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omne verbum perſonale finiti modi,vult ante ſe nominatiuum eiuſdem numeri & perſonæ. Declara. Sum,eſt verbum perſonale finiti modi:& ego,nominatiuus: vtrunque eſt numeri ſingularis,primæ perſonæ.

Sic,Ego canto,tu ploras,luſor iurat,nos flemus,vos ridetis,ranæ coaxant.

Qui ſunt modi finiti? Indicatiuus,imperatiuus,optatiuus,& coniunctiuus.

LEGO,dicitúrne Latine? Quidni? Quare? Quia in omni verbo primæ vel ſecundæ perſonæ,aliquando etiam in verbo tertiæ perſonæ ſubauditur nominatiuus. Declara. Lego,eſt verbum primæ perſonæ,in quo ſubauditur nominatiuus Ego.

Sic,Reſpice finem,vitemus peccatum,pluit,aiunt,&c.

VOCOR Petrus,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omne verbum ſubſtantiuum,omne verbum vocatiuum,& omne verbum vim eorum habẽs,regit poſt ſe nominatiuum:vt Sum homo,appellor Iohãnes,quis vocaris? crederis diues. Declara. Vocor,eſt verbum vocatiuũ,& habet poſt ſe nominatiuum Petrus.

Quid eſt verbum vocatiuum? Quod nomen rei paſſiuæ indicat.
Quot ſunt verba vocatiua? Quinque. Quæ? Nuncupor,Appellor,Vocor,Dicor,Nominor.
Quid eſt verbum ſubſtantiuum? Per quod alia verba declarantur aut coniugantur.
Quot ſunt verba ſubſtantiua? Vnum. Quod? Sum. Omnia alia ſolent vocari adiectiua:quia ſubſtantiui ſignificato aliquid adiiciunt:vt Amo,id eſt ſum amans.
Da horum vim habẽtia. Fio,Euado,Exiſto,Exto,Venio,Videor,Iudicor,Cognominor,Inſcribor,&c. vt Fio doctus,Videor tibi ſtultus,&c.

ME LEGERE,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia infinitiuus verbi perſonalis habet ante ſe accuſatiuum. Declara. Legere,eſt infinitiuus huius verbi perſonalis Lego:& habet ante ſe accuſatiuum me.

VOLO legere,eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia quoties duo verba ſine coniunctione conueniunt, alterum erit infinitiui modi. Declara. Volo legere,ſunt duo verba ſine coniunctione,quorum Legere,eſt infinitiui modi.

AMO DEVM,eſt oratio Latina? Ita. Quare? Quia omne verbum actiuum cuiuſcunque generis,regit poſt ſe accuſatiuum. Declara. Amo, eſt verbum actiuum:& habet poſt ſe accuſatiuum deum.

Sic,Aro terram,loquor verbum,furor aurum,oſculor matrem.
Hic accuſatiuus in oratione paſſiua fit nominatiuus:vt Amo te,tu amaris à me.

AMOR à deo,eſt oratio cõgrua? Eſt. Quare? Quia omne verbum paſſiuum cuiuſcunque generis regit poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione à vel ab. Declara. Amor,eſt verbum paſſiuũ, & habet poſt ſe ablatiuum deo,cum præpoſitione à.

Sic,Vapulo à præceptore,oſculor à matre,diligor à fratre,&c.

STVDEO grammaticæ,éſtne locutio apta? Etiam. Quare? Quia omne verbũ acquiſitiuè poſitum,regit poſt ſe datiuum. Declara. Studeo eſt verbum acquiſitiuè poſitum, & habet poſt ſe datiuum grammaticæ.

Sic,Medeor vulneri,aſſum lectioni,faueo iuſto,&c.

DO TIBI panem, eſt oratio congrua? Maxime. Quare? Quia omne verbum actiuum acquiſitiuè poſitum, cupit poſt ſe accuſatiuum cum datiuo. Declara. Do, eſt verbum actiuum acquiſitiuè poſitum, & habet poſt ſe accuſatiuum panem, cum datiuo tibi.

Sic, Gratias agamus domino. Scribo tibi epiſtolam, &c.

Accuſatiuus fit nominatiuus in paſſiua locutione, datiuus manet: vt Do tibi panem, panis datũr tibi à me, &c.

IEIVNAVI biduum, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omne verbum, vbi quæſtio fieret per quandiu, petit poſt ſe accuſatiuum vel ablatiuum temporis. Declara. Hic quæſtio fieret per quandiu. vt Quandiu ieiunaſti? Reſpondetur, Ieiunaui biduum vel biduo, in accuſatiuo vel ablatiuo.

Sic, Studui Louanij duos annos, vel duob⁹ annis. Nauigaui duas hebdomadas, vel hebdomadib⁹, &c.

Cur dixiſti per Quãdiu? Quia ad Quãdo, ſolus ablatiuus reſpõdetur: vt Quando veniſti? Hora tertia.

AMANS deum, eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia omne participium cum gerũdio & ſupino in um, petit poſt ſe caſum ſui verbi. Declara. Amans, eſt participium ab Amo: & habet poſt ſe accuſatiuum deum: vt Amo.

Sic, Studens muſicæ, amatus à deo, venio lectum hiſtoriam, tempus eſt canendi hymnum.

VADO ſcriptum, èſtne bona Latinitas? Eſt profecto. Cur? Nam prius ſupinum petit verbum motus ad locum. Declara. Scriptum, eſt prius ſupinum, & habet ante ſe verbum motus quod eſt vado.

RARVM inuentu, èſtne eleganter dictum? Etiam. Quare? Quia ſupinum in u, eleganter iungitur adiectiuo: vt Facile dictu, turpe relatu: id eſt ad referendum, &c.

STVDVI Louanij, eſt oratio bene Latina? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum primæ & ſecundæ declinationis, ſingularis numeri, cum appellatiuis domi, belli, humi, militiæ, ponũtur pro aduerbijs loci in genitiuo, vbi quæſtio fieret per Vbi. Declara. Hic quæreretur per Vbi, Vbi ſtuduiſti? & Louanium eſt nomen oppidi, ſecundæ declinationis, ſingularis numeri. ideo in genitiuo dicitur, Studui Louanij.

Sic, Sum Romæ, cœno domi, iaceo humi, &c.

NATVS Athenis, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum pluralis numeri, vel tertiæ declinationis, cum ablatiuo Ruri, ponuntur pro aduerbijs in datiuo, & aliquando in ablatiuo, vbi quæſtio fieret per Vbi. Declara. Hic per Vbi quæreretur, Vbi natus eſt Plato? & Athenæ eſt nomen oppidi, pluralis numeri. ergo in datiuo vel ablatiuo dicitur, Natus Athenis.

Sic, Habito Ieroſolymis, ſtudeo Tyburi, Terentius eſt natus Carthagini, contineo me ruri, &c.

VADO Romam, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum ponuntur ſine præpoſitione in acuſatiuo cum appellatiuis Rus & Domus, vbi quæſtio fieret per Quò. Declara. Hic quæreretur, Quò vadis? & Roma, eſt nomen oppidi. ergo per accuſatiuum dicitur, Vado Romam.

Sic, Eo Gandauum, nauigo Antuerpiam, venio domum, ambulo rus.

VENIO Roma, dicitúrne cõgrue? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum ponuntur in ablatiuo ſine præpoſitione, vbi quæſtio fieret per Vnde vel Quà, cum appellatiuis Domo & Rure. Declara. Hic per Vnde quæreretur, Vnde venis? & Roma, eſt nomen oppidi. ergo in ablatiuo dicitur, Venio Roma, Gandauo, rure, domo.

Quà ibis Gandauum? Cortraco.

Vbi, id eſt, in quo loco. Quò, ad quem locum. Vnde, de quo loco. Quà, per quem locum.

Inuenies præpoſitionem aliquando additam: vt Sum in domo, vado ad Romam, venio de Roma, &c. ſed multo ſæpius omittitur.

ô MELIBOEE, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia aduerbium ô habet vocatiuum. Sic Heus: vt Heus bone vir.

OCCVLO cautè, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia aduerbium adiacet ſuo verbo in bono ſenſu. Declara. Cautè, eſt aduerbium, & adiacet huic verbo occulo.

Sic, Canto ſuauiter, aſpicio crudeliter, incedo honeſtè, viuo caſtè, iaculor longè, &c.

PARVM vini, eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia nonnulla aduerbia loci, temporis, & quãtitatis, ornatè regunt genitiuũ. Declara. Parũ, eſt aduerbiũ quantitatis, & habet genitiuũ vini.

Sic, Eò loci, huccine rerum, eò ſuperbiæ, nuſquam terrarum, tunc temporis, pridie paſchæ, poſtridie nuptiarum, ſatis pecuniæ, modicum vini, abundè ingenij, &c.

VIR & vxor, eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia coniunctio habet ſimiles caſus ſine diuerſo regimine. Declara. Et, eſt coniunctio, & habet nominatiuos vir & vxor.

Cur dixiſti, ſine diuerſo regimine? Quia ſic non neceſſariò ponerentur in eodem caſu: vt Liber meus & Petri. Emi ducato & pluris.

Idem contigit in interrogatiuo & reſponſiuo: vt Cuius eſt penna? Mea. Quanti emiſti? Ducato.

VIR & vxor litigant,eſt oratio Latina? Eſt. Quare? Quia copulata per coniunctionem copulatiuam,æquipollent vni plurali. Declara. Vir & vxor,ſunt copulata per coniūctionem ET copulatiuam,& æquipollent vni plurali:quia apponitur verbum pluralis numeri litigant.

AD PATREM,eſt oratio congrua? Eſt. Quare? Quia AD, præpoſitio accuſatiui caſus,habet poſt ſe accuſatiuum patrem.

A DOMO,eſt oratio Latina? Eſt. Quare? Quia A,præpoſitio ablatiui caſus,habet poſt ſe ablatiuum domo.

HEI MIHI,eſt oratio Latina? Etiam. Quare? Quia hei & væh cupiunt Datiuum:vt Hei miſero mihi. Væh ſoli.

O,Heu,& Prò,volunt nominatiuum,accuſatiuum,& vocatiuum:vt Heu me miſerum. Heu priſca fides. O fortunati. O nobilem animum. O fortunatos nimium(bona ſi ſua norint) Agricolas. Prò ſumme Iuppiter. Prò deûm atque hominum fidem.

Tertia huius opuſculi pars,cōtinens paulo maiora et difficiliora,pro antè dicta intelligentibus.

QVAM artem profiteris? Grammaticam. Quid eſt Grammatica? Ars rectè ſcribendi,rectéque loquendi.

Quot ſunt partes Grammaticæ? Quatuor. Quæ? Litera,Syllaba,Dictio,& Oratio.

¶Vnde dicitur litera? A litura quam patitur plerunque.

Literæ quot accidunt? Tria. Quæ? Nomen,quo appellatur:Figura,qua depingitur:Poteſtas,qua valet.

Habéntne literæ aliud nomen? Habent. Quod? Elementum. Quare? Nam vt ex terra,aqua,aere, igne, corpus conflatur:ita ex literis ſyllabæ dictionéſque conſtant.

Differúntne aliquid litera & elementum? Etiam,ſi propriè loquamur. Nam litera ſcribitur,elemētum profertur:ſed differentia rarò obſeruatur.

Quotuplex eſt litera? Duplex: Vocalis & conſonans.

Quot vocales fiunt aliquando conſonantes? Duæ. Quæ? I & u. Quando? Dum præponuntur vocali in eadē ſyllaba:vt Ianua,ieiunus,iecur,adiicio,[illegible],iuuo,vanitas,veritas,vita,volo,vult. Fit id ſemper? Minime. Vbi non? In Græcis & Hebræis i ſolum eſt vocalis:vt Ieſus,Ieſſe,Iaſon,&c.

Quotuplex eſt conſonans? Duplex. Quomodo? Muta & ſemiuocalis.

Quot ſunt mutæ? Nouem. Quæ? B,c,d,f,g,k,p,q,t.

Quare dicuntur mutæ? Quia reſpectu aliarum literarum parum ſonant.

Quot ſunt ſemiuocales? Septem. Quæ? L,m,n,r,ſ,x,z.

Quare dicuntur ſemiuocales? Quia plenā vocē non habent vt vocales:& clarius ſonant quàm mutæ.

Quot ſunt liquidæ? Duæ. Quæ? L,& r:olim etiam m,& n.

Quare dicuntur liquidæ? Quia poſtpoſitæ mutis,ſinunt præcedentem vocalem corripi, tanquam liqueant,& conſonantium vim perdant:vt Pharetra,volucris.

Quot ſunt duplices? Duæ. Quæ? x,& z.

Quare dicuntur duplices? Quia duarum literarum loco ponuntur:vt x pro cs aut gs: vt pax, grex. z pro ſſ:vt patrizo pro patriſſo.

¶Syllaba quid eſt? &c. Vnde dicitur ſyllaba? à συλλαμβάνειν,id eſt comprehendere:quia ſyllaba eſt literarum comprehenſio. ideo ſola vocalis impropriè ſyllaba dicitur.

Da ſyllabam ſine vocali. Nulla eſt.

Quot accidunt ſyllabæ? Quatuor. Quæ? Tenor,ſpiritus,tempus,numerus.

Tenor,eſt accentus aut grauis,aut acutus,aut circunflexus:vt bona dôs:bo acuitur,na deprimitur ſiue grauatur,dos circunflectitur.

Spiritus,aut aſper eſt,vt crux:aut lenis,vt lana.

Tempus,eſt prolationis menſura. Longa ſyllaba,habet tempora duo:breuis,vnum,&c.

Numerus eſt quo ſyllaba conſtat,vt ab vna litera ad ſex: vt A,abs,mons,frons,ſtirps. Aldus vnicum ſeptem literarum affert ex Vitruuio,quod eſt ſtriglx.

Quæ eſt regula de ſyllaba ti? Quoties ti præponitur in eadem dictione vocali, profertur vt ci:vt gratia,tentatio,doctior. Quot modis hoc verū non eſt? Tribus. Quibus? Præcedente x aut ſ:vt miſtio vel mixtio,quæſtio. Differentia impediente:vt litium à lis, vitium à vitis:vt differant à nominatiuis litium,vitium. Et quum dictio Græca fuerit aut Hebræa:vt tiara,mantia,Matthias.

Quid eſt dictio? &c. Dictioni quot accidunt? Duo:Figura & ſpecies.

Quot modis dictiones componūtur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris:vt Suburbanus,egoipſe,

adamo,ſuburbanè,perſæpe,adamans.
Ex duobus corruptis:vt Efficax,ab ex & facio. Idem,ab is & de mum,quaſi is iterum. Efficio, efficaciter efficiens.
Ex integro & corrupto,aut ſyllabica adiectione:vt Ineptus,egomet,perficio,inepte,perficiens.
Quid eſt ſyllabica adiectio? Syllaba, cuius ſignificatio in compoſitione tantum deprehenditur,vt in pronomine hæ quatuor,met,te,ce,pte:vt Egomet,tute,huiuſce,ſuapte. Tumet non dicitur,ſed tute,aut tutemet,vt differat à verbo. Ne dicas, Magiſtermet neſcit:quia met ſoli pronomini datur.
Ex corrupto & integro:vt Nugigerulus,à nugarũ gerul9:Iſthic,ab iſte & hic:Alludo,affabre alludẽs.
Aliquando ex cõpluribus:vt Imperterritus,egometipſe,adobruo, inexpugnabiliter,adoperiens.
¶Figuræ quot ſunt? Duæ:Simplex & compoſita.
Cur cum Priſciano non ponis decompoſitam? Quia deriuatio rectius dicitur quàm figura: vt Magnanimitas à magnanimus.
Fgura quid eſt? Simplicis à compoſito diſcretio.
¶Quoto modo componitur reſpublica? Primo:quia ex duobus integris. Municeps,ſecundo: quia ex duobus corruptis. Da integra, Munera capiens. Ineptus,tertio modo componitur,&c.

NOMEN.

NOMEN quid eſt? Pars orationis cum caſu,corpus aut rem propriè communitérve ſignificans. Quid eſt corpus? Quicquid ſentitur:vt Lapis,aer.
Quid eſt res? Quicquid nullo ſenſu percipitur:vt Angelus,anima,virtus.
Vnde dicitur nomen? Ab ὄνομα,id eſt nomen:aut à noſco,quia rem notificat.
Quotuplex eſt nomen? Duplex: Adiectiuum & ſubſtantiuum.
Vnde dicitur ſubſtantiuum? A ſubſto:quia adiectiuo ſubſtat.
Vnde dicitur adiectiuum? Ab adijcior:quia ſubſtantiuo adijcitur.
Quot modis ſubſtantiuum declinatur? Duobus. Quibus? Per vnum genus:vt hic pater, hæc mater: hic dominus,hæc domina. Per duo genera:vt hic & hæc parens.
Quot modis adiectiuum declinatur? Tribus. Quib9? Per vnum finem:vt hic & hæc & hoc fœlix. Per duos:vt hic & hæc fortis,& hoc forte. Per tres:vt hic acer,hæc acris,hoc acre:bon9,bona,bonũ,&c.
¶Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas,comparatio,&c.
Cur Donatus omittit perſonam? Quia accidens datur quum variatur. Omne autem nomẽ eſt tertiæ perſonę,præter vocatiuos.
Cur omittit ſpeciem? Quia per figuram facile intelligitur.
Cur omittit declinationem? Quia in caſu continetur.
¶Qualitas quid eſt? Communis à proprio nomine diſtinctio.
Iacôbus,cuius qualitatis? Propriæ. Quomodo propriæ,quum ſit multorum nomen:vt Iacobíque pariles? Hoc non eſt in vnica ſignificatione.
Sol,cuius qualitatis? Appellatiuæ. Quũ appellatiuæ,quum ſit vnius nomen? Eſſet multorum in vnica ſignificatione,niſi res deeſſent. Sic deus,luna,&c.
¶Quot ſunt propriorũ nominum ſpecies? Quatuor. Quæ? Prænomen,nomen,cognomen,agnomẽ.
Prænomen eſt quod differentiæ aut amicitiæ cauſa nomini præponitur:vt Publius.
Nomen eſt propriè vniuſcuiuſque ſuum:vt Virgilius.
Cognomen eſt cognationis nomen:vt Maro.
Agnomen eſt quod ab aliquo euentu imponitur:vt Torquatus.
¶Perottus,Sulpitius,Aldus,cæteríque Itali fermè in ſuis rudimentis ponunt ex Priſciano varias nominum ſpecies. Eas ſiquis deſyderet,ex Sulpitio ſic habeto:ſin nolit,ad alia his omiſſis properato
Species eſt qua cognoſcitur primitiuum à deriuatiuo.
Species nominum duæ ſunt:Primitiua & deriuatiua.
Communes propriorum appellatiuorúmque ſpecies(vt cenſet Priſcianus)hæ ſunt:
Corporale,quod corpus ſignificat:vt Lapis.
Incorporale,quod incorporeum.
Homonymum,quod vna voce diuerſa ſignificat:vt Nepos.
Synonymum,quod quum diuerſum ſit voce,idem ſignificat:vt Enſis,gladius,mucro.
Appellatiuorum propriæ ſpecies ſunt decem & octo.
Adiectiuum eſt quod adijcitur proprijs vel appellatiuis,& ſignificat laudem,vel vituperationem,vel medium,vel accidens vnicuique.
Ad aliquid nomen eſt quod ſine intellectu illius,ad quod dicitur,proferri non poteſt:vt Pater,filius.
Quaſi ad aliquid eſt quod quum ſignificet aliquid contrarium aut adhærens,tamen non etiam illud ſignificat,ex quo accipit denominationem:vt Dies,nox.
Gentile,quod gentem ſignificat:vt Græcus,Italus.
Patrium,quod à patria ſumitur:vt Romanus.
Interrogatiuum,quod cum interrogatione profertur:vt Qualis.

Infinitum,quod incertum quid ſignificat:vt Quis.
Relatiuum,quod refert aliquid:vt Alius.
Collectiuum,quod in ſingulari multitudinem ſignificat:vt Populus.
Diuiduum,quod à duobus vel pluribus ad ſingulos refertur,vel ad plures in numero pari:vt Vterque,bini,terni.
Fictitium eſt quod à proprietate ſonorum per imitationem fit:vt Tintinnabulum.
Generale,quod in ſpecies diuidi poteſt:vt Animal. Speciale,quod à genere diuiditur:vt Homo.
Ordinale,quod ordinem ſignificat:vt Primus. Numerale,quod numerum demonſtrat:vt Duo.
Abſolutum,quod per ſe plenum eſt:vt Ratio. Temporale,quod tempus oſtendit:vt Menſis.
Locale,quod locum aut ſpatium indicat:vt Longinquus.
❨Species deriuatorũ ſunt hæ,Patronymicũ,poſſeſſiuũ,cõparatiuũ,ſuperlatiuũ,diminutiuũ,& denominatiuũ,verbale,participiale,& aduerbiale.Ex his quia reliqua ſuo loco dicemꝰ,nũc hęc noſſe ſit ſatis.
Poſſeſſiuum eſt quod cum genitiuo principali ſignificat aliquid ex his quæ poſſidentur.
Diminutiuum eſt quod diminutionem ſui primitiui abſolutè demonſtrat.
Denominatiuum eſt generaliter omne quod à primitiuo nomine denominatur.
Verbale,quod à verbo:vt Amator.
Participiale,quod à participijs:vt Amandus.
Aduerbiale,quod ab aduerbijs:vt Craſtinus,&c.
❨Comparatio quid eſt? Rei ad rem collatio.
Poſitiuus quotæ declinationis? Semper ſecundæ aut tertiæ:& in fœminino,primæ: vt Doctus,docta, doctum:fortis,forte.
Comparatiuus quotæ declinationis? Semper tertiæ,communis generis ſub or, & neutri ſub us:ut Hic & hæc fortior,& hoc fortius.
Superlatiuus quotæ declinationis? Semper ſecundæ & primæ,in mus,ma,mum:vt Fortiſſimus, fortiſſima,fortiſſimum.
Cõparatiuꝰ vnde formať? A genitiuo vel datiuo poſitiui in i,adiecta or:vt Docti,doctior:forti,fortior.
Superlatiuus vnde formatur? A nominatiuo in er,adiecta rimus:vt Piger,pigerrimus:pauper,pauperrimꝰ. Aut à poſitiui genitiuo vel datiuo in i,adiecta ſ & ſimus:vt Docti,doctiſſimꝰ:forti,fortiſſimꝰ.
❨Quæ faciunt comparatiuum,aut ſuperlatiuum irregulariter? Hæc,
Siniſter ſiniſterior ſiniſtimus. Bonus melior optimus. Malus peior peſſimus.
Magnus maior maximus. Paruus minor minimus.
Multus plurimus,multa plurima,multum plus plurimum.
Munificus munificentior munificentiſſimus. Sic Honorificus,Mirificus,Magnificus,& ſimilia à Facio. Item Maledicus,Beneuolus,&c.
Iuuenis iunior,ſine ſuperlatiuo. Nequam nequior nequiſſimꝰ. Extra exterior extimꝰ,vel extremꝰ.
Citra citerior citimus. Vltra vlterior vltimus. Prope propior ꝓximus. Dexter dexterior dextimꝰ
Maturus maturior maturrimus,vel maturiſſimus. Satur ſaturior ſaturrimus,vel ſaturiſſimus.
Vetus veterior veterrimus. Poſt poſterior poſtremus. Supra ſuperior ſupremus.
Intra interior intimus. Infra inferior infimus.
Ante anterior,ſine ſuperlatiuo:vt adoleſcens & ſenex,&c. Facilis facilior facillimus.
Sic eunt Agilis,Gracilis,Humilis,Similis,Docilis,&c.
Hæc ſecundum vulgatiorem opinionem dicta ſunt:de quibus acutius in libro quarto Grammaticæ noſtræ diſputamus.

Comparationum exempla.

❨Sanctus. In maſculino genere,Nominatiuo hic ſanctus ſanctior ſanctiſſimus. In fœminino genere, hæc ſancta ſanctior ſanctiſſima. In neutro genere, hoc ſanctum ſanctius ſanctiſſimum.
Genitiuo huius ſancti ſanctioris ſanctiſſimi,huius ſanctæ ſanctioris ſanctiſſimæ,huius ſancti ſanctioris ſanctiſſimi.
Datiuo huic ſancto ſanctiori ſanctiſſimo,huic ſanctæ ſanctiori ſanctiſſimæ, huic ſancto ſanctiori ſanctiſſimo.
Accuſatiuo hũc ſanctum ſanctiorem ſanctiſſimum,hanc ſanctam ſanctiorem ſanctiſſimam,hoc ſanctum ſanctius ſanctiſſimum.
Vocatiuo ô ſancte ſanctior ſanctiſſime,ô ſancta ſanctior ſanctiſſima,ô ſanctum ſanctius ſanctiſſimũ.
Ablatiuo ab hoc ſancto ſanctiore vel ſanctiori ſanctiſſimo,ab hac ſancta ſanctiore vel ſanctiori ſanctiſſima,ab hoc ſancto ſanctiore vel ſanctiori ſanctiſſimo.
Et pluraliter,nominatiuo hi ſancti ſanctiores ſanctiſſimi,hæ ſanctæ ſanctiores ſanctiſſimæ,hæc ſancta ſanctiora ſanctiſſima.
Genitiuo horum ſanctorum ſanctiorum ſanctiſſimorum,harum ſanctarum ſanctiorum ſanctiſſimarum,horum ſanctorum ſanctiorum ſanctiſſimorum.
Datiuo his ſanctis ſanctioribus ſanctiſſimis, in omni genere.
Accuſatiuo hos ſanctos ſanctiores ſanctiſſimos,has ſanctas ſanctiores ſanctiſſimas,hæc ſancta ſan-

ctiora ſanctiſſima.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo,& ablatiuus datiuo.

Sic comparabis Magnus maior maximus,& cætera in us. Sed multus comparatiuum in ſingulari nõ habet in maſculiuo & fœminino genere.

¶Niger. In maſculino genere, Nominatiuo hic niger nigrior nigerrimus. In fœminino genere, Nominatiuo hæc nigra nigrior nigerrima. In neutro genere, Nominatiuo hoc nigrũ nigriꝰ nigerrimũ.

Genitiuo huiꝰ nigri nigrioris nigerrimi, huiꝰ nigrę nigrioris nigerrimę, huiꝰ nigri nigrioris nigerrimi.

Datiuo huic nigro nigriori nigerrimo, huic nigræ nigriori nigerrimæ, huic nigro nigriori nigerrimo.

Accuſatiuo hunc nigrum nigriorem nigerrimum, hanc nigram nigriorem nigerrimam, hoc nigrum nigrius nigerrimum.

Vocatiuo ô niger nigrior nigerrime, ô nigra nigrior nigerrima, ô nigrum nigrius nigerrimum.

Ablatiuo ab hoc nigro nigriore vel nigriori nigerrimo, ab hac nigra nigriore vel nigriori nigerrima, ab hoc nigro nigriore vel nigriori nigerrimo.

Et pluraliter, nominatiuo hi nigri nigriores nigerrimi, hæ nigræ nigriores nigerrimæ, hæc nigra nigriora nigerrima.

Genitiuo horum nigrorum nigriorum nigerrimorum, harum nigrarum nigriorum nigerrimarum, horum nigrorum nigriorum nigerrimorum.

Datiuo his nigris nigrioribus nigerrimis, in omni genere.

Accuſatiuo hos nigros nigriores nigerrimos, has nigras nigriores nigerrimas, hæc nigra nigriora nigerrima.

Vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo,& ablatiuus datiuo.

Sic eunt Pulcher, Ater, Macer, Tener, Miſer,& cætera.

¶Dulcis. In maſculino genere, Nominatiuo hic dulcis dulcior dulciſſimus. In fœminino, Nominatiuo hæc dulcis dulcior dulciſſima. In neutro, Nominatiuo hoc dulce dulcius dulciſſimum.

Genitiuo huius dulcis dulcioris dulciſſimi, huius dulcis dulcioris dulciſſimæ, huius dulcis dulcioris dulciſſimi.

Datiuo huic dulci dulciori dulciſſimo, huic dulci dulciori dulciſſimæ, huic dulci dulciori dulciſſimo.

Accuſatiuo hunc dulcem dulciorem dulciſſimum, hanc dulcem dulciorem dulciſſimam, hoc dulce dulcius dulciſſimum.

Vocatiuo ô dulcis dulcior dulciſſime, ô dulcis dulcior dulciſſima, ô dulce dulcius dulciſſimum.

Ablatiuo ab hoc dulci dulciore vel dulciori dulciſſimo, ab hac dulci dulciore vel dulciori dulciſſima, ab hoc dulci dulciore vel dulciori dulciſſimo.

Et pluraliter, nominatiuo hi dulces dulciores dulciſſimi, hæ dulces dulciores dulciſſimæ, hæc dulcia dulciora dulciſſima.

Genitiuo horum dulcium dulciorum dulciſſimorum, harum dulcium dulciorum dulciſſimarum, horum dulcium dulciorum dulciſſimorum.

Datiuo his dulcibus dulcioribus dulciſſimis, in omni genere.

Accuſatiuo hos dulces dulciores dulciſſimos, has dulces dulciores dulciſſimas, hæc dulcia dulciora dulciſſima.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo,& ablatiuus datiuo. Sic eunt Fortis, Suauis, Mitis,& ſimilia.

¶Fœlix. In maſculino genere, Nominatiuo hic fœlix fœlicior fœliciſſimus. In fœminino genere, hæc fœlix fœlicior fœliciſſima. In neutro genere, hoc fœlix fœlicius fœliciſſimum.

Genitiuo huius fœlicis fœlicioris fœliciſſimi, huius fœlicis fœlicioris fœliciſſimæ, huius fœlicis fœlicioris fœliciſſimi.

Datiuo huic fœlici fœliciori fœliciſſimo, huic fœlici fœliciori fœliciſſimæ, huic fœlici fœliciori fœliciſſimo.

Accuſatiuo hunc fœlicem fœliciorem fœliciſſimum, hanc fœlicem fœliciorem fœliciſſimam, hoc fœlix fœlicius fœliciſſimum.

Vocatiuo ô fœlix fœlicior fœliciſſime, ô fœlix fœlicior fœliciſſima, ô fœlix fœlicius fœliciſſimum.

Ablatiuo ab hoc fœlice vel fœlici fœliciore vel fœliciori fœliciſſimo, ab hac fœlice vel fœlici fœliciore vel fœliciori fœliciſſima, ab hoc fœlice vel fœlici fœliciore vel fœliciori fœliciſſimo.

Et pluraliter, nominatiuo hi fœlices fœliciores fœliciſſimi, hæ fœlices fœliciores fœliciſſimæ, hæc fœlicia fœliciora fœliciſſima.

Genitiuo horum fœlicium fœliciorum fœliciſſimorum, harum fœlicium fœliciorum fœliciſſimarum, horum fœlicium fœliciorum fœliciſſimorum.

Datiuo his fœlicibus fœlicioribus fœliciſſimis, in omni genere.

Accuſatiuo hos fœlices fœliciores fœliciſſimos, has fœlices fœliciores fœliciſſimas, hæc fœlicia fœliciora fœliciſſima.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo,& ablatiuus datiuo.

Sic eunt Miſericors, Prudens, Solers, Audax,&c.

¶Genus quid eſt? Sexus diſcretio, & maſculini à cæteris diſtinctio.

Genera nominum quot ſunt? Septem. Quæ? Maſculinum, &c.

Cur Donatus ſolum quatuor ponit? Quia commune cæditur in commune duûm, quod vulgo commune nũcupatur: & cõmune trium, quod omne dicitur: & ſubcommune, id eſt epicœnum. Dubiũ ſemper maſculinum, aut fœmininum, aut neutrum eſt: & ita Donatus ſufficiẽter genera enumerat.

¶Numerus quid eſt? Dictionis forma, quæ diſcretionem quantitatis facere poteſt.

Roma in plurali? Caret. Cur? Quia Omnia propria vt propria ſunt, carent plurali: niſi ſint tantum pluralia: vt Athenæ. Cur dicis, vt propria ſunt? Quia propria pro multis eiuſdem nominis, propriorum naturam perdunt: vt Iacóbi, Scipiones, &c.

Caſus quid eſt? Declinationis gradus. Et ſunt ſex: Nominatiuus, qui & rectus. Genitiuus, qui & patri9 & poſſeſſiuus. Datiuus, qui & commendatiuus. Accuſatiuus, qui & cauſatiuus. Vocatiuus qui & ſalutatorius. Ablatiuus, qui & comparatiuus & Latinus dicitur.

¶Quot ſunt recti? Duo: Nominatiuus & vocatiuus.

Quot obliqui? Quatuor: Genitiuus, datiuus, accuſatiuus, ablatiuus.

¶Declinatio quid eſt? Dictionis per caſus in fine variatio.

Vnus, quotæ declinationis? Nullius in nomine. Cur? Quia habet ſecundam declinationem pronominis: vt Vnus vna vnum, vnius, vni. Quot ſunt talia? Nouẽ. Quæ? Vnus, vllus, vter, nullus, ſolus, alter, totus, alius, & quis.

Quot iſtorum habent vocatiuum? Tria. Quæ? Totus, ſolus, & vnus.

Declina Magiſter per regulas Donati. Non diſcimus: quia declinationum regulas ex alio libro perfectius, CHRISTO fauente, diſcemus.

PRONOMEN.

PRONOMEN quid eſt? Pars orationis quæ pro nomine poſita, tantundem penè ſignificat, perſonámque interdum recipit.

Vnde dicitur pronomen? A pro, & nomen: quia pro nomine ponitur, ne nominis iteratio faſtidium pariat.

Quot ſunt pronomina? Quindecim. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Cur omittis quis, talis, qualis, à Donato inter pronomina numerata? Quia quis, qualis, talis, teſte Priſciano, nomina ſunt, non pronomina: licet cum multis alıter doceat Donatus. Cur ita? Quia proprium eſt pronominis certam ſignificare perſonam: licet Donatus dicat, Perſonámque interdum recipit: & loco proprij nominis poni. Hoc iſtis non conuenit: ergo nomina ſunt, non pronomina. Ideo etiam qualitas omittitur: quia nulla pronomina ſunt infinita. Ergo in pronomine non eſt genus comune duûm, quod Donatus poſuerat propter talis, qualis. Nam noſtras, veſtras, omnis generis ſunt: quia legimus, noſtratia verba, &c.

Quot pronomina habent vocatiuos? Quatuor. Quæ? Tu, meus, noſter, noſtras.

¶Quotuplex eſt pronomen? Quintuplex. Quomodo? Demonſtratiuum, relatiuum, poſſeſſiuum, gentile, & reciprocum.

Meus, quale pronomen? Poſſeſſiuum. Quare? Qua per ipſum poſſideri aliquid ſignificamus.

Quot ſunt pronomina poſſeſſiua? Quinque. Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Quod eſt nomen his ſimile? Cuius cuia cuium: vt Cuia eſt penna?

Noſtras, quale pronomen? Gentile & patrium. Quare? Quia per ipſum, gentẽ, patriámque indicamus: vt Noſtras, id eſt noſtræ gentis vel patriæ.

Quot ſunt pronomina gentilia? Duo. Quæ? Noſtras & veſtras.

Quod eſt nomen his ſimile? Cuias. vt Cuias es? Romanus, &c.

Sui, quale pronomẽ? Reciprocum. Quare? Quia ſui ſignificationem in ſe reflectit: vt Inuidus ſibi nocet, ſe lædit.

Quot ſunt pronomina reciproca? Duo. Quæ? Sui & Suus.

¶Declina noſtras. Nominatiuo hic & hæc & hoc noſtras. Genitiuo huius noſtratis, Datiuo huic noſtrati, Accuſatiuo hũc & hanc noſtratẽ & hoc noſtras, Vocatiuo ô noſtras, Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc noſtrate vel noſtrati.

Et pluraliter, Nominatiuo hi & hæ noſtrates & hæc noſtratia, Genitiuo horum & harum & horum noſtratium, Datiuo his noſtratibus, Accuſatiuo hos & has noſtrates & hæc noſtratia, Vocatiuo ô noſtrates & ô noſtratia, Ablatiuo ab his noſtratibus. Eodem modo declinatur Veſtras.

Cur noſtras & veſtras, præter morem pronominum ſumunt in declinatione articulos? Quia habent tertiam declinationem nominum.

Cur Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, non ſumunt articulos, quum habeant ſecundam declinationem nominum? Quia adiectiua ſunt. Iam doctiſſimi aſſerunt adiectiua ſecundæ carere articulis: vt Bonus bona bonum.

¶Declina Idem. Nominatiuo idem eadem idem. Genitiuo eiuſdem. Datiuo eidem. Accuſatiuo eun-

dem eandem idem. Ablatiuo ab eodem eadem eodem.

Et pluraliter, iidem vel eidem, eædem eadem. Genitiuo eorundem earundem eorundem. Datiuo eiſdē vel iiſdem. Accuſatiuo eoſdem eaſdem eadem. Ablatiuo ab eiſdem vel iiſdem.

VERBVM.

VERBVM quid eſt? Pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum ſignificans.

Vnde dicitur verbum? A verbero: quia aerem verberat quum profertur.

Amandi, quæ pars orationis? Verbum. Amandi, ſignificat cum caſu, quomodo eſt verbum? Cum caſu quidem ſignificat, ſed abſque genere maſculino, fœminino, aut neutro. iam intellige ſine caſu, cui genus accidit.

Amandi, cuius temporis, & quotæ perſonæ? Ex declaratione noſcitur: vt Amandi te gratia venio: id eſt vt amem. hîc præſentis tēporis eſt, primæ perſonæ. Et ita reſpondetur de omni gerundio & ſupino.

Quid eſt gerundium? Verbum in di, do, dum, ſignificationem eius, à quo deſcendit, gerens: vt Legēdi legendo legendum.

Quid eſt ſupinum? Coniugationis finis in um vel in u deſinens: vt Lectum lectu.

❡Oportet, quale verbum? Imperſonale actiuæ vocis, & coniugatur ſic:

Indicatiuo modo, tempore præſenti, Oportet. Præterito imperfecto, Oportebat. Præterito perfecto, Oportuit. Præterito plus quàm perfecto, Oportuerat. Futuro, Oportebit.

Imperatiuo modo, tempore præſenti, Oporteat.

Optatiuo, vtinam Oporteret, oportuiſſet, oporteat.

Coniunctiuo, quum Oporteat, oporteret, oportuerit, oportuiſſet, oportuerit.

Infinitiuo, Oportere, oportuiſſe. Futuro caret. Sic eunt Pœnitet, Decet, & plura.

Da imperſonalia actiuæ vocis. Refert, Intereſt, Eſt, quæ tria quemuis genitiuum cupiunt, præter primitiuos mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum, veſtrum. Pro quibus Intereſt & Refert cupiunt ablatiuos mea, tua, ſua, noſtra, veſtra: & Eſt, nominatiuos meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum: vt Magiſtri intereſt diligenter docere. Diſcipuli refert ſtrenuè diſcere. Non tua intereſt me carpere ſiquid peccem. Meum eſt te caſtigare. Non tuum eſt hoc ſcire.

Accidit, euenit, & contingit, fítque, placétque,
Et libet, atque licet, liquet, expedit: adde dolétque,
Succedit, conſtat, præſtat, reſtátque, vacátque,
Sufficit, & conducit, auent verbum atque datiuum.
Vt, Libet mihi abire, Præſtat mihi egere, quàm iniuſtè ditari.
Pœnitet & tædet, miſerétque, pigétque, pudétque,
Quartos cum patrijs infinitúmve requirunt.
Vt, Pœnitet me peccati: aut Pœnitet me peccaſſe.
Quartum vult decet, atque iuuat, delectat, oportet.
Vt, Me delectat ſtudere. Non decet te iraſci.

Omnia dicta ferè interdum perſonalia ſunt: vt Domum tuam decet ſanctitudo, &c.

❡Imperſonalium paſſiuæ vocis coniugatio liquet ex Donato: vt Amatur, docetur, &c.

❡Verbo quot accidunt? Septem. Qualitas, coniugatio, &c. aut octo, ſi pro qualitate modum formámque ponas.

❡Modus quid eſt? Diuerſa inclinatio animi, varios eius affectus indicans.

Modi quot ſunt? Quinque. Qui? Indicatiuus, &c.

Quare omittis modum imperſonalem, quem ponit Donatus? Quia quum verbum imperſonale modos habeat vt perſonale, iure ab alijs inter modos non locatur: Imperatiuus etiam deprecatiuus dicitur, quia per ipſum aliquid precamur: vt Miſerere mei deus.

Quæ ſunt optatiui notæ? Vtinam, o ſi, vt, quàm, & ſiqua ſunt aduerbia optandi alia.

Da exemplum de vt. Ouid. de Diana, -oiáque retro Flexit, & vt vellet promptas habuiſſe ſagittas.

Da exemplum de quàm. Nero apud Suetonium, Quàm vellem neſcire literas.

Da optatiui exemplum ſine nota. Alphis Ouidiana, Vellem nulla forem.

Coniunctiuus vocatur etiam ſubiunctiuus: quia ipſi alterum verbum ſubiungitur.

Quæ ſunt notæ coniunctiui? Si, dum, cum, quin, vt, niſi, &c.

❡Forma quid eſt? Verbi ſpecies. Lectito vnde formatur? Patebit ex alio libro.

❡Coniugatio quid eſt? Verbi declinatio.

Coniugationes verborum quot ſunt? Quatuor. Cur ergo Donatus ſolum ponit tres? Tertia Donati ceditur in tertiam breuem, & tertiam longam: quam quartam dicimus. Prima quæ eſt? Non diſcimus: quia breuius & facilius per a ante re, &c. cognoſcimus: licet Donatus rectè doceat.

Sum, cuius coniugationis aut generis? Nullius. Quare? Quia eſt penitus anomalum, nec in o, nec in or deſineris.

Cur eſt anomalum? Quia irregulariter coniugatur: vt Edo,es, eſt. Fero, Volo: quæ tria ſunt tertiæ coniugationis:quia dicimus Edunt,ferunt,volunt,vt legunt. Sum autem,eſt penitus irregulare.

Quotuplex eſt præteritum? Triplex. Imperfectum,quod rem incœptam fuiſſe nondum perfectam ſignificat:vt Legebam.

Perfectum,quod rem perfectè actam ſignificat:vt Legi.

Plus quàm perfectum,quod rem diutule præterijſſe ſignificat:vt Legeram.

¶Amabam,vnde formatur? Ab amas ſecunda perſona præſentis indicatiui dempta s,& addita bam aut bar:vt Amabam,amabar. à Doces,docebam,docebar. Sed in tertia & quarta etiam mutatur i in e:vt Legis,lege,legebam,legebar:audiebam,audiebar.

Amaui,vnde formatur? In præterito perfecto non eſt formationis generalis regula.

Amaueram,vnde formatur? A præterito perfecto amaui,verſa i in e,fit amaue:addita ram,fit amaueram:rim,amauerim:ro,amauero. Amaui addita ſ & ſem,fit amauiſſem:ſ & ſe,fit amauiſſe.

Quot tempora fiunt à præterito perfecto indicatiui? Quinque ſecundum terminationem. Quæ? Ram, ſſem,rim,ro,ſſe. Da verſus.

Præteritum verbi de ſe dat tempora quinque,
Ram,ſſem,rim,ro,ſſe:formabit cætera præſens.

In paſſiua voce hæc tempora ſumuntur ex participio,& verbo ſum:vt Lectus eram vel fueram,&c.

Amauerim,potéſtne eſſe optatiui modi? Poteſt certè:quia Diomedes præteritum perfectum optatiui in rim ponit:vt Vtinam amauerim.& id verum eſſe authoritate oſtendit Priſcianus. Virgilius libro 6,
Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.Id eſt,vtinam fuerit. Lucan. lib.1,
-conditor artis
Finxerit iſta Tages.id eſt,vtinam Tages vir ille finxerit iſta.

Amabo,vnde formatur? A ſecunda perſona præſentis indicatiui ſingularis, abiecta s,& addita bo,aut in paſſiuo bor:vt Amas amabo amabor.doces docebo docebor, &c.in prima & ſecunda coniugatione.

Legam, vnde formatur? A prima poſitione verbi, verſa o in am, & in paſſiuo in ar: vt à Lego,lègam, legar.ab Audio,audiam,audiar. Sic cætera in tertia & quarta coniugationibus,præter Ibo, Quibo,& antiquè Audibo,Scibo,&c.

Ama,vnde formatur? A ſecunda perſona præſentis indicatiui,abiecta s: vt Amas,ama.doces,doce. audis,audi,&c.in prima,ſecunda, & quarta. In tertia mutatur i in e: vt Legis,lege. In paſſiuo additur re:vt Amare,legere,&c.

Vnde formatur tertia perſona præſentis imperatiui? A prima poſitione,verſa o in et,vel ent in prima cõiugatione:in alijs,verſa o in at vel ant:vt Amo,amet,ament. doceo,doceat,doceãt,&c.In paſſiuo adijcitur ur: vt Ametur. Prima perſona pluralis imperatiui præſentis & futuri fit ex tertia perſona præſentis abiecta t,& addita mus:vt Amet,amemus.In paſſiuo,mus in mur vertitur:vt Amemur,&c.

Amate,vnde formatur? A tertia perſona præſentis indicatiui amat,adiecta e.ſic à Docet,docete.à legit, legite.ab audit,audite.In paſſiuo pro te,dicitur mini:vt Amamini.

Amato,vnde formatur? A tertia perſona amat, addita o,& in paſſiuo or:vt Amator.Ita à Docet,doceto,docetor.à legit,legito,legitor.ab audit,audito,auditor.

Amatote,vnde formatur? Ab amato,addita te.ita à Doceto,docetote,&c. In paſſiuo tote vertitur in minor:vt Amaminor.

Amanto,vnde formatur? Ab amant,addita o,& in paſſiuo or:vt Amantor. Sic à Docent,docento,&c. Amantote fit ab amanto,addita te ſyllaba.

Amarem,vnde formatur? A ſecunda perſona indicatiui amas, ablata s,& addita rem:aut in paſſiuo rer. Sic à Doces, docerẽ,docerer:ab audis,audirem,audirer. ſed in tertia,i vertitur in e:vt Legis,legerem. Hæc vox eſt in præſenti optatiui,& in præterito imperfecto coniunctiui.

Amẽ,vnde formatur? Ab amo,verſa o in em,& in paſſiuo in er,vt Amer:In futuro optatiui,& præſenti coniunctiui primæ coniugationis.In alijs o vertitur in am & ar:vt Legam,legar.

Amare,vnde formatur? A ſecũda perſona præſentis abiecta s,& addita re:vt ab Ama amare. Sic à Doces,docere:ab audis, audire.In tertia vertitur i in e:vt à Legis,legere.In paſſiuo,re vertitur in ri:vt Amari.Niſi in tertia,vbi abiecta re,vertitur e in i:vt A legere,legi,&c.

ADVERBIVM.

ADVERBIVM quid eſt? Pars orationis quæ adiecta verbo, ſignificationem eius explanat atque implet:aliquando etiam mutat aut minuit: vt Fortiter fecit,Non ibo,Parum comeſt. Vnde dicitur aduerbium? Ab ad,id eſt iuxta,& verbum: quia iuxta verbum ponitur, vt declaret eius ſignificationem.

Vnde deriuantur aduerbia? A nomine:vt Doctè,fortiter.Sed Audacter potius,quàm audaciter dicitur. & Difficulter,non difficiliter.Facile,non faciliter.

Ab adiectiuis ſecundæ fiunt aduerbia in e:vt à Pulcher,pulchrè.

Ab adiectiuis tertiæ in ter:vt à Comis comiter.Hæc ſæpe obſeruantur,non ſemper.

A nomine ſubſtantiuo: vt Vicatim, oſtiatim, oppidatim, viritim, id eſt de viro ad virum, &c.
A pronomine: vt Huc.
A verbo: vt Senſim à ſentio, tractim à traho.
A nomine & verbo: vt Pedetentim, à pes & tento.
A præpoſitione: vt Intro, &c. Ponuntur item nomina pro aduerbijs: vt Sole recens orto: id eſt recenter. Toruum intonat, pro torue, &c.

¶Quot ſunt interrogatiua locorum? Sex præcipua. Quæ? Quò, id eſt ad quem locum.

Quà, id eſt, per quem locum.	Quorſum, id eſt, quem locum verſus.
Vbi, id eſt, in quo loco.	Quouſque, id eſt, quàm longe, vſque ad quem locum.
Vnde, id eſt, de quo loco.	

¶Quæ aduerbia reſpondentur ad Quò? Huc, illuc, iſtuc, eò, aliquò, aliò, foras, intrò, vſquam, nuſquam, ſiquò, nequò, &c.
Quæ reſpondentur ad Quà? Hàc, illàc, iſtàc, eà, alià, ſiquà, nequà, &c.
Quæ reſpondentur ad Vbi? Hic, illic, iſtic, ibi, ibidem, alicubi, alibi vel aliubi, intus, foris, paſſim, vſquam, nuſquam, vbique, ſicubi, &c.
Quæ reſpõdentur ad Vnde? Hinc, illinc, iſtinc, alicũde, intus, foris, necũde, ſicunde, ſuperne, inferne, &c.
Quæ reſpondentur ad Quorſum? Horſum, illorſum, iſtorſum, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, læuorſum, ſurſum, deorſum, &c.
Quæ reſpondentur ad quouſque? Hucuſque, illucuſque, &c.

PARTICIPIVM.

PARTICIPIVM quid eſt? Pars orationis partem capiens nominis, partémque verbi. Vnde dicitur participium? A partem capiendo.

Quot ſunt tempora in participio? Tria. Quæ? Præſens, præteritũ, futurum. Ans & ens ſunt præſentis & præteriti imperfecti temporis. Tus, ſus, xus, & uus, præteriti perfecti, & plus quàm perfecti temporis. Dus & rus, futuri temporis.
Præſens vnde formatur? A præterito imperfecto indicatiui, verſa bam vel bar in ns: vt ab Amabã, amãs: lætabar, lætans: legebam, legens, &c.
Excipiuntur Iens, Quiens, ab ibam & quibam.
Præteritum vnde formatur? A ſupino in u addita s: vt A lectu, lectus.
Futurum vnde formatur? In rus, fit à ſupino in u, addita rus: vt A lectu, lecturus. In dus, fit à genitiuo præſentis, verſa tis in dus: vt ab Amans amantis, fit amandus.
¶Quomodo declaratur participium in vernacula lingua? Præſens ſic, Amans, *aymant, minnẽde*. Præteritum ſic, Amatus, *aymé, ghemint*. Futurũ in rus ſic, Amaturus, *Qui aymera, die ſal minnen*. per relatiuũ ſcilicet qui quæ quod, & verbũ eiuſdẽ temporis. In dus ſic, Amãdus, *Qui ſera aymé, die ſal ghemint zijn*, &c.
Quot ſunt terminationes participiorum? Octo. Quæ? Ans, ens, tus, ſus, xus, uus, rus, dus.
¶Quot modis participium fit nomen? Quatuor. Quibus? Mutatione regiminis: vt Amans vini. neque enim dicitur Amo vini, ſed vinum. Comparatione: vt Amans quum facit amantior cõparatiuum. Cõpoſitione: vbi non ita componitur verbum: vt Innocens, indoctus. neque enim innoceo aut indoceo dicitur. Amiſſione temporis: vt Amandus, pro dignus amari, &c.

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIO quid eſt? Pars orationis annectens ordinánſque ſententiam. Vnde dicitur coniunctio? A coniungendo: quia cæteras partes in oratione coniungit.

Que, qualis coniunctio eſt? Encletica, ſiue inclinatiua. Quare? Quia præcedentem ſyllabam extollens ipſa inclinatur.
Quot ſunt coniunctiones encleticæ? Tres. Quæ? Que, ve, ne: vt Dixítque, communitérve, ſentíſne.

PRAEPOSITIO.

PRAEPOSITIO quid eſt? Pars orationis, &c. Vnde dicitur præpoſitio? A præponendo: quia præponitur cæteris partibus in oratione. Præpoſitio quot modis in oratione locatur? Duobus. Quibus? Per compoſitionem: quando eſt pars dictionis compoſitæ figuræ: vt Adamo. Per appoſitionem: quando non eſt pars dictionis compoſitæ figuræ: vt Ad patrem.
Da præpoſitiones accuſatiui caſus. Ad, apud, &c. Quomodo? Dicimus enim,

Ad patrem.	Circum vicinos.	Intra mœnia.
Apud villam.	Circa templum.	Infra tectum.
Ante ædes.	Contra hoſtes.	Iuxta macellum.
Aduerſum vel aduerſus inimicos.	Erga propinquos.	Ob augurium.
Cis Rhenum.	Extra terminos.	Pone tribunal.
Citra forum.	Inter naues.	

Per parietem.	Supra cælum.	Vſque oceanum.
Prope feneſtram.	Præter officium.	Secus viam.
Propter diſciplinam.	Vltra fines.	Penes arbitros.
Secundum fores.	Trans ripam.	Romam verſus.
Poſt tergum.	Circiter annos.	

Da præpoſitiones ablatiui caſus. A, ab, abs, &c. Quomodo? Dicimus enim,

A domo.	De foro.	Sine labore.
Ab homine.	E iure.	Abſque iniuria.
Abs quolibet.	Ex præfectura.	Tenus pube, quod nos dicimus, pubetenus.
Cum exercitu.	Pro clientibus.	Procul dubio.
Coram teſtibus.	Præ timore.	Procul vrbe.
Clam cuſtodibus.	Palam omnibus.	

¶Da præpoſitiones vtriuſque caſus. In, ſub, ſuper, ſubter.

Quando accuſatiuo caſui ſeruiunt? Dum motum ad locum ſignificamus: vt Eo in templum, Curro ſub antrum, Cado ſuper aquas, Ingredior ſubter lodicem.

Quando ablatiuo caſui ſeruiunt? Dum quietem, aut in loco motum ſignificamus: vt Sum in cubiculo, Iaceo ſub ſponda, Sedeo ſuper viridi fronde, Dormio ſubter lodice.

In pro erga & contra, accuſatiuum ſolum habet, vt Sub, pro circiter, aut paulò ante. veluti, Crudelis in hoſtem, Pius in patrem, Sub noctem dixere vale.

Super pro de, ablatiuo gaudet: vt Super hac re plura tibi aliàs. Clam vtriuſque fuit caſus, vt Procul. Sed finem facio, quia in Syntaxi plenè docebimini.

INTERIECTIO.

INTERIECTIO quid eſt? Pars orationis ſignificans mentis affectum voce incognita. Vnde dicitur interiectio? Ab interijcior, id eſt interponor. Nam alijs partibus orationis interijcitur, ſeriem orationis rumpens.

Significationes interiectionum quot ſunt? Pœnè innumeræ: vt Gaudentis, dolentis, &c.

Da gaudentis: vt Euax, oh, o.	Da iraſcentis: vt Nefas, malum, infandum, prò nefas, o.
Da dolentis: vt Heu, hei, o, ah.	Da laudantis: vt Euge.
Da admirantis: vt Papæ, vah, o.	Da fugantis: vt Apage.
Da expaueſcentis: vt Atat, hei, ah.	Da ridentis: vt Ha, ha, he.
Da deridentis: vt Aha, ehe, ahu, phi.	Da deprehendentis: vt Atat.
Da ſatiati: vt Ohe.	Da ſilentis: vt Au, ſi.
Da exclamantis: vt Prò, o, ah.	Da minantis: vt Væh.

Eadem interiectio ſæpe eſt diuerſarum ſignificationũ. Quomodo Malum, Nefas, Infandum, quæ nomina ſunt, fiunt interiectiones? Nã quicquid animus interijcit, quo detracto, cõtextus manet integer, fit interiectio. Virgil. 1. AEneid.

Nauibus (infandum) amiſſis, vnius ob iram
Prodimur. Ordo enim erat, Nos prodimur amiſſis nauibus ob iram vnius Iunonis. ſed cum exclamatione interijcit infandum, quaſi dicat, prò ſcelus indignum.

Eiuſdem Deſpauterii de pœnitentia QVAESTIVNCVLAE PVERVLIS NON inutiles.

POENITENTIA quid eſt? Peccati cõmiſſi cum intima cordis cõtritione, & firmo amplius non peccandi propoſito emendatio. Quis eſt pœnitentiæ effectus? Pœnitentia angelos lætificat, impios iuſtificat, amiſſa bona reuocat, & ad vitam æternam inuitat.

Quot ſunt recte pœnitenti neceſſaria? Quinque. Quæ? Veniæ ſpes, cordis cõtritio, culpæ confeſſio, eorum quæ ſacerdos fieri iuſſit completio, peccati fuga.

Quomodo peccatum vitatur? Peccandi occaſionẽ cauendo: vtpote voluptatem, ludos, ſpectacula, prauum ſodalem, & id genus reliqua.

Cui nihil dimittitur? Qui neque dimittit alijs, neque ablata pro viribus reſtituit. Qui id probas? Nam in dominica oratione dicitur, Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitorib9 noſtris. Et diuus Auguſtinus ait, Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Ergo quibuſcũque maleſecimus verbo vel opere, pro parte virili ſatiſfaciamus: & quicquid odij in quemuis cõcepimus, eradicemus, vt confeſſio noſtra ſit deo accepta.

¶Quid eſt confeſſio? Confeſſio eſt coram ſacerdote idoneo, vel in extrema neceſſitate corã quouis peccatorum declaratio.

Qualem decet eſſe confeſſionem? Veram de proprijs peccatis, integram, citam, frequentémque, firmã, modeſtam, voluntariam, apertam, cum mora, vt planè intelligatur: cúmque ſufficienti contritione, ita vt hominem talia feciſſe multum pœniteat: cum firmo amplius non peccandi, & deinceps pœnitentiam agendi propoſito.

Quid confiteri volenti agendum eſt? Ante omnia ſecum in cubiculo, aut cellula, vel alio receſſu, ſæpe & multum cogitet, vbi, quomodo, quãdo, cũ quibus, quoties, & quàm enormiter peccauerit, an locutione, an conſenſu, an voluntate, an opere. Quid boni omiſerit, quod factum oportuit. Nec ſatis putet ſi mentitum ſe fuiſſe fateatur: ſed qua in re, quid mali attulerit mendacium, explicet. Nec ſolũ dicat, Peccaui in gula, ſed addat quantum: an ebrius fuerit, an vomuerit, &c. Idque vbi, & quoties, &c. Vbi autẽ quis ſecum omnia diligenter diſcuſſerit, & penſiculauerit: tum demum cum magna reuerentia, non tanquam fabulã recitaturus, adeat ſacerdotem: & facto ſigno ſanctæ crucis dicat, Benedicite. Deinde poſt pauca verba ſacerdotis, ita pergat, Confiteor deo cæli, & beatæ Mariæ virgini, & omnibus ſanctis dei, & tibi pater: quia ab hora qua peccare potui in præſentem diem, peccaui nimis cogitatione, locutione, & opere. Mea culpa, mea maxima culpa. Hinc incipiat dicere quomodo peccauerit. Primùm cogitatione, deinde locutione, poſtremo opere & omiſſione. Opere in peccatis mortalibus, in peccatis contra ſpiritum ſanctũ, &c. Omiſſione, in mandatis operibus miſericordiæ, &c. Quæ omnia paucis mox aperiam. Vbi autẽ quæcunque nouerit confitens, ſacerdoti diligenter declarauerit, addet, Quocunque modo ego miſerrimus peccator in omnibus peccauerim, dico meam culpã: & rogo à deo veniam: & precor beatiſſimã virginem Mariã cum omnibus ſanctis, & te pater, vt oretis pro me dominũ IESVM CHRISTVM peccatorũ meorũ veniã. Si plura occurrerẽt, libenter cõfiterer. A te autem pater mi ſuppliciter peto, vt à peccatis me abſoluas, & ſacroſanctæ eccleſiæ me reſtituas.

Quid eſt peccatum? Præcepti diuini inobedientia.

Quid eſt delictum? Eſt boni, quod fieri oportuit, omiſſio. Sed differentia peccati & delicti plerunque confunditur.

Quotuplex eſt peccatum? Triplex. Quomodo? Originale à protoplaſto, quod baptiſmate deletur. Veniale, quod venia non caret etiam ſine confeſſione. Et mortale, quod ſine confeſſione & pœnitentia ad æternam mortem ducit.

Quot ſunt peccata mortalia? Septem. Quæ? Superbia, ira, inuidia, gula, luxuria, acedia & auaritia.

Quæ ſunt peccata in ſpiritum ſanctum? Pertinax agnitæ veritatis impugnatio. Veniæ à deo impetrandæ deſperatio: quia deus miſericors eſt peccatis. In malis obſtinatio. Proximi virtutis odiũ, & inuidentia. Pœnitentiæ contemptus.

Quæ ſunt peccata aliena? Ad mala patrãda iuſſio, irritatio, conſenſus, conſilium, laudatio, permiſſio, confugium, & participatio.

Quæ ſunt peccata coram deo vindictam poſcentia aut clamantia? Homicidium, peccatum Sodomiticum vel contra naturam, pauperum oppreſſio, mercedis detentio.

Quæ ſunt circunſtantiæ peccata aggrauãtes? Ordo, locus, ſcientia, tempus, ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa, modus, dignitas, puſilla reſiſtentia.

¶Quot ſunt fidei articuli? Duodecim. Qui? In Apoſtolorum ſymbolo hunc in modum locantur.

Petrus. Credo in deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ.

Andreas. Et in IESVM CHRISTVM filium eius vnicum, dominum noſtrum.

Iacobus maior. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

Iohannes. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

Thomas. Deſcendit ad inferna: tertia die reſurrexit à mortuis.

Iacobus minor. Aſcendit ad cælos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

Philippus. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Bartholomæus. Credo in ſpiritum ſanctum.

Matthæus. Sanctam eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem.

Simon. Remiſſionem peccatorum.

Iudas Thaddæus. Carnis reſurrectionem.

Matthias. Vitam æternam. Amen.

¶Quot ſunt eccleſiæ præcepta? Quinque. Quæ? Feſtis audire ſacrificium, quam Miſſam vocant. Semel, vt minimum, vnoquoque anno confiteri. Sacram Euchariſtiã reuerẽter paſchate ſumere. Feſta publica celebrare. Ieiunia quatuor temporum cum vigilijs & quadrageſima diligenter obſeruare.

¶Quot ſunt ſacramenta? Septẽ. Quæ? Coniugiũ, ſacerdotium, baptiſmus, confirmatio, ſacroſancta Euchariſtia, confeſſio, poſtrema vnctio.

¶Quot ſunt dona ſpiritus ſancti? Septẽ. Quæ? Sapientia, ſcientia, intellectus, cõſilium, fortitudo, pietas, timor domini.

¶Quot ſunt opera miſericordiæ ſpiritualia? Septem. Quæ? Peccantem corrigere, dubitanti rectè conſu-

lere,ignorantem docere,mœſtũ cõſolari,iniurias ferre, delinquẽti ignõſcere, pro ſalute proximi orare.

❡Quot ſunt corporalia miſericordiæ opera? Septẽ. Quæ? Aegrotos viſitare,eſurienti cibum & ſitienti potum donare,captiuum redimere,nudum veſtire,peregrinũ hoſpitari,mortuum ſepelire,& vt ſummatim dicam,cunctis miſeris ſubuenire pro viribus & compati.

❡Quot ſunt beatitudines? Octo. Quæ? Continẽtur pulchrè in his dei noſtri IESV CHRISTI verbis mellitiſſimis.

Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.
Beati mites,quoniam ipſi poſſidebunt terram.
Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur.
Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabuntur.
Beati miſericordes,quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt.
Beati pacifici,quoniam ipſi filij dei vocabuntur.
Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

❡Quot ſunt virtutes cardinales? Quatuor. Quæ? Iuſtitia,prudentia,temperantia,fortitudo.

❡Quot ſunt virtutes theologicæ? Tres. Quæ? Fides,Spes,Charitas.

❡Quot ſunt ſenſus? Quinque. Qui? Viſus,Auditus,Olfactus,Guſtus,Tactus.

❡Quot ſunt antiquæ legis præcepta? Decem. Quæ? His Aldi verſibus declarantur elegantiſſime.

Mente deum tota venerare,& ſemper adora.

Præcepta decalogi ſunt decem,quæ habentur in Exodo,capite viceſimo. Primũ præceptum eſt,Non habebis deos alienos coram me.

Non iures fruſtra ſanctiſſima numina diuûm.

Secundum præceptũ,Non aſſumes nomen domini dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontẽ dominus,qui aſſumpſerit nomen domini ſui fruſtra.

Hinc caueas feſtis quicquam exercere diebus:
Quod vetitum eſt. Magno pius affice honore parentes.

Tertium præceptũ eſt,Memento vt diem ſabbathi ſanctifices: id eſt omnem diem feſtum,quem publicè celebrari ſancta eccleſia præcipit. Quartum præceptũ eſt, Honora patrem tuum,& matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terram.

Ah ne occide hominem. Nunquam furare. Malignus
Eſſe caue teſtis. Nec non bonus effuge,lectum
Concutere alterius:tædas fœdare iugales.
Non modo ne turpis ſis,lege iuberis adulter:
Sed ne nupta quidem alterius tibi mente petatur.
Cuncta aliena(bonus quò ſis)cupiiſſe caueto.

Quintum præceptũ,Non occides. Sextum, Non furtum facies. Septimum,Non loquêris contra proximum falſum teſtimonium. Octauum,Non mœchaberis. Nonum,Non deſyderabis vxorem proximi tui. Decimum,Non concupiſces domum eius,non ſeruum, non ancillam,non bouem,non aſinum:nec omnia quæ illius ſunt. Tæda eſt fax. Sponſæ cum tædis nubentes ad maritum nocte ducebantur.

Hæc quicunque decem ſummi præcepta tonantis
Chriſticola,vt debet,ſeruarit:carcere liber
Corporis,ad cæli fœlicia tecta volabit
Lætus:& æternum cariturus morte quieſcet.

Quiſquis Chriſtianus dominum deũ ſuum ex toto corde ſuo,& ex tota anima ſua diligens, hæc decem omnipotentis dei mãdata ſeruauerit,ex hac lachrymarum valle ad vitam ducetur æternam. Quam nobis donare dignetur mitiſſimus dominus deus noſter IESVS CHRISTVS. Amen.

Prima pars.

IOHANNIS DESPAVTERII NINIVITAE IN PRIMAM GRAMmaticæ ſuæ partem præfatio ad excellentem pontificii iuris doctorem M. Balduinum Braets, Optimi Maximi dei noſtri ſacerdotem, vitæ probitate inſignem.

POST linguæ Latinæ à Gottis reliquíſque barbaris miſerabiliter laniatæ, ac propemodum extinctæ, per neotericos inſtaurationem à diuino numine præſtitam, Alexãdri Doctrinale doctiſſimo cuique viſum eſt puerorũ lectione indignũ, vtpote nimis tenebroſum, citra vtilitatem prælongum, plerũque etiam barbarum, inſufficiens & falſum. Quocirca, vt Alexander vndique exularet, cœperũt plerique Grammaticam Latiniorem veriorémque ſcribere. In Italia quidem Nicolaus Perottus, Iohannes Sulpitius, Antonius Mãcinellus, Aldus Manutius. In Gallia Gulielmus Tardiuus, Robertus Guaguinus, Iodocus Badius de lingua Latina bene meritus. In Hiſpania doctiſſimus Hiſpanorum Antonius Nebriſſenſis. In Germania Henricus Bebelius cũ Iacobo Henrichmanno. Item præceptor meus literatiſſimus Gerardus Cannifius eloquentiſſimus ſacræ theologiæ baccalaureus, nunc archididaſcalus Buſcoducenſis. Scripſerunt & plures quos nimis lõgum foret enumerare. Plerique videntes difficillimum fore Alexandri exilium tot barbaris cõtrà nitẽtibus, non noua quidem cuderunt: ſed Alexandrinos verſus (ſiqui falſi occurrebãt) emendarunt, ſuperfluos reſecãdo. Inter quos principatum tenẽt Hermannus Torrẽtinus Hollandus, & Iohãnes cuſtos Brechtanus olim præceptor meus, nunc iuuentutis Antuerpianæ moderator prudentiſſimus. Itaque tot iam de arte grammatica volumina in lucem prodiere, vt nullis ferme in literariis ludis iidem authores legantur non ſine maximo adueſcentulorũ damno: qui ad aliam ſcholam, quoties mittãtur, priora fruſtra didiciſſe cenſentur omnia. Nec erit rei tam pernicioſæ finis vlla, donec vnus reliquis præferatur. hic quis erit, nouit deus. Poſt tantam igitur ſcriptorum copiã, operæpretiũ facturũ me credidi, ſi & ipſe grammaticæ præcepta literis mandarem. Ergo Syntaxi & Stichologia editis, primam grammaticæ partem publicare decreui, rem compoſitu (vt credũt) facillimã. Quis enim vel grammaticulus, vel magiſtellus non ſe optime (ſi velit) hanc partẽ exequi poſſe arbitretur? Verũenimuero tale eſt huius partis elucubramentum, vt ſibi quiuis ſperet idem, ſudet multum, fruſtráque laboret auſus idem. Quantum putas elaborandũ fuiſſe vt in generibus & declinationibus aliorum labyrinthos euitarem? Nempe ferme omnes pueris ignotiſſimas propoſuerunt ambages, vtpote per es breue, es lõgum, & cætera. Etenim ſi Alexandrum roges, trames quî faciat genitiuum caſum? Tramitis inquiet: quia eſt maſculinũ in es breue. Cur maſculinum? quia in es breue deſinit. Non intelligo, mi Alexander, quænã nomina in es breue, quæ in es longũ deſinãt. Oro igitur ediſſere mihi, cur trames in es breue deſinit? Quia nomen in es deſinẽs, cuius genitiuus itis pœnultima breui efficit, corripit es. Audiſtine nobilem grammatiſtã oppidoquàm probè pueros eludẽtem? Eiuſmodi ſunt plurimi cum apud Priſcianũ, tum apud Alexandrum, & reliquos pene omnes præter Phocã, & qui illũ imitatur Nebriſſenſem, fœdi ignorantiæ circuli, quos noſtris in libellis nullos cõſpicies. In heteroclitis haud parũ laborauimus, non propter Alexandrũ modo, verũ etiã propter alios quoſdam minime proletarios, qui multa non heteroclita inter heteroclita reiecerũt. In præteritis & ſupinis magnũ mihi negotiũ ſecunda coniugatio exhibuit, dum per terminationes deo, geo, queo, &c. ac per quantitates pueris ignotas nolui procedere: & dũ in omnibus dictionibus ſtudui vt eadẽ ferme carmina darentur de ſupinis quæ de præteritis. id totũ per dei gratiã cõfecimus. In reliquis diligentiam noſtrã lector facile deprehẽdet. Quare ne vani Suffeni more, mea plus æquo admirari cenſear, ſat eſt pauxillula dixiſſe. Sicui nimis longum hoc opus videatur, oro vt diligenter cõſyderet ſecluſis dictionũ declarationibꝰ quàm ſuccinctè cõcluſerim omnia: & in Neotericis hoc opere breuius nullũ inueniet. Etenim carmẽ noſtrũ, etiã licet annumeres verſus de quantitate genitiui in verſificatoria poſitos, breuius eſt Alexãdrino carmine, quantũ ad primam grammaticæ partẽ attinet, verſibus quadringentis & amplius, citra obſcuritatem, nulla regula pueris neceſſaria omiſſa, vt diligẽter omnia perſcrutanti facilè liquebit. In gloſſematis multa poſui, nõ vt omnes omnia ediſcãt, verùm vt pro ſuo quiſq; captu, noſtro è fonte hauriat. Ideo bonus præceptor animã imitari ſtudebit, quæ alimẽta ad quaſque corporis partes dirigit, dans cuique quantum neceſſarium eſt. Sic & præce-

ptor faciat: quia vt Horatius ait, Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat. Quapropter ſat erit obtuſioribus literã, vel (vt vulgus dicit) textũ cum ſententiola & duobus tribúſve exemplis memoria tenuiſſe. Cæteri, quibus fortunatius ingenium contigit, reliqua ediſcent: alii aliis plura pro ſuo quiſque captu: quod totum præceptoris prudentiæ committimus. Hæc non cautè ſatis conſyderantes plurimi hallucinantur. Nam quidam pauciſſimis præceptiuncũlis, neque adeò difficilibus grammaticam abſoluẽtes hebetioribus conſulunt, ingenioſis minimè ſatiſfacientes. Alii, nequid triuialiter effutire dicantur, tantis tenebris literaturã inuoluunt, vt obtuſiores aut nihil, aut minimum fructũ inde conſequantur. Ego autem (abſit verbo inuidia) ita hãc rem temperaui, vt nec obtuſus, nec ingenioſus iure poſſit conqueri. Cæterũ, vtcunq; fecerim, ſcio nõ defore AEſopicos canes, quibus nec bene agere animus eſt, nec ſinere alios rectè facere, ſtimulante illos inuidia: cuius mores nimirũ ſunt teſte Martiale, Præferat antiquos ſemper vt illa nouis. Huic Tacitus cõcinit in libello de oratore dicens, Vitio malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt. Id docti omnes querũtur, vt in epiſtola ad Auguſtũ pulchre docet Horatius, & Hieronymus ille ſanctiſſimus ſæpe tulit ægerrime, dum in ſingulis ferè libris cogebatur aduerſariis reſpõdere, conquerens & dolens vicem miſerandorũ hominum, qui è turbulento riuo, quàm de puriſſimo fonte potare malunt. Ita & nunc ſunt qui malunt Alexandri oleta, quàm doctiſſimorum vnguenta odorari. Parui æſtimabãtur Virgilius cæteríque ſuo tempore. vnde Martialis ait,

Ennius eſt lectus ſaluo tibi Roma Marone:

Et ſua riſerũt ſecula Mæonidẽ. Ob hæc facilè crediderim inuidos ſuperſtite Cerere palàm ſemper glãdibus victitaſſe, ne Cereris inuentũ laudare viderẽtur: eoſdẽ clãculum panem comeſſe opinor: vti diuus Hieronymus pleroſq; ait in publico detrahere & legere in angulis. vt Horatii liuidus ille, Laudat amátq; domi: premit extra limẽ iniquus. Quocirca inuidiã floccifacio: & cum Marriale, Si poſt fata venit gloria, nõ propero: tametſi nõ tam gloriam venari, quàm poſteris prodeſſe cupio, vt pro me miſerrimo peccatore rogent. Sat itaq; habeo, ſi candidis & doctis placeo, tibíq; in primis excellẽtiſſime doctor, cui hoc opus nuncupo: non vt ad grãmaticæ elementa reuocem, ſed vt operi meo defenſorẽ & patronũ parem, niſi eſſe recuſes. Videbor cuiquã fortè rem facere indignam, qui opus tam vile, vtpote de primis grãmaticæ elementis, tanto doctori auſim dedicare: cõtra quem exemplis me tuebor. Neq; enim Agrætius opuſculum ſuum Enchiriſio epiſcopo, nec Antonius Nebriſſenſis Iſabelæ Hiſpaniarũ Reginæ, nec plerique alii ſuã literaturã ſummis viris dedicare veriti ſunt: quandoquidẽ longè præſtantior eſt grãmatica, quàm vulgus imperitum credit. Ideo tuã dignitatem obnixè oro, vt hoc opus tuo nuncupatum nomini hilariter excipere digneris. Vale amiciſſime & peritiſſime doctor. Bergis apud diuũ Guinnocum, decimoſeptimo Calendas Septembres, Anno domini ſeſquimilleſimo duodecimo.

Liber primus de nominum GENERIBVS.

Regulæ generales.

OMne viro ſoli, quod conuenit, eſto virile.
Omne viri ſpecie pictum, vir dicitur eſſe.

Vir. Omne nomen ſoli viro datũ, eſt maſculini generis: vt Iohannes, Gabriel, Iuppiter, Papa. Vir hic dicitur eſſe quicquid vt vir pingitur: veluti Adam, Deus, Angelus. Exempla huius regulæ ſunt quintuplicia. Primo, propria nomina virorum: vt Seneca, Hercules, Catilina, Hannibal. Secundo, propria nomina angelorum tam bonorum, vt Gabriel, Vriel, Michael: quàm malorum, vt Lucifer, Beelzebub. at Satanas appellatiuum eſt, vt Cherub & Seraph, maſculina: quorum pluralia ſiue in m, ſiue in n literam deſinant Cherubim & Seraphim, dubij generis ſunt: quia maſculini vel neutri generis: vt Beata Cherubim & Seraphim. De his habete, Maſculei aut neutri generis Cherubim & Seraphim ſunt.

Dominatio, virtus, poteſtas, fœminini generis ſunt: quia nõ angelorũ vocabula ſunt, ſed potius chororũ vel ordinum. Tertio, propria deorum, quorum imagines idôla dicuntur, pœnultima longa: vt Mars, deus belli: Cupido, deus libidinis: Vulcanus, deus ignis. ſic Iuppiter, Bacchus, AEolus, Pluto, Neptunus, &c. Quarto, propria ventorum: quia pinguntur ſpecie virili: vt Boreas vel Aquilo, Aphricus, Notus, Eurus, Zephyrus, Cæcias, Apeliotes, Libs, Eteſias, Iapix, &c. Quinto, appellatiua ſolis viris data ſub terminatione quam habent: vt Nauta, preſbyter, fullo, ſcriba, ſcurra, &c. Notandum idem nomen quandoque eſſe proprium & appellatiuum ſub vario plerunque genere: nam Iuba regis Maurorum proprium, maſculinum eſt. Iuba pro crine in collo equi aut leonis, fœmininum. ſic variantur fœlix, clemens, &c. Genera tribus modis noſcuntur. Significatione, vt Iohãnes eſt maſculini generis: quia marẽ ſignificat. Terminatione, vt Vulpes eſt fœminini generis: quia terminatur in es. Authoritate, vt Talpa aliquando eſt maſculini generis: quia Virgilius dixit, Talpæ oculis capti. Puerilis eſt ratio, Petrus eſt maſculini generis: quia præponitur ei hic. Nam cur ei hic præponitur? Nónne quia eſt maſculinum? Vidéſne ignorantiæ circulum? Dic ergo, Petrus eſt maſculinum: quia eſt proprium nomẽ viri, &c. Talpa eſt dubium, quia in diuerſo genere reperitur non propter ſexus diſcretionem.

Mars. Cupido. Vulcanus. Iuba.

Eſto fœmineum recipit quod fœmina tantum.
Fœmina dicatur facie pictum muliebri.

Omne nomen ſoli fœminæ datum, eſt fœminini generis. Fœmina hic dicitur, quicquid ſpecie muliebri pingitur: vt Dea, nympha, furia, &c. veluti Venus, Echo, Alecto, &c. Exẽpla huius regulæ ſunt triplicia. Primo, propria mulierum: vt Paula, Glycerium, Euſtochiũ, Myſis, Thais, Dido, Tanaquil, &c.

Secundo, propria dearum & nympharum, atque furiarum, &c. quæ omnes deæ aliquando dicuntur: vt Rhea, mater deorum, & Saturni vxor: eadem eſt Ops, Cybele, & Tellus. Venus, dea amoris. Proſerpina, regina inferni, vxor ſcilicet Plutonis. Perſephone, idem. Diana vel Phœbe, id eſt luna. Alecto, vna furiarum. Celeno, vna harpyiarum. Ceres, dea frugum, & ipſum frumentum atque cibus: quia regula eſt, Nomina deorum & dearum, ſæpe capiuntur pro rebus quibus præeſſe credebantur: vt Bacchus pro vino. Venus pro amore. Vulcanus pro igne. Mars pro bello. Minerua pro ſapientia. Nereus pro mari. Tellus pro terra. Lar pro domo. Terminus pro limite aut palo. nec ob hoc variant genus. Terẽtius, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Pales, eſt pabuli dea. aliquãdo deus vocatur, vt Venus: teſtes ſunt Macrobius & Seruius. Virgilius de Venere,

Deſcendo, ac ducente deo flammam inter & hoſtes
Expedior. Tertio, fœminini generis ſunt per hanc regulam appellatiua ſolis fœminis data: vt Soror, vxor, ſaga, id eſt incantatrix: obſtetrix, quæ præeſt parientibus.

Rhea. Ops. Cybele. Tell9 Venus. Proſerpina. Perſephone. Diana. Phœbe Alecto. Celeno Ceres. Bacch9 Venus. Vulcanus. Mars. Minerua. Nereus. Tell9 Lar. Termin9 Pales. Saga. Obſtetrix.

Quicquid vtrique datur, commune locatur, vt exul.

Omne nomen ſub vna terminatione viro & fœminæ datum, eſt communis generis: vt Exul, qui vel quæ exulat. Auriga, qui vel quæ currũ agit. Idololatra, qui vel quæ falſos deos adorat. Homicida, qui vel quæ hominem occidit. Macedo, qui vel quæ in Macedonia naſcitur. Sic Saxo, Brito, Friſo, Laurens, &c. ſed melius dicimus Friſius, Friſia. Dixi ſub vna terminatione: quia vbi diuerſæ ſunt terminationes, diuerſa ſunt genera: vt hic Gallus, hæc galla: hic Poeta, hæc poetis vel poetria. De hoc ponetur vna regula. Mancipium & Scortum neutri generis ſunt per ſequentem regulam. Paſſer & aquila, & ſimilia communis generis nõ ſunt, ſed epicœni: quia ſub vnico articulo vtrunque ſexum ſignificant. De hoc etiam ponetur vna regula.

Exul. Auriga. Idololatra. Homicida. Macedo.

Vm neutrum pones, hominum ſi propria tolles.

Omne nomen in um eſt neutri generis, niſi fuerit viri aut fœminæ proprium: vt Mancipiũ, id eſt ſeruus vel ſerua. Scortum, id eſt meretrix, vel puer meritorius. Mœchalium, id eſt meretricula. Plemmyrium & Rhenum, fluuiorum nomina. dicitur etiam hic Rhenus. Aſtipulatur mihi in hac regula doctiſſimus amicus meus Iodocus Badius cum grammatico vndecunque doctiſſimo Antonio Mãcinello. Ponit eandem regulam Calepinus in dictione Abrotonion. Sunt qui reclament: ſed oſtẽdant Plemmyrium aliquando maſculinè legi. Nec me latet plemmyrium vndoſum poſſe defendi, quia neutrum flumen videtur intelligi: mihi tamen placet hæc regula. Gandauum, Louaniũ, Capharnaum, & ſimilia oppidorum propria: hebenum, balſamum, pomum, liburnum, viburnum, buxum, & quæcunque ſiue arborum, ſiue fruticum nomina in um deſinentia. Hoſtorium, lignum quo modius æquatur. Sagum, villoſus pannus, aut veſtis militaris: ſagatus, ſago indutus: ſagarius, ſagorum vẽditor. Naulum, nauigandi præmium. Lorum, quiuis funis & habena: lorare, ligare: loramentum, ligamen: lorarius, qui homines ligat. Lutum, id eſt cœnum: luteus, de luto factus: lutoſus, luto plenus. Luthũ cum aſpiratione, pallens rubor: lutheus, id eſt croceus. Proſtibulum, domus meretricis, & ipſa meretrix. Hierony. Proſtibula regnum dei non poſſidebunt. Proſtibula meretrix. Stabulum, vbi pecora ſtant, aut vbi homines feſſi ſe reficiunt: id eſt diuerſorium. Veſtibulum, locus ante domum vbi homines expectãt donec intromittantur. Dixi niſi fuerit viri aut fœminæ proprium: quia proprium viri in um, eſt maſculini generis: vt Pægnium, Dinacium. Proprium fœminæ, eſt fœminini generis: vt Philenium.

Mancipium. Scortum. Mœchalium. Plemmyrium Rhenum. Hoſtorium. Sagum. Naulum. Lorum. Lutum. Luthum. Proſtibulum. Stabulum. Veſtibulum.

Adiectiua trium generum communia ſunto.

Omne nomen adiectiuum eſt omnis generis,ſi vnica ſit terminatio: vt Fœlix,audax, diſcors,quatuor quinque,ſex,&c.centum,mille. Dicimus enim centum viri,centum fœminæ,centum poma: ſic mille viri,&c. Mile tamen aliquando eſt ſubſtantiuum ſingularis numeri,cuius plurale eſt milia: vt Mile equitum occiſum eſt. Duo milia turcarum interierunt,& ita vnico l ſcribitur,teſte Placentino.de hoc dicere plura nolo,quia in ſyntaxi plenè enucleaui. Dixi ſi vnica ſit terminatio,quia alioqui cuique terminationi proprium genus daretur:vt Bonus,eſt maſculini generis:bona,fœminini: bonum,neutri. Sic vnus vna vnum. Duo eſt maſculini & neutri generis: duæ,fœminini: tres, eſt communis generis: tria, neutri. Propter hanc rem datur vna regula generalis.

Eſto genus varium,fuerit niſi terminus idem.

In ſubſtantiuis virum & fœminam ſignificantibus, & in adiectiuis,ſi terminationes ſint diuerſæ, di-
Caupo. ſtincta dantur genera:vt hic Caupo,vini & epularum venditor. Hæc Caupona,quæ id facit mulier, & ipſa taberna. Hic & hæc melior & hoc melius:hic ſurdus,hæc ſurda,hoc ſurdum. ſed multi detrahunt adiectiuis ſecundæ declinationis articulos. Nunc declaremus omnia latius. In ſubſtantiuis ſexum denotantibus,vbi duæ ſunt terminationes, prior eſt maſculini generis, & poſterior fœminini: hic Niniuita, Sunamita,Iſraelita,Leuita,Aaronita,Ebionita,Zodomita, Nicolaita,Scariotha,Theſbita,Moabita,Ammonita,Thecuitha,Galata,Epirota,Sarmata,Scytha,& alia eiuſmodi propè infinita,quæ gentem,aut populum,aut familiam,aut imitatorem ſignificant:& Græcè pro maribus terminantur in es:vt Niniuites, Sunamites,&c. Hæc ſub a vel es,ſolum ſunt maſculini generis, vt contra indoctos probat doctiſſimus
Scariotes. grammaticus Antonius Nebriſſenſis: vt Iudas Scariotes,quod vitio librariorum,Scariotis ſcriptum legitur. ſic Helias Theſbites dicitur,non Theſbitis. Horum fœminina in is deſinunt,& faciunt in genitiuo idis: vt hæc Niniuitis,Niniuitidis: Sunamitis,&c. vt Lib.4.Regum, Abiſai Sunamitis miniſtrabat ei. Leges vitio ſcriptorum Sunamitem, pro Sunamitidem: Iſraelite,pro Iſraelitide: Thecuites, pro Thecuitis,&c. Aliquando tamen recte:vt 4.Regum,capite vndecimo,Rex Salomon adamauit Moabitidas & Ammonitidas. Hic propheta vel prophetes,hæc prophetis vel propheteſſa, vt Delbora prophe-
Poetria tis: licet multi libri mendoſè habeant prophetes, pro eo quod eſt prophetis,prophetidis. Hic poeta,vel
Origeniſta. poetes:hæc poetis,vel poetria:vt Sapho poetis,ars non poetria,ſed poetica dicitur. hic Origeniſta,imita-
Sambuciſta. tor Origenis:hæc Origeniſtis. Ita de omnibus nominibus in a maſculinis,quæ Græcè in es terminãtur,
Pſaltes. dicendum puto vt ſexus ſignificetur. Sambuciſta vel ſambuciſtes,canens ſambuca. Pſalta vel pſal-
Chithariſtes. tes,canens aut ludens aliquo inſtrumẽto muſico. Chithariſtes,id eſt citharœdus. Cymbaliſta vel cym
Cymbaliſta. baliſtes,vtens cymbalo. Tympaniſta vel tympaniſtes, ludens tympano. Horum fœminina ſunt ſam-
Tympaniſta buciſtria,pſaltria,cithariſtria,cymbaliſtria,tympaniſtria. Pergamus ad alia: hic Teucer,hæc Teucra,id
Teucer. eſt Troianus,Troiana. ſed eiuſmodi nomina poſſunt eſſe adiectiua , vt Apher Aphra Aphrum: veluti bellum Troianum,&c. ſic Gallus Galla, Teutonus Teutona:hic Cres,hæc Creſſa:hic Lacon, hæc Lacæna: Aſtur,Aſturica:& alia multa ſuo loco declarãda. ideo nunc ſuperſedeo. Adiectiua ſecundæ declinationis omnia tribus vocibus flectuntur,quarũ ſecunda eſt primæ declinationis:vt Bonus bona bonum,niger nigra nigrũ, ſatur ſatura ſaturum. Talia ſunt omnia participia præteriti & futuri tẽporis: vt Lectus lecturus legendus. Talia quoque ſunt numeralia tantũ pluralia ex centum creata: Ducẽti, trecenti. Itẽ Vnus,vllus,&c. Pronomina Meus,tuus,&c. quibus omnibus negantur articuli cum Ego, tu,ſui:& omnibus indeclinabilibus præter Noſtras & veſtras,teſte Lãciloto. Adiectiua tertiæ declinationis plurima ſub vnica terminatione omnis generis ſunt:vt Arpinas,clemẽs,fœlix. Multa etiam duas terminationes habent,vt hic & hæc Melior & hoc melius:ſic cætera cõparatiua. hic & hæc Fortis & hoc forte:ſic omnia adiectiua in is. Et iſtis prior vox eſt cõmunis generis: poſterior,neutri. Pauca ſunt adie-
Campeſter. ctiua in er,maſculini generis:in is,fœminini: in e,neutri:vt Cãpeſter,campeſtris,cãpeſtre,id eſt ad cam-
Volucer. pum pertinens. Volucer,volucris,volucre,id eſt velox,aut volans. Hæc volucris ſubſtãtiuè, quicquid
Alacer. volat. Alacer,alacris,alacre,id eſt geſtu lætitiã indicans. Dicimus etiã hic & hæc Alacris,& hoc alacre. Parmeno Terentianus ad Chæream,Quidve es alacris? Virgilius 5. AEneid. de Darete,

Ergo alacris,cunctóſque putans excedere pugna,

AEneæ ſtetit ante pedes. In hunc locum Seruius ait,Nunquã Virgilius dixit alacer,quanuis dicat acer.
Acer. Sed falli videtur Seruius,niſi mendoſi ſint libri quos vidi. Idem AEn.12, Talis equos alacer media inter prælia Turnus. Acer,acris,acre,id eſt fortis & vehemẽs: Acrimonia,vehemẽtia. Ouidius, Acer & ad
Pedeſter. palmæ per ſe curſurus honores: Si tamẽ horteris,fortius ibit equus. Lectũ eſt hic & hæc acris,& hoc
Equeſter. acre. Ennius,teſte Priſciano,acris ſopnus,dixit. Pedeſter,pedeſtris,pedeſtre,id eſt pertinẽs ad pedites:vt
Sylueſter. Pedeſter exercitus. Etiã ſignificat humile,non altũ: vt Pedeſter ſermo,pedeſtris oratio. Equeſter,eque-
Celeber. ſtris,equeſtre,id eſt ad equites pertinẽs:vt Equeſter exercitus,equeſtre certamẽ. Sylueſter,ſylueſtris,ſylueſtre,ad ſyluam pertinens. Celeber,celebris,celebre,id eſt nobilis,late famatus,& frequens:vt Celeber homo,celeber locus,ad quẽ multi veniunt. dicitur etiã hic & hæc celebris,& hoc celebre. Cice. ſecundo ad Herennium apud Priſcianũ lib.3, Locus quæritur celebris,an deſertus. Contrà Ouidius celeber dixit
Celer. in 3. Faſtorũ, Circus erat Pompa celeber numeróque deorum. Celer,celeris,celere,id eſt velox. Celero,

Saluber. Inſaluber. Paluſter. Mediocer. Sequeſter. Ludicer.

celeras,celeriter facio:accelero,idem. Virg. Tum celerare fugam,patriâque excedere ſuadet. Saluber,ſalubris,ſalubre,ſanitatẽ afferens: quam qui habet,ſanus dicitur. Inſaluber,non ſaluber. dicitur etiã hic & hæc ſalubris & hoc ſalubre. Plinius,Belus amnis inſalubris potui, ſed ceremonijs ſacer. Paluſter,ad paludem pertinens,vel paludem incolens:vt Paluſter locus,canna paluſtris. Mediocer,mediocris,mediocre,(teſte Phoca) id eſt medio modo ſe habens: ſed melius declinatur hic & hæc mediocris, & hoc mediocre. Cic. Mediocris orator. Et Horatius, mediocris actor cauſarum,dixit. Sequeſter,ſequeſtris, ſequeſtre,id eſt medians inter litigantes.hinc Sequeſtro, ſequeſtras,id eſt ſeparo.Inuentum eſt ſequeſter,ſequeſtra,ſequeſtrum. Virgilius nanque in 11,pace ſequeſtra,dixit. Et Plautus,Fugio ſequeſtrũ. Priſcianus adijcit ijs Ludicer,ludicris,ludicre: ſed male,teſte Valla:quia ſemper inuenimus Ludicer,aut(vt Perottus ait) Ludicrus,ludicra,ludicrum,id eſt ad ludum pertinens. Plautus, Meum cor cœpit artem facere ludicram. Horatius, -valeat res ludicra,ſi me
Palma negata macrum,donata reducit opimum.

Mobile pro fixo,tacitum ſi ſubſit,habetur.
Quod ſi non tacitum ſubſit,neutri generis ſit.

Molaris. Antecedens. Conſequens

Adiectiuum per ſe poſitum, propter aliquid perpetuò ſubauditum, putatur eſſe ſubſtantiuum eius generis cuius eſt ſubauditum:vt Molaris,ſubſtantiuum eſt,quia intelligitur dens vel lapis. Si nihil ſubaudiatur,erit neutri generis:vt Antecedens,id eſt oratio aliam inferens. Cõſequens,id eſt oratio ex alia illata. Alia ad hanc regulam ſpectantia pòſt declarabuntur.

Maſculeum fluuii nomen decet vſque reponi.

Nomen fluuij eſt maſculini generis:vt Tybris,Sequana,Liſa,Tenera,Garumna,Pantagias:ſed in um neutra ſunt, per generalem regulam antè dictam: vt Cruſtumium, &c. Styx & Lethe ſemper fœminina ſunt:quia paludes eſſe dicuntur potius quàm fluuij: ſic Arethuſa,quia fons eſt : & ad nympham poetæ reſpiciunt. Plura declarabuntur in regula ſequenti.

Communis proprio quandoque genus lego iunctum.

Bubo.

Nomen minus commune quandoque reſpicit genus ſuperioris vel communioris : vt Bubo, eſt maſculini generis, vt ſermo. Ouidius, Ignauus bubo,dirum mortalibus omen. Magis commune vel ſuperius auis eſt fœminini generis. Sic dicimus,Magna bubo,quia intelligitur auis. Virgilius 4. AEneid.
Soláque culminibus ferali carmine bubo
Viſa queri. In hunc locum Seruius enucleat dictam regulam , per quam inuentis melius quàm inueniendis vtemur.

Oſſa. AEtna. Othris. Pelion. Albula. Allia. Cauton. Iader. Nar. Mulucha. Turia. Multhul. Iader. Fabularũ nomina. Eunuchus. Thyeſtes.

Secundo,itaque per hanc regulam nomina montiũ in diuerſo genere interim leguntur:vt Oſſa,mons Theſſaliæ,eſt fœminini generis,vt Penna,muſa,&c. Papinius tertio Thebaidos,
-ſiquando niualem
Othrin & Arctoæ gelidum caput inſtitit Oſſæ. Itẽ lib.9,Semifer aerea talis cẽtaurus ab Oſſa. Interdũ maſculinè reperitur:quia intelligitur mons,per hanc regulam. Ouid. in Ibin, Vtque dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa. ſic alia quædam. Ibidem,Plurima qua flammas Sicanus AEtna vomit. Idem alibi,
-paruóque in tempore nudus
Arboris Othris erat. Pelion,ſolum eſt neutri generis:quia vertit on in um, & dicitur bene Pelium. Papin. lib. 10, -nec adhuc immane veniret Pelion. Tertio,per hanc regulam,nomina fluuiorũ fœminina inueniuntur,quia intelligitur aqua. nos inuentis tantum vtamur:vt Albula,id eſt Tybris . Ouidius 4. Faſt. Clauiger,& tanto eſt Albula pota deo. Martialis maſculinè dixit lib. 11, -cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta tendit iter. Sic Allia, fluuij nomen. Lucanus in 7, Et damnata diu Romanis Allia faſtis. Cauton, fluuij nomen,fœmininum eſt apud Strabonem lib. 8. Nonnunquam fluuiorum nomina neutra ſunt:quia intelligitur per hanc regulam ſuperius flumen. Lucanus lib. 4, Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader. Fluuius eſt in Adriaticum mare fluens. Cicero lib. 4. ad Atticum, Nar poſuit neutrum,dicens, Lacus Velinus interciſo monte in Nar defluit. Nec poteſt dicere indeclinabile eſſe: quia Liuius 10. ab vrbe ait, A Nare flumine Narina appellata. & Plin. lib. 3. cap. 5, Præcipuis Nare & Aniene,qui & ipſe nauigabilis. Virgilius,regulam obſeruans,dixit 7. AEneidos, Sulphureas Nar albus aquas. Sic fluuiorum nomina, Mulucha, Turia,& Multhul, neutra legũtur: teſtes ſunt diuus Auguſtinus & Neſtus Fuſcus vetuſtiſſimus grammaticus: tamen Hermolaus Barbarus dicit Turia vere eſſe maſculini generis in tertium Plinij, authoritate Salluſtij,Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Turiam. Claudianus,Floribus & roſeis formoſus Turia ripis. Grammatici formoſum legerent:quòd vnum omnium Turia neutro genere proferri putãt. Authores Auguſtinus & Priſcianus. Hæc Hermolaus taxans grammaticorum peruerſitatem, authores nimis temerario auſu corrigentes,vt ſuam opinionem tueantur. De Iader in dictũ Lucani verſum ait,Omnibonus tepidum Iader:non quòd Iader ſit generis neutri, ſed retulit ad flumen tepidum. Quarto, per hanc regulam fabularum nomina ſunt fœminini generis,quia intelligitur ſuperius fabula,vel comœdia vel tragœdia: ídque adeo licet, vt Antonius Nebriſſenſis, vir vndecunque doctiſſimus,neget rectè in alio genere locari. Terentius, Quem tranſtulit in Eunuchum ſuam. Quintilianus,Varij Thyſtes cuilibet

Oreſtes. Græcorum comparanda eſt. Quum autem Iuuenalis dixit, Scriptus & in tergo, necdum finitus Oreſtes: ad hominem reſpexiſſe videtur. Vt apud Suetonium, interrogatus Auguſtus, quidnam Aiax ſuus
Aiax. ageret, dixit eum in ſpongiam incubuiſſe. Fuit autem Aiax tragœdia, quam de Aiace componebat Auguſtus. Quinto, nomina nauium per hãc regulam ſunt generis fœminini: quia eius generis eſt ſupe
Centaurus. rius nauis. Virgilius quinto AEneidos (vbi Seruius hanc regulam declarat) Centauro inuehitur magna. Vix auſim dicere pro naui, centauro magno. Huc etiam reduci poſſent vrbium & gemmarũ nomina, ſed ſuo loco manifeſtabuntur.

Inſula & vrbs, regio, capit hæc: neutrum genus optant
Zeuma, Reate, Argos, Præneſte, & Tybur, & Iſpal,
Cære, nepet. Neutrum vel maſculeum dabit Anxur.
Hoc Cim vult. Hic aut hæc donat Leſbos, Abydos.
Hic Sulmo, hic Acragas. Pluralia in i maribus do.
A plurale genus neutrum ſibi poſcit vbique.

Inſularum, regionũ, & vrbium nomina, fœminina ſunt. Inſularum quidem, vt Samos, Saſon, Britannia. Regionum, vt AEgyptus, Aphrica. Vrbium, vt Epheſus, Caſtulo, Tarraco, Corinthus, Ieru-
Caſtulo. ſalem. Sillius lib. 3, Fulget præcipuis Parnaſia Caſtulo ſignis. Chios, inſula maris AEgæi. Horatius
Chios. primo epiſtolarum, Quid tibi viſa Chios Bullati, notáque Leſbos. Hæc Leſbos, inſulæ nomen, vt Ne-
Leſbos. ritos, &c. eſt fœminini generis. Virgilius, Poſthabita coluiſſe Samo. Abydos, vrbs Aſiæ. Ouidius in
Abydos. epiſtola Leandri, Vel tua me Seſtos, vel te mea ſumat Abydos. Poetæ aliquando terminationem aſpiciunt: & ſic Leſbos & Abydos maſculina leguntur. Ouidius 11. Metam. Et Mitylenæi potiuntur litto-
Gadir. re Leſbi. Virgilius primo Georgicorum, Pontus & oſtriferi fauces tentãtur Abydi. Gadir, vrbs in Gadibus, fœminini generis eſt, vt reliqua. Rufus Auienus, Gadir prima fretũ ſolida ſupereminet arce. quia tamen aliquando intelligitur oppidum, etiam neutrum inuenitur. Salluſtius, teſte Priſciano, in ſecundo hiſto. Tarteſſum ciuitatem quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent. At tantum in neutro ge-
Zeuma. nere reperi. Zeuma Zeumatis, oppidum ab Alexandro conditum. Lucanus libro 8, Zeumáque Pel-
Reate. læum Pompeio vincite Parthi. Reate, oppidum Vmbriæ. Syllius libro 8,
-magnæque Reate dicatum
Argos. Cælicolûm matri. Argos, oppidũ Græciæ. Ouidius libro primo de remedio Amoris, Vacuum litibus
Præneſte. Argos erat. Præneſte, oppidũ Italiæ. Virgil. 7. AEneid. Quíque altũ Præneſte viri, &c. Seruius ait hoc Præneſte, & hæc Præneſtis. vnde eſt AEneidos 8,
O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos:
Qualis eram, quum primam aciem Præneſte ſub ipſa
Tybur. Straui. Et Iuuenalis, Quis timet aut timuit gelida Præneſte ruinam? Tybur, oppidũ Italiæ. Sillius in 8,
Hinc Tybur Catille tuum ſacríſque dicatum
Iſpal. Fortunæ Præneſte iugis. Hic Præneſte neutrũ eſt. Iſpal, oppidi nomen. Idem lib. 3, Et celebre oceano
Cære. atque alternis æſtibus Iſpal. Cære Cæris, oppidũ quoddam, etiam neutro genere Cærete Cæretis dici-
Nepet. tur: apud Sillium inuenies: teſtimonium nunc excidit. Nepet, oppidi nomen, neutrũ eſt, teſte Priſcia-
Cim. no: vt Cim, vici Italici nomẽ. quibus iungunt oppidorum nomina, Bogud, Suthul, Muthul. de quibus
Bogud. ſic loquitur Priſcianus libro 5, Suthul, Muthul, oppidorum propria barbara ſunt: quæ ideo quidã neu-
Suthul. tra eſſe putauerũt, quòd appellatiuis neutris ſint coniuncta, vt oppidum Suthul: ſed melius eſt figura-
Muthul. tè ſic appoſita dicere: vt ſi dicam Mons Oſſa, vel Tyberis flumen: quàm dicere neutri generis eſſe in vl terminantia: & maxime quum lingua Pœnorum quæ Chaldææ vel Hebrææ ſimilis eſt & Syræ, nõ ha-
Anxur. beat neutrum genus. Hæc Priſcianus. Anxur, vrbs Italiæ, dubij generis eſt. Horatius, Impoſitum late ſaxis candentibus Anxur. Martialis, Lætus & æquoreis ſplendidus Anxur equis. Iuppiter non Anxur
Sulmo. (vt quidam vult) ſed Anxurus dicitur. Sulmo, Ouidij patria, maſculinũ eſt. Naſo, Sulmo mihi patria
Acragas. eſt gelidis huberrimus vndis. Sic Acragas, Acragantis, tam pro monte, quàm pro oppido maſculinũ legitur. Virgilius de oppido, Arduus inde Acragas oſtendit maxima longe
Mœnia. Fateor non inuenuſtè de monte poſſe intelligi. Pluralia in i ſunt maſculini generis, quicquid ſignificẽt. Itaque volo regulam eſſe generalem, non ſolum exceptionem à dicta regula. Inter hæc oppidorum nomina ſunt Philippi, Veij, Gabij, Campi, Parrhiſij, Bergi. Cuncta pluralia in a, neutra ſunt: vt Ilia, exta. Inter hæc oppidorum nomina ſunt Bactra, Cithera, Artaxata, Suſa, Ieroſolyma: licet ſingulariter aliquando hæc Suſa, hæc Ieroſolyma legantur.

Arboris eſt nomen muliebre, dat hic oleaſter,
Vt ſpinus, platanon. Acer, & thus, robur, habent hoc:
Arbor víxque ſiler. Dabit hic aut hoc tibi ſuber.

Hic aut hæc libanus, pinus, rubus, atque cupreſſus.

Nomẽ arboris eſt fœminini generis: vt Pomus, pyrus, prunus, populus, quercus, æſculus, ſalix, abies, ficus, fraxinus, malus, morus. Malus autem, arbor eſt quæ vulgo pomus dicitur. Nam pomus generale eſt ad prunum, pyrũ, &c. Fagus, *Vng fou ou fouteau*. Sambucus, *Du ſuſeau*. Buxus, *Bouys*. Inuenitur aliquando maſculini. vt libro 4. Eſdræ, Præpara tibi buxos multos. Taxus, *If*. Vlmus, arbor alba, cuius virgis vapulant pueri, vt ex Plautina lectione facile deprehenditur. In um deſinentia, ſiue arbores, ſiue fructum ſignificant, neutra ſunt per regulam prius poſitam: vt Bdellium, hebenum, pomum. Virgilius, -ſola India nigrum Fert hebenum. Tibullus,

Malus. Fagus. Sambucus. Buxus. Taxus. Vlmus.

Ipſe feram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, & facili grandia poma manu. Id eſt pomos. Quæ in um deſinunt, ſæpius fructus ſignificant: vt Pyrum, prunum. ſed nux, ficus, glans, auellana, & quædam alia eodem ſeruato genere, arborem fructúmque ſignificant. Malus maſculinum, eſt lignum veliferum. A regula excipiuntur quædam: vt Oleaſter, ſylueſtris olea. Virgilius 2. Georg.

Malus. Oleaſter.

Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus. Dicitur quoque oleaſtrum in neutro genere, vt Pyraſter & pyraſtrũ, pinaſter & pinaſtrum: id eſt pyrus ſylueſtris, & pinus ſylueſtris. Sunt qui dicant pinaſter maſculinum eſſe, quos Nebriſſenſis improbat. Plinius lib. 15, Pinaſter nihil aliud eſt quàm pinus ſylueſtris. copioſam dat hæc materiam. Theodorus Gaza in Theophraſto lib. 4. de ſtirpibus, Sicut pinaſtri quæ in locis vmbroſis naſcuntur.

Pyraſter. Pinaſter.

Spinus, pruni ſpecies, maſculinum, teſte Seruio. Platanon, arboris nomen, aut potius locus platanis conſitus. Plinius in epiſtolis dixit platanon opaciſſimus. Calepinus dicit, platanus tam maſculinum quàm fœmininum eſſe. pro maſculino deſydero teſtimonium. Neutra ſunt quædam arborum nomina, vt Acer contra Priſcianum. Ouidius 1. de Amoribus, At nuper vile fuiſtis acer. Sic Plinius acer Gallicum dicit, & acer campeſtre atque montanum. Thus: nam aliquando ipſa arbor dicitur. Robur vel robor, ſpecies quercus duriſſimæ. Siler, arbuſcula vel frutex potius quàm arbor, vulgo ſalix dicitur, ait Calepinus. id ſi verum eſt, iure arbor dicetur: quod Priſcianus negat. Virgilius ſecundo Georgicorum, Molle ſiler lentæque geniſtæ. Siler vel Silerus, maſculinum, fluuij nomen eſt. Lucanus libro ſecundo, -radénſque ſalerni Tecta Siler. Silius lib. 8, Nũc Silerus quos nutrit aquis. Suber ſæpius neutri generis: & eſt *Du liege*. Theodorus in Theophraſto, Leue ſuber. Plinius maſculine dixit libro 16, Tardiſſimus ſuber. Libanus, arboris nomen. Calepinus dicit tã maſculini generis eſſe quàm fœminini. Hieronymus in Eccle. Et quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meam. Arbor eſt thurifera, vnde & pro thure accipitur, quod & libanum dicitur. Libanicus, thureus. Pinus & Cupreſſus nunc fœminina ſolum habeantur, licet olim maſculine prolata ſint ab Ennio. Rubus, ſentis genus, frutex potius eſt quàm arbor, teſte Priſciano. Virgilius, Ferat & rubus àſper amomum. Serenus, Manditur apta rubus gingiuis & bona labris. Prudentius, Quem contorta rubus denſis cruciatibus edit. Rectius cum Virgilio maſculine proferes.

Spinus. Platanon. Acer. Thus. Robur. Siler. Suber. Libanus. Pinus. Cupreſſus. Rubus.

Ex ſe nullius generis pro nomine ſumptum,
Eſt neutrum: ceu littera, vox quoque materialis.

Dictio ex ſua ſignificatione non recipiens genus, vt de eo in nomine loquimur, ſi pro nomine ſumatur, erit neutri generis, vt omnis litera, & vox materialiter poſita: veluti Pulchrum ſcire, Longum a, Homo terminatum in o, facit genitiuum hominis. Exempla huius regulæ ſunt quadruplicia. Primo, verbum loco nominis: vt Sumens illud aue, id eſt illam ſalutationem. id per infinitum ſæpius fit. Perſius, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Id eſt ſcientia tua. Idem, At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt. Idem, Velle ſuũ cuique eſt, nec voto viuitur vno. Valerius Maximus lib. 6, Velle ac poſſe in æquo poſitum erat. Secundo, aduerbium loco nominis. Perſius,

Aue. Scire. Monſtrari. Velle. Poſſe.

Nempe hoc aſſiduẽ iam clarum mane feneſtras
Intrat, & anguſtas extendit lumine rimas. Idem, Iam cras heſternum conſumpſimus: ecce aliud cras. Sergius in Donatum dicit mane, vbi in nomen tranſit, declinari. Hoc mane, manis, mani, mane, ô mane, à mani: quo ablatiuo, Plautum vſum dicit in Amphitryone, Hæc illic eſt pugnata pugna vſque à mani ad veſperum. Sic quoque Virgilius in Ciri, Et gelido veniens mani quatiebat ab OEra. Idem ſentit Seruius in illud 5. AEneidos, Mutati tranſuerſa fremunt, & veſpere ab atro Conſurgunt venti. Tranſuerſa (inquit Seruius) aduerbiũ factum à nomine: vt Rauca ſonat, Toruum clamat, Recens pro recenter, &c. Nomen autem in aduerbium tranſiens, declinationem cum genere perdit: aduerbium verò, ſi nomen fiat, declinatur vt mane, &c. Sed quid dicent de cras, & pluribus? Placet mihi magis cum Lanciloto mani aduerbium eſſe loco nominis: vt ſi dicerem Ab illo cras. & dictum Mani pro mane, vt Heri pro here, Veſperi pro veſpere, &c. Sponte ſua, verum eſt nomen, quia genitiuus ſpontis ſæpe legitur. In hoc hallucinantur grammatiſtæ. Tertio, nomina literarum, aut ipſæ literæ neutri generis ſunt. Hieronymus, Non pertranſibit neque vnum iota, neque vnus apex. Iota, eſt litera Græca, hoc eſt i. Thita aut theta, id eſt th, ſic θ, Perſius, Et potis es nigrum vitio præfi-

Mane. Cras. Sponte. Literæ. Iota. Thita.

gere thita. Martialis, Eſt operæpretium diſcere theta nouum. ſic duo bb. υ tenue vel pſilon. ο micron,
id eſt paruum. Quum autem dicit Donatus in a productam, am correptam, &c. vtitur regula Commu
Vox materialis. nis proprio, &c. quia intelligitur fœmininum ſuperius litera vel ſyllaba. Quarto, vox materialiter ac-
cepta, eſt neutri generis: vt diſſyllabum homo in o terminatur. Martialis, Quòd tam grande ſophos
Sophos. clamat tibi turba togata, Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. Nebriſſenſis dicit hic ſophos pro ſa-
pienter accipi: veruntamen materialiter ſumitur: quia ſenſus eſt, O Pomponi, quòd turba togata, id eſt
populus Romanus à te ad cœnam vocatus, clamat tibi adulando tam grande ſophos: id eſt audiens te
legentem carmina tua, quaſi vehementer admirans dicit, O quàm ſapienter, quàm belle, quàm rectè di-
ctum: euge poeta. non dicit hoc, quòd te putet diſertum, ſed quia cœna tua eſt diſerta: id eſt lauta & o-
pipara. Sophos pro ſapiente apud eundem eſt, Te ſophos omnis amat. Perſius, Euge tuum & belle: nã
belle hoc excute totum. Idem, Quin optes tepidum hoc audire decenter. Martialis, Aue Latinum: chæ-
re non poteſt Græcum exprimere. Ouidius, Vix illud potui dicere triſte vale. Vox vel ſcriptura mate-
rialiter ſumitur, quando ſecluſa ſignificatione pro mera voce vel ſcriptura capitur: & quando ſenſus
eſt, illa dictio, illud verbum, illa oratio: vt Homo in o deſinit, id eſt illa vox (homo) &c. Cauſa vocabu-
li eſt, quia omnis dictio habet ipſam vocem vel ſcripturam tanquam materiam, & ſignificationem tan-
quam formam. Veruntamen veteres non dicunt dictionem materialiter ſumi, ſed technice, teſte Lanci-
Izytie eleiſon. loto. Per hanc regulam etiam ſic loquuntur, Pulchrum benedicamus, Paſchale Izytie eleiſon: & eſt ora-
tio ſyllabarum ſeptem, ſignificans domine miſerere. Non libenter dixero Legi vnum miſerere mei deus,
duo de profundis: ſed Legi ſemel miſerere, bis de profundis. Legi orationem dominicam bis, non duo
pater noſter. Salutationem angelicam, non aue maria. Symbolum apoſtolorum, non Credo in deum,
&c. Nonnunquam dictio materialiter vel technice, id eſt non per ſignificationem, ſed per artem po-
ſita, retinet genus quod habuit: vt Fides à fio & dictum, eſt deriuata. Alexander, Dempta carne. Idem,
Adulter erit ſuperãdus. ſed ſic intelligi poteſt nominatiuus. Valla lib. 1. Elegã. Sector qui ſignat vendi-
Nonhomo. torẽ, &c. Nonhomo, nonequus, & infinitis Latini nõ vtũtur. nec credo eſſe neutri generis. quia inepta lo
cutio eſt, Leo eſt crudele nonhomo. Alter grãmatiſtæ & neoterici dialectici docent, quibus nõ credo.

EPICOENVM GENVS.

EPICOENI generis dictio eſt, quæ ſub vno articulo ſignificat vtrunque ſexum, & id in nomini-
bus animalium, in quibus ſexus nõ facile dignoſcitur. vt in nominib⁹ auium: veluti aquila, paſſer, anſer.
Caue dicas aucha, quia Latini ea voce nõ vtuntur. Pica, picus, pſittacus, olor vel cygnus, philomela vel
luſcinia vel aedon, ſtruthio, turdus, coturnix, merula, achantis, perdix, otus, niſus, &c. Gallus, gallina, epi
Columba. cœna non ſunt: quia ſexus facile cernitur. Columba epicœnum eſt, licet pro mare hic columbus etiam
dicatur. teſtis eſt huius rei Valla in Matthæum. Vnde apud Virgilium, Geminæ venêre columbæ. qua-
rum certe vna mas erat. Hæc Valla. Hæc palumbes, epicœni generis, ſylueſtris colũba. Virgilius, Rau
cæ tua cura palumbes. Reperitur quandoque maſculine, vt notauit Calepinus. Lucan. Macróſque pa-
Alcyone. lumbes. Dicitur & palumbus & palumba. Hæc alcyone vel alcyon, & hic vel hæc alcyonis, vel hæc al
OEſtrus. cedo, auicula hyeme pullos educans. Hic œſtrus, vel hoc œſtrum, volatile, apis magnitudine, bobus
apibúſque infeſtum. Si abeſt ſexus, non dicetur epicœnum: vti nec pulex, apes, muſca, anguilla, &c. Se-
Balena. cundo, epicœna ſunt piſcium nomina: vt Balena, maxima belua marina. Cetus, omnis magnus piſcis.
Cetus. Cetarius, marinorum piſcium venditor. Cetaria, foſſa prope mare in qua capiuntur cete. Murena, pi-
Murena. ſcis ſimilis anguillæ. Hinc murenula, torques vel ornamentum colli. Sepio, piſcis habens atramentũ
Sepio. pro ſanguine, & ponitur pro atramento. Tertio, nomina ferarũ, vbi ſexus difficulter noſcitur, epicœ-
na ſunt: vt Vulpes, muſtela, cuniculus, &c. Ad diſcernẽdum ſexũ dicimus cygnus mas, cygnus fœmina.
Ouid. 2. de arte Amãdi, Inuenit in media fœmina piſcis aqua. Varro, teſte Fabio, Lup⁹ fœmina dixit: quia
lupus epicœnũ erat. licet nũc dicatur lupus lupa, vt vrſus vrſa, leo lea vel leæna, &c. Siquis roget muſte
la cuius generis: ſic reſpondeto, Muſtela eſt epicœni generis ſub articulo hæc, quia terminatur in a, &c.

GRAECA, & alia non Latina ſæpe retinent genus ſuum: vt Lampas, adamas, etiam terminatione mu
Geta. tata: vt hæc diphthongus, hic propheta vel prophetes. hic Geta, populi nomen: fœmininũ eſt Getis, Ge-
tidis. hic organiſta, Sarmata, & cætera antè declarata. Male autem dicitur iuriſta, legiſta, &c. quia maſcu-
lina in (iſta) à ſolis Græcis veniunt. Aliquando apud nos genus mutatur: quia fœminina ſunt charta,
Catapulta. cera, amphora, margarita. Catapulta, iaculum vel ſagitta. Cataracta, porta pendula, & ſpecus ſub-
Cataracta. terranea & fluuiorum obices, ne aqua tota defluat, vt nauigari poſſit. hæc Græce ſub es maſculina ſunt.
ſic puls, fœmininum eſt: poltos, maſculinum. Nec apud nos maſculina habent etiam ſemper maſculi-
na, aut contrà: vt Murmur Græcis, eſt maſculinum: nobis, neutrum. Gens nobis fœmininum, illis neu-
trum. De his nonnihil leges apud vtrunque Vallam.

REGVLAE GENERVM SPECIALES.

Hæc dat a. do neutris cum paſcha, mammona, manna.

Situla. Puſtula. Sariſſa. Stipula. Fiſtula. Muſa. Polenta.

Nomina in a ſunt fœminini generis: vt Situla, vas quo hauritur aqua. Puſtula, cutis inflatio. Sa-
riſſa, id eſt haſta. Stipula, calamus frumenti. Fiſtula, muſicum inſtrumẽtum quo flatu canitur, fiſtu-
lator, tibicen. Fiſtula eſt etiam per quam aqua ducitur. Muſa, carmen vel carminis dea. Polenta, hor-

deum madefactum & iterum ſiccatum. Plautus, Polentam pinſitant. In Ioſue, Et comederunt de frugibus terræ die altero, & azymos panes, & polentam eiuſdem anni. Nuſquam legitur polenta neutrum, contra Alexandrum cum omnibus neotericis: inter quos Sulpitius & Nebriſſenſis, Baptiſta Pius, Calepinus, Baptiſta Mantuanus, &c. Priſcianus de hoc nihil meminit. Ait autem Mantuanus, Artocreas & pingue polenta comedi. In Bucolicis, quæ illi adoleſcentulo exciderunt, deceptus eſt per grammaticos qui putant polenta bis neutrum eſſe. apud Ouidium in Metamorphoſi,

Dulce dedit teſta quod coxerat antè polenta:

Cum liquido mixta perfudit diua polenta. Putant parum cauti homines ſenſum eſſe, dedit dulce polenta: perfudit cum liquido polenta, &c. at nugantur: quia polenta in priore verſiculo eſt ablatiui caſus, teſte etiam Raphaele Regio: & verſus ſenſus eſt, Anus dedit ſitibundæ Cereri dulce, id eſt dulcem potũ: quod antè coxerat polenta, id eſt hordeo vel hordeacea farina: vt apud nos ruſticæ mulieres conficiunt ceruiſiolam. non bibitur polenta. In ſecundo manifeſtiſſime errant: quia polenta habet ſecum adiectiuum fœmininum mixta. ſic enim dicitur, -iuuenémque

Cum liquido mixta perfudit diua polenta. Senſus, Diua, id eſt dea. Ceres irata impudẽti puero, perfudit ipſum iuuenẽ polẽta mixta cũ liquido farina hordeacea: cuius furfure cõſperſus puer cõtraxit maculas, quæ in ſtellione hodie cõſpiciuntur. Mãmona, id eſt pecunia vel diuitiæ. Mãna, cæleſtis cibus. neutra ſunt indeclinabilia, teſte Antonio Nebriſſenſi: licet nonnulli ſint auſi per primã declinare. Paſcha neutrũ primæ declinationis, teſte Placentino: licet multi per tertiã paſchatis declinare malint. Auſonius,

Mammona. Manna. Paſcha.

Nos etenim primis ſanctum poſt paſcha diebus

Auernus agrum viſere. Idem, Inſtantis reuocant, quia nos ſolennia paſchæ. Apud Græcos eſt indeclinabile, teſte Placentino, lib. 31. cap. 2. vbi reprehendit Lactantium, quia à paſcho verbo Græco, id eſt patior, paſcha deduxit: quum ſit nomen Hebræum, teſte diuo Hieronymo, ſignificãs tranſitum. Vide declarationem in Calepino.

Hadria maſculeum datur, atque cometa, planeta.

Tria ſunt maſculina, Hadria, cometa, planeta. Hadria, eſt ſinus maris, vel ipſum mare Hadriaticum. Lucan. lib. 5, Sonat Ionio vagus Hadria ponto. Horat. 3. Carm. Dux inquieti turbidus Hadriæ. Torrentinus dicit fuiſſe idôlum quoddã. Hadria, vrbis nomen, fœmininũ eſt, per regulam Inſula & vrbs, regio, &c. Cometa vel cometes, ſtella crinita. Planeta interpretatur erro erronis. ſunt autem planetæ, ſtellæ erraticæ, vt Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Hadria. Cometa. Planeta.

Hic aut hæc talpe cum panthera dato damæ.

Tria in a ſunt dubij generis: hic aut hæc Talpa, hic vel melius hæc panthera, hic aut hæc dama. Virgilius, Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ. Dama, capra ſylueſtris. Virgilius, Cũ canibus timidi venient ad pocula damæ. Horatius 1. Carm. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ. Subeſt (inquit Quintilianus lib. 9.) aliquid rationis, quia vterque ſexus ſignificatur: ergo videtur communis generis.

Dama.

Panthera, animal maculoſum. non legi maſculinum, niſi apud grammaticos: tibi ergo ſit magis fœmininum. Horatius, Diuerſum confuſa genus panthera camelo.

Panthera.

Sit neutri generis per a, quicquid tertia flectit.

Nomen tertiæ declinationis in a deſinens, eſt neutri generis: vt Scomma, iocoſa irriſio. Problema, id eſt propoſitio aut quæſtio, ſine u. Anathema, maledictio. Diadema, pretioſus pannus qui capiti regio circũdatur. Anadema, idem: ſed prius in vſu eſt. Pneuma, id eſt ſpiritus. Dogma, ſtigma, &c.

Scomma. Problema. Anathema.

Popa cuius generis? Maſculini ex ſignificatione vel officio, per regulam Omne viro ſoli. Nam popa, eſt victimarius, id eſt qui victimas ligat feritque. Propertius lib. 4,

Diadema. Anadema.

Illa dies hornis cædem denuntiat hagnis,

Pneuma.

Succinctíque calẽt ad noua lucra popæ. Aliqui libri habẽt in fœminino genere ſuccinctæ: quæ lectio ſi vera eſt, popa erit cõmunis generis, & ſignificabit etiam victimariam: per regulam Quicquid vtrique datur. AElius Spartianus in Geta, Percuſſit hoſtiã popa nomine Antonius. Suetonius in Caligula, Admota altaribus victima ſuccinctus poparũ habitu, elato alte malleo cultrariũ mactauit. Cultrarius, id eſt victimarius. Hinc Perſius ventrẽ popam dixit: non pro pingui & obeſo (vt rentur aliqui) inquit Hermolaus in ſecundis caſtigationibus in 7. Plinij: ſed pro helluone voratoréque ac phagone. Errat in hoc nomine Calepinus cũ omnibus neotericis ferme præter Hermolaum Barbarũ. Súntne alia in a deſinentia maſculini generis ex ſignificatione vel officio, per regulã Omne viro ſoli, &c? Sunt profecto valde multa: vt Papa, id eſt ſummus põtifex. Patriarcha, patrum princeps. Nauarcha, gubernator, & nauis princeps. Satrapa, præfectus. Monarcha, ſolus princeps. Tetrarcha, qui quartam partẽ regni detinet: Græce tetrarches dicitur. Chiliarcha vel Chiliarchus, tribunus militum. Athleta, pugnator.

Popa. Cultrarius. Papa. Patriarcha. Nauarcha. Satrapa. Monarcha. Tetrarcha. Chiliarcha.

Adduntur quorũ fœminina in is vel ia deſinunt, declarata in regula Eſto genus varium: vt Propheta, nauta, ſophiſta, Sarmata, &c. Pirata, prædo marinus. Trapezita, nũmularius. Trapeza, menſa trapezitæ. vulgus dicit bancarius, bancus. neſcit enim docte loqui. Lixa, coquus in exercitu, & quicunque quæſtus gratia ſequitur exercitũ, vt qui aquam miniſtrat: & lixa, id eſt aqua apud veteres. Sill. lib. 5,

Athleta. Pirata. Trapezita. Lixa.

Inſertíque globo pedites, & inutile Marti

Collega. Scriba. Scurra. Agrippa. Proxeneta. Laniſta. Vacia. Panſa. Planci. Apella. Verna. Rabula. Cacula. Holophanta. Sycophanta.

Lixarum vulgus. Collega, ſocius in dignitate. Scriba qui res quaſcunque nomine alterius ſcribit.

Scurra, qui riſum captat, nõ ſalua dignitate perſonæ. hinc ſcurrilis, impudicus. Agrippa, qui in partu primo loco pedẽ emittit. Broxeneta, mediator inter ementèm & vẽdentem. Laniſta, qui domi gladiatores docet, & populo vendit. Vacia, cui in exteriorẽ partẽ crura flectuntur. Panſa, cui lati & panſi ſunt pedes: vt Planci, quibus plani. Apella, id eſt Iudæ⁹, quaſi ſine pelle, quia circũciditur. Horat. Credat Iudæus apella. Verna, ſeruus domi noſtræ natus. Hinc vernaculus, id eſt domeſticus & vulgaris, & vernacula lingua. Inuenies aliquando in fœminino genere hæc verna. Rabula, clamoſus & obſtreperus aduocatus: & capitur pro quouis linguace: dictus quaſi radula, à radendis garrulitate auribus. Cacula, militis famulus. Holophanta & ſycophanta, id eſt nebulo, planus, & deceptor.

Aſſecla. Maſtygia. Cæſulia. Sympota. Sophiſta. Raulia. Homicida. Parricida. Bibliopola. Pharmacopola. Anachoreta. Eremita. Propola. Pincerna. Perfuga. Transfuga. Turca. Legirupa. Curruca.

Aſſecla, famulus, ab aſſequendo. Maſtygia, verbero. Cæſulia, cæſios oculos habens. Sympota, id eſt compotor. Græce in es deſinit vt ſophiſta, holophanta, &c. Sophiſta, qui vanis argumentatiunculis popularẽ aurã venatur. Raulia, rauos oculos habẽs. Quædã dictorũ vidẽtur etiã ad fœminas pertinere. nos ideo cũ Antonio Nebriſſenſi & Phoca, inter maſculina reiecimus: quia ea in fœminino genere nuſquã inuenimus, vt neque ea quæ ſequũtur. Siquis tamen apud veteres horũ aliqua reperiat in fœminino genere, dicat eſſe cõmunis generis: quia ſignificatio non repugnat. Et ipſe poſtquã ediderã hoc opus, in Seneca legi homicida fœminine, Voluere dij eſſe miraculo in captiua libertatẽ, in proſtituta pudicitiã, in homicida innocentiã. ſic idẽ ſæpius in 1. declam. notabit diligens plura. Homicida, hominis cæſor. Parricida in lege XII. tabularũ dicitur quicunque hominẽ liberũ occidit: nunc qui parentẽ occidit. fratricida, matricida, canicida. Bibliopola, librorũ venditor. Pharmacopola, medicamẽtorũ venditor, &c. Anachoreta, ſolitari⁹. Eremita, eremi cultor, fœmininũ opinor eſſe eremitis, eremitidis, &c. Propola, qui à mercatoribus emit vt vendat. Pincerna, id eſt pocillator, legitur apud Hieronymũ. Perſuga & trãſfuga, qui ad hoſtes cõfugit. Turca: fœmininum eius eſt Turcis, vt opinor. Turcus inepte dici teſtantur doctiſſimi. Legirupa, tranſgreſſor legis, apud Plautum. Curruca, etſi figurate pro viro ſumitur, fœmininum ſemper erit. Bellicrepa quid ſit, puto Latinos ignorare. Antiſma neutrum eſt vt dogma. Longus eſſem ſi barbarorum nænias vellem in his libris ſemper reprehendere. Itaque illis omiſſis, videamus quid doctiſſimis placeat.

Auriga. Aduena. Conuena. Hæredipeta. Accola. Conuiua. Alienigena. Terrigena. Ignigena. Verbigena. Nubigena. Indigena. Pediſſequa. Idololatra. Hypocrita. Indiga. Lingulaca.

AVRIGA cuius generis? Cõmunis: pertinet enim ad vtrũque ſexũ. Eſtque qui vel quæ regit currũ. Pro fœmina. Virg. 12. AEneid. Nec currus vſquã videt aurigámque ſororẽ. Regula, Quicquid vtrique datur, &c. Súntne plura in a per hanc regulã cõmunis generis? Etiã: vt Aduena, qui quæve ex alia regione aduenit: & figurate neutri iungitur, teſte Neſtore & Feſto, vt Aduena mancipiũ. Cõuena, qui cum alio venit ad aliquem locũ habitandum. Hæredipeta, hæreditatem captans: ſic cœnipeta, gloripeta, & ſiquid tale inueniatur. Agricola, Chriſticola, &c. Accola, prope habitãs. Incola, inhabitans. Conuiua, id eſt conuiuio. Alienigena, diuerſi generis homo, figurate neutris iungitur, veluti aduena, & quædã alia. Gel. lib. 2. cap. 24, Neque vino alienigena, ſed patrio vſuros. Dicimus etiã alienigenus, alienigena, alienigenum. Valerius Max. lib. 1, Alienigena ſtudia. Et lib. 4, Alienigeni amores. Et lib. 6, Mulier alienigeni ſanguinis. Sic caprigenus, terrigenus, & ſimilia interim legũtur. Terrigena, è terra natus. Ignigena, ex igne. Verbigena, ſolus Chriſtus dicitur: & ita caſu ſolũ maſculini generis eſt. ita dicunt omnes præter Antonium Nebriſſenſem, qui negat Chriſtum recte verbigenam dici: quia Chriſtus eſt ipſum verbum, non verbo genitus. Hæc & alia multa Nebriſſenſis. Nubigena, è nube genitus, vt Centaurus. Indigena, in regione qua habitat genitus. Plinius lib. 14. cap. 6. indigena vina figurate dixit. Pediſſequa, multi commune eſſe volunt, licet pediſſequus pro viro etiam legatur. Idololatra, qui idôla colit. Hypocrita, puto ſolum eſſe maſculinum vt poeta, quia Græce ſimiliter in es deſinit: & eſt diſſimulator ſimulatórque. Marticola, monticola, &c. Indiga, licet pro viro etiam indigus dicatur, id eſt indigens. teſtis eſt Omnibonus in illud Lucani libro 9, Indiga cogatur latices potare iuuentus. Lingulaca. Plautus in Caſina, Vxor domi eſt: ea lingulaca eſt nobis, nũquã tacet. Varro, Quare reſident lingulacæ, obtrectatores tui? Hic ſignificat viros garrulos. Plura ſunt communis generis. nimis foret difficile omnia colligere.

Hoc dat e. Fœmineo generi do Græcula primæ.

Cubile. Sedile. Mare. Phaſe. Cete. Tempe.

Nomen in e, eſt neutri generis: vt Cubile, lectus. Cubiculũ, cella dormitoria. Sedile, id eſt ſedes. Mare notũ eſt, mare in Biblijs etiã quoddam vas. Marinus, in mari natus: Maritimus, circa mare: vt Homines maritimi. Phaſe, id eſt paſcha: verũ hoc nõ inuenio declinatũ: quia Hebræũ eſt, & interpretatur tranſitus. Duo ſunt pluralia in e: Cete, grandes piſces. Tẽpe, loca Theſſaliæ amœniſſima.

Quiſque & vterque, quãtuſcunque, &c. ad ſimplicia reducũtur, quia in partẽ deſinũt, cui genus nõ accidit. Hoc Mille ſubſtantiuum eſt: hi & hæ & hæc mille adiectiuum, vt quinque, &c. per regulam Adiectiua triũ. Excipiũtur à regula nomina in e Græca primæ declinationis, quæ ſunt fœminini generis: vt Synãche, angina, *ſquinancie*. Nymphe, id eſt nympha, formoſa puella, ſponſa & ſemidea vel dea. Campe cãpes, id eſt eruca. Epitome, abbreuiatio. Ethice, moralis ſcientia. Niniue, maxima olim vrbs Syriæ, nunc Flandriæ oppidum, mea patria: ad generalem regulã pertinet Inſula, & vrbs, &c.

Synanche. Nymphe. Campe. Epitome. Ethice. Niniue. Gummi.

I neutrum pono. Finita per o maribus do.

Omne nomen in i ſingulare eſt neutri generis indeclinabile: vt Gummi, viſcus ex arboribus fluens.

Plinius lib.13,Gummi optimum ex AEgyptia ſpina. Inuenitur etiã hæc gummis. Colu. Talis mate-
ries qualis gummis. Idem, Satius eſt noua dolia gummi liquida perluere. Idem, Serias craſſas gummi
liuerũt. Piperi,id eſt piper. Meli,id eſt mel. in ſimplici non vtimur. Moly cum y Græca,herba & Piperi.
flos:genitiuus molyos,teſte Neſtore. Sinapi,ſatis notũ. Serenus,Sæpius ergo decet mordax haurire Meli.
ſinapi. Legitur etiam hæc ſinapis. Columella,Hetum ſactura ſinapis. Nauci,putamen nucis. Capitur Moly.
adiectiuè pro vilis:& ita eſt omnis generis,per regulam Adiectiua trium generũ. Plaut. Amas homi- Sinapi.
nem nõ nauci. Sic adiectiua eſſe dicũtur huiuſmodi,eiuſmodi,nihili,id eſt inutilis. Frugi,id eſt v- Nauci.
tilis,rebus ſuis non abutens. Tullius,Homo frugi omnia recte facit. Horat. Sum bonus & frugi. Pri- Nihili.
ſcianus nõ vult hæc dici adiectiua,ſed obliquos quibuſcunque caſibus figurate iunctos. Nã aliquan- Frugi.
do Vir bonæ frugi,legimus. Plaut. in Caſina, Tu frugi bonæ es. Item dicit de mancipi. Officiperdi Officiperdi.
in Catonis carmine pro homine nihili,eſt maſculinum. Carui apud doctos non inueni.

FINITA per o,&c. Nomen in o deſinens eſt maſculinum, vt Cento,ſtragulum lecti craſſum & Cento.
villoſum. Eſt etiam cento,carmen ex diuerſis locis alicuius poetæ collectum:quale ſcripſit Proba ex Tyro.
Virgilio. Tyro,nou⁹ & rudis miles. Ternio,numerus ternarius. Quaternio,numerus quaterna- Ternio.
rius. Senio,ſex puncta aut numerus ſenarius. Titio,lignũ ſemiuſtum. Scipio,ſtipes & viri no- Senio.
men. Curgulio, fiſtula vel meatus à naribus ad pulmonem,& vermis rodens frumenta. Vnio,pro Titio.
margarita & pro vno puncto. Plin. In aqua mollis vnio exemptus dureſcit. Vnio rurſus pro concor- Scipio.
dia apud ſolos neotericos inueni:& fœmininum eſt,quia verbale ab vnio vnis vnire. Stellio,vermis Curgulio.
quidam,& papilio:quicquid ſignificet,ſemper eſt maſculinum. Vnio.

Pondo loca neutrum:verbale io,cum caro,vult hæc: Stellio.
Talio iungatur,poſuit quod Valla virile.

Excipitur à regula Pondo neutri generis,id eſt libra. Secundo,excipiũtur nomina verbalia in io, Pondo.
quæ ſunt fœminini generis:& caro:veluti religio à relinquẽdo vel religando,&c. portio,quaſi partio.
concio,à cõcire,&c. omnia ſunt à verbis:licet ſemidoctis id non ſtatim pateat. Natio,progenies aut Natio.
gens. Tullius, Stultorũ magna eſt natio. Ratio,qua bonum à malo diſcernimus,& computatio: vt Ratio.
Redde rationẽ villicationis tuæ. Et reſpectus:Habe rationem famæ. Et modus: Percunctare qua Auctio.
ratione beatam vitã duces. Auctio,publica vẽditio. Legio,portio exercitus. Religio,dei cultus. Legio.
Portio,pars. Cœnatio,locus vbi cœnatur. Opinio,ſententia dubia. minus rectè pro fama ſumi- Religio.
tur,teſte in Matthæũ Valla. Sic concio,regio,ſuſpicio,rebellio,cõmunio,conſortio,participatio, ditio, Portio.
ſi inueniatur:poſſeſſio,cõtagio,alluuio,obliuio,factio, ſuperſtitio,mentio, obſidio,internecio. Talio Cœnatio.
fœminini eſt contra Vallam,licet à nullo verbo deſcendat. Gellius lib. vlti. Acerba talio viſa fuerat. ſic Opinio.
ibidem ſæpiſſime ponitur,& ſemper eſt fœminini,& eſt æqualis redditio. Pugio maſculinum eſt,li- Talio.
cet à pungo verbo deriuetur. Lucrio,conuiuio,rariſſime aut nunquam pro fœmininis reperiuntur. Pugio.
Lucrio,qui multum lucratur. Nota ſunt hæc per generalem regulam. Lucrio.

Iungito fœmineis do,go. Sed maſcula ſunto
Ordo,vdo,harpago,cudo,ligo. Sed dubitabis
Margo,cupido:quibus iungunt cum cardine,bubo.

Nomina in do,& in go,ſunt fœminini generis:vt Formido,timor. Sartago,frixoriũ. Vligo,ter- Formido.
ræ humor ex ea nunquam recedens. Vliginoſus ager,id eſt naturaliter humidus. Siligo,pœnultima Sartago.
ſemper producta,& tantũmodo fœminini generis contra indoctos,qui ſtultiſſime aſſenſere verſiculo, Vligo.
Si bona ſit ſiligo,veniet bonus inde ſiligo. Eſt tritici ſpecies:vnde optimus fit panis qui ſiligineus di- Siligo.
citur. Iuuen. Tot medicaminibus coctæque ſiliginis offas. Vitiligo,corporis maculæ,diuerſi coloris Vitiligo.
per totũ corpus diſperſæ. Lanugo,prima barba,& in floſculis quædã quaſi lana. Salomõ,Spes im- Lanugo.
pij quaſi lanugo quæ à vento tollitur. Ouidius, Signarat teneras dubia lanugine malas. Sic grando,
arundo,dulcedo,imago,&c. Excipiuntur pauca ex hac exceptione:nã maſculini generis ſunt. Or-
do,in ſuo cuiuſque loco collocatio. Vdo,calceamenti genus:vt Digeſtis De auro & argento legato, Ordo.
lege Argumento,vbi dicitur,Alia eſt cauſa vdonũ,quia vſum calceamentorum præſtant. Apud Mar- Vdo.
tialem in diſtichis titulus eſt,Vdones cilices. Harpago,harpagonis,telũ in ſummitate aduncum quo Harpago.
nauigia capiuntur:vel inſtrumentum quo capiuntur quæ in puteum vel in flumen deciderint:& di-
citur harpax. triuiales à lupo,quòd rapax ſit,lupum appellãt. Eſt & harpago,ferramenti genus,quod
nonnulli canem vocant:quo ferramento circi vaſis vinarijs aptantur. Liuius vero lib.30. ab vrbe con-
dita ſic ait,Aſſeres ferreo vnco præfixos,harpagonas vocant milites. Cudo cudonis,vel codo,capitis Cudo.
ornamentum ex corio. Sillius lib.7,

Spicula bina gerunt:caput his cudone ferino Ligo.
Stat cautum. Ligo,ferramentũ quo purgantur foſſæ. Sunt pauca alia maſculina ſolis viris data: li- Hugo.
cet ſignificatio videatur ad fœminas pertinere. Hæc non poſui in carmine,quia noſcuntur per regulã Prædo.
Omne viro ſoli. vt Hugo,viri propriũ. Prædo,latro & raptor. Pedo,cui grãdes ſunt pedes,& viri Pedo.
nomen. Comedo,id eſt belluo & epulo. Mãdo,edo,& phago,idem. Lucilius,Omnes mandonũ gu- Comedo.
Mando.

Cerdo. læ. Siquid tale ex verbis viris natum reperies, adijcito. Cerdo, quicunque illiberales artes exercet, dici
Spado. poteſt lucrio: à cerdos Græce, id eſt lucrum. Spado, caſtratus. Mango, quaſi manugo, dicitur mã-
Mango. cipiorum atque etiam aliarum rerum venditor: quas polit & interpolat vt pluris vendat. Poteſt eſſe communis generis, quia de fœmina dicitur. Plinius lib. 32, Ita pueros pubeſcere negauit mango Salpe obſtetrix. Hinc mangonizo, mangonizas, id eſt orno & compono ad illiciendos emptores. Hinc Domus mangonizata, oratio mangonizata, equus mangonizatus, &c. Adijce dictis vnum maſculinum
Burdo. Burdo, id eſt qui ex equo & aſina natus eſt. Dubij generis ſunt hic vel hæc margo, id eſt cuiuſcúque
Margo. rei extremitas. Iuuen. Plena iam margine libri. Papin. 1. Thebaidos, Soluerat Heſperij deuexo margine
Cupido. ponti. Cupido, pro cupiditate, pro amoris deo, ſolum maſculinum eſt. Horat.

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſopnos timor aut cupido
Sordid⁹ aufert. Idẽ, At bona pars hominũ decepta cupidine falſo. Silli⁹ lib. 4, -dux inſtat vterque:
Ambobus velox virtus, geminuſque cupido

Laudis. Idem lib. 4, Nec ſat maturus laudum bellique cupido. Sæpius fœmininum eſt. Idem lib. 1, Et
Cardo. recti ſacra cupido. Cardo nũc ſit maſculinum. Virg. Cardine verſo. Gracchus in Atalanta fœminino vſus eſt, O grata cardo regium egreſſum indicans. Boet. 3. Conſolat. ſumma cardo, dixit. Cardo, quo ianua mouetur, capitur pro polo. Bubo declaratum eſt in regula Communis proprio, &c.
Teredo. Teredo, vermiculus, ſolum eſt fœmininum contra indoctos, vt formido, & alia. Plinius libro vndecimo, capite 19, Naſcuntur & in ipſo ligno teredines, quæ cæteras præcipue appetunt.
Echo. Echo cuius generis? Fœminini: quia poetæ dicunt eſſe nympham, vel deam loquentium voces iterantem ſiue repetentem. & capitur pro tali voce, vt Ceres pro frumẽto: per regulam, Eſto fœmineum,
Tarraco. &c. Tarraco, Narbo, &c. oppidorũ nomina, fœminina ſunt omnia, præter Sulmo. per regulam In-
Narbo. ſula & vrbs, regio, &c. ſic Iericho, ſed rectius dicatur Ierichus.
Ierichus. Homo cuius generis? Communis: quia viro & fœminæ datur, vt hinc deductum nemo: licet fœmi-
Homo. nine raro inueniantur. Sulpitius ad Ciceronem, de Tulliola Ciceronis filia, Quoniam homo nata fue-
Nemo. rat. Terentius in Andria, Hoc ego ſcio, vnum neminem peperiſſe hîc. Titinnius, Quod rogas nemině decet bonam. Súntne alia in o communia? Etiam: vt virgo, vix vnquam maſculinum, niſi in ſacris. Latro, vix vſquam de fœmina dictũ: quam Nebriſſenſis latronam vocaret. Vt à leo, lea vel leæna: licet
Fullona. Homerus, teſte Gellio, leones etiã dixerit ipſas fœminas. A fullo, fullona, pro linteorum lotrice. La-
Latro. tro eſt qui in ſyluis, & alijs locis latet vt homines occidat. Capitur aliquando pro ſatellite. Communia autem ſunt conuiuio, id eſt conuiua. Sic combibo forſan: quia de fœminis dictum non inueni. Sicut nec erro, epulo, manduco, & multa alia quæ ex ſignificatione videntur eſſe communis generis. Sic gẽ-
Pellio. tilia Macedo, Friſo, Saxo, Brito, &c. Pellio, qui quæve facit veſtes pelliceas. Reſtio, qui quæve facit
Reſtio. veſtes. Phrygio, qui quæve acu pingit, vel veſtibus aurum intexit. hæc reducantur ad regulam Quic-
Phrygio. quid vtrique datur.
Præſto. Præſto cui⁹ generis? Omnis: quia eſt adiectiuum indeclinabile, per regulam Adiectiua trium, &c. & ſignificat præſens cum verbo ſum. Aliquando eſt efficax. Celſus lib. 6, Neque medicamentum præſto
Pſeudo. eſt. Pſeudo, id eſt falſus, nullius generis: quia extra compoſitionem non reperitur: vt pſeudopropho-
Phonaſcus. ta, &c. Phonaſco nunquam reperitur: ſed phonaſcus pro magiſtro vocis. Soluendo, gerundium eſt
Soluendo. nullius generis, figuratè omnibus tanquam adiectiuum iunctum pro ſufficiente ad ſoluendum. Fabius, Pauperi ſoluendo non ſumus.

V, c, neutra loco, d vel l, t. Sed hæc dabit halec,
Aut hoc. Sol, mugil, dant hic, vt ſal: quod & hoc vult.

Tribunal. Nomina deſinentia in u, c, d, l, t, ſunt neutri generis: vt Cornu, gelu, lac, quid. Tribunal, ſedes iu-
Triental. dicis. Triental, menſura: & dicitur etiam triẽs. Bidental, aliquid ictum fulmine. Toral, veſtis qua
Bidental. tor⁹ ornatur. Horat. Ne turpe toral, ne ſordida mappa. Ceruical, puluin⁹ qui capiti aut ceruici ſup-
Toral. ponitur. Sic animal, vectigal, &c. mel, fel, ſubtel pro cauo pedis: nil, nihil ſine e: quia fiunt à nihilum.
Ceruical. & hoc à ni pro non, & hilum, id eſt nigrum fabæ, & quiduis nullius pretij. Lucillius, Neque proficis
Subtel. hilum. Sil ſilis, cæruleum in metallis apud Pliniũ lib. 33. vbi de hoc multa dicit Hermolaus. Caput,
Nil. ſinciput, occiput, & quæ non declinantur, git & frit. Eſt autem git, herba & legumen. Plin. lib. 20, Git
Nihilum. ex Græcis, alij melanthion, alij melanſpermon vocant. Optimum quàm excitatiſſimi odoris, quàm
Sil. Git. nigerrimum. Frit, teſte Varrone in re ruſtica, dicitur illud in ſumma ſpica iã matura, quod eſt minus
Frit. quàm granum. Sinciput, eſt anterior pars capitis. Occiput vero, poſterior. Interciput apud La-
Sinciput. tinos non legitur. Excipiuntur à regula pauca: nam halec tam fœminini quàm neutri eſt pro piſce
Occiput. qui ſola aqua nutritur: & pro quodam liquamine ex inteſtinis piſcium. Martialis,
Halec. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra
Halecem: ſed quam protinus illa vorat. Plin. Vitium huius eſt halec, imperfecta, nec colata fæx. Diminutiuum apud Columellam eſt halecula. Horat. 2. lib. Serm. -ego fæcem primus & halec,

Primus & inueni piper album. Secundò hoc liquamen etiam dicitur garũ. *comme gdr.* Antonius Ne-
briſſenſis pro piſce per x literã ſolum fœminino genere hæc halex, dici debere aſſerit. Tot, quot, toti-
dem, aliquot, quotquot, & idem ſignificans quotcunque, adiectiua ſunt omnis generis, per regulam
Adiectiua triũ, &c. Quid, ſubſtantiuũ eſt: Quod, adiectiuũ: ſed de hoc aliàs. Tot & totidẽ, id eſt — Tot, totidẽ.
tam multi: Quot, quàm multi: Aliquot, id eſt aliquantulũ multi. Hic Sol, mundi oculus. Mugil, — Quot.
piſcis capitoſus, qui in metu, abſcondito capite, totũ ſe occultari putat. Plinius lib. 9, Mugil & lupus — Aliquot.
mutuo odio flagrãt. Dicitur etiã mugilis. Iuuen. Quoſdã mœchos & mugilis intrat. Addunt ſtri- — Sol.
gil: ſed melius dicitur ſtrigilis. Sal nũc eſt maſculinũ: olim etiã neutrum: ita docet Priſcianus. A- — Mugil.
franius vetuſtiſſimus, Quicquid loquimur, ſal merũ eſt. Sic etiã eccleſiaſtici: ſed eloquentiſſimos imi- — Sal.
temur. Plin. Seruãdis carnibus aptior eſt ſal acer & ſiccus. Varro, Melior eſt ſal foſſilis quàm marinus.
Colum. Sal cãdidiſſimus conijciatur in vrceũ. Lucan. lib. 10, AEquoreóſque ſales longo miteſcere tra-
ctu. Macrob. ſeptimo Saturn. Id fieri ſal admixtus corpori prohibet. Eſt enim natura ſiccus & cali-
dus. Salina, locus vbi ſal paratur. Salinũ, vaſculũ cui imponitur ſal. Vigil cuius generis? Cõmu- — Vigil.
nis: quia datur viro & fœminę, per regulã Quicquid vtrique datur, &c. Eſt enim qui vel quę vigilat. in
obliquis, neutris iũgitur: vt Vigili ſtudio. Per eandẽ regulam ſunt communis generis, Pugil, qui vel — Pugil.
quæ pugnãdi artẽ nouit. Præſul, qui vel quæ præeſt, vt põtifex. Terẽtius, Siqua eſt paulo habitior, — Præſul.
pugilem eſſe aiunt. Macrob. lib. 1. Saturn. Quia luna corporum præſul eſt. Sedulius neutro iunxit,
dicẽs, Ligno præſule. Exul, qui vel quæ exulat, per eandẽ regulam, communis generis eſt. Conſul, — Exul.
dignitatis nomen, quia ſoli viro dabatur, maſculinũ eſt, per regulam Omne viro ſoli, &c. Sic vetuſtiſ- — Conſul.
ſimum nomẽ Famul pro famulus, procõſul, exconſul vt conſul. Nequã eſt omnis generis, per regu- — Famul.
lã Adiectiua trium generũ: quia nequam eſt adiectiuũ indeclinabile, id eſt inutilis. Nequitia, vitium — Nequam.
cætera cõplectens. Quiſnã ſequitur quis, &c. Totidem vero tot. Tantundem neutrum eſt, vt tan-
tum. Idem, vt is & id. Quandocunque poſterior pars compoſiti genus non recipit, vt ſunt ſyllabicæ
adiectiones & aduerbia: tum ſolum priorem partem aſpiciemus.

An, in, on, maribus dantur. Sint neutra ſecundæ.
Hic aut hæc Python. Sindon muliebris, & icon.

Nomina deſinentia in an, in, vel on, maſculina ſunt: vt Titan, id eſt ſol. Ouid. de creatione mundi, — Titan.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan. Azan, mons Arabiæ. Papinius, Venit & Idæis vlu- — Azan.
latibus æmulus Azan. Acarnan, populi nomen. Pæan, id eſt hymnus & Apollo. Delphin, piſcis — Acarnan. Pæan.
quidã & aſtrum. Delphinus & delphis, idẽ. Agon, certamen. Dæmon, id eſt diabolus. interpreta- — Delphin.
tur ſciens. Excipiuntur à regula nomina in on ſecundæ declinationis, quæ Latini plerunque vertũt — Agon.
in um: & ſunt neutri generis: vt Colon, id eſt membrum. Diateſſaron, de octo: quia octo voces ha- — Dæmon.
bet. & Diapaſon, muſicæ artis ſymphonia, cõſtans ex quinque tonis & duobus ſemitonis. Diaſaty- — Colon.
ron, compoſitio quædam medicorũ ad excitandam Venerem. Dialyton, id eſt diſſolutum, eſt figura — Diateſſaron.
per quam plura ſine coniunctione ponũtur. Talia ſunt prope infinita: inter quæ eſt Pelion, nomen — Diapaſon.
montis. Pæſton & Ilion, oppidorum nomina: quæ Latini dicunt Pæſtum & Iliũ. Virgilius quarto — Diaſatyron.
Georg. Biferíque roſaria Pæſti. Idem alibi, Sub Ilio alto. Dicitur etiam hæc Ilios. Ouidius, — Dialyton.
Sed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis — Peliõ. Pæſtõ
Ilios? Barbiton, quod doctiſſimi quidam male putauerunt eſſe fœminini generis. Horatius, Leſ- — Ilion. Ilios.
boum refugit tendere barbiton. Auſonius in epigrammatis, Hoc genere & chordas & plectra & bar- — Barbiton.
bita conde. Eſt inſtrumentum muſicum quod pulſatur plectro vel calamo. Latine dic barbitum. Pro — Barbitos.
eodem dicitur hic vel hæc barbitos, vel barbitus. Sappho ad Phaonem, Nec facit ad lachrymas bar-
bitos vlla meas. Mendoſe plurimi libri habent ibi barbiton. Horatius,
-age dic Latinum Barbite carmen:
Leſbio primũ modulate ciui. hic maſculinõ eſt: vt apud Sidoniũ in Euchariſtico, -te magne ſacerdos
Barbitus hic noſter plectro licet impare cãtat. Sindõ, velũ ſubtiliſſimum. Martialis libro vndecimo, — Sindon.
Quò tu, quò liber ocyoſe tendis,
Cultus ſindone non quotidiana? Icon, id eſt imago, fœminini eſt teſte Neſtore. Dicitur etiam Ico- — Icon.
na iconæ, & Iconiſma iconiſmatis. Python, vel phyton phytonis, ſerpens quidam, dubij generis — Python.
eſt. Ouidius nanque, tumidum pythona, dixit. Tibullus vero, Delphica pythõ. Hoc de ſerpente pluri-
mi intelligunt: ſed quidam ſine n pytho habent, quod aliud eſt. Sidon cuius generis? Eſt fœminini: — Sidon.
quia eſt vrbis nomen, vt Babylon, Aſcalon, Lacedæmon, Ancon, Croton, &c. vrbium aut regionum — Babylon.
nomina. veluti etiam Salamin, Eleuſin, Trachyn, oppida. Iuuenalis, Ille tamen qualis redijt Salamine — Salamin.
relicta. Quæ tamen ſecundæ ſunt, neutra eſſe diximus, vt Ilion: quibus iungitur Hebræum Man, id — Man.
eſt manna: nec declinatur.

En neutrum pono. mas eſt cum pectine, lichen,
Et ren, ſiue rien, atagen, ſplen, iunge lienem.

Nomen in en eſt neutrum: vt Flumen, id eſt fluuius. Fulmen, ignis ingenti velocitate è nubibus — Flumen.
Fulmen.

Frumen. decidens. Frumen,ſumma pars gulæ per quam cibum lingua mittit in ventrē. Examen,noua apū
Examen. ſoboles:& ſtylus in ſtatera vel in bilāce:& dicitur etiā æquamentū,trutina, æquilibrium,libramentū.
Ponit̄ & pro æquamēto & iudicij inueſtigatione,teſte Feſto.Hinc examino examinas,id eſt ſcrutor &
Omen. inueſtigo. Omen,diuinatio quaſi ex ore ſumpta:quaſi oremen. Virgilius, -quod dij prius omen in
ipſum Cōuertāt. Ominoſus,id eſt qui omē facit.ſic autē pulchre loquimur,Si pater obiret(quod omē
deus auertat)mendicandum mihi eſſet. Sic ſemen,nomen,ſolamen,&c. Excipiuntur à regula pauca
Pecten. maſculina. Pecten:licet Seruius crediderit eſſe neutrū 6. AEneidos,Iā pectine pulſat eburno. Plautus
nāque in Captiuis per pectinē,dixit. Eſt autem pecten,quo pectitur capillus:& quo fides percutiun-
tur:& cratis dentata ad colendam terrā:& pubes:& piſcis:qui etiam pectūculus dicitur. Eſt & inſtru-
Lichen. mentū textorū,dictum quòd fila in telis figat:& ſemper maſculinū eſſe arbitror. Lichen,id eſt mē-
Ren. tagra, talis morbus. Mart.lib.11,Nec triſte mentū,ſordidíve lichenes. Ren ſiue rien, viſcus quoddā.
Attagen. *Les reins*.diminutiuū eſt renunculus. Atagen. vſus ſum figura ſyncope,imitatꝰ Antoninm Nebriſ-
ſenſem,quia aliter verſum ingredi nequibat. Nā recta ſcriptura eſt attagen gemino t, ſecunda breui,
& vltima producta.ſic eundem & alios imitatus,hoc nomen neuter,neutra,neutrum, interdū diſſyl-
labum feci,cum ſit triſyllabum:quia nullum nomen Latinum e diphthongum habet. Attagen igi-
tur maſculini generis,aut epicœni ſub articulo hic,ſignificat auem quandam delicati ſaporis,val-
de vocalem,ſed captam mox obmuteſcentem. Horat. in Epodo,Non attagen Ionicus iucundior. dici-
tur etiā fœminine attagena & attages attagis. Mart. Ionicarum guſtus attagenarum. Hiero. in epiſto.
Splen. Tu attagen ructas? Aliqui libri habēt attagenem:alij attagen,vt ſit ab attage,attages. Splen & liē,
Lien. idem viſcus ſignificant. *La rate*. Lienoſus & ſpleneticus,qui male habet in ſplene. Seruius, teſte Sul-
pitio,neutrum eſſe dixit:ſed errat vt opinor. Celſus lib.3, Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus,
natura mollis & rarus:longitudinis & craſſitudinis modicæ.

Flamen. Flamen cuius generis? Maſculini:quia vxor eius & fœmina ſacerdos dicitur flaminica, per regulam
Eſto genus varium,&c. Omne viro ſoli,&c. Dicitur flamen,quaſi filamen, à filo quo cinctum caput
habebat. Flamen Dialis,id eſt ſacerdos Iouis:à Dio,id eſt Ioue. Flamen Martialis,id eſt Martis. Fla-
men Quirinalis,id eſt Quirini ſiue Romuli. Flamen pro flatu eſt neutrum. Cicero in Arato,Inferior
paulò eſt aries & flamen ad Auſtri.

Fidicen. Súntne alia in en maſculina? Etiam:quia compoſita à cano habent fœminina per a:per regulam E-
Tubicen. ſto genus varium,&c.vt Fidicen,qui fidibus canit,id eſt citharœdus. fidicina,citharistria. Tubicen,
Tibicen. qui tuba canit:vt Tibicen,qui tibia. Cornicen, qui cornu. Lyricen,qui lyra. Liticen,qui lituo.
Cornicen. Oſcen,qui canit ore. Horatius,
Lyricen. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. Proprie de aue auſpicium ore faciente dicitur.
Liticen. Siticen, qui apud ſitos, id eſt mortuos canit. Fœminina, tubicina, tibicina, &c. Hymen, nu-
Oſcen. ptiarum deus,maſculinum eſt:per regulam Omne viro ſoli,&c. Ouidius, Turpia famoſus corpora iū-
Siticen. git hymen. Dicitur etiā tenuis illa membrana qua infantes aliquando naſcuntur inuoluti,& eſt ma-
Hymen. ſculini generis,vt Bacchus pro vino. Nam illi rei præeſſe credebatur deus *Hymen*.

Siren cuius generis? Fœminini:quia putabatur eſſe nympha marina pubetenus virgo, reliqua parte
Siren. corporis piſcis:& Sirenes fuerūt tres filiæ Acheloi & Calliopes,incolētes litꝰ Siculū,Parthenope,Ligia
& Leucoſia. Hæ cantu dulciſſimo nautas ad ſe allectos demerſerunt. Dicitur etiā Sirena Sirenæ. Hie-
ro. in prologo Ioſue,Et nos ad patriam feſtinantes,mortiferos Sirenarū cantus ſurda debemus aure
pertranſire. Siren itaque refertur ad regulam Eſto fœmineum,&c. Siren capitur etiam pro quacunque
illecebra. Horatius, -vitanda eſt improba ſiren
Trœzen. Deſidia. Trœzen,vrbis nomē fœminini eſt,per regulam Inſula & vrbs,regio,&c. Scribitur œ diph-
thongo. Seneca,An maris lati ſinuoſa Trœzen. Papinius diphthongon diuiſit,dicens,
-& quas vicina Troezen
Iungit opes. Incolæ dicuntur Trœzenij. Damen & Seben ſunt propria virorum.

Ar petit hoc. Sed lucar, auis,cum baccare,vult hæc.
Nunc iubar hoc tantum poſcit,iubar hic dedit olim.

Lupanar. Nomina in ar ſunt neutra:vt Lupanar,domus luparum,id eſt meretricum. Calcar,id eſt ferreus
Calcar. ſtimulus ad calcem alligatus ad vrgendos equos:& capitur pro quouis incitamento. Ouidius,
Excitat auditor ſtudium,laudatáque virtus
Cochlear. Creſcit,& immenſum gloria calcar habet. Cochlear,quo ſorbemus. Puluinar, laquear,torcular,
Lucar. &c. Excipiūtur duo fœminina. Lucar pro aue,prima luce ſuauiter canēteſi quicquā credimus No-
uarieſi. Sed lucar pro erogatione quæ in lucis,id eſt ſyluis idolôrum cultui cōſecratis fiebat,eſt neu-
Baccar. trū. Baccar vel baccaris,herba quædā ſine aſpiratione. Bacchar cū aſpiratione, neutri generis,eſt vas
Bacchar. vinariū,quod baccharium quoque,& bacchium dicitur. Iubar,ſol,vel ipſius ſplendor,à iubis,id eſt
Iubar. radijs. Nunc eſt neutrū:olim etiam maſculinū. Ennius,Interea fugit albus iubar Hyperionis curſum.
Lar. Notanda ſunt diligenter per regulas generales nota:vt Lar,domeſticus deus & ipſa domus:vt Bac-
Cæſar. chus,vinū. Perſius,Es modicꝰ voti preſſo lare dulcis amicis. Lares dicūtur eſſe plures. Cæſar,cogno-

men & imperator. Boſtar,proprium viri:pro ſtabulo apud veteres nuſquam inueni licet Calepinus Boſtar.
ponat. Nar,Arar,fluuiorum propria ſatis patēt. Par adiectiuō,id eſt æqualis,eſt omnis generis:per Par.
regulam Adiectiua triū. Sic Compar,id eſt par:diſpar,impar,ſepar,id eſt non par. Par ſubſtantiue,eſt
neutri generis.Cic.in Philippicis,Ecce tibi geminum in ſcelere par. Lucan.in 6,Párque ſuum vide-
re dei.Horat.2.Serm.Ludere par impar,equitare in arundine longa.

Er petit hic. Terræ hoc fœtus(cucumer niſi)poſcit,
Huber,iter,verber,cancer ternæ,atque cadauer,
Ver,ſpinter,tuber. Dabit hic aut hæc tibi lynter.

Nomina in er quæ declinationis ſecundæ,ſiue tertiæ,ſunt maſculini generis:vt Anſer, paſſer,ager,
&c.Sic veſper ſiue pro ſtella veſpertina,ſiue tempore ſerotino cootra Alexandrum,Sulpitium,Calepi Veſper.
num,& plures aſſerentes inueniri neutro genere:ſed nulla veterum authoritate id probant,nec qui-
rent,vt opinor. Virg. Denique quid veſper ſerus vehat. Stathius 12. Thebaidos,
It lachrymis exempta dies:nec ſerus abegit
Veſper,amant miseri lamenta, malíſque fruuntur. Hic pro tempore rectiſſime capitur. Eſt autem
tertiæ declinationis. Auſonius,Hæc ad te breuiter,& illico veſperis illius ſecuto mane dictaui. Celſus
lib.3,Quæ non inter meridiem & veſperem deſinit. Virgilius, -veſpere ab atro
Conſurgunt venti. Plura dicam in tertio libro. Excipiuntur à regula quædam nomina tertiæ de-
clinationis,neutri generis,vt fructus terræ ſignificantia:veluti Papauer,herba, ſemen ſoporiferum ha- Papauer.
bens. Lauer,alia herba. Plinius vtitur quandoque in fœminino:quia ſubauditur herba: per regulā Lauer.
Communis proprio,&c. Laſer, herba quædam & ſuccus ex culmo laſerpitij exudās. Cicer,quod- Laſer.
dam legumē ſuperius acutū. Cicera & cicercula ſunt alia legumina. Siſer,per s,in vtraque ſyllaba, Cicer.
herba cuius radicem olim nobilitauit Tyberius,flagitans eam omnibus annis à Germania. Sic piper, Siſer.
zingiber,& ſiqua ſint ſimilia. Cucumer tamen maſculinum eſt,verum ſæpius in nominatiuo cucu- Cucumer.
mis legitur: herba quædam eſt. Neutra etiam ſunt quæ ſequuntur. Huber, mamma pecoris,ali- Huber.
quando etiam hominis:vt Beata hubera quæ ſuxiſti. Ouidius,
Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro:
Vicinúmque pecus grandius huber habet. Etiam eſt hubertas,id eſt magna agri fertilitas. Virg.
7.AEneidos, -non vobis rege Latino
Diuitis huber agri Troiæve opulentia deerit. Iter. Sub quo comprehenditur ſynonymum,idem Iter.
ſignificans,Itiner,id eſt itio,vel actus eundi,& aliquando via. Hieron. in libro Num. Auertit ſe de iti-
nere:& ibat per agrum. Verber,verberandi inſtrumentum. nominatiuus ſingularis vix inuenitur. Verber.
Verbero verberonis,verberari digous. Cancer pro morbo quondam,tertiæ declinationis, neutri Cancer.
generis eſt apud veteres:quos non ſequimur, ait Priſcianus. Solent probare cancer neutrum eſſe
per illud Ouidij,
Vtque malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere,& illæſas vitiatis addere partes. Sed nulla eſt probatio,quia hic(malum)eſt ſubſtantiuum,
cui adhęret adiectiuum(immedicabile). Vt ſit ſenſus,Et vt cancer per appoſitionem malū immedica
bile,ſolet,&c. Itaque potius cancer etiam tertiæ,ſecundum Priſcianum videtur eſſe maſculinum,vt
carcer:quod apud vetuſtiſſimos neutrum fuit. Cadauer,à cadendo,eſt corpus mortuum: & per ſi- Cadauer.
militudinem de alijs dicitur. Sulpitius Ciceroni,Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cada
uerinus,vt Cadauerinus odor. Ver,anni pars temperatior. Hinc vern9,vt verni flores. Et verno,id eſt Ver.
pullulo,creſco,& ſplendeo,atque etiam cano. Plautus,Dum auiculæ vernant. Spinter,fibula mulie Spinter.
ris,id eſt vncus quo veſtes nectuntur. Plautus,Scis quid hoc ſit ſpinter. Armillam nō eſſe ſpinter,pa-
tet ex Menæchmis. Eſt autem armilla,brachij inſigne,Vide Calepinum. Tuber,priore longa,eſt ter- Tuber.
ræ callus.vulgo tartaſus dicitur in Italia,teſte Calepino. Nomē habet à tumore. Martialis in Xenijs,
Rumpimus altricem tenero de vertice terram:
Tubera boletis poma ſecunda ſumus. Metaphoricos pro quouis tumore capitur:nec propterea
dixerim eſſe adiectiuum,licet doctiſſimo cuidam ita videtur. Terentius,Tuber eſt totum caput. Oui-
dius 10. Metam. Immodico prodibant tubere tali. Tuber,priore breui,arboris nomen,fœmineum eſſe
opinor. Pro pomis illius arboris maſculinum eſt. Suet. in Domitiano,Oblatos tuberes ſeruari iuſſit in
craſtinum. Martialis in Xenijs,
Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes quid tibi cum Libycis? Antonij duo,Nebriſſenſis & Sabellicus,credunt hic tu-
beres eſſe fœminini generis,at falli videntur:quia vernæ hic adiectiuum non eſt,ſed ſubſtantiuū plu-
rale ab hic verna: vt per appoſitionem figurate dicamus Tuber verna,id eſt domi noſtræ natus,non
ex Aphrica allatus. Concinit mihi Domitius,licet exponat vernæ per fœmininum,domi noſtrę natæ,
quum nati dixiſſet. Alter docui in Verſificatoria. Sed hæc magis placent. Ruder & iuger barbara
ſunt:Latine dicimus rudus & iugerū:quæ poſtea patebunt. Lynter,nauicula,rectius fœmininū eſt. Lynter.

Liuius lib. 6. ab vrbe condita, Iam in altum expulſa lyntre. Tibullus lib. 2, -ſre ſolebat Exiguus pulla per vada lynter aqua. Etiam eſt lignum cauatum quæ natria dicitur, qua in vindemijs ruſtici vti ſolent.

Mater cuius generis? Fœminini: quia ſoli fœminæ datur vt mulier, quod de homine ſolũ dicitur. Fœmina etiam de beſtijs: vt fœmina piſcis. Datur regula Eſto fœmineum, &c.

Pauper. Degener. Huber. Puber. Pubes. Iuuentus.

Pauper cuius generis? Cõmunis in nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo: in reliquis etiam omnis generis. Da regulã. Quicquid vtrique datur. & Adiectiua triũ, &c. Talia ſũt quatuor, pauper, degener, huber, puber. Pauper, qui parũ habet. Lucanꝰ in decimo, Pone duces priſcos & nomina pauperis æui. Papiniꝰ, Pugna eſt de paupere regno. Virgilius dixit, Pauperis & tuguri. Hinc paupero pauperas, id eſt pauperẽ facio. Plaut. Boni viri me pauperãt, improbi alunt. Degener, ignobilis, ignauus, timidus, nõ ſequens virtutẽ ſuorum maiorũ. Virg. 4. AEneid. Degeneres animos timor arguit. Lucan. in primo, Degenerem patiere togam. Degenero, id eſt à genere deſciſco. Hieron. Frumenta in loliũ auenámque degenerant. Huber, id eſt fertilis vel abundans. Lactãtius, Eccleſiæ paſtos hubere lacte ſinu. Lucret. in 6, Sequitur grauis imber & huber. Cato, Res huber fuit. Hoc etiã in recto neutrum eſt. Tacit. Rari imbres, huber ſolum. Exuberant fruges noſtrum ad morem. Hubertas, id eſt abũdantia & fertilitas: Hubertim, abundanter: Exubero, id eſt abundo. Virg. Pomíſque exuberat annus. Huber ſubſtantiuum patuit. Inhuber, non huber. Gellius, Inhuberes & incultæ quidem macræque eſſent. Puber, maturus ad generandum. Dicitur etiam hic & hæc pubis. Salluſtius, Puberes omnes interfici iubet. Philelphus, Superas annos iam puberis æui. Impuber vel impubis, ad generandũ immaturus. Pubes, crinis circa genitalia, & ipſi puberes, vt Iuuentus, ipſi iuuenes. Campeſter eſt maſculinum, quia prima vox adiectiui: vt ſylueſter, & cætera declarata circa regulam Eſto genus varium, &c.

Ir iunges maribus: neutri generis tamen eſt hir.

Abaddir. Hir. Pyr. Martyr.

Nomen in ir eſt maſculinum: vt Abaddir, lapis quem Saturnus dicitur deuoraſſe. Sic Vir & gentile treuir. At hir, id eſt vola manus, eſt neutrũ. Pyr, id eſt ignis, neutrũ eſt. ſed Latini non vtuntur: ideo omiſi. Martyr, communis generis eſt: quia viro & fœminæ datur, per regulam Quicquid vtrique datur, &c. vt Paulus martyr, Hagne martyr. Eſt autem martyr, teſtis: Martyrium, teſtimoniũ. Veriſſimus Chriſti teſtis eſt, qui propter illum libens moritur. Protomartyr, primus martyr.

Hic dat or. hæc arbor. Cor, adórque, hoc marmor & æquor.

Mœror. Rumor. Fulgor. Arbor. Soror. Vxor. Cor. Ador. Marmor.

Nomen in or maſculinũ eſt: vt Mœror, vehemens dolor. Rumor, populi ſermo. Rumor eſt te amare. Id eſt, populus dicit ꝙ, &c. Fulgor, id eſt ſplendor. Sic amor, albor, dulcor, valor, &c. Vnicũ eſt fœmininũ arbor: cuius diminutiuũ eſt arbuſcula. Arborator, id eſt arborũ putator & frondator. Arboreſco, arbor fio. Arbuſtum, vbi multæ ſunt arbores. Duo etiam fœminina ſunt per regulã Eſto fœmineũ, &c. quia ſolis fœminis dantur: quæ ſunt Soror. vnde Sororiꝰ, id eſt maritus ſororis, vel aliquid ad ſororẽ pertinens: vt Oſcula ſororia. Vxor, viri cõiunx: diminutiuũ eſt vxorcula vt ſororcula. Vxorius, ad vxorẽ pertinens, vel aliquis vxori nimium deditus. Quatuor ſunt in or neutra: Cor, fons & radix vitæ. Diminutiuum eſt corculũ. Cordatus, prudẽs. Cordolium, commiſeratio: quaſi dolor cordis. Plautus, Mihi cordolium eſt. Ador, frumentum quoddam. Vnde adorea vel adoreola, laus bellica.

AEquor.

Marmor, genus lapidis. Marmoreus, marmorea, marmoreum, quod ex marmore eſt: vt Sepulchrum marmoreum. Marmoratus, marmorata, marmoratum, quod ſuperficiem tantum ex marmore habet: vt Marmorata domus. AEquor, id eſt mare. Aliquando etiam campus aut aer: nam proprie dicitur ſuperficies rei ab aqua, cui æqua ſuperficies eſt quũ non fluctuat. AEquoreus, id eſt marinus.

Senior.

Senior cuius generis? Communis: quia eſt prior vox adiectiui, vt multa alia: veluti hic & hæc ſenior & hoc ſenius, hic & hæc doctior & hoc doctius. Sic melior, dulcior, &c. per regulam Eſto genus varium, &c. Senior tamen frequentius maſculinum eſt. Corn. Celſus lib. 5, Corpora ſeniora tentantur. Plin. lib. 11. de apibꝰ dixit, Seniores intus operantur. Seneca in Hippolytò, Fama miratrix ſenioris æui. Ambroſius, Vt fides aſtrueretur exemplo ſenioris fœminæ. Varro in poſitiuo dixit, Et tua amica ſenex. Comparatiua ſub or, olim fuerunt neutri generis, teſte Priſciano. Id iam exoleuit.

Author. Auctor.

Author cuius generis? Cõmunis: quia datur viro & fœminæ, per regulam Quicquid vtrique datur. nam author ſine c cum aſpiratione, eſt factor aut factrix: Græcè authẽtes dicitur: vt Poeta, eſt author carminis: Heua, eſt author miſeriæ noſtrę: Deus, eſt author mundi. Author etiã eſt qui ſuadet, aut perſuadet potiꝰ: vt Author deditionis & promiſſor, & propugnator ſiue defenſor. Author itẽ cui quis fidẽ habet. hinc Authoritas. Multo plura dicit Calepinꝰ. Libẽtius dixero cũ Macrobio in lib. 2. Saturn. Natura huius fabricæ author & nutrix, ꝗ cũ ſanctiſſimo eodémque doctiſſimo Aurelio Auguſtino, Authrix peccati Heua. Authrix meriti Maria. & diuo Hieronymo, Veneremur ſalutis authricẽ. Reclamat fruſtra Calepinus. Mundi lumina fuerũt, & viri ſanctiſſimi, myſteriorúmque diuinorum doctiſſimi: quorũ non fuiſſemus digni corrigiam calceamenti ſoluere. Ergo ſemper fuerũt Latiniſſimi? Mendoſe colligis, inquit Stoicus: hic autẽ mordaci lotus aceto. Auctor, qui auget. Latinũ eſt maſculini generis: quia fœmininũ eſt auctrix. Prius author etiã figurate neutris iungitur. Lucan. in 5, Italiã ſi cælo authore recuſas. Virg. 10. AEneid. Italiam petijt, fatis authoribus eſto. Philelphus & Lancilo-

tus refragantur mihi in orthographia huius dictionis, de qua dicam alibi. Sunt qui dicant ſenator, balneator, & actor, pro recitatore ac oratore: item aleator eſſe communis generis: inter quos cũ Seruio eſt Sulpitius: licet Petronius vſurpatiue balneatricem dixit. Item communis generis ſunt per regulam Quicquid vtrique datur, &c. verbalia in ſor nõ facientia fœminina in trix: vt Sponſor, qui vel quæ ſpõdet, Interceſſor, qui vel quæ intercedit, &c. Ouid. Sponſor coniugij ſtat dea picta ſui. Maffeus, Virgo interceſſor noſtra ſit ante deum. ſic profeſſor, &c. licet de fœmininis raro dicãtur, vt Rhetor: quod etiã communis generis eſſe dicunt. Pauca ſunt fœminina in trix à verbalibus in ſor: vt Tonſtrix, poſſeſtrix, aſſiſtrix. Rhetor, qui vel quæ ſcit rhetoricam, & eam profitetur.

Verbalia in ſor. Sponſor. Interceſſor. Rhetor.

Memor cuius generis? Omnis in ſingulari, per regulam Adiectiua trium, &c. In plurali, cõmunis generis, per regulam Quicquid vtrique datur. Virg. 4. AEneid. Iuſtúmque memórque precatur. Idem 9. AEneid. Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo. Memor, qui recordatur. Aliquando etiam paſſiue: vt Memorem Iunonis ob iram. Immemor, qui non meminit.

Memor.

Diſcolor cuius generis? Omnis: quia ſub vna terminatione omni generi conuenit: vt Diſcolor pannus, diſcolor veſtis, diſcolor agmen. Ouid. 3. Amorum, Et volat admiſſis diſcolor agmen equis. Plinius littora verſicoloria dixit. Idem, Intus omne ouum eſt bicolor. Gellius libro ſecundo, Tunica muliebri indutus & pallio verſicolore. Diſcolor, diuerſi coloris: Concolor, eiuſdem coloris. Aues concolores vnà volant. Vnicolor, vnius coloris: Bicolor, duorum colorũ. ſic tricolor, &c. Multicolor, multorum colorum: Verſicolor, varij coloris: Decolor, mali coloris. Item per eandem regulam omnis generis ſunt quædam à corpus compoſita: vt Bicorpor, habens duo corpora. ſic tricorpor. Virg. 6. AEneid. Et forma tricorporis vmbræ. Bitẽpor, excor, & ſimilia à barbaris ficta ſunt. Latine dices bitẽporeus, excors, &c. Itẽ per eãdem regulã omnis generis ſunt à decus, id eſt honor, deducta: vt Indecor & dedecor, id eſt inhoneſtus: qui nominatiui rariſſime leguntur. Papinius, -pro funere pulchro Dedecorem amplexi vitam, reditúſque pudendos. Virg. 11. AEneid. Non tamen indecorem tua te regina reliquit. Hic Seruius dicit nominatiuum non reperiri. Priſcianus deducit hæc à vetuſtiſſimo adiectiuo hic & hæc & hoc decor, genitiuo huius décoris, pœnultima breui, id eſt honeſtus. Næuius apud Priſcianum, Decorémque ditem duxerant. verſus eſt Iambicus dimeter: primus pes decorem, eſt Anapæſtus. Hinc decor decôris, pœnultima longa, pulchritudo. Liquor res naturaliter fluens: vt aqua, vinum, oleum. Maſculini generis eſt color: olim etiam fœmininum: quod non ſequimur.

A Color. Diſcolor. Concolor. Vnicolor. Bicolor. Multicolor. Verſicolor. Decolor. A Corpus. Bicorpor. Tricorpor. A Decus. Indecor. Dedecor. Decor. Liquor.

Hoc dat ũr. Hic furfur capiet cum vulture turtur.

Nomẽ in ur eſt neutri generis: vt Murmur, leuis aquæ ſtrepitus: licet metaphorice pro quouis ſtrepitu capiatur. Hinc murmuro murmuras, murmurillo murmurillas, id eſt murmuro: & Murmurillũ, id eſt murmuratio. In euangel. Iohãnis maſculine legitur, Murmur multus de eo erat in turba. Valla ait, Imitatus eſt interpres Græcos: apud quos nomem idem ſignificans, maſculinum eſt. Nobis autem murmur tantum ſit neutri generis, vt Guttur: quod Plautus, vt imperitus ſermo petulantis ſerui ſpectatoribus riſum excutiat, maſculine in Aulularia protulit, Et ne obturet gutturem interiorẽ. Sic carcer neutrũ, & papauer maſculinũ repertũ. quorũ nihil imitabimur. Guttur, eſt fiſtula colli. Gutt⁹, eſt vaſculũ ſupernè anguſtũ, vnde liquor guttatim effunditur. Mamphur, lignũ mediocris longitudinis, rotundũ, quod loro circũuolutũ, circũagunt fabri in operibus tornandis. *een draybout.* Tria excipiuntur à regula maſculini generis: Furfur, purgamentũ farinæ. Serenus. Additur excuſſus niuea ſimilagine furfur. Eſt & nomẽ auis, ſi Calepino credimus. nunquã eſt fœminini, aut neutri generis, cõtra indoctos multa effutiẽtes, nihil probãtes. Pro capitis morbo melius pluraliter tantum furfures dicimus. Furfure⁹, ex furfure: vt Furfureus panis. Vultur, auis rapax & carniuora: quæ etiã vulturis & vulturius dicitur. Ennius, Vulturis in ſyluis miſerũ mandebat homonem. Catullus, Lingua exerta auido ſit data vulturio. Turtur, ſiue piſcis ſiue volucris. Pro piſce nõ occurrit mihi teſtimoniũ aliud quàm grammaticorũ. Grecè dicũtur paſtinaca & trigon: in cuius cauda ſtat radius præſentiſſimi veneni. Pro aue: Sappho ad Phaonem, Et niger à viridi turtur amatur aue. Sic Iuuenalis, Cariturus turture magno. Seruius & plures putant dubij generis eſſe, & fœmininũ reperiri apud Virgilium in Bucolicis, dicentẽ, Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. vt ſit aeria turtur. Sed falluntur: quia melior verſus eſt & ſenſus, vt aeria ablatiuus ſit pro alta: & ponatur quemadmodũ legimus quercus & cypariſſos aereas. Idem 3. AEneid. Aereæ quercus aut coniferæ cypariſſi. Martialis, Daphnonas, platanonas & aerias cypariſſos. Quòd verſus melior ſit in ſenſu noſtro, patet ex his quæ in Verſificatoria de cæſuris diximus. Ambroſius tamẽ fœminine protulit turtur, aut cum Seruio deceptus, aut per regulam Communis proprio, &c. magis commune auis ſubaudiens. Turtur vbi iugalis proprij fuerit viduata, pertæſa thalamos & nomen habere coniugij, eo quòd primus amor fefellerit eam.

Murmur. Guttur. Guttus. Mamphur. Furfur. Vultur. Turtur.

Satur cuius generis? Eſt maſculini: quia eſt prima vox adiectiui, per regulã Eſto genus variũ, &c. Satur ſatura ſaturũ, id eſt cibo plenus. Terent. Cũ ſatura atque ebria eris, puer vt ſit ſatur. Satur etiã, eſt abundans & fœcundum: vt Rus ſaturum. Hinc ſatietas, & ſaturo ſaturas, atque, quod vetus eſt, ſatio.

Satur.

Cicur cuius generis? Omnis: quia ſub vna voce adiectiuum eſt, per regulam Adiectiua trium: id eſt mite & manſuetum: vt Cicur ingenium, Cicur beſtia. Cicuro cicuras, manſuefacio.

Cicur.

Aſtur. Aſtur cuius generis? Eſt maſculini: nam fœmininum eſt Aſturica: per regulam Eſto genus varium.
Aſtur nanque eſt aliquis ab Aſturia ciuitate Hiſpaniæ: vt Equus Aſtur, id eſt Aſturco, ſiue gradarius.
Anxur, oppidi nomen, patuit, Inſula & vrbs, regio, &c.
Fur. Fur cuius generis? Communis generis: quia datur viro & fœminæ. nam fur eſt qui vel quæ furatur,
per regulam Quicquid vtrique datur. Hinc bifur & trifur, id eſt ſumme fur. Aurifur, qui furatur au-
rum. diminutiuum eſt furculus & furunculus. Fur etiam ſeruum ſignificat. Virgil. Quid domini fa-
Ligur. cient, audent cum talia fures? Per eandem regulam cōmunis generis ſunt Ligur & augur. Ligur, qui
vel quæ ab Liguria regione Italiæ eſt: & pro eodem dicitur Ligus. Perſius, -mihi nunc Ligus in ora
Augur. Intepet. Poſſeſſiuum eſt Liguſticus & Liguſtinus. Augur, qui vel quæ futura coniectat: proprie ex a-
uium garritu. Talis diuinatio dicitur augurium: & verbum Auguror, id eſt diuino. Pro fœmina. Pa-
pin. Sit augur caſſa futuri. Horat. 3. Carm. apud Priſcianū, Niſi fallax augur, annoſa cornix. Sæpius de
viris dicitur: nam augurum Romæ fuit collegium.

As petit hæc. Neutrum eſt vas vaſis, fáſque, nefáſque,
Atque Ceras. Vult as hic aſſis: vt omnia primæ
Nomina: quos addes adamas, elephas, Acragáſque.

Charitas. Nomen in as eſt fœminini generis: vt Charitas cū h, id eſt dilectio: Caritas ſine h, id eſt pretioſitas,
Caritas. nec dicitur cariſtia Latine. Tullius, Ex tanta caritate annonæ ſubito tanta vilitas facta eſt. Facultas,
Facultas. id eſt poſſibilitas, ars, poſſeſſio. Excipiuntur à regula quatuor neutra. Vas, quando genitiuus eſt va-
Vas, vaſis. ſis, quod continet aliquid: Vaſculum, paruum vas. Fas, licitum: nefas, illicitum: nec flectuntur. Iuuenal.
Fas. Nefas. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Ceras. Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat. Ceras, Ceradis, teſte Priſciano, cuiuſdam loci nomen. Maſculi-
As. na vero ſunt As aſſis, id eſt libra: duodecim vncias continet: Græce mna dicitur: quod vocalis interie-
ctu mina pronuntiant Latini. Accipitur pro nummo, & pro tota poſſeſſione: vt Hæres ex aſſe, id eſt to
Boreas. ta poſſeſſione. Maſculina etiam ſunt omnia primæ declinationis nomina in as: vt Boreas, vētus qui
Satanas. & aquilo dicitur, ſed ex generalibus noſcitur. Satanas, dæmon. Tyaras, capitis ornamentū quo re-
Tyaras. ges ſacerdotéſque vtebantur. Virg. Sceptrúmque ſacérque tyaras. Dicitur etiam fœminino genere hæc
Tyara. tyara. Iuuen. ſaty. 6, Et Phrygia veſtitur bucca tyara. Pharias, ſerpentis nomen. Lucan. Et contentus
Pharias. iter cauda ſulcare pharias. His iunguntur Adamas, lapillus pretioſus. Diamas, barbarū eſt, licet qui-
Adamas. dam vſurpent. Iuuen. Adamas notiſſimus, &c. Elephas, maximum animal: & ſæpius à Latinis in ſe-
Elephas. cunda declinatione Elephantus dicitur. Lucan. Nec tutus ſpatio eſt elephas. Acragas pro monte, &
Acragas. ſimiliter pro oppido. Hoc ſatis patuit ibi, Inſula & vrbs, &c.
Mas. Mas cuius generis? Maſculini generis: quia ſolo viro datur. nam mas, id eſt vir, per regulam Omne
Maſcula. viro ſoli. Mulier mari ſimilis, dicitur maſcula: vt Maſcula Sappho. Item maſculus maſcula maſcu-
Maſculus. lum, adiectiuum eſt: vt Maſcula bilis, id eſt virilis ira: maſcula virtus, &c. Per eandem regulam ma-
Gigas. ſculina ſunt, Gigas, Garamas, vas, abbas. Gigas, vir altiſſimæ ſtaturæ. Garamas, populi Libyci no
Garamas. men. fœmina dicitur Garamantis Garamantidis. Sic à gigas, ſi opus fuerit, pro fœmina gigantis gigan
Vas, vadis. tidis recte dixeris. Vas vadis, fideiuſſor. Cic. Vas factus eſt alter. Proprie in re capitali dicitur: aliquan-
Abbas. do de quocūque fideiuſſore. Horat. Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbē eſt. Abbas interpreta-
Atlas. tur pater. Atlas, gigantis nomen, qui fingitur fulcire cælum humeris, maſculinum eſt, per regulam
Omne viro ſoli. Nec pro monte in quem conuerſus eſſe fertur, alterius generis eſt: nec item pro me-
taphorico ſignificatu : vt Atlas eſt apud doctiſſimos maſculus lapideus, ſtructurā in ædificijs hume-
ris ſuſtentans : vt Atlas ille cælum. Optimas , primas, ſummas , & pauca alia rariſſime ſingulariter
reperta, communis generis ſunt, vt gentile nomen Arcas: per regulam Quicquid vtrique datur. Plau
tus in Ciſtel. Summates matronas. In Politiano, Matronæ optimates. Apul. 4. de Aſi. Sūmatem re-
gionis puellam.
Arpinas. Arpinas cuius generis? Omnis: quia eſt ſub vna voce adiectiuum. Da regulā. Adiectiua trium, &c.
Arpinas, id eſt Arpini oppidi Italici incola: vel ad Arpinum pertinens. Sic adiectiua ſunt ſimilia, velu
ti Aquinas ab Aquino, Bergomas à Bergomo, Rauennas à Rauenna, Sarſinas à Sarſina, Priuernas à
Noſtras. Priuerno, Fidenas à Fidenis: & ſunt oppida Italiæ: ſic Vrbinas, Capenas, &c. Sic noſtras, id eſt aliquis
noſtræ gentis vel ſectæ. Ab Alpibus montibus altiſſimis non Alpinas Alpinatis vſquam legitur: ſed
Cuias. Alpinus, alpina, alpinū. Ouid. Exigis Alpino Roma ſub hoſte iacet. Cuias cuiatis, interrogatiuū gē-
tilium, ſimiliter omnis generis eſt. Olim dicebāt hic & hæc Arpinatis & hoc Arpinate. nunc ſic loqui-
mur, Cicero Arpinas, Plautꝰ Sarſinas, Iuuenalis & Thomas Aquinas, Res Arpinas, Iter Arpinas, &c.
Cice. ad Atticum, lib. vltimo, In quo flexus eſt ad iter Arpinas. Idem ad Cælium, noſtratia verba dixit.
Et alibi, In Arpinati prædio. Idem, Vt veni in Arpinas. ſub. prædium. Plin. lib. 14, Priuernatia vina, di-
Caſſinas. xit. Lucilius autem oleum Caſſinas dixit. Nomina prædiorum prope aliquod oppidum ex nomine
poſſeſſiuo illius oppidi in neutro genere figurabantur: vt Tuſculanum, Albanum, Formianum, Cu-
Nugas. manum, Arpinas, &c. Nugas teſtibus Priſciano & Phoca, adiectiuum eſt omnis generis indeclina-

bile, idem ſignificans quod nugax & mendax. Da regulam. Adiectiua trium. Hieron. in Sophonia, Nugas qui à lege receſſerant congregabo. Sæpius legitur Nugax. In libro Sapientiæ, Tãquam nugaces æſtimati ſumus ab illo.

Es ſit fœmineum. Tudes hic vult, poples, & ames,
Pes, aries, paries, palmes, cum limite, ſtipes,
Et fomes, trames, termes, cum gurgite, ceſpes,
Et verres, merges: quibus addito Græca, dieſque
Tempore pro certo, cum prole: dat hæc ita raro.

Nomen in es eſt fœminini generis: vt Apes, beſtiola nota. Apiarius, qui apes habet aut cuſtodit.
Apiarium, id eſt aluearium, vas in quo apes mellificãt. Dicitur etiam hæc apis. At hic Apis apidis, eſt Apes.
nomen ethnici dei: & ſignificat bouem quem colebant AEgyptij, quos imitari volentes peruerſi Iu- Apis.
dæi, conflauerunt ſibi vitulum. Hoc pertinet ad regulam Omne viro ſoli, &c. Moles, id eſt magni- Moles.
tudo. Virgil. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Id eſt tam difficile. Proles, filius aut fi- Proles.
lia. Cædes, interfectio. Sedes, id eſt ſedile. Rupes, altus & præruptus locus. Trudes, ſtipes, Cædes.
quo nauis truditur. Sic Teges, ſeges, res, ſpecies. Compes, pedum vinculum. in heteroclitis declara- Sedes.
bitur: quia raro ſingulariter legitur. Excipiuntur à regula quædam in es nomina maſculini ge- Rupes.
neris: vt Tudes, à Badio ante me notatum: id eſt malleus, à tundendo dictum: & priorem corripit, vt Trudes.
verbum eiuſdem originis Tudito: n nãque correptionis gratia abiecta eſt. Poples, curuatura ſub ge Compes.
nu. Ames ſine h, baculus quo ſuſtentatur rete aucuparium. Pes, vna pars corporis. ſub hoc com- Tudes.
prehenduntur ſemipes, id eſt dimidium pedis. ſeſquipes, id eſt pes & dimidium pedis: id nãque ſeſqui Poples.
ſignificat, vt ſeſquihora. Sonipes & cornipes, ſcilicet equus. ſed natura adiectiua ſũt: vt Tripes, quadru Ames.
pes, &c. Pes, totum dicitur à femore ad calcem. Partes eius ſunt coxendix ſiue coxa, femur, femen, ge- Pes.
nu, poples, crus, ſura, & calx, qui pes imus dicitur. Calx, eſt quod vulgo appellatur pes. Et Calcaneus Calx. Aries.
vel calcaneum, eſt id quod vulgo calx dicitur. Aries, maſculus ouium, & quoddam inſtrumentum Paries.
bellicũ. Paries, murus domus ex quacunque materia. Palmes, ramus vitis. Limes, lignum aut la Palmes.
pis agros diſtinguens, & quicunque terminus. Hinc limito limitas, id eſt termino. Stipes, fuſtis ter- Limes.
ræ defixus, & quicunque baculus. Fomes, id eſt nutrimentum à fouendo dicitur: vt Vinum, eſt fo- Stipes.
mes libidinis. Lucanus in 8, Excitat inualidas admoto fomite flammas. Trames, via vel tranſitus Fomes.
à tranſmeo. Termes, ſurculus arboris. Gellius lib. 3, Palmæ termes ex arbore cũ fructu auulſus ſpa- Trames
dix dicitur. Horat. Germinat & nunquam termes pallẽtis oliuæ. Termes pro vermiculo nuſquam ca Termes.
pitur: nam apud Seruium in illud primo Georg. Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum. dicentem,
Importuno tempore arbores cæſæ cito termites faciunt. mendum eſt vitio librariorum, termites pro
teredines, vt alibi oredones pro vnedones. Author mihi eſt Antonius Nebriſſenſis. Gurges, profun- Gurges.
dus in flumine locus. Ouidius,

Caſus vbique valet: ſemper tibi pendeat hamus:
Quo minime credis, gurgite piſcis erit.

Gurgito gurgitas, deuoro, impleo: hinc Egurgito & ingur
gito. Cæſpes, fruſtum terræ graminoſæ. Cæſpititius, ex cæſpite: vt Sedile cæſpititium. Verres, porcus Cæſpes.
non caſtratus: nam caſtratus dicitur maialis. Sic differunt aries, veruex: equus, canterius: & quod non Verres.
ſemper obſeruatur, hircus, caper. Merges, manipulus ſpicarũ. Virg. 2. Georg. Cerealis mergite culmi. Merges.
Errant qui genitiuũ mergetis per ſecundam vocalem efferunt. At Mergæ mergarũ, ſunt furculæ qui- Mergæ.
bus acerui frugum fiunt. Mergus, auis aſſiduo ſe mergẽs. Mergulus, id eſt emunctoriũ. Mergus mer Mergus.
goris, id eſt ſitula. Maſculina quoque ſunt nomina Grçca: vt Planetes, Prophetes, Cometes, Sophiſtes,
Priamides, Bootes, ſydus cæleſte, interpretatur bubulcus, alio nomine arctophylax. poteſt, teſte Calepi Bootes.
no, etiam per tertiam flecti, aſſerente etiam Bootus Booti dici. Zelotes, vehemens amator & æmu- Zelotes.
lus. Argeſtes & Apeliotes, ventorũ nomina ſunt. Achates, Pyrites, Ophites, pretioſorũ lapillorum Argeſtes.
nomina: quæ & alia ſi fœminina legantur, hoc eſt per regulam Communis proprio. quia intelligitur Apeliotes.
gemma. Tertiæ declinationis in es Græca ſunt etiam non pauca: vt Magnes, nomen lapilli ad ſe fer Achates.
rum trahentis. Magnes etiam eſt incola Magneſiæ, regionis Macedoniæ: & ſolum maſculinum eſt: Pyrites.
quia fœmina dicitur Magneſſa, vel Magnetis Magnetidis. Horat. Magneſſam Hippolytem dum fugit Ophites.
abſtinens. Medea ad Iaſonem, Cur vnquam Colchi Magnetida vidimus Argo? Cres, id eſt Creten- Magnes.
ſis, ſolum maſculinum: quia fœmina dicitur Creſſa. Tibullus, -Phœbo gratiſſima dona Cres.
Cres tulit. Id eſt Dædalus in Creta ſemper moratus. Virgil. Creſſa genus Pholoe. Lebes lebetis, vas Lebes.
æneũ in quo res bulliũt. Ouid. in epiſt. Briſeidis, Addidit & fuluos pretioſos ex ære lebetes. Bebelius
& Calepinus male credunt fœmininum eſſe in Ezechielis capite vndecimo, Hæc eſt lebes: vos autem
carnes quia hæc vrbs, non hæc lebes, vera conſtructio eſt, vt liquet capitulum perlegenti, vbi etiam di
citur, Hæc non erit vobis in lebetem: & vos non eritis in medio eius in carnes. accuſatiuus hunc lebe
ta. vnde fit nomen primæ, hæc lebeta. Vt in Paralipom. Pacificas hoſtias coxerunt in lebetis. Tapes Tapes.
tapetis, tegmen mirè pictum varijs coloribus, quo equi, menſæ, vel pauimenta ſternuntur. Papin. 1.

Dies. Theb. Altóſque inferre tapetas. Dicitur etiam Hoc tapete tapetis, vel Tapetū tapeti. Dies pro tempore certo, vt vigintiquatuor horarum, eſt tam fœminini, quàm maſculini generis, teſte Nonio Marcello. Sæpius tamē maſculinum. vnde Quarto Calend. Nonas, vel Idus non quarta. Et melius dominicus dies, q̄ dominica: & dies heſternus, quàm heſterna. Neutrum tamen reprehenſione dignum eſſe ſentit Nonius. Pacuuius, Gnatam deſpondit, nuptijs hanc dicit diē. Virg. 2. AEneid. Iámque dies infanda aderat. Hæc Nonius. Addamus aliquid. Sillius lib. 6, Necdū exorta dies: pro exortus, dixit. Aſinius Cicero lib. 10. die quadrageſima in fœmineo genere dixit, vbi manifeſte tempus certum ſignificatur. In plurali ſolum eſt maſculinum: niſi forſan apud Tibullum lib. 3, Venit poſt multas vna ſerena dies. Nonnulli libri maſculini generis multos habent. Ab hoc fit meridies, id eſt diei medium, ſolū maſculini generis. Dies pro tempore ſimpliciter ſæpius fœmininum. vnde diecula pro tempuſculo. Hinc bima, trima, quadrima die, pro tempore biennij, & cætera, vſurpant conſulti. Tibul. Longa dies homini docuit parere leones. Virg. 2. AEneidos, Venit ſumma dies & ineluctabile tempus. Et in fine quinti, Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Hic dicit Seruius pro certo tempore maſculinū: pro incerto autem fœmininum. ſed Nonius Marcellus vult etiam ſimpliciter pro tempore aliquando eſſe maſculinum. Turpilius in Pedio, Quādo equidem amorem intercapedine ipſe leniuit dies. Id

Circites. eſt ipſum tempus, vt ait Nonius. Circites circitis, id eſt circulus æreus, etiam eſt maſculinū. carmen noſtrum ingredi nequit. Sidonius in laudibus Narbonis,

Quinto circite non valens ſequentem
Pondus ferre, prior rotabat axem.

Hippomanes neutrum dabimus, velut æs, cacoethes.

Hippomanes Neutri generis ſunt Hippomanes, & quod per æ diphthongum ſcribitur, æs, & cacoethes. Hippomanes, virus ab equa collectum, vel carūcula in fronte pulli equini, hominem ad inſaniam redigens. Hippos, id eſt equus aut equa: mania, inſania. Virgil. 4. Georg.

Hic demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus,
Hippomanes quod ſæpe malæ legere nouercæ.

Non deſunt qui dicant etiam eſſe herbam, qua gu-

AEs. ſtata, equi in furorem vertuntur. AEs, quoddam metallum. capitur pro pecunia. Alienum æs, id eſt

Ahenum. pecunia debita. AEreus aheneus & æneus, id eſt ex ære factus. Ahenum, vas æneum. Cacoethes,

Cacoetes. malus mos. Iuuenalis, -tenet inſanabile multos

Myrtites. Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit. Multa de hoc in Verſificatoria dixi. Myrtites, vinum

Scyllites. ex myrti baccarum ſucco cōfectum. Scyllites, vinum ex ſucco ſcyllæ herbæ temperatum. vnde Scyllites acetum, apud Plinium lib. 3 Et Myrtites vinum, apud eūdem lib. 14. Hæc duo Nebriſſenſis voluit eſſe neutri generis: quia inuenit in neutris vinum & acetum iuncta, ſed fallitur: quia hoc fit per appoſitionem: vt ſi dicatur Flumen Tyberis. & Plinius in accuſatiuo non myrtites, ſcyllites, &c. dicit: ſed myrtitem, helleboritem, aromatitem, &c. Ideo omnia ſunt maſculini generis, vt ſimilia Græca. Plinius lib. 14. cap. 16, Myrtitem Cato quemadmodum fecerit, hoc paulo poſt indicabimus.

Præs. Præs cuius generis? Eſt maſculini: quia de fœminis dictum non inueni, per regulam Omne viro ſoli, &c. Significatio tamen non videtur omnino à fœminis abhorrere. vt neque in ſatelles & veles, quæ maſculina per eandem regulam ſolum inueni, niſi rariſſimé. Cic. 2. de fin. Voluptatum ſatellites & miniſtras. Hoc licet rarum ſit, audebo ſic loqui. Præs cum æ diphthongo, id eſt fideiuſſor in lite nummaria. Auſonius, Quis ſubit in pœnam capitali ſupplicio? vas. Quis cum lis fuerit nūmaria, quis da-

Satelles. bitur? præs. Satelles, miniſter crudelitatis & apparitor. Satellitium, ſatellitum actio. Veles, miles le-

Veles. uiſſime omnium armatus: qui ferentarius etiam dicitur. & per tranſlationem dicitur qui verbis altercatur. Hinc Velitor velitaris, id eſt contendo, digladior, pugno, & iurgor. Hinc item velitaris adiectiuum: vt Velitaris pugna. Ouid. Velitis haſta mei. Cic. ad Pætum, lib. 9. Me autem à te, vt ſcurram velitem, malis oneratum eſſe, non moleſte tuli. Id eſt iocularibus verbis expoſitum.

Miles. Miles cuius generis? Cōmunis, quia viro & fœminæ cōuenit: per regulam Quicquid vtrique datur. Eſt enim miles qui vel quæ militat. Ouid. de Caliſto puella, Miles erat Phœbes. Idem de alia muliere, Nam rudis ad partus, & noua miles eram. Súntne alia in es communis generis? Sunt certe: & his verſiculis poſſunt memoriæ commendari:

Miles, eques, cocles, generis communis, & hoſpes,
Indiges, antiſtes, vates, interpres, & hæres,
Eques. Et pedes. Aſt hic aut hæc fixum ſuſcipit ales.

Eques, equo inſidens. Eques auratus eſt quem imperitum vulgus militem appellat. eques aliquando ipſe equus dicitur. Virgilius,

-dorſóque equitem docuere ſub armis
Cocles. Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Cocles, id eſt luſcus vel luſca: id eſt alterutro oculo ca-

Hoſpes. ptus. Hoſpes, qui quæve ad hoſpitiū recipit, aut recipitur: & capitur pro peregrino. Exēplum vbi de fœmina dicitur. Papin. 5. Thebaid. Pudeat ne forte benignæ hoſpitis. Lucan. lib. 5, Hoſpes in extremis audiuit curia tectis. Hoſpites propriè ſunt amici diuerſorū oppidorū, pagorum, aut regionū, qui ſe mu

tuo recipiunt, cum alter in alterius patria peregrinus eſt. Ouid. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Talis
amicitia dicitur hoſpitalitas vel hoſpitium. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitium. Et domus quæ
gratis patent, hoſpitia dicuntur: quæ verò mercede patent, dicuntur cauponæ aut diuerſoria. Inueni- Cauponæ.
tur hæc hoſpita fœminini generis in ſingulari: & hoſpita neutri generis in plurali. cuius quidẽ plura- Diuerſoria.
lis nec genitiuũ, nec datiuũ, nec ablatiuũ nuſquã inueni. Ideo puto hæc duo magis eſſe ab adiectiuo:
quod fuiſſe opinor hoſpitus hoſpita hoſpitum, pro hoſpitalis: id eſt facilis ad recipiẽdum, & quò tute
diuertimur: contrariũ eſt inhoſpita. Lucan. in tertio, Tunc obtulit hoſpita tellus. In Exod. Poſtulabit
mulier à vicina ſua & ab hoſpita vaſa argentea. Hic ſubſtãtiue capitur. Stathius 3. Theb. Hoſpita pan
das flumina. Ouid. 1. Metamor. -inhoſpita tecta tyranni
Ingredior. Hoſpitor, id eſt hoſpitio ſuſcipio aut ſuſcipior. Indiges, homo poſt mortẽ inter diuos Indiges.
relatus relatáve, & (vt cũ vulgo loquar) canonizatus, aut canonizata. author Antonius Nebriſſenſis.
Ouid. 9. Metamor. de AEnea, -quem turba Quirini
Nuncupat indigetem. Antiſtes, in aliqua re ſummus: vt Antiſtes ſacerdotum, id eſt epiſcopus. Fœ- Antiſtes.
mina ſæpius dicitur antiſtita: aliquando etiam antiſtes. Valer. Max. lib. 1, Ne deæ vetuſtis ritibus peri-
ta deeſſet antiſtes. Cic. in Verrẽ, Cereris atque illius phani antiſtitæ maiores natu. Ouid. 3. Metamor.
Tractiſque comis antiſtita Phœbi. Dicitur ab antiſto, id eſt excello. Cic. lib. de Orat. Virum qui ſit
primus eius artis antiſtes. Vates, poeta aut poetria, & quicunque futura prædicit. Virg. Quin vatem Vates.
inſanam aſpicias. Vaticinor, futurum prædico. Vaticinium, id eſt prophetia. Interpres, qui authores Interpres.
declarat, aut aliquid ex lingua in linguam transfert. Interpretor verbum, id eſt expono & declaro.

Hæres, ad quem defuncti bona iure perueniunt. Cohæres, ſimul cum alio hæres. Exhæres, id eſt qui Hæres.
quæve exhæredatur, id eſt hæreditate priuatur. Pedes, pedibus iter faciens. Peditatus, peditum exer- Pedes.
citus: vt Equitatus equitum. Ales ſubſtãtiuum, id eſt volucris. epicœnum eſt ſub hic aut hæc. Qui- Ales.
dam tamen dicunt eſſe communis generis: ſed Petrus Marſus dicit pro gallinaceo accipi tam fœmi-
ninè quàm maſculine apud Sillium lib. 5, -tunc ales præſcia luctus
Damnabat veſci, planctúque alimenta refugit. Ibidem,
-tum ſigna ſequentur
Nulla vulſa manu, veſcíque interritus ales Audebit. Lactantius in illud tertij Thebaidos,
-noctis vaga lumina teſtor,
Et ſocios manes, & te mala protinus ales Vult ales fœmininum, malum augurium ſignificare: ma
ſculinum vero, bonum augurium. Id probat per verſus Sillij iam dictos. Virgilius, Nanque volans ru
bra fuluus Iouis ales in æthra. Boetius, Quæ canit altis garrula ramis,
Ales caueæ clauditur Antro. Mart. Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. id eſt pauonis. Diues cuius
generis? Omnis in ſingulari: ſed in plurali neutro caret, ſaltẽ in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo.

Quæ ſunt eiuſmodi aliæ? Comes, ſuperſtes, locuples, & cætera hic per ordinẽ declarata. Et ſunt ad-
iectiua omnis generis per regulam Adiectiua trium. Diues, qui ſatis habet. Ouidius lib. 1. de Arte, Diues.
Addidit externo marmore diues opus. Vale. Maxi. lib. 2, Diues & præpotens naturæ regnum ſcruta-
tus. Naſo in ſecundo Faſtorum, -pietas pro diuite grata
Eſt regno. Calepinus in dictione (hoſpes) dicit neutrum plurale eſt diuitia: id nuſquam inueni, nec
auderem dicere. A diues, eſt verbum diuito diuitas: vt à dite, dito ditas: id eſt diuitem vel ditem facio.

Comes, id eſt comitans aut ſequens. Virgil. 2. AEneid. Nec comitem hinc aſportare Creuſam. Lu- Comes.
ca. lib. 5, -rerum nos ſumma ſequetur
Imperiumque comes. Comes, dignitatis nomen, adhuc communis generis eſt, per regulam Quicquid
vtrique datur, &c. Nam comitiſſa barbarum eſt. Aſtipulatur mihi Calepinus cum Nebriſſenſi. Su- Superſtes.
perſtes, reſtans poſt alicuius mortem. Plaut. Siquid erga me hodie falſi dixeris, tibi ſuperſtes vxor æta-
tem ſiet. id eſt diu ſit. Ouid. lib. 3. elegã. Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus. Capitur aliquando
ſimpliciter pro viuo. Terent. in Andria, Deos quæſo vt ſit ſuperſtes. id eſt vt viuat. Aliquando pro
præſenti. Plaut. Superſtitem vtrunque monui ne iniuſſi abeant. Præſtes, boni aliquid præſtans: vt Præſtes.
Genius præſtes, dij præſtites. Apud Macrobium & Martianum etiam idem eſt quod antiſtes. So- Soſpes.
ſpes, id eſt ſanus: Soſpitas, ſanitas. Iuuen. ſaty. 13, Depoſitum tibi ſoſpes erit. Pro fœmina etiam in ter-
tia declinatione ſoſpita dicitur. Ouid. 2. Faſt. Soſpita delubris creditur aucta nouis. Soſpes etiam eſt ſa
luber. Vnde Ennius ſoſpitem ſenatorem dixit. Soſpito, ſoſpitas, id eſt incolumem ſeruo. Hebes, obtu Hebes.
ſus & minime acutus. Hebeto hebetas, id eſt hebetẽ facio. Ouid. Os hebes eſt, poſitæque mouent faſti
dia menſæ. Teres, rotundus cum longitudine. Virgil. 7. AEneid. Hæc tereti mos eſt aptare flagello. Teres.
Gellius lib. 7 in plurali vtitur neutro, dicens, Scita & teretia. Præpes, in altum tendens & velox. Vir- Præpes.
gilius, Et præpetis omina pennæ. Ennius apud Macrobium libro 6. Saturn. Nec reſpirandi ſit copia
præpete ferro. Siquando videbitur eſſe ſubſtantiuum, intelligendum eſt auis. Locuples, id eſt diues, Locuples.
quaſi locorum plenus. Cic. in Frumentaria, In prouincia locupleti & referta. Perſius, In locuplete pe
nu. Capitur pro firmo, certo, bono, magnæque authoritatis. Cic. lib. 3. Offic. Accedit eò teſtis locuples
Poſſidonius. Perpes, id eſt ꝑpetuus. Hinc perpetim aduerbiũ, id eſt perpetuo. Iuſtin. lib. 5, Perpeti no Perpes.
ctė fortunam publicam quælibus iterant. In hymno, Perpes corona præſulum. Ales, id eſt velox. Ales.

Inquies. Sillius, Alite vectus equo. Inquies, id eſt inquietus. Salluſt. apud Priſcianum, Nobis primæ diſſenſiones vitio humani ingenij euenere: quod inquies atque indomitum ſemper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agitur. Inquies ſubſtantiuum, fœmininum eſt. Plinius, Ex ebrietate fit

Quies. inquies nocturna. Quies etiam olim adiectiuè repertum eſt pro quieto. Ennius apud Priſcianum, Nanque eius mentem fecit fortuna quietem. Licinius, Non minimopere milites quietes volebant eſ-

Veges. ſe. Veges pro vegetus, adijcitur dictis à Badio noſtro. Veges vegetis, vel vegetus, vegeta, vegetum, id eſt ſanus & incolumis, & proprie ad corpus pertinet: Vigens, ad animum. Vegeto, vegetas, id eſt recreo, fortifico, & vegetem facio. Vegeo veges, id eſt in ſanitate ſum. aliquando idem quod vegeto ve-

Manſues. getas. Pompon. Animos Venus veget voluptatibus. id eſt recreat, &c. Manſues, id eſt manſuetus. Plautus in Aſinaria, Reddam ego te ex fera fame manſuetem. Actius in Meleagro, Miſericordia man

Impes. ſues eſt. Impes pro impetuoſo, adiectiuum eſſe volunt: pro impetu, ſubſtantiuum maſculini generis. Nos cum nominatiuum impes nuſquam legerimus, ſed obliquum ſolum huius impetis, ab hoc

Trigenes. impete, his impetibus, inter ecliptica reiecimus. Trigenes, id eſt triplicis generis. Additur adiectiuis

Expes. in es à Georgio Valla. Expes, id eſt ſine ſpe: cuius obliquos non inueni. Multa à pes compoſita, ad-

à Pes compoſita. iectiua ſunt: vt Bipes, habens duos pedes. Sic tripes, quadrupes, octipes, multipes, centipes, legnipes, id eſt tardus: latipes, latos pedes habens, vt anas & anſer. Callipes nuſquā legitur apud doctos, ſed callipedes in nominatiuo ſingulari: quo ſignificatur nuſquā progrediens. ſumpto adagio à motu & geſticulatione callipedis hiſtrionis. Alipes & Aeripe[illegible] velox, quaſi alatos & aereos pedes habẽs, ab aer. Nā ab æs, æripes, id eſt æreos pedes habẽs. Hæc non penitus refugiunt neutrum plurale: quia Plinius quadrupedia dixit. Quadrupes per ſe, quaſi fixum ſumitur, per regulam Mobile pro fixo. Et aliquādo in maſculino genere: quia intelligitur equus aut ceruus. Virg. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Aliquando in fœminino: quia intelligitur beſtia. Idem, Nulla neque amnẽ libauit quadru

Loripes. pes. Per eandem regulam alia quædam per naturā adiectiua quaſi ſubſtantiuè ponuntur: vt Loripes, id eſt cōfractos, & contortos in modū lori pedes ſiue crura habens. Iuuen. Loripedẽ rectus derideat,

Sonipes. AEthiopem albus. Sonipes, id eſt equus: quia magnum ſonum pedibus facit. Cornipes, quaſi corneos pedes habens, id eſt equus. At ſemipes, omnino fixum eſt pro dimidio pedis: & Seſquipes, id eſt

Deſes. pes cum dimidio, maſculina ſunt vt pes. Nōnulla à ſedeo adiectiua ſunt, vt Deſes, id eſt piger. Claudianus, Deſidis aurigæ non audit currus habenas. Lucan. in 9, Natura deſide torpet. Deſidia, inertia,

Reſes. ignauia, pigritia. Reſes, id eſt reſidens, & quietus, & otioſus ab opere quod exercere ſolebat. Liuius lib. 2, Timuere patres reſidem in vrbe plebem, incertimanere eam, an abire mallent. Virgilius,

Otia qui rumpet patriæ, reſidéſque vocabit
Tullus in arma viros.

Reliqua à ſedeo magis ſunt duûm communia: vt Præſes, qui vel quæ præſidet. Obſes, qui vel quæ ob fidem pignori datur.

Is dabo fœmineis. Sunt maſcula piſcis, & axis,
Glis, callis, vermis, ſotularis, acynacis, orbis,
Et cenchris, vectis, poſtis, cum ſanguine, faſcis,
Et fuſtis, menſis, collis, caulis, quoque follis,
Et caſſis, torris: quibus addes pollis & enſis:
Sic delphis, cucumis, vomis, compoſtáque ab aſſe:
In nis finitum, lapis, vnguis, aqualis, Aprilis.

Hemorrhois Nomen in is eſt fœmininum: vt Hæmorrhois hæmorrhoidis, ſerpens, cuius morſu ſanguis omnis è corpore fluit: Latine ſanguinaria dicitur. Lucan. At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem,

Aſſis. Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes. Etiam eſt quidam morbus. Aſſis, id eſt aſſer: Aſſula,

Noualis. paruus aſſis. *Petit ais ou eſclat.* Aſſiculus etiam pro aſſerculus inuenitur. Noualis, id eſt ager qui renouatur ſemine. Virgilius, Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Legitur quoque hoc nouale. Idem,

Curulis. Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Curulis, Sella conſulis aut prætoris: ſed natura mobile eſt: vt Curulis magiſtratus, curulis ſella, curule ebur: nam ſella curulis ferme ex ebore fiebat. Horat. lib. 1. epiſt. de populo,

Cuilibet hic faſces dabit, eripiétque curule,
Cui volet importunus, ebur.

Bilis. Lucan. lib. 3, Prætor adeſt, vacuæque loco ceſſere curules. Bilis, cholera

Cratis. & ira. Ne moueas mihi bilem. Cratis, rara connexio ferramentorū aut lignorum. Hinc cratis ferrea,

Vallis. viminea, &c. Singulare rarum eſt. Vallis, locus decliuis. Pro eodem dicitur hæc valles. Virgil. Eſt cur

Baſis. uo anfractu valles accommoda fraudi. Conuallis, rotunda vallis montibus ſepta. Baſis, lapis aut

Craſis. lignum portans columnam aut ſtatuam. Craſis, temperamentum. Phraſis, elocutio. ſic peſtis, ve-

Phraſis. ſtis, &c. Tolluntur à regula multa maſculini generis: vt Piſcis, nomen notum. diminutiuum

Piſcis. eſt piſciculus. Piſcor, piſcaris, piſces venor. Expiſcor, id eſt cautè exquiro. Piſcatus, piſcatus, piſcatui, id eſt piſcatio. Piſcatorius, ad piſcatorem pertinens: vt Nauis piſcatoria. Piſcarius, idem: vt Ha-

mus piſcarius. Piſcarius etiam, qui piſces vendit: fœmina, piſcaria dicitur. Piſcaria, locus vbi piſces ven
duntur. Varro, Nullus in piſcaria piſcis erat. Piſcoſus, piſcibus plenus, & vbi facile eſt piſcari. Piſculen
tus, idem. Piſcinalis, ad piſcem pertinens: vt Piſcinalis cella. A piſcis etiam eſt piſcina, & alia quædam.
Longus eſſem ſi omnia vellem declarare. Axis, ſtipes vel lignum teres circa quod rota currus verti- **Axis.**
tur: & capitur pro toto curru, & pro parte cæli quem polum vocant. Etiam eſt fera quædam Indiæ,
& ſic eſt fœmininum. Axungia, eſt pingue quo axis vngitur. Glis, animal non abſimile muri. Gli- **Axungia.**
rarium, locus vbi nutriũtur glires. Fœmininum, glis glitis, & gliſſis barbarum cenſemus, licet Verula- **Glis.**
nus & Bergomas cum Alexandro ponant, non probent. Martial. Sopniculoſos ille porriget glires. **Callis.**
Callis via trita. Virglius lib. 7, Rara per occultos ducebat ſemita calles. Vermis, Vng uer, à verten- **Vermis.**
do: quia ſeſe torquendo repit. Vermino verminas, vermes habeo. Sotularis, id eſt calceus. Apud ve- **Sotularis.**
teres non inueni hanc voculam. vtitur tamen Hieronymus contra Iouinianum, Hic ſotularis quem
cernitis, videtur vobis nouus & elegãs: ſed nemo ſit præter me vbi premat. Acynacis, id eſt gladius **Acynacis.**
& proprie Medus vel Perſicus. Horat. 1. Carm. Vino & lucernis Medus acynacis. Hieronymus con-
tra Iouini. Extorſit acynacem de manu, & latus eius tranſuerberauit. Orbis, res rotunda, circulus. **Orbis.**
diminutiuum eſt orbiculus. Sunt qui dicant olim etiam fœmininum fuiſſe. Cenchris, quidam ſer- **Cenchris.**
pens. Lucan. lib. 9, Et ſemper recto lapſurus limite cenchris. Eſt etiam auis ex accipitrum genere: La-
tine tinunculus dicitur, & portus Corinthi. Vectis, inſtrumẽtum quo clauditur oſtium. Eſt quo- **Vectis.**
que lignum teres quo aliquid vehitur aut porta[illegible] Vectes arcæ. Item Vectis, inſula quædam ver-
ſus Thylem. & ſic eſt fœminini. Poſtis, latus ianuæ aut portæ. Virgilius, **Poſtis.**
Hærent parietibus ſcalæ, poſtéſque ſub ipſos Nituntur gradibus.

Sanguis, id eſt cruor. Proprie tamen ſanguis qui eſt intra venas, cruor fuſus ſiue ſanies. Ponitur pro **Sanguis.**
genere: ponitur etiam pro vita & pro peccato. Faſcis, pondus, aut res ligatæ ad portandũ: & pro one **Faſcis.**
re ponitur. Virg. Ego hoc te faſce leuabo. Faſces pluraliter capitur pro conſulatu aut prætura: quia li
ctores, id eſt ſatellites præibant magiſtratum cum virgarum faſcibus. Fuſtis, baculus. Fuſtigo fuſti- **Fuſtis.**
gas, id eſt fuſte batuo. Menſis, notum. Menſtruus aut menſurnus, quod per ſingulos fit menſes. **Menſis.**

Collis, id eſt monticulus. Hinc Roma ſepticolis dicta eſt. Colliculus, paruus collis. Caulis, ſtipes **Menſtruus.**
herbę. Ponitur nonnunquam pro braſſica. Hinc adiectiua ſunt vnicaulis, id eſt vnum caulem habens. **Menſurnus.**
ſic multicaulis, &c Plin. Carduus multicaulis eſt & ramoſus. Dicitur pro caulis collis, vt pro caurus **Collis.**
corus. & de pennis & caudis quãdoque dicitur. Plin. Boum caudis longiſſimus caulis. Idem, Penna- **Caulis.**
rum caules præciſi non creſcunt. Follis, inſtrumentũ quo attrahitur & emittitur ventus: hinc folli- **Follis.**
culus. & plura ſignat, vt pilam, &c. ſemper autem eſt maſculinum. Caſſis: intellige dum rete ſignat: **Caſſis.**
nam pro galea fœmininum eſt, vt in declinatione oſtendam. Torris, lignum ardens vel aduſtum. **Torris.**
Lactant. Titionem vulgus appellat extractum foco torrem, ſemiuſtum, extinctum. Pollis, flos triti- **Pollis.**
ci maſculinum eſſe dicit Diomedes. Hinc Pollinarius pollinaria pollinarium, ad pollinem pertinẽs: vt **Enſis.**
Cribrum pollinarium. Enſis, id eſt gladius, mucro, ſpatha. Hinc enſiculus, paruus enſis. Delphis, **Delphis.**
id eſt delphin, maris belua, & ſignum cæleſte. pro eodem delphinus dicitur. Auienus in Arato, Tum
curuus caudam ſubit inter ſydera delphis. Cucumis, herba cuius fructus Pepo & apud Palladium **Cucumis.**
Melo dicitur. Quidam tamen dicunt pepones diuerſos eſſe à cucumere. Virg. Cæruleus cucumis. Cu **Pepo. Melo.**
curbita longe aliud ſignificat. Vomis, ferramentum aratri. Ouid. Sauciat vt duram vomis aduncus **Vomis.**
humum. Maſculina etiam ſunt compoſita ab aſſe, vt Semis, id eſt dimidium aſſis. Treſſis, tres aſſes.
Sic octuſſis, decuſſis, vigeſſis, centuſſis, &c. quæ ſunt ponderum, aut nummorum nomina. Perſius, Et
centum Græcos curto centuſſe licetur. In Digeſtis De vulgari & pupillari ſubſtitutione, Si pater, Et
vnus ſemis apud te maneat. Treſſis quaſi adiectiuum capitur. Perſius, Dama eſt non treſſis agaſo.

Maſculina item ſunt in nis finita, vt panis. Penis, id eſt cauda: funis, id eſt reſtis: crinis: lienis, id eſt **Penis. Funis.**
lien. Celſus lib. 4, Lienis vbi affectus eſt. Ignis, &c. Lapis, Græce lithos dicitur, & minor eſt: Sa- **Lienis. Lapis**
xum, maius, aſperius, duriúſque. Vnguis, durities digitorum tam in auibus cæteríſque beſtijs, quàm **Vnguis.**
in homine. Vnguiculus, paruus vnguis. Ouidius,
Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipitris ſaucia facta ſemel. Aqualis, vas in quo affertur aqua. Aqualiculus, pecorum **Aqualis.**
lynter. metaphorice pro ventre capitur. Perſius, Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Var-
ro, Ab aqua aqualis eſt dictus. Aprilis, nomen menſis. ſic maſculini ſunt Sextilis, Quintilis: quia **Aprilis.**
per naturam adiectiua ſunt: at quaſi ſubſtantiua ponuntur, quia intelligitur maſculinum menſis.

Ouis pro animali, fœminini eſt. Gellius pro minima multa docet eſſe maſculinum, lib. 11. capite 1. **Ouis.**

Hic aut hæc finis, clunis, cum corbe, canalis,
Anguis & halcyonis, torquis, puluis, cinis, amnis.

Nomina hic poſita, ſunt dubij generis. Finis, terminus ſiue extremitas in vnaquaque re. Virgil. 1. **Finis.**
AEneidos, Quẽ das finem rex magne laborũ? Idem 2. AEneid. Hæc finis Priami. Seruius dicit frequẽ-
tius eſſe fœmininum, & ita frequenter inuenio. Cic. libro 4. ad Atticũ, Neque ei finis eſt facta. Sillius

Clunis. lib.15,Finíſque eſt addita dictis. Clunis,natis,ſiue natis tumor.Iuuenal.Tremulo deſcendunt clune
puellæ.Plaut.Quaſi lupus ab armis valeo:clunes infractos gero. De fœminino. Horat.Quòd pul-
Corbis. chræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix. Corbis, vas vimineum. De maſculino non ſuccurrit
teſtimonium niſi Priſciani & Antonij Nebriſſenſis, pluriúmque grammaticorum. cum Seruio opi-
nor ſæpius eſſe fœmininum. Cic.pro Seſtio,Meſſoria ſe corbe cõtexit.Corbio,qui facit corbes.Corbu
Canalis. la,parua corbis.diminutiuum eſt hæc corbula apud Catonem & Columellam. Canalis,lignum ca-
uatum:aut quiduis aliud per quod aqua fluit in vijs . ſæpius maſculinum eſt, licet id Seruius neget.
Virgil.in AEtna,Quòd ſi diuerſos emittit terra canales. Senec.lib. quarto natu. quæſt. Tenuiſſimos
canales tenent.Iuriſconſultus,Digeſtis De riuis,l.Si ſeruus,Siquis nouum canalem,&c.Liuius 3.ca
nalem qui,&c.maſculine dixit. De fœminino non ſuccurrit teſtimonium. Nebriſſenſis dicit Cato-
nem & Varronem fœminine extuliſſe. Diminutiuum eſt hæc canalicula:vel quod frequentius legi-
tur,canaliculus.Seneca libro 8,Excipienda ſunt ex ferula,facto canaliculo. ſic Columella, Vitruuius,
pluréſque.Dicitur etiam hoc canale,teſte Calepino,quod eum puto dixiſſe,propter ablatiuum cana-
li,quem ſemper inuenio:nunquam per ſecundam vocalem canale.Papin.libro 1.Syl.Flumina demer-
ſo trahit intemerata canali, id eſt occulto meatu. Virgilius in AEtna, Preſſóque canali. Senec.3.nat.
quæſt.Amiſſo canali ſuo flumina primum refunduntur.In eodem,Quibus torrens in canali ſuo cur
ſus eſt.Liuius lib.23.ab vrbe,Vtraque eſt in Capi[illegible] canali vno diſcreta.Apul.lib.6.Metam. Cana-
Anguis. li directo pergas ad ipſam Orci regiam. Anguis, ſerpens, melius eſt maſculinum, vt diminutiuum
anguiculus.Valerius Maximus lib.1,Anguis eximiæ magnitudinis viſus,è conſpectu abijt. De fœ-
minino in eodem libro,Angues duæ ex occulto prolapſæ.In eodem,Subito ex vna parte prolapſam
anguem proſpexit.Cornelius Tacitus, Vnam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt.
Halcyonis. Halcyonis,auis maritima in arenis medio fere hyemis oua deponens . Sulpitius dixit eſſe commu-
nis generis:ego dubij vel epicœni ſub hic vel hæc.Dicitur etiam hæc halcyon, & halcyone, & Lati-
Torquis. ne alcedo alcedinis. Torquis,colli ornamentum & ſummi pectoris,vt circulus aureus,flexilis,obtor
tus. De maſculino.Veget.libro tertio,Quibus aureus torquis ob virtutis præmium dabatur.Sillius
libro 4,Colla viri fuluo radiabãt lactea torque.Liuius lib.7,Vno torque ſpoliauit.Sueton.in Augu.
Lapſu debilitatum aureo torque donauit.Papin.5.Theb. -collóque decorus
Torquis in hoſtiles cecidit per vulnus arenas. De fœminino.Propertius,Torquis ab inciſa decidit
vnca gula. Gellius libro 9, Torquis ex auro induuias, quam ex hoſte,quem occiderat,detractam in-
duit.Iuſtin.lib.13, Torque aurea donatus.ſic Apuleius,Hieronymus,pluréſque.Dicimus pro eodem
Puluis. hæc torques,vt vulpes. Puluis ſæpius maſculinum. Nam apud ſolum Propertium fœminine legi.
Vt lib.1,Sit mihi præcipue puluis Hetruſca dolor.Et libro ſecundo,Et duo ſint verſus, qui nunc ia-
Cinis. cet horrida puluis. Cinis ſit tibi maſculinum,quia ſolus Catullus(quantum colligere potui)fœmi-
Amnis. nine dixit, Troia,virûm & virtutum omnium acerba cinis. Amnis tibi ſit maſculinum, quia ſolus
Funis. Valerius dicitur fœminine locaſſe:Eſt autem fluuius. Funis,id eſt reſtis, tantum maſculinum nunc
Retis. eſt.Lucilius tamẽ fœminine apud Gelliũ ait, Aurea de cælo ſummiſit funis in arua. Retis pro rete,
fœminini eſſe dicunt.Plautus tamen maſculine dixit in Rudente,Non vides proferre me vuidum re-
AEdilis. tem ſine ſquammoſo pecu? AEdilis cuius generis?Maſculini:quia ex officio ſoli viro conuenit. Eſt
qui ſacras & priuatas ædes procurat.Item qui frumento præeſt & cibarijs.Hic Græce agoranomus di
Molaris. citur.AEdilitas eſt ipſa dignitas.dabis regulam Omne viro,&c. Molaris cuius generis?Eſt maſculini
per ſubauditionẽ: eſt enim natura adiectiuum,& intelligitur lapis vel dens.per regulam Mobile pro
Maxillaris. fixo. Quæ ſunt alia in is ad hanc regulam referenda?Multa ſunt: vt maxillaris, ſcilicet dens:auricu-
Auricularis. laris,ſcilicet digitus:Annalis,ſcilicet liber,rarenter ſingulariter lectum.Pugillaris,ſcilicet calamus:an-
Annalis. nularis,digitus.Conſularis,ſcilicet vir qui fuit conſul,aut conſulatu dignus. Sueto. in Auguſto,fœ-
Pugillaris. minam conſularẽ vocat,conſulis vxorem. Cardinalis,vir præcipuus circa quem fides Chriſtiana ver
Annularis. titur.Virtus cardinalis,id eſt principalis. Officialis , ſcilicet vir. Iugalis, ſcilicet equus aut bos qui
Conſularis. iugũ habet,adiectiuũ eſt:vt Vinculũ iugale,id eſt copula matrimonij.Virgil.Cui vincla iugalia curæ.
Cardinalis. Riualis,riuum eundem petens,ſcilicet vir eandem amans. Maialis, ſcilicet porcus caſtratus.Adie
Officialis. ctiuũ eſt,vt ſi dicas,maialis ramus. Patruelis,ad patruum ſpectans:vt patruelis origo:quaſi ſubſtan
Iugalis. tiuum communis generis eſt : quia intelligitur filius aut filia . Patruelis meus , eſt patrui mei filius.
Riualis. Natalis,ſcilicet dies.eiuſmodi plura notabit diligens præceptor. Ciuis cuius generis?Communis:
Maialis. quia viro & fœminæ datur,per regulam Quicquid vtrique datur,&c. Ciuis,vrbis colonus aut colo-
Patruelis. na:à coeundo. Ciuitas,ciues ipſi & ius ciuium. Conciuis Latine non dicitur,licet Laurẽtius Val
Natalis. la & plures neoterici ſine authoritate veterum vtantur.Cic.lib.3.Tuſc.quæſt.Legimus librum Clito
Ciuis. machi,quem ille euerſa Carthagine miſit conſolandi cauſa ad captiuos ciues ſuos.ita dices,Petrus eſt
ciuis meus,non conciuis:vt(quod idem ſignificat)eſt municeps meus,non communiceps. Lucan.li-
bro 8, -illam quem toto tempore belli
Vt ciuem videre ſuam,diſcedere cernens
Ingemuit populus.Ruſticus diceret conciuem.Plura poſſem in hanc rem teſtimonia citare,niſi hæc
abundè ſatiſfacerent. A ciuis fit ciuilis & ciuicus,&c. Quæ ſunt alia per eandem regulam commu-

nis generis? Samnis, populi nomen: cuius regio Italica Samnium & Aprucium dicitur. Melius eſt ma Samnis.
ſculinum: quia fœmina dicitur Samnitia. veteres dixerũt hoc Samnite. Liuius lib. 10. tanquam à Sam-
nitius Samnitia Samnitium, dixit, Cohortium Samnitiarum pauliſper recruduit pugna. Iuuenis ſæ Iuuenis.
pe maſculinũ, licet de puella Ouidius dixerit. Teſtis, qui vel quæ teſtatur. figurate neutris iungitur. Teſtis.
Horatius, Teſtis Metaurum flumen. Teſtes etiam ſunt teſticuli: & maſculinum eſt. Hoſtis, inimi- Hoſtis.
cus: Perduellis, idem. Papin. in ſecundo Theb. Hoſtem occupat amplexam. hic fœmininum eſt. Olim Perduellis.
hoſtis dicebatur peregrinus: hinc hoſtilis & hoſticus. Canis, quia ſexus facile diſcernitur, communis Canis.
generis eſt. Canis venaticus, qui venatur: villaticus, qui cuſtodit villam: paſtoralis aut paſtoricius, qui
tuetur gregem. Affinis, viri aut vxoris cognatus cognatáve. vt ſocer, ſocrus, gener, nurus, vitricus, Affinis.
nouerca, priuignus priuigna, leuir, glos. Aliquando adiectiuum eſt, & ſignificat propinquum. Extor Extorris.
ris, id eſt exul. Sodalis, quaſi ſimul edalis, eſt compotor & familiaris in leuioribus. hinc ſodalitas & ſo Sodalis.
dalitium. Contubernalis, cohabitans & ſodalis. Contubernium & contubernalitas, id eſt ſodalitas. Contuberna-lis.

Libys, genitiuo Libyos, maſculini eſt: quia fœmina dicitur Libyſſa, & Libyſtis Libyſtidis. eſt autem Libys.
Libys, aliquis Libyæ. id eſt Aphricæ. Lucan. in 6,

Pannonis haud aliter poſt ictum ſæuior vrſa
Quum iaculum parua Libys amentauit habena.

Antonius Nebriſſenſis intelligit de viro Libyco.
Omnibonus verò de puella: quia Virgilius dixit: Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Ma-
ſculinum dicet eſſe Libs. Ego verò aſſentior Nebriſſenſi: quia licet virgines Tyriæ venentur, non con-
tinuo viri à venatione abhorrent: & Libs non pro homine Libyco dicitur, ſed pro vento Aphrico. Sil
lius lib. 1, Turbæque Libyſſæ. Virgil. 5. AEneid. Horridus in iaculis & pelle Libyſtidis vrſæ. Tricu- Tricuſpis.
ſpis cuius generis? Communis in recto, per regulam Quicquid vtrique datur: in obliquis vero om-
nis generis, per regulam Adiectiua trium, &c. quia etiam neutris iungitur. Ouidius,

-poſitóque tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi.

Tricuſpis, id eſt tres cuſpides ſiue acies habens. Idem dic de bicuſpis. Bicuſpis.
Philelphus,

Num fortaſſe ſibi te totum mitra bicuſpis
Arripuit, baculúſque ſacer ſolúmque ſuperbum?

Dis cuius generis? Communis: quia eſt prior vox Dis.
adiectiui: neutrum eſt dite. Sic, hic & hæc dis & hoc dite, huius ditis, huic diti, &c. id eſt diues. Da re-
gulam, Eſto genus varium. Inuenitur, licet raro, tam dis, quàm dite, pro diues, quamuis celebres qui-
dam grammatici negent. Terentius in Adelph. Dis quidem eſſes Demea, & tuam rem conſtabiliſſes.
id eſt diues, teſte Donato. Vale. Flac. lib. 2, Non populos, non dite ſolum, non vlla parenti
Regna peto. Horat. 1. Serm. -Bruto prætore tenente Ditem Aſiã. Luca. lib. 8, Non illic Libycæ po
ſuerunt ditia gentes Templa. Dito, id eſt ditem facio. Súntne alia adiectiua in is? Sũt certe pro-
pe innumera. & omnia ſub is, ſunt communis generis: ſub e, neutri: per regulam Eſto genus varium, Adiectiua in is.
&c. vt hic & hæc fortis & hoc forte. ſic dulcis, leuis, &c. inter quæ multa ſunt cõpoſitæ figuræ, quo-
rum ſimplicia ſunt ſubſtantiua, vt infamis, id eſt diffamatus: confinis, id eſt propinquus: exanguis, id Infamis.
eſt exanimis: perẽnis, id eſt perpetuus: iugis, id eſt continuus: comis, id eſt benignus: comiter, benigne. Confinis.
Immanis, valde magnus & crudelis: ſegnis, id eſt piger: inſignis, id eſt nobilis, tam in bonum, quàm Exanguis.
in malum capitur: vt inſignis ſenator, inſignis latro: bipennis, habens duas pennas: & quod vtranque Perennis.
partem acutam habet. Virg. Ferro ſonat icta bipenni. quia ſubſtantiuum fœmininũ eſt, quia intelligi- Iugis.
tur ſecuris: vt altilis, quia intelligitur auis. Hic & hæc ſcholaris & hoc ſcholare, ad ſcholam perti- Comis.
nens. Hieron. ad Damaſum papã, Nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcen- Immanis.
dæ. Prudent. in Caſſiano, Scholare murmur annotantes ſcripſerant. pro eodem dicitur ſcholaſticus Segnis.
ſcholaſtica ſcolaſticum: vt diſciplina ſcholaſtica. Subſtantiue autem ſcholaſticus, eſt puer diſcen- Inſignis.
di gratia ſcholam frequentans. is à doctiſſimis nunquam ſcholaris dicitur. vnde quidam barbare in- Bipennis.
ſcripſit librum De diſciplina ſcholarium. neque is fuit Boetius: nimis enim abhorret à Boetiano elo- Scholaris.
quio, vt recte docuit vir vndecunque doctiſſimus Aſcenſius: cui refragatur Baptiſta Pius. In hoc, li-
cet alioqui doctiſſimus, mea quidem ſententia, hallucinãs. neque Quintilianus dixit ſcholarium, ſed
ſcholarum, teſte Regio: ſic, In ipſos denique cœtus ſcholarum læti & alacres cõuenient. Vulgo tamen
(vt multa alia) mendoſe legitur ſcholarium. Curialis, aliquid ad curiam pertinens, vel aliquis curiæ. Curialis.
Læuis, id eſt non aſper, & cætera. Læuis.

Os maribus detur. Sint neutra chaos, melos, os, os,
Atque epos: hæc arbos dices: cui iungito cos, dos,
Cum multis Græcis. per us hæc vertêre Latini.

Nomen in os deſinens eſt maſculinum: vt Ros, humor qui ſereno tempore fluit ſuperne. Rorulen Ros.
tus, rore plenus: Roſidus, rore perfuſus: vt Roſida mala. Roro roras, id eſt humorem inſtar roris pau Iſthmos.
latim demitto. Irroro, madefacio, irrigo. Iſthmos, terra anguſta inter duo maria. Logos id eſt ſer- Logos.
mo, verbũ, ratio. quidam male putant eſſe neutrũ. Plautus in Menæchmis, Loquere vter meruiſtis cul
pam paucis, non longos logos. Cicero, Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludis dictiſunt, animad-

Dialogus. uertiſſe. Hinc fiunt Dialogus,collocutio vel diſceptatio: Epilogus,concluſio: Catalogus,per ordinē
Epilogus. enumeratio: Alogus,mutus: Polylogus,verboſus:quæ ſunt omnia maſculina. Excipiuntur à re-
Catalogus. gula pauca neutri generis, Chaos,confuſa rerum materies:ex qua multi philoſophi crediderunt à deo
Alogus. mūdum eſſe factum. Capitur pro nocte & inferno:vt Tetrum chaos illabitur. Quidam,vt Græci,aſpi-
Polylogus. rationem ſyllabæ priori dant:alij poſteriori. Melos,id eſt dulcis modulatio. Melos,inſula Cretæ adia-
Chaos. cens,eſt fœminini generis,per regulam Inſula & vrbs,regio. vt Chios, Pathmos, Neritos, Samos, Rho-
Melos. dos,& cætera. Os oris,& os oſſis,nota ſunt. Epos,carmen heroicū. Horatius,Forte epos acer vt ne-
Os. Epos. mo Varius ſcribit. Argos,oppidi nomen,neutrum eſſe oſtendit in regula Inſula & vrbs,& cætera. Fœ
Argos. minina ſunt arbos,id eſt arbor. Cos,lapis quo ferrum acuitur. Coticula, parua cos & lapis quo pro-
Arbos. Cos. batur aurum. Dos,quod ſponſo cum vxore datur. Plautus in Aſinaria, Argentū accepi: dote impe-
Dos. rium vendidi. Capitur pro quouis dono vel gratia. Suetonius de Tito, In puero ſtatim corporis animiſ-
Glos. que dotes explenduerunt. Glos, id eſt mariti ſoror,vel fratris vxor, ex ſignificatione fœminini generis
Os Græcū in eſt,per regulam Eſto fœmineum, & cætera. Fœminina ſunt multa Græca in os,que in us vertūt La-
us verſum. tini:vt Papyros aut papyrus,frutex vel arbuſcula AEgypti vnde fiebant chartæ in quibus ſcribebant:
Papyrus. nunc ex linteolis contritis fit priore retento nomine. Papyrus bibula,quæ ſuperponitur ſcripturæ re-
Arctus. centi. Papyrus empotetica eſt,qua mercatores vtuntur ad imponendum piper,& ſimilia. Arctos vel
Balanus. Arctus,id eſt vrſa,ſignum cæleſte. Balanos aut balanus,id eſt nux aut glans. Horatius,Preſſa tuis ba
Eremus. lanus capillis. Eremos vel eremus,locus deſertus. Periodos vel periodus,id eſt circuitus. Metho-
Periodus. dos vel methodus,id eſt tranſitus & doctrina. Synodos vel ſynodus, id eſt conuentus. Exodos vel
Methodus. exodus,id eſt exitus. Byblos,id eſt papyrus,iūcus & liber. Hinc bybliō, id eſt libellus. Diphthōgos
Synodus. vel diphthongus,vnicus duarum vocalium ſonus. Theotocos, id eſt mater dei. Abyſſos vel abyſ-
Exodus. ſus,immenſa profunditas. Iudicia dei,abyſſus multa. Talia ſunt multa herbarum fruticúmque nomi
Byblos. na:vt Amaracus,herba quæ vulgo maiorana dicitur. Sampſucus,idem. Nardus,Coſtus,& ſimilia. Di
Diphthōgus cimus etiam neutraliter Nardum & coſtum:ſunt herbæ aromaticæ,vti nardus piſtica,vel nardū piſti-
Theotocos. cum,id eſt bonum & probatum:à piſtis,id eſt fides. Nardinum,eſt vnguentum ex nardo. Pſeudonar-
Abyſſus. dum,quaſi falſum nardum,eſt herba nardo ſimilis. Quædam maſculina leguntur:quia referuntur ad
Amaracus. flores vel ad pueros,qui in eas herbas conuerſi eſſe dicuntur: vt Hyacinthus,crocus & acanthus. Hya-
Sampſucus. cinthus,viola quædam & gemma violacei coloris. Virgilius,Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacin-
Nardum. thos. Zacynthos autem vel zacynthus, inſulæ nomē eſt fœminini generis,per regulā Inſula & vrbs,
Hyacinthus. regio. Virgilius, Crocum rubentem dixit maſculine: vt vult Seruius. Salluſtius vero in neutro
Zacynthos. genere crocum dicens, In qua crocum gignitur. Croceus vel crocinus, lutei coloris. Virgilius, Et
Crocus. circuntextum croceo velamen acantho. Quidam herbam eſſe dicunt, alij arborem ſpinis plenam.

Byſſus. Byſſos vel byſſus, lana colore fere aureo, vnde fiunt veſtes byſſinæ. Antidotos vel antidotus,
Antidotus. id eſt medicamentum contra venena datum. Gellius lib. decimoſeptimo, Huius regis antidotus ce-
lebratiſſima quæ Mithridatios vocatur. Dicitur pro eodem hoc antidotum, vt hæc coſtus, & hoc
Alabaſtrus. coſtum. Alabaſtros vel alabaſtrus, genus marmoris ex quo fiebant vaſa vnguentaria quæ alaba-
ſtri dicuntur. Polit. in Miſcell. Quibus alabaſtrus vnguenti plena putere videtur. Dicitur pro eo-
dem hoc alabaſtrum. Martialis, Quòd coſmi redolent alabaſtra focíque deorum. Et hic alabaſter. Ci-
cero libro ſecundo Acad. Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti puteſcere videtur. Item fœminini
Cryſtallus. ſunt nomina gēmarum, vt Cryſtallus, ſapphirus, amethyſtus, & cætera, quæ Græce ſimiliter in os
deſinunt. Author Priapeæ, Rigétque dura barba iuncta cryſtallo. Dicitur quoque cryſtallum.
Smaragdus. Plin. libro 37, Smaragdus in qua exculpta fuerat amymone. Interim eiuſmodi nomina in maſculino ge
Chryſolithꝰ. nere leguntur. Plinius, Smaragdi Scythici ſunt nobiliſſimi. Prudētius, Ingens Chryſolithus natiuo in-
terlitus auro. Hæc autem diuerſitas fit:quia intelligi poteſt lapillus vel gemma,per regulam Commu-
nis proprio,&c. In qua re doctiſſimorum vſus ſeruandus eſt. Ex dictis aliqua,tanquam Latina ſint,ab
Alexandro & alijs ſuperfiue excipiuntur.

Quare dictū eſt in regula CVM multis Græcis? Quia non omnia Græca in os,quæ Latini vertunt
Zelus. in us,ſunt generis fœminini. Nā multa etiā maſculini ſunt:vt Zelos zelus,id eſt æmulatio vel amor.
Gyrus. Logos, Iſthmos iā dicta. Gyros vel gyrus,id eſt circulus vel ambitus. Hinc Gyro gyras,circūdo. Re-
Gomphus. gyro, Retrogyro. Gomphos,gōphus,id eſt clauus. Cyclos,cyclus,id eſt circulus. Planos,planus,
Cyclꝰ. Planꝰ id eſt deceptor,ſycophanta. Talia ſunt mille: de quibus apud Latinos nō inueni certam regulam:ideo
Philoſophus authorum vſus diligenter inueſtigetur. Quædam ſunt communia, teſte Priſciano, vt Philoſophos
Philocalus. vel Philoſophus,id eſt amator vel amatrix ſapientiæ. Philocalos vel philocalus, amator vel amatrix
Tyrannus. boni aut pulchri. Sic cōmunis generis etiam Tyrānos vel tyrānus,id eſt crudelis princeps, teſte Seruio
in illud ſeptimi AEneidos,vbi tyrannus pro rege in bonā partem capitur, Pars mihi pacis erit dextrā
tetigiſſe tyranni. Sic(vt multi volunt)communis generis ſunt chironomos vel chironomus,bubalos
Chironomꝰ. vel bubalus,& camelos vel camelus. Chironomos eſt qui lege quadā manuū aues & cætera eſculen
ta diuidit. Pro eodē Chironomon chironomontis. Iuuenalis, Saltantē ſpectas & chironomonta volan-
Bubalus. ti Cultello. Chir,manꝰ eſt: & nomos,lex. Talis ars,chironomia dicitur. Bubalus,generis cōmunis
eſſe vt Camelus,teſtatur etiā Calepinus:& eſt animal ſimile boui,ſiue bos ſylueſter. Hinc bubalinꝰ,bu

balina bubalinum. Nam bubulus bubula bubulum à boue eſt: vt Lac bubulum. Camelus,eſt aliud Camelus.
animal ſatis notũ. Quædam ſunt neutra,vt Chaos vel chaus,pelagos vel pelagus. Bos cuius generis? Bos.
Eſt cõmunis:quia tam vaccam quàm taurum ſignificat,vbi ſexus facile diſcernitur,per regulam Quic-
quid vtrique datur. Ouid. Bos quoque formoſa eſt. Virgilius, Ille meas errare boues. id eſt vaccas. Quæ
ſunt alia in os Latina communis generis,per eandem regulam? Cuſtos,qui vel quæ cuſtodit, figurate Cuſtos.
neutris iungitur. Iuuenalis enim,ſaxis cuſtodibus,inquit. Pro fœmina etiam hæc cuſtodia dicitur: ideo
vocatur abundans. Cuſtodia tamen etiam capitur pro ipſis viris qui cuſtodiũtur, vt in annotationibus
oſtendit Beroaldus:ſemper tamen eſt fœminini generis,vt iuuentus,licet capiatur pro iuuenibus. Sa Sacerdos.
cerdos,deo dicatus dicatáve ad ſacrificia facienda. Sacerdotiũ,ſacerdotis dignitas. Virgilius, Ne ſæui ma-
gna ſacerdos. Abundans eſt,quia fœmina etiam ſacerdotiſſa à Gellio ponitur. Compos,id eſt potens: Compos.
Impos,impotens:vt Compos voti,impos animi. Impos.

Vs mas non ternæ: quod ternæ eſt,dicito neutrum.

Nomina in us ſecundæ aut quartæ declinationis ſunt generis maſculini. Tertiæ vero neutri. Exem-
pla prioris partis. Aceruus,id eſt cumulus. Aceruo aceruas,id eſt cumulo cumulas. Mãnus, equus Aceruus.
manſuetus & paruus. Næuus,macula in corpore. Ouidius, Nullus in egregio corpore næuus erat. Mannus.
Næuoſus,næuis plenus. Lembus,nauis piſcatoria. Hinc tamen fœminini generis diminutiuũ inueni- Næuus.
tur lembula. Val. Max. lib. 1, Lembulam eis deriſus gratia miſerunt. Limbus, faſcia ambiens extremã Lembus.
partem veſtis. diminutiuum eſt limbulus & limbellus. Sic dicimus limbus ſericus,limbus pelliceus. Ca Limbus.
pitur pro quauis extremitate,vt Limbus inferni. Nimbus,repentina pluuia & tempeſtas. Nimboſus, Nimbus.
nimbo plenus. Hæc & mille alia ſunt ſecundæ declinationis. Sequentia cum multis alijs ſunt quartæ Caſus.
declinationis. Caſus,ruina & euentus. Cenſus,pecunia vel ſubſtantia. Ouidius, Cenſus.
In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias:pauper vbiq; iacet. Sẽſus,quo ſentimus. Metus, timor. Luctus,dolor. Sic au Senſus.
ditus,cultus,guſtus,fructus,fœtus,&c. Exempla poſterioris partis:vt Corpus,hulcus,vulnus,thus,rus, Metus.
onus,pectus,tempus,latus,munus,&c. declaranda in ſecundo lib. Excipiuntur multa in us Græca fœ- Luctus.
minini generis ſecũdæ declinationis,quæ Græcè in os deſinunt:vt Papyrus,arctus,balanus, eremus,pe
riodus,ſynodus,methodus,byblus,diphthongus,abyſſus, nardus,coſtus,cryſtallus,alabaſtrus, antido-
tus,& multa alia per exceptionem à regula Vs mas non ternæ. Exceptio præceſſit ibi,Cum multis Græ
cis per us hæc vertêre Latini. bene cõmendentur memoriæ,quia non repetentur. Dixi figurate mas,pro
maſculini generis,cum Antonio Nebriſſenſi pluribúſque.

Fœmineum domus eſt,& vannus,humus,colus,aluus,
Et tribus,atque manus,ceu porticus,ac acus,Idus.

Excipiuntur à priore parte regulæ pauca fœminini generis, Domus partim ſecũdæ,partim quartæ,vt
colus:& quæ tantum ſecundæ declinationis ſunt,vannus,humus,aluus. Reliqua ſunt quartæ declina-
tionis:& Idus tantum eſt pluralis numeri. Domus,eſt ædificium ad habitandum factum ex tecto & Domus.
parietibus:improprie pro quocũque habitaculo ſumitur,vt pro templis & nidis, ferarúmque latibulis.
ſumitur pro familia,pro gente,& pro patria. Vannus,vas vimineum,latũ,aptum purgando frumen- Vannus.
to. Virgilius, Et myſtica vannus. diminutiuum eſt hæc vallus. Vanno vannas, id eſt ventilo vt frumen-
ta purgentur. Euãno,extra vanno. Humus,terra humefacta. Humanus humana humanum,aliquid Humus.
ex humo. Humare, eſt in humo ſepelire. Colus, inſtrumentum quod penſa continet, à quo fila fuſo Colus.
ducuntur. Cic. 2. de Oratore, Quomodo ad me venis cum tua colu & lana? hic ablatiuus eſt quartæ
declinationis. At colus,tormẽti genus,ſolum eſt maſculini generis. Aluus,venter:ſed proprie ea pars Aluus.
qua ſordes effluunt. nõnunquam pro alueo ſumitur. nunc ſolum fœminini generis eſt. Virgilius, Cur-
uam compagibus aluum. Columella lib. 8, Diſtentam in pabulis aluum. Olim etiam maſculinum e-
rat. Actius, Maia nemus retinens grauido concepit in aluo. Alnus per n,eſt fœminini generis:quia no Alnus.
men arboris,vt Pyrus,quercus,pinus,cupreſſus,&c. Tribus,progenies. Tribulis,aliquis ex tribu. Hie Tribus.
ronymus vtitur nomine contribulis, pro eo qui ex eadem tribu eſt. & eſt tribulis communis generis,
per regulam Quicquid vtrique,&c. Manus,membrum notum. à cuius ſimilitudine manus dicitur Manus.
inſtrumentũ nauticum quo naues harpagonibus raptæ tenentur. Hieron. Ferreas manus & vncos præ-
parant. Manus quoque eſt multitudo,& poteſtas,& elephanti proboſcis,& ſcriptura manuum. Ma- Manicula.
nicula,eſt parua manus. Porticus, ampla domus propter repentinos imbres & vmbrarum ac deam- Porticus.
bulationis gratia ædificata. Stath. Stat porticus alta colũnis. Cryptoporticus,id eſt porticus ſubterra Cryptoporticus.
nea. Cryptos,id eſt occultus vel ſubterraneus. Acus inſtrumentum ſartoris,itẽ quo ſarcinatrix & or
natrix vtitur ad diſcernẽdos capillos ab acuta cuſpide. Mart. Figat acus tortas ſuſtineátque comas. A- Acus.
cus ſimiliter fœminini generis quartæ declinationis,à ſimilitudine acus ſutoriæ dicũtur paleæ frumen
ti. Colu. lib. 2, Duriſſimæ acus eiectæ ſeparatæq; erunt à cudentibus. Similiter inſtructio exercitus acus
dicitur,quòd ea pars militum vehementiſſima ſit ad hoſtem vulnerãdum acumine telorum. Hic acus
aci,ſecundæ declinationis,eſt quidã piſcis. Hoc acus aceris, purgamentum frumenti. Idus, ſunt dies Idus.
quidam mẽſis. Anus,nurus,ſocrus,quartæ declinationis,fœminini generis ſunt,per regulã Eſto fœ- Anus.

Anilis. Socrus. Nurus.

mineum,&c. quia ſolas fœminas ſignificant. Nam anus, eſt vetula. Hic & hæc anilis & hoc anile, ad vetulam pertinens: vt Anilis fabula. diminutiuum eſt anicula. Anus maſculini generis,ſecundæ declinationis,eſt poſterior pars verenda, & quidam fluuius. Socrus, eſt vxoris vel mariti mater. Nurus, eſt filij vxor. Terentius, Vno animo omnes ſocrus oderunt nurus. Nurus capitur aliquando pro quauis fœmina non antiqua.

Dat pecus hæc pecudis,ſubſcúſque,palúſque,ſalúſque,
Quæque ſenex,iuuenis,cum ſeruio,nomina donant,
Et virtus,incus. At maſcula ſint lepus & mus:
Et quæ pus donat,veluti chytrapus,volo iungi.

Pecus. Subſcus. Palus. Salus. Senectus. Iuuentus. Seruitus. Virtus. Incus. Incudo. Lepus. Mus. Tripus. Chytrapus. Sciopus.

A nominibus tertiæ declinationis excipiuntur pauca fœminini generis quæ ſunt hæc: Pecus, quãdo genitiuus eſt pecudis:nam ſi pecoris facit,neutrum eſt.& vtrunque ſignificat omne animal quod hominis ſub imperio pabulo terræ paſcitur: vt ſunt boues,aſini,equi,cameli,oues,capræ, &c. Pecus pecoris,etiam totum gregẽ ſignificat,& aliquando vtrunque etiam de piſcibus dicitur,& omnibus rationis expertibus. dicitur aliquando fuiſſe maſculini generis,quia Ennius dixit, pecudi marito. Hinc fit pecorinus,pecoreus,pecudinus:vt Pecorina caro,pecudina pellis. Subſcus,tabella qua tabulæ inter ſe configuntur:quia qua immittitur,ſucciditur. Pacuuius,Nec vlla ſubſcus cohibet cõpagem. Vitru.lib.4.ca. 7,Et ita ſint cõpactæ ſubſcudibus. Cato de re ruſtica,Subſcudes ilignas adindito. Palus,terra aquoſa, vel aqua nigra,non fluens: at Palus pali,maſculini generis,eſt ſtipes magnus. Salus,incolumitas: aliquando etiã remedium. Virgilius,Vna ſalus victis,nullam ſperare ſalutem. Salus etiam credebatur eſſe dea quædam. Senectus, id eſt ſenecta,ſenium,ſenitudo,ſenitas ſenum,ſcilicet ætas. Iuuentus, id eſt iuuenilitas. Iuuenta ætas,ſcilicet iuuenum:& capitur pro ipſis iuuenibus. Seruitus,ſeruiendi conditio & ſeruitium. nonnulli malunt à ſeruus deriuare quàm à ſeruio. contraria ſeruituti eſt libertas. Virtus,eſt ars bene rectéque viuendi,& proprie fortitudinem ſignificat. virtuoſus Latiniſſimi non dicunt, ſed ſtudioſus & virtute præditus. Incus, ferramentum magnum ſuper quod fabri cudunt. Hinc incudo incudonis,faber ferrarius. Hieronymus cõtra Iouin. Et in nauibus piſcatorũ caput eius ſtat:ſicut incudo inſatiabilis reputat ferrum, vt paleas. At maſculini generis ſunt, Lepus,animal notum:& mus. Hinc leporinus & murinus:vt Leporina caro, murina pellicula. Lepuſculus,paruus lepus,& quidã piſcis marinus. Maſculina ſunt Græca à pus podis,id eſt pes:vt Tripus,id eſt mẽſa tripes. Lucanus libro quinto,Inunctos tripodas. Virgilius,Et tripodas geminos, auri duo magna talenta. Chytrapus, ferramentum cui ſuperponitur cacabus vel olla ſuper ignem,vel olla habens pedes. Chytra eſt olla.

Antipus. Apus. Venus. Tellus. Sus. Ligus. Vetus.

Sciopus,pede vmbram faciens. Antipus, homo contra pedes noſtros ambulans. Apus, hirundinis ſpecies,quaſi ſine pedibus,ſemper iacet aut volat. Fœminina tertiæ ſunt Venus & Tellus, per regulam Eſto fœmineum. Venus,eſt amoris & venuſtatis dea credita: & ſeruato genere pro amore venuſtatéque capitur. Tellus eſt credita olim dea terræ:& ſeruato genere pro terra ſumitur:vt Bacchus pro vino. Sus cuius generis? Communis: quia porcum porcámque ſignificat, vbi ſexus facile diſcernitur. Virgilius dixit Sabellicus ſus. Hinc ſuinus. Varro, Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo. Hinc iterum per diminutionem ſuillus,& ſuilla caro. Ligus, id eſt Ligur,ſimiliter communis generis eſt,quia nomen eſt gentile. Da regulam. Quicquid vtrique datur,& cætera. Vetus & intercus omnis generis ſunt,per regulã Adiectiua triũ. quia ſub vna voce adiectiua ſunt : vt hic & hæc & hoc Vetus,id eſt antiquus antiqua antiquum. Diminutiuũ eſt vetulus. Vetuſtus,id eſt vetus. Vetero veteras,vetus facio. Veteraſco & vetuſteſco,id eſt vetus fio . Aliqui differentiam ponunt , vt libro ſeptimo declarabo.

Intercus.

Intercus,inteſtinus. Gellius libro decimotertio,Intercutibus vitijs madentes. Cato,Intercutibus ſtupris inquinatus. Plautus,Num eum veternum aut aqua intercus tenet. Prudentius,Nũc noua materies ſolidata intercute flatu. Ego nõ inueni vſquam intercus pro morbo ſubſtantiuum,quẽ hydropa Græci vocant: ita tamen vult accipi aliquando Priſcianus, cui ſuffragantur Beroaldus,Sulpitius,Calepinus : ſed teſtimonia nemo citat.

Carbaſus hic aut hæc,groſſus,dant grus,atomúſque,
Lecythus,atque pharus,penus,& ſpecus,& paradyſus:
Sic aluus quondam:iunge intybus,atque phaſelus,
Pampinus,atque arquus,pro fructu ficus: at hic vult
Pro morbo: nunquam declinat quarta virile.
Hoc ſpecus,atque penus dices,dum tertia flectit.
Hic aut hoc vulgus. Solum hoc virus, pelagúſque.

Carbaſus.

Quædã in us ſũt dubij generis,vt hic vel hæc Carbaſus. ſæpius fœminini generis. eſt genus lini miræ tenuitatis vnde fiebant vela:quæ ob id vndecunque fiunt,nunc carbaſa dicuntur. Papin.in Achille, Nec mora, iam dextras Ithaceia carbaſus auras

nino genere tam ſecundam quàm quartā declinationem recipit. Hæc eſt ſententia doctiſſimi Vallæ declarantis illud Martialis, Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci: Dicemus ficos Cæciliane tuos.

Vulgus. Vulgus, eſt multitudo ignobilis, tā maſculini quàm neutri generis. Cic. Saturnū maxime colunt vulgi. Tacitus, Eſt vulgus ſine rectore præceps, pauidus, ſocors ſæpiſſime. Idem maſculinè alibi vtitur. In Iob, Vulgū pauperem ſpoliauerūt. Salluſtius in Iugurt. Vulgum effuſum oppido cedere. Plinius lib. 8, Id vulgum credidiſſe video. Horatius, -huic ego vulgum

Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Virgilius 2. AEneidos,

Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes

Criminibus terrere nouis: hinc ſpargere voces

In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma. Sergius contra rationem carminis legit vulgū ambiguam, credēs, vir alioqui doctiſſimus, vulgus hic eſſe fœminini generis: quem male ſequūtur Pomponius & Niger, pluréſque. Seruius admonet legendū eſſe in plurali ambiguas, vt ſtet verſus. De neutro.

Sexus. Virg. Scinditur incertū ſtudia in contraria vulgus. Sexus nunc maſculinū, olim etiam neutrum fuit.

Genus. Plaut. in Rud. Virile ſexus nunquam vllum habui. Dicebant quoque hoc Genus in neutro genere, pro hoc genu. Cic. in Arato, Iam dextrum genus & decoratam lumine ſuram. Tantum neutri generis

Pelagus. ſunt Pelagus, id eſt mare. nonnunquam maſculinè reperiri notat Calepinus. Valerius Flaccus lib. 1,

O quantum terræ, quantum cognoſcere cæli

Permiſſum eſt, pelagum quātos aperimus in vſus. Non diffiteor Valerium dignū eſſe quem citra affe-

Virus. ctationē imitemur. Virus, venenū & grauis odor. Virg. Ille malū virus ſerpētibus addidit atris. Viro-

Catus. ſus & virulentus, id eſt viro plenus. Catus pro fele Seruius dixit eſſe fœmininum, teſte Bergomate.

Fœmineum eſt laus, fraus, velut s, cui conſona iuncta eſt.

Laus. Fraus. Laus & fraus, & omnia nomina deſinētia in s, præcedente cōſonāte, ſunt fœminini generis: vt Trabs, plebs, puls, hyems, vrbs, ſtirps, ars, glans, mens, &c. Laus, propria virtus & laudatio. hinc laudo, collaudo, elaudo, perlaudo. Fraus, deceptio & periculum. Frauduloſus & fraudulentus, qui fraudem facit.

Trabs. Fraudo fraudas, decipio. Trabs, craſſum lignum in ædificio. Ennius dixit hæc trabes.

Plebs. Plebs, vulgus: hæc plebes plebei, idem. ſicut Plinius, Tanta plebei conſternatione, vt primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit. Diminutiuum eſt plebecula. Plebeius, plebeia, ad plebem pertinens. Plebiſcitum,

Hyems. id eſt plebis ſtatutum. Hyems, id eſt bruma. Hyemo hyemas, hyeme habito.

Vrbs. Vrbs, id eſt oppidum. diminutiuum eſt vrbecula. Vrbicus & vrbanus, ad vrbem pertinens. vrbanus etiam eſt honeſtus & facetus. Reliqua patebunt in ſequenti libro.

Maſcula ſunt pons, fons, mons, ſæps, dum denotat anguem,

Et cum dente, chalybs: aſſis cui iungito partes:

Et polyſyllaba in s, dum p præponitur illi.

Fons. Excipiuntur ab illa regula quædā maſculini generis, & ſunt hæc: Fons à fundendo, quia fundit aquam. diminutiuū eſt fonticulus & fonticellus. Olim fuit etiam fœminini generis, teſte Calepino. Fontanus, quod ex fonte eſt: vt aqua fōtana.

Pons. Pōs, aſſer, vel quiduis aliud per quod ſupra aquas trāſimus. Ponticulus, paruus pons.

Ponto. Ponto pōtonis, nauis qua pecora traijciuntur, vel aliæ res.

Mons. Mōs, terræ tumor altiſſimus. Monticulus, paruus mons. Montanus, ex monte.

Sæps. Sæps, paruus ſerpens, ex cuius ictu mēbra percuſſa putreſcunt. A ſæpo verbo Græco, putrefacio. Lucan. lib. 9, Oſſáque diſſoluēs cum corpore tabificus ſæps. Accuſatiuus eſt ſæpa: vnde pro eodē fit fœmininum primæ declinationis, hæc ſæpa ſæpæ: quod apud Pliniū inuenies.

Seps. At Seps pro ſepimento, eſt generis fœminini. & dicitur etiā hæc ſepes ſepis.

Mars. Mars, deus belli, vel ipſum bellū, pertinet ad regulam Omne viro ſoli.

Dens. Dens, notū eſt: capitur per ſimilitudinem pro omni quo aliquid teneri vel exſecari poteſt. Virgilius, -tum dente tenaci Anchora fundabat naues. Dentio, dētis, dētire, dentes emitto. Dentitio, dentiū emiſſio. Dētatus, magnos habēs dentes. Dētoſus, idē. Edētatus vel edētulus, qui ſine dētibus eſt.

Chalybs. Chalybs, populus quidā, & ferrū optimū, & aliquid ex chalybe fabrefactū. Virg. Vulnificúſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit. Eſt etiā fluuius quidā. Pro populo ſimiliter maſculinū eſt: quia fœmina dicitur Chalybiſſa:

Arabs. vt Arabs, qa fœmina dicitur Arabiſſa. Da regulā. Eſto genus variū, &c. Hieron. in prologo Iob, Et accepit vxorem Arabiſſam.

Libs. Itē Libs eſt maſculini generis, quia ſignificat ventū Aphricū: quē vt cæteros vētos deum eſſe dixit gētilitas: & pro flatu accipitur: vt Bacchus pro vino, per regulā Omne viro ſoli, &c.

Bidens. Tridēs. Sub dente volo comprehendi Bidens, Tridēs, pro inſtrumētis tot dentiū. Ouid. Ipſe tridente ſuo terrā percuſſit: at illa Intremuit. Bidēs autē pro oue eſt fœminini generis.

As. Vncia. Sextans. Quadrans. Triens. Quincunx. Semis. Septūx. Bes. Dodrans. Dextans. Deunx. Itē maſculina ſunt nomina ſignificātia partes aſſis. vnde As eſt duodecim vnciæ. Vncia, eſt prima pars aſſis. Nomina itaq; de quibus loquor ſunt, Sextans, ſexta pars aſſis: ſcilicet duæ vnciæ. Quadrās, vnciæ tres: quaſi quarta pars aſſis. & vocatur etiam triunciū. Triens, tertia pars, id eſt vnciæ quatuor. Quincunx, vnciæ quinque. hoc in nx deſinit, nō in ns. Semis, id eſt ſemi as: hoc eſt ſex vnciæ. Septunx in nx, nō in ns, id eſt vnciæ ſeptē. Bes, id eſt vnciæ octo. Dodrās, vnciæ nouē: quaſi dēpto quadrāte: & dicitur nouunciū. Dextās, id eſt vnciæ decem: quaſi dempto ſextante. Deunx in nx, non in ns, vnciæ vndecim: quaſi dempta vncia ab aſſe. hæc

nomina ſignificant nummos & vaſa. Perſius, Sed tremor inter vina ſubit, calidúmque trientem
Excutit é manibus. De nummo. Iuuen. Non habet infœlix quem porrigat ore trientem. Significant
etiam partes hæreditatis, &c. Item maſculina ſunt polyſyllaba in ps: vt Hydrops, aqua intercus. Hydro [Hydrops.]
picus, qui eo morbo laborat. AEthiops maſculinum eſt, quia fœmina dicitur AEthiopiſſa. [AEthiops.]

Hic aut hæc forceps & adeps, frons cum ſcrobe, ſerpens,
Atque rudens, & ſtirps dum truncum ſignificabit.

Pauca in s deſinentia, præcedente conſonante, ſunt dubij generis: vt Forceps, inſtrumentum quo te- [Forceps.]
netur aliquid: ideo ab imperito vulgo tenella vocatur. A cuius ſimilitudine cancer forcipes habere di-
citur. appellatur autem quaſi foruiceps: quia eo foruum, id eſt calidum capimus. Virgilius 8. AEneid.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum, verſántque tenaci forcipe maſſam. De genere author eſt Priſcianus. Adeps, id eſt pin- [Adeps.]
guitudo cuiuſcũque rei. De maſculino. Plinius, Folia cum vrſino adipe trita imponũt podagricis. Idẽ,
Iuuat aures adeps anſerinus cum ocymi ſucco impoſitus. De fœminino. Idem, Cum quo recens adeps
cocta ſit. Celſus lib. 5, Adipis anſerinæ. Frons, ſemper nũc fœmininum eſt, ſiue folium, ſiue capitis an- [Frons.]
teriorem partem notet. Martial. Nec matutina ſi mihi fronte venis. Olim pro parte capitis maſculinum
erat. Cæcilius apud Gellium,
-hi ſunt inimici peſſumi, fronte hilaro, Corde triſti. Cato, Poſtridie ſignis collatis æquo frõte pugna-
uit. Scrobs, foſſa aut puteus, &c. De maſculino. Colum. Nec totus ſcrobs terra cõpleatur. Plautus, [Scrobs.]
Sexagenos ſcrobes. Sæpius eſt maſculinum. diminutiuũ eſt ſcrobiculus. Dicitur etiã maſculinè hic ſcro
bis, vt hic panis. Nam Capella ait, Hic ſcrobis vt hic menſis: licet Lucanus exiguã ſcrobem dixit. Ego
tamen nõ verebor Lucanum imitari, ſic ſcribentem lib. 8, Exigua trepidus poſuit ſcrobe nobile corpus.
Et Ouidiũ 7. Metam. Scrobibus tellure duabus. Serpens, id eſt anguis. Virg. Corpora natorũ ſerpẽs [Serpens.]
amplexus vterque. Iuuen. ſaty. 6, Et mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpens. Lucan. lib. 9, Parua modo
ſerpens. Mart. lib. 11, Nec ſerpẽs habitare tota poſſit. Rudens, funis nauticus. Ouid. Pulſi gemuere ru- [Rudens.]
dentes. Plautus, Hãc quam trahis rudentem cõplico. Frequentius eſt maſculinum. Stirps pro origine [Stirps.]
vel progenie ſolum eſt fœmininũ. Virg. Heu ſtirpem inuiſam. At pro trunco vel radice tam maſculini
quàm fœminini generis eſt. de maſculino frequentius occurret teſtimoniũ. Virg. 2. Georg. Admorſo ſi-
gnata in ſtirpe cicatrix. Idẽ AEneid. lib. 12, Sed ſtirpẽ Teucri nullo diſcrimine ſacrũ. In eodem, Quum
ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. De fœminino. Horat. Stirpéſque raptas & pecus & domos. Cic. 2.
de natura deorum, Per ſtirpes alantur ſuas. ſic idem ſæpius pro trunco aut radice, &c. Torrens cuius [Torrens.]
generis? Maſculini generis: quia cum ſit natura adiectiuũ, intelligitur maſculinũ fluuius, per regulã Mo
bile pro fixo. Eſt autẽ torrens, fluuius per pluuiã congregatus, qui in æſtate plerũque ſiccatur. Adiecti-
uè dicimus torrẽtia flumina, quæ in morẽ torrentis fluunt. Torrens oratio, id eſt vehemẽs & impetuo-
ſa. Cõparatur Torrens, torrentior, torrẽtiſſimus. Per eandem regulam Oriens & Occidens maſculina [Oriens.]
ſunt: & ſumũtur pro regione orientali & occidentali. Princeps cuius generis? Cõmunis: quia viro & [Occidens.]
fœminæ datur, per regulã Quicquid vtrique datur, &c. eſt qui vel quæ principatũ tenet: quaſi primũ ca [Princeps.]
put, vt volunt. De fœminino. Virg. 10. AEneid. Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu diua ſecundo.
Corn. Tacitus, Corrumpere cubicula principum fœminarum. Principiſſa, duciſſa, comitiſſa, militiſſa,
&c. culinaria ſunt, nõ Latina. Quæ ſunt alia per eandem regulam communia? Cælebs, abſque con- [Cælebs.]
iuge: etiam ſi caſtè non viuat. Horat. Melius nil cælibe vita. Ouidius, -ſine coniuge cælebs
Viuebat. Hinc cælibatus, vita ſine cõiuge. Suet. Amiſſa vxore Lepida, duobúſque ex ea liberis, mãſit in cæ-
libatu. Parẽs, pater aut mater, auus aut auia, &c. Sedulius, Salue ſancta parẽs enixa puerpera regem. fit [Parens.]
à pario, &c. nam parens, participiũ à pareo, id eſt obœdiẽs. Infans, homo per ætatẽ nondum ſciens fa- [Infans.]
ri. Infantia, prima ætas. Infantilis, ad infantem pertinens. Quandoque de pullis brutorũ dicitur. Plin.
Quadrupedes infantes ſuos cognoſcũt. Idem, Veſpertilio volucrum ſola lacte nutrit, hubera admo- [Veſpertilio.]
uẽs, geminos volitat amplexa infantes. Hic obiter notabis veſpertilio fœminine proferri, quia intelligi-
tur volucris, per regulã Cõmunis proprio, &c. Tranſfertur quoque ad inanimata. Idẽ, Nec tunicæ mi-
nor gratia in cibo infantis boleti. Id eſt parui, & nõdum adulti. Adiectiue ſumitur pro infacũdo. Cic.
in Bruto, Ipſum Scipionẽ accepimus non infantem fuiſſe. Ouid. Gutturáque imbuerant infantia lacte
canino. Prudẽtius, Largire cõptum carmen infantiſſimo. Bifrõs, Quadrifrons, habẽs duas aut quatuor [Bifrons.]
frontes, vt Ianus ſecundum poetas. Effrons, ſine fronte, id eſt verecundia. vnde eſt, Perfricui frontem. [Quadrifrons]
Philelphus, Nanque verecundi nihil eſt quod penſitet effrons. Cliens, defenſionis gratia aliquem co- [Effrons.]
lens: & penè voluntarius famulus fauore & mercede aliqua vel beneficio ductus. Qui ſic colitur, eſt cli- [Cliens.]
entis patronus. Clientela, eſt clientum multitudo. Municeps, id eſt ciuis. Petrus eſt municeps meus, [Municeps.]
non communiceps. Manceps, qui aliquid à populo emit conducítve: quia ſublata manu ſignificat [Manceps.]
ſe authorẽ emptionis eſſe. vix de fœminis dicitur, licet ſignificatio nõ adeo repugnet. Eſt etiã cõductor
operariorũ, & princeps artificum. Recens cuius generis? Omnis: quia eſt ſub vna voce adiectiuũ, per [Recens.]
regulam Adiectiua trium, &c. Talia ſunt valde multa, vt Recens, id eſt nouus. Capitur pro recenter
tam in proſa oratione quàm in carmine. Plautus, Qui recẽs ex agro venerat. Virg. Sole recẽs orto. Suet.

Elegans. Petulans. Sons. Iners. Solers. Demens. Amens. Videns. Animans.

in Tyberio, Romã recens conditam. Elegans, ornatus, ſplendidus, electus. Petulans, libidinoſus, iniurius, nequã. Sons, malus, nocens. Inſons, innocẽs. Iners, ignauus. Inertia, ignauia. Sic Solers, cautus, quaſi totus in arte. Solon Oſcè totum ſignificat. Demens & amens, id eſt ſtultus, inſanus. ſic Expers, biceps, triceps, anceps, prudẽs, ſapiens, ingens, concors, diſcors, inops, exors, potens, &c. legẽs, amãs. ſic omnia participia præſentis temporis. Sed ex dictis quædam non videntur eſſe plane adiectiua, quia inops, particeps, & plura in plurali neutro carent. Videns pro dei propheta maſculinum eſt. Animans, licet natura ipſa adiectiuum ſit, tamen tanquam ſubſtantiuum per ſe ponitur in quouis genere. De maſculino. Horatius 2. Sermonum,

-ſed hic ſtylus haud petet vltro
Quenquam animantem.

De fœminino. Cic. primo de legibus, Nam quum cæteras animantes abiecíſſet ad paſtum. De neutro, animantia, in plurali ſæpe occurret teſtimonium. Ouidius,

Pronáque quum ſpectent animantia cætera terram,
Os homini ſublime dedit.

Nefrens.

Adijce maſculinis Nefrẽs: quia intelligitur ſemper porcellus. Eſt enim, teſte Varrone, porculus per ætatem fabam frendere, id eſt frangere, nondum potens.

Hæc petit x. Polyſyllaba in ax & in ex maribus do.
Dic tamen hæc fornax, ſimilax, carex, velut halex.
Addatur vibex, & forſex, atque ſupellex.

Celox. Thorax. Nycticorax. Anthrax. Harpax. Dropax. Storax. Abax. Frutex. Latex Vertex. Pollex. Rumex. Murex. Fornax. Similax. Carex. Halex.

Nomina in x ſunt fœminini generis, vt Celox, id eſt ſcapha. Plaut. Quo hanc celocem conferã? Varro, Nautæ remiuagam mouent celocem. Sunt qui putent fuiſſe olim maſculinum. nomen habet à celeritate. vocatur etiam celotis & oxia. Pax, lex, nox, &c. Excipiuntur polyſyllaba tam in ax quàm in ex quia ſunt maſculini generis, vt Thorax, id eſt pectus, & pectoris munimentum. hinc Thorax laneus, thorax ferreus, aut chalybeus, &c. Virgilius, -bis ſex thoraca petitum, Perfoſſúmque locis. Nycticorax, coruus nocturnus: à nyx, id eſt nox: & corax, id eſt coruus. Anthrax, hulcus quoddã. Harpax, vncus quo aliquid trahitur ex puteo. Dropax, vnguentũ quoddam. Storax vel ſtyrax, genus aromatis. dicitur etiam hæc ſtyrace. Abax, id eſt abacus, mẽſa calculatoria, & cui vaſa ſuperponuntur. Digeſtis De legatis tertio, l. Hæres. Cui Corinthia vaſa legata eſſent, huic abaces quoque horũ vaſorũ collocãdorũ cauſa legatos videri. Vulgo mẽdoſe habetur nihili dictio baces. Frutex, medium quid inter arborẽ & herbam, dicunt olim fuiſſe fœmininũ: vt Latex, id eſt aqua: nonnunquam poetice etiam vinum: nunc tãtum maſculinum. Vertex, id eſt ſummitas: vt Vertex capitis vel montis. Pollex, primus digitus, quia præ cæteris pollet. Rumex, id eſt herba quædã libidinem prouocans. Virg. Fœcundúſque rumex. Murex, conchylium quo veſtes tinguntur. capitur pro purpura. Virgil. Tyrióque ardebat murice læna. Significat plura, quibus ſuperſedeo. Monoſyllaba fœminina ſunt, vt Pax, lex. Inter polyſyllaba, id eſt habẽtia plures ſyllabas quàm vnam, fœminini generis ſunt, Fornax, caminus vbi coquũtur lapides. diminutiuum eſt fornacula. Similax vel ſmilax, genus hederæ flore candido, olente lilium. Eſt etiã arbor quam taxum Latini vocant. vbi ad florem reſpicimus, nonnunquam maſculinè reperimus. Carex, herba acuta & duriſſima, ſimilis aſparago. Virg. Et carice paſtus acuta. Carectum, locus caricibus plenus. Idem, Tu poſt carecta latebas. Halex, piſcis. vide halec.

Vibex. Forfex. Supellex. Ilex. Vitex. Pellex.

Vibex, ſignũ flagelli in corpore. Perſius, Si puteal multa cautus vibice flagellas. Forfex, inſtrumentũ ſartoriũ quo aliquid ſcindunt. Forficula, parua forfex qua pili ſcindũtur aut quid aliud. Forpex Hermãnus Torrentinus negat Latine dici, licet in vocabularijs & grãmaticis reperiatur. Supellex, res domeſtica. Perſius, Tecũ habita, & noris quàm ſit tibi curta ſupellex. Ilex fœmininũ eſt: quia eſt nomẽ arboris glandiferæ. Sic Vitex: quia eſt ſalix vnde vaſa viminea fiunt. Pellex fœmininũ eſt, quia ad ſolam fœminã pertinet. Eſt enim pellex impudica mulier, quæ cum marito alterius miſcet corpus. Iuuen. de mala vxore, Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat. Pellicatus, actus pellicis. Pellaca, id eſt pellex.

Maſcula ſunt fornix, phœnix, cum maſtiche, varix,
Et bombix, ſpadix, & orix: quódque vncia præbet,
Grex & eryx, ſandix, voluox, calyxque, calíxque.

Fornix. Phœnix.

A regula Hæc petit x, tolluntur plura maſculini generis, vt Fornix, arcus in ædificijs, & quodcunque opus cõcameratum, à furuus, id eſt ater: quia ſolent ea loca obſcura eſſe. capitur pro lupanari. In Priapea, Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc Fornicor fornicaris, id eſt meretricor: & fornicarius atque fornicaria. Fornico fornicas, id eſt fornicem facio. Phœnix, auis vnica. Lucanus lib. 6, Aut cinis AEoa poſiti phœnicis in ara. Ouid. Corpore de patrio paruum phœnica renaſci. Siquando inueniatur fœmininũ, hoc erit per regulam Communis proprio: quia relicta ſpecialitate reſpicietur ad genus quod eſt auis. Phœnix etiam eſt ventus quidam, & fluuius, & vir regionis Phœniciæ. ſemper autem eſt maſculinum: quia fœmina dicitur Phœniſſa. Virg. Hunc Phœniſſa tenet Dido. Da regulam. Eſto genus varium.

Cilix. Thrax. Phryx.

Sic Cilix, vir Ciliciæ: Thrax, vir Thraciæ: Phryx, vir Phrygiæ, id eſt Troiæ: per eandem regulam maſculina ſunt: quia fœmina dicitur Ciliſſa, Thraiſſa vel Threſſa, & Phrygia. Lucanus, O nunquam pacate Cilix. Ouid. 1. Faſt. Et ſonat accenſis ſpica Ciliſſa focis. Virgilius AEneidos primo,

-vel qualis equos Thraiſſa fatigat
Harpalice. Non dicitur Threiſſa,teſte Georgio Merula:quia ai in ei non vertitur. Virg.9. AEneid.O
verè Phrygiæ. id eſt Troianæ. Rex maſculinum eſt per eandem regulam: quia fœmina dicitur regina.
Maſtix maſtigis,id eſt flagellum,maſculini generis,teſte Nebriſſenſi. Vtimur in cõpoſitis, vt Home- Maſtix.
romaſtix,id eſt reprehẽſor Homeri & flagellator.& capimus pro quouis zoilo inepto doctorũ ſugilla-
tore. ſic Virgiliomaſtix,Ciceromaſtix. At maſtix maſtichis,id eſt gũmi lentiſci,quæ maſtiche quoque di
citur,fœmininũ eſt contra quoſdam. Serenus,Maſtichis addentur fractæ tam millia farra. Varix, vena Varix.
tumida in corpore humano. Horatius,Varice ſucciſo. Celſus lib.2,Varix ortus. Calepinus nominatiuũ
ponit varices:& dicit eſſe maſculini vel fœminini generis:vellem probaſſet. Poſtquam hæc edideram,
inueni fœminine apud Senecã in epiſtola ſeptuageſimaoctaua, Dum varices excæcãdas præberet. Hinc
fit varicoſus,varicor,varico varicas,& varicus,&c. Spadix,eſt quidam color. Virgil.3.Georg. maſculi- Spadix.
ne,Honeſti ſpadices. Gel. lib.3,Palmæ termes ex arbore cũ fructu auulſus,ſpadix dicitur. Oryx, ani- Oryx.
mal in Getulia ex caprarũ genere. Iuue. Et Getulus oryx. Et cõpoſita ab vncia maſculina ſunt,Quin-
cunx,deunx. vide in ps. Partes aſſis melius in x,quàm in ns deſinũt,vt doctiſſimi ſentiunt. Grex,pecu- Grex.
dum multitudo. Auguſtinus fœminine dixit, Alias vero greges inſtituerit quæ cõgregatæ, &c. Eryx, Eryx.
montis Siciliæ nomẽ. Sãdix maſculini generis teſte Seruio,herba quædã,& coloris genus. hinc ſandici- Sandix.
nus ſandicina ſandicinũ. Voluox,vermis qui & cõuoluolus & inuoluolus dicitur. Calyx cũ y Græ- Voluox.
co,priore producta,maſculini generis teſte Nebriſſenſi,id eſt folliculus quo fructus arboris cooperitur: Calyx.
à calypto,id eſt operio. Calix cũ i noſtro,eſt vas potorium,aut etiam in quo legumina & cætera repo Calix.
nuntur. Horat. Fœcũdi calices quem nõ fecere diſertum? Iapix maſculinũ eſt,quia nomen venti. Ho- Iapix.
rat. Nequid albus peccet iapix. flat ex Apulia. Bombyx(quod antè merito declaraſſem)maſculinũ eſt. Bombyx.
intellige dum vermẽ ſignificat. Mart. Bombyx pendulus vrget opus. Pro materia vero illa vnde fiunt
veſtes bõbycinæ, fœmininũ eſt. Nam Plinius titulũ habet de bombyce Coa. Item bombyce Aſſyria. ſic
docuit Antonius Nebriſſenſis. Aliquãdo tamen bombyx pro ipſo pãno vel veſte bombycina etiã ma-
ſculine legitur. Propertius,Nec ſiqua Arrabio lucet bõbyce puella. Poſſumus dicere poetã ad vermem
reſpexiſſe,ex cuius textura bombycinum conficitur.

Hic aut hæc cortex & onyx cum prole,ſilex,lynx,
Imbrex,calx,ramex,pumex, iuncto obice,dices,
Atque culex,natrix. Sunt qui limax quoque iungant.

Quædam nomina in ex ſunt dubij generis,vt hic aut hæc Cortex:& eſt veluti corium cuiuſcunque Cortex.
rei arboris,&c. De maſculino. Ouid. Si ſit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus. Virgilius,Raptus
de ſubere cortex . melius eſt maſculinum. De fœminino. Idem,
-muſco circundat amaræ
Corticis. Onyx cum prole quæ eſt ſardonyx. Onyx,id eſt vnguis & gemma candorem habens vnguis Onyx.
humani. Martialis,Calcatúſque tuo ſub pede lucet onyx. Idem,Vnguentum fuerat quod onyx modo
parua gerebat. frequentius eſt maſculinum. Sardonyx, gemma ſardi onychíſque colorem repræſen- Sardonyx.
tans. Iuuenalis ſatyra ſexta,
In manibus denſi radiant teſtudine tota
Sardonyches. De fœminino. Idem, -conducta Paulus agebat Sardonyche.
Perſius,Et natalitia tandem cum ſardonyche albus. Sardonyx etiam eſt mons quidam Indiæ. diuer-
ſitas poteſt venire,quia intelligitur lapillus vel gemma. Sardonychus, id ſardonyx. Silex. Papin. In- Silex.
domitúſque ſilex curua fornace liqueſcit. ſic cæteri feré. Virgilius tamen dixit Nuda in ſilice. &,Stabat
acuta ſilex præciſis vndique ſaxis . Eſt lapis duriſſimus vnde excutitur ignis. Hinc ſiliceus, ex ſilice,vel
durus: vt Siliceum caput. Lynx, animal maculoſum ex luporum genere acutiſſime videns,cuius vri- Lynx.
na in calculi duritiem vertitur,& fit gemma. De maſculino. Horatius 2. Carminum,
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas. De fœminino. Virg.3. Georg. Quid lynces Bacchi variæ. Idem 1. AEneid.
Maculoſæ tegmine lyncis. Lynx etiam fuit rex quidã in hanc beſtiam verſus vt fabulantur. Imbrex, Imbrex.
melius eſt fœminini generis,teſte Seruio in illud Virgilij,4. Georg. Anguſtique imbrice tecti. Plautus
in Milite, Meas fregiſti imbrices & tegulas. Eſt canalis in tecto per quẽ defluit imber. Calx,pes imus, Calx.
capitur pro cuiuſque rei fine:vt caput pro principio. Perſius,In portã rigidos calces extendit. Apul.7.
Meta. Expugnata patiẽtia mea calces validos extuleram. De fœminino. Virg.9. AEn. Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat. Cic.1. Tuſcu. Nũc video calcem,ad quam quũ ſit decurſum. Gel. lib.13,
Curſus eorũ ad eandem calcẽ virtutis tendentium. Calx autẽ,aut(vt vult Caper) per cs calcs,pro ma-
teria qua lapides in muro cõglutinantur,ſolũ eſt fœminini generis. Palladius, Calcs quæ erit ex ſpiſſo
& duro ſaxo,ſtructuris conuenit. Ramex,id eſt hernia,hoc eſt ruptura & deſcenſio inteſtini in ſcor- Ramex.
teum,id eſt ſaccum teſticulorũ. Ramicoſus,id eſt hernicoſus. Plaut. Tua cauſa nemo noſtrũ rupturus
eſt ſuos ramices. Lucilius,Ramice magno. De fœminino non ſuccurrit exemplũ: credo melius eſſe ma
ſculinum. Pumex,lapis cauernoſus ad corpora læuigãda laudatiſſimus. Sæpius eſt maſculini generis. Pumex.

Virgil.5. AEneid. Latebroſo in pumice nidi. Catullus fœminine dixit,
Cui dono lepidum nouum libellum
Obex. Arida modo pumice politum. Obex,rariſſime ſingulariter repertus nominatiuus. Ouidius,
-quas obijce firmo
Clauſerat Iliades. Virgil.8. AEneid. Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Quidã magna legũt,
Culex. alij magno, teſte Seruio. & ſignificat obiectum vel obſtaculum:vt Peſſulus, ſera, &c. Culex,vermi-
culus alatus. Græce conops conopos dicitur. Sæpius eſt maſculinum. Plautus fœminine dixit in Caſi-
na,Eho tu nihil cana culex,vix teneor,quin quæ decet te,dicã. Notat hoc contra Politianum Baptiſta
Natrix. Pius. Natrix,ſerpens aquaticus. maſculinum eſſe docet Phocas per illud Lucani,Et natrix violator a-
Limax. quæ. Lucilius lib.2. fœminine dixit,Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam. Limax non-
nulli dicunt eſſe fœmininum. Ego vero maſculinum inuenio. Colum. Implicitus conchæ limax hirſu-
táque campe. Eſt teſtudo & cochlea terreſtris: quæ & Limaca à limo dicitur. Pulex,maſculinũ,olim
fuit fœmininum. Radix & crux fœminina ſunt:olim etiam maſculina. Gracchus,Dignus fuit qui ma
Crux. lo cruce periret. Crux,id eſt furca,patibulum,gabalum.
Coniunx. Coniunx cuius generis? Communis:quia viro & fœminæ datur,per regulam Quicquid vtrique da-
Dux. tur. Eſt enim maritus vel vxor. Quæ ſunt alia per hanc regulam in x cõmunia? Dux,qui vel quæ du
Index. cit. Virgilius,Dux fœmina facti. Ducíſſa barbarum eſt. Index,qui vel quæ indicat:vt Vox orationis,
Iudex. index. Literæ,amoris indices. Iudex,qui vel quæ iudicat. Neutris figurate hæc nomina iunguntur:
Vindex. quia Lucanus in primo dixit indice bello. Vindex,qui vel quæ vindicat. Papinius 1. Theb. Tu ſal-
Artifex. tem debita vindex huc ades. Compoſita à facio ſignificatione communia ſunt: licet quædam eorum
Opifex. de fœmininis vix reperiuntur dici: vt Artifex,qui quæve artem aliquam exercet. Opifex,qui opus facit.
Carnifex. Carnifex,tortor. male capitur pro lanio. Tradux, traductus. Redux,qui ſaluus redijt & reductus
Tradux. eſt. Irredux,non reductus aut irremeabilis. Lucanus libro 9, Irreducémque viam deſerto limite car-
Redux. pit. Ouidius,Sum reducis coniunx ſicut euntis eram. Subiũx,ſubiugatus vel ſub iugo poſitus. In-
Irredux. iunx,ſine iugo,nondum ſubiugatus. Auſpex,id eſt augur,& dux militiæ, atque celebrandis nuptijs
Subiunx. præpoſitus ex parte viri. Exlex & Ilex, ſine lege viuens. Talia plura occurrent.
Iniunx. Fœlix cuius generis? Omnis:quia eſt adiectiuum,per regulam Adiectiua trium,&c. vt Hic & hæc &
Auſpex. hoc fœlix,diues,& cui proſperitas euenit. Aliquando eſt qui facit rem fœlicem,ſiue dans proſperitatem.
Exlex. Virgil. Sis fœlix,noſtrúmque leues quæcunque laborem. id eſt proſpera & benigna. Quæ ſunt alia in
Illex. x adiectiua? Sunt prope innumera:vt Audax,capax. Illix,id eſt illectiuus:vt Illix animi Venus. Et illi-
Fœlix. ces oculi apud Apuleium. Politia. Aquulæ ipſæ blandæ perſpicuæque ſuberant,& ad lauãdum illices.
Ilix. Senex natura quidem adiectiuum eſt,ſed neutrum non legi, & fœmininum raró. Pomponius apud
Senex. Varronem,teſte Priſciano lib.3, Tua amica ſenex. Segrex,congrex,id eſt ſegregatus,congregatus,neu-
Segrex. trum tamen plurale nondum inueni. Prudentius,Omnibus vna ſubeſt natura,ſed exitus omnes
Congrex. Non vnus peragit meritorum ſegrege forma. Idem,
Pernox. Iam mundus te Chriſte capit,quem congrege nexu
Præcox. Pax & Roma tenent. Idem,Scindet & in partes geminato ſegrege regno. Duplex,triplex,&c. Per-
Trifaux. nox,totam noctem durans. Præcox,ante alia maturus. Loquax,rapax, peruicax,velox,&c. Trifaux,
habens tres fauces. Sillius lib.2, -formáque trifauci
Solox. Perſonat inſopnis lachrymoſæ ianitor aulæ. Solox,id eſt hirtus,craſſus,quaſi ſolidus. Titinnius,Lana
Vltrix. ſoloci ad purpuram data. Lucilius,Paſchali pecore ac montano hirco atque ſoloce. Verbalia in trix,
Victrix. fœminina ſunt:vt Meretrix, lotrix,vltrix, victrix. quæ duo in obliquis adiectiue leguntur in fœminino
neutróque genere,non in maſculino:quia dicimus Victor populus vel exercitus,victori populo,victri-
ci plæbi,&c. In plurali dicim⁹ hæ victrices & hæc victricia,vltrices & vltricia, Claudianus,Victrici con
cepta ſolo. Lucan. Tollite iampridem victricia tollite ſigna. Sillius lib.2,
Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido,
Mandabat Tyrijs vltricia bella futuris.

Liber II. de regulari nominum DECLINATIONE.

REGVLAE GENERALES.

COmpoſitum ſimpléxque modo ſimili gradiuntur.
Demitur exanguis:ſine carmine plura recludam.

Apes. Simplex & compoſitũ plerunque ſimili modo declinantur:vt Pes & bipes. Nam apes & vulpes non
Vulpes.

proprie dicuntur compoſitæ figuræ, licet per etymologiam apes putetur dici ab a priuatiua particula & pes:& vulpes,quaſi volipes. ideo faciunt genitiuos apis,vulpis:non apedis,vulpedis. nec lepus lepodis facit,licet putetur dici quaſi leuipes. Pro aue cypſelo non dicimus apes apedis(vt vult Nebriſſenſis)ſed apus apodis,vt OEdipus OEdipodis. Requies non demitur à regula,quia vt requies quintæ declinationis eſt,ita etiã quies apud veteres. Afranius,Sollicito corde corpus nõ potitur quie. Næuius, Cõplexu ſummo operiuntur & ſuaui quie. Quinetiã requies inuenitur aliquando tertiæ declinationis. Cic. in Catone maiore, Vt meæ ſenectutis requietẽ oblectamentúmque noſcatis. Macrobius in primo de ſopno Scipionis, Requietis eſt inſcia. Impubis facit genitiuũ ſimilẽ nominatiuo vt Pubes. Impuber vero,impuberis,vt Puber. ideo male exciperetur à regula,vt probabim⁹ in terminatione is. Excipitur autem à regula Exanguis,quod genitiuum ſimilem nominatiuo facit,quum ſimplex ſanguis faciat ſanguinis. Eſt autẽ exanguis carens ſanguine,id eſt admodum pallidus vel mortuus. Tolluntur plura: nam à ſubſtãtiuis facta adiectiua,in ablatiuis & quibuſdam alijs caſibus aliter eunt quàm ſimplicia:vt caulis ablatiuũ facit caule: vnicaulis vero, vnicauli. Et à manus cõpoſita ſunt ſecundæ declinationis, vt vult Georgius Valla cum Antonio Nebriſſenſi. Priſcianus vero cui Mancinellus ſuffragatur, dicit eſſe quartæ,vt Manus. Mihi incertum eſt: quia ſolum accuſatiuum inter obliquos reperi,ex quo nihil iudicare licet:vt Centimanus,centum manus habens. Vnimanus,vnicã manũ habens. Quadrimanus,quatuor manus habẽs. Liuius, Nũtiatum eſt Aretij puerũ natum vnimanum. Oroſius, Romæ puer natus eſt quadrupes & quadrimanus.

Requies.
Quies.
Exanguis.
à Manus cõpoſita.
Cẽtimanus.
Vnimanus.
Quadrimanus.

Rectum in compoſitis tantummodo flectere fas eſt.
Alteruter rectum neſcit variare priorem.

Dictio compoſita ex pluribus caſibus non declinatur niſi ex parte recti. vnde ſi ex duobus nominatiuis conficiatur, declinabitur vterque nominatiuus,ſi declinationẽ recipiat: vt Reſpublica,reipublicæ, ciuitas libera quæ iure regitur. Si ex recto & obliquo fiat,aut cõtrà,ſolus nominatiuus declinabitur: vt Tribunuſplebis,vrbiſpræfectus,iuriſperitus,ſenatuſconſultum, plebiſcitum. Si vero nomẽ ex duobus obliquis conſtet,nullo modo flectitur:vt Huiuſmodi,eiuſmodi, quæ poſſunt eſſe orationes. A parte prima excipitur Alteruter:quod licet ex duobus rectis conſtet,tamẽ ſolum declinatur poſterior rectus: ſic, Nominatiuo alteruter,alterutra,alterutrum:genitiuo alterutrius,datiuo alterutri,&c. id eſt quiuis è duobus,aut vnus è duobus. Cic. Video neceſſe eſſe alterutrum. Idem pro Marcello, Quòd ſi in alterutro peccandum ſit,malim timidus,quàm parum prudẽs videri. Idem tamen teſte Priſciano, declinauit alibi ex vtraque parte recti. Vt in Protagora, Quæ igitur poteſt eſſe indignitas voluntatis ad moleſtiã, niſi in magnitudine, aut in longitudine alteriuſutrius poſita? Sic etiam Cato vſus teſte Priſciano. Regula ſolum intelligitur de compoſitis ex duobus integris, ideo agricola & duodecim huc nõ pertinẽt: nec puerpera, nec leopardus. quod nomen Alexander male excipit, quum non ab hoc nomine leo, ſed potius à fœminino lea fiat, vt non male Hermannus Torrentinus notauit. Præterea licet leopardus dicatur animal tam ex leone & panthera, quàm ex pardo & leæna: tamẽ leo in eo vocabulo corruptum eſt: quia ſolum corripitur, quum extra compoſitionẽ ſit anceps: vt interdum duo, quod in duodecim: & duodenus,& duodecimus ſolum corripitur. ideo nil mirum, ſi horum nihil ex vtraque parte declinetur. Vigintiduo non declinatur ex priore parte recti, quia viginti eſt indeclinabile. Officiperdi ſi ſatis Latine dicatur pro homine nihili, fit ex duobus corruptis, ideo huc non pertinet. Quotieſcunque alter nominatiuorum aliquo caret, tota dictio eodem carebit:vt iuſiurandum caret genitiuo,& datiuo, ablatiuóque pluralibus, quia illis ius caret. Vnuſquiſque caret vocatiuo, vt Quiſque. Suijpſius caret nominatiuo, vt Sui,&c. Tribunuſplebis, eſt princeps & defenſor plebis. Senatuſconſultum, id eſt ſtatutum ſenatorum. Plebiſcitum, plebis ſtatutum. Paterfamilias in prima declinatione dicetur. Malumpunicum, pomum ex Aphrica allatũ. Sulpitius etiam excipit Holuſatrum, quod holiſatrum etiam dicitur,& roſmarinus: quæ duo ex poſteriore tantum parte flecti teſtatur. dicitur etiam Roſmarinum, frutex quidam:& Holuſatrum, id eſt petroſelinum.

Reſpublica.
Alteruter.
Leopardus.
Officiperdi.
Tribunuſplebis.
Senatuſconſultum.
Plebiſcitum.
Malũpunicũ
Holuſatrum
Roſmarinus

In neutris primus, quartus, quintus, ſimiles ſunt.
Quos in a pluralis ſemper, quum flectimus, exit.

Nomina neutri generis in quacunque declinatione habent tres caſus ſimiles, nominatiuum, accuſatiuum, vocatiuum, in vtrolibet numero, & hi caſus, ſi declinentur, in plurali terminantur in a:vt Nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo ſcamnum:& pluraliter, ſcamna. ſic Corpus corpora, cornu cornua,&c. Nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo pelagus, vulgus, virus. Si non declinentur, non neceſſariò pluraliter in a deſinunt:vt Centum, mille, tempe. Item ambo, duo, quanuis declinentur, in a non deſinũt: quia omnino irregularia ſunt.

Eſt primo quintus ſimilis. Sed Græcus s aufert
Sæpe: velut Thoma, Theſeu, Panthu, Pari, Palla.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo: vt Nominatiuo Muſa, puer, panis. vocatiuo ô Muſa, puer, panis,

&c.tam in ſingulari,quàm in plurali. Ab hac regula excipiuntur primo nomina Græca in s,quæ literam s ſæpe in vocatiuo abijciunt:vt Hic AEneas, Thomas:ô AEnea, Thoma.Sic omnia primæ in as terminata. Hic Anchiſes,Priamides: ô Anchiſe,Priamide.Sic omnia in es primæ. Hic Tydeus,Orpheus:ô Tydeu,Orpheu.Sic omnia in eus per eu diphthongum deſinentia. Hic Panthus,OEdipus, Melampus:ô Panthu,OEdipu,Melampu. Talia ſunt admodũ pauca. Hic Calchas,Pallas:ô Calcha,

Pallas.

Palla. Talia in tertia ſunt omnia virorum propria in as deſinẽtia,quorum fit genitiuus in antis. Pallas Palladis,deæ nomen,facit vocatiuum ô Pallas. Ouid. Tempus Atla veniet tua quo ſpoliabitur arbor.Hic Achilles,ô Achille:hic Paris,ô Pari.de his nonnihil proſaice ſuo loco dicam.Sunt adhuc duæ à regula exceptiones de nominibus in us ſecundæ declinationis:vt Hic dominus,ô domine.hic Laurentius,ô Laurenti.Eas declarabo in ſecunda declinatione.

Syncopa plurali nonnunquam fit genitiuo.

Syncopa.

Syncopa aliquando fit in genitiuo plurali.In prima quidem, vt Cælicolûm pro cælicolarum. In ſecunda,vt Deûm pro deorũ. In tertia, vt Cæleſtûm pro cæleſtium.In quarta, vt Currûm pro curruũ. In quinta,vt Specicûm ſine t litera,pro ſpecierum,teſte Diomede. id credo nũc exoleuiſſe. Syncopa, eſt ablatio literæ vel ſyllabæ è medio dictionis. Huic eſt figura cõtraria Epentheſis,quæ eſt adiectio literæ vel ſyllabæ ad medium dictionis:vt Alituum pro alitũ. Propter verſum recipitur.Omnia ſuo loco proſaice latius declarabuntur.

Plurali ſimilis ſexto vult tertius eſſe.

Datiuus & ablatiuus plurales cuiuſcũque declinationis,ſunt ſimiles:vt datiuo & ablatiuo magiſtris, manibus,&c.ponetur ergo ſolius datiui regula:quia per hanc ablatiuus notus eſt.

PRIMA DECLINATIO.

Prima dat as,es,e,rectis,& a. Patrius æ vult
Cum terno.Sed ab e recto,genitiuus in es fit.
Caſibus his Adam tantum flectunt & Abraham.

Dorcas.
Priamides.
Pentecoſte.
Poeta.
Arca.
Arrha.

Prima declinatio habet tres terminationes nominatiui.As, vt AEneas, Thomas, Damœtas, Elias, Iſaias,propria virorũ omnia:præter Boreas,vẽti nomẽ:& Satanas ,id eſt diabolus:& abbas,teſte Georgio Valla.ſed de hoc nomine plura dicã in tertia declinatione. Dorcas,id eſt dama vel caprea, nullo modo eſt primæ declinationis contra quoſdam, quia genitiuum facit dorcadis.nomen habet ab acute vidẽdo.δέρκειν Græce videre ſignificat. Es,vt Alcides,Chryſes,Anchiſes,Manaſſes,& plura virorum propria.Quædam ſunt appellatiua: vt Cometes,prophetes,leuites,pſaltes,& plurima in generibus declarata. Priamides,id eſt Priami filius aut nepos. E,vt Pentecoſte,feſtũ ſpiritus ſancti,interpretatur quinquagenaria: quia quinquageſimo die poſt dominicam reſurrectionem celebratur pentecoſtes, id eſt quinquageſimus. A,vt Poeta,qui facit carmina. Arca,id eſt ciſta. Arrha, nummus qui datur in contractibus,Arres.vel pars ſolutionis in contractus initio data.& dicitur etiam arrhabo.Hinc arrho & ſubarrho ſubarrhas,id eſt arrham facio,ſiue per arrham obligo. Ambroſius, Annulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus. Prius quàm procedamus,libet aliquid dicere de declinatione & caſu.

Declinatio.
Caſus.

DECLINATIO quid eſt?Dictionis per caſus in fine variatio:vt Hæc muſa,huius muſæ.& ſic declinatio à coniugatione diſtinguitur:quæ etiam declinatio dicitur generaliter accepto vocabulo.

Caſus quid eſt?Declinationis gradꝰ.Quot ſunt caſus?Sex.Nominatiuꝰ ſiue rectus,qui rẽ nominat: & à nullo cadit.ideo improprie caſum dici volunt. Genitiuus,qui cæteros gignit: & patrius dicitur, quia per ipſum patronymicum reſoluitur:vt Priamides,Priami filius.Idem eſt poſſeſſiuus,& interrogandi caſus. Datiuus,ſignificat id cui aliquid datur vel acquiritur,aut etiam commendatur,ideo cõmendatiuus dicitur. Accuſatiuus,incuſatiuus,& cauſatiuus,aliquid accuſari & in cauſa fieri oſtẽdit. Vocatiuus vel ſalutatiuus,qui vocationem ſalutationémque dicit. Ablatiuus plerunque id à quo aliquid aufertur ſignificat.Et dicitur Latinus:quia Latini non Græci hunc caſum habent.Sunt qui adijciant ſeptimum & octauum,de quibꝰ in Syntaxi doceberis. Vocatiuus quoque rectus dicitur:quia nominatiuo ferè ſimilis eſt. Declinationes ſunt quinque,vt in Rudimentis declaraui,vbi cum Antonio Mancinello atque ipſo Priſciano ſic interrogauimꝰ,Cuius declinationis?cuius perſonæ?cuius cõiugationis?quum interrogandum fuerat,vt poſtea correxi,Quotæ declinationis?quia quotus de numero ordinali interrogat,non quis.id tum non ignorabamus,ſed(quod doctiſſimis frequẽter vſu venit) per incuriam quandam non animaduertimus. Participia declinantur vt nomina. De pronominibus in fine huius libri agetur. Declinationes per terminationes nominatiuorum interim diſtinguuntur,ſed melius per obliquorum deſinentias. Quidam ſeptem putabant eſſe declinationes. Primam,vt Muſæ:ſecundã,vt Domini:tertiam,vt Antonij:quartã,vt Patris: quintam,vt Viſus:ſextam,vt Rei: ſeptimam, vt Cornu.Nobis placet omnes iſtas ad quinque reduci.

Patrius æ vult Cum terno.

Genitiuus & datiuus primæ declinationis, ſingularis numeri, deſinunt in æ diphthongum: vt Patria, huius patriæ, huic patriæ, id eſt natale ſolum, ſiue locus in quo quis natus eſt: vt Niniue, eſt patria mea. Vado ad patriam, non Vado ad patres. Muſa, id eſt cantilena & poetarum dea: ſecundum gentiles.

Patria. Muſa.

Aula, id eſt domus principis. Aulicus, qui apud principem moratur. Caula, id eſt ouile. Nepa, id eſt ſcorpius. Aura, lenis ventus, & ſplendor & fauor. Diphthongus, eſt duarum vocaliũ vim ſuam retinentium in eadem ſyllaba conglutinatio. & ſunt Latinæ quatuor, æ, œ, au & eu: vt Muſæ, cœna, audio, euge. & debent omnes ſcribi contra indoctos: ſed in æ & œ parum audiuntur a & o. Diphthongus dicitur à dis, id eſt bis: & phthongos, id eſt vocalis ſonus, hoc eſt duarum vocaliũ vnus ſonus. Veteres in genitiuo frequenter per duas ſyllabas ai pro æ dixerunt: vt Aulai, aquai, terrai, animai, nepai, pictai, &c. pro aulæ, aquæ, terræ, &c. Hæc nunc exoleuerunt, niſi raro ẽter velimus in carminibus vetuſtatem redolentibus antiquarij haberi, quod rariſſime fecit Virgilius 3. AEneid. Aulai in medio libabāt pocula Bacchi. Et in 6, Aurai ſimplicis ignem. Et in 9, Diues pictai veſtis & auri. Cic. in Arato, Atque oculos vrget pedibus pectúſque nepai. Vetuſtiſſimi etiam in genitiuo as pro æ dixere: vt Hæc eſca, huius eſcas. Liuius Andronicus, Eſcas habemus mentionẽ. Næuius, Filij terras. Hos ſemel imitatus Maro dixit, Nihil ipſa nec auras, nec ſonitus memor. id iam exoleuit niſi in cõpoſitis, paterfamilias, materfamilias, filiuſfamilias: vbi familias genitiuus eſt vetus ſingularis numeri. Dicimus etiam paterfamiliæ, vt docet Priſcianus. Eſt autem paterfamilias, dominus familiæ: etiam ſi non habet liberos. Materfamilias, dominafamiliæ. Filiuſfamilias, qui in patria poteſtate eſt. As autem pro æ poſuerunt more Græcorum, qui dicunt Leda Ledas, mulieris nomen. Hermenia hermenias, id eſt interpretatio: vt Liber peri hermenias, id eſt de interpretatione. Liber vitas patrum ſic non dicitur: ſed vitæ patrum. Legi vitas patrum: &, Vitæ patrum à beato Hieronymo ſcriptæ ſunt: vt Vitæ philoſophorum à Laertio.

Aula. Caula. Nepa. Aura. Diphthõgus. Eſcas. Paterfamilias. Leda. Hermenias.

Sed ab e recto genitiuus in es fit.

Excipiuntur à regula quantum ad genitiuum nomina Græca in e, quia genitiuum faciũt in es: datiuum vero in æ diphthongum: vt hæc Pentecoſte, huius pentecoſtes, huic pentecoſtæ. ſic Magdalene, Thyſbe, Penelope, Calliope, Circe, & alia plurima mulierum propria. Hecatombe, centum boum ſacrificium. Phœbe, id eſt Diana & Luna. Hebe, vxor Herculis, & pubertas. Paraſceue, præparatio. Crypte, ædificium ſubterraneum. Agape, id eſt dilectio. Quædam apud Latinos terminantur in a, vt Helene vel Helena: ſyncope vel ſyncopa: ſynecdoche, aliquando etiã ſynecdocha. Paſcha licet proprie indeclinabile ſit, tamen Latini eccleſiaſtici præſertim in genitiuo & datiuo paſchæ auſi ſunt dicere, vt in Biblijs patet, & apud Sidonium: licet aliqui in Auſonio phaſæ legant, non paſchæ. Nõnulli volunt paſcha paſchatis, per tertiã variari. Similiter Adam & Abraham indeclinabilia ſunt, vt Balaham. Eccleſiaſtici tamen in genitiuo datiuóve nonnunquam Adæ, Abrahæ dicunt, tãquam ab Adas, Abrahas. Itaque interdũ filij Adæ legimus, vt Mathuſalæ à Mathuſales aut Mathuſalas, non à Mathuſalẽ. Vna, vnius facit, vt Vnus vnius. De hoc in ſecunda declinatione dicemus.

Hecatombe. Phœbe. Hebe. Paraſceue. Crypte. Agape. Paſcha. Adam. Abraham.

Am faciet quartus. Finita per as vel a Græca
An quoque dant: en fiet ab es & ab e, nec habent em.

Accuſatiuus primæ declinationis terminatur in am: vt hæc Sella, hanc ſellam, id eſt ſedes. Plautus, Date iſti ſellã vt aſſideat. Sic per c, Cella, id eſt cubiculum & penariũ: vt Cella vinaria. Cellarius, procurator peni. Camera non eſt (vt indocti putant) cella, ſed teſtudo templi aut cuiuſcunque domus, id eſt curuatura in modum cæli aut palati. Pelta, paruum & breue ſcutum.

Sella. Cella. Camera. Pelta.

FINITA per as, &c. Græca nomina in as & in a, etiam mittunt accuſatiuum in an: vt hic Thomas, AEneas, Boreas, Satanas, &c. hunc Thomam vel Thoman: AEneam vel AEnean, &c. hæc Oſſa, AEtna: hanc Oſſam vel Oſſan, AEtnam vel AEtnan: montium nomina ſunt. ſic AEgina, Medea, & cætera mulierum propria. Ouidius, Horriferum contra Borean Iouis arma miniſtrat. Nomina in es & e deſinentia, faciunt accuſatiuum in en, nunquam in em contra quoſdam, inter quos Sidonius eſt, & diu poſt hunc Alexander. Virgilius, Anchiſen facio certum. In ſacris, In Niniuen ciuitatem magnam venit timor & tremor.

A ſextus donat. Tamen es ac ẽ retinent e.

Ablatiuus in a deſinit: vt Ab hac muſa, ab hoc AEnea. Sic Lagœna, vas in quo viatores potum deferunt. Fidelia, vas fictile, cui vinum aut ceruiſia imponitur. Perſius, Tumet alba fidelia vino. Sagena, id eſt rete piſcatorium. Hara, porcorum ſtabulum. Mandra, aliarum beſtiarum ſtabulum.

Lagœna. Fidelia. Sagena.

Forica, locus in vrbe publicus, vbi cuique licet corpus curare. Latrina, locus priuatus & latẽs, quem quiſque domi habet. Cloaca, locus cauus per quem colluuies fluit. Cloaco cloacas, id eſt inquino. Et cloacæ in oppidis ſunt foſſulæ in plateis, per quas aqua pluuialis cum ſordibus excurrit. vulgus male capit pro latrinis. Plautus metaphorice cloacam vocat immundæ vetulæ aluum, dicens in Curc. Age, effunde hoc cito in barathrum, propere prolue cloacam. Mãtica, ſaccus aut pera, cuius pars poſt tergum, pars ante pectus, dum geritur, pendet. Mantiſſa, additamentum quod adijcitur rei venditæ: vt in ceruiſia aut vino pauxillulum vltra iuſtã menſuram. Succidia, caro ſalita, quæ quoties opus eſt ſuc-

Hara. Mandra. Forica. Latrina. Cloaca. Mantica. Mantiſſa. Succidia.

Succerda. Axungia. Baſilica.

ciditur. Succerda,porcinum ſtercus. Axungia,pingue quo axis vngitur,vt currus mollius incedat. Baſilica,domus regis,& templum,& locus in quo negotiationes,conſilia & iudicia exercebantur.

Theriace. Strophe. Stacte. Hyle. Ile. Ode. Anchiſa. Atrida.

TAMEN es,&c. Nomina in es & in e deſinentia,faciunt ablatiuum in e:vt Ab hoc Anchiſe,comete: ab hac pente:oſte.ſic arete,id eſt virtus. Theriace,quoddam medicamentum, *Triacle.* Strophe,verſutia vel deceptio. Stacte,pretioſum gummi. Hyle,materia. Ile,id eſt ala vel turma. Ode,id eſt cantus.Hæc & ſimilia ſolũ in e ablatiuũ habẽt. Vbi autem eſt a,fit à nominatiuo in a:vt Theriaca,ſtropha, oda,& cætera. Sic de accuſatiuo in am.ſic nomina in es,in accuſatiuo en ſolum habẽt,in ablatiuo ſolũ e. Anchiſam vero & Anchiſa ſunt à nominatiuo in a.ſic enim Anchiſa pro Anchiſes aliquãdo dictũ eſt,vt Atrida pro Atrides,id eſt filius vel nepos Atrei. Propertius,Nõ ita Dardanio gauiſus Atrida triumpho. Nominatiuus eſt. Horatius,Nequis humaſſe velit Aiacẽ Atrida vetas cur. Vocatiuus eſt ab Atrida. Nam Atrides ô Atride dicitur:vt ab Anchiſes ô Anchiſe,per regulam generalem Græcorum antè poſitam. Hic Anchiſa,hunc Anchiſam,ô Anchiſa. Virgil. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Nec obſtat productio,quũ,etiã nominatiuus à Græcis producatur: vt Tegea,Nemea. De ablatiuo. Idẽ,Anchiſa generate deûm certiſſima proles. ab Anchiſa nominatiuo fit, non ab Anchiſes,teſte Diomede, Grãmaticorũ(vt multis videtur)Achille. Accuſatiuus AEneam, ſiquando inueniatur, potius à nominatiuo etiã AEnea fit,quàm AEneas,vt dicit Georgius Valla. Adam & Abraham ſolum in genitiuo datiuóque variata leguntur. Nomina in e deſinentia Latini in plurali vix vnquam vſurpãt, niſi ſecundum declinationem Latinam,tanquam ſingulariter terminentur in a.

Primus pluralis fit in æ. Genitiuus in arum.

AEneadæ. Troiugena. Graiugena.

Nominatiuus pluralis in æ diphthongon deſinit:cui ſimilis eſt vocatiuus. Genitiuus fit in arum: vt hæ Muſæ,ô muſæ, harum muſarum. Sic hæ cataractæ,&c. Syncopa fit in genitiuo plurali, abiectis literis a & r:vt Cælicolûm pro cælicolarum.ſic in cæteris à colo compoſitis. AEneadûm pro AEneadarum.ſic in reliquis patronymicis. AEneadæ ſunt Romani qui ab AEnea deſcendiſſe credũtur. Troiugenûm pro Troiugenarum.ſic cætera à gigno. Troiugena,id eſt Troianus. Graiugena,Græcus.ſic plura cõpoſitæ figuræ nomina cauſa verſus patiuntur ſyncopã: vt Aduenûm,hæredipetûm. ſic quoque nundinûm pro nũdinarum. Sed authoritate opus eſt:neque enim muſûm pro muſarum & ſimilia dices. Virgilius,Cælicolûm regi mactabam in littore taurum. Idem,Caprigenúmque pecus pro caprigenarum,teſte Priſciano libro 6. Alij malunt neutri generis eſſe:vt ſit caprigenus caprigena caprigenum,vt apud Valerium alienigenus alienigena alienigenum. Regula antè poſita eſt,Syncopa pluralis,

Tertius is poſcit. Tamen abus paucula donant,
Filia,mula,duæ,liberta,equa,nata,dea,ambæ.

Datiuus pluralis in is deſinit:datiuo ablatiuus ſimilis eſt,per regulam Plurali ſimilis,&c. vt His muſis,pennis,&c. Octo indubiè habent abus,filia,filiabus. Sic nata,& cætera. quorum Ambæ,duæ,nulla differentiæ cauſa faciunt ſolum abus,duabus,ambabus. Reliqua differentiæ cauſa faciũt abus, ne de viris videatur ſermo:quod propter teſtamentorũ neceſſitatem factum eſſe dicit Sergius. Verba doctiſſimi Sergij ſunt,Hæc pauca dicit Probus contra artem eſſe ſuſcepta:nec nos debemus ad iſtorum ſimilitudinem alia declinare. Ea enim quæ arte carent,ſola authoritate firmantur. Notanda ſunt aurea Sergij verba contra ceruicoſos quoſdam nimis temerario auſu ſimilia fingentes: vt Sponſabus, dominabus,& cætera. Ideo etiam nolim ab aſina,aſinabus dicere, ſi id præter Phocam & Priſcianum nemo dixerit:& Vallæ hærebo propter verba Sergij. Et quia Hieronymus dixit in primo Regũ, De aſinis,quas perdidiſti,ne ſollicitus ſis. Sic Plinius libro 11. nat. hiſtor. Aſinis hubera à fœtu dolent. Ambiguitas per adiecta tollitur. Puerilis eſt argumentatiuncula Mancinelli & Lanciloti,Si mula mulabus,equa equabus:cur non aſina aſinabus?addã ego,Cur non vitula vitulabus,&c? Iam videamus ſingula.

Filia. Nata.

Filia aliquando filijs facit,præſertim vbi certum eſt de fœminis fieri locutionem. Cato in originibus, Dotes filiabus ſuis non donant. At Plautus in Sticho,Ego intrabo, & gratulabor aduentum veſtrum filijs. Loquitur ſenex de duabus filijs ad generos. Hieronymus cap.3. Geneſ. Quid poſſim facere filijs & nepotibus meis. dicit hoc Laban de Lia & Rachele. Nata,id eſt filia,ſimiliter inuenitur facere natis,vbi ambiguitas tollitur. Papinius in Achilleide,

-chariſque para connubia natis,
Quas tibi ſydereis diuarum vultibus æquas Sors dedit. Ouid. 13. Metamorph.
Effugiunt quo quæque poteſt. Euboea duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.

Mula. Liberta. Equa.

Mula,animal notum. dea ſatis patet. in fœminino mulis & deis nuſquam legi,nec libertis. Eſt autem liberta,mulier libera quæ fuit ſerua: Libertus,talis vir:& ad patronum patronámque refertur. Equa,notum animal. Caput eſt apud Varronem de equis & equabus. vbi autem ambiguitas abeſt,equis ſæpius quàm equabus reperies. vt Digeſtis,De vſuris & fructibus,l. Equis. vbi dicit Modeſtinus, Equis per fidei commiſſum legatis poſt moram hæredis fœtus quoque debentur. Et Digeſtis,De extraordinarijs cognitionibus,l. De vſu. Itẽ de equis alienis à ſciente poſſeſſis fœtu earum,&c. Colum. libro 7, Admiſſarium cæteris equis facit inimicum. id eſt equabus.

Serua aliquando ſeruabus facere contra Vallã docet cum Mancinello Lancilotus:vt Digeſtis,De fundo inſtructo,1. Prædia,paragrapho Affini. Quæſitum eſt an ea mancipia commiſſo ceduntquũ quædam ex his officijs ad tempus peregrinationis adducta ſunt relictis conſeruabus & filijs ſuis: quædam patribus & matribus relictis. Sulpitius ſociabus apud Florum legit. Vetuſtiſſimi dixerunt dextrabus, veſtrab⁹,eabus. Hieronymus & alij non indocti eccleſiaſtici dixerũt animabus & famulabus,quæ propter authoritatem diui Hieronymi non adeo vitupero:libentius tamen animis famulíſque dixero. Hieronymus in Exodo,Dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis domino. Cicero autem ſic ſcripſit,Cicero Terẽtiæ,& pater Tulliolæ,duabus animis ſuis ſalutem. Paulus ad Hebræos,Vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Animis dixit ab anima, teſte Valla. Hieronymus in Exod. Miſit vnam è famulabus ſuis. At Papinius famulis à famula dixit 12. Thebaidos, Famula.

Prima per attonitas nigræ regina cateruæ,
Triſtibus illabens famulis iterúmque reſurgens,
Quærit inops Argia vias.

Dominabus apud nullum idoneum reperi,ſed ſemper dominis. Quintus Curtius de Darij vxore,& filia ait,Ii qui in veſtibulo erant,vt armatos conſpexere,rati actũ eſſe de dominis:vociferant miſſos eſſe qui occiderẽt captas. Hieron. ad Demetriadem,Incedentibus dominis ancilla virgo procedit ornatior: vt pro nimia conſuetudine quam incomptam videris,dominã ſuſpiceris.

Accuſatiuus ſemper pluralis in as fit.

Accuſatiuus in as finitur:vt has Animas,crumenas,&c. Anima,eſt ſpiritus corpus viuificans. Capitur pro vento. Plautus, Nequid animæ emittat dormiens. Crumena,id eſt marſupium. vulgus barbarum burſam vocat:forſitan à byrſa,id eſt corio. Malua,herba quædam. Coma,capillorum ornatus,id eſt cæſaries. vtrũque tam mulieris,quàm viri eſt. Anſa,eſt vaſis auricula. Præbere anſam,id eſt occaſionem dare. Etiam eſt fibula quæ calceis inſuitur. *Vne boucle.* Tibullus, Anſáque compreſſos alligat arcta pedes. Multa,ſolutionis pœna. Antilena, qua pectus iumenti cingitur. Poſtilena, quæ ſub cauda ponitur. Scutica,verberandi ex funiculis inſtrumentum. Dolabra,læuigandi inſtrumentum.

Anima. Crumena. Malua. Coma. Anſa. Multa. Antilena. Poſtilena. Scutica. Dolabra.

SECVNDA DECLINATIO.

Altera ſex rectis,er,ir,eus,ur,dat vel us,aut um.
Addimus è Græcis os & on,per us um varianda.

Nominatiuus ſecundæ declinationis habet ſex terminationes, er,ir,eus,ur,us,um. Eus eſt terminatio Græca. His iungimus Græcam terminationem os,quam Latini ſæpiſſime vertunt in us, & on, quam vertunt in um. Exempla ſunt:Faber,quicunque artifex malleo vtitur:vt Faber lignarius,faber ferrarius, faber murarius,&c. Faber fabra fabrum,adiectiuum,aliquid ad fabrum pertinens:vt Ars fabra. hinc fabre aduerbium,id eſt artificioſe. Affabre,id eſt pulchre. Infabre,id eſt inepte,turpiter. Fabrefacio,id eſt artificioſe compono. Fabrica,fabri officina. Fabrilis,ad fabrum pertinens. Horatius, Faber,

-quod medicorum eſt,
Promittunt medici,tractant fabrilia fabri.

Magiſter,cui cura rei incumbit: vt Magiſter pagi,magiſter vigilum,magiſter grammaticæ. Quicunque ludo literario præeſt,Magiſter recte dicitur. Magiſteriũ, magiſtri dignitas vel officium. Magiſtro magiſtras,id eſt moderor,guberno. Glaber, glabra, glabrũ, id eſt caluus,id eſt ſine crine,aut herbis vel ſegete. Nam ager aliquando glaber eſt. Glabretum,caluitiũ. Scaber,ſordidus,aſper. vt Vngues ſcabri,cutis ſcabra. hinc ſcabredo,ſcabritia,& ſcabrities. Auſter,ventus flans à meridie,&c. In ir tria ſunt:Vir,id eſt mas. hinc ſemuir,duumuir,centumuir, &c. Treuir,aliquis è ciuitate Treuirẽnſi. Leuir,frater mariti vel vxoris. Leuir volunt dici quaſi leuis vir. In eus omnia ferè ſunt virorum propria:vt Orpheus,Perſeus,Tydeus,&c. In vr vnicum eſt,ſatur: nomen adiectiuum,ſatur,ſatura, ſaturum. In us & in um ſine numero nobis cognita ſunt: vt Circus, locus rotundus. Hircus,mas caprarum. Circinus,ſecunda breui, inſtrumentum quo formantur circuli,& ſcutellæ,&c. Colum,vas per quod purgatur lac aut alius liquor. Colo,colas,per colum purgo. Solum,animalis ſuſtẽtaculum. vt Terra,eſt hominis ſolum,mare piſcium,aer auium. Ouid. Omne ſolum forti patria eſt,vt piſcibus æquor. Os,vt Samos,Leſbos,&c. On,vt Pelion,Ilion,&c.

Magiſter. Glaber. Scaber. Auſter. Vir. Treuir. Leuir. Circus. Hircus. Circinus. Colum. Solum.

I patrius ſeruat. Genitiuus non ſuperabit.

Genitiuus ſecundæ declinationis in i deſinit:vt huius Magiſtri, domini, ſcamni. GENITIVVS non ſuperabit. Sententia eſt, genitiuus ſecundæ declinationis non habet plures ſyllabas quàm nominatiuus:& hoc dicunt Non creſcit genitiuus: vt hic Sequeſter,huius ſequeſtri: id eſt mediator inter litigantes. dictum eſt in generibus. Vafer,vafra,vafrum,id eſt callidus & aſtutus. Cic. Non ſunt in diſputatione vafri,non veteratores,non malitioſi. Vaframentũ,id eſt aſtutia. Apher,ex Aphrica. Ater, valde niger. Atrare,atrum facere. Atramentum,ater liquor ex quo fiunt literæ. Vulgus minus apte encauſtum vocat:quod ſignificat inuſtum. Teter,id eſt turpis,deformis. Onager,ſylueſter aſinus. ſic caper,vmber,cimber,cancer,Mæander,coluber,fiber,& cætera. Scamnum,ſcamni:ſtultus,ſtulti. Iuſiu-

Sequeſter. Vafer. Apher. Ater. Teter. Onager. Iuſiurandũ.

randum iuſiurandi, nõ creſcit ex ea parte qua eſt ſecundæ declinationis. ſolenne iuramẽtum & religioſa affirmatio eſt iuſiurandum.

Creſcit ir, ur, gener & proſper, puer, aſper, adulter,
Preſbyter atque tener, miſer, exter, gibber, ibérque,
Et lacer, atque ſocer, Liger, orta gero, fero, liber.
Addimus iis dexter, cui ſyncopa fiet vt aſper.

Creſcunt tamen pauca, vt quæcunque in ir deſinunt: veluti Vir viri, leuir leuiri, &c. Et ur: vt Sa-
Gener. tur ſaturi, cum ſequentibus in er: vt Gener, maritus filiæ. Proſper proſperi, id eſt fortunatus aut fœ-
Proſper. lix. Cicero etiam in nominatiuo proſperus dixit in ſexto de republica, Hominũ generi proſperus & ſa-
lutaris. Proſpero proſperas, id eſt proſperum facio: vt Deus proſperet opus tuũ. id eſt fortunet aut ſe-
Puer. cundet. Proſper proſperi, eſt poetæ Chriſtiani nomẽ. Puer pueri, filius aut famulus. hinc puera ve-
teres dicebant: nunc puella in vſu eſt. & Priſciano teſte, dicebant hic & hæc puer, vt hic & hæc ſocrus:
Aſper. ſed exoleuit vtrunque. & hic puerus magis in vſu erat. Plaut. I puere, pulta. Aſper aſperi, id eſt du-
rus, acutus, amarus, non planus: & pro irato ſumitur. Aſpero aſperas, aſperũ facio. Exaſpero, idẽ, & iratũ
facio. Maledictus qui exaſperat matrẽ. Aſper aſperi ſimiliter creſcẽs, teſte Georgio Valla cõtra Priſcia-
num, viri propriũ. Inuenitur tamen aſpri ſine creſcentia tam proprium quàm appellatiuũ per ſynco-
pam. Virgil. 2. AEneid. Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Adulter. Preſſit. Adulter, qui matrimonium violat: mulier adultera dicitur. Adulterare, id eſt maculare, & ad-
Preſbyter. ulterũ facere, & (vt vulgo dicitur) falſificare. Hinc adulterinus: vt Adulterina moneta vel clauis. Preſ-
byter, Græce preſbyteros, id eſt ſenior: nõ vt barbari ſopniant, præbens aliis iter. nec in ſacris ſemper ſa-
Tener. cerdotem ſignificat. Tener tenera tenerũ, id eſt mollis: vt Tener agnus. Miſer, infœlix. Exter, ex-
Miſer. tera, exterum, id eſt externus. Papinius, Exter honos. Veteres etiam deter detera deterũ, pro detrito aut
Exter. minus bono, & cæter dixerunt, quæ creſcebant. Declarabuntur latius in quarto libro. Gibber, id eſt
Deter. gibboſus vel gibberoſus, qui tumorẽ in dorſo habet, qui gibbus dicitur, vel hæc gibba. Gibbus & gib-
Gibber. ber, tam pro tumore quàm pro tumorem habente, lecta ſunt. Struma in pectore eſt. ita omnes gram
Struma. matici docent. Celſus tamen gibbum in pectore, ſtrumã in tergo conſtituit. Gibber adiectiuum, ſecun-
Iber. dæ eſt, teſte Nebriſſenſi. At ſubſtantiuum, eſt tertiæ. Iuuen. Attritus gibbere naſus. Iber Iberi, vel ter-
tiæ Iber Iberis, id eſt Hiſpanus. Iberia, Hiſpania. Lucanus, Occurrat iberibus alter. Idem,
Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet
Celtiber. Cantaber. Dicitur etiam Iberus, qui etiam eſt Hiſpaniæ fluuius, vnde dicta eſt Iberia. Sub hoc no-
mine comprehenditur Celtiber Celtiberi, è Celtis Galliæ populis, & Iberis conflatum nomen, eſt po-
pulus Hiſpaniæ: regio vocatur Celtiberia. Iber ſimiliter declinatum, eſt nomen populi habitantis iuxta
Armeniam. Producunt autem Iber & Celtiber ſemper genitiui penultimam, quam alia hic corripiũt.
Martialis Celtiber nominatiuo ſingulari in er viſus eſt, vt in Verſificatoria docui: ergo inepte reprehen
Lacer. dit Alexãdrum Gallum Alemanus quidam credens Celtiberi pluraliter tantũ dici. Lacer, & (vt qui-
dam volũt) lacerus, id eſt laceratus vel laniatus. hinc in er nominatiuus ſemilacer apud Ouidiũ 7. Me-
Socer. tamorph. Socer, pater mariti vel vxoris. Liger Ligeri, viri proprium. Nebriſſenſis dicit ſecundæ de-
Liger. clinationis eſſe. Virg. 10. AEneidos, -veſani talia late
Dicta volant Ligeri. Priſcianus dicit eſſe tertiæ Liger Ligeris: & aliqui libri Virgiliani in datiuo veſano
habẽt. At pro fluuio Liger Ligeris, ſolum tertiæ eſt. Dicitur quoque Ligeris: vnde eſt accuſatiuus Li-
Clauiger. gerim, vt Tybrim. Creſcunt etiam compoſita à Gero & fero: vt Clauiger, qui clauam gerere dicitur,
Laniger. vt Hercules: vel clauem, vt Diuus Petrus. Laniger lanigera lanigerũ, gerens lanã: vt Ouis eſt lanige-
Armiger. ra. ſic Setiger, corniger, belliger. Armiger, qui arma militis fert: ineptum vulgus mangonẽ appellat: &
Signifer. armigerũ barbare pro milite accipit. Signifer, ferens ſignũ bellicum. Stellifer, ferẽs ſtellas. Lucifer,
Stellifer. ferens lucem. Dapifer, ferẽs dapes. Caducifer, ferens caduceũ, virgam pacis. ſic ſalutifer, opifer, ſop-
Lucifer. nifer, letifer, mortifer, &c. Liber, priore longa, adiectiuum, & Bacchi nomen. Nam pro cortice aut co-
Dapifer. dice minime creſcit: vt Liber libri. liber ergo libera liberum, id eſt nõ ſeruus, cui licet quod libet, niſi vi
Caducifer. aut iure prohibeatur. Liber liberi, ſubſtantiuum, id eſt Bacchus, deus vini. Dexter dexteri, vel per ſyn-
Liber. copam dextri. Vnde dextera vel dextra manus dicitur. Dexter aliquando idẽ eſt quod proſper: vt Dex-
Dexter. ter ades. Vter vteri, pro vterus vteri olim dicebant: & creſcebat hoc nomen. Cæcilius, Nunc vter cre-
Vter. ſcit, non poteſt celari. Mulciber, cognomentũ Vulcani, non eſt dictis addendũ: quia vbi ſecundæ de-
Mulciber. clinationis eſt, facit Mulcibri ſine creſcẽtia, vt patet ex iambico trimetro apud Ciceronem 2. Tuſcul.
Iouiſque numen Mulcibri aſciuit manus. Sæpius eſt tertiæ declinationis, & facit genitiuũ Mulcibris.

Cæter creſceret, ſed nominatiuus maſculini generis in ſingulari non eſt in vſu. Virgilius,
-pars cætera pontum
Veſper. Pone legit. Veſper, ſi vſquam ſecundæ declinationis inueniatur, creſcit: ſed vix vnquam ſic inuenies
ſubſtãtiuum veſper. De adiectiuo autem dubium eſt, an nominatiuus veſper ſit an veſperus. Ego neu-
trum inuenio, niſi apud grammaticos.

Conſeruant normam pronominis iſta ſecundam,
Vnus,vter,neuter,ſolus,quis,& vllus,& alter,
Atque alius,totus. Fuit olim patrius vni.

Hæc nomina, vnus,vter,cum ſuis,vterque,vteruis,vterlibet,neuter, ſolus,quis ex Donato notũ, vllus,alter,alius,& totus, habent in genitiuo ius,& in datiuo i, quia declinantur vt pronomina ſecundæ declinationis. veluti Nominatiuo vnus vna vnum,genitiuo vníus,datiuo vni,&c. Alius creſcit in genitiuo non ſyllabis,ſed quantitate:quia ſecunda ſyllaba in genitiuo eſt lõga,in nominatiuo autem breuis. Alterius penultimam ſolum corripit:quam reliqua in proſa producunt tantum:in verſu variatur. Alius. Alter.

Plebei verſiculi ſunt,
Rectus vult alius:poſcit genitiuus alius.
Corripit alterius ſemper:producit alíus. Præterea aliud neutrũ eſt,vt illud:reliqua in um neutrũ faciũt.
Item alius facit datiuum triſyllabum alij,cum reliqua datiuum faciant à genitiuo abiecta us ſyllaba.

Sub vllus,id eſt aliquis,comprehenditur nullus,id eſt non vllus. Vter,quis è duobus. cætera patẽt. Vter.

Neuter habet neutrius in genitiuo,& neutri in datiuo ſæpius,quàm neutri neutræ neutri,niſi in grãmatica locutione neutri generis:pro quo nollẽ dicere neutrius generis. Valerius Maximus lib.9, Neutrius vnquam niſi excuſſæ complexum petijt. Cic. ad Atticum lib.12, Noui ſyluam nobilem,fructũ autem neutrius. Idem lib.8. ad Atticum, Neutri ſcopos eſt ille. Tacitus, Crebra colloquia neutri cõducere. Papinius decimo Thebaidos, Neutri fiducia cœpto. Hæc attuli propter Priſcianum qui dixit neuter melius habere neutri neutræ,&c. quàm neutrius neutri:quod verũ non eſt. Veteres hæc omnia præter quis declinabant,vt bonus bona bonũ. Cicero pro Marcello, Hoc iudicium ſic expectatur, vt nõ vnæ rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur. Idem ad Herennium, Non res totæ rei neceſſe eſt ſimilis ſit. Cæcilius, Nullæ nationi tot victorias tam breui ſpatio datas arbitror. Terentius, Alteræ dũ narrat,fortè audiui. Idem, Mihi ſolæ ridiculo fuit. Idem, Nulli cõſilij ſum. Hieronymus, Dico vni vade,& vadit: & alio veni,& venit. Neuter.

Eus vel ei,vel eos, dabit eus:volet Androgeos o.

Nomen in eus deſinẽs,facit genitiuũ in ei ſyllabam,vel per duas ſyllabas in ei vel in eos:vt Tydeus, Tydei,per duas ſyllabas, vel Tydei per tres,vel Tydeos. Androgeos vero, facit in genitiuo Androgeo. Sub hoc comprehẽdi volo Apollos,Apollo: Tydeos,Tydeo:Athos,Atho:Cos,Co:& quæcũque apud Græcos in os longum deſinentia ſunt tertiæ declinationis Atticæ,de quibus parum nobis dicendum eſt:quia Latini in pauciſſimis hac declinatione vtuntur. Virgilius 2. Æneidos, Androgeos. Apollos.

Androgeo galeam,clypeique inſigne decorum
Induitur. Hic Androgeo genitiuus eſt,& eſt viri proprium: vt Apollos apud diuum Paulũ, Ego quidem ſum Pauli:ego autem Apollo. hic Apollo genitiuus eſt. Datiuus & ablatiuus eſt Androgeo, Apollo. Vocatiuus Androgeos. Accuſatiuus Androgeo,Atho,& cætera. vel Androgeon,&c. De accuſatiuo in o. Virgilius, Aut Atho,aut Rhodopen,aut alta Ceraunia telo
Deiecit. Valerius Maximus de prodigijs, Montem Atho iuxta tranſgreſſo. Athos,mõs quidam. Alia in os breue deſinẽtia,Græce faciunt genitiuum in ȣ, quam diphthongon in u vertimus:vt Logos logu,melos melu. his genitiuis nõ vtimur,ſed more Latino in i finimus:vt Logos,logi,logo,logon,ô logos vel loge,à logo:ſic ſimilia. Ouidius in decimoquarto Metamor. Athos.

Et noctem noctiſque deos Ereboque Chaóque
Conuocat. Martianus mela & melis in plurali dixit, Lucretius mele, Lactantius melo, Plura de his dicũt Sulpitius, Nebriſſenſis,& alij. Ego vero caſibus,quibus nõ vtimur,ſuperſedeo:vt ſunt genitiui Argeos,ab Argos,vrbis nomine. Argu ab argos,id eſt candidus. Eru ab eros,pro bono amore. Erotos ab eros,pro turpi amore, Meleos à melos,teſte Caſtrono,&c. Dicitur igitur Ilios Ilij, Epos Epi, Peliõ Pelij.

I vates quandoque iacit,ceu cura peculi.

Quando genitiuus terminatur in duo ij,ſolet alterum cauſa metri quandoque abijci. Virgilius, Nec ſpes libertatis erat,nec cura peculi. Idem, Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. Iuuenalis,
Antoni gladios potuit contemnere,ſi ſic
Omnia dixiſſet. Per apocopen pro peculij,tugurij,Antonij. Apocope,eſt ablatio literæ vel ſyllabæ ex fine dictionis. Aliqui volunt adhuc vtrunque ij debere ſcribi: vt ſit ſynæreſis, id eſt ex duabus ſyllabis facta vna ſyllaba. Peculium,eſt proprium bonum:vt Religioſo non licet habere peculium. Peculiaris,id eſt proprius. Tugurium,domuncula ruſtica. Apocope. Synæreſis. Peculium. Tugurium.

Tertius & ſextus formantur in o tibi caſus.

Datiuus & ablatiuus in o deſinunt:vt huic Magiſtro,ab hoc magiſtro. Tollũtur datiui vni,ſoli,&c. vt patuit. Nomina in eus faciunt o vt alia. Quòd autem inuenimus huic Orphi,&c. eſt quia nomina in eus inuẽta ſunt deſinere in es,& contrà,teſte Seruio. hinc Virgilius ait, Orphi Calliopea, Lino formoſus Apollo. Contra hoc Achilleus dixit Auſonius, Sic neque Peliden terrebat Achillea Chiron.

Vm poſcit quartus. Quandoque per on loco Græca.
Eus ea vult etiam. Per e quintus vertit us: abſque
O fili, deus, & fluuius, populus, chorus, hagnus:
Quattuor hæc e volunt etiam, vt pro rege Latinus.

Mæander. Tholus. Botulus. Scruplus. Scopulus. Scopus. Capulus. Vulgus. Temetum. Tomentum. Tomaculũ. Pergamus. Menelaus. Topaſius. Pactolus. Creteus.

Accuſatiuus in um deſinit: vt Mæander Mæandrum, fluuius quidam nimis curuus & flexuoſus: ideo Mæander pro flexura & fraude capitur. Cic. Scio quos tu Mæandros quæſiuiſti. Tholus, pertica in templo ad quem dona ſuſpenduntur. Botulus & Botellus, farcimen ex ſuilla carne. Scrupulus, lapis in arena pedes ambulantium lædens. vnde ponitur pro dubio & moleſtia. Terentius, Vnus mihi ſcrupulus reſtat qui me male habet. Scopulus, mons lapideus prope mare vel in mari. Scopus, aliquid ad quod ſagittarij dirigũt ſagittas. Capulus, quo culter aut aliud tenetur. etiam eſt pheretrum. vnde capularis ſenex. Vulgus maſculinum vulgum facit. Dum vero neutrum eſt, accuſatiuus & vocatiuus ſunt ſimiles recto: vt in pelagus, ſcãnum, virus, per regulã In neutris, &c. Vulgus eſt plebecula. Claudianus, Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus. Temetum, id eſt vinum. Temulentus, id eſt ebrius. Tomẽtum, lana quæ detondetur panno. Tomaculum, farcimen ex hepate ſuillo & reliquis. QVANDOQVE per on loco Græca. Nomina Græca faciunt ſæpe accuſatiuum in on: vt Diphthongus, diphthongon. Pergamus, oppidi nomẽ, Pergamon. Menelaus, proprium viri, Menelaon, Iacobus Iacobon. Topaſius, lapis pretioſus, topaſion. Vt ibi, Super aurum & topaſion. Pactolus, pactolon, fluuij nomen, &c. quorum exemplis ſcatent poetæ. Poſſunt tamen more Latino in um accuſatiuum mittere: vt Priamon vel Priamum, & cætera. Quæ tamen in eus deſinunt, ſæpius accuſatiuum in ea mittunt, plærunque penultima breui: vt Tydeus Tydea, Orpheus Orphea. Creteus, viri propriũ, Cretea. Anteus Antea. Virgilius, Antea Sergeſtúmque videt. Idem, Cretea muſarum comitem. Nonnunquam penultima longa: vt Idomeneus Idomenea, Ilioneus Ilionea. Talia rariſſima ſunt: teſtimonia ſunt in Verſificatoria noſtra. faciunt aliquando accuſatiuũ in um penultima longa. Boetius, Strauit Anteum Libycis arenis. Papinius ſecundo Thebaidos,

Penthéónque trahens nondum te prendimus æquo
Bacche genu.

Cicero libro tertio de natura deorum, Theſeum Hippolytũm. Liuius libro quadrageſimo, Totos in Perſeum verſus. Faciũt quoque on, ſed per duas ſyllabas eus profertur tunc teſte Mancinello. Ouid. in Ibin, Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ. Magiſter in vocatiuo, Habet magiſter, per regulam Eſt primo quintus ſimilis. ſic ô Glycerium, ô vir, ô ſatur. OEdipus in vocatiuo, OEdipu: vt Panthus ô Panthu, Melampus ô Melampu, virorum propria. Vix plura apud Latinos talia inuenies. ſic Tydeus ô Tydeu, vt omnia in eus per eu diphthongon, per exceptionem à regula Eſt primo quintus ſimilis. Exceptio eſt ibi Sed Græcus s aufert. Virgilius, Panthu quam prendimus arcem. Papinius,

-illum venerande Melampu
Qui cadit agnoſco.

Illa in eus olim habebãt e: vt ô Tydee, Orphee. nunc abiecta s, faciũt eu ſolum.

Tymber. Euander. Canterius. Lanius. Tabellarius. Cæmẽtarius. Statuarius. Latinus. Hagnus. Chorus. Lucus.

PER E QVINTVS vertit us. Nomina ſecundæ declinationis terminata in us, mutant in vocatiuo us in e: vt Tymbrus ô Tymbre, Euandrus ô Euãdre, puerus ô puere. Veteres enim teſte Priſciano dicebant Tymbrus, Euandrus, puerus, & ſimilia, quæ nunc ſæpius in er deſinunt. hinc aliquando reperiuntur vocatiui in e. Virgil. At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis. Tymber & Euander ſunt propria virorũ. Seruius dicit metatheſim eſſe, id eſt literarũ tranſpoſitionẽ. nobis prior opinio magis placet. Cãterius ô canterie, id eſt equus caſtratus. ſic Lanius, qui laniat carnes, & eas vendit, quẽ indocti carnificẽ vocant. Tabellarius, qui defert tabellas, id eſt epiſtolas. Cæmentarius, qui parat cæmẽta, id eſt lapides cædit. Statuarius, qui facit ſtatuas. Exceptio eſt à regula Eſt primo quint⁹ ſimilis. ABSQVE Ô FILI, deus. Excipiuntur à prædicta exceptione paucula, filius ô filj, olim etiam ô filie, teſte Priſciano. Deus ô deus, ſolum teſte Nebriſſenſi. Fluuius ô fluuius vel ô fluuie. Populus pro hominibus, ô populus & ô popule. Chorus ô chorus & ô chore. Sidon. in Burgo. Nereidum chorus alme doce. Hagnus cum aſpiratione in principio, ſi recte velis ſcribere, ô hagnus, vel ô hagne. Latinus rex Latij, ô Latinus & ô Latine. Luca. lib. 2, Degener ô populus vix ſecula longa deorum
Sic meruiſſe viris.

In ſacris, O popule meus. ibi meus pro mi antiquè ponitur. Pro arbore popule ſolum facit. Ouid. Popule viue precor. Virg. 8. AEneid. Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarũ. Et alibi, Socer arma Latinus habeto. Latinus vocatiuus eſt teſte Nebriſſenſi. In ſacris, Hagnus dei qui tollis peccata mundi, &c. Hagnus, animal notum, fœmininum eſt hagna: interpretatur purus & caſtus: quod ſit hoſtia pura & immolationi apta. diminutiuum eſt Hagnellus. Hagninus hagnina hagninum, quod eſt hagni: vt caro hagnina. Olim omnia in us habebant vocatiuum ſimilem nominatiuo, vt ô dominus, ô annus, ô infernus, nunc tantum ô domine, anne, inferne. Chorus, eſt canentiũ cœtus, non ſacerdotũ ſubſellia. Sulpitius addit dictis ô lucus. Priſcianus ſolum ponit ô fluuius, & ô populus. Lucus, eſt ſylua alicui idólo conſecrata, quam nefas eſt incidi, vt putabant miſerandi Ethnici.

Quum proprium dat ius, dempta us, fit in i tibi quintus.

Propria in ius,dempta us,faciunt vocatiuum in i,per exceptionem à regula Eſt primo quintus ſimi
lis.Exceptio eſt hic Quum proprium dat ius:vt Laurentius ô Laurenti, Terentius ô Terenti,Fabius
ô Fabi,Quintius ô Quinti:propria ſunt virorū.Vix vſquam ci in vocatiuo eſt,niſi ex primitiuo c ha-
beatur:vt à lux lucis, Lucius ô Luci:à bona faciendo, Bonifacius Bonifaci:à Mauricus, proprio viri,
quod in Verſificatoria ponimus in i ante c,Mauricius:vt à Quintus Quintius: inde rurſum Quintia- Mauricius.
nus.Ergo Mauricius ô Maurici,Larius ô Lari,lacus Italiæ. Virgil.O Lari maxime. Genius,naturæ Larius.
deus,licet appellatiuum videatur,quia plures ſunt genij, facit vocatiuum ô geni, teſte Antonio Ne- Genius.
briſſenſi. Vocatiuus in i ſemper vna ſyllaba minor eſt nominatiuo: vt Caius diſſyllabum, Cai mono-
ſyllabum. Vulteius triſyllabum, Vultei diſſyllabum. Pompeius triſyllabum, Pompei diſſyllabum,&c.
Horatius,Durus ait Vultei nimis attentúſque videris. Item,Pompei meorum prime ſodalium. Pom-
pei diſſyllabum eſt:quia verſus eſt alcaicus. Aliquando i conſonans in vocalem mutatur:& ſic tam no
minatiuus quàm vocatiuus ſyllaba longior fit. Martialis , Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Idem,
Quod peto da Cai:non peto conſilium. Caius per c ſcribitur,per g profertur. Ouidius,
Accipe Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor eſt vitæ qui tibi Sexte ſuæ. Veteres dicebant ô Mercurie,Valerie, Virgilie: nunc ô Mercu-
rij,Valeri,Virgili,penultima correpta,vbicunque antepenultima nominatiui contrahitur.

Primus pluralis fit in i. Vult patrius orum.
Græcus in on fiet. is tertius. os dato quartus.

Nominatiuus pluralis,cui vocatiuus eſt ſimilis,fit in i: vt hi magiſtri,hi vulgi, hi dei vel dij:prius à
deus eſt, poſterius à dius, quod veteres dixerunt pro deus . Hinc manſit plurale dij diſſyllabum, niſi
in carmine, quod magis in vſu eſt quàm dei:& in datiuo & ablatiuo ſæpius dijs quàm deis dicimus:
reperitur tamen vtrunque. Lucanus,Et veniam meruere dei. Papin. -ſæpe deis hos inter honores
Cæſpes,& exiguo placuerunt farra ſalino. ſic apud poetas ſæpiſſime. A dius eſt mediuſfidius,iuran- Mediuſfidius
di aduerbium. Et pluraliter hæc ſcamna,ligna,&c. per regulam Ques in a pluralis,&c.

Vult patrius orum.

Genitiuus pluralis deſinit in orum:vt horum magiſtrorum,horum ſcamnorum,ephippiorum,&c. Ephippium.
Ephippium,eſt ſella equina cui inſidemus. Horatius,Optat ephippia bos piger,optat arare caballus. Ferculum.
Ferculum,in quo aliquid fertur,vt lanx.& pro cibo capitur. Sarculum, fodiendi inſtrumentum. Sarculum.
Seculū,tempus humanæ vitæ. Nomina feſtorum faciunt genitiuum plerunque in orum per hāc Seculum.
declinationem,datiuum & ablatiuum ſæpius in ibus:vt Saturnalia,feſta Saturni:genitiuo Saturnalio Saturnalia.
rum,aliquando etiā Saturnalium. datiuo & ablatiuo Saturnalibus. Sic Bacchanalia,&c. vt plene de-
clarabo in tertio libro. Nunc ſufficit adieciſſe Badianum verſum.

Feſta lego per ibus,licet orum dent genitiuis.

Genitiuus per ſyncopam aliquando tollit or:vt lituûm pro lituorum,nummûm pro nummorum,
denariûm pro denariorum, &c. Vt in compoſitis millenummûm, milledenariûm. pro quibus, teſte
Macrobio,nō licet dicere millenummorum,milledenariorum:neque duumuirorum,triumuirorum,
leuirorum dicimus:ſed duumuirûm,leuirûm. Hæc ſyncopa plerunque etiam in proſa reperitur apud
Tullium,Liuium,Plinium,pluréſque:vt centenûm,deûm,liberûm,diuûm,&c. pro centenorum, &c.
Poetæ ſæpius hac figura vtuntur. Virgil. Chara deûm ſoboles. Idem, Diuûm pater atque hominum
rex. Idem,Inſequitur clamórque virûm,ſtridórque rudentum. Lucan. Concinuit ſtridor lituûm,clan-
górque tubarum. Cic. Neque tui neque tuorum liberûm. Rariſſime fit nunc ſyncopa in neutro ge
nere. Plautus in Curculione,Omnium vnguentûm odor præ tuo nauſea eſt. Marcellus dicit eſſe ac-
cuſatiuum pro genitiuo: nobis cum Priſciano placet eſſe genitiuum ſyncopatum. Idem Plautus di-
xit in neutro meûm,tuûm,& plura:pro meorum,tuorum,&c. vt Virgilius magnanimûm,&c. nos ta
men cauebimus niſi parciſſime in magno opere neutra ſyncopare. Lituus, eſt tuba incurua , qua Lituus.
vtebantur in prælio. Diuus,ſanctorum numero aſcriptus,ſiue ex homine deus:vt diuus Baſilius,di Diuus.
ua Maria . Liberi,pluraliter tantum, id eſt proles. Denarius, eſt nummus argenteus valens decem Liberi.
æreos. GRAECVS in on fiet. Græcus genitiuus in on deſinit,& ita vtuntur ſæpe Latini: vt & plu- Denarius.
raliter,hi logi,horū logon,his logis,hos logos,ô logi,his logis. Hi Cimmerij,horum Cimmeriorum, Cimmerij.
vel more Græco Cimmerion . Tibullus , Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras. Cimmerij,
ſunt quidam populi quibus vix vnquam eſt dies . Suetonius in Auguſto , In Aſclepiadis Mendetis Theologu-
Theologumenon libris lego, Theologumena , ſunt rerum diuinarum diſputationes . Sic georgi- mena.
ca,georgicon:aſtronomica,aſtronomicon,&c. IS TERTIVS. Datiuus in is deſinit vt ablatiuus, Palus.
veluti his palis,qualis,&c. Palus,eſt craſſus ſtipes. Paxillus,paruus palus. Qualus,id eſt ſporta. Qua- Qualus.
xillus vel quaſſilus,id eſt ſportula. OS DATO quartus. Accuſatiuus in os deſinit:vt talos,catulos,
pullos. At ſcamna,damna,patent per regulam generalem. Talus, os quadratū & tuber circa imum Talus.
pedē. Hinc veſtis talaris,ad talos vſque demiſſa. Catulus,fœtus canis & cuiuſque feræ:vt catulus leo- Catulus.
nis,lupi,vrſi,&c. Catulus muris. Pullus, fœtus auium & omnium manſuetorum animalium, vt Pullus.

pullus aſini, equi, &c. præterquam boum, nam vitulus aut vitula dicitur: & ouium, quia hagnus & hagna dicitur: & caprarũ, nam hœdi, hœduli, hœdilli, & capellæ dicũtur. Ambo & duo licet ad tertium librũ pertineãt, hic declarabo: quia ad primam ſecundámque declinationem maxime pertinent.

Ambo, duo neutri generis ſunt, maſculeíque.

Mas o vel os quartus donat: vult tertius obus.

Singulari numero carent. Et pluraliter nominatiuo ambo duo, ambæ duæ, ambo duo. genitiuo amborum duorum vel duûm, ambarum duarum, amborum duorum vel duûm, datiuo ambobus duobus, ambabus duabus, ambobus duobus. accuſatiuo ambos duos vel ambo duo, licet rarius: ambas duas, ambo duo. Vocatiuo ô ambo duo, ambæ duæ, ambo duo. Ambo collectiuum eſt non diſtributiuum. ablatiuus ſimilis eſt datiuo. Virg. lib. 11, Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. id eſt duos. Horat. 2. Serm. Saty. 3, Præterea ne vos titillet gloria, iure Iurando obſtringã ambo. id eſt ambos. Idem 1. Serm. Duo ſi diſcordia vexet inertes. id eſt duos. Martialis 7. epig. Elyſium poſſidet ambo nemus. id eſt ambos. ſic ego in Syntaxi, Quòd duo ſi rectos, &c. Prudentius, Diuidit oſſa duûm Tybris. Iuuencus, Medióque duûm me ſtare neceſſe eſt. Plin. Duûm pedum longitudine.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia dat varios fines, dans is genitiuo.

Græcorum patrius vel in os, vel in i, vel in us fit.

Tertia declinatio multas habet terminationes: veluti a, e, o, c, d, l, &c. Semper autem genitiuus fit in is: hic pater, huius patris, niſi Græca more Græco declinentur: tunc enim ſæpe habent os: vt hic Pan, huius Panos. Quandoque habent i, veluti propria in es non creſcentia: vt Achilles, huius Achillis vel Achilli: hic Orontes, huius Orontis vel Oronti, &c. ſed, Seruio teſte, hi genitiui non ſunt ab es, ſed potius ab eus ei terminatione genitiui in i longam verſa. Nam multa ſine diſcrimine in eus vel in es inuenta ſunt: veluti Achilles vel Achilleus, Orontes vel Oronteus, Vlyſſes vel Vlyſſeus. Vnde Horatius ſæpe fecit genitiuũ tetraſyllabum Vlyſſei. Virgil. Immitis Achilli. Idem, Acris Oronti. Quandoque genitiuus Græcus in us deſinit: vt hæc echo, huius echus. Vbi poterit in is deſinere, non fiat in os: quia melius elephantis quàm elephantos dices, ſi Latine velis loqui, teſte Hermolao in octauum Plinij, capite 5.

Achilli. Oronti.

TERMINATIONES NOMINATIVI.

Nominatiui terminationes in tertia declinatione ſunt circiter ſeptuaginta & vna. Literę terminales vndecim. Litera terminalis eſt vltima dictionis litera. Terminatio, eſt vltima litera aut in fine cõſonãs, aut cõſonantes cum vocali annexa. Literæ itaque terminales ſunt, a, e, o, c, d, l, n, r, s, t, x. Terminationes per ordinem ponentur. A, vt Malagma, fomentum quo apoſtema mollitur. Magma, paſtillus ſiue maſſa ex vnguẽtorum fæcibus odoris gratia. Scomma, id eſt cauillum & vrbana irriſio. E, vt Conclaue, id eſt triclinium, & locus ſecretior in domo. dicitur etiam hæc conclauis, teſte Bergomate.

Malagma. Magma. Scomma. Conclaue.

Cubile, lectus: quia in eo cubatur. Sunt etiam cubilia, loca in quibus feræ cubant. Cubiculum, eſt locus in quo cubile ſternitur: ab indoctis camera dicitur. Seneca, Quid proſunt multa cubicula? in vno iacetis. O, vt Pernio, morbus pedum ex frigore proueniens, & calcaneum infeſtans præcipue. Perniũculus, paruus pernio. Petaſo, coxa porcina & anterior pars ſimiliter quæ ab alijs incipit. Petaſunculus, paruus petaſo.

Cubile. Cubiculum. Pernio. Petaſo.

C poſt a, vt lac: vel e, vt halec.

D poſt i, vt Dauid: & u, vt Bogud, propria virorum.

L poſt quinque vocales, vt ſal, mel, vigil, ſol, conſul.

N poſt omnes vocales præter u, vt titan, ſiren, delphin, dæmon.

R poſt omnes vocales cum y Græca, vt par, ver, Gaddir, cor, fur, martyr.

Mys. S poſt omnes vocales cum y Græca, & æ & au diphthongis: vt as, pes, lis, flos, mus. Mys, proprium viri genitiuo myos. æs, præs. & cum au diphthongo, vt laus, fraus.

S poſt ſex conſonantes, b, l, m, n, p, r, & rurſum.

Plæbs. Bs poſt omnes vocales: ſed inter u mediat r, vt trabs, cælebs. eſt vnũ cũ æ diphthõgo quod eſt plæbs, id eſt vilior pars populi. Scobs. Libs, ventus Aphricus: & quod y Græcam habet Calybs, vrbs.

Libs.

Puls. Ls poſt u, vt puls, mollis cibus ex farina & lacte, vel caſeo, vel ouo & melle, quo pane veteres vtebantur. Pultarius, vas pultis. Pulmentum, idem, id eſt puls vel cibus in modum pultis. Pulmentariũ, idem. Horatius, tu pulmentaria quære
Sudando. Pulticula, parua puls, apud Plinium lib. 26.

Ms poſt e tantum, vt hyems.

Ns poſt omnes vocales, vt glans, dens, mons, Aruns, Tiryns cum y Græca. de i vocali Latina non inueni exemplũ: & aliqui cõtendunt Tirys ſine n debere dici, vt pòſt videbimus. Eſt autẽ Tiryns maſculini generis, fluuius in Argo. Tiryns fœminini generis, eſt vrbs proxima Argo: quæ etiam Tiryn-

thia dicitur;fuitq; Herculis patria,vnde ipſe Tirynthius dicitur. Scribitur in priore ſyllaba per i noſtrum,in poſteriore per y Græcum. Aruns,proprium viri. Septuns non dicitur,ſed ſeptunx. Aruns.

Ps poſt omnes vocales cum y Græca,præter u,vt Lelaps, canis nomen apud Ouidium. Seps. Ips, vermiculus qui cornua vitéſque prærodit:Trips,qui ligna:vt Cis per c,qui frumenta: Sis per ſ, qui veſtes:Is,vitra:Midas,fabã. Ops,dea terræ. Gryps,volucris maxima & rapaciſſima. Vnum eſt habens r ante ps,quod eſt ſtirps. Lelaps. Ips. Trips. Cis. Sis. Is. Midas. Ops. Gryps.

Rs poſt omnes vocales,præter i,vt ars,iners,mors, Tyburs,natus Tyburi. Tyburs.

T poſt u tantum,vt caput,ſinciput,occiput.

X poſt omnes vocales cum y Græca & æ & au diphthõgis:vt Pax,rex,pix,nox,nux,Styx,fæx,faux,teſte Priſciano,libro 2,quod tamen quidam Latine negant dici. Alij dicunt ſingulari carere:de qua re alibi videbimus. Fauces ſunt,ſuperior pars gulæ mento propinqua. Faux.

X poſt tres conſonantes,l,n,r.

Lx poſt a tantum,vt calx,falx.

Nx poſt omnes præter e,vt Lanx,vas latum & rotundum in quo caro aut aliud eſculentum menſæ infertur. Lances etiam ſtateræ dicuntur: vnde bilances, quæ duas lances habent. Meninx,inſula Aphricæ, plura ſignificat vt in genitiuo patebit. Septunx. Iynx, auicula quædam, cum y Græco in poſteriore ſyllaba. Lanx. Meninx. Iynx.

Rx poſt a & e tantum,vt arx,id eſt caſtrum,ab arceo arces,quia arcet,id eſt prohibet hoſtes accedere. Arcicula,id eſt parua arx. Merx,id eſt res vænalis.aliqui dicunt in nominatiuo hæc merces. Cherub & ſeraph:ſunt qui dicant interdum declinari huius cherubis,ſeraphis,&c. ſed melius non declinantur,quia barbara ſunt:vt Dauid & Bogud,ſua natura inflexibilia:licet nonnulli auſi ſint declinare. Lancilotus vult Bogud minime declinari:genitiuum vero Bogudis dicit eſſe teſte Plinio,à nominatiuo Bogudis:ſed res parui momẽti eſt. nos Priſcianum ſequimur. Moly, herbæ nomen, apud Græcos in genitiuo molyos facit:vt Epy ſimiliter cum y Græco Epyos,vrbis nomen,interpretatur altum & ſublime. Arx. Merx. Moly. Epy.

GENITIVVS TERTIAE.

A Semper a mittit atis. Vertes e per is genitiuo.

B A facit genitiuum addita tis,vt malagma malagmatis. Omnia in a tertiæ, ſunt nomina Græca neutri generis:ideo more Græco faciunt etiam in genitiuo os: vt Doma domatis vel domatos, id eſt domus. In ſacris, Melius eſt ſedere in angulo domatis,quàm cum muliere litigioſa. Drama dramatis, vnico m ſine g,carmen vbi perſonæ loquuntur abſque poetæ interlocutione. vt primum Virgilij Bucolicum. In ſacris, Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. hic vulgò male legunt,& minime intelligunt,cum g litera dragmatis. Nam per g dragma dragmatis, ſignificat rapinam & manipulum. At drachma drachmæ,primæ declinationis,eſt genus ponderis & numiſmatis. Aroma,odoramentum. Aromatopola,id eſt aromatarius,qui aromata vendit. Dogma id eſt decretum,ſcitum,placitũ,& (vt vulgo dicitur)ſtatutum. male pro doctrina ſumitur:nec à doceo dicitur,quum ſit Græcum Dogmatiſtes, qui alicuius dogma ſequitur. Poema,poetæ carmen. Syrma,longa veſtis,& tractus & longus orationis proceſſus. à ſyro Græco, id eſt traho. ponitur pro cauda veſtis muliebris. Theorema,ſpeculatio. Thema,poſitũ aut poſitio. Toreuma,opus ſculptũ,politum,cælatum. Toreutes vel toreuta,cælator & ſculptor. Toreutice toreuticeſ,vel toreutica, eſt ars ipſa quæ anaglyptica etiam dicitur. Toreuo Græce,id eſt ſculpo & cælo. in A nomina. Doma. Drama. Dragma. Drachma. Aroma. Dogma. Poema. Syrma. Theorema. Thema. Toreuma.

Domatis penultima quanta? Quantitas non ad hunc librũ pertinet,ſed ad Verſificatoriã. ideo non debeo reſpondere nunc ad hanc quæſtionem. Ita reſpondeat diſcipulus Alexandri ſectatoribus: quia valde difficile eſt puerum ad quãtitatem in declinationibus reſpondere, & regulam ſemper dare, more Alexandrinorum,miſerè hac in re à balbutiẽtibus grammaticaſtris vexatorum:ideo hæc omnia docui in Verſificatoria, non hic. Siquis tamen deſyderet, hîc etiam non grauabor proſaice paucis hanc rem perſtringere poſt declarationem genitiui. Quantitas eſt longitudo vel breuitas vocalis. Nomina in a penultimam genitiui corripiunt: vt Axioma axiomatis,id eſt propoſitio: hoc eſt quæcunque oratio vera aut falſa,veluti,Deus eſt,deus nõ eſt. VERTES E per is genitiuo. Nomen in e,vertit e in is in genitiuo: vt Mantile,linteũ quo manus terguntur. Ouile ouilis,ſtabulum ouium:vt equile equorum,caprile caprarum,bouile boum, porcile porcorum. Monile, colli ornamentum vel gutturis : dictum quòd virtutis admoneat. Nam primò ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouidius in Faſtis, Dat digitis gemmas,dat longa monilia collo. Aliquando etiam equorum eſt. Virgilius de equo Latini, Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. in E nomina. Mantile. Ouile. Equile. Caprile. Bouile. Porcile. Monile.

O Addit onis poſt o. Dat inis muliebre do,góque,
Virgo,ordo,margo,cum cardine,Apollo,cupido,
Turbo,homo,ceu nemo:tamen vnedo poſtulat onis.

Aquilo. Paro. Pero. Capedo. Intercapedo. Crepido. Libido. Formido. Hirudo. Hirundo. Arundo. Teſtudo. Teredo. Sulſugo. Caligo. Indago. Propago. Fuligo. Albugo. Vitellus. Ferrugo. Compago.

Nomen in o facit onis: vt Aquilo Aquilonis, ventus Septētrionalis, & ea mundi pars. Paro paronis, nauis piratica. Pero peronis, calceamentum ruſticū. Peronatus, peronibus indutus. Excipiūtur à regula fœminina in do & go, quæ faciunt inis cū paucis aliis, quæ ſunt Virgo virginis, ordo ordinis, &c. vt Capedo capedinis, vaſculū fictile. Intercapedo, diſtantia & differentia. Crepido, extremitas terræ quam aqua alluit. Item os putei & cuiuſcunque editioris loci extremitas. Libido, voluntas & carnalis delectatio. Formido, timor. Hirudo, ſanguiſuga, vermis aquaticus adhærens cruri, nec decidēs niſi plenus cruoris. Horat. Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. Hirundo, auis nota. Arundo, id eſt cāna. Teſtudo, animal teſta tectum: vt limax, cōcha, &c. Ponitur pro cithara & pro camera.

Teredo, vermis ligno innáſcēs. Columella, Teredinem, formicámque prohibet. Salſilago vel ſalſugo, id eſt ſalſus humor. *Saulmure.* Caligo, obſcuritas & ignorantia: vt Caligo oculorū, caligo veri. Indago, inquiſitio. Indagare, inquirere. Propago, vitis ramus terræ infix⁹, & progenies. Propagare, id eſt dilatare. Fuligo, nigrū infumibuli. Albugo, alba macula in oculo: & albū oui, quod albumē ſæpius dicitur. Croceum oui dicitur vitellus. Ferrugo, rubigo ferri, vt ærugo æris. ferrugo etiam eſt panni ſimilis color. Cōpago compaginis, id eſt compactio & coniunctio. Ouid. Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ. Plinius, Nullarum egens compaginum. Manil. lib. 1, Interdum æquali laterum compagine ductus. Seneca in decimaquarta epiſtola, Siue flammarum violentia compaginem ſoli rupit, ſiue vetuſtas. Hæc Beroaldus attulit cōtra Seruium, qui hos obliquos vix inueniri dixit. Verba Seruij ſunt in illud primi AEneidos, -diræ ferro & compagibus arctis

Claudentur belli portæ. In vſu ſunt nominatiui Ambago, compago, magis ꝙ ambages & compages. Contrà in vſu ſunt magis horum ꝙ illorum obliqui. Perſius, Stertis adhuc laxúmque caput cōpage ſoluta.

Ambago. Carduus. Apollo. Virgo. Turbo.

Ambago, id eſt circuitus verborū. Cardo pro herba barbarum eſt: Latinè carduus dicitur. hinc carduelis, auiculæ nomen. Apollo, ſol: veteres in nominatiuo Apollinis dicebant teſte Feſto. Virgo pro ea quæ peperit. Lancilotus dicit virgonis habere vt ſermonis. non auderem ſic loqui. Item dicit turbo apud Boetiū turbonis facere vt ſermonis, pro forma cōtraria metæ vel pyramidi. id puto falſum eſſe, & mendoſe legi turbonis pro turbinis. Nam à puerorū trochiſco, qui turbo eſt, ea forma nomen ſortitur. Virgilius, Volitans ſub verbere turbo. Turbo etiam quicquid acuta forma eſt vocatur. Ouidius, -caua buccina ſumitur illi

Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo. Turbino turbinas, acutum facio: vnde turbinatus turbinata turbinatum. Plinius, Turbinatior pyris figura quàm malis. Turbo turbinis, etiam eſt vertigo ventorum. Virg. Turbine corripuit, ſcopulóque infixit acuto. Solum viri proprium Turbo, Turbonis facit, vt ſermonis. Horatius, -rides Turbonis in armis

Homo. Nemo. Vnedo. Arbutum.

Spiritum. Lectum eſt apud Catullum hoc turben pro priore turbo. Homo homonis vt ſermonis, pro cadauere dixit antiquitatis pater Ennius, Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem: Heu quàm crudeli condebat membra ſepulchro. Nemo neminis, rarus inuentu genitiuus. Plautus in Captiuis, Neminis miſereri certum eſt: quia mei miſeret nemo. Lucilius, Neminis ingenio quenquā confidere oportet. A fœmininis in do & go vnicū excipitur, quod eſt vnedo vnedonis, arbor & ipſe fructus: alio nomine arbutus & arbutum. Seruius in illud -arbuta ſacræ

Deficerent ſyluæ. Arbuta, inquit, ſunt rubra poma ſyluarum quæ Plinius vnedones vocat, quòd aſperitate ſua plures edi non poſſunt. mendoſe legitur oredones, vt bene notauit doctiſſimus neotericorum Hiſpanorum Nebriſſenſis.

Enis habent Anio, Nerio. Caro dat ſibi carnis.

Anio. Nerio. Cato.

Anio, fluuius in agro Tyburtino. Horatius, Et præceps Anio. Ennius Anionis dixit vt ſermonis, quæ declinatio exoleuit: & Anio ab alio nominatiuo rariore Anien obliquos mutuatum eſt. Papinius primo ſyluarum, Quas præceps Anien, atque exceptura natatus

Virgo iuuat. Cato, Non minus quàm quindecim millia Anien abeſt. Lucanus libro ſecundo, Gelidas Anienis ad vndas. Nerio Nerienis, id eſt vxor Martis. Plautus in Truculento, Mars peregre adueniens ſalutat Nerienem vxorem ſuam. Etiam eſt virtus, fortitudo, & maieſtas Martis. Et in nominatiuo dicitur etiam Nerienes apud Varronem, vt notat Gellius: & Neria per a, vt Minerua, teſte eodem. Caro, carnis. Olim in nominatiuo carnis dicebant. Hinc manſerunt obliqui. Liuius Andronicus, Carnis vinúmque quod libant. Titus Liuius 27. ab vrbe, Laurentibus carnis quæ dari debet, data non fuerat. Hinc diminutiuum carnicula, quum caro caruncula faciat. Carneus, ex carne: vt Fruſtum carneum. Carnoſus, pinguis.

Græca, velut Dido, muliebra ſic modò flectes:
Vs capiat patrius: reliquiſ dant o bene caſus.

Clio. Clotho. Echo. Argo.

Nomina Græca fœminini generis faciunt genitiuū in us, reliquos obliquos in o: vt Dido Didus, Io Ius, Sappho Sapphus, Calypſo Calypſus: ſic Caliſto, Pero, Drymo, Pantho, & cætera mulierū vel nympharum propria, aut dearum: veluti Clio Clius, vna muſarum: Clotho Clothus, vna Parcarum. Echo Echus, Argo Argus, nomen nauis. Politianus in Miſcellan. Reſponſitationes ex perſona ponantur

echus. Apud Martial. lib. 7, titulus eſt de fragmento Argus. Imperiti dixeruot hæc duo eſſe indeclina
bilia. Ouid. primo de Arte aman. Non mihi iunt viſæ Clio Cliúſve ſorores. Sappho. An niſi legiſſes Sappho.
authoris nomina Sapphus? Virgil. Fatidicæ Mantus & Thuſci filius amnis. Nominatiuus eſt Manto, Manto.
mulieris nomen. Ouidius, Miſerámque relinquere Dido. Virg. 4. AEneid. -nomine Dido Dido.
Sæpe vocaturum. Horat. -æolijs fidibúſque canẽtem Sappho. In Priap. Atlantiadémque Calypſo. Calypſo.
Ouid. Et ſteterat quocũque loco ſpectabat ad Io. Sil. lib. 8, Térq; ſuam Dido ter cũ clamore vocabat: Io.
Et læta exultaos oſtenderat ora Sichæus. Plinius lib. 22. cap. 8, vſus eſt ablatiuo Sappho, dicens, Ob
hoc & Phaonem Leſbyum dilectum à Sappho. Alij Græce hæc aliter declinant: nobis curæ fuit dili-
genter docere Latinorum vſum. vt Virgilius, Luctificam Alecto, in accuſatiuo dixit: nõ Alectos nec
Alecton. & eſt Alecto, vna furiarum. Veteres declinabant hæc Latinè vt ſermo: ſed Quintilianus id Alecto.
vetat, dicens lib. 1, Mihi autem placet Latinam rationem ſequi quouſque patitur decor. Neque enim
Calypſonem dixerim, vt Iunonem: quanquam ſecutus antiquos Cæſar, vtitur hac ratione declinandi:
ſed authoritatem conſuetudo ſeparauit. Huic ſuffragatur Phocas grammaticus. Plautus in Aulula-
ria, Quos ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit, quem quõdam Ioni addidit. Datiuus eſt ab Io. En-
nius, Pœnos Didone oriundos. Tacitus Quintiliani contemporaneus. Didonem Phœniſſam, Tyro
profugam. Iuſtinus lib. 12, Augebat Tyrijs animos Didonis exemplum. Apul. 1. Metamor. Calipſo-
nis æternam ſolitudinem flebo. Plinius lib. 16. cap. 44, Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam
Ionem in vaccam mutatam Argus alligauerit. Andronicus, Apud nympham Atlantis filiam Caly-
pſonem. hac declinatione nunc nõ vtemur, ſi Quintilianum audire velimus: licet iuniores Seruius &
Macrobius aliter fecerint: ideo Antonius Nebriſſenſis mendoſos eſſe dicit verſiculos,

Penelopes primam Didonis prima ſequatur,
Hoſpitióque vſus Didonis cuncta benigne. Vterque eſt Ouidij verſus: hic in argumento AEneid.
ille in Priap. Sic autẽ reſtituendi ſunt, Penelopes primam Didus ſi prima ſequatur,
Hoſpitióque vſus Didus per cuncta benigne. Iuno Iunonis tantum, quia Latinum eſt. O geniti
ui penultimam producit, vt ſermonis, niſi apud Græcos in on deſinẽs corripiat: vt Agamemnon Aga Agamemnon.
memnonis, proprium viri. Sic gentilia quædam, vt Vaogio Vangionis, Saxo Saxonis, &c. Inis corri-
pitur, vt virginis. Enis producitur, vt Anienis, Nerienis, ab antiquiſſimis etiã correptũ, teſte Gellio.

Halecis, lactis, Dauidis, Bogudis eſſer.

Halec facit penultima longa halecis: ad cuius formam auſus eſt Baptiſta Mantuanus ab Hebræo
Melchiſedec facere Melchiſedecis: Pectore ſacrificij Melchiſedecis erat. Lac facit lactis: nã olim in no Melchiſedec.
minatiuo lacte dicebãt vt mare. Plautus in Menæhmis, Nec lacte lacti vſquam ſimilius eſt. Lacteus, Lacte.
ex lacte, vel albus. Lactarium, quod barbare lacticinium dicitur, teſte Hermolao. Dauid Dauidis, pe
nultima longa, licet ab Hebræis non declinetur, vt neque ab Aphris Bogud, regis Maurorum nomen, Bogud.
quod Latini declinauerunt huius Bógudis, penultima breui: quanquam nominatiuus ſit Bogudis,
vt notat Lancilotus. Aſin. Ciceroni, lib. 10, Traiecit ſeſe in regnũ Bogudis plane benéque peculiatus.
Hic nota pulchram vocem peculiatus: & eſt nũmatus & munitus, magnúmque peculium poſſidẽs. Peculiatus.

l ## Additur is poſt l. Sed lis iungunt ſibi mel, fel.

Nomina in l literam deſinentia, aſſumunt in genitiuo is: vt Sal ſalis, Animal animalis, corpus ſen- Animal.
tiens. Hic & hæc animalis & hoc animale, ad animal pertinens. Vectigal, tributum vel reditus. Tul- Vectigal.
lius, Non intelligunt homines quãtum vectigal ſit parſimonia. Vectigalis, qui debet vectigal. Mi- Minutal.
nutal, eſt quidam cibus ex oleribus & carnibus minutim conciſis. Puteal, eſt putei operculum: & Puteal.
Romæ olim fœneratorum locus. Michael Michaelis. Bel Belis, idóli nomen. Eiuſmodi in el pere Bel.
grina aliquando declinantur in ſacris, etſi volumus, manẽt indeclinata: vt Abel, huius Abel, vel huius
Abelis. multa ounquam flectũtur: vt Rachel, Bethel, Michol, Baal, Tubal. & apud Plinium locorum
nomina diſſyllaba, teſte Hermolao, Vel & Suel. Mel & fel addunt genitiuo lis: vt mellis, fellis. Inue- Vel. Suel.
nimus in alia ſignificatione melis, felis. Nam melis, eſt beſtia magnitudine vulpis, duro corio, vnde fi- Melis. Felis.
unt pharetræ. Felis, eſt catus muriuorax: Græce dicitur ælurus. Neutra in al cum el & ſol, penul-
timam genitiui producunt: vt animalis, Michaelis, ſolis. Reliqua corripiuot: vt Hannibal Hannibalis,
Hiempſal Hiempſalis, Haſdrubal Haſdrubalis, propria virorum. Sal ſalis, quanuis olim fuerit etiam
neutrum. Vigil vigilis, præſul præſulis.

n ## Additur is poſt n. Tamen on quandoque dat ontis.

Donat inis neutrum pecten, flamen, cano natum. Titan. Pan.

Nomẽ in o deſinẽs, facit genitiuõ adiecta is ſyllaba: vt Titan Titanis, frater Saturni & ſol. Ouid. Damen.
Nullus adhuc mũdo præbebat lumina Titan. Pan panis, aut rectius Panos, quia Græcũ eſt: vt à ge Seben.
nitiuo huius nominatiui diſtet panis. Pan fuit fabuloſus deus paſtorũ aut naturæ. Lichen lichenis. ſic Delphin.
Siren. Damen, propriũ viri hiſtorici. Seben Sebenis, vnus ſociorum Vlyſſis. Delphin delphinis, Agon. Triton.
marinus piſcis. Agon agonis, id eſt certamẽ. Triton, animal marinum, & Neptuni tubicen. Tri Trigon.
gon trigonis, pilæ genus & turtur. Aedoo triſyllabum, id eſt philomela. Canon, id eſt regula. Aedon. Canon.
Gnomon, id eſt cognitor, eſt ſtylus indicans horas. Hyperion, id eſt ſol, Quædam nomina fa- Gnomon. Hyperion.

Phaeton. Demophoon. Charon. Biſon. Chamæleon. Horizon. Stilbon. Acheron. Phlegeton.

ciunt genitiuum in ontis:vt Phaeton Phaetontis, filius Phœbi. Demophoon Demophoontis, proprium viri:vt Leon leontis,Dracon dracontis,Lacoon Lacoontis,Aglaophon Aglaophontis,Sarpedon Sarpedontis:inuenitur etiam Sarpedon Sarpedonis.Item hippocoon hippocoontis. Charon Charontis,portitor inferni. Pauca ſunt eiuſmodi nomina appellatiua : vt Biſon Biſontis,animal ferum, ſimile tauro,iubatum. Chamæleon chamæleontis, animal quod ſolo vento dicitur paſci: & herba quædam. Horizon horizontis,viſus noſtri terminus. Item adhuc propria,Stilbon Stilbontis, id eſt Mercurius , vel ſtella Mercurij. Acheron Acherontis,& Phlegeton Phlegetontis, fluuij infernales.

Numen. Sumen. Abdomen. Inguen. Gluten. Bitumen. Vnguen. Pœan. Alcman. Euan. Pan.

Neutra in n faciunt genitiuum in inis, cum flamen flaminis, pecten pectinis, tubicen tubicinis,& reliquis à cano compoſitis:vt Numen numinis,id eſt deus vel diuina poteſtas. Sumen & Abdomē, pinguitudo ventris ſuilli. Inguen,pudenda pars corporis. Gluten,id eſt viſcus,materia tenax qua aues capiuntur:& qua aliquid coniungitur. Glutinum,idem. Glutino glutinas,id eſt coniungo. Bitumen,humor tenax quo pro calce vtimur. Vnguen vnguinis,id eſt vnguentum, & quicquid ſuccum habet ex quo aliquid vngi poteſt. Perſius, Fœniſecæ craſſo vitiarunt vnguine pultes. Nonnulli à regula principali minus bene excipiunt Pœan,quod dicunt facere Pœantis:quia nominatiuus nō eſt Pœan,ſed Pœas,vt Atlas:& eſt propriū viri. Pæan cum æ diphthōgo,id eſt Apollo:& hymnus in laudem Apollinis vel alterius,facit Pæanis:vt Titan Titanis. Alcman, proprium viri,Alcmanis. Virgil. Lætum Pæana canentes. Nec Euan, Bacchi nomen, Euantis facit : quia apud Virgilium 6. Æneid. Illa chorum ſimulans Euantis orgia circum Ducebat Phrygias, flamma media ipſa tenebat. Seruius ait,Euantis Phrygias, vt ſint duo accuſatiui:aliter non ſtaret verſus. Euantis autem id eſt bacchātes,à Libero qui Euan dicitur. Hæc ille. Euare, furere,& Bacchari eſt. hinc euans euantis participium,id eſt furens. Sillius lib. 1, Non ille euantis Maſſylæ palluit iras. Euan proprie eſt interiectio bacchantis : & interpretatur bone puer. Capitur etiam pro Baccho:ſed obliquos eius apud Latinos nequaquam inuenies, quicquid dicat Priſcianus. Papin. 5. Thebaidos, A ſummis auditus montibus Euan. In eodem, Lucidus Euan ſtirpis auus. Itan & Pelican barbara ſunt. Pan,id eſt totum, pantos in genitiuo facit: ſed Latini non vtuntur in ſimplici. Pantomimus,geſticulator,omnia imitans. Pandecta, omnia continens. An producit genitiui penultimam. En producit genitiui penultimam , niſi inis facit:tunc corripit. Hymen apud Latinos in obliquis non reperitur:facit autē hymenis,teſte Priſciano,penultima(vt opinor) correpta, quod probari videtur ex (hymenæus). In producit genitiui penultimā. On modo producit,vt Simō, Babylon: modo corripit,vt dæmō,canon:in paucis variat,vt Ægeon,Orion. Certiorē regulā de on nō habeo.

R capit is. Far ris, Lar tis proprium maris, hepar
Hepatos efficiet. Cris mobile cer dat, vt acer,
Ac alacer. Bris dant imber cum prole, ſaluber,
Et celeber. Per tris ter formes omne Latinum,
Et pater,& mater, lynter. dat eris later,& cor
Cordis, iter itineris: Iouis optat Iuppiter vſque.
Robur oris, iecur atque femur tibi præbet ebúrque.

Altar. Lupanar. Specular. Puluinar. Torcular. Subligar. Aer. Agger. Anſer. Rancor. Mucor.

Nomina tertiæ in r deſinētia,adijciūt genitiuo is:vt Altar altaris,id eſt altare. Prudēt. Altar tepeſcit fletibus. Lupanar,id eſt proſtibulū. Specular,per quod ſpeculamur:vt feneſtra. Puluinar,id eſt puluinus,quod dormituri capiti ſubijcimus. Torcular, prelū in quo vuæ torquentur. Subligar, id eſt ſubligaculū & velamen lumborū. Aer notum eſt. Aereus ad aerem pertinens,vel altus. Agger,alta terra oppoſita aquis. Anſer,auis quæ vulgo minus docte aucha dicitur, quia dictione aucha Latini non vtūtur. Martyr martyris,Gadir gadiris. Rancor,corruptio carniū,& aliarū rerum ex vetuſtate. Palladius,Receptacula olei ſemper ſint munda,ne nouos ſapores veteri rancore infecta corripiant. Ranceo rances,id eſt rancidus ſum. Rācor pro liuore apud veteres non reperi. Mucor,lanugo quę diutino ſitu contrahitur,vt in pane,carne,&c. Muceo muces,mucidus ſum: Muceſco, mucidus fio.

Vapor. Pædor. Caſtor. Fulgur. Fulgor. Thabor. Far. Lar. Hepar. Acer.

Vapor,fumus quidā & nebula è calidis aſcendens. Vaporo vaporas, id eſt vaporem emitto. Virgil. Succedunt matres,& tēplum thure vaporāt. Pædor,immunditia & putor. Caſtor,propriū viri,& animal,alio nomine fiber , de cuius teſticulis medicamentū fit quod caſtoreum dicitur. Fulgur fulguris,id eſt fulmen:ſed fulgor,id eſt ſplendor. Barbara non declinantur, vt Nachor, Nabuchodonoſor,virorum propria. ſic Thabor,licet Baptiſta ſuo iure dixit,Aſſyrij colles aſſurrexere, Thaboris Se iuga flexerunt. mons eſt Galilææ. Excipiuntur multa à regula. Nam far geminat rr,& facit farris, id eſt quoduis frumentum:vt triticum,ordeum,&c. Lar,nomen imperatoris,facit Lartis,teſte Priſciano:ſed ſæpius in nominatiuo Lartes inuenio,quàm Lar. Cic. in nona Philippica, Lartes Tolumnius Veientium. Lar,dei nomen,& pro domo laris facit. Hepar,id eſt iecur: Latini vix vtuntur. facit in genitiuo hepatos:quia olim hepas dicebant,teſte Placētino. Tria adiectiua,alacer,volucer, acer,faciunt cris:quibus addes mediocer ſi inueniatur. Acer pro arbore,aceris facit. Bris dant ſaluber,ce-

leber,imber:& compoſita,September, October,Nouember, December, quæ ſunt menſium nomina. Imber,id eſt pluuia. Omnia Latina in ter,faciunt tris: vt Fratris, ventris. Vter vtris, id eſt vas vel ſaccus ex corio vel pelle. Vtriculus,paruus vter. Vtricularius,qui canit tibijs infixis vtriculo: & vocãtur tibiæ vtriculares. Accipiter,auis aduncis vnguibus valde rapax,vt falco,aquila,miluus,niſus.

Sylueſter,equeſter,&c. Pater patris,mater matris,lynter lyntris:quæ tria è Græcis habemus. Cætera in ter Græca,eris habent per regulam,vt ſpinter ſpinteris,æther ætheris,id eſt elementum,ignis & cælum. Character,forma vel ſignum. Clyſter,inſtrumẽtum quo aquam in altum iaculamur:& quo Chirurgi vtũtur in purgatione corporis. Luter luteris,lauacrũ. Lutra vero eſt animal quoddã. *Vng loutre.* Crater,vas amplum,cui vinum,aut oleum,&c.imponimus. Stater ſtateris,nummus quidã.

Panther,animal Pardo ſimile. Præſter,quidam ſerpens. Soter,viri proprium,& appellatiuum,id eſt ſaluator. Soteria,dona quæ diuis vouentur pro ſanitate recuperanda. Phyſeter,marina bellua.

Sylueſter,proprium, ſecundæ declinationis. Later, quanuis Latinum ſit,in ter deſinens, non facit tris,ſed eris:& eſt lapis coctilis.plura de hoc in hererocl itis. Nominatiuus later eſt apud Vitruuiũ. Cor cordis facit. Iter itineris,à nominatiuo olim vſitato itiner. Nam quondã iter iteris fecit,& itiner itineris. Varro,Expectant itiner longo ſermone leuare. Næuius,Ignoti iteris ſumus. Iuuencus, Ecce itineris medio clarus ſe oſtendit Ieſus. Iupiter, ſummus deorum apud gentiles,& vnus planetarum, facit Iouis ab antiquo nominatiuo Iouis,qui olim in vſu fuit:& Iupiter faciebat Iupitris vel Iupiteris. Cæcilius, Non nobis quidẽ deus repertus eſt Iouis. Apuleius 4.de aſin. Quẽ tremuit ipſe Iouis, quo numina terrificantur. Dicitur autem Iupiter,teſte Gellio libro quinto,quaſi Iouis pater:vt Marſpiter, Martis pater. & ſunt plura cõpoſita à pater,quæ tris in genitiuo faciunt: veluti Dieſpiter,id eſt deus, quaſi diei pater. Horatius,Sæpe dieſpiter neglectus inceſto addidit integrum. Opiter,deus opis,id eſt auxilij pater. Etiam eſt qui auo viuo poſt obitum patris naſcitur. Quatuor in ur faciunt oris,robur roboris,&c. Robur eſt fortitudo. Robuſtus,fortis. Eſt robur etiam quercus duriſſimæ ſpecies:& capitur pro duritia firmitatéque cuiuſcunque rei. Virg. -æternáq; ferri Robora. Roboreus roborea roboreum,aliquid ex robore. Iecur iecoris, vel iecinoris,ſiue iocinoris, tanquam à veteri nomine iecinus vel iocinus,id eſt hepar & ficatum:ſed hoc ſuillum proprie eſſe volunt. Iecuſculum, paruum iecur. Valerius Maximus libro primo, Iecinoris duplex caput. Femur femoris , ſuperior pars cruris à coxa vſque ad genu:vt Femur anſerinum,gallinaceum,anatinum, leporinum, cuniculinum,&c. Femoralia,verendorum tegmina. Ebur eboris,os vel dens elephantis. Eboreus & eburneus & eburnus, ex ebore. Eboratus,cui ſuperficies eburnea. Olim nominatiui erant robor,iecor,&c. Hi exoleuerunt:vt obliqui eburis,roburis,&c.quibus vtebatur Gniſo nobilis grammaticus tempore Ciceronis. Mulciber regulam ſequitur,facit enim Mulciberis,& per ſyncopam Mulcibris: & quandoque per ſecũdam Mulcibri. Ouid.in ſecundo de Arte aman. Mulciberis capti Márſque Venúſque dolis . Mulciber eſt Vulcanus à mulcendo,id eſt molliendo imbre ferrum dictus. Ar penultimam genitiui producit in neutris cum Nar.demito nectar,iubar,hepar,par: quibus addes non neutra, vt Boſtar, viri proprium, non ſtabulum:licet Calepinus dicat,Geſtar,Cæſar,Baldaſſar,& multa alia virorum propria. Er corripit penultimam,vt mulier,æther,aer.cætera Græca producunt,vt Byzer,populi nomen: velut Iber, crater,character,ſtater,luter,clyſter,halter, brachioniſter , & plura in Verſificatoria declarata . quibus vnum Latinum addes,quod eſt ver. Ir corripit,vt Gadir, martyr. Or producit penultimam genitiui,vt color,ſoror. Tollũtur æquor,marmor,memor,arbor,bicorpor,tricorpor,indecor,dedecor, Marcipor,id eſt Marci ſeruus:Publipor,id eſt Publij ſeruus vel puer,& ſiqua ſunt eiuſdem deriuationis alia,cum Græcis:vt Actor,proprium viri. ſic Hector,Antenor,& rhetor quoque & Caſtor tam appellatiuum quàm proprium. Author tamen producit tantum. Vr corripit tantum,vt fulgur, guttur. Excipitur vnum,quod eſt fur furis.

Imber. Vter. Accipiter. AEther. Character. Clyſter. Luter. Lutra. Crater. Stater. Panther. Præſter. Soter. Phyſeter. Later. Iter. Iupiter. Marſpiter. Dieſpiter. Opiter. Robur. Iecur. Femur. Ebur. Mulciber. Boſtar. Byzer. Marcipor. Publipor. Actor.

AS As interponit ti.Mas maris,as dabit aſſis.
Hoc vas vaſis habet:vas hic vadis.Antis habento
Maſcula Græca:volunt per adis non maſcula poni.

Nomen in as deſinens,facit genitiuum interponendo ſyllabam ti inter a & s:vt Simultas ſimultatis,id eſt odiũ. Iuuen. Inter finitimos vetus ac antiqua ſimultas. Prauitas prauitatis, id eſt malitia & iniquitas. AEquitas,iuſtitia. Probitas,id eſt honeſtas. Mecœnas,optimi viri nomẽ,qui Virgiliũ Horatiúmque,& alios doctos opibus iuuit. Hinc docti dites patronos Mecœnates appellant. Mart. Sint Mecœnates,non deerunt Flacce Marones. Lenas lenatis,etiam proprium viri. Arpinas, noſtras,veſtras,&c. Vulgus addit Abbas abbatis,cuius fœmininum putat eſſe abbatiſſa:ſed errat,ſi Georgio Vallæ credimus,qui lib.13.cap.19.vult eſſe communis generis,primæ declinationis:quod oſtendit vocatiuus eius abba,etiã quia nullum Græcum mittit genitiuum in atis ab as:interrogentur Græci. interpretatur autem pater,teſte Hieronymo. Quædam autem Hebræa & Græca nomina,tãquam venerabiliora dignitatis cauſa aſſumpta ſunt ab eccleſiaſticis:vt Preſbiter, angelus,apoſtolus. Pappas, id eſt auus,licet vulgo papa dicitur. ſic Abbas abbæ, religioſorum aut religioſarũ antiſtes tanquã parens.

Simultas. Prauitas. AEquitas. Probitas. Mecœnas. Lenas. Pappas. Abbas.

Pallas. Acragas. Cyclas. Monas. Trias. Hebdomas. Ogdoas. Enneas. Decas. Olympias. Pallas. Lampas. Dipſas. Dorcas. Gymnas. Anas.

Excipiũtur à regula mas maris,as aſſis,hoc vas vaſis,hic vas vadis:& Græca maſculini generis quæ faciunt antis:vt elephas elephantis.ſic gigas,adamas,Garamas,Atlas,&c. inter quæ plurima ſunt virorum propria:vt Calchas,Abas,Thoas,Pœas,Pallas,Euandri filius:Bias,Bibas,Phorbas,Salgas,Brigas,Polydamas,Thaumas,Teleuthas,Hyperiphas,Eurydamas,& cætera id genus plurima. Sic etiam Acragas,montis & oppidi nomen. Quædam dictorum etiam per primam flexa inueniũtur. Plaut. in Menæhmis,Noui cum Calcha ſimul. Plurima ſolum primæ ſũt:vt Barnabas,Ioas,Sambas,Caiphas,&c. Reliqua Græca quæ ſcilicet non tantum maſculini generis ſunt,faciunt adis,vel Græcanice ados:vt Arcas,Arcadis vel Arcados. Cyclas cycladis,veſtis fœminea, rotunda, explicatilis vel ſpatioſa. Propertius lib.4, -hæc nunc aurata cyclade
Signat humum. Dicitur à cyclos,id eſt circulus:cyclao,id eſt circundo.ſemper eſt fœmininum cõtra indoctos. Cyclades ſunt etiam inſulæ quædam per circulum poſitæ. Monas monadis,id eſt vnitas. Trias triadis,id eſt trinitas. Hebdomas,numerus ſeptenarius. Hebdomas Latine ſeptimana, eſt ſpatium ſeptem dierum. Dicitur etiam hebdomada hebdomadæ. Ogdoas ogdoadis,numerus octonorius. Enneas enneadis,numer⁹ nouenarius. Decas,numerus denarius. Olympias,id eſt luſtrum,ſiue quinquennium.Ouid. In Scythia nobis quinquennis olympias acta eſt.Olympias Olympiadis,etiam fuit mater Alexandri Magni. Pallas Palladis,id eſt Minerua,dea ſapientiæ. Lampas, id eſt fax aut ſplendor. Lychnus penſilis eſt,quod vulgo lampas dicitur. Dipſas dipſadis,ſerpens ſitim faciens percuſſo. Dorcas,ſpecies capræ ſylueſtris. Gymnas gymnadis,exercitatio vel certamẽ. Ludus gymnicus,luctandi certamen. As producit penultimam genitiui:vt Mecœnatis,&c.niſi anas anatis,auis nota.male aneta dicitur.diminutiuum eſt anaticula apud Plautũ, & anaticulus apud Ciceronem.Corripiuntur cum iſto maris,vadis,& quæcunque adis habent,vt Palladis,&c.

Es mutabis in is.Græcus dat multa per etis:
Adde quies,locuples,manſues.Per etis teges exit,
Et ſeges,interpres,præpes,paries,abieſque,
Indiges atque aries,perpes,teres,ac hebes addo.

Labes. Clades. Strages. Cædes. Moyſes.

Nomen in es deſinens,mutat es in is:vt Labes labis,id eſt macula vel ruina. Clades,id eſt occiſio vel mors. Virgilius, Quis cladem illius noctis,quis funera fando
Explicet? Strages,id eſt proſtratio:vt Ventus fecit ſtragem arborum. Cædes,id eſt occiſio. Cic. Cædem in foro feciſti. ſic Iohannes,ſedes,Hercules, Achilles,Orontes:quæ Achilli,Oronti euphoniæ,id eſt boni ſoni cauſa,& certa ratione antè declarata,nõnunquam faciunt. Moyſes vel Moſes,etiã Moyſi potius facit quàm Moyſis. Hoc etiam per primam Moſes Moſæ declinatur,& per ſecundam Moſeus Moſeos,vt Orpheus Orpheos. Ioſephus, Nitebatur rex in Moyſeos nece graſſari. Hippomanes hippomanis,Cacoethes cacoethis. Excipiuntur à regula multa Græca quæ habent etis penultima longa:vt Tapes tapetis. ſic Cres,lebes,magnes,& plurima propria virorum:vt Chremes,Hermes, Laches,Thales,Coptes,Rhamnes,Dares,Arges, Mendes,Admes, Maſchles, Crates,Miles,Morges, Næes,Parnes,Charres,Pheres. Horum quædam manent quandoque ſub regula:vt Chremes, huius Chremis vel Chremetis. ſic Dares,Mendes,Pheres,& plura. Virg.5.AEneid. Præcipitémque Daren ardens agit. In eodem, -feſſúmque Dareta
Eripuit,mulcens dictis. Terent. Puerum inde abiens conueni Chremis. Idem,Chremetem ſaluere iubeo.

Primæ & tertiæ cõmunia. Cures. Cæres. Manſues. Hagnes.

Quædam virorum propria,ſunt primæ vel tertiæ:vt Hermes,AEſchines. Meriones,Geryones, Ozoles,Telones,& plura,cum Iordanes & Euphrates,fluuiorum nominibus. Iuuen. Truncóque ſimillimus Hermæ. Plurima ſunt propria tertiæ ſine creſcentia,vt AEſchines,& quæ ſequebantur,cum Ariſtoteles,Diomedes,Socrates, Iſocrates,Vlyſſes, Therſites,Diores, Chalceres,Herodes, Androcles, &c. De his omnibus latiſſime diſputat Georgius Valla libro 31.cap.19. Faciunt etiam etis penultima longa, Cures Curetis,nomen gentile.raro reperitur ſingulariter. Et Cæres Cæretis itẽ, populi nomen:de quo plura in Arte verſificatoria dixi. His adduntur Latina,quies quietis,locuples locupletis, mãſues manſuetis,id eſt manſuetus. Apuleius,verborum nouator,in vndecimo Metam. dixit, Vidi & vrſam manſuem. vt ſit declinatio hic & hæc manſuis & hoc manſue,veluti fortis forte. Sub quies cõprehenditur inquies,& aliquando requies. Addunt Neoticorum multi Græcis Hagnes Hagnetis, virginis nomen,ſed errant:quia nullũ fœmininũ in es apud Græcos facit genitiuũ in etos. ideo declinandũ eſt Hagne Hagnes,vt Penelope Penelopes. ſic enim ſemper vtitur diuus Ambroſius. Poteſt etiam dici Hagna Hagnæ,& interpretatur caſta. Horat. Delectat veluti Balbinum pulypus hagnæ.

Teges. Seges. Præpes.

Quædam faciunt etis penultima breui:vt Teges tegetis,vile ſtragulum quo tegitur lectus. Tegeticula,parua teges. Eſt etiam teges,matta ſcirpea. Seges,frumentum in ſpicis. Præpes,id eſt alte & ſublime volans. Capitur etiam pro idoneo & fœlice ſiue proſpero. Multa de hoc nomine apud Gelliũ reperies libro ſexto,capite ſexto. Addendum eſt dictis veges vegetis, nomẽ in rariſſimo authorũ vſu.

Dic verres verris,vates vatis.Per itis fit
Communis generis non dictum,ſiue marini.

Pes dat edis. Natum ſedeo dat idis:volet edis
Hæres vt merces:Cereriſque Ceres retinebit.
AEs æris,præs prædis habet:diphthongus vtrique eſt.

Verres facit verris,vates vatis. reliqua maſculini generis aut communis,de quibus nihil dictum eſt,
vtpote appellatiua,mutant es in itis penultima breui: vt Poples poplitis,miles militis. ſic ames, pal-
mes,limes,ſtipes,fomes,termes,trames,gurges,cæſpes,merges,eques,pedes,antiſtes,cocles, boſpes,ſo-
ſpes,ales,diues,comes,ſuperſtes,præſtes,veles. Sed pes facit pedis. Sic compoſita,compes,bipes,&c. De
(apes)& (vulpes)antè diximus. Compoſita à ſedeo faciunt idis penultima breui:vt Obſes obſi-
dis. Hæres facit hærêdis penultima longa:etiã vt eſt nomen deæ,cui accepta hæreditate ſacrificabãt, Hæres.
teſte Becichemo. Merces mercêdis, penultima longa,id eſt præmiũ. Iuuenalis,Noſſe volunt omnes, Merces.
mercedem ſoluere nemo. Ceres Cereris,dea frugũ. AEs æris,præs prædis,diphthongon æ habent. Ceres.

Is non mutabo. dant dis,cuſpis,lapis,atque
Plurima Græca. facis per eos,vel ios,vel yos,vel
Entis,Græcorum quædam. Charis at charitis vult.

Is habet genitiuum ſimilem nominatiuo:vt hæc Vis,huius vis:quod ſolum in tertia declinatione is Vis.
genitiui producit:ſignificat virtutem,poſſibilitatem,fortitudinem & violentiam. Hic panis,huius pa-
nis. ſic ouis,peſtis,veſtis,&c. Excipiũtur lapis & cuſpis,quæ abiecta s litera capiunt dis:vt Lapidis,
cuſpidis. ſic tricuſpis tricuſpidis. Cuſpis,eſt acies haſtæ, vel alterius rei acutæ. In idis genitiuum e- Cuſpis.
tiam faciunt plurima Græca:vt Caſſis caſſidis,fœminini generis,id eſt galea. Græcum eſſe docet Pri- Caſſis.
ſcianus ex Probo. accuſatiuus eſt caſſidem vel caſſida. vnde Virgilius fecit nomen primæ declinatio-
nis caſſida caſſidæ,dicẽs 6. AEneid. Aurea veſti caſſida. Aliud eſt nomen maſculini generis non cre-
ſcens caſſis caſſis,id eſt rete. raro ſingulariter reperitur. Seneca in Aga. Aper cum caſſe vinctus. Caſſi-
culus vel caſſiculum,id eſt paruus caſſis. Hieron. Nequaquam aranearum mihi opponas caſſiculos.
Feſtus,Caſſiculum,reticulum,à caſſibus per diminutionem dictum. Plures vtrũque Latinum eſſe ar-
bitrantur à caſſo,id eſt inani deriuatum,quòd retia vacuas habeant maculas: & galea ad caput reci-
piendum vacua ſit. Capis capidis,vas quo in ſacris vtebantur,ſimiliter Græcum eſt,teſte Priſciano: Capis.
quia Lucilius accuſatiuũ pluralem in as protulit:& diminutiuũ eſt capidula. alij Latinum eſſe putãt
à capiendo. Aſpis aſpidis,ſerpens quidã,& oppidum quoddã à ſcuti ſimilitudine dictũ. Sillius lib. 3, Aſpis.
Tum quæ Sicanio percinxit littora muro
In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis. Græci ſcutum vel clypeum vocant aſpida aſpidion,id eſt
clypeolus. Aſpidíchion,idem. Aclis aclidis,telum breue. Sillius lib. 3, Aclide vel tenui pugnax inſta- Aclis.
re veruto. Virgilius, -teretes ſunt aclides illis
Tela:ſed hæc lento mos eſt aptare flagello. AEgis ægidis,ſcutum pelle caprina tectum. & proprie AEgis.
eſt Palladis thorax. Pyxis,vaſculum vnguentarium,vel cui quiduis aliud imponitur. Pyramis,æ- Pyxis.
dificium in acumen à latitudine deſinens,vel turris habens flammæ figuram. Chlamys per y Græ- Pyramis.
cum,veſtis militaris. Endromis,villoſa veſtis contra frigus inuenta. Bolis bolidis,id eſt iaculum. Chlamys.
Paropſis cum quarta vocali in ſecunda,lanx & ſcutella cibaria. fit ab opſon,id eſt cibus. obſonium Endromis.
vel opſonium, cibus omnis præter panem & vinum. opſono vel opſonor,id eſt opſonia emo. Pa- Bolis.
rotis parotidis,bulcus iuxta aurem. Diplois, veſtis duplicata. nunc pro veſte ſumimus,cuius vſus Paropſis.
non fuit apud veteres. Abſis abſidis,curuatura vel arcus in muro,& rotæ teſtudo,in qua figuntur Parotis.
radij. Abſides etiam in cælo circuli quidam. & per literam p etiam apſis dicitur. Nebris,cerui aut Diplois.
damæ pellis. Nebros Græce,id eſt ceruus. Iaſpis triſyllabum,gemma,viridis quædam. Ibis,auis ſi Abſis.
milis ciconiæ apud AEgyptios. Syrtis ſyrtidos,aliquando etiam ſyrtios,locus in mari periculoſus Nebris.
propter multitudinem arenæ. Lucanus lib. 9, -plenior alto Iaſpis.
Olim ſyrtis erat pelago. nominatiuus eſt. Ibidem, Ibis.
Natus & ambiguæ coleret qui ſyrtidos arua Syrtis.
Cherſydros. Hic genitiuus eſt ſyrtidos. Tyrannis,ſæuum & violentum imperium. Olim etiam in Tyrannis.
bonam partem pro regno,vt Tyrãnus pro rege. Valerius Maximus lib. 4, Tyrannidem à ciuibus de-
latam adeptus. Item idis habent omnia in is patronymica,& formam patronymicorum habentia:vti
ſunt in is librorum nomina,AEneis,Thebais,Achilleis,Alexandreis,&c. Et gentilia:vt Colchis,Suna
mitis,Moabitis,&c. & omnia fœminina,quorum maſculina in a vel in es deſinunt:vt Poetis,propbe-
tis,nautis,&c. cum alijs multis:vti Garamantis, gigantis. Item nomina virorum:vt Paris,Adonis,
Dapbnis,Alexis. Item mulierum propria:vt Miſis,Lais,Thais,Bacchis,Chryſis. Et deorum nomina:
vt Apis,Serapis,Oſiris,Anubis. Et dearum nomina:vt Doris,Iſis,Themis,Arthemis. Themis etiam Themis.
facit Themidis & Themiſtis,teſte Placentino:ſed in vſu eſt Themidis,vt Iſidis. Quædam fluuiorũ Tigris.
nomina:vt Tybris,Phaſis. Tigris etiam pro animali velociſſimo & truculento. apud Medos tigris ſa-
gittam ſignificat:& tam pro animali, quàm fluuio facit in genitiuo tigridis vel tigris. Sic plura poſ-

ſunt genitiuum nominatiuo ſimilem habere:vt Adonis,huius Adonis vel Adonidis: ſic Paridis vel
Agis. Paris. Agis,proprium viri,huius Agis vel Agidis.ſic Thamyris, Zeuxis,& plura alia. Adonis apud
Græcos etiam Adonios facit:vt Paris Parios. Dixi notanter plurima Græca,non omnia:quia multa
genitiuum nominatiuo ſimilem efficiunt:vt Tyberis triſyllabum,huius Tyberis:& eſt idem quod Ty
Charybdis. Lacheſis. bris. Charybdis,huius Charybdis, quidam periculoſiſſimus in mari locus. Lacheſis,vna Parcarū.
Mantis. Mantis,diuinaculus qui futura prædicere tentat. Vnde necromantis , hydromantis, &c. Athlibis,
Charis. Thmois,Zenis,Anacharſis,& plura virorum propria. Charis charitos,id eſt gratia,raro ſingulariter
reperietur.hinc eucharis eucharitis,id eſt gratioſus.Acharis,minime gratioſus.

FACIS per eos,&c.Quædam Græca faciunt genitiuum in eos vel in ios:quædam etiam in yos per
Phyſis. y Græcum:pauciſſima in entis. De eos,vt Phyſis phyſeos,id eſt natura:hinc Phyſica,ſcientia de cor-
Metamorphoſis. porū naturis. Metamorphoſis,id eſt tranſformatio. Hæreſis,id eſt ſecta. Neapolis,oppidi nomē,
Hæreſis. interpretatur noua vrbs. Polis poleos,id eſt vrbs.hinc Nicopolis,Heliopolis.Conſtantinopolis,&c.
Neapolis. Poeſis poeſeos,opus poeticum. Geneſis,id eſt generatio. Iuuenalis, Nota mathematicis geneſis
Polis. tua.Genealogia,liber vel oratio de generatione.Genealogus,qui de generatione differit aut ſcribit.ſic
Poeſis. theſis,diœceſis,&c. De ios,vt Piſtis piſtios,id eſt fides. Baſis baſios,id eſt gradus, fundamentum,
Geneſis. Piſtis. ſuſtentaculum. Lexis,id eſt dictio:hinc lexicon,id eſt liber vocabularius,à Græco lego, id eſt dico.
Baſis. AEneſis,id eſt laudatio.Paræneſis,admonitio. Craſis,id eſt temperamentū. Nemeſis,dea ſuperborū
Lexis. vltrix. Memphis Memphios, vrbs AEgypti.vt in ſacris,Princeps Memphios. Sedulius & Baptiſta
AEneſis. Memphitis penultima longa fecerunt genitiuum minus doctè:quia ratione & authoritate caret.In-
Paræneſis. uenimus tamen Memphitis penultima longa,ſed nominatiui caſus:vt ſit forma patronymica. hæc
Craſis. Nemeſis. Memphitis,hui9 Memphitidis:vt Nauis Memphitis,id eſt Memphitica. Lucanus,Conſeritur bibula
Memphis. Memphitis cymba papyro. Multa alia inuenies per eos vel ios,quæ omnia ſine creſcentia nonnun-
Memphitis. quam efferuntur. De yos,vt Atys Atyos,puer Cybeli dilectus. Chelys chelyos,inſtrumentū mu-
Atys. ſicum. Tiphys,viri nomen,vt Capys.Erinnys Erinnyos,furia infernalis. Tethys autem Tethyos
Chelys. Tiphys. cum aſpiratione in ſecunda ſyllaba,eſt dea maris,vxor Oceani. At Thetis Thetidis cum aſpiratione in
Erinnys. prima,& i noſtro in ſecunda,fuit mater Achillis. De entis:vt Simois Simoentis,fluuius Troiæ. Py
Tethys. rois Pyroētis,vnus equorum ſolis. Opois Opoentis,vrbs quædam:& flectitur etiā Opus Opuntis.
Thetis.

Simois. Quod dedit ~~is~~ dat eris. Quod in n fuit,vt prius,effer.

Pyrois. Pauca nomina in is faciunt genitiuum in eris,quia olim terminabantur in er:vt Puluis pulueris,
Opois. cinis cineris.Olim hic puluer,ciner. Vomis vomeris,vel etiam nunc vomer vomeris.Itaque in his tri-
bus proprij obliqui exoleuerūt.Duo ſunt in is vel in er deſinentia,pro vtraque terminatione proprios
Cucumis. obliquos retinentia:vt hic Cucumer,huius cucumeris:vel hic cucumis,huius cucumis,teſte Seruio in
illud quarti Georgicon, -tortúſque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis.Plinius libro 19,Cucumi vero in odore & in colore ſimilem.Idem li-
Pubis. bro 20,Cucumim ſylueſtrem eſſe dicimus infra magnitudinē ſatiui.Et paulo poſt,Cucumim qui ma
gnificant. Puber puberis,vel pubis huius pubis.Vnde impuber impuberis,vel impubis huius im-
pubis.Cicero in primo de Oratore,Quòd niſi puberem te haberē.Salluſtius in Iugurtha,Omnes pu-
beres Numidas atque negotiatores interfecit.Cicero filium impuberem dixit. Horatius 2.Carminū,
Impubē parentes Troilum.Idem in Epodo,Impube corpus,dixit in neutro genere. Virgilius,Impu-
bis Iuli.Ouid.9.Metam.Faciétque viros impubibus annis. Sequitur QVOD in n fuit,&c.Nomina
in is deſinentia,quæ etiā in n literam deſinere reperta ſunt,obſeruant regulam de n litera: vt Sanguis
Sanguen. facit ſanguinis penultima correpta:quia olim dicebāt hoc ſanguen,huius ſanguinis.Ennius apud Ci
ceronem,Refugiat timidos ſanguen atque exalbeſcat metu.Lucretius,Viſcus ſanguénque creari.Gel
Pollis. lius libro 3.capite 7,Sanguē defluxerat. Pollis pollinis,teſte Cariſio & Phoca:quia etiam dicitur pol-
Pollen. len pollinis,teſte Probo cum Cæſare.Serenus,Proderit & madido frumentū polline turgens.eſt ſub-
tilior puluis farinæ. Multa Græca faciunt genitiuum in inis penultima lōga:quia nominatiuus per
in efferri poteſt:vt Delphis delphinis,Eleuſis Eleuſinis,oppidi nomen:vt Salamis Salaminis, Actis A-
ctinis,&c.quia etiam dicimus Eleuſin,Salamin,Actin,teſtibus Priſciano & Seruio. Trachyn vel Tra-
Trachys. chys cum y Græco,Trachynis,eſt Bœotiæ vrbs:interpretatur aſpera.ſic Phorcys Phorcynis,proprium
Eleuſis. viri.& Arys Arynis, &c.Ouidius,Tempore quo nobis inita eſt cerealis Eleuſis. Dicitur etiam hæc
Eleuſina.Iuſtinus libro 5,Tyrannus Eleuſina emigrare iuſſerat.Ouidius 14.Metam.
-domine ſub imagine ſignum
Salamis. Seruat adhuc Salamis. Horatius primò Carminum, -Teucer Salamina patrémque Quū fugeret.

Dis,lis,dant itis,cum Samnis:iunge Quiritem.
Glis ſolum gliris.ſemis ſemiſſis habebit.

Lis. Quatuor in is habent itis penultima longa,Dis ditis,Lis litis,id eſt diſcordia.Litigare,litem agere.
Quiris. Samnis Samnitis,& quod in nominatiuo ſingulari vix inuenies,Quiris Quiritis,id eſt Romanus.Pru
Glis. dentius in nominatiuo dixit Samnitis.Indocti addunt nihili verba mephis,metis,hamis. Glis pro a-

nimali,glitis facit.glis glitis pro tenace terra:& glis gliſſis pro lapa,barbara ſunt:nec apud Priſcianũ, nec apud veterum quenquam reperta. Miror vnde expiſcatus ſit Alexander:quem hac in re Sulpitius Mancinellus pluréſque minus bene imitantur. Semis à ſemi & as(eſt enim dimidium aſſis) ſemiſſis facit. Semis pro dimidio non flectitur: & melius in i deſinit Semi,quo extra compoſitionem raro vtuntur,vt ſemicirculus. Semiſſis homo,id eſt vilis. Vatinius Ciceroni,Simul verò ſemiſſis homo cõtra me arma tulit. Sulpitius cum Alexandro dicit Sardis pro lapillo pretioſo,ſardinis facere,quod ego omiſi: quia apud doctos per ſecundam declinationem ſardus ſardi flectitur:non ſardis ſardinis,niſi ſemel in Apocalypſi,Qui ſedebat,ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis. Sardus autem,eſt lapillus rubri coloris,in Sardinia primùm repertus. Sunt qui Tirys Elmyſque in ys deſinere contendant,& facere genitiuos Tirynthos Elmynthos. De his dicam in ns. Is genitiui penultimam in creſcentibus corripit:vt Lapis lapidis. olim ſine creſcẽtia huius lapis dicebãt. vnde erat ablatiuus in i,lapi. Ennius,Occumbunt multi letum ferróque lapíque. Tolluntur in is quorum in etiam nominatiui terminatio eſt:vt delphis cum Pſophis Pſophidis,oppidi nomine:& Crenis Crenidis,nymphæ nomine:& lis,dis,Samnis,Quiris,glis,Simois,Pyrois. Semis compoſitio manifeſtat.

Semis. Sardis. Pſophis. Crenis.

o s Os ti interponit. Glos,mos,flos,ros facit oris.
Quod dedit or faciet veluti prius. oſſis os optat,
Os oris:cuſtos cuſtodis,bos bouis:ois
Thos,Minos,& Tros cupiunt:quibus additur heros.

Nomen in os facit genitiuum interponendo ſyllabam ti inter o & s,& ita facit otis:vt Cos cotis,ſacerdos ſacerdotis:ſic dos,nepos,Monoceros,id eſt vnicornis,beſtia in fronte cornu habens. Rhinoceros,animal in naſo cornu habens. Mart. Quæ nõ promiſit prælia rhinoceros? Idem,Et pueri naſum rhinocerotis habent. Calepinus dicit etiam dici monoceron, rhinoceron rhinocerontis,ſed in os hæc deſinere melius crediderim,& authoritate confirmabilius. AEgoceros ægocerotis, capricornus. Luca. Humidus ægoceros,nec plus leo tollitur vna. Icos icotis,id eſt probabilis propoſitio. Eiuſmodi declinationẽ habent quædam virorum propria:vt Phileros Philerotis. ſic Niceros,Eros,Ilos,Chryſeros, & plura. Excipiuntur à regula glos,mos,flos,ros,quæ faciunt oris:vt gloris. Glotis autem & gloſſis barbara ſunt,nec apud Priſcianum, nec apud veteres vſquã lecta. Flos floris. Mos moris,id eſt cõſuetudo. Ros roris. Habent etiam oris,quæ in os quoque deſinunt:vt Odos odoris. Plautus in Captiuis,Cuius odos ſub baſilica nos omnes adegit in forum. Colos coloris. Plinius lib.35, Glebis ſuus colos. Vapos,id eſt vapor,fumus ex humidis calefactis ſurgens,apud Lucretium & vetuſtiores legitur. Timos,id eſt timor,apud Marcellum. Lepos lepôris vel lepor,id eſt venuſtas & iucunditas in factis aut verbis. Lepidus,venuſtus,iucundus,facundus. Honos,id eſt honor. Cic. Honos alit artes. Arbos,id eſt arbor,licet Agretius differre putet. Virgil. Nũc omnis parturit arbos. Os oſſis, os oris,ſatis patent. veteres pro os oſſis dicebant oſſum vt pomũ,& oſſu vt cornu. Pacuuius, Oſſum inhumatum. Cuſtos cuſtodis,Bos bouis. Quædam Græca faciunt genitiuũ in ois:vt Thos thois, animal ex luporum genere,teſte Plinio. Minos Minois,Cretenſium rex fuit iuſtiſſimus. ideo à poetis dicitur eſſe animarum iudex. Tros Trois,fuit Troiæ rex:& capitur pro Troiano perſæpe apud Virgilium. Heros,homo nobiliſſimus,quales dicuntur fuiſſe Hercules, Hector,Perſeus. Talis fœmina dicitur Herois heroidis,vel Heroine heroines. Athos,dicitur aliquando Athois. dicitur etiam aliquando Athon Athonis,vt Minon Minonis. Salluſtius apud Priſcianum, Dædalus Minonis fugerat iram. Os otis & oris producuntur vndique,præter compos compotis,impos impotis, & arbos arboris. Cuſtodis producitur vt ois,veluti herois. Corripitur vero bouis.

Monoceros. Rhinoceros. AEgoceros. Icos. Mos. Odos. Colos. Vapos. Timos. Lepos. Honos. Arbos. Thos. Minos. Tros. Heros. Athos.

v s Vs tibi mittet oris. peius ceu peior habebit.

Vs facit oris penultima breui:vt Corpus corporis. Comparatiua faciunt oris,penultima longa,vt ea quæ in or deſinunt:veluti peius peioris,melius melioris. Exempla principalis regulæ pauciora ferme ſunt,quàm ea quæ excipiuntur:ſed quia parum interfuiſſet,nolui mutare regulam. Exempla itaque ſunt lepus léporis. Corpus,omne ſenſibile. Capitur pro carne. hinc corpulentus,id eſt carnoſus. Decus,honor. Dedecus,inhoneſtas. Littus,terra prope mare. Fœnus,pecuniæ lucrum. Aliquando pro quocũque lucro capitur. Frigus. Tempus etiam pro capitis parte. Virgilius,Caua tẽpora pulſat. Tempus,eſt ſuper aurẽ ex vtraque parte. Nemus,ſylua. Pectus,anterior pars animalis à gula vſque ad ventrem. Pignus pignoris,etiam facit pigneris,vt dicemus:vt fœnus fœnoris, & fœneris:ſed vtrunque rectius habet oris,vt ego opinor. Tergus,corium vel pellis. Virgilius, Tergora diripiunt coſtis,ac viſcera nudant. Tergum vero eſt dorſum. Facinus,id eſt factum ſiue bonum ſiue malum. Terentius,Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. Pecus pecoris,quando eſt neutri generis:fœminini generis,pecudis facit.

Corpus. Decus. Littus. Fœnus. Tempus. Nemus. Pectus. Tergus. Tergum. Facinus.

Dant eris hulcus, holus, vellus, Venus, & genus, atque
Viſcus, acus, fœdus, ſcelus, & cum pondere, vulnus,

Munus,onus,ſydus,latus,ac opus,& vetus addo,
Et funus,rudus.Sed oris vel eris dare pignus,
Vt fœnus dicunt:melius per oris fit vtrunque.

Hulcus. Holus. Vellus. Venus. Genus. Viſcus. Acus. Fœdus. Scelus. Pondus. Vulnus. Munus. Onus. Sydus. Latus. Opus. Funus. Rudus. Pignus. Glomus.

Quædam nomina in us,mutant us in eris penultima breui:vt Hulcus,collectio corrupti ſanguinis in corpore:aſpiratur:quia Græce helcos dicitur.Hulceroſus,hulceribus plenus.Hulcero,hulcus facio: exhulcero,id eſt lædo.Epiſtola tua animũ meum exhulcerauit. Holus,omnis herba ſatiua quæ in vſu cibario eſt.Nonius & Feſtus aſpirant.Holitor,id eſt hortulanus,& qui holera vendit. Holitorium, quod ad holera pertinet:vt Forum holitorium. Vellus velleris,pellis cũ lana, & ipſa lana. Venus, dea amoris. Genꝰ,progenies & rei modus vel qualitas:vt Genꝰ mortis,genus vitæ.Et Seneca, Summũ genus infœlicitatis eſt miſero,fuiſſe aliquando fœlicẽ.Hinc ſunt adiectiua ſecũdæ declinationis, Omnigenus,multigenus.Plinius lib.10,Multa hæc & multigena terreſtriũ volucrúmque vita. Viſcus proprie inteſtinum eſt:licet teſte Seruio etiam quæcunque caro dicatur inter oſſa & cutem.Viſceratio,de carnibus conuiuium.Euiſcero,viſcera extraho.Viſceratim,per viſcera.Ennius,Diſſipat viſceratim membra.Viſcus ſecundæ,id eſt glutinum. Acus,frumenti purgamentum.Aceroſus,plenus acere. Fœdus,id eſt pactum,& pax quæ fit inter dimicantes.Fœdero fœderas,fœdus facio.Fœdifragus,id eſt perfidus,qui fœdus ictum frangit. Scelus,graue peccatum.Sceleſtus & ſceleratus,valde malus.Scelero ſceleras,id eſt polluo. Pondus,quod graue eſt.Ponderoſus,grauis.Pondero ponderas,id eſt libro & examino. Vulnus,læſura & hians apertura corporis ictu facta. Vulnero,vulnus infero. Munus,id eſt donum. Munero vel muneror, id eſt munus do. Item munus, id eſt officium.Virgilius,Suſceptum perfice munus. Onus,pondus alicui iniunctum. Onero oneras,id eſt onus impono.Exonero,onus detraho.Onuſtus,id eſt oneratus.quidam aſpirant honus. Sydus, id eſt ſignum cæleſte ſtellis formatum:vt Aries,Andromeda,Hercules,&c. Differt ergo à ſtella, licet aliquando pro ſtella capiatur ſydus. Latus,quod intra alam eſt.ſed latus lata latum,eſt amplus: vt Lata domus.Dilato,id eſt latum facio. Opus,res facta:vt Carmen,eſt opus poetæ.Operor,id eſt opus facio. Opuſculum,paruũ opus. Funus, cadauer & exequiæ & mors. Funereus funerea funereum,ad funus pertinens.Funerale,quicquid ad exequias pertinet.Funebris,idem:vt Funebris pompa.Funero funeras,ſepelio.Funeſtus,pollutus,mortifer,cruentus.Funeſto,funere inquino:item polluo & cruento. Rudus, lapidum fruſta & ruinarum materies.Plinius,Solo fiſtucato inijcitur rudus. Rudero ruderas,rudus induco. vnde ruderatus,id eſt rudere plenus. Plinius, Agrum ruderatum amant roſæ.Erudero, id eſt effodio rudus. Pignus & fœnus habent oris vel eris teſte Priſciano:ſed melius oris ſicut corpus,pectus.Pignus,quod creditori datur vt ſit ſecurꝰ:& pignora per metaphoram filij dicuntur.Ouidius,Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres. Item pignus eſt quod deponitur apud ſequeſtrum.Virgilius,Tu dic mecum quo pignore certes.Pignero pigneras vel pignoro,id eſt rem pignori do.Suetonius de Vitellio,Ex aure matris detractum vnionem pignorauit ad itineris impenſas. Fœnus dictum eſt. Addunt aliqui glomus glomeris.Perottus dicit glomer glomeris. Ego id cum Nebriſſenſi omiſi:quia apud veteres non inuenio.Nam in Lucretio mendoſe legitur glomere,pro pondere:ſed dicitur glomus glomi,id eſt globus ex filo factus.Glomerare,eſt globum quencunque facere & aggregare.hinc agglomero agglomeras,id eſt applico,adiungo.Virgilius, Et lateri agglomerant noſtro.

Vris habet Tellus,veluti monoſyllaba.Grus,ſus
Dant uis.Intercus dat utis,Liguris Ligus optat.
Dat pecus hæc pecudis:loca Græca feruntur in untis.
Pus ortum dat odis.Incus,ſubſcus,palus,udis.
Vris fœmineum reliquum.laus fráuſque dat audis.

Tellus. Ius. Pus.

Tellus & monoſyllaba habent uris penultima longa:vt Tellus Telluris,id eſt dea terræ,& ipſa terra. Ius iuris,quod natura aut ciuitas aut gens iubet,& liquor eorum quæ coquuntur. hinc Iurulẽtus & iuſſulentus, iure plenus:vt Caro iurulenta,id eſt quæ cum iure apponitur.ſic Piſcis iurulentus.Apuleius oſtendit qualiter quiſque piſcium aſſus,aut iuſſulentus optime ſapiat. ſemper autem facit genitiuum iuris,non iutis aut iuſſis.Rus ruris,crus cruris,thus thuris,mus muris. Pus puris, ſanies & quicunque humor in putredinem verſus.Purulentus,ſanie plenus.Cornelius Nepos in vita Attici,Vt extremo tempore per lumbos fiſtulæ puris erumperent. Plinius,Ad puris & ſanguinis excreationes.Prudentius,Impreſſam penitus putredine pure pereſam.Eloquentiſſimus medicus Celſus frequenter declinat.Hos ego viros non verebor imitari contra fæcutinas grammaticorum traditiunculas,quanuis Priſcianus cum Phoca maluerit pus nõ flecti.Contra monoſyllaborum regulam grus gruis facit,& ſus ſuis. Intercus intercutis,Ligus Liguris,hæc pecus pecudis:in his penultima genitiui corripitur. Quædam Græca nomina locorum mittunt genitiuum in untis,vbi penultima

producitur poſitione,id eſt per duas conſonantes poſt vocalem:vt Opus Opūtis, Achaiæ oppidum. Opus.
Hydrus Hydruntis, alterius oppidi nomen. Lucanus reſpiciens ad hydrum ſerpentem,vnde oppidū Hydrus.
nomen habet,maſculine dixit, Arduus Hydrus. Cicero, Ad Hydruntem ludibundi peruenimus. Eodē
modo habent Anthemus,Ceraſus,Placus,Simus,Trapezus,Hiericus,Phicus,Philus,Amathus, Sip⁹,
& plura,vt ex hiſtoricis poetíſque cognoſces. Compoſita à pus,id eſt pes, Græca ſunt, & faciunt in
genitiuo podis penultima breui:vt Tripus tripodis. Tripos barbarum eſt,teſte Nebriſſenſi. OEdipus
OEdipodis. Mart. Qui legis OEdipodem caligantémque Thyeſtem. Dicitur etiam OEdipus OEdi-
pi. Plaut. in Pœnulo, Iſti orationi OEdipo opus eſt coniectore. dicitur etiam per primam OEdipodes OEdipodes.
OEdipodæ. Papin. 1. Theb. OEdipodæ cōfuſa domus. Beroaldus legit OEdipodos. In eodem, Merſe-
tat æterna damnatū morte pudorē OEdipodes. Melampus Melampodis,&c. Tria faciunt udis
penultima longa: Incus incudis, ſubſcus ſubſcudis. Cato de re ruſtica, Subſcudes ilignas adindito.

PALVS paludis. In (palus) hic poſteriorē corripui, aut s literam veterum more interemi, Horatiū
imitatus: quod extra carmen de præceptis grammaticæ nollem: hic autem interdum cogimur eſſe du-
ri, quia ornari res ipſa negat, contenta doceri. Reliqua in us fœminini generis faciunt utis penulti-
ma longa:vt Virtus virtutis. ſic ſalus, iuuentus,&c. Quantitas omnium ex dictis liquet. Fraus frau
dis, laus laudis. At Emaus, caſtelli Iudaici nomen, triſyllabu eſt,& declinatur à Plinio vt dominus, Emaus.
ſicut notauit doctiſſimus grammaticus Hermannus Torrentinus.

B S Vult i ſeri medio(b,p,ſi præit s)genitiui.

P S Nomen in bs,aut ps,facit genitiuum interponendo inter bs,aut ps, vocalem i:vt Trabs trabis. Le- Lelaps.
laps Lelapis, canis nomen apud Ouidiū: apud quem accuſatiuus eſt Lelapa. Stips ſtipis, nūmulus. Stips.
Pauper mendicat ſtipem. Quatuor aſpirationem in obliquis ſumunt:vt Gryps gryphis, cinnyps cin-
nyphis, hinc cinnyphius. catelips catelphis, ſciraps ſciraphis, teſte Georgio Valla.

E per i mutabunt polyſyllaba: dat cupis auceps.

Polyſyllaba habentia e ante bs,aut ps, mutant e in i breue in genitiuo:vt Cælebs cælibis, princeps
principis. ſecus eſt de monoſyllabis, vt ſeps ſepis. Auceps autem facit aucupis, & eſt qui aues capit. Auceps.
Horatius, Et veluti merulis intentus decidit auceps. Aucupor, aues capio. Canis aucuparius, quo au-
ceps vtitur. Olim nominatiuus erat aucupes.

Dic hyemis, pultis, capitis. Cipitis dabo proli.

Hyemis, pultis, capitis, genitiui ſunt ab hyems, puls, caput. Compoſita à caput faciunt cipitis, ſiue in
t deſinant, vt ſinciput, occiput, cipitis: ſiue in ps, vt anceps ancipitis, biceps bicipitis, præceps præcipi- Anceps.
tis, triceps, centiceps,&c. Anceps, eſt dubius vel incertus. Horat. Ius anceps noui, cauſas defendere
poſſum. Anceps gladius, id eſt vtrinque ſcindens. Præceps, in caput deorſum cadens, aut inconſy- Præceps.
deratus, & nimium feſtinus. Præcipitare, eſt deijcere, aut nimis propere aut inconſyderate agere. Olim
nominatiui ſingulares in es deſinebant, vt præcipes, ancipes. & obliqui ſine creſcentia efferebantur, vt
ancipis, bicipis,&c. Plautus in Commorientibus, Saliam in puteum præcipes. Idem in Rudente, Pòſt
altrinſecus eſt ſecuricula ancipes. Ennius, Occumbunt multi letum ferróque lapíque,
Aut intra muros, aut extra præcipe caſu. Omnia in bs,& ps, cum hyems & caput, corripiunt in ge-
nitiuo penultimam, præter plebs, ſeps, gryps, cyclops, hydrops, conops, Europs, Cercops, & quod va- Plebs.
riatur Dolops. Plebs, ignobilior pars populi. Plebes, idem. Lucanus, Neſcit plebes ieiuna timere. Cyclops.
Seps vel ſepes alibi dictum. Cyclops, gigas vnoculus. Hydrops, aqua intercus. Hydropicus, qui Hydrops.
hydrope laborat. Conops, id eſt culex. hinc Conopeum, velum ad arcendum culices à lecto: pro quo Conops.
vulgus male canopeum in ſacris legit. Europs & Dolops ſunt virorum propria. Cercops, popu- Europs.
li nomen quem in ſimias Iupiter mutauit, vt ait Ouidius. Dolops.

N S Ns aut rs, s demens, tis dabis apte. Cercops.

R S Nomina in ns, aut in rs, faciunt genitiuum dempta s,& addita tis:vt Animans animantis, Picens Picens.
Picentis, populi nomen. Aruns Aruntis, nō (vt Sulpitius voluit) Aruncis. Ars artis,&c. Duo ſumūt
aſpirationē in obliquis:vt Tiryns Tirynthis: vnde Tirynthius, id eſt Hercules. & Elmyns elmynthis, Elmyns.
vermiculus in vtero puerorum. Ita docet Priſcianus & Moſcopylus, antiquiſſimus grammaticus. Fe-
rettus in ys non in ns deſinere putat, quia teſte Seruio (vt ait) nullum nomen Græcum deſinit in ns.

Dis vult glans, nefrens, capitis lens, & folium frons,
Libráque cum pendo, & quod cor faciet tibi nomen.
Vntis habeto quiens & iens: legem ambio ſpernit.

Pauca habent dis, vt Glans glandis, vtcunque capias ſiue pro arboris fructu, ſiue pro globo plum Glans.
beo, aut pro colli tubere. Vnde glandium, eſt ceruix porcina: quia in illa ſunt multæ glandes, non (vt
barbari dicunt) glantes. ſic compoſitum eius Iuglans iuglandis facit: dicitur quaſi Iouis glans, magna
nux quæ vulgo apud nos in magnis arboribus creſcit. A glans diminutiuum eſt glandula. Itē glans
eſt ſumma pars colis vel mētulæ, præputiū pellis quæ illam tegit. Inuentus eſt nominatiuus glandis.

Lens. Lentigo. Frons. Libripens. Vecors. Quiens. Iens.

Nefrens nefrendis. Lens lendis,pro pediculi pullo,teſte Priſciano. Serenus,Vnda maris lendes capitis deducit iniquas. At pro legumine quodam,lens lentis dicimus. diminutiuum eſt lenticula: quod etiam ſignificat vaſculum cui imponitur oleum,aut quid tale. Lentigo,macula faciei ad lentis ſimilitudinem. Lentiginoſus,qui tales maculas habet:vt Lendinoſus,cui multæ ſunt lendes. Frõs frondis,folium eſt:frons frõtis,capitis pars anterior à radice capillorum vſque ſupercilia:metaphorice pro pudore ſumitur,& aliquando ad inanimata tranſfertur. Libripens libripendis,à libra & pendo pro pondero,eſt ſtipis ponderandæ penſator. Andronicus apud Priſcianum, Impubis libripens eſſe non poteſt. Compoſita à cor,miſericors miſericordis,concors,diſcors,excors,& vecors, id eſt ſtultus. Vecordia,ſtultitia. Olim nominatiui erant miſericordis,vecordis,vt frondis. Põponius,Blanda,fallax,impotens,ſuperba,diſcordis. Quiens queuntis,qui quit,id eſt poteſt. Nequiens,qui nequit,nequeuntis facit. Iens euntis:ſic rediens redeuntis,&c. ſed ambiens ambientis facit cõtra legem compoſitorum. ſic gerundia ſunt eundi eundo eundum,abeundi,redeundi,&c. Plautus tamen teſte Priſciano abiendi dixit in Amphitryone,Abiendi etiam tibi nunc occaſio eſt. Iens nuſquam nominatiuum reperiri niſi in compoſitis quidam arbitrantur:ſed fallũtur. Cic. lib. 16. ad Atticum,in principio primæ epiſtolæ,Nonis Quintilibus veni in Puteolanum iens ad Brutum. Compoſita ab vncia Priſcianus iure omiſit:neque enim in ns deſinunt,ſed in nx:vt Septunx,non ſeptuns contra Neotericos quoſdam. Superbiens ſuperbientis facit,vt audiens:licet ab eo is aliquo modo deriuetur.

X in cis muto:per gis lex,frux,aquilex,rex,
Grex,remex flecto.cum Græcis addito multis
Impetigem. Coniunx n tollens coniugis edet.

Merx. Radix. Perdix. Ibix. Pollux. Lex. Frux. Aquilex. Remex. Impetix. Coniunx. Sphynx.

Nomẽ terminatum in x,mutat x in cis in genitiuo:vt Arx arcis,merx mercis. Plautus,Proba merx facile emptorem reperit. Hinc mercor mercaris,id eſt emo. Radix radicis,pars arboris,aut herbæ,aut fruticis in terra:diminutiuum eſt radicula. Radico radicas,radicem facio. Eradico,radicem extraho aut tollo. Perdix,auis nota. Ibix,genus ſylueſtris capræ. Pollux,viri proprium,vt Cæyx. Excipiuntur à regula quæ gis pro cis faciunt:vt Lex legis,ius ſcriptum. ſic exlex,illex. Frux frugis,quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Varro,Frux,legumen,triticum. Auſonius,Antè equidem cãpis quàm ſpicea ſuppeteret frux. Feſtus,Pãtices,frux ventris,id eſt pinguitudo. Aquilex aquilegis,id eſt putearius,id eſt qui putei effodiendi certis in locis rationem habet. Varro,Hoc pacto vtilior Thuſcus aquilex. Seneca lib. 3. nat. Sudorem aquileges vocant. Aquilegiũ,aquæ collectio. Plautus,Si pluet, aquilegio me iuuabo. Rex regis,grex gregis. Remex remigis, qui remigat,id eſt remos agit. Remus,eſt inſtrumentum quo nauis agitur:& lorum quod continet tubam teſte Seruio. Remigium,remorum agitatio. Curtius,Remex militis officia turbabat. Hunc nominatiuum apud Serenum etiam inuenies:nec verere vti. Impetix,id eſt impetigo mentagráque ab impetendo,vel ab impetu,eſt fœdatio corporis,ſcilicet ſcabies ſicca & aſpera,&c. quia plura genera ſunt. Coniunx coniugis,n habet nominatiuus teſte Priſciano,quam genitiuus abijcit. Sunt qui nominatiuum coniux ſine n ante x debere ſcribi contendunt. Sumũt etiam gis plurima Græca,quæ gos etiã habere poſſunt,ſi Græce velis declinare: vt Sphynx ſphyngis vel ſphyngos,animal piloſum, ſimile homini. Poetæ dicunt fuiſſe monſtrum habens faciem virginis,pennas auium,pedes leonis:quod ſtans apud Thebas in alto colle, tranſeũtes interrogabat hoc ænigma,Quod animal eſt mane quadrupes,meridie bipes,veſpere tripes? Omnes neſcientes id ſoluere necabat. Id poſtremum OEdipus diſſoluit, oſtendens hoc animal eſſe hominem. quamobrem indignata ſphynx ſe præcipitauit. Hinc omne ſolutu difficile ſphyngis ænigma dicitur:& qui difficilia facile ſoluit,appellatur OEdipus.

Phalanx. Sirynx. Oryx. Iapix. Iapyx. Styx. Strix. Phryx. Lelex. Allobrox. Biturix. Ortyx. Dioryx. Maſtix. Meninx. Pompholyx. Iazys. Iynx.

Phalanx phalangis,id eſt exercitus,& regula continens libram vel lances, & genus aranei. & phalanges etiam ſunt digitorum internodia.

Sirynx,id eſt fiſtula,& nympha in arundinem verſa,vt Ouidius fabulatur. Oryx,quoddam animal in deſertis,& præſertim in Getulia. eſt ex caprarum genere,contrario veſtitur pilo,& ad caput verſo.

Iapix,ventus quidam,cum i noſtro vtrobique iapigis. Iapyx cum y Græco,in tertia Iapygis, viri nomen:vnde Iapygia,regio nomen habet. Styx,palus infernalis & filia oceani. Strix ſtrigis,auis nocturna & importuna. Græcum eſſe oſtendit nominatiuus vel accuſatiuus pluralis ſtriges habens es correptum. Strix etiam mulier incantatrix quæ pueros faſcinat. Et ſtriges Calepinus dicit etiam eſſe vilia holera. Phryx Phrygis,id eſt Troianus. Lelex,viri & populi propriũ. Allobrox,populus Galliæ qui Delphinas nunc dicitur. Biturix,alius populus Galliæ. Ortyx,id eſt coturnix, vulgo qualea dicitur. Dioryx diorygis,foſſa manu facta,vel alueus,teſte Hermolao in quartum Plinij. Vtitur hac vocula Pomponius Mela. Maſtix,pro flagello. at pro gummi, maſtichis facit aſſumpta aſpiratione,vt Nebriſſenſis docuit,oſtẽdens idem fieri in onyx onychis,& ſardonyx ſardonychis. Meninx meningis,cerebri pannicula,& Lotophagorum terra,& ad quam diuertit Vlyſſes nympha. Sillius libro 3, -ſpectatus Marte Coaſpes
Neritia meninge ſatus. Pompholyx pompholygis,id eſt ſcoria. Hiſpanicè atutia dicitur teſte Nebriſſenſi. Iazyx Iazygis,populus ſeptentrionalis. Iynx iyngis,auiculæ nomen. Aux augis,neote-

ricum & barbarum eſt. qui recte loquuntur, non augem, ſed apſidem dicunt. Orgentorix, viri proprium, vt Bœorix, Dunnorix, Ambiorix, Vercingentorix, Exoredorix, & plura tam propria quàm appellatiua apud Græcos genitiuum in gis faciunt.

Orgentorix.

E per i mutabunt polyſyllaba: quam retinebunt
Myrmex, & veruex, aquilex, halexque, reſexque,
Atque lelex, celex. Tilis optat habere ſupellex.
Dic ſenis & noctis, niuis. actis paucula ſeruant:
Teſtis Hylax. Solúmque Briax formatur in axis.

Polyſyllaba in ex, mutant e in i in genitiuo: vt Remex remigis. Apex apicis, id eſt rei ſummitas: vt Apex literæ, galeri, &c. Apex ſcientiæ. Apiculus vel apiculũ, paruus apex. Vertex, montis aut capitis ſummitas. Vortex, contorta aquarum inuolutio. Caudex, trũcus ſiue prima pars arboris cui radices adhærent. Codex, idẽ, & liber vel tabula. Podex, id eſt culus. ſic culex, pulex, cortex, &c. Monoſyllaba retinent e, vt lex, rex. Nex, id eſt mors. Tullius, Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? Pauca polyſyllaba etiam retinent e, vt Myrmex myrmecis, ſerui nomẽ apud Apuleiũ lib. 9. Metam. Veruex, caſtratus aries, barbare muto dicitur. Iuuen. Veruecis labra comedit. Aquilex aquilegis, halex halecis. Reſex reſecis, id eſt ſubſidiarius palmes apud Columellã lib. 3, Nam confiteor pampinarios quoque, quũ è duro prorepſerunt, tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideo in reſecẽ ſummitti vt progenerare poſſit. verum eiuſmodi partum comperimus non tam ipſius reſecis quàm materni eſſe muneris. Lelex lelegis. Celex Celêcis, penultima longa, fluuij nomẽ. author mihi Hermolaus in ſextum Plinij, capite primo. Supellex, duplex crementũ habet, facítque ſupellectilis. olim nominatiuus erat hæc ſupellectilis, teſte Priſciano, & hoc ſupellectile. vnde dicunt mãſiſſe plurale ſupellectilia. Senex ſenis, pro ſenicis: quo vſus eſt Plautus teſte Priſciano. Nox noctis, Græci dicunt nyx nyctos. Pauca Græca faciunt actis, vt Hylax Hylactis, canis nomen. Aſtyanax, Hectoris filius. Virgil. Puerum Aſtyanacta trahebat. Hipponax Hipponactis, poetæ Græci nomen. Plin. lib. 36, Hipponax indignatus. Ibidem, Hipponactis ætate poetæ. Bibrax Bibractis, oppidũ Galliæ, apud Cæſarem. Talia plura ſunt apud Græcos. vnum inuenio habere axis, Briax Briaxis, teſte Nebriſſenſi. Plin. lib. 36, A ſeptẽtrione celauit Briax. dicitur etiam hic Briaxis: vnde eſt accuſatiuus in im. In eodem, Scopax habuit æmulos Briaxim & Timotheum.

Apex. Vertex. Vortex. Caudex. Podex. Nex. Myrmex. Veruex. Reſex. Celex. Hylax. Aſtyanax. Hipponax. Bibrax.

Nomina in x, producũt in genitiuo penultimam: vt Thorax thoracis, Lodix lodicis terminatur vt radix, teſte Priſciano: nec vnquam lodex dicitur. Pollio, teſte Quintiliano, maſculino genere hos lodices protulit: quem nemo ſecutus eſt, vt idem ait. Errauit igitur manifeſte Alexander. Ferox ferocis, animoſus & atrox, id eſt crudelis. Corripiũt reliqua in ex, niſi vibex viblcis, & quæ e retinẽt quatuor hæc, myrmex, veruex, halex, celex. Item corripiunt fax, abax, Colax, paraſiti nomen: ſmilax, Candax, mulieris & regionis nomen: dropax, athax, anthrax, ſtorax vel ſtyrax, onyx, ſardonyx, maſtyx, pix: Pharnax, viri proprium: illix, fœnix, calix, coxendix: Hiſtrix, id eſt ericius fœminini generis: licet Torrentinus maſculinis annumeret: cilix, varix, erix. Nux, arbor & fructus habens durum operimentum. Iuuen. Annoſam ſi forte nucem deiecerit eurus. Nucula, parua nux. Nucleus, molle in nuce quod comeditur.

Filix, herba quædam. Piſtrix tam pro belua marina & cæleſti ſigno, quàm pro muliere piſcéve: melius pro duci oſtendimus in Arte verſificatoria. Nex necis. Nix niuis: olim ninguis genitiuus erat. Apuleius in Hermagora, Aſpera hyems erat, omnia ningue canebant. Crux crucis, id eſt pœna. Cruciare, eſt pœna afficere. Dux ducis. ſic redux, irredux, tradux. Trux, id eſt crudelis. Salix, arbor.

Præcox, ante tempus maturus. Celox. Natrix pro ſerpente ſolum. Cappadox, populi nomen.

Volunx, viri proprium teſte Priſciano. apud Sillium lib. 5, Occumbis generoſe Volunx. Video ſic deſinere vt deunx. Bebryx, populi nomen: & Syphax, viri proprium, genitiui penultimam variant. omnia in Arte verſificatoria patent.

Lodix. Ferox. Penultima correpta. Colax. Candax. Pharnax. Hiſtrix. Nux. Filix. Piſtrix. Nix. Crux. Trux. Salix. Præcox. Natrix. Cappadox. Volunx. Bebryx. Siphax.

Tertius i præbet. Quartus fit in em tibi caſus.

Datiuus fit in i, accuſatiuus in em: vt huic pani, hunc panem. Datiuus Græcus aliquando corripitur. Papinius, Palladi littoreæ celebrabat ſcyros honorum
Forte diem. De hoc plura dixi in Verſificatoria.

Creſcentem Græci per a quartum ſæpe dedere.

Nomina Græca creſcentia, accuſatiuum ſimiliter creſcentem ſæpe in a faciunt: vt Pan Panos Pana. non auſim à Pan panem dicere: nec à delphin delphinem: ſed potius delphina. ſic Pæana à pæan. Cicero etiam pæanem dixit. Lichen lichena, dæmon dæmona. Baptiſta ab Dauid Dauida facit accuſatiuum. ſiren ſirena, aer aera, crater cratera, martyr martyra, Hectora, Caſtora, Neſtora, Giganta, Arcada, Pallada, magneta, Thaida, Laida, pyxida, Simoenta, pyroenta, heroa, Amathunta, OEdipoda, Chremeta, Lelapa, ſirynga, thoraca, æthera, & cætera, quorum pleraque accuſatiuum etiã per em finire inueniuntur: vt Chremetem, Dareta vel Daretem, vel (quia aliquando non creſcunt) Chremem, Da-

rem:& more Græco per n literam Daren vt Moyſen. Etheoclea,Diomedea,Empedoclea potius ſunt à nominatitiis in eus,quàm à nominatiuis in es:quia(vt dixi)quædam ſine diſcrimine reperiuntur in eus per ſecundā,vel in es per tertiā deſinere:vt Vlyſſeus,vnde genitiuus eſt Vlyſſei:vel Vlyſſes,vnde eſt genitiuus Vlyſſis. Diomedes facit etiā accuſatiuū ablatiuo ſimilem Diomede more Græco, teſte Seruio. Virg.II.AEneid.Vidimus ô ciues Diomede Argiuáque caſtra.In hunc verſum ſuper hac re multa dicit Seruius. Martialis,Pallada prætereo res agit illa tuas. Virgilius,Volat illa per aera magnum. Nolo teſtimonijs notiſſimis immorari.Accuſatiuus vertitur aliquando in nominatiuū primæ fœminini generis:vt hæc hebdomas,hāc hebdomada:hæc hebdomada,hebdomadæ:ſic æthera,lampada,cratera.Plautus,Tene hanc lampadā.Apuleius,Prima cratera ad ſitim pertinet,ſecunda ad hilaritatem,tertia ad voluptatem,quarta ad inſaniam.Nolito primus ſimilia efficere.

Im dant vis,cucumis,rauis,tuſſis,ſitis,atque
Plurima Græca quibus rectus fit in is:ſed & in dant.

Rauis. Pauca nomina habent ſolū im:vt Vim,cucumim. Rauis rauim,id eſt raucitas,vel raucedo.Plautus in Aulul. Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimū: Vbi ſiquid poſcamus,ad rauim poſcamus prius
Tuſſis. Quàm quicquā detur? Tuſſis tuſſim,Τουτ.hæc ſi continue vexet,à Seneca Pertuſſis vocatur. Tuſſire,
Pertuſſis. tuſſim emittere. Tuſſilago,herba quæ tuſſim ſedat. Plin. Tuſſilago vbi naſcitur,ſubeſſe aquas credūt,
Tuſſilago. hoc habent ſignū aquileges,olent. Sitis,id eſt bibendi deſyderiū. Sitio ſitis,cupio bibere. Sitibundus,
Sitis. multum ſitiens. Sitis capitur pro vehementi deſyderio,vt Sitis habendi. Im quoque habent plurima Græca,quæ etiam per n literam in faciunt.Solum autem nomen in is deſinens,poteſt accuſatiuum facere per im vel per in.Sed & hoc adde,accuſatiuum per im vel in nunquam creſcere,licet genitiuus ali
Araris. quando creſcat,vt Araris,nomē fluuij,accuſatiuo Ararim.Arar autem Ararem vel Arara facere debet: ſed in vſu ſolum eſt Ararim ab Araris.Virg.Aut Ararim Parthus bibet,aut Germania Tigrim. Alexis,Alexim vel Alexin.Sic propria virorum multa,vt Daphnis,Paris,Adonis. Quædā nomina mulierum,vt Iſis,Chryſis,Miſis. Quædā nomina fluuiorū,vt Phaſis,Tybris vel Tyberis,Albis:ſed Iordanis em ſolū facit. Quædā deorū dearúmq;,vt Apis,Buſiris,Oſiris,Iſis,Nemeſis. Quædā figurarū,
Magydaris. vt Tmeſis,prolepſis,ſyllepſis,&c. Plurima appellatiua,vt Magydaris vel magudaris,herba quædā,ſci
Charybdis. licet laſerpitiū vel laſerpitij ſuccus teſte Plinio. Charybdis, locus maris inter Italiā & Siciliā periculo-
Phthiſis. ſus. Phthiſis,pulmonis exulceratio.Phthiſicus,phthiſi laborans. Pleureſis aut pleuretis,morb⁹ late
Pleureſis. ris acutus cū febri & tuſſi.Pleuretic⁹,qui pleureſi laborat. Diœceſis,gubernatio vel regimē. Polis,id
Diœceſis. eſt vrbs.hinc Tripolis,oppidū vel regiuncula tres ciuitates ſub ſe habens. Metropolis,præcipuum re-
Polis. gionis oppidū,quaſi mater oppidorū. Decapolis,regio decē ciuitatū. Syrtis cum multis declaratum
Tripolis. eſt. Eclipſis,defectus. Iris,arcus cæleſtis. Hypocriſis,ſimulatio vel fictio.Hypocrita,ſimulator. Erin
Metropolis. nys,infernalis furia. Tigris,tam pro animali quàm pro fluuio. Mephitis,terræ putor. Amuſſis,fa
Decapolis. brorum regula ad dirigenda ligna vel ſaxa. ſic multa alia:veluti quorum genitiuus exit in ios vel eos:
Eclipſis. inter quæ plura iam dicta connumerantur cum geneſis,hæreſis, poeſis,ſyntaxis,&c. Opis,nymphæ
Iris. nomen,Opim facit:at Ops pro Saturni vxore,Opē facere debet.Virg.in II.AEneid.Velocē interea ſu-
Hypocriſis. peris è ſedib⁹ Opim. Ouid.Et fletu madidis Ibin adite genis. Virg.Daphnin ad aſtra feremus,amauit
Erinnys. nos quoque Daphnis.Ouid.Irin ad Herſiliā deſcēdere limite curuo. Itē,Acin amas,præferſque meis
Tigris. amplexibus Acin.Acis,viri & fluuij nomen. Sic hæreſis facit per n hæreſin apud diuū Cyprianum .ſic
Mephitis. Tethys,Tethyn,&c. Multa eorum quæ dis in genitiuo habent, faciunt accuſatiuum creſcentem in
Amuſſis. da vel in dem: & accuſatiuum ſine creſcentia in im vel in. Admodum diligenter doctiſſimorū vſus in
Opis. hac re imitandus eſt potius quàm gramaticorū ratiunculæ:vt enim Daphnida raró inuenies,ita(quan
Acis. tum notare potui)nunquam Thain,Lain reperies:ſed ſemper Thaida,Laida:quod fortè ideo cōtingit, quia quædam nomina in is faciunt genitiuum ſimilem nominatiuo,vel in dis:hinc volunt eſſe accuſatiuum in dem vel in da:illinc verò per im vel in.Thais autē & Lais cum pluribus,faciunt genitiuum ſemper in dis: ergo etiam accuſatiuum ſemper in da vel dem. Ita quidam ratiocinantur. Paris itaque
Eupolis. huius Paris,hunc Parim vel Parin:aut huius Paridis,hunc Paridem vel Parida.Sic Eupolis,proprium
Aulis. viri. Aulis,oppidi & portus nomen:& alia innumera.

Em dat & im buris,peluis cum claue,ſecuris,
Et puppis,turris,reſtis:ſic febris,aqualis:
Sic peſtis,nauis,torquis:coniunge bipennim.

Buris. Quædam habēt em vel im,vt Buris & peluis:teſte Sulpitio rectius habēt im,vt Peluim,burim. Buris,eſt aratri cauda,quæ etiā bura dicitur.Virg.lib.I.Georg.Cōtinuo in ſyluis magna vi flexa domatur In burim.Varro lib.I.de re ruſtica, Et ſæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Buris etiā eſt Achaiæ oppidū. & ſic accuſatiuus eſt Burim vel Burin. Ouid.15.Metamor. Si quærant Helicen & Bu-
Peluis. rim Achaidas vrbes.Etiam eſt proprium viri,& ſimiliter facit. Peluis,vas in quo perluim⁹,id eſt lauamus. Clauis clauim vel clauem,teſte Sergio(licet Donatus dicat ſolum per tertiā vocalē clauim habere) quia facit ablatiuū tam in e quàm in i,vt Nauis & puppis:quæ Donatus ſimiliter ſolū im habe-

re dicit:Sergius etiam em. Securis,ferramẽtum quo ſecamus: ſecuricula, parua ſecuris. Securus ſecu- Securis.
ra ſecurũ,intrepidus,ſine cura. Puppis,vltima pars nauis:& pro naui capitur. Peſtis additur à do- Puppis.
ctiſſimo noſtro Iodoco Badio. Sæpius peſtem quàm peſtim dicimus,id eſt peſtilẽtia. Bipẽnis,ſecuris Bipennis.
vtrinque ſcindens,bipennim vel bipẽnem teſte Sulpitio. Febris teſte eodẽ cum Nebriſſenſi. Aqua- Aqualis.
lis. Plautus, Datin' iſti ſellam vbi aſſideat cito, & aqualim cũ aqua? Torquis,torquim,& torquẽ:tor
ques autem torquem ſolum. Neutra per generalẽ regulam noſcuntur: vt accuſatiuo hoc corpus, hoc
animal,&c. Vocatiuus nominatiuo ſimilis eſt, vt homo, per regulam Eſt primo quintus ſimilis. Ex
Græcis multa in s terminata,in vocatiuo abijciunt literam s·vt Pallas Pallantis,ô Palla,Euandri filius.
Virgil. Non hæc ô Palla dederas promiſſa parenti. Pallas Palladis, id eſt Minerua,ô Palla. Achilles, ô Pallas.
Achille. ſic ô Vlyſſe,ô Chreme,ô Herme. Aliquãdo ſeruatur s,Iohannes,&c. Melampus,ô Melãpu:
Paris,ô Pari: Colchis,ô Colchi,quæ eſt ex regione Colcho: vt Medea fuit Colchis. genitiuus eſt Col- Colchis.
chidis. vt Thebais Thebaidis,ô Thebai, mulier Thebana, & regio AEgypti,& opus Papinij de rebus Thebais.
Thebanorũ. Sic Amaryllis,ô Amarylli: Phyllis,ô Phylli: Miſis,ô Miſi: Mœris,ô Mœri: Tiphys,ô Ti-
phy: Atys,ô Aty: Adonis,ô Adoni: Alexis,ô Alexi:& ſimilia hominum propria. ſic ô Tybri, ô Phaſi,ô
Tanai,&c. Aliquando retinent s,ô Pari,vel ô Paris,&c. Ouid. Quàm cuperes patria Colchi manere
domo. Idem, Tempus Atla veniet. Idem, Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille? Terentius, Quid di-
xit Chreme? Papinius 3. Thebaidos, -illum venerande Melampu
Qui cadit agnoſco. Ouidius, Qui ſapiant oculos an Paris vnus habes? Vnus pro ſolus elegãter hîc ſu
mitur. Nunc ablatiuum enucleemus,qui vel in e deſinit,vel in i,vel in e & in i.

Sextus e donabit,ceu pauper,ſoſpes & hoſpes.
Mobilibus reliquis e vel i dabo:plus cape pluri.
Quòd ſi ſit neutrum per e,tantum ſextus in i fit,
Vt dulcis dulci:per e dat quandoque poeta.

Alatiuus in e deſinit, vt Veſper veſpere,lux luce,tẽpus tẽpore,rus rure. Veſperi,luci,tempori venio,
aduerbia ſunt non ablatiui. Item ſacerdos ſacerdote nunquã ſacerdoti,vt cuſtos cuſtode. author Dio-
medes. In Donato mendoſe legitur ab hoc & ab hac ſacerdote vel ſacerdoti, pauper paupere, ſoſpes
ſoſpite,hoſpes hoſpite. Pauper & ſoſpes adiectiua ſunt, propter quæ pono regulã generalem quæ eſt
prima exceptio à prædicta regula, Omnia adiectiua,præter pauper & ſoſpes, faciũt ablatiuum in e vel
in i: vt Degenere vel degeneri,hubere vel huberi,&c. niſi neutrũ habuerint per e: tũc enim ablatiuum
ſolum in i mittunt, vt hic & hæc dulcis,fortis,mitis:& hoc dulce,forte,mite: ablatiuo dulci,forti,miti.
Hic campeſter,hæc campeſtris,hoc campeſtre: ablatiuo campeſtri. ſic ſimilia. Poetæ tamen metri cauſa
quandoque e pro i ponunt. Ouid. 15. Metamorph.
-finem ſpecie cæleſte reſumpta
Luctibus impoſuit. Idẽ 3. Faſtorũ, Amne perenne latens Anna Perenna vocor. Idẽ in epiſtola Paridis, Perenne.
Hoc mihi (nam recolo) fore vt à cæleſte ſagitta
Figar,erat verũ vaticinata ſoror. Alibi bimeſtre pro bimeſtri poſuit: quæ omnia notanda,non imitan
da ſunt,niſi parcè in carmine à doctiſſimo,qualis fuit Ouidius: vt illud quoque apud Virgiliũ 6. AE-
neid. Gaudet cognomine terra. pro cognomini,à cognominis,id eſt eiuſdem nominis. author Seruius.
Redeo nunc ad priorem partem regulæ adiectiuorum: in qua probandum mihi eſt quædam e & i ha
bere,quæ plurimi e tantum habere putauerunt. Lucanus, Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte. Ta- Degeneri.
citus, Prece haud degeneri motus alleuat ſupplicem. Seneca, Et omne quicquid huberi cingit ſolo. ver Huberi.
ſus eſt iambicus trimeter ineptus niſi huberi legatur. Sueton. in Claudio, Admonebat vt huberi vinea-
rum prouentu bene dolia picarentur. Pſalmographus, Adhuc multiplicabuntur in ſenecta huberi.
Iuuenalis, Intrabat veteri calidum centone lupanar. Papinius 11. Thebaid.
-veteri ſtat ſordida tabo
Vtraque canities. Cic. apud Priſcianũ, Ex familia veteri & illuſtri. Suet. in Tito, Ex licẽtia veteri. ſic alij Veteri.
plurimi nunc vetere,nunc veteri dixerunt. Papin. lib. 1. Achil. Qualiter artifici iuncturæ pollice ceræ Artifici.
Accipiunt formas. Iuuen. Conſtat leuiori bellua ſumptu. Lucanus in 7, Leuiori.
Viſque reuulſa ſolo maiori pondere preſſum Maiori.
Signiferi merſere caput. Memor, melius memori q̃ memore facit: quia olim teſte Priſciano dicebant Memori.
hic & hæc memoris & hoc memore. Sic adiectiua in as ſæpius habẽt i: quia olim etiã deſinebãt in is &
in e. nunc Aquinas,noſtras,&c. olim Aquinatis,noſtratis: Aquinate,noſtrate. ergo hic hæc hoc Arpi-
nas, Aquinas,noſtras,veſtras,cuias,Fidenas,&c. ablatiuo Arpinati,& aliquãdo etiã Arpinate,&c. teſte Arpinas.
Priſciano. ſed ablatiuus Arpinate, Aquinate adeo poeticus eſt, vt Philelphus in prima epiſtola lib. 26.
carpſerit Leodriſium Cribellũ,quòd Tollẽtinate in ablatiuo ſcripſerat: neſcio an ſatis iuſte. nam apud
Liuium frequenter reperio in agro Antiate, Priuernate,&c. Arcas, Arcade ſolum facit,quia ſubſtanti-
uum eſt: vt Vltrix,victrix,lotrix,&c. vltrix tamen & victrix in obliquis ſumuntur quãdoque adiectiue:
& ſic habent vltrice vel vltrici,victrice vel victrici,per adiectiuorum regulam. Ouidius,

Victima quæ cecidit dextra victrice vocatur,

Hoſtibus à domitis hoſtia nomẽ habet. Lucanus, In ſua victrici cõuerſum viſcera dextra. Diuite vel
Dis. diuiti, terete vel tereti, prudente vel prudenti, &c. Dis adiectiuum diti tantum, quia neutrum facit dite.
Subſtantiua Dis pro Plutone ſolũ Dite. Notanda eſt Seruij & Priſciani regula: Subſtãtiua adiectiuis penitus ſimi-
ex adiectiuis. lia, ſeruant e tantum: vt Iuuenalis, Martialis, Fœlix, Clemens, Laterenſis, Salutaris, & ſimilia virorũ pro-
pria. Martialis, Cum Iuuenale meo quid me cõmittere tentas? Cicero pro Plãcio, Confiteor in Lateren
ſe ſumma ornamenta eſſe. Idem eſt de appellatiuis: quorũ tamen quædam, quia ab adiectiuorũ natura
Annale vel annali. non penitus deficiunt, inueniuntur etiã habere i: vt Annalis ab annali. Cicero apud Priſcianũ, Annale
factũ probari poteſt. vel ab annali. Gellius lib. 7, Locũ iſtum totũ huc ex Piſonis annali trãſpoſuimus.
Riuale vel riuali. Eodem ablatiuo Gellius perſæpe vtitur. Sic riualis à riuale vel riuali. Ouid. 2. de Remedio amoris,
Tu quoque qui quondam nimium riuale dolebas,

Rudis. Vellem deſineres hoſtis habere loco. Horat. in Arte, Quin ſine riuali tẽque & tua ſolus amares. Ru
dis adiectiuum, rudi tantum: rudis ſubſtãtiuum, rude tantum: & eſt virga qua donatur gladiator eme-
ritus. & capitur pro libertate. Ouidius, Me quoque donari iam rude tẽpus erat. Rudiarius, rude dona-
tus. Item rudis, eſt virga qua aliquid agitatur in igne, vel qua batuitur lana, &c. diminutiuũ eſt rudicu
la. Cato, Igni bene coquito: rudicula agitato. Plin. lib. 20, Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe
Volucris. curatas. Volucris adiectiuũ, id eſt velox, volucri facit: volucris ſubſtantiuũ, id eſt auis, volucre. Ieremiæ
cap. 9, A volucre cæli vſque ad pecora tranſmigrauerũt & receſſerũt. Ea in quibus ſubſtantiuũ certum
illico intelligitur, vix e poterũt habere: itaque molaris, à molari ſolũ. Sic natalis, auricularis, ædilis, cõſu-
laris, &c. Diomedes ait ſubſtantiua ex adiectiuis, licet e tantũ habeãt in ablatiuo, tamen retinent ium in
Plus. genitiuo plurali. Plus pluri tãtum, teſte Priſciano: ſed in ſingulari vix vnquã etiã in obliquis adiecti-
ue ponitur: licet pluris pretij inueniatur. Cõpoſita in ablatiuis non ſequuntur ſimpliciũ regulã: quia
Confinis. miſericors, tricuſpis, inops, & ſimilia adiectiua i vel e ſeruant, quum ſimplicia ſolum faciant e. Confinis
Affinis. & affinis i tantum, vt dulcis. Affinis etiam affini inuenitur facere, vbi ſubſtantiue ſumitur, vt familiaris.
Familiaris. Cicero in primo de Oratore, Quæret à Caio affini noſtro. In eodem, A familiari meo. Idem ſodali abla
Sodalis. tiuum ſimiliter profert: nam adiectiui naturam non omnino perdidit, licet neutrum per e non habet.
Cicero in 2. de Oratore, In accuſando ſodali meo. Ibidem, Pro meo ſodali. Sodalis, eſt eiuſdem collegij
homo: & in rebus leuioribus ſocius, quaſi ſimul edalis. Hinc ſodalitas, id eſt collegium multorum, ſeu
conuiuium.

Al vel ar i neutris tantum dat ſicut e: præter
Sal, iubar & nectar, far, hepar. ait mare vates.

Nomina neutri generis in al, vel in ar, vel in e deſinentia, faciunt ablatiuum tantum in i: vt Animal
animali, torcular torculari, cubile cubili, monile monili. Tolluntur ſal ſale, quod melius maſculine po
ni docuimꝰ: iubar iubare, nectar nectare, far farre, hepar hepate, gauſape, ab hoc gauſape ideo facit: quia
Antonius Mancinellus negat hoc in ſingulari declinari cum præſepe & Præneſte: ideo nec hæc abla-
Soracte. tiuum in i faciunt. Soracte montis nomen, Soracte facit à nominatiuo Soractes. Plinius, Quod fit ad
Præneſte. montem Soractẽ. & Præneſte ſi declinetur, Præneſti faciet teſte Torrẽtino. Præneſte erit à nominati-
Præſepe. uo Præneſtis. Sic præſepe à præſepi: vnde præſepia. ſed ablatiuus præſepe à nominatiuo præſepis eſt: &
Gauſape. eſt locus clauſus ne pecora exeãt. à præſepio, id eſt munio. Gauſape vel gauſapum, pannus quo men
ſa ſternitur, & veſtimentũ militare, & pannus villoſus qui pro lecto in caſtris ſternitur. dicitur etiã hic
gauſapes. hinc dicunt manſiſſe ablatiuũ gauſape. Horatius, Gauſape purpureo menſam præterſit. Plu-
rale apud Perſium à gauſapum eſt, Iam lutea gauſapa captis, &c. Caſſius ad Mecœnatẽ, Gauſape pur-
Rete. pureo ſalutatur. Rete reti, vt cubile: quod ſatis indicat plurale retia. ablatiuus autem rete eſt à nomi-
natiuo minus vſitato retis maſculini generis. Plautus in Truculento, Non vides proferre me vuidum
retem. Ibidem, Vt dimiſi retem atque hamum. hinc in vſu ablatiuus rete manſit. Ouid. 5. Faſto.
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leænis

Impelles capreæ, ſollicitúſque lepus? Suet. in Nerone, Piſcatus eſt rete aurato. A rete fit reticulum, id
eſt paruum rete, & tegmen capitis in modum retis, quod capillos continet. Item ſacculus, quo viatores
denarios & panẽ geſtat: alio nomine funda. Retiaculum, id eſt rete. Retiolum, reticulũ, tegmen capitis.
Cæpe. Cæpe huc non pertinet: quia indeclinabile eſt, teſte Priſciano: eſt herba notiſſima. Poetæ quãdoque
e pro i ponunt: vt ab hoc mare, pro mari, &c. id notandũ magis quàm imitandum eſt. Ouid. Exiguam
pleno de mare demat aquam. Plaut. in Rudente, Dicant in mare communi captos.

Menſibus i tantum eſt: vt quæs dat quartus in, ímve.
Sextus e donat & i, quum quartus in em vel in im fit.

Nomina menſiũ fiunt in i: vt Aprili, Quintili, Sextili, Septẽbri, Octobri, Nouẽbri, Decẽbri. Simplex
tamen habet e vel i, vt patebit. Nomina in is, quorum accuſatiuus ſolum in im vel in definit, faciunt
ablatiuum in i ſolum: vt Mephiti, hæreſi, geneſi, Neapoli, poeſi, amuſſi, gummi à gummis. vide genera-
vi, ſiti, tuſſi, &c. Quæ verò habent em vel a, & im vel in, habent i vel e: ſed ablatiuus in e genitiui

creſcentiam ſequitur,non ablatiuus in i: vt ſebri vel febre,turre vel turri,&c. Tethys, Tethyn, Tethy:at Tethya accuſatiuus in perihegeſi Dionyſij Tethye facit. Rufus in Arato, -abditur alta
Tethye,& occidui tegitur Padus æquore pôti. Thetis,mater Achillis, à Theti vel Thetide. Fabius, Qui ex Thetide natus eſſet. ſic à Pari vel Paride,Ibi vel ibide,Iſi vel Iſide, Tigri vel tigride. Lucan. lib. 10,Flammis & tigride fœta. Ouidius,Defenditur AEgide pectus. Idem,Illius ambages imitatus in ibide dicar. Cicero ad Tyronem,Nuntiauit te plane febri carere. Aquali vel aquale,&c. Iuuen. Atque vna portarum claue tueri. Virgil. in Moreto,Et reſerat clauſa quæ præuidet oſtia claui. Terentius in Andria,Naui fracta apud Andrum. Bipenni vel bipenne,teſte etiam Phoca.

I vel e dant finis,fuſtis,pugil & vigil,imber,
Vnguis,auis,poſtis,vectis,cum nepte,ſupellex,
Atque tridens,claſſis,cum ciuis,& amnis,& ignis:
Sic anguis,ſtrigilis ſtrigili:vix ſtrigile dicam.

Nomina hic poſita habent e vel i,ſed ſæpius e:ideo de i afferam teſtimonia. Gellius lib. 7. cap. 3,Ea
fini facere nolle aliquid. Idem lib. 10,Hac fini hominem dimiſit. ſic idem & alij ſæpius. Corn. Tacitus, Fini.
Fuſti caput eius afflixit. Apul. 4. Metamorph. Paratus non fuſti tantum,ſed machæra percuſſus oc- Fuſti.
cumbere. de pugili teſtis eſt Nebriſſenſis cum pluribus. Iuuen. Præterea lateris vigili cum febre dolorem. Papin. Proijcit hic artus imbri ventóque rigentes. De e,Idem, -lacera ora,putréſque
Sanguineo videt imbre genas. Horat. in epiſt. Luctantis acuto ne ſecer vngui. Idem 1. Carm. Fata mala ducis aui domũ. Ouid. 5. Metamorph. Raptáque de dextro robuſta repagula poſti. Terẽtius in Eunucho,In medium huc agmen cum vecti. Neptis,teſte Priſciano,nepte vel nepti facit. In Digeſtis titulus eſt De ſupellectili legata. Virgil. 2. AEneidos,
Neptunus muros magnóque emota tridenti
Fundamenta quatit. Seruius ait nouè & affectatè dictũ tridenti pro tridente. Ibidem vult Seruius participia,ſi nomina fiant, ſolũ e habere:vt Ab amante vini,nõ amanti. Idem 7. AEneid. Aductũ AEneã claſſi victóſque penates. reliqui claſſe dicunt. Cic. apud Priſcianũ, Ciuis ciui egeret. Idem,In principe ciui non eſt ſatis. Virgil. in Georg. Prono rapit alueus amni. Idem 4. AEneidos, Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Horat. in epiſt. Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabat chlamydẽ. Strigilis Nebriſſenſis dicit habere ſtrigile vel ſtrigili. Sulpitius & Priſcianus ſtrigili tantum habere aſſerunt. Horatius ſecundo Serm. -qui puer vuam
Furtiua mutat ſtrigili. Strigilis eſt inſtrumentum quo abraduntur ſudores,ſiue hominum in balneis, Strigilis.
ſiue iumentorum in ſtabulis. dicitur à ſtringendo,id eſt radendo ſordes. Canalis,ablatiuus eius in i
ferme deſinit,canali:verum à neutro canale eſſe putant. Tridẽs,ſceptrum Neptuni triſulcũ. Claſ- Tridens.
ſis,eſt nauium multitudo:rarò pro vnica naui capitur. Plura ſignificat metaphoricẽs,quibus ſuperſe- Claſſis.
deo. Ouis & ſanguis puto e tantum habere. Mugil vel mugilis facit ablatiuum etiã mugili: quia in Plinio lib. 9. cap. 17. titulus eſt De mugili & alijs piſcibus. Idem lib. 19. cap. 2. per tertiam vocalem ait,Præferũt è cannabi funes. Perſius dicit cannabe,per ſecundã vocalẽ. forſan apud Pliniũ mendũ eſt.

DE PLVRALI TERTIAE NVMERO.

Rectus in es fiet pluralis,iungito quartum.

Nominatiuus pluralis,cui vocatiuus ſimilis eſt cum accuſatiuo,in es deſinit:vt hi & hos & ô homines:fit autẽ hic caſus à genitiuo ſingulari mutando is vel os in es:vt Ibis,ibidis,ibides:Ibis,huius ibis, ibes: Tigridis,tigrides, Tigris,tigres. in quibus authorum vſus cautè inſpiciendus eſt. Plinius lib. 10, Inuocant & AEgyptij ibes ſuas contra ſerpentium aduentum. Erinnys Erinnyos facit Erinnyes: vt Libys Libyos Libyes,id eſt Libyci. Metamorphoſeos,metamorphoſees,&c. Propertius lib. 2, Tum me vel tragicæ vexetis Erinnyes. Quandoque Erinnes per ſyncopam legitur,teſte Tortellio. Salluſtius in Iugurthino,Aphricam in initio habuere Getuli & Libyes. Hieronymus in Biblijs,Perſæ,AEthiopes & Libyes cum eis omnes ſcutati & galeati.

Quum genitiuus ium dat,quartus in is quoque fiet.
Trallis & Sardis es ſpernunt. Quartus in as fit,
Dum per a quartus erat:ceu dæmonas atque gigantas.

Nomina,quorũ genitiuus pluralis in ium deſinit,faciũt pleraque accuſatiuũ per is:vt Partes partiũ, has partes vel partis. ſic tris,omnis,acris,fœlicis,artis,&c. Veteres eum accuſatiuũ per eis cum ei diphthongo ſcribebant: id neotericorũ doctiſſimi Politianus & Aldus in omnibus ferme ſcriptis ſuis obſeruauerunt:vt Parteis,treis,acreis,vbi ei ſcribitur: & profertur i longum, ita vt e vix audiatur. Male Alexander credit id veteribus tantum licere, quum nulli non liceat ſi apte vtatur. Nec idem fecerunt veteres in nominatiuo vocatiuóque,vt idem male dixit: exceptis oppidorũ nominibus Sardis & Trallis, quæ in es non poſſunt deſinere. Item Syrtis,Gadis,Alpis,teſte Priſciano,etiam in nominatiuis melius

Trallis. Sardis. in is quàm in es deſinũt. Hieron. in Euſebio, Trallis terræ motu cõciderunt. Horat. 1. epiſt. Quid Crœſi regia Sardis? Virgil. Tros notus abreptas in ſaxa latẽtia torquet. Hic Seruius ponit regulã à nobis iam declaratam. Idem, Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis. Salluſt. Omnes homines qui ſeſe ſtudẽt præſtare cæteris animantibus, ſumma ope niti decet. Catullus, Et aetas ſolet incitare morſus.

QVARTVS in as fit, &c. Quando accuſatiuus ſingularis in a deſinit, accuſatiuus pluralis etiã in as terminari poteſt: vt Hanc lampada, has lampades vel lampadas. ſic dæmones vel dæmonas, &c. Virgil. Crateras magnos ſtatuunt, ac vina coronant. Ouidius, Pyxidas inuenies, & rerum mille colores,
Et fluere in tepidos oeſipa lapſa ſin⁹. Papinius, Nebridas & fragiles thyrſos portare putaſtis. Sic heroas, lyncas, Arcadas, delphinas, Sirenas, tripodas, &c. Nihil de neutris locuti ſumus. Nam per regulã generalem habent a in nominatiuo & vocatiuo: & alia quidem habent ia, alia non: vt Animalia, corpora. de his pauca afferam.

Quod dedit i ſexto (niſi comparat) hoc ia ponit.
Vult ia plus raró: nunquam vetus. Effer apluſtra,
Vel ſtria. Si ſolum dat ſextus e, non ia pones.

In nominibus neutri generis, ſi ablatiuus deſinebat in i, ſiue habuerat i ſolum, ſiue i & e ſimul, tunc nominatiuus, accuſatiuus, & vocatiuus, habẽt ia: vt Maria, fœlicia, concoloria, verſicoloria, quadrupedia, ancipitia, concordia, &c. Perſius, Diuidit in geminos concordia fata duorum. Tacitus, Noua & ancipitia præcolere. Plin. Littora verſicoloria. Retia, præſepia, &c. Dicimus tamen in ora, & (vt opinor) tricorpora ſolum. Comparatiua tantum a faciunt, vt Meliora, dulciora: ſic vetus vetera, non veteria: plus plura, & aliquando pluria: vnde complura & compluria: de quibus multa dicit Gellius lib. 5. cap. 21.

Apluſtra. Apluſtre, apluſtra vel apluſtria: & eſt ornamentũ nauis ſuper malũ. ab a, id eſt ſine: & pleo, id eſt nauigo: quia ſine eo per mare non eſt nauigandũ, aut quia non neceſſariò ad nauigationẽ requiritur. Melius ſine m ſcribitur: licet Feſtus ab amplius deriuare videatur. Sil. lib. 10, Et tranſtra & mali laceróque apluſtria velo. Germanicus, Fulgent Argoæ ſtellis apluſtria puppis. Cic. in Arato, Nauibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra: Ludicra. Ludicra non eſt tollendum: quia ſolum eſt ſecundæ declinationis, vt recte docet Valla contra Priſcianum & Alexandrum. Quæ ablatiuum ſingularem in e tantum terminant, ſolum a faciunt: vt dogmata, corpora. gauſapa verò à gauſapum eſſe diximus.

Vm vel ium patrio Latium dat. Græcia vult on.

Genitiuus pluralis tertiæ declinationis habet Latine um, vt patrũ: vel ium, vt partiũ. Græce etiã on, vt Epigrammaton, geneſeon, metamorphoſeon, hæreſeõ, diœceſeon: quæ Latine aliquãdo tamẽ declinamus. quia Cicero ad Atticum diœceſium dixit. & Fabius ſingulariter lib. 7, Totius theſis diſpoſitio. Et Baptiſta Mantuanus, Hæreſibus variis. Græce dixiſſet hæreſeis: quãquam Græci ablatiuũ non habent.

Præbet ium patrius, ſi ſextus in i fuit ante.

Genitiuus pluralis in ium deſinit, ſi ablatiuus ſingularis habuerit i, ſiue i ſolum, ſiue i & e ſimul: vt Ancile. hoc Ancile, ab hoc ancili, horũ ancilũ: licet Horatius anciliorũ dixerit, tãquam ſingulare fuerit ancilũ: fuit ſcutũ breue & rotũdum. Monile monilũ, animal animalũ. Sic noſtratiũ, veſtratũ, imbriũ, ditium, laqueariũ, clauium, concordium, fœlicium, prudentium, amantium, dulcium, ſontiũ, cæleſtiũ, agreſtiũ, &c. Quædã per ſyncopã um faciunt: quandoque etiã in proſa, maxime ea quæ in ns deſinũt: vt Præſens, prudens, amans, &c. per regulam Syncopa plurali. Papinius 4. Theb.
Cui ſeruire dati manes æternáque ſontûm
Sons. Supplicia. Sontûm, id eſt ſontiũ. Sons, id eſt malus & nocens. Inſons, innocens. Virgil. Cæleſtûm vis magna iubet. pro cæleſtium. Sic Ouid. Vltima cæleſtûm terras aſtrea reliquit. Virgil. Et vos agreſtûm præſentia numina Fauni. Arpinatiũ, Aquinatiũ, &c. Si aliter inuenias, ſyncopa eſt. Sed notandum eſt neutra vix vnquã ſyncopari: quia quadrupedũ, animalium, mœrentũ, corporum, pro quadrupedium & mœrentium non dices, propter Seruij regulã circa finem vndecimi AEneidos, Genitiuus pluralis non debet minor eſſe nominatiuo. Ideo deſcendentum à deſcendentes dicimus, non à deſcendentia. ſi ſecus inueniatur, neceſſitas carminis excuſat: nec declinatio eſt, ſed pathos. Hæc Seruius.

Tolle vigil, ſupplex, opifex, vetus, & pugil, & quód
Comparat (excepto plus) artificem, ſtrigilémque:
Atque inopem, memorem, conſortem iungito: & ortum
A capio: diues quibus additur. Vm dat e tantum.

Excipiũtur à dicta regula quædã um ſolũ habentia, licet in ablatiuo habuerint i: vt Vigil vigilũ, ſupplex ſupplicũ, &c. & quædã horũ, um putãtur habere differẽtiæ cauſa, propter nomina neutri generis in ium deſinẽtia: qualia ſunt, ſuppliciũ, opificiũ, artificiũ, conſortiũ, mancipiũ, municipiũ. ſic principiũ, Supplex. participiũ, ſacerdotiũ, &c. Supplex, id eſt ſupplicãs & humiliter rogãs. Supplices libelli ſũt qui principi offerũtur, quũ ſubditi aliquid rogãt. vulgus ſupplicationes vocat. Suppliciũ, pœna. Supplicia aliquã-Opifex. do ſupplicationes ſignificãt. Opifex, operis effector. Cõparatiua, vt melior meliorũ, fortior fortiorũ.

Plus tamen ſolum plurium facit. Placētinus dicit plura plurū, pluria pluriū. Ego plurū nuſquā legi. Plus.
Artifex, artificioſus. Plin. Vir tam artificis ingenij. Capitur etiā ſubſtātiue. Plaut. Plus artificū mihi Artifex.
eſt quàm rebar. Artificiū eſt quod vulgo officiū dicitur: vt Quod artificiū pater tuus exercet? Inops, Inops.
vehemēter egēs. Inopia, magna egeſtas. Cōſors, id eſt particeps. Conſortium, id eſt ſocietas vel parti- Conſors.
cipatio. Exors, id eſt nō particeps aut nō cōſors: & idē eſt quod expers. hoc ium habet niſi verſus gra- Exors.
tia fiat ſyncopa. Cōpoſita à capio faciūt um tantū: vt Particeps participū. ſic municeps, &c. A capi-
te verò adiectiua faciunt ium niſi fiat ſyncopa: vt Anceps ancipitiū: vel per ſyncopā, ancipitū, &c. do-
cet hoc Priſcianus. Diues, diuitū. ſic volunt ſimilia habere, Hebes hebetū, quæ ium habere arbitror: &
per ſyncopā um, vt Locuples locupletū. Cic. lib. 7. ad Atticū, Fore moderationē in pecunijs locuple-
tium. ſic apud eundē ſæpius. Vel per ſyncopā locupletū. Idem lib. 8. ad eundē, Propediē video bono-
rum, id eſt lautorū & locupletū vrbē refertā fore. Excipit Alexander etiā Complex cōplicum, quo La- Complex.
tini vix vnquā vſi ſunt, quantū notare potui. Inuenitur tamen apud Prudentiū non adeò pœnitēdum
poetam, Fert opera ingenij de ſemine cōplicis hydri. & ſignificat complicatum & ſociū in malis. De-
gener & vber licet in ablatiuo nonnunquam i habeant, nunquam tamen inueni habere ium.

Vm dat e tantum.

Nomina habentia e tantum in ablatiuo ſingulari, habebunt um ſolū in genitiuo plurali: vt Pauper
pauperum. ſic impuber impuberū: quia licet aliquando adiectiue in ſingulari ſumatur, tamē impuberi
per i in ablatiuo non reperi. Itaque um ſolū habent dogma dogmatum, &c. Homo hominū, &c. Lac
plurali caret. Halec dicunt halecium facere: ego genitiuū ab halec nullū inueni: vt neque à Sol, licet ſo-
les & ſolibus lecta ſint, volūt ſoliū debere facere. Exul exulū. ſic cōſul, præſul, Acarnan, Siren, delphin,
canon, huber, Cæſar, agger, pater, martyr, fur, turtur, præs, pes, ſacerdos, dux, &c. Fæx, crux, mel, fel, geniti
uo plurali carent. Laus laudum, fraus fraudū. Sidonius tamen laudium dixit in carmine de laudibus Laudium.
Narbonis, Nā quod carmine pro tuo repēdo, Hoc centeſima laudiū tuarū eſt. Sic fraus fraudium in
Apuleio facit in 5. Metamorph. Diſtrictis gladijs fraudium. ſic idem ſæpe. Aliquot exceptiones ſunt
ab hac regula: quarū prima eſt, Palus paludū. Plinius tamen ni mendū ſit, paludiū dixit lib. 2. cap. 70,
Menſura tot fluminum tantarum paludium. Et Mela, Ex limo concretarum paludium. Fornax for
nacum, apud Plinium lib. 35. cap. 14. Apud eūdem tamen fornacium bis aut ter inueni, vt lib. 34. cap.
10. & alibi. Venter ventrum. Solin. Tenera ventrum. Crus crurum, apud Virgilium. Seneca tamen,
niſi mendū ſit, cruriū dixit epiſtola 95, Neſciebant cruriū vincula. Et de tranquillitate vitæ, Impedita
cruriū. Iuſtinus lib. 15. murū à mus per duas ſyllabas dixit, niſi mendū ſit: Propter ranarū murúmque
multitudinem. At Plinius per tres ſyllabas murium lib. 8. cap. 27, Muſtela ruta in muriū venatu cum
ijs dimicatione conſerta. Idem à ſus genitiuum diſſyllabum ſuum ſemper facit: vt lib. 17. cap. 9, Spurci
tias ſuum laudant. & lib. 24. cap. 10, Contra morbos ſuum boúmque. Lapus in Halicar. ſuium dixit:
ſed Plinio hærendum eſt.

As dat ium Latiale: magis polyſyllaba dant um.

Nomen Latinum in as deſinens, facit genitiuum pluralem in ium: vt Mas marium, vas vadium, as
aſſium, ciuitas ciuitatium, apud Liuium teſte Priſciano. Polyſyllaba melius per ſyncopā efferūtur tam
in proſa quàm in carmine: vt Bonitatum. Optimas, quod pluraliter ſæpius reperitur, non male opti
matium facit. Suet. in Cæſare, Optimatiū partibus dixit omnino in principio: & poſtea ſæpiſſime. Cæ-
lius Ciceroni, lib. 8. epiſt. Si te voces optimatium commouent. Dixi Latinum: quia Græca ſolum um
faciunt, vt Arcas Arcadum, Atlas Atlantum. ſic gigas.

Donat ium Samnis, lynter, caro, dos, vter, os, os,
Glis, faux, nix, nox, cor, lis, cos: quódque vncia donat.
S quoque non creſcens, velut ns: iunge Quiritem.
Excipis inde canis, iuuenis, panis, volucríſque,
Et vates, proles, ſoboles, fortè indole iuncto.
Donat ium cum mure cohors: monoſyllaba iunge,
Conſona bina tenet ſi finis. finge priorem
Tantum plurali numerum. ſignato figuras.

Ium habēt Samnis Samnitiū, & apud Sillium per ſyncopam Samnitū, Lynter lyntriū. Corn. Taci-
tus, Adiecta ingēs lyntriū vis. Caro carniū, Dos dotiū. Titulus eſt in iure De iure dotiū. ſic cos cotium
volūt habere, licet teſtimoniū iam nō occurrat. Vter vtriū teſte Martiano Capella. Salluſt. in Iugurtha,
Magna vis vtrium effecta eſt. Os oſſium & os Orium, apud Plinium. Glis glirium, faux faucium, no-
minatiuū ſingularē ponit Priſcianus. nix niuium, nox noctiū, cor cordiū, lis litiū. ſic compoſita ab vn-
cia, vt Septunx ſeptūcium. Et nomina in es vel in is nō creſcentia in genitiuo ſingulari: vt Sedes ſediū,
menſis menſium, &c. præter canis, panis, iuuenis, volucris ſubſtatiuè captū. & vates vatū, proles prolū,

teſte Martiano Capella,qui etiam dicit Hercules Herculū. Item ſoboles ſobolum, indoles indolum,ſi pluraliter legantur:adeo dixi forte. Addunt aliqui fruges frugum:ſed hic genitiuus videtur mihi eſſe potius à frux. hæreſis hæreſûm, & hoc per ſyncopam eſt:quia rectus genitiuus eſt hæreſeon, vt geneſeon,metamorphoſeon,&c. Apes apûm:ſed hoc quoque per ſyncopā eſt: quia regularis genitiuus eſt apium.Iuuen.ſat.13,Examénque apium longa conſederit vua.Boetius,Dulcior eſt apium labor. Plura ſyncopam patiuntur,vt Sedûm pro ſediū. Cicero pro Sextio,Veſtrarū ſedûm templorúmque cauſa. Ouid.5.Faſt.Quum tua ſint,cedántque tibi confinia mēſûm,id eſt menſiū.Sillius lib.1,Turbine mox ſæuo venientum haud inſcia cladûm.pro cladium.Idem lib.4,

Exoritur rabies cædûm,ac vix tela furori

Neptis. Sufficiūt.pro cædium.ſic plura leges tibi non ſtatim imitanda. Neptis ſine dubio neptiū facit. Tranquillus in Auguſto,Si cuiuſquam neptium ſuarū cōpeteret ætas. Habent etiam ium nomina in ns de-
Parens. ſinentia,vt Dens dentium.ſic mens,gens,lens,frons,glans,&c.Parentium,amantium,&c. Horat.Dos eſt magna parētium,virtus.Sic etiam Cicero,teſte Priſciano,à parens nomine communis generis.Horatius,Tentare multa cæde bidentium. Sons ſontium,vel per ſyncopam ſontûm:vt

-æternáque ſontûm Supplicia.Reliqua in ns monoſyllaba ſyncopā non patiuntur,quantum notare potui. Polyſyllaba vero tam in proſa,quàm in carmine ſæpiſſime per ſyncopam efferuntur:vt Amantûm,parentûm,prudentûm,&c. Quirites Quiritium,& per ſyncopam Quiritûm. Horat.Hunc ſi nobilium turba Quiritium.Prudent.Seruat ſalutem virgo Quiritium. Apuleius dicit ſtudiorū Quiri-
Mus. tium in lib.1.Metamorph. Mus muriū.Hieron.lib.1.Reg.Facietis ſimilitudines auorū veſtrorum,&
Cohors. ſimilitudines muriū qui demoliti ſunt terram. Cohors,multitudo militum,& aliquādo etiā aliarum rerum,genitiuus eſt cohortiū.Sueton.in Tyberio,Exploratorem viæ primarum cohortiū centurionem ſtratum humi pene ad necē verberauit.Corn.Tacitus,Cohortium cura exoluerentur.ſic vterque ſemper, quantum notare potui in emendatis codicibus. inuenies tamen apud poetas cohortûm per ſyn-
Cors. copam.Cohors cohortis,vel cors cortis:vel(vt quidam dicūt)cortes cortis,eſt locus in villa vbi anſeres, gallinæ,& anates nutriuntur.Ouid.de vulpe,Abſtulerat multas illa cohortis aues. Martial.Non porcus,non cortis aues,non oua ſuperſunt. Nomina monoſyllaba in duas conſonantes deſinentia, faciunt ium in genitiuo plurali: vt Trabs trabium,plebs plebium, ſeps ſepiū,arx arcium, lynx lyncium, teſte Nebriſſenſi.Alexander dixit per ſyncopam lyncum:& rectè.Plin. lib.37.cap.2,Demōſtratus lyncurion id vocat, & fieri ex vrina lyncum beſtiarum.Et alibi,Lyncum humor. ſic libentius dicā,quàm lyncium.ſic ſors,ſcobs,ſtips,vrbs,puls,daps,falx,lanx,merx, calx,&c.Vnum excipitur, ops opum. Da verſiculum.Ops formabit opum ſicut inops inopum.Iunge habentibus ium,lar larium,in ſexto Halicarnaſſei. Nomina tantum pluralis numeri genitiuū faciūt ex analogia vel proportione numeri ſingularis,qui veriſimiliter eſſet,ſi ſingulari non carerent,vt Penates penatium:quia ſingulare foret penas
Penates. vt optimas vel infimas.Suet.in Nerone,Simulacráque ex auro vel argento fabricata cōflauit in his pe-
Fores. natium deorum,quæ mox Galba reſtituit.inuenies tamen ſæpe per ſyncopam penatū.& ſunt penates
Manes. dij domeſtici,& ipſa domus.Hac ratione ium faciunt,Fores forium,id eſt ianua quæ foris aperitur. Ma-
AEdes. nes maniū,id eſt defunctorū animæ. Vires virium,tres trium,ædes ædium,id eſt domus. Lactes la-
Lactes. ctium,inteſtina.ſic ſortes,ſordes,ſentes, pugillares,Gades,Alpes,& cætera in heteroclitis declarāda. ſic proceres procerium faceret:ſed per ſyncopam ſæpius dicimus procerûm,lucerûm, primorûm.Perſius,
Proceres. At bona pars procerûm tacita libabit acerra. Proceres,ſunt capita trabium, & excellentiores nobilio-
Vepres. reſque vrbis viri vel principes. Vepres veprium,& per ſyncopam aliquando veprûm.Papin.5.Syl.

-aperire malignas

Tot veprûm nemorúmque moras. Contrà,um ſolum faciunt lemures, cælites,maiores,&c.quia ſingularia forent lemur,cæles,&c. Notato bene figuras,quæ circa genitiuū contingunt,ſyncopā & epentheſim.Syncopa iam ſatis declarata eſt,vt Menſûm pro menſium,&c.& boum à bos pro bouum.Ma-
Macedones. cedo Macedûm,pro Macedonum.Papinius,Fraxineas vibrant Macedûm de more ſariſſas. Macedones,
Epentheſis. populi quidam Græciæ.ſariſſa,id eſt lancea. Epētheſis,eſt additio literæ vel ſyllabæ in medio dictionis gratia metri,vt ales alitum:& per epentheſim alituum. Virgil. Alituum pecudúmque genus ſopor
Amazon. altus habebat. Amazonidum pro Amazonum non eſt epentheſis, ſed ponitur deriuatiuum Amazonis Amazonidis pro primitiuo Amazon,vt Scipiades pro Scipio. Virgil.Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.Amazones fuerunt mulieres bellatrices,&c.

Tertius eſt in ibus.Bos bobus flecto,boúmque.

Datiuus pluralis, cui ablatiuus ſemper eſt ſimilis,deſinit in ibus:vt hominibꝰ,patribus.ſic dogmatibus,&c.ſed hæc in a ſæpius & elegātius faciunt hos caſus in is, vt his ſophiſmatis,epigrammatis,&c. ab antiquis nominatiuis ſophiſmatum,epigrammatū,&c. Plautus in Aſinaria, Neque vnquā fictum, neque pictum,neque ſcriptū in poematis, vbi lena bene agat cum quiquam amāte qui frugi eſſe volt. Sic apud Ciceronem,& alios eloquentes in emendatis codicibus ſæpe leges. teſtes ſunt Phocas, Antonius Nebriſſenſis,& Georgius Valla,Placentinus cum Lanciloto. Bos bobus pro bouibus,& boûm pro bouum pro ſyncopam facit.Varro & Plinius cum Columella bubus ferè pro bobus dicunt.

QVARTA DECLINATIO.

Quarta dat us recto: dat & u prius inuariatum.

Quarta declinatio nominum duas terminationes habet, us & u. Sed u prius, id eſt in ſingulari nu-
mero non declinatur: vt rictus, id eſt roſtrum vel os. Nictus, id eſt motus: vt Nictus oculi, melius Rictus.
quàm ictus, teſte Valla. Victus, quo viuimus, ſcilicet cibus & potus. Cornu, genu. Inter hæc quæ- Nictus.
dam plurali carent, vt gelu, aſtu, &c. Victus.

Vs genitiuus habet. Per uis flexere vetuſti.

Genitiuus in us deſinit: vt hic Senatus, huius ſenatus, id eſt ſenatorum conuentus, aut ipſi ſenato- Senatus.
res, id eſt quos hic vulgus Scabinos vocat. Hic Magiſtratus, huius magiſtratus, regimẽ vel dignitas, Magiſtratus.
aut aliquis in dignitate conſtitutus. Apud veteres nomina quartæ faciebant uis in genitiuo: vt huius
Manuis, anuis, &c. Terent. in Heaut. Eius anuis opinor cauſa quæ erat mortua. Cato, Anuis vt ſan-
guis deterior, ſic & lac. ſic Varro fructuis dixit: atque alij alia, vt probat Gellius. Nomina in u diximus
in ſingulari non variari. Quod autem Lucanus ait in 7, -cornus tibi cura ſiniſtri Cornus.
Lentule. Et Celſus libro 6, Ceruini cornus combuſti. Et paulo poſt, Quia cornum habet. Et Plinius
multis in locis. non eſt à neutro cornu, ſed à maſculino minus in vſu cornus.

Tertius optat ui: quandoque per u quoque lectus.

Datiuus fit in ui, vt hic Commeatus, huius commeatus, huic commeatui, id eſt facultas aliquò pro- Commeatus
ficiſcendi conceſſa à ſuperiore. etiam ſignificat victum militarem. Plautus in Milite, Interclude inimi-
cis commeatum. Dicitur etiam victus priuatus. Cic. Iam commeatu & priuato & publico prohibe-
mur. AEſtus, vehemens calor: & per translationem, æſtus, deſyderium & libido. Item æſtus, eſt ma- AEſtus.
ris cõmotio & inquietudo & procella vel fluctus. Luxus, id eſt luxuria vel abundantia. Terentius, Luxus.
Adoleſcens luxu perditus. Datiuus in ui fit ab antiquo genitiuo in uis. à genitiuo autẽ in us regu-
lariter fit datiuus in u, qui iam in rariore vſu eſt: vt metu pro metui, &c. veluti docet exquiſitiſſimus
author Gellius libro 4. cap. 16. Lucilius, Quòd ſumptum atque epulas victu præponis honeſto. id eſt
victui. Idem, Anu noceo. id eſt anui. Virgilius, Téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. id eſt aſpectui.
Et in Georgicis, Quòd neque cõcubitu indulgent. id eſt concubitui. Et AEneid. 1, Parce metu Cythe-
rea. id eſt metui. Sic alij, curru, dominatu, ornatu, &c. dixerunt, pro currui, &c.

Vm retinet quartus. Fit ſextus in u tibi caſus.

Vm quarto, reliquis u caſibus optat Ieſus.

Accuſatiuus fit in um, ablatiuus in u, vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo: vt Fructus, hunc fructum, Fructus.
ô fructus, à fructu, id eſt vtilitas. Cic. Non parũ fructus habet in ſe eloquentia. Fructuoſus, fructu ple-
nus. Fructus item quod ex arboribus ad vſum noſtrũ naſcitur, & puer. Ructus, id eſt eruptio ſtoma Ructus.
chi. Ructare, facere ructum. Gradus, id eſt greſſus. Virgilius, Siſte gradũ. id eſt ſta, ne procedas. Item Gradus.
gradus per quod gradimur. Boetius, Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu. Ritus, id eſt mos vel cõ- Ritus.
ſuetudo. hinc aduerbium rite: id eſt bene & recte, nec eſt ablatiuus. Nec impetus impete facit in abla Impetus.
tiuo, ſed impetu ſolum. Nam impete eſt ab antiquo nomine impes, quod oſtendit genitiuus ſingula-
ris impetis. Ieſus accuſatiuum facit Ieſum. cæteri caſus in u deſinũt: vt hic Ieſus, huius Ieſu, huic Ie- Ieſus.
ſu, hunc Ieſum, ô Ieſu, ab Ieſu. Interpretatur ſalutaris aut ſaluator: & eſt dictio triſyllaba. Iuuencus,
Quem miſerans animo verbis compellat Ieſus. Domus alibi declarabitur.

Primus pluralis cum quarto ſemper in us fit.
Dat genitiuus uum. Per ibus tibi tertius exit.
Dant ubus, artus, acus, ficus, tribus, & lacus, arcus,
Et ſpecus, atque veru, partus, quercus, quoque portus:
Forſitan & queſtus à deponente creatum.

Nominatiuus pluralis, cui vocatiuus ſimilis eſt cum accuſatiuo, deſinit in us: vt hæ Manus, has ma-
nus, ô manus. neutra in his caſibus per regulam generalem a habent: vt Cornua, genua. Genitiuus de-
ſinit in uum, & datiuus cum ablatiuo in ibus: vt hi Saltus, horum ſaltuum, his ſaltibus, id eſt actio ſa- Saltus.
liendi aut ſylua. Genitiuus per ſyncopam accuſatiuo ſingulari fit ſimilis: vt Currûm pro curruum, per
regulã Syncopa plurali, &c. Virgilius 6. AEneidos,
-quæ gratia currûm
Armorúmque fuit viuis. Mart. Sed duo ſunt, quæ nos diſtinguunt millia paſſûm. Virgil. 12. AEn. Cum
ſtáque adeſt virgo matrúmque nurúmque caterua. Pauca faciunt ablatiuũ in ubus, vt artubus: ne,
ſi artibus dicamus, videatur eſſe ab ars. In quibuſdam hæc ratio eſſe non poteſt: vt Acus acubus, quer-
cus quercubus. Veriſſima igitur ratio eſt doctiſſimorũ vſus. Artus, id eſt membrũ vel mẽbri nodus. Artus.
Deartuo, per artus diuido. Lacus, locus profundus cum aquis perpetuis ibi natis. Etiam eſt vas in Lacus.

Arcus. Veru. Partus. Portus. Queſtus. Quæſtus.

quod currit muſtum de torculari expreſſum. Ouid. in Faſtis, Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Item lacus eſt ſpelunca: vt Lacus leonum. Arcus, quo ſagittatur. Arquites, ſagittarij. Veru, verubus. Tiberga tamen dicit veribus vt manibus legi in emendatis codicibus apud Virgilium, Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis. Nec Priſcianus, ſed Alexander dicit u ante bus habere acus, ficus, veru. plures Alexandrum imitantur. Veru, eſt inſtrumentum quo aſſamus aliquid, & huic ſimile inſtrumentum bellicum. Partus, actus pariendi. dicitur pro eodem partio apud Plautum.

Portus, locus apud littus, quo naues diriguntur, vt tutæ ſint & quieſcant. Valla iungit queſtus pro querimonia à queror deponente, ſed veteres differentiam Vallæ non obſeruãt, vt oſtẽdit Nebriſſenſis. ergo dixi fortè: & credo tam queſtus pro querela, quàm quæſtus pro lucro à quæro, ibus facere, vt manibus: & ſatis differentiæ eſt: quia alterum diphthongum habet, qua alterum caret.

QVINTA DECLINATIO.

Rectus vtriuſuis numeri, quartúſque per es fit
Pluralis quintæ dempta s capiti genitiuus
Cum dandi caſu. Quartus volet em. Dabo ſexto
E bene. vult erum patrius. vult tertius ebus.

Species. Res. Colluuies. Ingluuies. Proluuies. Segnities. Pernicies. Rabies. Macies. Cæſaries. Caries. Effigies. Fides.

Nominatiuus & vocatiuus vtriuſque numeri quintæ declinationis, cum accuſatiuo plurali deſinit in es lõgum, genitiuus & datiuus ſingulares in ei, accuſatiuus ſingularis in em, ablatiuus in e, genitiuus pluralis in erũ, datiuus & ablatiuus in ebus. Exẽplũ eſt in Donato ſpecies, id eſt forma. Speciosus, formoſus. Res, quicquid eſt, capitur pro negotio. vt Quid rei tibi eſt cũ illo? Et pro diuitijs. Ouid. Re ſine nullus eris. Horat. Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt. Colluuies, collectio ſordiũ.

Ingluuies, voracitas, guloſitas. Proluuies, profuſio vel emiſſio. Segnities, pigritia. Pernicies, dãnum & perditio. Perniciosus, damnoſus. Rabies, furor. Rabidus, furioſus. Macies, carẽtia pinguitudinis. Hic confectus eſt macie, id eſt macilentus & multum macer. Cæſaries, capillus comarum, à crebra cæſione: ideo proprie virorum eſt: licet aliquãdo etiam fœminis tribuatur. Cæſariatus, id eſt comatus: vt Miles cæſariatus, apud Plautum. Caries, putredo vel corruptio. Plinius, Cariem non ſentiunt cupreſſus & cedrus. Carioſus, carie plenus. Effigies, id eſt imago, &c. Horum plurima carent datiuo & ablatiuo pluralibus: aliqua etiam toto plurali, vt in ſequenti libro patebit. Omnia nomina quintæ ſunt fœminini generis, præter dies & meridies, quæ ſatis ex primo libro patent. Omnia nomina quintæ ſunt appellatiua: ideo Fides, nomen virginis, eſt tertiæ declinationis. Multa ſub es ſunt quintæ: & ſub alia terminatione, non mutata ſignificatione, alterius declinationis. Luxuries, nequities, durities, ſæuities, ſegnities, maceries, materies: vel luxuria, &c. proluuies vel proluuiũ, &c. Aliqua nunc tertiæ, olim fuerunt quintæ: vt Fames, plebes, quies: vnde requies iam magis quintæ eſt. E inter duo ij producitur, vt ſpeciei: alioqui corripitur, vt Fidei. Genitiuus quintæ olim erat ſimilis ablatiuo: vt hic Dies, huius die. Salluſtius in Iugurtha, teſte Gellio, Vix decima parte die reliqua. Idẽ fit in datiuo. Lucilius apud Gellium, Primum facie honeſtas accidit. Idem, Qui te diligit, ætati faciéque tuæ ſe fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur. Genitiuus etiã erat ſimilis nominatiuo. Ennius apud Gellium libro 9. cap. 14, Poſtremæ longinqua dies quum fecerit ætas. Cicero apud eundem, Equites verò daturos illius dies pœnas. Virgilius apud eũdem, Libra dies ſopníque pares vbi fecerit horas. Ita quidam teſte Gellio dixerũt ſe reperiſſe in libro Virgilij idiographo, id eſt quem ſcripſerat ipſe Virgilius. Seruius tamen legit Libra die ſopníque, &c. vt ſit genitiuus ablatiuo ſimilis, veluti apud Ouidium,

Genitiuus & datiuus quintæ in e. Facie. Facies. Genitiuus quintæ in es. Die, dies.

Prima fide vocíſque ratæ tentamina ſumpſit
Candida Liriope. Genitiuus etiam in duo ij deſinebat, vt Dij pro diei: famij pro famei, &c. Virgilius apud Gellium, Munera lætitiámque dij. id eſt diei. Cato apud eundem, Pueri atque mulieres extrudebantur famij cauſa. ſic oſtẽdit Gellius veteres dixiſſe progenij, acij, ſpecij, luxurij, pernicij, &c. pro progeniei, &c. Teſtimonia ſi plura deſyderes, reperies apud Gellium libro nono, capite decimoquarto.

Genitiuus quintæ in ij. Dij, Famij.

Poſt hæc Alexãder docet compoſitorum declinationes, quas in principio huius libri enucleauimus: deinde Patronymicorum & quorundam nominum Græcorum inflexum aperit, quæ ex iam dictis ſatis lucent. De Patronymicis tamen paucula dicemus.

PATRONYMICA.

PAtronymicum eſt quod à nomine patris, & abuſiue alterius deriuatur ſecundum Græcam formam: vt AEacides, id eſt Peleus: à nomine patris ſui AEacus ſic appellatur: & eodẽ modo Achilles à nomine aui: Pyrrhus à nomine proaui, &c.

Patronymicum interpretatur patris nomen: à patre & onoma, id eſt nomen: o mutato in y.

Patronymicũ ſignificat filium aut filiam, nepotem vel neptem. Aliquando etiam qui poſt longa tẽpora per rectam lineam conſanguinitatis natus eſt: vt Pyrrhus Epirotarum rex dictus eſt AEacides: quia dicebatur ab AEaco deſcendiſſe.

Patronymica formantur abuſiue à nominibus matrũ: vt Iliades, id eſt Romulus vel Remus Iliæ fi-

lius. Maiades, Mercurius Maiæ filius. Phillyrides, id eſt Chiron Cētaurus Phillyræ filius. A nominibus fratrū: vt Phaethontias, id eſt Lāpetie ſoror Phaethontis. Phoronis Phoronidis, id eſt Io ſoror Phoronei. A nominibus regū: vt Romulidæ, id eſt Romani à rege Romulo. Cecropidæ Athenięſes à rege Cecrope. Theſidæ Athenięſes à rege Theſeo. Arſacidæ Parthi à rege Arſace. Dardanidæ Troiani à Dardano rege. A nominibus filiorū: vt Meleagris, Altea Meleagri mater. A nominibus maritorū: vt Menelais, Helena vxor Menelai. A nominibus deorum : vt Phœbas, Phœbi ſacerdos. A nominibus vrbium, gentium, regionum: vt Colchis, Medea à Colcho. Theſſalis, quæ ex Theſſalia eſt. Troas è Troia. Sicelis è Sicilia. Pannonis è Pannonia. Aſis ex Aſia. Thebais è Thebis. ſic alia multa, quæ pro poſſeſſiuis ſumuntur. A nominibus auorum, abauorum. &c. vt Atlantiades, Mercurius Atlantis nepos. Formantur etiam ab alijs, ſiquis diligenter penitiſſimos poetarum locos rimetur.

Patronymicorum terminationes, quibus Latini vtuntur, ſunt quatuor: vna maſculini generis, ſcilicet es: vt Priamides. reliquæ fœminini generis as, is, ne: vt Phaethontias, Priamis, Nerine.

Patronymica in es ſolum viros ſignificāt, & ſunt omnia primæ declinationis, & declinantur vt Anchiſes in ſingulari: in plurali verò vt Poetæ, ſed in genitiuo patiuntur etiam ſyncopen: vt Cælicolæ.

Patronymica in as declinantur per omnia: vt Lampas, veluti AEetias AEetiadis vel AEetiados, id eſt Medea AEetæ filia.

Patronymica in is declinantur per omnia: vt Pyxis, vt AEneis AEneidis vel AEneidos, id eſt filia vel neptis AEneæ, aut Virgilij de geſtis AEneæ poeſis.

Patronymica in ne declinantur eodem modo, vt Pētecoſte: veluti Nerine Nerines, id eſt filia aut neptis Nerei: vt Galathea. Superuacaneum foret de his carmen cudere.

Patronymica propter carmina ſolum ſunt inuenta : ideo ipſis in proſa non vtimur, niſi iam olim à doctiſſimis fuerint recepta.

Patronymica à Latinis nō formabis, niſi parciſſime in magno opere: vt Paulides, Scipiades, Mēmiades.

Patronymica pro primitiuis interim ſumuntur: vt Scipiadæ, pro Scipiones. Amazonides, pro Amazones. author eſt Seruius.

Patronymica non habent formationum certas regulas: quia pro metri ratione formantur regulæ: tamen licet non ſatis catholicæ hæ dari ſolent.

Nomina primæ declinationis mutant æ genitiui in a breuem, & iuncta ſyllaba des reddunt patronymica: vt Pelias Peliæ Peliades, Hippotes Hippotæ Hippotades, AEneas AEneæ AEneades. Virgilius tamen teſte Priſciano contra regulam AEneides penultima longa, pro AEneades dixit. Item contra regulam ſunt Anchiſes Anchiſiades, Laertes Laertiades: quum patronymicum regulariter formatum nunquam debeat primitiui genitiuum niſi vna ſyllaba ſuperare.

Nomina ſecūdæ declinationis vel ſecūdi ordinis, correpta i genitiui, addunt des, vt Priami Priamides: niſi fuerint duo ij. tūc enim poſterius mutat in a breue, & addit des: vt Menetius Menetij Menetiades. Quæ verò ei habent, mutant ei in i longum, addita des : vt Peleus Pelei Pelides. Tydeus euphoniæ cauſa mutat d in t, quia dicimus Tytides.

Nomina tertij ordinis, vel tertiæ declinationis, correpta i datiui, addunt des: vt Hector Hectori Hectorides. multa contra regulam formantur: vt Scipiades pro Scipionides, Deucalides, Atlantiades, Amphitryonides, &c. quia poetæ addunt, demunt, aut mutant pro metri exigentia.

Patronymica in as formantur à patronymicis in des, habentibus a ante des, extrita de ſyllaba: vt Peliades Pelias, Atlantiades Atlantias, AEneades AEneas. Virgilius tamen AEneis vſurpauit pro carmine de geſtis AEneæ. Homerus ſecundum regulam ab Ilium facit Ilias pro carmine de rebus Ilij.

In is patronymica formantur ab habentibus i ante des, ablata de : vt Priamides Priamis Priamidis. quòd ſi illud i producatur, mutabitur in ei: vt Pelides Peleis. hoc modo exeunt multa librorum nomina: vt Achilleis, AEneis, Alexandreis, &c.

Patronymica in ne pauca leguntur, & formantur à genitiuis addita ſyllaba ne: vt Adraſtus Adraſti Adraſtine. Vel mutādo ei in i longum: vt Nereus Nerei Nerine. Vel poſterius i mutando in o longū: vt Acriſius Acriſij Acriſione. hinc Acriſionæus. Virg. Acriſionæis Danae fundaſſe colonis.

PRONOMINVM DECLINATIO.

PRonominum declinatio ex Donato ſatis noſcitur: ideo de ea carmen dare nolui, ne moleſtarem puerorum ingenia rebus minime neceſſarijs. Pronominū declinationes ſunt quatuor, vt ex Rudimentis lucet. Addam paucula in Rudimentis non declarata.

Prima declinatio pronominum mittit genitiuum in i, vt Ego mei, tu tui, ſui ſine nominatiuo. & apud vetuſtiſſimos in is, vt mis tis, &(quantum licet hariolari ex horum analogia) ſis. Ennius apud Priſcianum, Ingens cura mis eſt concordibus æquiparare. Plautus in Pœnulo, Da diem hūc ſoſpitem rebus mis agendis. Idem in Milite glorioſo, Quia tis egeat & quia te careat. Differūt genitiui mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, à genitiuis mis, tis, ſis, noſtrum, veſtrum: quia mis, tis, &c. actiue ſignificant, id eſt oratio in qua ponuntur, declaratur per verbum actiuum. vt Amor mis, id eſt quo aliquem amo. ſed mei, tui, &c. ſignificant paſſiue, id eſt oratio in qua ponuntur, declaratur per verbum paſſiuum : vt Amor mei, quo amor ab aliquo. Pro mis, tis, ſis, nunc dicimus meus, tuus, ſuus. Pro noſtrum, veſtrum, noſter,

veſter. tamen noſtrum, veſtrum, genitiuis adhuc vtimur partitiue: vt Nemo noſtrum. De his multa videbis in Syntaxi noſtra. (Ego) Donatus in plurali vocatiuum habere cenſet: Diomedes etiam in ſingulari. vt ſi dicam exclamãs, O ego fœlix, ô nos fœlices. ſed ô potius eſt ibi interiectio, quàm vocãdi aduerbium. Ego in datiuo etiam mi facit. Virgilius in 6. AEneid. Et mi genus ab Ioue ſummo. Ouidius decimotertio Metamorphoſeos, Hic quoque mi metuendus erat. Lancilotus vult mihi ſemper integrè debere ſcribi, etiam ſi monoſyllabum proferatur: quia figuratum eſt teſte Papyriano & antiquis cæteris. Veteres à mihi in accuſatiuo Mehe dicebãt, teſte Fabio. Idem ait veteres Sibe & Quaſe, pro ſibi & quaſi ſcripſiſſe.

Mehe. Sibe. Quaſe.

Hibus.

Secunda declinatio mittit genitiuum ſingularem in ius per duas ſyllabas, vt Illius: vel per vnam, vt Huius. Veteres pro his Hibus dicebãt. Plautus in Curculione, Paratiſſimi eſtis hibus. Ab is in nominatiuo plurali dicimus ei vel ij: in datiuo & ablatiuo eis vel ijs. ſic dices de compoſito idem. Cicero, Nam ei cauſam Bibulo valere cupiebant. Iuuenalis, Implet, & ad mœchos dat eiſdẽ ferre cinædis. Olim pro ipſe ipſus dicebant. Terent. Ipſus Dauus mihi dixit. Ob hanc cauſam teſtibus Diomede & Priſciano, ipſum nõ ipſud in neutro genere flectimus. Ipſe omnis perſonæ eſſe multi volunt. Priſcianus tamen libro duodecimo ait, Ipſe eſt tertiæ perſonæ, licet dicamus, Ipſe feci: quia intelligitur ego, teſte Priſciano. Veteres Im pro eum dicebant: vt in lege duodecim tabularum, teſte Macrobio, Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. hic vetuſte Nox aduerbium eſt pro nocte, & Occiſit pro occidit. Hic, ille, iſte, ſic differunt. Hic ſignificat me aut meum, aut quod eſt vbi ego ſum. Iſte ſignificat te aut tuum, aut quod eſt vbi tu es. Ille quiduis tertium. Declarantur hæc & plura in Syntaxi.

Ipſus.

Im.
Nox.
Occiſit.
Hic. Iſte.
Ille.

Tertia declinatio mittit genitiuum ſingularem in i, æ, i: meus mea meum, mei meæ mei. meus vocatiuum facit mi. Terentius, O mi AEſchine, ô mi germane. veteres tamen ô meus dicebant: vnde eſt O popule meus, quid feci tibi. mea ô mea. Terent. O mea Glyceriũ. Quum autem dicitur in ſacris in lib. Iudicũ, Heu me filia mi decepiſti me, & ipſa decepta es. In Ruth, Reuertimini filiæ mi. interiectio blandiendi potius eſt quàm pronomen. Quomodo differant, meus, tuus, ſuus, noſter & veſter, à genitiuis primitiuis mei, tui, ſui, noſtri & veſtri, doceberis in Syntaxi.

Quarta declinatio mittit genitiuum in atis, vt Noſtras noſtratis, veſtras veſtratis. declinantur per tria genera, vt Arpinas. Cicero ad Cælium, Putaréſne vnquã accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent, non ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Cato Cenſorinus, Rex Seleucus arma noſtratia facit. Cauſa cur nõ dicimus meas meatis, tuas tuatis, ſecundum Priſcianum eſt: quia gens vel patria non vnius eſt, ſed multorum poſſeſſio. Nunc de Pronominum compoſitione pauca libet afferre.

PRONOMINVM COMPOSITIO.

Pronomina componuntur inter ſe, vt Egoipſe, tuipſe, ſuijpſius. Egoipſe eſt quod indocti dicunt ego perſonaliter. Iſte componitur cum hic ſeruata aſpiratione, vt Nebriſſenſi & pluribus etiam doctiſſimis placere video contra Priſcianum: vt Iſthic iſthæc iſthoc, vel comicè iſthuc: genitiuo & datiuo caret: accuſatiuo iſthunc iſthanc iſthoc: ablatiuo iſthoc iſthac iſthoc. Pluraliter generis neutri nominatiuo & accuſatiuo iſthæc: cæteris caret. Sic inuenitur ille cum hic, illhic illhæc illhoc. Secundo pronomen componitur cum nomine, vt Huiuſmodi: & intercedente ſyllabica adiectione huiuſcemodi. ſic cuiuſmodi, cuiuſcemodi, &c. quæ nomina eſſe dicit Priſcianus: quo teſte Cicero dixit cuicuimodi pro cuiuſcunquemodi. ſic olim plura nunc exoleta: vt Alis pro alius, &c. Tertio teſte Donato cum præpoſitionibus componuntur: vt Mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum, quicum, quibuſcum. Priſcianus dicit ſolum orationes eſſe. funguntur tamen aduerbiorum vice: quod Donatum ſatis excuſat, vt in quamobrem. Quarto componitur cum aduerbio, vt Idem, ab is & demum: quaſi is demum, id eſt præcipue vel iterum. Et declinatur ſic, Idem eadem idem, eiuſdem, eidem, eundem eandem idem, ab eodem eadem eodem. Et pluraliter, eidem vel ijdem, eædem eadem, eorundem earũdem eorundem, eiſdem vel ijſdem, eoſdem eaſdem eadem, ab eiſdem vel ijſdem. Ab idem fit aduerbium identidem, id eſt ſæpe: & itidem, id eſt ſimiliter. Itẽ is componitur cum ecce vel en: vt Eccum eccam eccum, eccos eccas ecca. ſic cum ille, Ellum ellam, ellos ellas. Priſcianus & Sergius pronomina eſſe aiunt, quia genus in eis conſpicitur: vt ſit eccum, en eum: ellum, en illum, &c. Valla aduerbia eſſe contendit, & ſic declarari, eccum, ecce hic de quo loquebamur: ellum, ecce illic. Itaque ſint aduerbia quandam pronominis naturam retinentia. Terentius ecca dixit, Ecca fundi noſtri calamitas. Quinto hic componitur cum coniunctione interrogatiua ne, vt Hiccine hæccine hoccine, genitiuo & datiuo caret. hunccine hanccine hoccine, ab hoccine haccine. Et pluraliter generis neutri nominatiuo & accuſatiuo hæccine, cæteris caret. ſic aduerbia huccine haccine, &c. Item ſiccine pro ſic ne. Perſius,

Iſthic.

Illhic.

Eccum.
Ellum.

Hiccine.

O miſer inque dies vltra miſer, huccine rerum
Venimus? Profertur hæc ironice, & cum quadã indignatione. Boetius, Hæccine eſt bibliotheca? Sexto pronomina cõponuntur cum ſyllabicis adiectionibus, quæ ſunt quinq;, met, tim, te, ce, pte: vt Egomet, meatim, tute, huiuſce, ſuapte. Syllabica adiectio, eſt ſyllaba extra compoſitionẽ nihil ſignificans. in cõpoſitione ſignificatio eius deprehenditur. nam aliter ſignificat egomet quàm ego: & ſuapte quàm ſua. ideo doctiſſimi ſyllabicas adiectiones dicũt eſſe aduerbia inſeparabilia, vt re, con, &c. ſunt præpoſitiones inſeparabiles. De his Seruius in illud, Durate & voſmet rebus ſeruate ſecũdis: ſic ait, Hæ parti-

Syllabica adiectio.

culæ,met,piam,te,ornatus cauſa ponuntur:aduerbia autẽ ſunt. nam quicquid ab illis ſeptem partibus
receſſerit,fit aduerbiũ.hæc ille.Cui nonnihil cõtradicit Lãcilotus. Met auget,nõ tamen excludit ſem Met.
per,vt docet Lãcilotus:& iungitur pronomini primæ perſonæ per omnes caſus abſque genitiuo plura-
li,teſte Mãcinello cum Nigro:vt Egomet,memet,&c. Itẽ pronomini ſecũdæ perſonæ in obliquis ſin-
gularibus iũgitur,vt tuimet:& plurali toti præter genitiuũ,teſte Nigro.Legi tamẽ(ſi recte memini) no
ſtrimet genitiuũ à nos apud Terentiũ.ergo dicitur etiã veſtrimet.Tumet nõ dicitur,quia in vſu nõ eſt:
aut ne verbum eſſe videatur: ſed pro illo tute dicimus:vnde rurſum fit tutemet.Lucretius libro 1,Ac-
cipe præterea quæ corpora tute neceſſe eſt. Idem,Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum Tute.
Terriloquis victus dictis deſiſtere quæres . Cicero tamen,niſi mendum ſit, tumet dixit in oratione pro Tutemet.
Cæcinna,Tumet deieceris. Te,ſoli nominatiuo ſingulari tu adijcit:quia tuite nõ dicitur.Itẽ dicimus Te.
ſuimet,ſibimet,&c.& ſuuſmet. Tacitus,Suiſmet vitijs.Idem,Suiſmetipſis cædibus ſæuirent.Nam hæc Suiſmetipſis.
cum met compoſita,rurſum componuntur cum ipſe.Cic.pro domo ſua,Vobiſmetipſis pontifices.Li-
uius 8,Capti à ſuiſmetipſis.Cic.ad Atticũ,Memetipſo carẽdum eſt.Plin.lib.36,Vmbra colligeretur in
ſemetipſam.Suetonius in Claud.Refrigeratus à ſemetipſo.Quintil.lib.12,Sed ne more Socràticorũ no
biſmetipſis finxiſſe videamur.Hæc attuli propter quorundã impudentiã,negantiũ Latine dici noſmet-
ipſi,&c. Tim,teſte Priſciano,iungitur ablatiuis fœminini generis mea,tua,ſua: vt Meatim,id eſt meo Tim.
more. Pte iungitur ablatiuis mea,tua,ſua,noſtra,veſtra:aliquando etiã meo,tuo,ſuo,noſtro,veſtro:vt Pte.
Meapte,id eſt mea propria,&c. Terent.in Heaut.Ita me di ament,vt ego nunc non tam meapte cauſa
lætor quàm illius,quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.Cic.in primo de finibus bono. Qua vos
doceat,& ad ſe alliciat ſuapte natura.Idem lib.3.de perfecto Oratore,Publium Craſſum ſuapte interfe-
ctum manu.Terent.Noſtrapte culpa facimus.Cic.in primo Tuſc.Suopte nutu & ſuopte pondere ad
pares angulos ferantur. Ce iungitur obliquis pronominũ hic & ille,vbi finis eſt s litera: vt Huiuſce, Ce.
haſce,illoſce,&c.ſic aliquando iſtoſce,eoſce. veteres etiam dicebant hicce,hæcce, hocce,& iſce in nomi-
natiuo pro is.Terent. in Eunucho,Iſce hoc munere arbitratur Thaidem eſſe ſuam. id eſt is,teſte Do- Iſce.
nato.Priſcianus lib.12.legit hiſce pro hi : & dicit fuiſſe nominatiuũ olim hiſce pluralem: & arbitrãtur,
non arbitratur. Quoniã Donatus inter pronomina poſuit quis & qui, ideo hîc de compoſitione ho
rum pauca afferam : quanuis cum Priſciano potius nomina eſſe credam , quia certam non ſignificant
perſonam,quod proprium eſt pronominis.

QVI ET QVIS IN COMPOSITIS.

Quis & qui differunt dupliciter,ſcilicet ſignificatione & compoſitione . Nam quis nominatiuus eſt Quis.
nomen interrogatiuum: vt Quis eſt iſte rex gloriæ? nunquam verò refert: niſi quas pro quibus datiui
vel ablatiui caſus.Virgilius, -ô térque quatérque beati
Queis ante ora patrum,Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere. id eſt mori. Qui in ſingulari ſemper refert, niſi euphoniæ cauſa & comicè dicas, Qui.
Qui vocare? pro quis. vt Sat diues qui ſanus & ſuis contentus eſt. In plurali Qui interrogat. vt Qui
ſunt hi?Et refert: veluti, Beati qui nunc lugent. Quis infinite capitur: vt Venit cum illo neſcio quis
nebulo. Quis olim erat cõmunis generis. Plautus,Quis ea eſt,non optima eſt.Idem,Dic mihi,quæ-
ſo,quis eſt quam vis ducere vxorem?Terentius in Eunu.Hunc oculis noſtrarum quiſquam non vidit.
Ablatiuus qui,apud Plautum in frequẽti vſu eſt,reliqui vix vnquam vſurpant: niſi dicas quicum pro
cũ quo.Plautus in Amphitryone,Patera donata eſt aurea qui Pterela potare rex ſolitus eſt.id eſt qua.
Ibidem,Qui vxore,id eſt qua. ſic cum quiquam amante,id eſt quoquam,&c. Terentius in Eunucho,
Quicum Parmenone.Virgilius vndecimo AEneidos,
-Accam ex æqualibus vnam,
Quicum partiri curas.id eſt cum qua.eſt ſermo elegãs. Quî aduerbium pro quomodo,valde elegãs Quî.
eſt:vt Quî ſcis?Horat.Quî fit Mecœnas,&c.Terent.Quî ſcis eos diſcordare? indocti quid ſcis,pro quî
ſcis,dicunt.hunc atqui,id eſt certe,vel ſed quomodo.Quis,id eſt qualis.Virgil.4.AEneid.Quis nouus
hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?Quem ſeſe ore ferens?Ita hic pro talis capitur. Virg.AEn.9,Hunc
ego te Euryale aſpicio? Quid & quod differunt.Quid cum ſuis cõpoſitis ſubſtantiuum eſt:& inter- Quid.
rogat,aut infinite capitur: nunquam refert.vt Quid cauſæ,Quid damni: nõ Quid damnum. Quod Quod.
cum ſuis adiectiuum eſt.vt Quod pomum: & frequenter refert. In fœminino genere Donatus dicit
quæ vel qua in ſingulari,& ſimiliter in nominatiuo & accuſatiuo plurali neutri generis. id ſolum fecit
propter compoſita à quis vel qui.Nam qua nominatiui caſus,extra compoſitionem nihil ſignificat.
Vt ergo cognoſcas compoſita à quis & qui,notabis verſus Badianos,

En,ne,alius,num,ſi,depoſcunt quis ſibi ſubdi:
Et qua volunt,non quæ,quoties reperitur vtrunque.
Poſt quis,nam,que,piam,non qui,tu pone putas,quam.
Dam,vis,cunque,libet,non quis,ſed qui,ſibi ſubdet.
Nec qua volũt,ſed quæ,quoties reperitur vtrũque.

Quis in cõpoſitione poſtponitur dictionibus en,
ne,alius,num,ſi.& dicimus ecquis,nequis,aliquis,nunquis,ſiquis.& vbicunque Donatus dicit quæ vel
qua,hæc in qua deſinunt,non in quæ : vt ecqua(licet quidam contradicat)nequa,aliqua,nũqua,ſiqua.

Plautus in Menæhmis, Heus adoleſcens,ecqua mihi portio ineſt? Horatius,
Concute nunqua tibi vitiorum inſeuerit olim
Natura. Virgil. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. Ouid. Siqua voles apte nubere,nube pari.

Quis præponitur in cõpoſitione quis,nam,que,piam,putas,quam. vt Quiſquis,quiſnã,quiſq;,quiſpiã,quiſputas,in ſacris:quod Valla negat ſatis Latine dici:quiſquã. His particulis non præponitur qui, ſed quatuor alijs,dam,vis,cunque,libet: quibus nõ iungitur quis:vt Quidam,quiuis,quicunque,quilibet:& hæc poſteriora tam à quis,quàm à qui,ſolum quæ habent, vbicunque Donatus dicit quæ vel qua: vt Quænam,quædam,&c. Quæquam,quidquam aut quodquã rariſſime legitur:quidcũque nunquam,ſed bene quodcunque. Ablatiui qui & quis in compoſitis nunc non leguntur,niſi apud antiquiſſimos, in quorum albo eſt Plautus. Quiſquis in vſu vix habet alios caſus quàm quiſquis,quicquid,à quoquo,& à quaqua. Quiſque,teſte Valla,caret genitiuo plurali. Vnuſquiſque caret toto plurali. De ſignificationibus & horum omnium differentijs in Syntaxi noſtra copioſe dixi.

Grammaticæ Deſpauterianæ

LIBER III.

DE HETEROCLITIS.

QVanquam heteroclita propriè loquẽdo ea demum dicantur,quæ cõtra aliorum regulam declinantur, vt cælum,& vas vaſis,&c. ſicut bene declarauit doctiſſimus grãmaticus Lancilotus: tamen tritiorem viam ſecutus cum Sulpitio & Perotto pluribúſque, vnicum in librum congeſſi anomala,defectiua,& abundantia,tãquam generali nomine hæc omnia heteroclita dicantur. Diuiſi autem librum in tres partes:in anomala quæ propriè heteroclita dicũtur:in ecliptica vel defectiua,& in abundãtia. Heteroclitũ interpretatur aliter declinatum:ab heteros,id eſt aliter: & cliton, declinatum. Heterocliſis,eſt alia declinatio. Anomalia,id eſt irregularitas:ab a,id eſt ſine:& nomos,id eſt lex:anomalum,irregulare. Heteroclitum igitur triuialiter loquendo tripliciter fit:quia aut variat, id eſt contra aliorum normã declinatur:vt hoc Cælum,hi cæli. aut deficit:vt Aurum,ſine plurali. aut abundat,id eſt vario genere,aut varia terminatione,aut declinatione idem notat:vt hic aut hoc Vulgus,tignus vel tignum,ficus,huius ficus vel fici. Item vna voce varia notat:vt Literæ,aura,&c. hæc memoriæ commendabis per verſiculum doctiſſimi Badij, Deficit,aut variat heteroclita vox, vel abundat.

Irregulariter declinatur nomẽ,ſiue variat quinque modis. Primo variat genus,vt hoc Cælũ,hi cæli:& dicitur heterogenum vel heterogeneũ. Secundo variat declinationem tantum,vt hoc Vas vaſis, hæc vaſa vaſorũ. Tertio variat genus & declinationem,vt hoc Epulũ,hæ epulæ. Quarto variat,ſiue irregulariter format obliquos,vt Iuppiter,Iouis. Quinto contra aliorum modũ aliquos caſus finit,vt Ambo. De his primo dicã:inde cum defectiuis abundantia enucleabo. Aſpiret cœptis Ieſus.

ANOMALA SIVE HETEROCLITA: ET PRIMVM in ſingulari,maſculina: in plurali,neutra.

Maſcula ſunt primo numero,ſed neutra ſecundo,
Dindymus,infernus,locus,Iſmarus,& ioca,cetus,
Mænala,Taygetus,ceu tartara,Maſſica,Auernus,
Sibila,Pangæus,ceu Tænara,carbaſa. dant hi
Quædam plurali: verum loca non damus arti.

In ſingulari maſculina, in plurali neutra ſunt nomina hic poſita : hic Dindymus, hæc Dindyma, &c. ſed hic aut hæc Carbaſus. quædã horũ etiã maſculina ſunt in plurali,& ſic nõ ſunt heteroclita:vt
Dindymus. hic Iocus,hi ioci,vel hæc ioca,&c. declarabo ſingula latius. Dindymus,mõs Phrygiæ in quo colebatur Cybele mater deorũ,inde Dindymene dicta. Tortellius negat Dindymus in ſingulari reperiri,ſed fallitur. Ouid. 4. Metam. Dindymon & Cybelen & amoenã frõdibus Idam. Propertius,Dindymus &
Infernus. ſacra fabricata iuuẽca Cybelle. Virg. 10. AEn. Alma parẽs Idæa deûm,cui Dindyma cordi. Infernus, hæc inferna,pro infernorũ loco. Hieron. in Paral. Deglutiamus eum ſicut infernus viuentẽ. Et in Iob, Ducũt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcẽdunt. hoc nomen proprie heteroclitũ nõ eſt, quia per naturã eſt adiectiuũ,vt Molaris:& in ſingulari intelligitur carcer vel locus:ideo eſt maſculinũ. in plurali intelligitur loca:ideo eſt neutrũ. & dicitur ab infra,vt Supernus à ſupra. verũ quum tanquã verum ſubſtantiuũ inter heteroclita ab Alexãdro & Mancinello & pluribus ponatur, nolui omittere. Lactãt. Solue catenatas inferni carceris vmbras. Virg. Infernas accede domos. Idẽ,Quando hic inferni
Locus. ianua regis. Locus,quicquid aliquid cõtinet. Virg. Hic locus vrbis erit. In hac ſignificatione plurale eſt hi loci,vel hæc loca. Vtrouis intrepide vtaris tam in proſa quàm in carmine. Virgilius 1. AEneidos, Deuenere locos vbi nunc ingentia cernes Moenia. Idem, Vt primum lux alma data eſt exire,locóſque

Explorare nouos. Sillius lib. 1, Tum pretio mercata locos noua mœnia ponit. Sic cæteri poetæ ſæpiſſi-
me. Salluſtius, Proximos noſtro mari locos occupauere. Idem, Inter illos & Numidiã multi vaſtiq; lo
ci ſunt. Cornelius Tacitus, Diſpoſitis per idoneos locos cohortibus auxiliarijs. Idẽ, Diuerſos locos pa-
riter inuaderent. Idem, Ventum dehinc in locos cultos, demeſſæque ſegetes. Idẽ, Terret ſolitudo & ta-
cẽtes loci. ſic idem ſæpius. Gel. lib. 3. cap. 7, Colles locóſque idoneos prior occupat. ſic plurimi alij etiã
elegantiſſimi. Itẽ locus dicitur genus. Salluſt. Natus haud obſcuro loco. & tẽpus pluráque. Inter cæ
tera locus dicitur argumẽti ſedes, id eſt oratio notiſſima per quã probamus argumẽtationem, & ſic in
plurali ſolũ eſt maſculini generis, hi loci. & hoc eſt cur dixi Verum loca nõ damus arti. ſcilicet rhetori-
cæ aut logicæ. Itẽ loci pluraliter tantum ſignificat receptaculũ ſeminis & embryi in muliere. de hoc in
defectiuis plura. Iſmarus, mõs Thraciæ, aſper & incultus ex vna parte: ex alia fertilis vinetis & oliue- Iſmarus.
tis. Virg. Nec tantũ Rhodope miratur & Iſmarus Orphea. Plurale Iſmara apud eundẽ reperies. Iſma-
ra ſingulare vrbẽ Ciconum ſignificat. Iocus, hi ioci, & hæc ioca, ludus: licet nõ omnis ludus, iocus di Iocus.
catur. Iocoſus, ioco plenus. Ioculus, paruus iocus. Iocor iocaris, iocum facio. Ioculator, ſcurra qui iocos
facit. Mart. Cõſueuere iocos veſtri quoque ferre triumphi. Salluſt. in Iugur. Ioca ſeriáque cum humili-
mis agere. Gel. lib. 12, Inſulſi hominis ioca non prætenbo. Cetus, piſcis maximus. hi ceti, & hæc cete. Cetus.
Hieronymus, Sicut fuit Ionas in ventre ceti. Ambroſius in lib. Hexa. Virtute mitigauit mare, diſcipli-
na ſtrauit cetos. Eſt etiam cæleſte ſignum. Rufus Auienus in Arato,

Diſtantem Andromedam prolixo tramite mundi

Perterret cetus. Singulare etiam reperies apud Manilium & Lucanũ. Ergo Seruius male credidit nuſ
quã reperiri. Virg. Immania cete. Hieron. in Geneſi, Creauit deus cete grandia. Cetarij, qui marinos pi-
ſces vendunt: quorum plerique magni ſunt. Mænalus, Arcadiæ mons. pluraliter hæc Mænala. vtrun Mænalus.
que apud Virgilium leges. eſt etiam vrbis nomen. Taygetus, hæc Taygeta, mons Laconiæ. ſic Aldus Taygetus.
pluréſque. Tartarus, hæc tartara, id eſt infernus. à taratto, id eſt conturbo: quia illic omnia perturba- Tartarus.
ta dicuntur. vel à tartarizin, id eſt à tremore frigoris: ſole enim caret. Virgilius ſexto AEneidos, Tum
tartarus ipſe. In eodem, -non me impia nanque

Tartara habẽt. Hinc Tartareus, id eſt infernalis. hoc tartarum, eſt fæx vini. Tartari Tartarorũ, popu-
lus quidam Scythiæ, qui etiam Numades dicũtur. Maſſicus, mons Cãpaniæ optimi vini ferax: quod Maſſicus.
Maſſicum dicitur. Silius lib. 7, Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis. Virgilius libro 7,

-vertunt fœlicia Baccho

Maſſica qui raſtris. Auernus, hæc Auerna, lacus Cãpaniæ quondã propter circunſtantes ſyluas tam Auerna.
fœtidus vt aues eũ fugerẽt: vnde dicitur auernus, quaſi aornos, id eſt ſine auibus. hinc ad inferos introi-
tus patere credebatur; ideo pro inferno capitur. Auernalis, id eſt infernalis. Lucret. lib. 6,

Principio quod Auerna vocãt, non nomẽ id ab re Impoſitũ eſt, quia ſunt auibus cõtraria cũctis. Di-
citur etiã pluraliter hi Auerni. Claud. Dij quibus in numerũ vacui famulãtur Auerni. Hinc adiectiuũ
Auernus auerna auernũ. Sil. Degeneres animas tenebris dãnauit auernis. id eſt infernalibus. Itẽ Auerni
Auernorum, fuerunt quidã Galliæ Aquitaniæ populi bellicoſiſſimi. Sibilus, hi ſibili & hæc ſibila, id Sibilus.
eſt flatus aut ſibilatio. Hieron. in lib. Iudicũ, Quare habitas inter duos terminos vt audias ſibilos gre-
gũ? Idem cõtra Iouinianum, Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui. Virg. 2. AEneid. Sibila lambebant lin-
guis vibrãtibus ora. Seruius hic adiectiue capit pro ſibilantia. Pangæus, hæc Pangæa, teſte Neſtore Pangæus.
cum Calepino, promontorium eſt Thraciæ. Statius, -illic Pangæa reſultant

Iſmaráque. Hinc Pangæus Pangæa Pangæum, vt Pangæa arua. Tænarus, hæc Tænara, non Tæna- Tænarus.
rus, promõtorium Laconiæ habens in ſummitate ſpecum, in quo ventus ſtrepitum facit terribilẽ: vn-
de poetæ finxerunt ibi eſſe portã inferni: & pro inferno capitur. hinc Tænareus Tænarea Tænareum,
id eſt infernalis. hoc Tænarum, eſt oppidi nomẽ à Tænaro appellatum. Carbaſus tã fœminini quàm Carbaſus.
maſculini generis patet in generibus. lectum eſt aliquãdo, teſte Priſciano, hoc carbaſum, vnde potuit
eſſe plurale hæc carbaſa, vt ait Lãcilotus: & ſic non eſſet vere heteroclitum, vt quædã ob hanc cauſam
à nobis in carmine omiſſa. Lucan. in 4, Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gẽmis. Supparus, hi ſup- Supparus.
pari, teſte Mancinello, hoc ſupparum, hæc ſuppara. igitur abundãs eſt non proprie heteroclitum. Neu
tro ſingulari Plautus in Epidico vtitur. eſt linteũ femorale ad talos pẽdens, teſte Marcello. dicitur quòd
ſubtus appareat. alij camiſiam, alij interulam appellãt, ait Lancilotus. Camiſia nõ creditur ſatis Latine
dici: Subucula rectius appellatur. Feſtus dicit ſupparũ eſſe veſtimẽtum puellarum, id eſt ſubuculã. Pe- Subucula.
rottus vult eſſe genus togæ leuis & anguſtæ, dictum quòd ſuperinduamur eo. Lucan. Suppara nuda-
tos ſtringunt anguſta lacertos. Supparum etiã eſt linteum quod annectitur ipſi velo. Papin. in Achil.

Partitíque vices vos ſtuppea nectite mali

Vincula, vos ſummis annectite ſuppara remis. Balteus, hi baltei, vt omnes præter Maurũ cõſentiunt, Balteus.
is plurale baltea ſolũ eſſe affirmat. Veruntamẽ eſt ex neutro ſingulari Balteum. Feſtus, Subcingulũ eſt
balteum. ideo abundãs eſt nõ proprie heteroclitũ: licet in ſingulari magis eſt in vſu balteus, in plurali Balteum.
verò baltea. & eſt militare cingulũ, vel zona bullis ornata. Iuuen. Aſt illis quos arma tegunt, & balte-
us ambit. Etiã eſt lorum quo milites arma portant. Virgilius, -humeróque apparuit alto Balteus.

Pileus, hi pilei, hoc pileum, hæc pilea, ſimiliter abundans eſt nõ proprie heteroclitum: & eſt tegmen Pileus.

capitis. Neutrum pileum magis in vſu eſt apud doctos. Feſtus, Albogalerus capitis pileum eſt. Vale. Max. lib. 8, In modum vexilli pileum ſeruituti ad arma capeſſenda oſtētatum erat. Seruituti, id eſt ſeruis qui in manumiſſione raſo capite accipiebāt pileum. Perſius, Hæc mera libertas, hāc nobis pilea donant. Pileus maſculinū ne credas inepte dici cōtra Vallā. Seruius in 2. AEn. Tiara Phrygius pileus eſt. Gel. lib. 7. ca. 4, Pileus impoſitus demōſtrabat eiuſmodi ſeruos vænūdari, quorū nomine emptori vēditor nihil præſtaret. Pileolū vel pileolus, diminutiuū eſt. Hieron. ad Fabiolā, Pileolus rotūdus eſt. Idē ad Paulinū in neutro genere vtitur dicēs, Pileolū textura breue, charitate latiſſimū ſenili capiti cōfouēdo libēter accepi, & munere & muneris authore lætat⁹. Gargarus hue nō pertinet, quia ſingulari nume

Gargarus. ro lōge aliud ſignificat quàm plurali. Gargarus enim eſt lacus vnde fluunt Scamander & Simois, vt ait Strabo, teſte Lāciloto. Gargara, vt etiam Macrobius ait, eſt cacumē montis Idæ, noménque oppidi ſub eo. Virg. 1. Georg. Ipſa ſuas mirātur Gargara meſſes. ſic Lancilotus vir doctiſſimus, quē nunc imitor. alij alia dicunt, quibus ſuperſedeo. Laurētius Valla addit dictis euētus, iuſſus, permiſſus: quæ in ſingulari numero maſculina quartæ ſunt: in plurali verò neutra ſecundæ, euēta, iuſſa, permiſſa. Nos hæc omiſimus, quia iuſſa, permiſſa, euenta nō ſunt à iuſſus, permiſſus, euētus: ſed à neutris iuſſum, permiſ-

Iuſſus. ſum, euentū: quæ reperiri pro iuſſus, permiſſus, euētus iam probabo. Iuſſus, id eſt imperiū: raro repe-ritur præterquā in ablatiuo iuſſu: cui cōtrarium eſt iniuſſu. Terent. in Hecyra, Quamobrē incendor ira

Iuſſum. te eſſe auſam facere iniuſſu meo. Hoc Iuſſum iuſſi: & pluraliter iuſſa iuſſorū, id eſt iuſſus & imperiū vel iuſſio. Gellius (vt ante me notauit Mancinellus) Lex eſt generale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu. Idem, Niſi populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt. Sillius libro 7, Conſequitur iuſſo manus, & muralia portat. id eſt iuſſione, teſte Mancinello. Idem libro 9,

Nec iuſſo mora collectis fumantia lucent

Terga elephantorum flammis. Virg. Ille patris iuſſa exequitur. Idem, Accipe iuſſis carmina cœpta tuis. Rurſum de ſingulari, Siſen. lib. 3, Tamen Tudertibus ſenatuſconſulto & populi iuſſo dat ciuita-

Permiſſus. tem. Permiſſus, id eſt permiſſio, vix quicquam in vſu habet, præter ablatiuum permiſſu: vt Sine patris

Permiſſum. permiſſu nihil agas. Hoc Permiſſum, & pluraliter hæc permiſſa, teſte Mancinello, id eſt permiſſus.

Euentus. Euentus, hi euentus, & hoc euentum, hæc euenta, quicquid caſu aut fortuna euenit ſiue bonum ſi-

Euentum. ue malum. Cic. lib. 1. de Oratore, Vt enim quiſque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varióſque euentus orationis, expectationémque hominum pertimeſcit. Virg. lib. 6, -cæcóſque volutat Euentus animo ſecum. Lucretius lib. 1, Euentum dici poterit quodcunque erit actum. Tullius in Partitionibus, Si cuiuſque facti & euenti cauſa ponetur. Idem de diuinatione, Si euēta quærimus quæ exquiruntur auibus. Idē ad Lucium Fabium, Rerum euentorúmque meorum. hoc ſæpius legitur quàm euētuum. Idem de Oratore, Ex aliorum factis aut dictis aut euētis. ſic melius dicitur quàm euentibus. Adijciunt quidā geſtus, actus, viſus, & plura: ſed male teſte Lanciloto: quia lecta ſunt neutra actum, ge-

Garganus. ſtum, &c. Lancilotus adijcit heteroclitis noſtris montis nomen, hic Garganus, & pluraliter hæc Gargana. ſed eiuſmodi nomina Mænalus, Tartarus, &c. pluraliter per poeticam licentiam dicta ſunt. poetæ nanque plurale pro ſingulari ponunt, vt ora pro os, pectora pro pectus. Virgilius 5. AEneidos, His vbi læta deæ permulſit pectora dictis. Sic Iſmara pro Iſmarus, &c. ideo talia ſunt abundantia.

IN SINGVLARI FOEMININA, IN plurali neutra.

Hæc prius, hæc pòſt dant tibi Pergamus atque ſupellex.

Hæc duo nomina Pergamus & ſupellex dant prius & pòſt hæc, id eſt in ſingulari ſunt generis fœminini, & in plurali generis neutri: vt hæc Pergamus, hæc ſupellex: & pluraliter hæc Pergama, hæc ſu-

Pergamus. pellectilia. ſic etiā carbaſus, quod ſatis declaratum eſt. Pergamus, vrbs Phrygiæ, Priami regia. Author AEtnæ, Quis nō Argolico defleuit Pergamon igni? Singulare Pergamus in hac ſignificatione etiam leges in Hecuba Senecæ. Cic. 1. de diuinat. Tum eſſe exitiū Troiæ, peſtē Pergamo. Quidā credidit ſingulariter in hoc ſignificatu nō reperiri. Virg. Nanque videbat vti bellātes Pergama circum. Pergamus vel Pergamum etiam eſt nomen alterius vrbis Aſiaticæ, quæ fuit regia Attali, & Galeni medici patria. hic mēbranæ vſus inuentus eſt quam pergamenā vocamus. huius vrbis meminit diuus Iohānes in Apo-

Supellex. calypſi. pro hac vrbe nō inueni Pergama pluraliter. Supellex, hæc ſupellectilia ab antiquo nominatiuo ſupellectile. Cic. in Topicis, teſte Lāciloto, Quæ cerni tangique poſſunt, vt fundū ædis, parietes, ſtillicidium, mancipiū, pecudē, ſupellectile, &c. Diomedes ſupellex plurali carere vult, & nondū inueni, ait Nebriſſenſis. Multa his nominibus annumerari ſolēt, quæ reuera nō ſunt anomala, vt iamiam pro-

Zizania. babimus. Zizania zizaniæ, & pluraliter zizaniæ zizaniarū: vel hoc zizaniū, & pluraliter hæc zizania

Zizanium. zizaniorū, id eſt lolium & quodcunque adulterinū ſemen quod frugibus miſcetur. Hieron. Zizanium

Paſcua. mixtum eſt tritico. Paſcua paſcuæ, paſcuæ paſcuarum: vel paſcuum, hæc paſcua paſcuorum, omnis

Paſcuum. locus in quo pecudes paſcūtur, ſiue pratum, ſiue ager, ſiue mons, &c. Hieron. in pſalmis, Oues paſcuæ eius. Idem in plurali, Inuenerunt paſcuas huberes. Seneca in ſecunda tragœdia, Fatale ſacro monte paſcuum tegens. Colum. lib. 8, In eo rure, quod paſcuo caret, contineri poteſt exiguo & qualicunque pabulo contentus. Ouidius 4. Metam. Axe ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorū. Inuenimus paſcuus

paſcua paſcuum, adiectiuum: vt Paſcua ſylua, quæ in paſtum pecudum deſtinata eſt. Paſcuus ager, in quo pecudes paſcuntur. hinc compaſcuus. Cicero in Topicis, Si compaſcuus eſt ager, ius eſt compaſcere. Paſcualis, ad paſcuam pertinens: vt Paſcualis bos, qui adhuc paſcitur vt pingueſcat.

Intybus. Intybum. Intybus maſculini generis vel fœminini, hi vel hæ intybi: aut hoc intybum, hæc intyba intyborum, herba quæ etiã cicorium dicitur. Phocas vult intybus eſſe fœminini generis: Diomedes verò maſculini. De maſculino, Plinius lib. 2. naturalis hiſtoriæ, Intybi nõ extera remedia ſunt: ſuccus eorum cum roſaceo & aceto capitis dolores lenit. Apud eundem leges aliquando in fœminino genere: quia intelligitur generale fœminini generis herba. Virgilius, Et amaris intyba fibris.

Arbutus. Arbutum. Arbutus, hæ arbuti, arboris nomen: hoc arbutum, hæc arbuta arbutorũ, fructum illius arboris ſignificat. Horatius, Impune tutũ per nemus Arbutos quærunt latẽtes. Virg. Dant arbuta ſyluæ. Suffragantur mihi Priſcianus & Antonius Mãcinellus cũ Calepino.

Rhetorica. Rhetorica, Georgica, Phyſica addenda nõ ſunt: quoniã ſingularia eorũ nõ ſunt fœminina, rhetorica, georgica, &c. ſed potius ſunt ab adiectiuis quæ quaſi ſubſtãtiua ponũtur: quia intelligimus opera aut poemata. Scio aliter ſentire Lancilotũ, ſed nódum in illius verba iuraui. verũ de his plura dicã circa ſingulari numero carentia.

Olympia. Olympia ideo male à quibuſdã additur: quia ſingulare hæc Olympia Olympiæ, ſignificat vrbẽ inter Oſſam & Olympũ mercatu famigeratã. Olympia olympiorũ pluraliter, ſignificat ludos qui Olimpiæ, & in nõnullis alijs vrbibus Græciæ fiebãt in honorẽ Iouis Olympici. fiebant autẽ quinto quoque anno. vnde Olympias olympiadis dicitur luſtrũ ſiue quinquẽnium.

Ceraunia. Ceraunia cerauniæ, arbor & fructus, alio nomine ſiliqua. Ceraunia cerauniorũ, montes alti in Epiro. Virg. Prouehimur pelago vicina ceraunia iuxta.

Chronica. Chronica chronicæ, barbarũ eſt. Latini chronica chronicorũ dicunt pro hiſtorijs tẽporum.

Neomenia. Neomenia neomeniorũ, nihili verbũ eſt. Neomenia neomeniæ, hæ neomeniæ neomeniarũ, id eſt nouilunium, vel prima dies lunæ aut mẽſis.

Altilis. Altilis heteroclitum nõ eſt, ſed adiectiuũ, vt ſeſſilis, ſculptilis, reptilis. Sed putatur eſſe heteroclitũ, quia in ſingulari altilis intelligitur auis: in plurali altilia, ſubauditur animalia, per regulã Mobile pro fixo. Dicitur autẽ altilis, alitus vel ſaginatus, ab alo alis, &c. Vnde Varro boues altiles, & aper altilis dixit. Iuuenalis, Ad vos iam veniet minor altilis. ſubauditur gallina aut auis. In ſacris, Tauri mei & altilia mea occiſa ſunt. Plautus, Dote & altili & opima. id eſt opulẽta. Quidam addunt hæc ceta Cetæ, & pluraliter hæc cete.

Galbanus. Galbanus nõ adijciendum eſt, quia inuenitur etiam hoc Galbanum: & eſt ſuccus ſiue lachryma cuiuſdam herbæ.

IN SINGVLARI NEVTRA, ET IN PLVRALI maſculina.

Maſcula plurali numero ſunt, neutra priore,
Elyſium, cælum: quibus apte iungitur Argos.
Plurali numero ſunt maſcula neutráve, frænum,
Et filum, clauſtrum, raſtrum: coniunge capiſtrum.
Eſt primo numero neutrum plus, omne ſecundo.

In ſingulari neutri generis, in plurali maſculini ſũt hoc Elyſiũ, hi elyſij: hoc Cælũ, hi cæli: hoc Argos, hi argi. Quæ ſequuntur, in plurali tam neutri quàm maſculini generis ſunt: vt hoc Frænum, filum, clauſtrum, raſtrum, capiſtrũ: hi fræni, fili, &c. vel hæc fræna, fila, &c. Plus in ſingulari ſolũ neutri, in plurali omnis: vt hi & hæ plures & hæc plura.

Elyſium. Elyſium, locus bonarũ animarũ apud inferos ſecundũ poetas, talis qualis reuera eſt paradyſus. dicimus adiectiue Elyſius elyſia elyſium: vt Elyſij cãpi.

Cælum. Cælum, beatorum habitaculum: & pro mundo toto aliquando capitur, aliquando pro aere. Varro, Cæli dicuntur loca ſupera. Lucretius, Quis totidẽ vertit cælos. Cicero pro Milone, Nec ſol ille, neque cæli. Nõ ponas igitur cum Cæſare inter plurali carẽtia.

Cæla. Cicero videtur in neutro genere pro Cæli etiã Cæla vſurpaſſe. Ita enim libro nono epiſt. ſcribit ad Pætũ, Ille putabat te quæſiturum, num vnum cælum eſſet, an innumerabilia. ſubaudiendum videtur cæla, teſte Clerico: niſi confugiamus ad Seruianam regulam. In ſubauditione ea ponuntur quæ dici non poſſunt. vt apud Virgilium, Biſque die numerant ambo pecus, alter & hœdos. vbi per (alter) nouercam intelligit teſte Seruio. Cælum per ſimilitudinem dicit palatum. Plautus, Cerebrum viſcerum excellentiſſimum eſt, proximúmque cælum capitis.

Celtes. Item cælum non heteroclitum, eſt inſtrumentum ſculpendi. vulgo male Celtes dicitur. Et in Iob mendoſe celte pro cælo legitur, licet Lancilotus & Baptiſta Pius tanquam Latino vſi fuerint. Auſonius, Talem fecerunt ferrea cæla deam.

Argos. Argos, hi Argi, vrbs erat excellentiſſima prope Athenas, vnde omnes Græci dicuntur Argiui & Argolici. Horatius, Aptum ducit equis Argos ditéſque Mycenas. Virgilius lib. 10, Herculis authorẽ comitem qui miſſus ab Argis. Fuerunt & alıæ vrbes quædam hoc nomine appellatæ. Specus, quicquid dicat Seruius, addendũ non eſt: quia in ſingulari etiã maſculini generis eſſe probauimus.

Frænum. Frænũ, quo equus regitur. Valerius Maximus lib. 2, Fræni ſunt iniecti nobis. Cic. de claris Oratoribus, Alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos. Sil. lib. 4, Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frænos. Ouidius, Tempore lenta pati fræna docentur equi. Fræno frænas, id eſt rego & cohibeo.

Filum. Fi-

lum,quod ex lino lanáve trahitur nendo.& aliquando pro linea capitur. Lucanus, Traxerunt torti
Clauſtrum. magica vertigine fili.frequẽtius eſt fila. Clauſtrũ.grammatici dicũt hi clauſtri:teſtimonium nõ ſuc-
currit:ideo hæc clauſtra malim.Eſt autẽ clauſtrũ,clauſura vel quo aliquid claudit̃.Virgil. Portarũ in-
gentia clauſtra.Clauſtrarius,qui facit clauſtra.Clauſtritimus,qui præeſt clauſtro & portarius.Clauſtri
Raſtrum. nus,idẽ,vel adiectiue,ad clauſtrum pertinens. Raſtrum, inſtrumentum ruſticũ quo terra raditur.
lectũ eſt etiam hic raſter:vnde raſtellus.hinc poteſt plurale veniſſe hi raſtri.Virgil.Non raſtros patie-
Capiſtrum. tur humus,nõvinea falcẽ.Terent.At iſtos raſtros interea depone. Capiſtrũ,hi capiſtri,vel hæc ca-
piſtra.ſed magis in vſu eſt hæc capiſtra:capitis vinculum,quod iumentis adhibetur ne fugiant.Capi-
Forum. ſtrare,capiſtrũ imponere.Item capiſtrũ,eſt quod circa os brutorũ,ne cibos decerpãt,inuoluitur. Fo-
rum,hi fori vel hæc fora,teſte Mancinello cum Diomede.Ego ſolum hæc fora apud idoneos reperio.
Nam hi fori à ſignificatione nominis forũ longe diſcrepat,vt patebit in ſingulari carentibus. Eſt autẽ
forum,locus in quo res vænũdantur,& vbi cauſæ agũtur.hinc forũ boarium,vbi boues venduntur.
ſic forum lignariũ,forum ouarium,& butyrarium,forum piſcarium, forũ holitorium, in quo herbæ
venduntur:forum cupedinis,in quo cupediæ,id eſt lautiores cibi venduntur.diminutiuum eſt forulũ
Porrum. vel foriculũ. Porrum non addidi propter authoritatem Celſi qui hic porrus maſculino,pro hoc por-
Porrus. rum,vtitur libro quarto,Porrus cum pullo gallinaceo coctus ſit.Inter abundantia igitur reijcito hoc
porrũ,hæc porra:vel hic porrus,hi porri.genus holeris eſt grauiter olentis,cuius ſolia viridiſſima ſunt.
Græce praſon.hinc porraceus & praſinus,id eſt viridis.Mart. Mittit præcipuos nemoralis Aricia por
ros.Idem,In quibus eſt lactuca ſedens & ſectile porrum.Virgilius in Moreto, Et ſiſer & capiti nomẽ
debentia porra.Plures tamen legunt cæpe.Porus vnico r ſignificat meatum vrinæ & ſudoris:& inte-
Plauſtrum. rim aliarum rerum. Plauſtrũ,hi plauſtri,vel hæc plauſtra quidã volunt habere.nos verò hæc plau-
ſtra tantum,donec authoritate doctiſſimorum vincamur.Plauſtrum vel ploſtrũ,id eſt currus. Cla-
trum, hi clatri vel hæc clatra,vt quidam volunt.Nos verò cum Calepino dicimus hic clatrus,hi cla-
Clathrus. tri:hoc clatrum,hæc clatra.Quidam aſpirant clathrus vel clathrum:& ſunt clathra,ligna quibus trãſ
Clathrum. uerſis aliquid munimus ſepimúſve vt feneſtras & caueas:quæ ob id clathratæ dicuntur.Clathro cla-
thras cum accuſatiuo,id eſt clathris munio & ſepio.

IN SINGVLARI NEVTRA, IN PLVRALI fœminina.

Dic epulas & delicias:numerus prior um dat.
Balnea dic vel eas:tantum prior um numerus dat.
Nundinum apud veteres,nunc vſus nundinæ habebit.

Pauca in ſingulari ſũt neutri generis,& in plurali numero fœminini:vt hoc Epulũ,hæ epulæ epu-
larum:hoc delicium,hæ deliciæ:hoc balneum,hæc balnea balneorum,vel hæ balneæ balnearum : hoc
nundinum apud veteres:nunc magis pluraliter tantum hæ nundinæ.dicemus de hoc in ſingulari ca-
Epulum. rentibus. Epulum multis non videtur eſſe anomalũ:quia aliud in ſingulari quàm in plurali ſigni-
ficat.Nam epulum eſt,teſte Valla, conuiuium pompoſum & numeroſis ciuibus paratũ. Gellius lib.
11,Solenni die Ioui epulum libaretur. Iuuenalis,Vnde epulũ poſſis centum dare Pythagoræis. Epu-
læ,ſunt cibi quotidiani non modò hominum,ſed etiam beſtiarum aliquando. Virgilius 4. AEneidos,
-epuláſque draconi Quæ dabat. Olim dicebant hæc epula epulæ.Dicta differentia aliquando nõ
ſeruatur,vt oſtendit Calepinus:ideo inter heteroclita poſui epulum:vnde eſt verbum epulor epularis,
id eſt conuiuari & comeſſe.Epulo epulonis,id eſt conuiua. Coepulo,qui ſimul epulatur. hic & hæc
Delicium. Epularis & hoc epulare,id eſt ad epulum pertinens:vt Sermo epularis,qui fit in conuiuio. Deliciũ
hæ deliciæ deliciarum,id eſt voluptas & obiectamentum.Mart. Deliciũ paruo donabis dorcada na-
to.Idem,Stellæ deliciũ mei columba.Catullus,Paſſer deliciæ meæ puellæ. Suetonius, Titus amor ac
Delicia. deliciæ humani generis.Olim ſingulare erat delicia deliciæ.Plautus,Mea voluptas,mea delicia.Soli-
nus,Senatui adeò placuit odorum delicia.Item delicia deliciæ,eſt tigni genus quod à culmine ad te-
gulas angulares infimas verſus faſtigiatum collocatur.Vnde tectum deliciatum,& tegulæ deliciares.
Deliquiũ,id eſt defectus.Delictũ,peccatum.Sopniauit hic Niger,vt videbis in heteroclitis eius. Bal
Balneum. neũ,hæc balnea,vel hæ balneæ,locus in quo lauamur.Balneariũ,id eſt balneum.Plinius ferè balineæ
cũ li ſyllaba dicit pro balneæ.Gellius lib.9,Parum cito balneas ſibi traditas eſſe.Iuuen. Crudũ pauo-
Amygdalũ. nem in balnea portas.diminutiuũ eſt balneolum.Balnea meritoria,ſunt publica. Amygdalũ huc nõ
pertinet.nã hæc amygdalus,hæ amygdali,pro arbore dicimus:hoc amygdalũ,hæc amygdala,pro fru-
ctu,qui nux Græca & taſia dicit̃.Itẽ pro fructu hæc amygdala amygdalæ,hæ amygdalæ amygdalarũ.
Colu.lib.3,Amygdalus ſi parũ ferax erit.Palladius,Græci aſſerũt naſci amygdala,&c. Plin.vt notauit
Torrentinus,Intus nucleus amygdalæ eſt.Hieron. 3.lib.Numerorũ,Qui folijs dilatatis in amygdalas
deformati ſunt.Hinc adiectiuum amygdalinus.Serenus,Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe biben-
Cæpe. dus. Cæpe,hæ cæpæ additur à Diomede & pluribus:ſed neceſſe nõ eſt:quia optime in ſingulari hæc
cæpa cæpæ dicitur.Colum.Lachrymoſáque cæpa.Idem,Cæpã eligito,& componito in fidelia.Ouid.

Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Olim pro cæpe, hic cæpitius, & hoc cæpitium dixere teſte Priſciano. A cæpa diminutiuum eſt cæpula. Palladius, Hoc menſe cæpulas ſeres. Cæpe vel cæpa, eſt herba nota habens radicem magnam: quæ vbi decorticatur, elicit homini lachrymas: ideo lachrymoſa à Columella nuncupatur.

OBLIQVI HETEROCLITI.

Anormes ſeruant obliquos nomina quædam:
Iuppiter eſt teſtis, cum multis antè retectis.

Multa nomina anormiter faciunt ſuos obliquos: vt Caro carnis, lac lactis, Iuppiter Iouis, iter itineris, iecur iecoris vel iecinoris. Sic hepar, femur, robur, ſanguis, turbo, Anio, ſupellex, & plura antè declarata. Sic feſtorũ nomina, Bacchanalia Bacchanaliorũ Bacchanalibus, &c. ſic poema in datiuo, ablatiuóque plurali poematis melius quàm poematibus. Item ambo, duo, ego, & tu, pronomina, &c. Cauſa in multis eſt, quia alij fuerunt olim nominatiui, vt carnis, lacte, Iouis, itiner, iecor & iecinus, robor, teſte Phoca: hepas, femor, ſanguen, turben, Anien, ſupellectile, &c. poematum, dogmatum, &c.

VAS, IVGERVM, DOMVS.

Vas vaſis ternæ, pluraliter eſto ſecundæ.
Plurali tantum numero ſit iugera ternæ.
Attamen effertur cum iugere iugeris apté.
Partim ſit quartæ, partim domus eſto ſecundæ.

Vas. Vas vaſis neutri generis, in ſingulari eſt declinationis tertiæ, in plurali ſecundæ, hæc vaſa, vaſorum, vaſis: quia olim dicebant hoc vaſum. Cato apud Gelliũ, Neque vaſum, neque veſtimentũ vllum eſt in manu pretioſum. Plaut. in Truculẽto, Vaſum argenteũ. Et Lucret. Rarique facit lateramina vaſi. Diminutiuũ eſt vaſculũ & vaſillũ. Vaſcularius, qui vaſa conficit. Iugerum. Iugerum, iugeri, iugero, iugerũ, ô iugerum, à iugero: in ſingulari ſecundæ eſt, inuenimus tamen genitiuũ iugeris, & ablatiuũ iugere, ab antiquo nominatiuo iugus aut iuger: vnde manſit totum plurale iugera iugerum iugeribus, &c. per tertiã. Colum. Duo actus iugerum efficiunt. Pomponius Mela lib. 3. de Araxe, Euehat plus iugeris. Propertius, Vt multo innumerã iugere paſcat ouem. Varro in primo de re ruſtica, Quòd iuga boũ ſingulis iugeribus ſatis ſint. Iugerum, eſt ſpatiũ terræ vno die aratę ab vno pari boum aut equorũ. Varro in ſecunda declinatione ablatiuo plurali iugeris vſus eſt, vt notauit Calepinus. verba Varronis in primo de re ruſtica ſunt, In Hiſpania vlteriore metiũtur iugeris, &c. ſed magis in vſu eſt iugeribus. Plin. per ſecũdam, Serere in iugero temperati ſoli. Itaque declinemus ſic iugerũ, Nominatiuo iugerum, genitiuo iugeris vel iugeri, datiuo iugero, accuſatiuo & vocatiuo iugerũ, ablatiuo iugero vel iugere. Et pluraliter nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo iugera: genitiuo iugerũ, datiuo & ablatiuo iugeris vel iugeribus. Domus. Domus ſic flectitur: Nominatiuo hæc domus, genitiuo huius domi & domus, datiuo huic domui, accuſatiuo hanc domũ, vocatiuo ô domus, ablatiuo ab hac domo. Et pluraliter, hæ domus, harum domuũ & domorũ, his domib⁹, has domos, ô domus, à domibus. Eſt itaque domus partim ſecũdæ declinationis, partim quartæ. De ficus, laurus, &c. in abundantibus dicemus. Domi genitiuus, locũ ædificij denotat, & ponitur loco aduerbij: vt Sũ domi, id eſt in domo. Domus genitiuus, ædificium ſignificat: vt Culmen domus. Gellius, Quòd pecuniã domus emendæ cauſa à reo accepiſſet. Interdum ſignificat figurate familiã vel homines, quicquid dicat Lancilotus: vt Domus Aaron ſperauit in domino. Datiuus domo, rarus eſt. Horatius epiſtola 10, Viuere naturæ ſi conuenienter oportet, Ponendæque domo quærenda eſt area primũ. Sic emendati libri habẽt in optimo ſenſu, licet quidam ponenda legunt, & intelligunt præpoſitionem pro. vtcunque eſt, domui magis in vſu eſt. ablatiuus domo paſſim reperitur. Fabius, In domo furtum factum ab eo qui domi non erat. olim dicebant domu. Plautus in Milite, Fugere ex hac domu. Cicero in Bruto, Hominúmque clariſſimorum diſcipulis floruerunt domus. Iuuen. ſat. 3, Viſcera magnarum domuum. Tacitus, Initium id perfringendarum domuum. ſic idem alibi ſæpius. Cicero ad Atticum, Concurſus fiunt ex agris, & vicis, & domibus omnibus. Veteres dicebant in genitiuo domos pro domus, vt oxor pro vxor, &c. Nomina in a tertiæ, à multis inter heteroclita locantur, quia faciunt datiuum & ablatiuum plurales in is melius, quàm in bus, vt diximus, à nominibus iam obſoletis.

DEFECTIVA.

Defectiua nomina ſunt, quibus aliquid in plena declinatione repertum deeſt: vel caſus variatio, vt centum: vel caſus aliquis, vt ſponte: vel alter numerorum, vt arma. In his obſeruandum eſt ne tarenter inuentis paſſim vtamur, veluti nex, ſpontis: néve apud doctiſſimos repertis tanquã ſcopulo vbique interdicamus. Formæ caſuales. Sed prius quàm ad rem accedam, declarabo caſuales formas, quæ ſunt aptota, monoptota, diptota, triptota, tetraptota, pentaptota, hexaptota. & producunt hęc nomina pe-

Aptotum. nultimam,vt declaraui in Verſificatoria. Nomen itaque aptoton eſt quod per omnes caſus vniformiter currit,vt quatuor.& dicitur ab a,id eſt ſine: & ptoſis, id eſt caſus:quaſi ſine caſus variatione.
Monoptotũ. Monoptoton eſt quod vnicum caſum habet,vt natu. aliquando etiam plures,ſed qui ſimiles eſſe
Diptotum. ſolent,vt expes.& dicitur à monos,id eſt ſolus vel vnicus:& ptoſis,id eſt caſus. Diptotum eſt quod duas diuerſas voces habet,vt verua verubus:quia veruũ in vſu non eſt.dicitur à dis,id eſt bis, & pto-
Triptotum. ſis. Triptotum nomen quod tres diuerſos caſus habet,vt templum templi templo.dicitur à tris,id
Tetraptotũ. eſt tres,& ptoſis. Tetraptotum nomen quod in declinatione habet quatuor diuerſas voces,vt puer
Pentaptotũ. pueri puero puerum:à tetra,quatuor,& ptoſis. Pentaptotum quod in declinatione ſua habet quinque diuerſas voces,vt dominus,domini,domino,dominum,domine.dicitur à pente,id eſt quinque:&
Hexaptotũ. ptoſis vel ptotum,id eſt caſus:vt hexaptotum ab hexa,id eſt ſex,&c. Hexaptotũ eſt quod in declinatione ſua ſex habet varias voces,vt vnus,vnius,vni,vnũ,vne,vno.Diomedes appellat has formas,ſimplicem,vnicam,bipertitam,ternariam,quaternariam,quinariam, ſenariam.

APTOTA, ID EST INDECLINABILIA.

Nomen in u nullum numero variabo priore.
Nuſquam nomen in i numeróſque,notáſque reflecto.
Hinc duo,tres,vnus volumus cum millia demi:
Et quæ dat centum:teſtem tibi pono ducenti.

Nullum nomẽ in u variatur in numero ſingulari,veluti cornu,veru.Nullum nomen in I declinatur,vt gummi,ſinapi,nauci.at frugi,nihilíque obliqui ſunt figurate quibuſcũque iungibiles teſte Priſciano. Numerorũ cardinaliũ,id eſt principalium & primorũ,vnde alij inclinantur numeri,nomina non declinantur:vt Quatuor,quinque,&c.centum,bis centũ,&c.mille,bis mille,adiectiuũ. Hinc excipimus duo duæ duo,tres tria,& principiũ numeri potius quàm numerum,vnus vna vnum.hoc mille vnico l,ſubſtantiuũ,cuius ablatiuum mili eſſe vt cubili,oſtẽdit Macrobius,vt declarabo in Syntaxi. Plurale eſt milia miliũ milibus. Nomina literarum cum dictionibus materialiter(vt loquuntur)poſitis aptota ſunt:vt α,alpha:γ,gamma.ideo Donatus teſte Priſciano n recte digammum dixit.magiſtri,ſi dicas magiſtri eſt genitiui caſus,nonnunquam flectuntur,vt ab homine deriuatur nemo.

Barbara multa manent non flexa,quibus dato cæpe,
Pondo,pedum,nequam,nũgas,hir,fáſque,nefáſque,
Nil,nihil,inſtar,ador,tot,quot,cum prole vtriuſque.
Adde neceſſe datis frit,præſtóque.pluria iungunt
Indocti,vt Rhemis:tu Rhemi flectere debes.

Hebræa. Multa barbara,id eſt nec Latina,nec Græca ſunt indeclinabilia:vt Balaã,Heſter,Noe,Eleazar,Vriel. author eſt Priſcianus lib.5.dicẽs,Nomina barbara indeclinabilia nõ ſolum in am,ſed in alias quoque literas terminata,nulla Latina vel Græca declinatione ſunt moderãda,niſi transferantur in aliquã formam declinabilẽ:quod quidã hiſtorici fecerunt:vt Abrahamus ab Abrahã,Noe Noeus,Chã Cham9.

Quædã in ſuæ linguæ idiomate inflexibilia,legũtur quandoque à Latinis declinari:vt Adam,Abra
Bel. hã,Michael,Bel,Dauid,Bel,quẽ noſtri Belũ vocitãt,fuit primus Aſſyriorũ rex,poſt mortẽ habit9 de9.
Cæpe. Indeclinabilia etiã ſunt Cæpe,põdo,&c.de cæpe author eſt Priſcianus,probãs id ex Apuleio in medicinalib9 dicẽte,Cæpe ſuccũ melle mixtũ.Hic cæpe à neutro cæpe eſt genitiui caſus teſte Priſciano.
Pondo. Pondo tantũ pluralis numeri,teſte Phoca.& ego vnũ pondo(quod recte dici putat Perottus)nuſquam legi.dicito itaque vna põdo,vt vna arma. Liuius,Argẽti pondo bina,& ſex libras in militem
Pedum. præſtaret. Pedũ nõ flectitur teſte Phoca:& eſt baculus paſtoralis,vel virga incurua qua pecudũ pedes detinẽtur.Virg.At tu ſume pedũ.Eſt etiã Pedum,oppidũ:cuius incolæ Pedani dicũtur. Nequã,
Inſtar. nugas,hir,fas,nefas,nil,nihil,inſtar,id eſt magnitudo vel imago aut æquiparatio, etiã ſignificat ad æquiparationẽ.Virg.Inſtar mõtis equũ diuina Palladis arte Ædificant.Probus genitiuũ facit inſtaris:
Ador. ſed nõ inuenitur apud authores. Ador,frumẽti ſpecies,ſecũdum vſum nõ declinatur propter contrarias regulas.Prior eſt:adôro ſecundã producit:ergo etiam ador adôris:vt honor honoris ab honoro.Poſterior regula:neutra in or penultimã genitiui corripiunt,veluti marmor,æquor:ergo etiã ador. quia verò nõ poteſt vtrunque,neutrum facit:& manet indeclinabile.ita ratiocinantur grãmatici,quibus doctiſſimi nõ ſemper obtẽperant.Vganius lib.2,Illã ſponte ſacros adoris ſtrauiſſe manıplos.Idẽ, Hic adoris dat primitias,ſibi ſanguine libat.Idẽ,Emicat in nubes nidorib9 ardor adoris.Auſon.Mox ador atque adoris de polline pultificũ far.hinc adoreus adorea adoreũ.Virgil.7.Æneid. Inſtituúntq; dapes,& adorea liba per herbã Subijciũt epulis.Adorea adoreæ,ſubſtantiuũ,id eſt laus,& victoria: quia victores à victis adorantur. diminutiuũ eſt adoreola. Claudianus,Hæc omnes veterũ reuocauit adorea laurus. Tot,quot,cũ prole totidẽ,quotquot,aliquot,git,cete,Tempe,Nepet,Cim,ſubtel,teſte

Feretto in vltimis ſyllabis:& eſt ſubtel,concauum pedis.quãdoque etiam pro vola capitur.Aliqui di- Subtel.
cunt per primam vocalem ſubtal, à ſub & talus:hinc ſubtalaris. Neceſſe:ſic etiam neceſſum. Frit Frit.
& Præſto,non ſolum nominatiui & vocatiui caſus contra quoſdam.Suetonius in Claudio,Excuſans Præſto.
quidam teſtem è prouincia ab eo vocatũ,negauit præſto eſſe poſſe,diſſimulata diu cauſa. Multi,in-
ter quos Priſcianus,dicunt Pus non declinari:ego non verebor cum Plinio,& Cornelio Nepote, & Pus.
Cornelio Celſo declinare Pus puris. Videto genera & declinationes noſtras : quia Seruius opinioni
noſtræ aſtipulatur in illud 2. AEnei. Heu quæ nunc tellus,&c.dicens,Pus declinatur vt thus.nec me
latet Capellam Priſciano concinere: ſed dicta placent. Virus multi aptotum eſſe arbitrantur, qui- Virus.
bus minime aſſentior:quia Diomedes,Phocas cum Sergio dicunt,virus declinari,viri,viro,&c.Lucre-
tius,Liquit enim ſupra tetri primordia viri. Idem lib.2,Concoctóſque ſuo contractus perdere viro,
Mallem certe cum Lucretio dicere ſuo viro,quàm cum grammaticis ſuo virus.Eſt autem virus,gra-
uis odor.Plin.Prodeſt & ad virus alarum.capitur etiã pro veneno,&c. Pyr,id eſt ignis,ad Latinos Pyr.
non pertinet:nec eſt indeclinabile:quia teſte Mancinello flectitur Pyr,pyros,pyri,pyr,ô pyr.Pars inde
clinabilis loco nominis manet indeclinabilis,vt ergô pro cauſa,auere,cras,mane,quicquid dicat cũ Ser
uio Sergius.vide noſtra genera. Diomedes aptotis addit Præneſte:alij etiã gauſape & præſepe:quod Præneſte.
tamen Iuuencus declinat, Paſtores properè veniunt,puerúmque iacentem Gauſape.
Præſepis gremio cernunt.Badius in generibus adiungit Muthul & Iader.Indocti grammatiſtæ ad- Præſepe.
dunt Græca in on neutri generis:vt Epithetõ,dialytõ,&c.quæ tu declinabilis vt nomina in um.Perſ.
-crimina raſis Librat in antithetis. Addunt etiã nomina oppidorum & pagorum in is: vt Bergis, Oppidorum
Brugis,&c.quæ cũ doctiſſimo Badio declinabis,Brugæ Brugarũ,Bergæ Bergarũ,&c. Campis,Rhe- nomina.
mis,&c.tu dicito Cãpi Camporũ,Rhemi Rhemorũ,&c.vt Gabij,Veij,Tarquinij,&c.ſic Parthiſij Par
thiſiorũ. Tacitus,Suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarũ ciuitates in Rhemos cõuenere. Et
paulo poſt,Iulius auſpex è primoribus Rhemorũ.ita Sidonius Rhemos venientẽ dixit. Doctiſſimi
diſputant,an officiorũ vocabula à manu,à pedibus, & ſimilia nomina ſint aptota,an orationes.Qui-
dã citra cõtrouerſiã doctiſſimus cẽſet orationes eſſe:quia Cicero dixit ad Atticũ,Seruũ à pedibus meis
miſi Romam.ſi nomẽ eſſet à pedibus,nõ meis dixiſſet(inquit Badius)ſed meũ.In omnibus autẽ tali-
bus intelligi videtur hæc clauſula cui vel quibus indictũ eſt officiũ,à pedibus,à reſpõſis,ab extis,&c.
Alij inter quos ſunt Antonius Sabellicus,Domitius Calderinus,& Ambroſius Calepinus,dicũt hæc
eſſe nomina cõpoſitæ figuræ aptota in vtroque numero,quibus vix vnquã adduntur adiectiua: vnde
apud Ciceronẽ multi libri nec meũ,nec meis habent:ſed ſic,Pollucẽ ſeruũ à pedibus miſi Romã.Ser-
uus à pedibus eſt,quẽ aliquò mittimus.Seruus à manu,quo in literis ſcribendis vtimur.Hic à Sueto-
nio Amanuẽſis dicitur.& dicũtur hæc etiam de fœminis.Suetonius in Veſpaſiano,Poſt vxoris exceſ-
ſum,Cænidẽ Antoniæ libertã adamauit:& à manu dilectam quondã ſibi reuocauit in contuberniũ.
A ſtudijs,cuius opera in ſtudijs literarũ vtimur.ſic Ab epiſtolis,à ſecretis,à reſponſis,à libellis ſup- A ſtudijs.
plicibus,à rationibus, à commentarijs,&c. Echo cum Argo non eſſe aptotum alibi oſtendimus.

NOMINATIVO SINGVLARI CARENTIA cum paucis aliis.

Vix retinent rectum frondis,cum femine,frugis,
Cum ditione,dapis,precis,& necis,& vicis,atque
Remigis:addis opem,niſi diuam ſignificaris.
Verberis adiicito:primoris Seruius addit.
Aleo dat rectos, vt ganeo:iungitur expes.
Ganeo vult etiam quartum.ſatiàs dabit ate.
Non later,aut viſcus,cum doctis ferre verebor.
Nex,remex,& daps,parcè vtens,pulchra putabo.

Frondis,&c.carẽt nominatiuo.Ganeo & aleo cum expes ſolum ſunt nominatiui & vocatiui caſus.
ganeonem aliquando legitur. Vehemẽs eſt apud grammaticos de eclipticis diſſenſio:ideo doctiſſimos
ſemper imitandos eſſe affirmo oratores,hiſtoricos,& poetas,dũ hoc ſeruemus,vt raro inuẽtis raro vta
mur.nũc declaremus more noſtro ſingula. Frondis. Virgilius tamẽ frons tenera dixit:ſic plures an- Frondis.
tiqui. Feminis,femini,à femine.& pluraliter femina,integrũ eſt.Feſtus nominatiuo femen vtitur.Sũt Femen.
autẽ femina,interiora:femora,exteriora.differentia tamẽ ſæpe confunditur. Frugis,frugi,frugem,&c. Frugis.
Auſonius cũ veteribus nominatiuo frux vtitur. Ditionis,ditioni,ditionẽ,à ditione:licet Diomedes Ditionis.
& Phocas tantũ ditionem putent reperiri.Tacitus,Pro Armenijs ſemper ratione ditionis. Idẽ,Gen-
tem ſuam ditioni noſtræ ſubijceret.Gellius libro quinto,Alienæ ditioni ſubijci. Idẽ lib.17,Quas ſub
ditione habuit.Ditionis,id eſt poteſtatis aut imperij. Dapis,dapi,dapem,à dape: Plurale dapes,in- Dapis.

tegrum eſt. Liuius Andronicus nominatiuo vſus eſt dicēs, Quæ hæc daps eſt? quis feſtus dies? Cato, Daps prophanata. Dapes, ſunt magnifici & opipari apparatus ciborũ. Dapalis cœna, id eſt lauta & opipara.
Precis. Precis, preci, precem, à prece. Plurale preces, integrum eſt, id eſt rogationes. datiuus preci rarò admodum legitur.
Necis. Necis, neci, necem, à nece, id eſt mors vel cædes. Cicero 4. ad Herennium, Indigna nex. Sic alibi ſæpius. Quintil. lib. 5, Latroni quæ poteſt inferri iniuſta nex? Sic apud Pliniũ quoque inuenies plurale neces in nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuóque: cæteris caret. Auſon. Sera venenato potu abſtulit Hannibalem nex. Siſen. Quoniam neque mea nex, neque interceſſio poſſe videtur illorum de mente reprimere audaciam. Ambr. lib. de paradyſo, Nempe diabolo authore neces videntur iuſtis hominibus præparari.
Vicis. Vicis, vici, vicem, vice: Plurale vices, vicibus: genitiuum non reperi: & in ſingulari vicis & vici rariſſime leges. Vices ſũt alternatio. Aliquãdo pro loco capimus: vt Faciam vice tua, id eſt pro te. Item pro fortuna vel incommodo. Tullius, Reipublicæ vicem doleo. Inuenies huius dictionis plures ſignificationes. Viciſſim, id eſt per vices. Vicarius, qui alterius vice fungitur. Viciſſitudo, per vices mutatio. Terentius, Omnium rerum viciſſitudo eſt.
Remigis. Remigis: nominatiuo remex aliquot doctiſſimi vſi ſunt. Curtius, Remex militis officia turbabat. Propert. Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arundine remex. ſic etiam Serenus.
Opis. Opis, opem, ab ope, datiuus opi vix legitur, id eſt poteſtatis & auxilij. Plurale opes, integrum eſt: quod ſignificat poteſtatem vel auxiliũ, & ſæpiſſime diuitias. Virgilius, Nec ſpes opis vlla dabatur. id eſt auxilij. Idem, -grates perſoluere dignas

Non opis eſt noſtræ. id eſt poſſibilitatis. Idem,

Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra

Eueniunt. id eſt auxilijs aut viribus. Horatius, -donec minor in certamine longo

Implorauit opes hominis. id eſt auxilia. Mart. Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. id eſt diuitiæ. Opulentus, diues. Opitulari, id eſt auxiliari.
Ops. Ops, Opis, quando integrum eſt, ſignificat deam, ſcilicet vxorem Saturni: & eſt dea terræ. Inops, pauper. veteres, teſte Capro, ops pro opulento, & cops pro copioſo dixere. Opis nominatiui caſus, eſt cuiuſdam nymphæ nomen.
Verberis. Verberis, verberi, à verbere: datiuus cum nominatiuo verber rariſſime legitur. Plurale verbera, integrum eſt. Lucanus apud Phocam, Ad ſaxum quoties ingenti verberis ictu. ſignificat verberandi inſtrumentum. Verbero verberonis, verberibus dignus.
Primoris. Primoris, teſte Seruio, id eſt primi & principalis. declarabitur latius in ſingulari carentibus, vbi recte ſentire Seruium manifeſtè declarabo.
Visceris. Viſceris à quibuſdã adijcitur fruſtra. Suetonius in Vitellio, Viſcus & farra penè rapta è foco manderet. Lucretius libro primo, Viſcus gigni, ſanguénque creari. hoc nominatiuo vel accuſatiuo viſcus vſi etiam ſunt teſte Mancinello, Lucilius, Serenus, & ſæpiſſime Celſus. Viſcera propriè inteſtina dicuntur. Seruius ait eſſe quicquid ſub corio eſt, id eſt omnem carnem inter oſſa & cutem. Euiſcero, id eſt viſcera extraho. Viſceratim, per viſcera.

Lateris. Lateris, lateri, laterem, à latere. Plurale lateres, integrum eſt. iungunt quidam, genitiuus & datiuus ſingulares vix reperiuntur: nominatiuus later apud doctos inuentus eſt. Varro apud Marcellum, Later quem conquadraui. Vitruuius vetus author, Siue ſilex, ſiue cæmentum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit vtendũ. propter hæc negat Lãcilotus later eſſe eclipticum. Later, eſt lapis coctus.
Aleo. Aleo, id eſt aleator, nominatiuum & vocatiuũ ſolum habere dicitur. Catul. Niſi impudicus & vorax & aleo.

Ganeo. Ganeo, id eſt helluo & ſcortator. nominatiuũ, vocatiuum, accuſatiuúmque habet apud Ciceronem: rarò alios caſus.
Expes. Expes, ſine ſpe, nominatiuus & vocatiuus ſolus eſt.
Satiâs. Satiâs, id eſt ſatietas, nominatiuus & vocatiuus, habens ſolum ablatiuum ſatiate apud Lucilium. Terentius, Vbi ſatiâs me cepit, commuto locum.
Saties. Pro eodem dicitur ſaties in nominatiuo & vocatiuo ſine obliquis. Sili⁹ libro quarto, Nec finis ſatiéſve noui, ſed ſanguinis ardor. Gellius libro ſeptimo, Quorum ſaties nunquam eſt. Nebriſſenſis accuſatiuo ſatiem vſus eſt, Diuitiæ gignunt ſatiem, ſatiéſque ſuperbum.

VOCATIVO CARENTIA.

Quærens, diſtribuens, infinitúmque, negánſque,
Et referens vocitante carent, pronomen vt omne:
Quattuor exceptis, noſter, noſtras, meus, & tu.

Vocatiuo carent interrogatiua, vt Quis, qualis. Diſtributiua, vt Quiſque, omnis: cuius plurale omnes collectiuè aliquando capitur: & ſic vocatiuum habet. Infinita, vt Aliquis, ſiquis. Negatiua, vt Nemo, nullus, neuter. Relatiua, vt Qui, talis. Omne pronomen, præter tu, meus, noſter, noſtras. Seruius tamen ait in illud 12. AEneidos, Eſto nunc teſtis, & hæc tibi terra precanti.
Hæc. Hæc poteſt eſſe vocatiuus, quaſi dicat, O Italica terra teſtis eſto.
Sui. ſic Valla docet Sui vocatiuũ habere poſſe: vt Defendite Cæſarem ô ſui milites.
Mi. Meus vocatiuum facit mi. mi etiam pro mihi datiuus eſt. Item mi, eſt blandiendi interiectio. In libro Ruth, Reuertere filia mi. Plautus in Ciſtellaria, Mi ſaturitas. Apuleius, Mi Photis. Hieron. Mi Paula. Bini, terni, &c. vocatiuo carent: quia diſtributiua includunt.
Ambo. Ambo magis collectiuum eſt quàm diſtributiuum: ideo vocatiuum habet teſte Nebriſſenſi. Cauſa cur aliqua vocatiuo carent, ſecundum Priſcianum eſt, quia vocatiuus ad præſentem vel quaſi præſentem dirigitur: id hic fieri nequit: ideo vocatiuo carent.

SOLI ABLATIVI.

Eſt ablatiuus nonnullis ſolus in vſu,
Obiice,ſponte,diu,noctu,natu,impete,iuſſu,
Aſtu,cum promptu,permiſſu,flamine iunge.
Impetis & ſpontis,flamenque leges aliquando.

Quædam in ſingulari numero ſolum ablatiuum in vſu habent:vt Obijce,ſponte,&c.Obijce,nomi- Obijce.
natiuus apud grammaticos aliquando ponitur obex,id eſt obſtaculum.In plurali obices & obicibus
eſt in vſu,obicũ nuſquam inueni. Sponte,id eſt voluntate propria,& ſuapte natura,ſine hominis la- Sponte.
bore. Virgilius,Spõte ſua ſandix naſcentes veſtiet hagnos. genitiuus eſt in rariore vſu ſpontis: quo ta Spontis.
men interim ornatè vtèris. Varro lib.2, Spontis ſuæ ſtatuerat finem. Gellius libro decimotertio, Spon
tis ſuæ mortẽ manet. Colum. libro 12, Neque ſuæ ſpontis aquam miniſtrare patitur. Philelphus libro
ſecundo, epiſtol. ad Thomam Senecã, Perferre facile conſueui hominũ iniurias, præſertim eorum qui
ſuæ non ſunt ſpontis. id eſt propriæ voluntatis,aut ſanæ mentis. Auſonius nominatiuũ ponit in mo
noſyllabis. Sponte ablatiui caſus quis rectus erit?ſpõs:ſed minimè in vſu eſt ille nominatiuus. Diu, Spons.
id eſt die:Noctu,id eſt nocte: plerunque aduerbia ſunt:nonnunquam etiam nomina ſunt vt celebres Diu.
grammatici docent. Ennius apud Gellium, Qua Galli furtim noctu ſumma arcis odorti mœnia con- Noctu.
cubia. Idem, Hac noctu filo pendebit Hetruria tota. Quadrigarius, Senatus de noctu plurima conue-
nire. Natu,id eſt natiuitate & ætate. Maior natu,id eſt annoſior. Impete,id eſt impetu,ab antiquo Natu.
nominatiuo impes. vnde reperitur genitiuus ſingularis impetis,& ablatiuus impetibus. Papin. lib. 7. Impete.
Thebaid. Tranſiliunt campos aurigámque impete vaſto. Sillius libro ſexto, Impetis.
Nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet Impetis. Lucretius libro 1, Impetibus.
Quamlibet in partem tradunt res antè,ruúntque
Impetibus crebris. Iuſſu,iniuſſu,permiſſu,ſatis declarata ſunt. Aſtu,id eſt aſtutia,calliditate. Te- Aſtu.
rent. Aſtu rem tractauit. Aſtu pro oppido neutrum eſt vt cornu. dicitur aliquando aſtus,pro callidi-
tate in nominatiuo & vocatiuo ſingulari. In plurali hi aſtus,hos aſtus,ô aſtus,ſine genitiuo, datiuo,
ablatiuóque. Promptu,id eſt manifeſto. Cicero libro 1. Offic. Quæ quanquam ita ſunt in promptu, Promptu.
vt res diſputatione non egeat. Promptus prompta promptum,id eſt ad agendum paratus. Flamine, Flamine.
plurale flamina,integrum eſt. Cicero nominatiuo flamen vſus eſt,vt in generibus probaui. Columel-
la à veteri nomine compes ablatiuo compitibus vtitur,dicens in lib. 2. de re ruſtica, Vepribus, compi-
tibúſque congeſta colligere. Notat hoc Antonius Nebriſſenſis.

QVIBVS DESVNT GENITIVVS, DATIVVS, & ablatiuus plurales.

Plurali numero cum ſexto tertius abſit,
Et patrius quintæ:res atque dies capis inde.
Talia ſunt,ius,thus,æs,os,far,defruta,morum,
Hordea,mulſa,forum,vinum,mare:iungito rus,mel,
Oribus,& vinis:& plura legendo notabis.

Nomina quintæ declinationis in plurali carẽt genitiuo,datiuo,& ablatiuo. Hinc excipiuntur à Pri-
ſciano tantũ duo:res rerum,dies dierũ. Carent ſecundũ grãmaticos eiſdem caſibus,ius,thus,&c. qui-
bus aliqui plura iungunt,veluti nex:& quantũ ad genitiuum,crux,lux. Item labes,vehes. addit adhuc
plura Lancilotus,quæ paſſim obiter à nobis declarantur. Grammatici loquũtur de frequenti vſu au-
thorum:quia oribus,vinis,& plura reperiuntur,ſed rarenter:quibus interim nõ affectatè magna cum
elegãtia vtemur. videamus iam ſingula. Facierum vtitur apud Priſcianum Cato. Earum facierũ ſigna Facierum.
domi pro ſupellectili ſtatuere. Cicero in Topicis oſtendit minus Latine dici ſpecierum & ſpeciebus, Specierum.
ita ſcribens, In diuiſione formæ ſunt quas Græci ideas vocant:noſtri, ſiqui hoc forte tractant,ſpecies Speciebus.
appellant:non peſſime quidem, ſed inutiliter ad imitandos caſus in dicendo. nolim enim,niſi Lati-
ne dici poſſit,ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe his caſibus vtendum eſt:at formis & formarum
velim. Iuniores vt Boetius,Sidonius,& Donatus,pluréſque non verentur dicere ſpecierum ſpecie-
bus,facierum faciebus, acierum aciebus, ſpebus à ſpes,materierum materiebus, progenierum proge-
niebus:quibus parciſſime vti velim. Boetius in Categorijs, Harum ſpecierum genera. Sidonius ſpecie-
bus & ſpebus dixit ſatis noue & dure. Apuleius quoque in libro de mundo, Perſeuerantiam amicitiæ
inter ſe dedit elementis ſpecierũ ipſarũ partitio. Ius:interpres Halicarnaſſei vſus eſt ablatiuo iuribus, Ius.
dicens libro vndecimo, Si nõ æquis vterentur iuribus. In Plinio,teſte Sabellico,mendoſè iuribus pro
iura legitur. Ego in 3. Plinij,cap. 4. iuribus agrorum legi. & cap. 21, Petunt in ea iura iuribus deſcriptis
in decurias. videtur mihi menda iuribus pro vrbibus. Genitiuus eſt apud Plautum, Omnium legum

AEs. Os. atque iurium fictor. AEs,olim in vſu erat ærum & æribus. Cato,Minus duobus milibus ducētis ſit ærum equeſtrium. Idē,De æribus equeſtribus,de duobus milibus actum. Os quando genitiuus eſt oris,non vererer orium & oribus dicere:quia doctiſſimi ita non multum raró loquuntur. Plin. libro viceſimo,Vitia orium graueolentiámque ſanare affirmat Cato. Virgil.8. AEneid. Componens manibúſque manus,atque oribus ora. Idem lib.10, -quinquaginta oribus ignem
Pectoribúſque arſiſſe. Tullius de natura deorū etiā oribus dixit. Hos bene imitatur Baptiſta in catha.
-pingítque ſimillima noſtris Oribus ora.

Defrutum. Muſtum. Fretum. Morum. Hordeum. Mulſum. Vinum. Mare. Rus. Defrutum,eſt vinū coctum ad mediam vſque partem: à deferuendo dictum. Defrutare,eſt muſtū decoquere,vt defrutum fiat. hinc defrutarius,defrutaria,defrutariū: vt Vas defrutariū,id eſt ad defruta idoneum. at ſapa eſt muſtum ad tertiam partem decoctum. Muſtum,eſt nouum vinum:nec eſt eclipticum contra quoſdā,quia Ouidius muſtis & muſta dixit. neque addes freta vel frumenta. Virgilius,Mox & frumentis labor additus. Columella,Atque vt littorum ſic & fretorum differentias noſſe oporteat. Fretum,id eſt mare. Apuleius,Oceaníque fretis cēteno iungitur amni. Morum, fructus arboris mori & ruborū. lectus eſt aliquando ablatiuus moris. Hordeū,frumentū ſatis notū. Mulſum,potio dulcis ex vino & melle,vulgus barbarū medonē dicit. at mulſa mulſæ, eſt potio ex aqua & melle. Forum antè declaratū eſt. Vinum,plurale apud doctiſſimos interim reperitur: nec imitari ſine affectatione diſſuadeo. Plin. lib.14, Vnū,in quo plures pariter ſentiūtur ſapores vt vinis:nanque hic & auſterus,& acutus,& dulcis,& ſuauis,&c. Et cap.6, Vinorum flamma accenditur. Et 14, Cætera vinorum medicaminis tanta vis eſt. Et cap.9, Colores vinis quatuor. Sic in eodem lib. perſæpe. Seneca quoque crebris vinis menſam diſtractā ait. Mare,plurale integrum reperitur,& parcè imitari poteris. Næuius apud Priſcianū marûm per ſyncopam,pro mariū à maria inclinauit. Cæſar in commentarijs,Paulo latiores quàm quibus in reliquis maribus vtimur. Curtius libro quinto, Mare Caſpium dulcius cæteris,ingentis magnitudinis ſerpentes alit. Rus. lectus eſt datiuus & ablatiuus ruribus. Plin. in epiſtolis,Fontibus,ruribus,& agro. Rus,eſt locus extra vrbem vbi agri ſunt & villæ. Hinc ruſticus & ruſticanus,ruralis & rureſtris,&c. Mel,cui plura iungi poſſunt vel raro vel nunquam habentia dictos caſus,vt hyems,fel,crux,&c.

RELIQVA CERTIS CASIBVS CARENTIA.

Cætera maſculei rectum remoueto priorem.
Dic fors forte,luéſque luem,macti dato macte.
Tantundem ſolum tantidem debet habere.
Cum primo quartum,quintúmque ſpecus petit:& plus
Pluris,& à pluri neutrum:plurale fit omne.
Suppetiæ,inficiæ dant quartum:dica dat as,am.
Deque veru veruum tollunt:grates dato fratres.
Gratis,grate leges:repetundarum repetundis.
Vis,vis,vim,vi dat:quondam has vis:nunc fero vires.
Auſim cum magno Fabio bene dicere tabum.

Cætera. Fors. Lues. Macte. Tantūdem. Specus. Plus. Suppetiæ. Inficiæ. Dica. Grates. Hæc cætera,hoc cæterū,nominatiuū maſculini ſingularē in vſu nō habet qui eſſet cæter. Hæc fors, ô fors,à forte,id eſt fortuna vel euentus. Terentius,O fors fortuna. Virgil. Forte ſua Libycis tēpeſtas appulit oris. Inuenies vtrunque aduerbiaſcere. Lues,hanc luē:aliquando etiā ab hac luc,id eſt cōtagio aut peſtis. Ouidius,Dira lues quondam Latias vitiauerat vrbes. O macte.& pluraliter ô macti, dictiones quibus aliquem laudamus:quaſi magis aucte,magis aucti:cū exhortatione ad virtutem aut gloriam. Virgil.9. AEneid. Macte puer virtute noua,ſic itur ad aſtra. Plinius lib.2, Macti ingenio cæli interpretes. olim mactus macta mactū,integrum erat. Lucretius lib.5, Vt nunc ſæpe boues luci ferro male mactæ. Tantundem,tantidē, tantundē:cæteris caret. Specus in nominatiuo,accuſatiuo,vocatiuóque,dum eſt neutri generis,ſpecoris,ſpecori,ſpecore,in vſu nō ſunt. Hoc plus,huius pluris,hoc plus,ab hoc pluri. Plurale,hi & hæ plures & hæc plura,integrum eſt. Hæ ſuppetiæ,has ſuppetias,id eſt auxilia. Plautus in Epidico,Auxilia & ſuppetiæ mihi ſunt domi. Venio tibi ſuppetias. Inficiæ,has inficias,id eſt negationes. Eo inficias,id eſt nego. Inficior inficiaris,idem. Hæc dica,hanc dicam,has dicas,id eſt accuſatio vel cauſa. Cicero,Scribitur Heraclio dica. leges etiam ablatiuum dica apud Auſonium. Terentius in Phorm. En vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam. Veruū genitiuus in vſu non eſt. Grates ſine genitiuo datiuóque vel ablatiuo plurali,in ſingulari ſolum habet genitiuum gratis,& ablatiuum grate,& ſignificat gratias. Virgilius, -grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ. Cicero in 6. de repu. Grates tibi ago ſumme Sol. Idem in Oratore,Quum gratis

cauſa nihil facias. Harum repetundarum, ab his repetundis tantum, ſcilicet pecuniarum, aut rerum Repetũdarũ.
principi, aut populo ſurreptarũ. Plura videbis in Syntaxi. Vis, huius vis, hanc vim, ô vis, à vi. Et plu Vis.
raliter has vis, apud veteres. nunc ab antiquo ſingulari dicimus hæ vires, virium, viribus, &c. Tacitus
de Oratore, Plus vis habeat quàm ſanguinis. id eſt roboris. Etiam ſignificat violẽtiam. Virgilius, Fit
via vi. Item vis, id eſt multitudo & copia. Salluſtius, Secunda tempeſtate ex Ponto vis piſcium eru-
pit. De plurali vis. Salluſtius in ſecundo hiſtoriarum, Male iam aſſuetum ad omnes vis controuerſia-
rum. Lucretius in ſecundo, Sed quàm multarum rerum vis poſſidet in ſe Atque poteſtates. Hu- Tabum.
ius tabi, ab hoc tabo tantum, vt grammatici volunt. Quintilianus tamen tabum dixit, quem non for
midabo imitari: ait enim, In paſtu cadauerũ nunc occurrunt effuſa præcordia, & liuidæ carnes, & ex-
preſſum dentibus tabum. Caret tamen plurali vt tabes, quod idem ſignificat, ſcilicet cõſumptionem, Tabes.
& corruptionem, morbúmque, & ſaniem ſanguinẽmque corruptũ. Virgilius, Et terrã tabo maculant.
hinc tabeo, tabeſco, tabidus, tabifico, tabefacio. Genitiuus tabis, & datiuus tabi, rariſſime leguntur. La-
ter, & iugeris iugere, &c. ſatis fuerunt antè declarata.

PLVRALI NVMERO CARENTIA.

Propria plurali, niſi ſint pluralia tantum,
Cuncta carent: cum menſuratis herba, frutéxque:
De ſpecie loquimur. tamen hæc quandoque leguntur
Plurali numero, partes vbi ſignificamus:
Sicut vina, fabæ. Plurale tenent quoque rarò
Abſtractum nomen quintæ, noménque elementi.

Plurali numero carent propria nomina quarumcunque rerum, niſi ſint tantũ pluralis numeri. au-
thor eſt Priſcianus. Exempla ſunt propria virorũ, vt Iohannes, Iacobus. Et mulierũ, vt Anna, Phyllis.
Mõtium, vt Oſſa, Olympus. ſic oppidorum, planetarum, &c. vt Venus, Veſper, Veſperugo. ſic veſpera
& veſperum, Mars, ſol, &c. Dixi, Niſi ſint pluralia tantum: propter Athenæ, Gabij, Artaxata, &c. In-
uenimus pluraliter Iacobos, Scipiones, Hectores, &c. At ſic propria non manent, ſed æquiuoca, vt ſcit
logicus. nihil enim poteſt vniuocè ſignificare ſolum partem hominum: ideo aliter homo plurale ho-
mines facit, quàm Hector Hectores. in qua re hallucinatur Lancilotus, ſed nolo hîc nimiũ philoſopha
ri. Quando igitur plures eiuſdẽ nominis, aut ſimiles ſignificare volumus, poſſumus plurali vti, Anto
nij, Scipiones, Platones, &c: & adiectiua reddere vt appellatiuis: veluti tres Antonij, multi Hectores,
&c. non vt grammatiſtæ volunt, duos quorũ vterque dicebatur Petrus, aut triplicem Petrum: niſi tri-
corporẽ aut tricipitem ſignificaueris: qualem Cerberũ aut Gerionẽ fuiſſe fabulãtur. Cicero tres Ioues
& quatuor Veneres dixit. Ouidius, Et multos illic Hectoras eſſe puta. Mart. Duos Senecas vnicúm-
que Lucanum. Cic. ad Brutum, Quòd ſcribis mihi trium Antoniorũ vnam eandémque cauſam eſſe.

Galliæ Galliarum, & Hiſpaniæ Hiſpaniarum, dicimus: quia eſt Gallia Comata, Togata, Brachata,
Belgica, Celtica, &c. Hiſpania ſuperior, inferior, &c. Argos, hi Argi: Mænalus, hæc Mænala, &c. abun-
dãtia ſũt. vt hæc Fidena, vel hæ Fidenæ: hæc Cume Cumes, vel hæ Cumæ Cumarũ: hæc Mycena vel
Mycene, vel pluraliter Mycenæ Mycenarum: & plura oppidorum nomina: quia ſingulare & plurale
ſunt penitus ſynonyma. Virgilius, Argolicóve mari depreſſus, & vrbe Mycena. Papinius 8. Theb.
Viue ſuperſtes, abi, diræque ad mœnia Thebes
Solus abi. id eſt Thebarum. ſic Iuuen. Atque vetus Thebe centũ iacet obruta portis. ſic propter ma-
gnitudinem Romæ Horatius vrbes pro vrbem dixit, Poſtquã cepit agros extendere victor & vrbes,
Latior amplecti murus. At Venetia regio eſt: Venetiæ Venetiarũ, Venetiæ vrbs. Minus enim plurale Venetiæ.
nonnũquam ſignificat quàm ſingulare, vt terræ terrarũ, quàm terra. Secundo ſingulari carent nomi
na rerum quæcunque referũtur in pondus vel menſuram: vt nomina metallorum, Aurum, plumbũ,
ferrum, argentũ, ſtannum, &c. Nomina frumẽtorum, vt Triticum, ſiligo, &c. Et leguminum, vt Eruũ,
cannabis, &c. Et multa alia: vt Lac, butyrum, lardum, ſeuum, &c. Loquimur autem de ſpecialibus: nã
generalia pluraliter declinari nihil impedit: vt Metalla, aquæ, liquores, frumenta, legumina, &c. Quin-
etiam ſpecialia in plurali numero quandoque leguntur, vbi partem ſignificare volumus: vt Vina, hor
dea, piſæ vel piſa, fabæ, æra, electra, farra, defruta, mella, balſama, cinnama: quibus vix ſunt in plurali ge
nitiuus, datiuus, vel ablatiuus. ſic lentes, auenæ, lupini, fragra, aceta, cuius datiuus vel ablatiuus acetis
rariſſime legitur. ſic mulſa, muſta: aliquãdo etiã muſtis, &c. Itẽ herbarum, fruticúmque nomina rarò
pluralẽ habent, vt apium, ſiler. nonnulla aliquando habẽt, vt lolia, & apud Ouidiũ lolijs: croci, hyacin
thi, lilia, roſæ pro floribus & herbis: citrini, pro quo barbare citrulli dicunt teſte Torrentino: rutæ, cæ- Citrini.
pæ, porri, myricæ, geniſtæ, viburna, cũ multis alijs. Declaranda ſunt nonnulla vocabula huius regulæ.

Metallũ, eſt omnis dura materia, in terræ viſceribus nata. Nã Plinius etiã lapides vocat metalla. Iſi- Metallum.
dorus ponit ſeptẽ nomina metallorũ magis vulgata: Aurũ, argentũ, æs, electrũ, ſtannũ, plumbũ, ferrũ:
ſub quibus intelliguntur orichalcũ & chalybs. Aurũ ab aura, id eſt ſplẽdore, nomẽ habet. Aureus, ex Aurum.

auro factus. Auratus, cui ſuperficies aurea eſt. Auraria, locus vnde effoditur aurum: ſic argentaria, ferraria, &c. Argentum, Græce argyron dicitur. hinc Philargyria, id eſt amor argenti, ſcilicet auaritia. Electrum, miſtura quædam auri & argenti. Plin. lib. 34, Aurum in quo quinta argenti portio eſt, electrum vocatur. Electrum etiam eſt ſuccinum, id eſt gummi vel lachryma, aut ſuccus ex arboribus pinei generis profluens, barbari gleſtum vocant. Orichalcum, æris ſpecies, à montibus dictũ, è quibus effoditur. Oros, mons eſt: chalcon, æs. male dicitur aurichalcum. Inuenitur vtrunque pluraliter. Martial. Vera minus flauo radiant electra metallo. Papinius, Emicat effigies, & ſparſa orichalca renidēt. nec dicas duo ferra, ſed duo ferramenta. Lardum vel laridum, caro porcina, pluraliter reperitur. Ouidius 1. Faſt. Pinguia cur illis miſcentur larda diebus? Seuum, eſt pingue durum in bobus vnde fiunt candelæ, quibus quotidie vtimur. Minium, id eſt rubrica, terra rubra. Frumentum, quod ſpicis continetur, vt hordeum: quod pluraliter reperitur. Virgilius,

Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis,

Infœlix lolium & ſteriles dominantur auenæ. vbi etiam auena habet plurale. Siliginem Plinius dicit eſſe delicias tritici, & optimum fieri ex ſiligine panem. ideo Torrētinus credit ſiliginem eſſe quod vulgo triticum dicitur. Zea, quoddam frumentum Orientis & Campaniæ, per excellentiam ſemen dicitur. Hinc fit alica, *De la froumentee*. Panicum, quoddam frumētum, cuius grana in diuerſis locis collecta ſedent ſicut panniculi. Milium, paruum ſemen vnde fit puls. Legumen, eſt quod folliculis continetur: vt faba, piſa, lupinus, eruum, vicia, &c. Melo putant barbarum. vtitur tamen Palladius.

Citrinus eſt cucumeris ſpecies. Cannabis, &c. PLVRALE tenent quoque raro. Sententia eſt, Nomina abſtracta, id eſt ſubſtantiua ab adiectiuis deducta, cum nominibus quintæ declinationis, & nominibus elemētorum, raro tenēt pluralem numerum. Exempla de abſtractis. Iuuentus, id eſt ætas iuuenilis, & ipſi iuuenes. Iuuenta, id eſt ætas iuuenilis. Iuuētas, dea iuuentutis, genitiuo iuuentatis. Iuuenilitas, id eſt iuuenta. Socordia & væcordia, id eſt ſtultitia. ſic parſimonia, caſtimonia, memoria, eloquentia, ſapientia, ſophia, philoſophia, diligentia, negligentia, elegantia, auaritia, iuſtitia, inſania, amentia, paupertas, prudentia, inopia, amicitia: ſed inimicitiæ ſæpius pluraliter dicitur. parcitas, pernicitas, adoleſcentia, pueritia, infantia, clementia, facundia, humilitas, ſenium, marcor, charitas, pinguitudo, ſenecta, ſenectus, poetica, dialectica, &c. Exempla de nominibus quintæ: vt Fides, rabies, pernicies caries, & dies pro tempore. Sanies, ſanguis corruptus, &c. Exempla de nominibus elementorum: terra, aqua, aer ignis: quæ pluralem admittunt omnia, præter aer, vbi non tantum elementum, ſed aliquas partes ſignificamus. Habent quoque pluralem ex alijs complura: vt ſine dubio dies & res cũ pluribus quintæ declinationis nominibus, & multa abſtracta. ideo dixi non ſemper, ſed raró. Cælius Ciceroni, Solet infirmorum amicitias ſibi qualibet impenſa adiungere. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. amicitias pluraliter dixit. ſic ipſe Cicero libro 1. ad Atticum, Illæ ambitioſæ noſtræ fucoſæque amicitiæ ſunt in quodam ſplendore forenſi. Ouidius, Turpe quidem dictu: ſed ſi modò vera fatemur,

Vulgus amicitias vtilitate probat. Ne verearis hos viros imitari. Tacitus multorum amicitijs innixum. Iterum Cic. lib. 7. ad Atticum, Soles conglutinare amicitias teſtimonijs tuis. Gellius lib. 2, Qui ſe ad literas memoriáſque veteres dediderat. Item libro 4, Ita in veteribus memorijs ſcriptum legimus. Vitruuius quoque memoriarum gradibus dixit. Gellius lib. 2, Curas vocum verborúmque elegātias. Idem ſæpe philoſophias dixit. vt libro 5, Sumptum miniſtrauit, & philoſophias docuit. In ſacris, Ego iuſtitias iudicabo. Gellius libro 3, Petulātias dictorum. Cicero etiam charitates dixit. Gellius ignauias, inſidias, iniurias: atque alij alia ſed raris raro vtendum eſt. Senecta per ſe bene dicitur, quamuis olim cũ additione ſenecta ætas ſemper dicebant. Tacit. Flaccum ſpernebat ſenecta ac debilitate pedum inualidum. Inuenies plura in plurali numero: ſed vt ſæpe dixi, raris raro vtere: neque à ſummis viris aliquando dicta, niſi fuerint penitus obſoleta, vt antiquiſſima omnino, tanquam colubros fugito.

Margin notes: Argentum. Electrum. Orichalcum Lardum. Seuum. Minium. Frumentum Hordeum. Siligo. Zea. Alica. Panicum. Milium. Legumen. Citrinus. Iuuentus. Sanies. Amicitiæ. Memoriæ. Elegantiæ. Philoſophiæ Senecta.

RARO PLVRALIA.

Maſculina.

Vix plurale tenent limus, cum ſanguine, fumus,
Et fimus, & mundus, muſcus, cum nemine, Pontus,
Captorum carcer, ſopor, & puluis, penus, vncus,
Ceſtus, ſeu cultus pro auro, ros, & genuinus.

Fœminina.

Gloria, fama, lues, pax, galla, fames, fuga, vita,
Culpa, ſtrues, pax, gaza, ſalus, cúmque indole, arena,
Mors, tuſſis, proles, tabes, labes, ſoboléſque,
Talio cum cholera, ſitis, atque humus, & pituita,
Lux, plebs, iungantur pubes, contagio, bilis.

Neutra.

Hir, cœnum, fel, pus, ver, nectar, ador, nihil, hepar,

Nil,iubar,& nihilum,gluten,vulgus,pelagúſque,
AEuum,ſal,barathrum,cum manna,mammona,paſcha,
Iuſtitium,fœnum,virus,cum mane,neceſſum,
Atque neceſſe,ſalum,ſolium,fas,inſtar,& halec:
Adde nefas,letum,vitrum,viſcum,atque macellum,
Et nitrum,ſpicum,ſinúmque,gelúque,ſolúmque,
Atque lutum. Sunt his qui longe plura notarunt.
Si bene diſcutias doctorum ſcripta virorum,
Multa ſecus cernes,quàm lex vult grammaticorum.

Raró habent pluralem numerum hæc nomina,Limus,ſanguis,fumus,&c.quibus aliqui plura iun
gunt,vt declarabo . Multa tamen contra grammaticorum regulas inueniet quiſquis doctiſſimorum
monumenta diligenter euoluerit:ſed parcè inuentis parcè vtamur: neque vti formidemus nimium.

Limus,id eſt cœnum & terra madida. Lutum,idem. Sanguis in ſacris ſolum pluraliter legi: vt Limus.
Vir ſanguinum. Fumus. Martialis, Vendere nec vanos circa pallatia fumos. Cæſar pluraliter vtitur Sanguis.
pro ſignis illis quæ inter hoſtes per diem fumo ſolent fieri : quemadmodum per noctem ignibus. Fumus.

Fimus,eſt ſtercus animalium,id eſt lætamen. Mundus. Plin. lib. 2. naturalis hiſtoriæ,Alios innu- Fimus.
merabiles tradidiſſe mundos. Sic Soles legimus:quia plures aliquando videntur eſſe. Item pro calo Mundus.
ribus nõnunquam ſumitur. Quintilianus lib. 11, Vitandos ſoles atque ventos. Plinius,Aqua ſiccata Sol.
ſolibus.ſic apud Virgilium cæteróſque poetas ſæpe. De fumi iterum, Ouidius 4. Faſtorum, Cærulei
fiant puro de ſulfure fumi. Sic fumos dixit Virgilius. Muſcus, lanugo vel herbula viridis in muris, Muſcus.
ripis,arboribúſque. Virgilius, -muſco circundat amaræ
Corticis. Apuleius in plurali muſcis dixit in libro ſecũdo de aſino,Saxum inſurgit in ſpeluncæ mo
dum muſcis. Nemo ſæpius maſculinum,aliquando etiam foemininum. Pontus,id eſt mare,& re- Nemo.
gio quædam Aſiæ. Carcer,captorum locus. ſic tamen aliquando in plurali reperitur. Firmicus,Car- Pontus.
cerum ſqualoribus premitur. Seneca, Plenos carceres. Sopor,id eſt ſopnus: aliquando etiam mors. Carcer.
Horatius , Ergo & Quintilium perpetuus vrget ſopor. Puluis. Horatius pluraliter pulueres dixit. Sopor.
Fenus:ſic penũ & penu:& intellige cuiuſcũque generis ſit penus. Vncus,teſte Curio, pro ferro quo Puluis.
corpora noxiorum,mortuorúmve trahebantur : notum apud Suetonium & Senecam. Ceſtus ſine Penus.
diphthongo,cingulum Veneris,& zona ſponſæ nubentis legitimo matrimonio: vnde inceſtum dici- Vncus.
mus non legitimo matrimonio,ſed ſacrilego. hinc ceſticillus,eſt illud quod mulieres imponunt capiti Ceſtus.
quando portant aliquid. Cæſtus per æ diphthongon, eſt lorum quo pugiles pugnam committe- Cæſtus.
bant . vtrunque eſt quartæ declinationis. Ceſtum ſine diphthongo neutri generis , eſt furcilla quæ Ceſtum.
ſubijcitur viti ne pendeat . author Varro in re ruſtica. Cultus, teſte Curio, pro eo quod vulgo fo- Cultus.
lium auri dicitur. Ros. Virgilius tamen rores dixit. & Columella cum Plinio roribus. At rorum aut Ros.
rorium nuſquam legi. Genuinus,dens in extrema gingiua occultus,is nouiſſimus naſcitur. Cicero Genuinus.
& plures genuini in plurali numero dixerunt. Genuino rodere,eſt occultè reprehendere. Sequentia,
foeminina ſunt. Gloria. Quintilianus,Conſentiẽs laus bonorum gloria appellatur. Inanis gloria,eſt Gloria.
vana & falſa laus. diminutiuum eſt gloriola. inuenitur plurale. Gellius lib. 1,Has ille inanes cum flaret
glorias. Item lib. 2,Quæſtu atque compendio gloriarum. Fama,lues,pix. Galla,ſutorũ inſtrumen Galla.
tum:etiam eſt fructus quercuum,vt dicit Calepinus. Fames, fuga. Vita,pro modo viuendi plura- Vita.
liter leges. Terentius in Adelphis, Inſpicere tanquam in ſpeculo hominum vitas iubeo. Tacitus, Si
deus aliquis vitas aut veſtra tempora repente mutaſſet. Virgilius ſexto AEneid. Tenues ſine corpore
vitas. id eſt animas. Laertius ſcripſit vitas philoſophorum:Hieronymus verò ſanctorum patrum. Gel-
lius libro decimotertio, capite ſecundo, Quibus otium & ſtudium fuit vitas atque ætates doctorum
hominum quærere,& memoriæ tradere. ne verearis ſic loqui. Culpa. Strues,lignorum congeries. Strues.

Pax. plurale paces inueni,non pacum aut pacibus, niſi apud Plautũ in Perſa. Horatius, Hoc paces Pax.
habuere bonæ. Idem,Bella quibus paces lõgum diffundit in æuum. Salluſtius in Iugurtha, Bella at-
que paces. Gaza,id eſt cenſus & diuitiæ & quicquid poſſidemus. reperitur plurale. Lucanus lib. ſe- Gaza.
ptimo, Eoáſque premunt tentoria gazas. Seneca in Hercule furenti, Gazis inhians & congeſto pau-
per in auro. Gazarum nondum legi. Salus. Marſilius tamen ſalutes & ſalutibus dixit. Et Hierony- Salus.
mus libro Reg. ſecundo, Magnificans ſalutes regis ſui. non libenter imitarer, quia tota doctorum
ſchola reclamat. Indoles,eſt in pueris ſignificatio quædã futuræ probitatis: in viris ſignum eſt præ- Indoles.
ſentis virtutis:& aliquando in malum capitur:nonnunquam ad inanimata transfertur. Arena ſolus Arena.
Cæſar plurali carere dixit:tu liberè plurali vtitor. Lucanus libro decimo, Et diras calcauit Cæſar are-
nas. Gellius lib. 5,In camporum & arenarum ſolitudines conceſſi. ſic cæteri ferè omnes. Mors po- Mors.
nunt hic grammatici:tu nihil dubites vti pluraliter. Tacitus,Multas mortes iuſſu Meſſalinæ patra-

tas. Idem, Pleriqué liberorum aut parentum mortes deflebant. Idem, Obitas pro republica mortes. Ci
cero, Quibus videmus optabiles fuiſſe mortes. Ouid. 11. Metam.
Deficit ars, animíque cadunt, totidémque videntur
Quot veniunt, fluctus ruere, atque irrumpere mortes. Sillius lib. 2, Vidi animos, mortéſque virûm. Va
lerius Maximus libro 5, Referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt. Tacitus, Laudatis anti-
quorum mortibus par exitus. Idem, Varia pereuntium forma, & omni imagine mortium. Seneca in
nat. quæſt. Ergo in tantis erroribus es vt æſtimes deos mortium ſigna præmittere? Gellius lib. 7, Id &
mortibus legibúſque multis oſtenditur. Sic mortes mortium mortibus leges apud Plinium, Lucanũ,
Tuſſis. Firmicum, & plures. Tuſſis: lectum eſt plurale tuſſes: & Plinius genitiuo tuſſium vſus, teſte Lancilo
Proles. to. Proles: Martianus dicit plurale habere proles, prolum, prolibus. Tabes. Labes, ruina vel de-
Labes. decus vel macula. plurale labes legitur, non labium, aut labibus. Cicero in Officijs, Hunc tu quas con
ſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera? Gellius, Cõtra vitiorum fraudes animorúmque
Soboles. labes ac peſtilentias aſſeuerabat. Itaque Latiniſſime dicunt philoſophi tres eſſe reipublicæ labes. So
boles. plurale ſoboles apud Columellã eſt libro decimo, Cuſtodiri debent, ne nouæ ſoboles effugiãt.
Cholera. Sobolum aut ſobolibus nuſquam legi, niſi fortè apud grammaticos. Talio. Cholera, morbi genus,
Pituita. & vnus quatuor humorum. Sitis. Pituita, morbus quidam, Græcè phlegma dicitur. Plinius pitui
Lux. tas dixit. Lux: pluraliter legitur pro diebus, luces & lucibus: non lucum aut lucium. Ouidius, Poſt
ſeptem luces Iunius actus erit. Idem in eodem ſexto Faſtorum, Aſpicit inſtantes medijs ſex lucibus
Idus. Sic idem alibi ſæpe & ipſe & alij. Apuleius in prima ſignificatione capit, dicens de cometis, Sed
Contagio. plerunque luces iſtæ repentino ortæ ſtatim occidunt. Plebs vel plebes. Pubes. Contagio, mor-
Bilis. bus contactu nocens. Bilis, id eſt cholera. capitur interdũ pro ira: vt Ne moueas mihi bilem. Pro-
Proſapia. ſapia, id eſt progenies. his adijcitur rheſina quoque & ptiſana, quæ ſub menſuratis, & in pondera rela-
Cœnum. tis contineri poſſunt. Hir. Cœnum, terra humore reſoluta. Fel, pus, ver, nectar, ador, nihil, hepar,
licet hepata nonnulli dixerint vt fella, ego neutrum pluraliter apud doctiſſimos inueni. Nil, iubar,
Vulgus. nihilum, gluten, ſic glutinum antè declarata ſunt. Vulgus: maſculinum tamen aliquando pluralem
Pelagus. habet. Cicero, Saturnum maxime colũt vulgi. Pelagus. Cicero pluraliter pelagis in libro de finibus
Æuum. bonorum. Æuum, id eſt ætas longa. Hieronymus in tertio libro Eſdræ plurali vtitur dicens, Maie-
ſtas omnium æuorum. Ouidius, Perſequar vt cunctos nulli datus omnibus æuis. Plinius libro 14.
Sal. cap. 1. tot æuis incorruptum, dixit. Sal, quod maſculine pluralem habet pro oris condimento. Co-
lumella, Si ſordet oleum, frictos & adhuc calentes ſales inijci iubent. Idem, Salibus integris adoperiũt.
Idem, Carnem ſalibus aſperſam. ſic apud Paulum iuriſconſultum inuenies ſales, genitiuũ ſalum aut
Barathrum. ſalium nuſquam legi. Barathrum, locus Athenis erat vnde damnati præcipitabantur: & capitur pro
Iuſtitium. immenſa profunditate & inferno. Manna, mãmona, paſcha. Iuſtitium, quaſi iuris ſtatio, dicitur iu
ris dicẽdi intermiſſio: quod fieri ſolet in publico reipublicæ luctu & calamitatibus. Item, tẽpore meſ-
Fœnum. ſis quoddam fit iuſtitium ne agricolæ impediantur. Fœnum. Apuleius tamen pluraliter dixit in ter-
Letum. tio Metam. In aſini faciem fœna rodebamus. Virus, mane, neceſſum, neceſſe. Letum, id eſt mors.
Salum. Letalis, id eſt mortifer: vt Letale vulnus. Salum, id eſt mare, à Græco ſalo, id eſt moueo & fluctuo.
Solium. Soliũ, ſella regia. Virgilius, Solio rex infit ab alto. Eſt etiam vas quo in balneis vtebantur: & vas ſe-
Vitrum. pulchrale, in quo defunctus conditur. Curtius, Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in ſo-
Viſcum. lio. Plinius libro 35. pluraliter dixit, Quoniam & defunctos ſeſe multi fictilibus ſolijs condi maluere.
Macellum. Fas, inſtar, halec, nefas. Vitrũ: inuenies apud poetas plurale vitra. Viſcum, vel maſculine viſcus:
Nitrum. vtrunque ſine plurali, eſt glutinum quo aues capiũtur. Macellũ, locus vbi obſonia vendũtur quæ-
Spicum. cunque, non ſolum carnes: à Macello quodam latrone, cuius domus in eum vſum fuit diruta. Ennius
Spicus. macella dixit, teſte Capro. Nitrum, ſalis ſpecies quo ſordes corporum veſtiúmque purgantur. Spi
Sinum. cum, acumen ad ſpicæ ſimilitudinem. pro eodem dicitur ſpicus. & hoc plurale habet, teſte Seruio in
Solum. primum Georgicorum. Cicero in Arato, Spicum illuſtre tenens inſigni corpore virgo. Sinum pro
Lutum. vaſe. Gelu. Solum, terra. Virgilius tamen primo Georgicorum dixit, Ne ſaturare fimo pingui pu-
Orcus. deat ſola. Lutum, cœnum. Cæſar luta dixit, teſte Capro. Lancilotus præter hæc vulgata, alia adiecit
Bolus. cõpluſcula. Et primo maſculina. Orcus pro inferno, dictus quaſi vrgus, teſte Veranio. Bolus quod
Erebus. nonnunquã pluraliter inuenies. Erebus, profundior inferni pars. Halo, circulus circa lunam. Ar
Halo. rhabo, id eſt arrha. Vter, corium quo liquamina & oleum continentur, atque etiam vinum, &c. ge-
Arrhabo. nitiuo plurali caret, teſte Lãciloto: quod verum non eſt, ſi Capellæ credimus. Iungunt quidam Ci-
Vter. nis fruſtra. Suetonius in Domit. Clàm intulit cineribus ſuæ filiæ. Ouid. 8. Metam. Plus cinerum Hæ
Cinis. moniæ ſulcis, telluris aratur. Idem, Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro. Dolus genitiuo tantum
Dolus. plurali caret, vt quidam dicunt. nec Adeps adipum habet, cum adipes adipibus legamus. Quintil. lib.
Adeps. 2, Itaque ſibi attenuandos adipes. Colum. Non adipibus obeſa. De fœmininis. Luna, licet legamus
Vehes. Lunáſque ſequentes. Vehes, genitiuo, datiuo, ablatiuóque in plurali caret, mẽſura quædã eſt & plau
Adorea. ſtrum. Adorea, id eſt gloria. Maſtix. Inquies, ſubſtantiuum vt requies. Ira, irarum, & iras ha-
Oliuitas. bet, iris nunquam. ita dicit Lancilotus, ſed fallitur, Terentius in Hecyra, Quibus iris impulſus. Oli-
Spatha. uitas, id eſt olei vindemia. Autumnitas. Aluus. Spatha, inſtrumentũ pharmacopolarum. Plinius,
Tellus.

Medicinam permiſcentes ſpatha ter die. Tellus, quia elementi nomen eſt, aut dea terræ. Plinius, Tel-
lurem ſcindimus, ſerimus arbuſta. Ora pro fune nauis. legimus tamen oras. Liu. libro 8. bel. Puni- Ora.
ci, Tradant ſcalas, oras, anchoráſque. Fabius, Oram ſoluentibus bene precemur. De neutris, Cicero
dicit lib. 5. Tuſc. Calceamentū ſolorum callum eſt. Solum eſt quodcunque ſupponitur. vnde nauis Solum.
ſolum, dicitur mare. Ouid. Aſtra tenēt cæleſte ſolum. Aliquādo ponitur pro corio: & eo ſenſu eſt ver-
bum Tullij Martialíſque, Et mordere luto putre vetúſque ſolum. Idem, Pictorū ſola baſiata regum.
Altum pro mari. Virgilius enim dixit, Tranquilla per alta. Collum colla facit, non collorum, aut Altum.
collis, teſte Lanciloto: nec os orium, licet ora & oribus. id non verum eſſe ex dictis patet. Defrutū de- Collum.
fruta, non defrutorū aut defrutis, vt idem vult. Iecur iecinora, non iecora, vt vult idem. Balſamū bal
ſama, non balſamorū. Pecu pecua tantum, vt allium allia, vlpicum vlpica. Dibaphū, purpura bis Dibaphum.
tincta, dibapha tantum. Carent item plurali, teſte eodem, Album pro tabula. Plin. in præfat. Non Album.
eras in hoc albo. Suet. in Tyb. Quoniā ſi pateretur aſcribi albo. Et in Nerone, Nomen ſuum in albo
profitentium. Apul. Album muſarum. Meditullium, id eſt medium loci ſpatium. Medium diei, Meditulliū.
non media dierum. Melimeli, liquor quidam ex melle. Aſylum bene facit aſyla: at aſylorum non Melimeli.
legi. Sabulum. Baculū. Teruncıū pro minimo pretio. Cic. lib. 5. ad Atticū, Teruncium nego ſum- Teruncium.
ptum factum. Epityrum, condimenta oliuarū. hoc ad menſurata pertinet, vt butyrum, oxyporum, Epityrum.
moretum, halicaſtrum, piper, coſtum, amomum: licet amomis dixerit Perſius. Saccarum non ſucca- Saccarum.
rum. Plin. Saccarum, eſt mel in arundinibus collectum, gūmium modò candidum, dentibus fragile.
Gūmium genitiuus pluralis eſt à gummis. Minerual pro cœna. Illitium, ſolum infima pars ca- Gummium.
ſei. Veruactū, terra reſoluta. Faſcinum pro mentula. Hyſopum, quia herbæ nomen. Agaricum. Illitium.
Euphorbium. Cæruleum pro arena quadam. Buxum buxa facit. Buxorū rarum eſt. Papyrum, Veruactum.
abdomen, ſumen, chaos, ſinapi. Hoſtum, confectura quædam ex oleo. Pedum. Stratum, quod Faſcinum.
ſupponitur equo: vulgo ſella dicitur. Plinius ſtrata dixit: non tamē ſtratorū, nec ſtratis. Mamphur. Hyſopum.
Temetum. Callum. Cic. 3. Tuſc. Et ipſe labor quaſi callum quoddā obducit dolori. Huber pro co- Cæruleum.
pia. Capital, faſcia qua capillos capitis cōnectimus: & crimen capitale. Specimē. Iunge prædictis Hoſtum.
vnuſquiſque. Iungunt alij ad hæc plura, ſed in hoc plerique falluntur: quia in duobus aut tribus au- Stratum.
thoribus nō reperta, nuſquā inueniri temerario auſu illico clamitant: itaque ſiqua dixero carere ali- Callum.
quo caſu, tātiſper illo abſtineas, dum in claris authoribus me falli intellexeris: & tū illos potius quàm Huber.
me imitare: ita tamen ne quid affectatè, néve raro inuentis glorieris inepte, & paſſim vtendum putes. Capital.

SINGVLARI NVMERO CARENTIA

Diſtribuens numerus cum cardine, feſta, libríque,
Cum ludis, vrbs, multa carent numero iſta priore.
Dant quidam libri numerum tantummodo primum.

Numeri diſtributiui, vt bini, terni, carent ſingulari numero, niſi rariſſime: vt Septeno gurgite. de hoc
in Syntaxi. Numeri cardinales, vt duo, tres, quatuor, &c. ſub his continentur tot, quot, totidem, ali-
quot. Vnus principiū numeri eſt, non numerus. Tertio nomina feſtorum, aut ludorū, ſingulari nu-
mero carēt, vt Apollinares, Circēſes, Geniales, Quinquatres, &c. Ludorū nomina, Vulcanalia, Baccha
nalia, Saturnalia, Opalia, Vinalia, Agonalia, Neptunalia, Quinquatria, Lupercalia, Megaleſia, Floralia, Li
beralia, Lucaria, Feralia, & cætera feſtorū nomina. quorū autem deorū fuerint, deriuatio indicat, vt Vul
canalia, Vulcani: &c. Quinquatria, feſta quæ quinque dies Paladi fiebant, &c. Plautus ſingulariter di-
xit, Bacchis Bacchas metuo, & Bacchanal tuum. Notandum circa feſtorum nomina, quòd geniti- Feſtorum no-
uum per ſecundam declinationem ſæpius feſtorum nomina faciunt: datiuum verò & ablatiuum per mina.
tertiam. Valerius, Saturnaliorum dies apud Græcos quoque feſti habentur. Horatius ſecundo epiſt. Saturnalia.
-quid fiet ab ipſis Saturnalibus huc fugiſti. Maſurius Sabinus, Vinaliorum dies Ioui ſacer eſt. Vinalia.
Iuuenalis, Totis Quinquatribus optat. Hoc etiam per ſecundam datiuum ablatiuúmque efficit. Ci- Quinquatria.
cero ad Cælium, Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatrijs afferebantur. Quædam ge-
nitiuum etiam per tertiam efferunt. Varro, Ferialium dies à ferendis in ſepulchra epulis dicti. Item Feralia.
Floralium dixit, vt Maſurius Liberalium & Lucarium. de his multa dicit Macrobius in primo Satur
nal. cap. 2. vbi oſtēdit Viridia adiectiuū viridium facere, ſubſtantiuum verò viridiorum: & ſignificat lo Viridia.
ci viriditatem. & vectigalia, licet tertiæ declinationis ſit, tamē facit vectigalium vel vectigaliorum: ſed Vectigalia.
vectigalibus tantum: vt ancilia ancilium, vel anciliorum. Suetonius in Aug. circa finem, vectigalio-
rum dixit: & alibi vectigalium. Parentalia parentalium, vel parētaliorum, parentalibus, feriæ quæ pa Parentalia.
rentibus defunctis fiunt. Solennia, ſacra quæ ſingulis annis certo tēpore fiunt. Megaleſia, feſta & Solennia.
ludi matris deorum: ſed ludi potius Megalenſes dicuntur. Quædā puto ſecundæ declinationis eſſe, Megaleſia.
vt ſunt Orgia, Bacchi ſacra, & quæcunque cæremoniæ. Repotia, feriæ quum poſtridie nuptias apud Orgia.
nouum maritum cœnatur: quòd quaſi reficiatur potatio. Horat. Ille repotia, natales, alióſve dierum Repotia.
Feſtos albatus celebret. Gellius lib. 2, Nuptijs autem & repotijs ſeſtertij millies eſſe. Chariſtia chari- Chariſtia.
ſtiorum, feriæ in quibus ſimul cognati conuiuabantur. Ouid. Proxima cognati dixere chariſtia chari.

Encenia. Librorū nomina. Male capitur chariſtia pro caritate annonæ. Encenia, innouationes dedicationéſque tẽplorum. Item feſtorum nomina ſunt Latinæ & Neomeniæ, &c. Quarto ſingulari carent multa librorum nomina: vt Georgica, Bucolica, Rhetorica rhetoricorum, Chronica, Biblia, &c. ſed ſignificãtur ſemper partialia (vt ſic loquar) opuſcula, vel libri, vt notauit Nebriſſenſis. vbi autem vnicum librũ ſignificamus, aut vnum poema vel opuſculũ, ſingulari vtimur: vt Xenophon in OEconomico. Virgilius in primo Bucolico vel Georgico. Ex quibus liquet error eorum qui putant hæc in ſingulari eſſe fœminini generis, vt ait Nebriſſenſis. Grammatica grammaticorum non dicimus, teſte Lanciloto. Quædam librorum nomina ſunt ſingularia fœminini generis, vt Thebais, AEneis. Marcellus etiam dixit pluraliter AEneida AEneidorum, teſte eodem. Oppidorum nomina. Multa oppidorum nomina carent ſingulari numero. Maſculina quidem, vt Parrhiſij, Gabij, Locri, &c. Fœminina, vt Thebæ, Athenæ, Brugæ. Neutra, vt Artaxata, Ieroſolyma, quod etiam Ieroſolyma Ieroſolymæ, per primam ſingulariter reperitur contra Vallã. Ieroſolyma. Suetonius in Aug. Caium nepotem quòd Iudæam præteruehens apud Ieroſolymam non ſupplicaſſet, collaudauit. Tacitus, Conditam vrbem nomine ſuo Ieroſolymam feciſſe. Idem, Omnes præter Ieroſolymam vrbes victore exercitu tenebat.

MASCVLINA TANTVM PLVRALIA.

Maſculei generis ſunt hæc pluralia tantum,
Annales, ſentes, cancelli, liberi, amores,
Vepres, carceribus, Luceres, canis, lemures do:
Furfuribus, geminis, natales: cœlitibus ceu,
Manes, & caſſes, ſuperi, loculi, atque penates:
Cuíque prius foret as, maiores atque minores,
Primores, faſti vel faſtus: adde Quirites,
Et pugillares, Seres, Caréſque, ſaléſque,
Atque lares, piſces ſignum, ceu menſtrua menſes,
Atque fori, faſces, proceres: ſic poſteri, & antes,
Mores, inferi, & ambo dabis, ſic codíque cilli.
Interdum numero potientur pauca priore.

Maſculina tantum pluralia ſunt, Annales, ſentes, cancelli, &c. quorum nonnulla aliquando reperiuntur in numero ſingulari: quæ nec penitus refugiemus, neque affectabimus. Annales. Annales, libri continentes quid quoque anno geſtum ſit. aliquando ſingulare inuenitur. Gellius libro 16, Petimúſne annalem hũc Qu. Ennij? Idem lib. 13. cap. 21, Qui leget Cnei Gellij annalem tertium. Idem lib. 15, Si annalem vndeuigeſimum Qu. Claudij legiſſes. Idem lib. 6, Locum iſtum totum huc ex Piſonis annali tranſpoſuimus. Eodem ablatiuo vtitur alibi ſæpiſſime. Sentes. Sentes, teſte Phoca, id eſt ſpinæ, quòd à tangentibus quamprimum ſentiantur, ſic dicuntur. Baptiſta Mant. in primo Cala. fœminine neſcio quo authore vſus eſt. Cancelli. Cancelli, ligna vel ferramẽta inter ſe modicis interuallis poſita, vt in feneſtris, &c, Calepinus ponit ſingulare, ſed non probat. Liberi. Liberi, id eſt filij & filiæ, & aliquando vnicus filius vel filia. Amores. Amores pro turpibus & Venereis, niſi adiectiuo diſtinguãtur: veluti Honeſti amores. Amor ſingulariter etiam aliquando de inhoneſta libidine dicitur. Vepres. Vepres, rubus aut ſpina. Sidon. in 2. Panægyrico, Ille per obiectos vepres timet. Virgil. Hirſutos vepres. Seneca in Hippolyto, Acutis aſperi vepres rubis. Reperitur ſingulariter. Columel. lib. 12, Hunc veprem manifeſtum eſt interire non poſſe. Ouidius octauo Metam. Aut lepori qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum. Hieronymus Iſaiæ 17, Quis dabit viæ ſpinam & veprẽ? Melius eſt maſculinum, licet Priſcianus fœmininum eſſe dixerit propter diminutiuum veprecula. Carceres. Carceres, vnde equi incipiunt curſum. Virg. Vt cum carceribus ſeſe effudêre quadrigæ. docet hoc Seruius. Poteris tamen in hac ſignificantia ſingulariter flectere. Cicero, A calce ad carcerem reuocati. Vir. 5. AEneid. Ruúntque effuſi carcere currus. Ouid. 10. Metam. Signa tubæ dederant cum carcere pronus vterque
Emicat. Luceres. Luceres, nobiles quidam Romani: vt Tatienſes, Quintilij, Fabij. horum vnuſquiſque (vt opinor) dicebatur Tatienſis vel Fabius, &c. Cani. Cani, albi capilli in ſenectute. Lemures. Lemures, laruæ & terrificationes nocturnæ. Apuleius ſingulari vtitur in libro de deo Socratis dicens, Hunc vetere in lingua Latina inueni lemurem dicatum. Furfures. Furfures, puſtulæ quæ ex capite reſoluuntur. pro purgamento farinæ etiam ſingulariter dixit Serenus, Additur excuſſus niuea ſimilagine furfur. Gemini. Gemini & gemelli, fratres vno tempore nati. Plautus tamen in Menæhmis ſæpe in hoc ſignificatu ſingulariter vtitur.

Natales. Natales, generis nobilitas aut naſcendi conditio. vt Claris natalibus ortus, vel obſcuris natalibus. Natalis in ſingulari, ſignificat diem natalem. Cælites. Cælites id eſt cælicolæ, & ex hominibus dij. Ouidius

vtitur ſæpicule ablatiuo ſingulari cælite. Manes, animæ defunctorum & dij inferi. Apuleius præter aliorum conſuetudinem auſus eſt ſingulari vti in libro de deo Socratis dicens, Vtrū lar ſit an larua nomine deum manem vocant. Caſſes, id eſt retia: aliquando ſingulariter flecti alibi probaui. Superi, cælites: vel nos reſpectu antipodū. Inferi, qui tartara incolunt, vel antipodes. Poſteri, poſt nos venturi. Inuenta ſunt adiectiua Superus, Inferus, Poſterus. Liuius Andronicus in Odyſſea, Inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes. Hic s abſumitur in deus. Loculi & Loci, ſacculi pecuniarij, vel receptacula ſeminis. Iuuenalis, -loculis comitantibus itur

Ad caſum tabulæ, &c. Cato, Eo lotio ſi mulier locos fouebit, nunquam ij viroſi fient. Apud Martialē pro marſupio locellus ſingulariter reperitur, Ipſe locellus erit. Penates, dij penetrales, quos ſuæ quiſque domi colit, & pro domo capitur. Quæ in as deſinerent, ſi ſingularem numerum haberent: vt primates, optimates, &c. Optimates, & primates, ſummatéſque, id eſt ciuium optimi, probiſſimi, primi & ſummi. Sic Magnates, id eſt nobiliores. In eccleſiaſticis dicuntur ſæpe per ſecundā Magnati, magnatorum, magnatis. Infimates, infimi ciuium. Quandoque leguntur in ſingulari. Cicero libro nono epiſt. ad Atticum, Id mandaui Philotimo homini, forti ac nimirum optimati. Cælius ad Ciceronem, libro decimo ad Atticum, Vide ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parū diligenter quod optimum ſit, eligas. Maiores, antiqui qui ante nos fuerūt. Minores, poſteri. Hæc cum dictis quia ad vtrunque ſexum pertinent, nonnulli dicunt in fœminino genere reperiri poſſe. Primores communis generis, id eſt primi, ſæpe ſingulariter reperitur, quia natura adiectiuum eſt: ſed nominatiuo ſingulari caret, teſte Seruio. Suet. Scripta famoſa vulgóque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur, aboleuit. Sillius libro vndecimo, His ſuper exciſam primori Marte Saguntum. Polit. Speciem quidem primorem veri habentia. Gellius libro ſeptimo, Vſque in primores manus. Idem lib. 10. cap. 19, Si me non fallit quod quidem in primori pueritia legerim. Cicero in primo de Oratore, Ne primoribus quidem labris attigiſſent. id eſt prioribus. Tacitus, Erat Othoni celebre conuiuium primoribus fœminis viriſque. Suetonius in Tyberio, Plerunque ſe aſſerebat conſiliariū, aſſidebátque iuxtim in primori. Gell. lib. 2, Primore aſpectu. Valla Placētinus primores dicit à (primus) comparatiuum eſſe, vt proximior à proximus. hoc non placet: quia primiores non primores diceretur: quod falſum eſſe ex Sillio deprehenditur. Ne verearis puer tam pulchra dictione in vtroque numero vti. Faſti faſtorum, vel faſtus faſtuum, liber in quo totius anni res populi Romani ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtorum explicantur: ſæpius eſt ſecundæ declinationis. nec male tamen dixit Lucanus (vt putauit Seruius) Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. quia ipſe Varro in Ephemeride dixit, Cæſar faſtus correxit. Et Colu. libro 10, Sequor nunc Eudoxi. & Metonis faſtus aſtrologorū. Horat. in 3. Carm. Per memores genus omne faſtus. Hic faſtus, faſtus, faſtui, id eſt ſuperbia. Inuenitur etiam faſtus, faſta, faſtum, & nefaſtus. vnde dies faſti erant, quibus ſine piaculo licebat prætori tria verba fari, ſcilicet, Do, dico, addico: & nefaſti, quibus non licebat ea fari. Ouidius,

Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur,

Faſtus erit, per quē lege licebit agi. Quirites, id eſt Romani, ſingulares obliqui reperiūtur. Horat. epiſt. 1, Et amici dona Quiritis. Ouidius 9. Metam. Reddentémque ſuo non regia iura Quiritis. Iuue. Gaudia longa feras tamen ima plebe Quiritem. Perſius, -heu ſteriles veri, quibus vna Quiritem Vertigo facit. Claud. in nuptijs Honorij & Mariæ, Epuliſque iam repleto reſonet Quirite Tyberis.

Manes. Caſſes. Superi. Inferi. Poſteri. Loculi. Loci. Penates. Optimates. Primates. Summates. Magnates. Infimates. Maiores. Minores. Primores. Faſti, vel Faſtus. Quirites.

Pugillares, tabellæ in quibus ſcribimus. pro eodem dicimus pugillaria, pugillariū, pugillaribus. & reperitur vtrunque aliquando in ſingulari. Auſon. Bipatens pugillar expedi. pugillarem in euangelio legimus. verum vtrūque eſt perrarum. Seres & Cares, populorum nomina rarò ſingulariter reperies.

Pugillares. Pugillaria. Seres. Cares.

Sales, dicta mordacia, apophthegmata, dicteria, & vrbani ioci. Iuuenalis, Et ſalibus vehemens intra pomoeria natis. Genitiuū nuſquam inueni. Cæterum in hoc ſignificatu recte ſingulariter aliquando vtēris. Terentius in Eunucho, Qui haberet ſalem quod in te eſt. Cic. in 2. de Oratore, Vtilitatem ſalis & vrbanitatis fateamur. In eodem, Non ſal, ſed natura ridetur. Idem in primo epiſt. ad Qu. fratrem, Dicendi ſal, facetiæque valuiſſent. Idem de claris oratoribus ad Brutum, Omnes ſale facetiiſque ſuperabat. Lares inuenies ſæpicule ſingulariter. Piſces, ſignum celeſte. Ouidius etiam ſingulariter pro vna ſtella piſces dixit. Menſes pro menſtruis. Plinius, Cuius ſemen menſes & vrinam ciet. Idem, Mēſes ſiſti eo cibo putant. Fori, pars illa nauis, qua à prora in puppim diſcurritur. Cicero, Quum alij malos ſcandant, alij per foros curſitent, alij ſentinam exhauriant. Ennius ſingulariter dixit, Multa foro ponens agéáque longa repletur. Et Gellius libro decimoquinto, capite vltimo, Stans in ſummo puppis foro. Sunt etiam fori, loca ſpectaculorum, & capſæ librorum. Diminutiuū eſt foruli. Iuuenalis ſatyra quarta, Hic libros dabit & forulos. Faſces, id eſt conſulatus aut prætura, quia virgarum faſces ante magiſtratus portabantur. Rariſſime in hoc ſignificatu ſingulariter reperies. Proceres, accuſatiuo ſingulari vſus eſt Iuuenalis, Agnoſco procerem: ſalue Getulice. Antes, ſulci & vitium ordines. Virgilius ſecundo Georgicorum, Iam canit extremos effœtus vinitor antes. Mores, teſte Diomede, pro vitæ modo: nam & boni & mali mores dicuntur. Mos ſingulare, id eſt conſuetudo. Ambæ & ambo. Codíque cilli, id eſt & codicilli. ſic tmeſis eſt metri gratia. Codicilli, id eſt epiſtolæ. Sulpitius Ciceroni, Puer mihi obuiam venit cum codicillis. Iuriſconſulti capiunt pro literis te-

Sales. Lares. Piſces. Menſes. Fori. Faſces. Proceres. Antes. Mores. Codicilli.

ſtamentum confirmantibus, vel penè teſtamenti vim habentibus. nec apud doctiſſimos ſic reperitur ſingulariter, licet Iuſtinianus aliquãdo ita vtatur, teſte Valla. Codicillus, eſt paruus codex. Addunt
Artus. quidam plura vt Artus. ſed Lucanus ait, Tunc omnis palpitat artus. Articulus, paruus artus. Abo-
Aborigines. rigines, olim populus Italiæ. Gẽtes pro populis, ſi Diomedi credis. Ludi pro ſpectaculis. Ephe-
Ludi. merides, teſte Lanciloto, pro libris qui ſingulorum dierum acta continent. Latine diaria dicuntur. non
Ephemerides credo Lanciloto, quia ephemeris ſingulare reperitur non maſculinum, ſed fœmininum. Gellius lib. 5.
Scyri. cap. 18, Diarium ſcribũt, quam Græci ephemerida vocant. Scyri, ſpeluncæ frumentariæ loco granarij ſub terris, vt eſt in Cappadocia & Thracia. author Varro.

FOEMININA TANTVM PLVRALIA:

Hæc muliebria ſunt tantum pluralia, grates,
Suppetiæ, cunæ, charites, latebræ, phaleræque,
Antiæ, & Ambages, Alpes, argutiæ, & ædes,
Præſtigiæ, Exquiliæ, bigæ cum fratribus, Idus,
Et decimæ, inficiæ, nugæ, ſcaláque, foréſque,
Copiæ, & antennæ, Gades, diræ, atque Calendæ,
Feriæ, & exequiæ, gingiuæ, litteræ, & antæ,
Et decretales, inimicitiæ quoque, & aræ,
Næniæ, & illecebræ, genæ, opes, Nonæ, atque tenebræ,
Exuuiæ, induuiæ, paleæ, ſalebræ, ſcatebræque,
Cum valuis, tricæ, thermæ cum naribus, atque
Blanditiis, & compedibus, cum ſordibus: adde
Clitellæ, ſortes, fortunæ, diuitiæque,
Gratiæ, & inſidiæ: ſic cantes, relliquiæque,
Quiſquiliæ, lactes, mappæque, minæque, plagæque,
Nuptiæ, & excubiæ, cum primis, primitiíſque,
Inferiæ, & ſcopæ: partes, ſi factio fiat.
Cætera vix verſu contingit dicere: verum
Interdum numero potientur pauca priore.

Hæc fœminina carent ſingulari, ſuppetiæ, cunæ, &c. vt dicunt grammatici. Ego verò horum quædam ſæpicule ſingulariter flexa notaui. Grates, ſuppetiæ, & inficiæ patuerunt. Cicero gratis geni-
Cunæ. tiuo ſingulari vtitur. Cunæ, infantium lectuli. Charites, id eſt gratiæ. Latebræ, loca vbi homi-
Charites. nes ſe occultant. optime ſingulari vtetur quiuis. Cicero libro tertio Offic. Videant ne quæratur late-
Latebræ. bra periurio. Idem in tertio libro epiſt. ad Appium, In tabulæ latebra. Sueto. in Nerone, Aliquid ſecretioris latebræ ad colligẽdum animum deſyderauit. Idem in Vitellio, Extractus è latebra. Tacitus, Non religione, neque cæremoniis, ſed latebra imminens exitium differebat. Idem, Si diem latebra vitaſſet. Idem, Pudenda latebra ſemet occultans. Gellius libro 12, Impunitatem ex ea latebra ſperarent. Sillius in primo, -cæcáque latebra
Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem. Val. Max. lib. 9, Imbribus petitã latebram dementis fati ſepulchrum habuit. Igitur cum tam ſæpe hoc nomẽ ſingulariter legatur, miror quid voluerint ſibi grammatici: niſi inter abundantia reijciant, vt idem ſignificet plurale & ſingulare. ſed cur de ſingulari
Phaleræ. tacuerunt? Phaleræ, equorũ ornamẽta. Antiæ, capilli demiſſi in frontẽ. Apuleius lib. 1. Meta. Crinis
Antiæ. Apollinis præmulſis antiis. Ambages, verborũ circuitio & dubius ſermo. ſingulariter rarò legitur.
Ambages. Plin. 2. natura. de luna, Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium. Alpes, mõtes Ita-
Alpes. liæ, fœminini generis contra quoſdam. Sillius lib. 1, Aut rapidis fertur per ſummas paſſibus Alpes. Siquando maſculini legatur, erit per ſubauditionem dictionis (montes). Ouidius ſingulariter Alpe dixit,
Argutiæ. & in accuſatiuo Alpen. & Lucanus in genitiuo Alpis. ſic etiam Claudianus, pluréſque. Argutiæ, ſubtilitates & acutè malitioſéque dictum aut factum. inuenitur ſingulariter. Apuleius primo Meta. Argutia Nilotici calami ſcripta. Gellius libro tertio, cap. primo, Audaci argutia fuit. Idem libro duodecimo, cap. ſecundo, Leui & quaſi dicaci argutia. Idem diminutiuo ſingulariter vtitur libro 2, Argu-
AEdes. tiola quoque hæc friuola & inanis eſt. AEdes pro palatio, vt ædes Neronianæ: & pro priuata domo.

ſic quandoque ſingulariter legitur, quia genitiuo ædis vtitur Plautus in Moſtellaria. & accuſatiuo
ædem ait Curius. AEdes vtriuſque numeri templũ ſignificat, ſed ferè ſemper cũ adiectione: vt AEdes
ſacra, ædes Iouis. Præſtigiæ, oculorum illuſio per incantationem vel dexteritatem, celeritatem, agili- Præſtigiæ.
tatémque. Hieronymus, Nolite potentiam domini magorum præſtigijs æquare. dicuntur etiam præ-
ſtigia præſtigiorum. Valerius Maximus, Improbo præſtigiorum genere nouum ciuitati noſtræ vecti
gal acceſſit. vtrunque inuentum eſt ſingulariter. Quintilianus libro quarto, Et huius velut præſtigiæ
plauſum petat. Plinius dixit Moſen præſtigij inuentorem. Exquiliæ, mons Romanus, id eſt mons Exquiliæ.
Exquilinus. Bigæ cum fratribus, trigæ, quadrigæ, &c. Bigæ, currus à duobus equis tractus. Trigæ, Bigæ.
à tribus. Quadrigæ, à quatuor. Seiugæ, à ſex. Monigæ, ab vnico. & capiũtur etiam pro ipſis equis. Re- Trigæ.
periuntur autem hæc ſæpe ſingulariter contra grammaticorum artem quæ exigit, teſte Seruio, vt no- Quadrigæ.
mina ſignificantia ea quæ ex pluribus conſtant, ſingulari careant, vt bigæ, ſcalæ, ſcopæ. ſed (vt alibi be Seiugæ.
ne dixit) hanc plerunque confundit authoritas. Plinius libro trigeſimoquinto, Et in eodem Capitolio Monigæ.
alia quam Plancus Imperator poſuerat victoriæ quadrigam in ſublime rapiens. Suetonius in Tybe.
Vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Papinius primo Theb. Rorifera gelidum tenuauerat
aera biga. nil cogebat biga magis quàm bigis dicere, ne ad poeticam licentiam cõfugias. Sic idem pri
mo Sylu. Te potius prenſa veheret Thitonia biga. Et tertio Sylu. Tollit, olorináque iubet cõſidere bi
ga. Plinius libro trigeſimoquinto, Euchides pinxit bigam regis cum victoria. Idem lib. trigeſimoquar
to, Quadriga regitur ab Alcibiade. Ibidem, Læua tribus digitis quadrigulam tenuit. Digeſtis De lega
tis tertio, l. Peculium, Quadrigæ legatum equo poſtea mortuo. Quadrigam etiam dixit Varro, teſte
Gellio, quem plures idem dixiſſe, mirum eſt non animaduertiſſe. Valerius Maximus libro primo, Pau
ſanias in capulo gladij quo Philippum Regem occidit, quadrigam habuit cælatam. Digeſtis De edi-
ctis, Si triga vænierit, redhibẽda erit tota: & ſi quadriga, redhibeatur. Suetonius in Vitel. Alterum fe-
mur ſubdebile impulſu olim quadrigæ. Hierony. in prolo. Bibliorum, Matthæus, Marcus, Lucas, &
Iohannes quadriga domini. Nunquã verebor authores tam claros ac multos imitari. Idus, quidam Idus.
dies menſis. Decimæ, pars decima. Hieronymus in Deuteron. ſingulariter vtitur, Quando comple- Decimæ.
ueris decimam cunctarum frugum. Nugæ, mẽdacia & res friuolæ. Scalæ, teſtibus Cæſare, Gellio, Nugæ.
Diomede, &c. & id verum eſſe oſtendit in Iugurtha Salluſtius, dicens, Deinde vbi vnæ atque alteræ Scalæ.
ſcalæ comminutæ ſunt, qui ſuperſtiterant, afflicti ſunt. Nonnũquam henicῶs, id eſt ſingulariter pro-
fertur: ſed diſtinguũt quidã ſic, Scala eſt quæ ex teretibus lignis aut funibus, aliáve materia ſimili huc
atque illuc transferri poteſt. Scalæ, quæ latiores habent gradus, & immobiles permanent. Caius iuriſ-
conſultus, Vel ſcalam ſciens commodauerit ad aſcendendum. Hieron. in Geneſi, Vidit in ſopnis ſca-
lam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cælum. Differentia non ſemper obſeruatur: &
plurali ſæpius vtimur. Ouid. 13. Metamor. de Vertumno, Induerat ſcalas, lecturum poma putares. niſi
dicas pro mobili vtrunque numerum habere, & pro immobili pluralem tãtum. Fores, id eſt ianuæ. Fores.
legitur ſingulariter ferè totum. Ouidius, Conſtitit ad geminæ limina prima foris. Plautus in Bacchid.
Foris concrepuit noſtra. Horatius, Excluſus fore. Valerius Maximus libro nono, Forẽ cubiculi extrin-
ſecus à cuſtodibus apertam. Copiæ pro exercitu. Salluſtius, Memorare poſſum, quibus in locis ma- Copiæ.
ximas hoſtium copias populus Romanus parua manu fuderit. aliquando in hoc ſignificatu ſingula-
riter legitur. Virgilius ſecundo AEneidos, Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro. Pompeius Ma
gnus ad Ciceronem in octauo libro epiſtolarum ad Atticum, Vt Brunduſium ducerem hanc copiã.
Idem, Vt cum omni copia quamprimum ad me venias. Idem ad Domitium, Nec ſolus cum iſta co-
pia tantam multitudinem ſuſtinere poteris. Antennæ, lignum ex tranſuerſo arboris nauis poſitum Antennæ.
vnde pendent vela. Hieronymus henicῶs vtitur in epiſt. ad Heliod. Antenna crucis figatur in fronte.
& Luca. lib. 9, Prouidus antennæ ſuffixit lintea ſummæ. Antenna eſt etiã oppidi nomen. Gades pa
tuit. Diræ, furiæ inferni. Virg. 4. AEneid. Vltricéſque ſedẽt in limine diræ. Lectus eſt genitiuus ſin- Diræ.
gularis diræ. Calendæ, primus dies cuiuſlibet menſis. Feriæ, dies feſti. vulgus aliter capit dicens, fe- Calendæ.
ria ſecũda, &c. quod non laudo: quia puto ſic barbarè dici. Exequiæ, funebre officium. Gingiuæ, ca Feriæ.
ro in qua dentes gignuntur. Hoc etiam ſingulariter inuenies. Iuuenalis, Frangendus miſero gingiua Exequiæ.
panis inermi. Solinus, In ore gingiua nulla. Diminutiuum eſt gingiuula. Apuleius pro Magia, Com Gingiuæ.
planatorem tumidæ gingiuulæ. Literæ, id eſt grammatica & epiſtola. Suetonius in Caligula, Ma- Literæ.
gnificas Romam literas miſit monitis ſæpe latoribus, id eſt gerulis, baiulis, tabellarijs, portatori-
bus. Reperitur ſingulariter tantum poeticè. Ouidius, Quam legis à rapta Bryſeide littera venit. An-
tæ, lapides qui vtrunque latus oſtij muniunt. alio nomine paraſtadæ authore Vitruuio. Decreta- Antæ.
les, pontificum conſtitutiones. leges aliquando decretalem. Inimicitiæ, inuenies ſingulare. Cicero Decretales.
in Tuſculanis, Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans. ſic ibidem ſæpe. Idem in oratione pro Inimicitiæ.
Deiotaro, Paruam inimicitiæ culpam relinquebas. Non verebor igitur Ennium interim imitari dicen
tem, Ego eo ingenio natus ſum: amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Aræ, pro Aræ.
penatibus, teſte Diomede: & pro loci proprio in primo AEneidos, Saxa vocãt Itali medijs quæ in flu
ctibus aras. Ara aræ, quid ſit, ne puer quidẽ ignorat. Neniæ, carmen funebre: quod etiam epicedion Neniæ.
& monodia dicitur: & capitur pro ineptia cuiuſlibet cantus & ſermonis: & ſæpiſſime ſingulariter repe

ritur contra grammaticos. Horatius in 1. Epiſt. An puerorū nænia, &c. Suetonius in Auguſto, Canen-
tibus næniam principum liberis vtriuſque ſexus. Quintilianus lib. 7, Carmen funebre propriè nænia di
citur. Sidonius pro epitaphio cepit dicens, Nænia marmori inciſa per hendecaſyllabos. Dicitur etiam
Illecebræ. pluraliter nænia næniorum, vt Arma armorum, in ſexto Faſtorum Ouidij. Illecebræ, id eſt blāditiæ,
& delectatio, & deliciæ, & voluptates, &c. ſæpiſſime reperitur ſingulariter. Gellius libro duodecimo,
Delectatus iam videbatur illecebra quæſtionis. Et libro decimotertio, Cum quadam illecebra & volu-
ptate vtiles. Idem libro ſecūdo, Cum audiendi quadam illecebra. Et libro tertio, Illecebræ voluptatíſ-
que plenos videret. Et libro decimo, Fallaci illecebra. Cicero in primo de legibus, Quæ etſi eſt illecebra
turpitudinis. Ambroſius, Vitæ dulcis illecebra conſtantem quoque mulcet animum. Auguſtinus li-
bro ſecundo confeſſionum, Vita hæc qua viuimus habet illecebram. Plautus in Menæhmis, Mūditia
illecebra eſt animo amātum. Liuius libro decimo, Ad quam illecebram quum commoueretur nemo.
Genæ. Caue hos imitari verearis. Genæ, partes vultus inter malas & auriculas. lectum eſt hoc etiam ſingu-
lariter. Suetonius in Claudio, Graphium & libellos quos tenebat in manu ita cum magna ſtultitiæ
& ſæuitiæ exprobratione iecisſe in faciem eius, vt in genam non leuiter perſtrinxerit. Gellius libro de-
cimo, capite vigeſimoſecundo, Siquis in genam te percuſſerit, pœnas non det. Genæ etiam ſunt o-
Opes. Nonæ culorum operimenta. Terentius, Hodie non compreſſi genam. Opes pro diuitijs. Nonæ, dies qui-
Tenebræ. dam in menſe. Tenebræ, obſcuritas, caligo. reperi apud Picum ſingulariter tenebra, ne facile imite-
Exuuiæ. ris. Exuuiæ, ſpolia hoſtibus detracta. Induuiæ, indumēta. Paleæ. Virgilius ſingulariter vtitur Ge-
Induuiæ. orgicorum primo, Nequicquam pinguis paleæ terit area culmos. hic Seruius ait, Notandum paleam
Paleæ. dictam ſingulari numero contra artem. Nam quæ ex pluribus conſtant, numeri ſunt tātum pluralis
Salebræ. ſecundum artem, vt Cancelli, Bigæ, Scopæ, licet abutātur poetæ. Salebræ, loca aſpera vel aquoſa, per
quæ ſalire oportet. reperitur ſingulariter. Valerius Maximus libro ſexto, Triſtitiæ ſalebra. Apuleius
Scatebræ. primo Metam. Verborum ſalebra. Scatebræ, ebullitiones aquæ ſurgētis. reperitur ſingulariter. Plinius
Valuæ. in libro ſecundo, Scatebra in Caſſinate fluuius frigidus abundanter æſtate. Valuæ, ianuæ ſiue portæ,
Tricæ. ſiue oſtia, quæ in ſe replicātur. Tricæ, capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti, quæ greſ-
ſum impediunt. ideo tricæ dicuntur etiam impedimenta & res friuolæ, vt Apinæ. Plautus in Curc.
Quod argentum tu mihi? quas tu tricas narras? Hinc extricare & intricare, pro expedire & impedire.
Apinæ. Apinæ pro nugis etiam ſingulari caret. Thermæ, balnea calefactoria: à thermon, id eſt calidum. im
Thermæ. periti dicunt ſtufas. Nares, naſi ſpiramina. reperitur ſingulariter. Ouidius, Acta retro naris, medió-
Nares. que eſt fixa palato. Perſius, -ſonat hic de nare canina Littera. Lucanus libro ſecundo,
Hic aures alius ſpiramina naris aduncæ
Blanditiæ. Amputat. Blanditiæ, blandimenta. legitur quandoque ſingulariter. Quintus Cicero de petitione cō-
ſulatus, Opus eſt magnopere blanditia. Cic. pro Plancio, Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popula-
ris. Plautus in Bacchidibus, Viſcus merus veſtra eſt blanditia. Propertius, Arguta referēs carmina blan
Compedes. ditia. Compedes, pedum vincula. Iuuenalis ſingulariter dixit Satyra quarta, Squallidus in magna fa-
Sordes. ſtidit compede foſſor. Horatius in Epiſt. Niuali compede vinctus. Sordes, immunditia & auaritia.
legitur quandoque ſingulariter. Plautus in Pœnulo, In medio oculo parum ſordis eſt. Tacitus, Sordē
Clitellæ. & auaritiā Fontei Capitonis, &c. Apuleius primo Metamorphoſeon, Extremæ auaritiæ & ſordis. Cli
tellæ, inſtrumenta quibus ſarcinæ in equis aut mulis portantur. hinc equus clitellarius, &c. Horatius,
Sortes. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Sunt etiam clitellæ, loca quædam, & tormenti genus. Sortes,
id eſt oraculum & dei reſponſum. Horat. Dictæ per carmina ſortes. Nonnunquam ſingulariter inue-
nitur, teſte Nebriſſenſi. vt ibi, Cecidit ſors ſuper Matthiā. id eſt ſpiritus ſancti oraculum quo apoſto-
lus eſt declaratus. neque enim de tanta re ſanctiſſimi viri ſortirentur: ſed potius expectare debuerant
quæ in ea re erat diuina voluntas. hæc Nebriſſenſis. Ego aliter ſentio, ſcilicet apoſtolos ſortem miſiſſe
& oraſſe: ſcientes ſcriptum eſſe prouerbiorum decimoſexto, Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino
temperantur. Tacitus, Sors oraculi haud ambigua. nec hic pro oraculo capitur. Apuleius pro oracu-
lo ſingulariter dixit, Apollo ſic Latina ſorte reſpondit. in libro quarto de Aſino habetur. Ibidem, Suæ
Fortunæ. coniugi præcepta ſortis enodat infauſtæ. Fortunæ & Diuitiæ, idem. Item fortunæ, id eſt bona fortu-
Diuitiæ. na: in ſingulari medium eſt, quia bona fortuna, & mala fortuna. Terentius, Omnes laudare fortunas
Gratiæ. meas. Gratiæ, deæ quædam. Horatius ſingulari vtitur, Gratia cum nymphis geminíſque ſororibus
Inſidiæ. audet. Inſidiæ, laquei & occulti doli, doloſáque expectatio ad aggrediendum aliquem. Cantes, or-
Cantes. ganorum fiſtulæ. Reliquiæ, & cauſa metri relliquiæ, quicquid ex aliqua re ſupereſt vel reſtat. Apu-
Reliquiæ. leius pro Magia ſingulariter contra aliorum morem dixit, Conuentorum prandianæ reliquiæ. Fauces
Fauces. pro ingreſſu & parte corporis vix vſquam ſingulariter legitur, niſi apud grammaticos. Virgilius, Ob-
ſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit. Idem, Inde vbi venere ad fauces graue olentis Auer-
ni. Plinius libro 11, Summum gulæ fauces vocantur: poſtremum ſtomachus. Ouidius libro ſexto,
Crates. -caret os humore loquentis,
Induciæ. Et fauces arent: vix eſt via vocis in illis. Crates: quādoque ſingulariter legitur cratis, cratis, crati, cra-
Falæ. tem. hinc craticula. Induciæ, ceſſationes ad tempus ab armis. barbari treugas vocāt. Falæ, turres li-
Quiſquiliæ. gneæ. Quiſquiliæ, quicquid ex arboribus minutis ſurculorum foliorúmque cadit, & purgamenta

terrarum teſte Seruio.& pro quacũque re parui pretij ſumitur. Apuleius 1. Metamor. At has quiſquilias quanti paraſti:de piſcibus minimi pretij loquitur. Quiſquilia,eſt arbor quædam. Quiſquilium,arboris fructus. Næuius in priore ſignificatione ſingulariter dixit, Deturbate ſaxo,homo non quiſquilia eſt. Lactes,inteſtina per quæ cibus labitur,proprie in homine & oue,teſte Plinio. Veteres ſingulariter dicebant. Titinnius,Craticula cerebellum lactis hagnina. Mappæ,teſte Seruio, ſed vt Sulpitius ait, ſæpiſſime legitur ſingulariter. Horatius in epiſtolis, —ne turpe toral,ne ſordida mappa Corruget nares,&c. Dicitur etiã mappum:& eſt quod ſternitur ſuper mẽſam:& ſignũ quo miſſo equi curſum Circenſem auſpicabãtur. Suetonius in Nerone, Aliquo liberto mittente mappam. Minæ,id eſt minationes,& murorum eminẽtiæ,quas pinnas vocant. Plagæ pro reti tantum. Nuptiæ,legitima maris & fœminæ cõiunctio. Excubiæ,vigiliæ militum. Primæ,id eſt primæ partes. Cicero libro primo ad Attic. Tibi primas defero. Primitiæ,quæ in aliqua re ſunt prima & principalia. Inuenitur etiam adiectiuè primitius,primitia,primitium:vt Primitium torrẽ,apud Ouidium 12. Metam. Inferiæ,ſacra defunctorum & exequiæ. Scopæ,verriculum quo domus mundatur. Apud Suetonium in Nerone quidam libri ſic habent, Scopa deligata:ſed Politianus aſcopera legendum eſſe contendit. Cæterum apud Columellam diminutiuum ſingulare eſt lib. 13, Deinde peniculo detergitur,& feruẽtiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo & ſcopula picatur. Partes pro factione: vt Antonius ſequebatur partes Cæſaris. Iunguntur his pauca alia. Cæremoniæ,omne ſacrificiorum genus. Inuenitur tamẽ ſingulariter. Cic. in 2. de legibus, Magnã religionem cæremoniámque declarat. Gellius libro 4. cap. 9, Cum caſtitate cæremoniáque adeunda. Suetonius in Cæſare, Cæremonia deorum. Idem in Auguſto, Barbara cæremonia de filio conſulenti. Tacitus, Videbatur potus ſacros & cæremoniã loci corpore toto polluiſſe. Minutiæ,id eſt partes partium. Me tamen iudice(inquit Curtius)non pœniteat quem dixiſſe minutiam. Seneca epiſt. 90, Ad minutiam rediguntur. dicitur etiam minuties,minutiei. Apuleius 11. Metam. Ad humanam minutiem. Areæ pro ſplendore repercuſſo ex corpore rotundo, vt exponit Seneca in naturalibus. Offuciæ,verba detrahentia & fallaciæ. Plautus in Moſtellaria,offuciam dixit.

Quiſquiliũ. Lactes. Mappæ. Minæ. Plagæ. Nuptiæ. Excubiæ. Primæ. Primitiæ. Inferiæ. Scopæ. Partes. Cæremoniæ. Minutiæ. Areæ. Offuciæ.

Nundinæ,cuius ſingulare nundinum neutri generis parum in vſu eſt,dies ad emendũ vendendúmque publicè conſtituti. Manubiæ,pecunia ex vendita præda. Facetiæ, verborum rerúmque vrbanitas. reperitur ſingulariter. Gellius libro 3. cap. 3, Adductus ſtylo,atque facetia ſermonis. Fidiculæ,funes quibus torquentur ſontes. Fidicula fidiculæ,eſt parua fides,id eſt chorda. Vigiliæ,nocturnæ,rarum eſt ſingulare:vt Terræ pro regione. Ceruix nunc eclipticum non eſt,olim tantũ pluraliter ceruices dixere: & ita adhuc vtitur Suetonius in Galba & in Vitellio.

Nundinæ. Manubiæ. Facetiæ. Fidiculæ. Vigiliæ. Ceruix.

NEVTRA TANTVM PLVRALIA.

Tantum pluralis numeri ſunt neutra,iuga,arma,
Seria cum roſtris,effata,crepundia,Bactra,
Exta,cibaria,teſqua,Ceraunia,claſſica,luſtra,
Cum caſtris,flabris,cunabula,iuſta,pudenda,
Tranſtra,verenda,bonis,& munia,do paraphernis,
Aulæis,lachanis,libis,comitia: lector
Addes cum ſpoliis præcordia. ſunto ſecundæ
Hæc carcheſia,vti vinacea,& oſtia,ſerta.
Oſtrea grammatici,bellaria, pluráque iungunt.
Ilia ſit ternæ,ceu lumina,mœnia,ſicut
Pugillaria,vti ſponſalia: milia iunge
Et vetera,atque mapalia:ſic magalia flecto:
Pluráque perfacilis melius quæ proſa recludet.
Interdum numero potientur pauca priore.

Neutra tantũ pluralia ſunt iuga,arma,&c. quorũ pauca ſingularem numerũ quandoque habebunt, vt per ordinem declarabo. Iuga,mõtium cacumina. Inuenitur quandoque in hac ſignificãtia ſingulariter. Virg. 6. AEneidos, Hoc ſuperate iugum. Tacitus, Tria milia delecti pedites proximo Tauri iugo impoſiti quo trãſitum regis arcerent. Taurus,eſt nomen mõtis. Idem de ſitu Germaniæ, Danubius molli & clemẽter edito montis Arbonæ iugo effuſus,plures populos adit. Ibidem, Vertices montiũ iugúmque inſederũt. Arma,cuiuſque artificis inſtrumẽta. Seria,res graues,non iocoſæ. inuenitur adiectiuum Serius ſeria ſerium. Roſtra,locus Romæ vbi concionabantur. Pro roſtris,id eſt in roſtris.

Effata, vltimæ augurum precationes. Crepundia, reculæ pueris ludendi gratia datæ: vt Enſiculi, Equulei, Pupæ, Imaguculæ, Tintinnabula. Bactra,populus in Scythia, & ipſa regio. incolæ etiam

Iuga. Taurus. Arma. Seria. Roſtra. Effata. Crepundia. Bactra.

Bactri & Bactriani dicuntur. Virgilius 2. Georg. -neque Bactra neque Indi
Laudibus Italiæ certẽt. Hieronym. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis obijciunt.

Cythera. Artaxata. Tenthyra. Exta. Cibaria. Teſqua. Ceraunia. Claſſica. Luſtra. Caſtra.

Bactra quoque in ea regione vrbs eſt. Similiter tantũ pluraliter declinatur, vt quædã alia vrbium nomina, veluti Cythera in Cypro, Artaxata in Armenia, Tẽthyra, vel (vt alij aiunt) Stãtira, in AEgypto inferiore. Exta, inteſtina quæ maxime extãt eminéntque: vt Cor, Hepar. Cibaria, eſculẽta lautiora. rarò ſingulariter legitur. Teſqua, loca aſpera & difficilia, deſerta & inculta. Ceraunia, mõtes Epiri. Claſſica, cõcentus tubarum, & ipſæ tubæ. reperitur aliquãdo ſingulariter. Virgilius, Claſſica iámque ſonant. Suet. in Cæſare, Claſſicum exorſus prætendit in alteram ripam. Luſtra, ferarum cubilia. Luſtrum ſingulare, id eſt quinquẽnium. De priore Virgilius, Nõ obſunt illinc ſaltus, aut luſtra ferarum. capitur pro lupanari apud Plautũ. Caſtra, loca ſunt in quibus milites tentoria figunt. huic iungũtur æſtiua, hyberna, ſtatiua. Caſtrũ ſingularis numeri, id eſt locus muris munitus. Caſtellum, paruus vicus muro circũdatus.

Flabra. Cunabula. Incunabula. Iuſta. Pudenda. Verenda. Tranſtra. Bona. Munia. Paropherna. Aulæa. Lachana. Liba.

Flabra, ventorũ flatus. flabellũ, inſtrumentũ quo flatus fit. Cunabula & ſimiliter Incunabula, id eſt cunæ, & rerum primordia. Iuſta, id eſt exequiæ. Val. Flaccus lib. 5, Tum comiti pia iuſta facit. Salluſtius in Iugurt. Poſtquam illi more regio iuſta magnificè fecerant. Pudẽda & verenda: quia intelligimus membra ſemper. Tranſtra, ſedilia in nauibus. Virgilius, Tranſtra per & remos. Perſius ſingulariter dixit, Tún' mare tranſilias? tibi torta canabe fulto
Cœna ſit in trãſtro. Bona ꝓ diuitijs. Munia, grauamina popularia & officia. Cornelius Tacitus, Sic egeſto quicquid turbidi redditur ſua forma legibus & munijs magiſtratuũ. Parapherna, præter dotẽ data fœminis. Hæc etiã paraphernalia dicuntur per tertiã declinationẽ: à para, id eſt præter: & pherne, id eſt dos. Aulæa, pãni depicti qui in domibus ditiorũ & nobiliũ pendent ad parietes: & ſimiliter in ſcenis & ſpectaculis. Apuleı⁹ in 2. Metam. ſingulari vtitur, Aulæũ tragicũ dimoueto. Lachana, omne holeris genus. Horatius ſingulariter dixit, Lachanı́ſque catinum. Liba, panis genus. reperies aliquãdo ſingulariter. Cato de agricultura, Libum ſic facito. Ouid. Melle pater fruitur: libóque infuſa calenti

Comitia. Comitium. Spolia. Præcordia. Carcheſia. Vinacea. Oſtia. Hoſtia.

Iure repertori candida mella damus. Comitia, cõuentus populi ad magiſtratus creandos. pro ipſa magiſtratuũ electione ſemper pluraliter dicitur. pro loco autẽ vbi comitia celebrantur dicitur comitiũ frequenter. Cic. ad Atticum lib. 10, Se hora prima in comitio fore. In eadem epiſtola, In comitiũ Milo de nocte venit. Suet. in Cæſare, AEdilis præter comitium & forum baſilicáſque, etiã Capitolium ornauit. Tacitus, Arborẽ in comitio. Gellius lib. 1, In comitio apud tribunalia. Spolia, exuuiæ. legitur ſingulariter. Suet. in Cæſare, Ne ſpolio potiretur hoſtis. Iuuen. Actoris Arunci ſpolium. Præcordia, cartilago circa cor. Celſus lib. 1, Qui crudum ſine præcordiorũ dolore ructat. Suet. in Aug. Præcordiorũ inflatione tentabatur. Diuus Thomas in hymno, Ex præcordijs ſonent præconia. Carcheſia apud Macrobium ſingulariter repertum, qui vult eſſe ſummam veli partem. alij dicunt eſſe foramina in malo accipientia funes. Sunt etiam pocula quædam. ſingulariter etiam vtitur Apuleius in vndecimo de aſino. Vinacea, folliculi vuæ iam preſſæ. vinaceus adiectiuum eſt. Oſtia vel cum aſpiratione (vt quidam volunt) Hoſtia, patentes fluuiorum aditus. Virgilius,
-Italiam contra Tyberináque longe
Hoſtia. Aliquando oſtia pro portu capimus. Idem, Aut portũ tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. Reperies ſingulariter. Cicero pro lege Manil. Oſtium Tyberinum. Oſtia Oſtiæ fœmininum, ſignificat vrbem. nunc porta ſancti Pauli dicitur.

Serta. Oſtrea.

Serta, corona ex floribus. Virgilius, Sertı́ſque recentibus halant. Vix apud doctos ſingulare inuenies. Serta ſertæ, fœmininum, herba melilotos, quam ſertulam campanam appellant. Oſtrea, conchæ ſpecies. Martialis, Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino. Sic cæteri poetæ ſæpiſſime. Iuuenalis, Oſtrea callebat primo deprendere morſu. Ouidius libro quinto Faſt. Oſtreáque in conchis tuta fuere ſuis. Legitur aliquando ſingulariter. Seneca, Quid oſtreum ſapiat, quid mullum, optime noſti. Dicuntur etiam oſtreæ oſtrearum. Gellius, Oſtreæ ſeneſcente luna inhuberes, macræ, tenues, exuſtæ ſunt: creſcente luna, pingueſcunt. Idem, Luna nunc videlicet ſeneſcit: ea re oſtrea quoque, ſicut alia quædam, tenuis exuſtáque eſt. Suetonius in Tyberio, Aſellio Sabino ſeſtertia ducenta donauit pro dialogo in quo boleti & ficedulæ & oſtreæ & turdi certamen induxerat. Seruius cenſet rectius fœminino genere oſtream dici, quàm neutro genere oſtreum: quià nullum nomen animalis apud nos eſt neutri generis, vt ait in illud, Pontus & oſtriferi, &c. Ego vtrunque dici rectè cenſeo propter tantorum virorum authoritatem.

Bellaria. Viuaria. Roboraria.

Bellaria, ſecunda menſa: vt Poma, placentæ, ad irritandam gulam: Græce tragemata & pemmata dicuntur: quibus voculis Latini vtuntur. Addunt quidam plura vt paſcua, teſte Phoca. de hoc antè diximus. Viuaria, ſepta in quibus feræ viuæ paſcuntur: quæ etiam Roboraria dicuntur. Sic apiaria, mellariáque rariſſime ſingulariter reperiuntur.

Pæana. Tripudia. Spectacula. Multitia. Arteria. Inteſtina.

Pæana, quoddam Pindari opus, ex dictis patet: vt Rhetorica rhetoricorum. Tripudia, ſaltationes. raro legitur ſingulare tripudium. Spectacula addunt pro ludis: ſed ſingulariter legitur. Liuius lib. 1, Indici deinde finitimis ſpectaculum iubet. Suetonius, De ſpectaculo excitatus deſcendit. Multitia, veſtimenta mollia & muliebria. raro ſingulariter reperitur. Arteria apud Lucretium. pro eodem dicimus ſingulari numero arteria arteriæ, & pluraliter arteriæ arteriarum. Orgia & Repotia antè dicta ſunt. Inteſtina à multis additur: verũ ſingulariter reperitur ſæpe pro interioribus vẽtris. Cornelius Nepos in vita Attici, Tanta vis morbi in vnũ inteſtinũ prorupit. Gellius lib. duodecimo, capitulo

quinto, Quod Græci colon, id eſt laxum inteſtinum dicunt. Idem libro 16, Patentes inteſtino fibræ.
Plinius libro 11. maſculinè dixit, Inteſtinus quibuſdam ab ore incipiens. Inteſtinus inteſtina inteſtinũ,
id eſt intimus vel internus: vt Inteſtinum bellum, inteſtinum odium. Item menſtrua, compita, triuia,
rarò ſingulariter lecta ſunt. Omnia iam dicta ſecundæ declinationis ſunt: ſequẽtia verò tertiæ. Ilia, Ilia.
inteſtina: licet quandam reperies differentiam inter ilia, viſcera & inteſtina. Iuuenalis,

- vis frater ab ipſis

Ilibus. Celſus per ſecundam ilijs dixit, teſte Calepino. Lectum eſt aliquando ile ilis, teſte Seruio. quo
teſte Matylus Mimographus, vt riſum ſpectatoribus moueret, dixit, Tu vt Hector ab ilio nunquam
diſcedis. Plin. lib. 11. cap. 37, In homine ile infima parte ſimile ſuillo, à Græcis appellatur colon. Lu- Mœnia.
mina pro oculis, poetæ ſic aliquãdo ſingulariter vtũtur. Virg. Luminis effoſſi. Mœnia, quæ vrbem Pugillaria.
cingunt. Pugillaria. Auſonius tamen pugillar dixit. Vide PVGILLARES. Sponſalia, genitiuo Sponſalia.
ſponſalium, vel per ſecundam ſponſaliorũ, datiuo ſponſalibus, ſunt futurarum nuptiarum promiſſio.
Gellius lib. 4, Hoc ius ſponſaliorum obſeruatũ dicit. Suet. in Augu. Quondã ſponſaliorum die vexa-
tus. In iure titulus eſt De ſponſalibus. Milia, id eſt miliaria, Calepinus ponit: non probat ſingulare Milia.
milium pro miliariũ. Vetera, pro loco quodam, frequens in Tacito. Mapalia, tuguria ruſticorum Vetera.
aut paſtorum. Magalia, idem. prius reperi ſingulariter. Valerius Flaccus libro ſecundo, Mapalia.

- coit è ſparſo concita mapali Magalia.

Agreſtum manus. Addes his Magnalia, id eſt res magnificæ & ſtupendæ. Palearia, pelles pẽdentes Magnalia.
ſub collo bouis. Seneca in Hippolyto dixit ſingulariter Palear viret. Virg. lib. 3. Georg. Et crurũ tenus Palearia.
à mento palearia pẽdent. Item palearia, vbi cõduntur paleæ: vt Fœnilia, vbi fœnum reponitur. ſed hoc Fœnum.
eſt ſecundæ, & ſingulare eſt peleariũ. Lemuria, apparitiones & terrificationes nocturnæ. Virilia, ge Lemuria.
nitalia. quia intelligimus mẽbra: vt Muliebria quæ pro menſtruis etiã & libidine capimus. Celſus, Ad Virilia.
muliebrium fluxum ſedãdum. Quintilianus, Nobilis adoleſcens à Centurione muliebria paſſus. Fla Muliebria.
mina & verbera aliquos caſus in ſingulari habent in vſu. Altaria & præſepia raro ſingulariter apud Flamina.
doctiſſimos, vt Specularia, per quæ ſpeculamur. Ocularia, oculi vitrei quibus vtuntur ſenes. Naua- Verbera.
lia, loca in quibus ſtant aut fieri reficíve ſolẽt naues. reperitur aliquando ſingulariter. Ouidius libro 3. Altaria.
Metam. Haud aliter quàm ſi ſiccum nauale tenerẽt. Virgilius, Diripiúntque rates alij naualibus: ite. Præſepia.

Penetralia, ſecretiora loca. legitur aliquando ſingulariter. Silius libro 13, Penetrale parentum vel pe- Specularia.
netral. Macrob. lib. 7. cap. 1, Tantum intra ſuum penetral exiſtimes adorãdam. Ancilia, ancilium vel Ocularia.
anciliorum. ſingulare tamen eſt apud Iuuenalem ancile. Sic etiã apud Ouidium: ideo non puto dictis Naualia.
annumerandum eſſe. erat ſcutum cæleſte. Ouidius, Penetralia.

Atque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum eſt: Ancilia.

Quáque oculis ſpectes, angulus omnis abeſt. Carent etiam ſingulari Tempe & Pondo. Quibus
nonnulli iungunt Cete: quia ſingulariter cetus maſculinum eſt. Hæc autem ſatis patuerunt.

ABVNDANTIA.

Multiplex vno ſenſu dicatur abundans:
Tignus vel tignum ſit teſtis, piſáque piſum:
Cum pœnè innumeris, quæ lectio multa docebit.

Nomen abundans eſt quod in eadẽ ſignificatione multifariam effertur: vt Tignus vel tignum, &c.
Talia ſunt multiplicia. Primo ponã modos aliquos: deinde numerabo nõnulla ordine alphabetico
multis proculdubio omiſſis: quia propè ſunt innumera. Sicui fuerit affatim otij, poterit plura addere.

Primo quædã ſub a ſũt primæ, vel ſub es quintæ: vt Maceria vel maceries, Materia vel materies, &c.

Secũdo quædã in us, vel in um deſinũt: vt Tignus vel tignũ. & in er vel in um deſinũt: vt Oleaſter
vel oleaſtrũ. Tertio quædã in um per ſecundã deſinebãt: & aliquãdo in a, per primã: quæ nunc in a,
per tertiã deſinũt: vt Poematũ poemati, vel poema poemæ, poema poematis. Quarto in er vel in us,
vt Euander vel Euãdrus, Cõger vel congrus, Siler vel Silerus, nomẽ fluuij, &c. Pauper olim pauperus: Siler.
vnde in Plauto eſt fœmininum paupera, & genitiuus pauperorũ. Quinto in a vel in as, vt Birria vel
Birrias, Damœta vel Damœtas, Soſia vel Soſias, Sylla vel Syllas. Et in a vel in es, vt Cometa vel come
tes. Sexto in a vel in e, vt Libya vel Libye, &c. Septimo in eus vel in es, vt Achilleus vel Achilles.

Octauo ab accuſatiuo Græco fit aliquãdo fœmininũ primæ in a, vt AEthera, Cratera, Lãpada, Ony-
cha, &c. Nono quædã in eodẽ ſenſu proferuntur in ſingulari & in plurali, vt hæc Fidena, hæ Fide-
næ: hoc Argos, hi Argi: hæc Cume, hæ Cumæ: hæc Pergamus, hæc Pergama. Decimo quædã tertiæ
Græca faciũt à genitiuo in os, nomina ſecũdæ in us: vt Titã Titanos Titanus. ſic Delphin vel Delphi
nus, Elephas vel elephãtus, Arabs vel Arabus, AEthiops vel AEthiopus, Abax vel abacus, Diacõ vel dia-
conus, AEdõ vel AEdonus, mõs Thraciæ. Virg. 7. AEn. Hircaniſque Arabíſque parãt. hic Seruius ait iam AEdon.
in vſu nõ eſſe AEthiopus. hæc enim ſola authoritate cõſtãt: nec ſimilia effingimus. Vndecimo quę-
dã deſinũt in is, vel in er: vt Cucumis vel cucumer, Impubis vel impuber, &c. Duodecimo in o, vel
in en: vt Anio vel Anien, Nerio aut Neriẽ: vt in declinatione viſũ eſt. Tertiodecimo in is, vel in en: vt

Sanguis vel ſanguē. aut in is vel in, vt Delphis vel delphin. Decimoquarto in or, vel in os: vt Arbor
vel arbos. Seruius dixit or in os verſum productionis gratia. id authores nō ſemper obſeruāt. Virg. Sē-
per honos, noménque tuū. veteres certe ſæpe s pro r ponebāt: vt Fuſius pro furius. ſic Valeſius, melio-
ſibus, &c. Decimoquinto in e, vel in is: vt Præneſte vel præneſtis, rete vel retis. Decimoſexto in i,
vel in is: vt Sinapi vel ſinapis, &c. Decimoſeptimo in u, vel in us, vt Artus vel artu. vnde Plautus ar-
tua dixit. ſic Tonitru vel tonitrus, Gelu vel gelus, & gelū. Cornus vel cornu, Pecus tertiæ vel pecu, Pe
nus vel penu, penū, &c. Decimooctauo in os, vel in us, vt Delos vel delus. vel on aut um: vt Ilion vel
Iliū, aut hæc Ilios. Decimonono in on, vel in os: vt Minos, Athos: vel aliquādo Minō, &c. Vigeſi-
Pluton. mo in o, vel in on: vt Agamēno vel Agamēnon, Pluto vel Pluton. Virg. 7. AEn. Odit & ipſe pater Plu
ton, odêre ſorores. eſt deus inferni. Vigeſimoprimo & ſecūdo in al, vel ale: & in ar, vel are: vt Penetral
vel penetrale, altare vel altar: & quādoque altariū. ſed in vſu doctiſſimorū eſt altaria pluraliter tantum.
Cochlear vel cochleare, &c. pecuar vel pecuare pro pecus. vnde Perſius pecuaria dixit. ſic ceruical &
olim ceruicale, &c. Vigeſimotertio in as, vel atis: vt Cuias vel cuiatis, &c. Vigeſimoquarto in as, vel
do, vel or, &c. vt Amaritas, amaritudo, amaror: & Amaritia, vel amarities: Beatitas, vel beatitudo: Albor,
albitudo: vix albedo: Dulcor, dulcedo, &c. Vigeſimoquinto alia pœnè innumera: de quibus certa non
eſt regula: vt Mugil vel mugilis, Atar vel Ataris, Baccar vel baccaris, Tybris vel Tyberis, Caro & olim
carnis, Iuppiter vel Iouis, OEdipus & OEdipodes, Lac vel lacte, Dauid Dauides, Adā Adam⁹, &c. Sa
tā & ſatanas. Adeps, plebs, ſeps, ſtips, anceps, biceps, trabs, ſors, ſcops. etiā per es lecta ſūt adipes, plebes.
Vallis vel valles, Apes vel apis, Torques vel torquis, Nubes, olim nubs: Natalis vel natale, Noualis vel
nouale, Iter vel itiner, Vas & vaſum, Præſepe & præſepiū, Torris, olim torres: Ligur vel ligus, Ambages
vel ambago, Cōtages vel cōtagio vel contagiū, Cōpages vel cōpago, Tapes tapete vel tapetū, Plauſtrū
vel ploſtrū, Caurus vel corus, Caudex vel codex, Caulis vel colis, Cultus vel cultio aut cultura, Cātus
vel cantio, &c. Hæc & alia propè innumera declarātur à Marcello, Feſto, Priſciano, Tortelio, Iuniano,
Perotto, Neſtore, Calepino, pluribúſque, in quibus obſeruato ne omnino deſita vſurpes. Addam aliqua
ordine alphabetico. Nolui duris verſiculis, nec multum neceſſarijs puerulorum ingenia moleſtare: ſat
erit & frequenti diſputatione & longa lectione memoriæ commendare.

Alluuium. ¶ Alluuium vel alluuio vel alluuies alluuiei, id eſt immoderata aquarum violētia & affluxio. Angi-
Angiportus portus vel angiportum, via inter domos, viculus, aut plateola. Abrotanus vel abrotanū, herba quæ-
Abrotanus. dam. Alcyon vel alcyone, alcedo vel alcedonia, auicula: de qua alibi diximus. Aranea vel araneus.
Alcyon. Adagio. Adagium vel adagio, id eſt prouerbium. Auſonius in præfatione monoſyllabarum, Quod per ada-
Aditus. gionem carpimus, prouerbio firmamus, Mutuum muli ſcabunt. Aditus cum i noſtro, id eſt acceſſus.
Adytum. Adytū cum y Græco, id eſt ſecretior pars tēpli. Anapis vel Anapus, nomen fluuij. Algor vel algus
Anapis. vel algu. Plautus in Vidula, Inopiā, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem. Idem in Ruden-
Algus. te, Tu vel ſuda, vel peri algu. id eſt frigore. Acinus, vel acina acinæ, fructus minutior arboris aut fru
Acinus. ticis: vt ſunt grana vuæ vel hæderæ, & cætera. Catullus poeta apud Gellium lib. 7. cap. 20, Ebrioſæ a-
cinæ dicit. Vſitatius eſt acinum in neutro genere, teſte Gellio.

Baculum. ¶ Baculus vel baculum: poſterius caret plurali numero. Ouidius 1. Faſt. Baculúmque tenens agreſte
Baptiſmus. ſiniſtra. Baptiſmus vel baptiſmum, vel baptiſma baptiſmatis, id eſt ablutio. Valla in Marcum negat
Buccinum. baptiſmum recte dici: licet in euangelio legatur. Buccina vel buccinū, id eſt tuba. Buccinus, eſt ipſe
Buxus. canor. Caper. Buxus vel buxum, arbor quædam. Seruius in duodecimo AEneidos deridet eos qui di-
cunt, Buxus, arbor eſt: buxum, lignum.

Curriculus. ¶ Curriculus vel curriculum, id eſt curſus, vel currus, vel ſpatium in quo curritur. Carrus vel carra
Carrus. & carruca. Cubitus vel cubitum, id eſt brachij curuatura & menſura quædam. Plinius lib. 7. cap. 15,
Cubitum. Tria cubita. Cōmentarius vel cōmentarium, liber in quo res ſummatim ſcribuntur. item libri alicu
Cōmētariū. ius interpretatio vel declaratio. Chirographus vel chirographū, id eſt ſcriptura manus propriæ. Cry
Chirograph⁹ ſtallum vel cryſtallus. Cingulum vel cingula. ſed Seruius in 9. AEneid. ait, Cingulum hominis, eſt
Cingulum. generis neutri: nam animalium genere fœminino dicimus has cingulas. Ouid. Vt noua velocē cingula
Cruſtum. lædit equū. Cruſtū, eſt rei eſibilis: cruſta, alterius. Iuuen. Heliadū cruſtas. Cōſortium vel cōſortio, id
Conſortiū. eſt ſocietas. Colluuiū vel colluuio vel colluuies, id eſt ſordiū collectio. Capo vel capus, id eſt gallus
Colluuies. caſtratus. Clypeū vel clypeus, id eſt ſcutū. neutrū in Plinio reperiri late docet Becichemus. Calca-
Capus. neus vel calcaneum, id eſt extremitas calcis. Coloſtrū vel coloſtra, lac denſum ſtatim à partu. Mart.
Clypeus. Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hœdis
Calcaneum. De primo matrum lacte coloſtra damus. Palladius, Coloſtrā vocāt paſtores illud exiguum lactis in
Coloſtrum. quo eſt ſpiſſior natura. Plaut. in Pœnu. Mea coloſtra, meus molliculus caſeus. Frequētius eſt neutrū,
Cyperus. vt bene voluit Seruius. Coſtus vel coſtum. Caniſtrum, olim etiā caniſter. Cyperus vel cyperum,
Cauillum. id eſt liguſtrum teſte Neſtore. Calamiſtrum vel calamiſtrus, vt docet Baptiſta Pius. Capital vel ca
Cærete. pitale. Cauilla vel cauillum vel cauille, iocoſa quædam irriſio. Apuleius etiam dicit cauillus, vt lorus
Conchyle. pro lorū, & plura. Cærete Cæretis, vel Cære Cæris, oppidum Thuſciæ. Crocus vel crocum. Con
chyle vel conchylium. Vulgus barbarum perlam vocat teſte Bebelio. Conclaue vel conclauiū. Plau-
Conclauiū. tus in Aulularia, Conclauium mihi peruium facitis. Culeus vel culeum, Lanciloto teſte.

¶Dictamus vel dictamum, quædam herba. Dipondius vel dipondium, duo pondo. Diluuiũ vel diluuies, id eſt inundatio, cataclyſmus: quia variè diluit, lauat, purgat, & reſoluit.

¶Fretum vel fretus, fretus, fretui, id eſt mare. Lucretius lib. 1. teſte Priſciano, Anguſtóque fretu rapidum mare diuidit vndis. Fundum vel fundus pro agro. ſed fundum melius pro imo rei dicitur: fundus pro agro. Fabulum pro faba apud Gellium libro decimo cap. 11.

¶Guttus vel guttum, vas anguſto ore, vnde guttatim vnguentũ vel aqua roſacea cadit. Gibber vel gibbus, aut gibba. Glomus glomi, vel glomus glomeris, aut glomer glomeris, vt Perottus vult. de hoc quid ſentiamus, in 2. libro patet. Galerus vel galerũ, id eſt pileum. Galbanus vel galbanũ, ſuccus vel lachryma cuiuſdã herbæ. Ganea ganeæ, vel ganeum ganei, helluonũ & meretricum diuerſorium. Plautus in Menæch. Immerſit aliquo ſeſe credo in ganeum. Gobio vel gobius, piſcis quidam.

¶Hebenus vel hebenum, id eſt arbor quædã. Helleborus vel helleborum, herba quædã. ſic quidam: ſed Lãcilotus negat helleborum in neutro genere rectè dici contra Tortellium: ſed fallitur Lãcilotus. Plin. lib. 27, Auxiliatur eis helleborum album. Et lib. 25. cap. 13, Efficacius helleborũ ad vomitiones. ſic idem alibi perſæpe. Hibiſcus vel hibiſcum, herba ſimilis maluæ. Hyſopus vel hyſopũ, herba quædam. Humus, & apud vetuſtiſſimos humũ. Hemiſtichus vel hemiſtichium, id eſt dimidiũ verſus.

¶Iubilus vel iubilum, vox lætantis. Inſopniũ, & inſopnia inſopniæ. ſed hoc plurali caret. Lãcilotus.

¶Ludius vel ludio, id eſt hiſtrio. Ludia, talis mulier. Luctus vel luctum, triſtitia. Lanio vel lanius. Labium, & apud Gellium ſæpe labia labiæ: vt libro 10. cap. 4, Labias ſenſim primores emouemus. ſic ibidem leges. Lana & Lanicium. Lebes, & lebeta lebetæ.

¶Mendum, vel menda mendæ, macula, vitiũ, error. Cic. 14. ad Atticum, Magnum enim mendum cõtinet. Margarita, margaritum, vel margaris, teſte Seruio, lapillus pretioſus. Hierony. ad Demetriadẽ, Tanti (vt dicitur) vitrum quanti margaritum. Tacitus in libro de vita Iulij Agricolæ, Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla: gignit & oceanus margarita, ſed ſubfuſca & liuentia. Monitus vel monitum, id eſt monitio. Mundus vel mundum, ornatus muliebris. Mulctra, vel mulctrum, vel mulctrale, vas in quod mulgetur. Mens, & apud Ennium mentis.

¶Naſus naſa vel naſum apud Plautum, ſed in vſu eſt naſus. Nepes vel nepis vel nepete, oppidi nomen. Nubes & olim nubs. Narix naricũ & naricæ, vrbs Locridis. Noualis vel nouale. Natalis vel natale.

¶Periboluſ vel peribolũ, id eſt circuitus. Papyrus vel papyrũ. Piſa vel piſum, legumẽ notũ. Piſa piſæ, etiã eſt oppidum Græciæ. Punctum & aliquando punctus. Plin. lib. 2. cap. 70, Nõ eſt aliud terra vniuerſa quàm mundi pũctus. Frequentius eſt punctum. Seneca, Punctũ eſt & adhuc minus puncto quod incolimus. Horatius in Arte, Omne tulit pũctum qui miſcuit vtile dulci. Puluiſculus vel puluiſculum. Pomus & pomum pro arbore: vt Ceraſum, & ceraſus, & ceraſium pro fructu. Propertius, Hic dulces ceraſos, hic autũnalia poma. Pileus vel pileum. Piſtrina vel piſtrinũ, vbi pinſitur. Poſtica vel poſticum, poſterior ianua. etiam dicitur adiectiuè poſticus poſtica poſticum. Perſius, Poſticæ occurrite ſannæ. Pauus vel pauo. Proluuies, vel proluuium, vel proluuio, immunditia cuiuſcunque rei ſordidæ. Virgilius, - fœdiſſima ventris Proluuies. Peccatum, & peccatus, peccatus, peccatui. Cic. apud Gellium, Nemo ita manifeſto peccatu tenebatur. hoc ſuauius viridiúſque viſum eſt, quàm ſi peccato dixiſſet: ſed & ratio certa eſt: quia peccatus, id eſt peccatio, vt arbitratus & allegatus. Veteres euphoniæ cauſa multa contra grãmaticam dixere vt oſtendit Gellius. nam Ennius fœminino genere Aere fulua dixit. & Lucretius, funis aurea. & Cicero fretu pro freto. Puſius & puſio, puer. & propriè pathicus. Propago & propages. Phorcus, Phorcyn, & Phorcys, pater Meduſæ.

¶Rapa vel rapũ. Rictus vel rictũ, id eſt os & hiatus. Ramus & ramale. Perſius, Veteris ramalia fagi. Retis, vel rete, vel retia retiæ. Plautus in Rudente, Ludos facit & retiam. Rhenus vel rhenum.

¶Sabulũ vel ſabulo, id eſt arena groſſior apud Varronẽ & Vitruuiũ. Symbolũ, & aliquãdo ſymbola. Spicus vel ſpicum. Seſtertius vel ſeſtertiũ, genus ponderis duæ libræ & ſelibra. Scrypulus, & melius ſcrypulum, etiã ponderis genus. Syngrapha vel ſyngraphum, literæ à multis cõſcriptæ, vel ab vno, nomine multorũ, qui ſigilla ſua appendunt, vel aſcribunt in ſignũ veritatis. dicitur etiam ſyngraphus. Plautus, Age, iſtum oſtẽde quem cõſcripſi ſyngraphũ inter me & amicam & lenam. Suetonius, Non dubitauit à quibuſdam iuſiurãdum & ſyngrapham exigere. Sors vel ſortis. Plautus in Caſin. Vide nequa inſit alia ſortis ſub aqua. Sinum vel ſinus pro vaſe. Plautus in Curc. Ei ne hic ſinus cũ vino fertur. Saguntus vel ſaguntum, vrbis nomen. leges vtrunque in Silio. Strabo vel ſtrabus, qui obliquè videt. Scorpius vel ſcorpio, animal venenoſa cauda, & cæleſte ſignum, & arcubaliſta, & nodoſum flagellum. Caper, Scorpio, bellica res eſt. Scorpius, animal. hæc differentia nõ obſeruatur vt Calepinus docet. Supparus vel ſupparum & plura antè patuerunt.

¶Tignus vel tignum, omnis ædificij materia. Faber tignarius, qui ædificia facit. diminutiuum eſt tigillũ. Tiaras vel tiara. Theſaurus vel theſaurũ, teſte Capro. Theca, loculus pecuniæ vel ipſa pecunia. Textrina vel textrinum, vbi texitur. ponitur adiectiuè: vt Opus textrinum. Taxus vel taxum, arbor. Thymus, vel melius thymum, herba. Tapes, vel tapete, vel tapetũ. Virgilius, Pulchróſque tapetes.

Dictamus. Dipondius. Diluuies. Fretus. Fũd. Fundum. Fabulum. Guttus. Glomus. Galerus. Galbanus. Ganea. Gobio. Hebenus. Helleborus. Hibiſcus. Hyſopus. Hemiſtichus. Iubilus. Ludius. Luctus. Labia. Mendum. Margaritũ. Monitus. Mundus. Mulctrum. Nepes. Narix. Periboluſ. Piſa. Pũctus. Pomus. Ceraſum. Piſtrina. Poſtica. Proluuies. Peccatus. Aere fulua. Puſius. Phorcus. Rictus. Ramale. Retis. Sabulo. Seſtertius. Scrypulus. Syngraphũ. Sors. Sinum. Saguntum. Strabus. Scorpius. Tignus. Theca. Textrina. Taxus. Thymus. Tapes.

Tributus. Torris. Plinius libro octauo, In tapetis antiquiſſima gratia. Tributum, & olim tributus, munus quod à ſubditis ſoluitur. Torris, & olim torrus apud Ennium, qui trabes abiegna dixit apud Priſcianum pro trabs.

Veſper. Veſperus. Veſpertinus. Valles. Vallus. Vallum. ¶Veſper, ſtella, & vltima pars diei: quæ etiam veſperum dicitur & veſpera: ſtella etiam veſperugo. eſt autem veſper, ſolum maſculini generis, vt contra Alexandrum Calepinúmque & plures probaui. pro tempore aliqui etiam hoc veſpere flectunt. ſtella etiam dicitur Heſperus. Inuenitúrque adiectiuum Veſperus veſpera veſperum, & Veſpertinus veſpertina veſpertinum. Itaque cum veſperum dicimus, tempus intelligimus: cum veſpera, tum hora ſubauditur. Plinius libro 18, His horæ rigādi matutina atque veſpera. Idem, Matutinum tempus atque veſperum. Itaque contra AElium Hiſpanum recte dicimus veſperi pſalmi, veſperæ horæ: id eſt veſpertini & veſpertinæ. Hinc veſperna, id eſt merēda. Viſcus aut viſcum. Vultus, olim etiam vultum. Vallis vel Valles: hinc vallecula, teſte Seruio: vt à vulpes vulpecula. Virg. 11. AEneid. Eſt curuo anfractu valles accōmoda fraudi. Vallus, fuſtis eſt: vallū, munitio.

Xyſtus. Xyſtici. ¶Xyſtus vel Xyſtum, porticus ampla in qua athletæ per hyberna tēpora exercentur. hinc Xyſtici ſunt athletæ in xyſtis pugnantes, aut ludentes quicunque alij. Xyſtus etiam eſt telum vel haſtile aut ſpiculum. Xyſtophorus, ſpiculator. Xyſtus vel xyſtum etiam eſt ambulatio in qua ſunt arbores vtrinque in plures ſpecies effigiatæ. Plinius, Ante cryptoporticum xyſtus eſt violis odoratus. Vitruuius, Latini xyſta ambulationes appellant, quas Græci paradromidas dicunt. Capitur etiam xyſtus xyſta xyſtum adiectiue, pro ornatus, terſus, politus.

QVAE COMPOSITA DIVERSARVM DECLInationum efficiunt.

Vs vel is orta volunt limus, cæra, arma, bacillus,
Norma, iugum, cliuus, neruus, ſopnúſque, animúſque:
Pluráque cum fræno, quæ gloſſa recludet abundè.

Quædā nomina faciunt adiectiua cōpoſitæ figuræ, ſecundæ vel tertiæ declinationis: vt à limus fit illimis vel illimus: à cæra ſyncærus vel ſyncæris. ſed alia alijs ſunt vſitatiora. iam declaremus ſingula.

Limus. Illimis. Sublimis. Limus, molle lutum. Limoſus, plenus luto. Illimus illima illimum, vel melius, hic & hæc illimis & hoc illime, id eſt purus, & ſine limo. Ouidius, Fōs erat illimis nitidis argenteus vndis. Sublimus ſublima ſublimum, vel ſublimis, id eſt eleuatus in altum. Virgilius, Sublimes in equis redeunt, pacémque reportant. Sublimare, exaltare. Limus lima limum, adiectiue, id eſt trāſuerſus. Ouidius, Altera, nam memini, limis ſubriſit ocellis.

Cæra. Cæreus. Syncærus. Cæra notū eſt. hinc cæreus ex cæra, vel mollis. Horatius, Cæreus in vitium flecti. Cæreus ſubſtantiue, id eſt candela de cæra. diminutiuum eſt cæreolus. Syncærus ſyncæra ſyncærū, vel ſyncæris ſyncære, id eſt purus. Horatius, Syncærum eſt niſi vas, quodcūque infundit, aceſcit. Ouidius, Nulla eſt ſyncæra voluptas. Inſyncærus, impurus. Virgilius, Inſyncærus apes tulerit cruor.

Arma. Inermis. Arma, munimenta corporis: vt Gladius, arcus, thorax, loricæ, & inſtrumēta: vt Libri ſunt arma ſcholaſtici. Inermus vel inermis, id eſt ſine armis.

Bacillus. Imbecillis. Bacillus, id eſt paruus baculus. Iuuen. Nullo dextrā ſubeunte bacillo. Imbecillus vel imbecillis, id eſt debilis.

Norma. Anormis. Enormis. Denormis. Norma, eſt regula fabrorum, id eſt linea artificū ad quam dirigunt opera. Anormis, irregularis & non ad normam factus. Horatius, Ruſticus anormis ſapiens craſſáque Minerua. Enormis & Denormis, idem. Denormare, denormem facere. Idem, —ô ſi angulus iſte
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Iugum. Bijugi. Trijugi. Quadrijugi. Iugum, ſummitas montis: & ſæpius pluraliter legi diximus. etiam eſt inſtrumentum quo boues iunguntur quando arant. Ouidius, Non iuga taurus amat, quod tamen odit habet. Hinc iugare & coniugare, id eſt iugo coniungere. Bijugi vel bijuges, ſunt duo animalia coniugata. Trijugi, tria. Quadrijugi, quatuor. Virgilius, Martis equi bijuges. Idē, Centū quadrijugos agitabo ad flumina currus. Multijugus & omnijugus, pro omnigeno & multiplici capimus: vt Homo multijuga doctrina.

Cliuus. Accliuus. Decliuus. Procliuus. Cliuus, id eſt collis vel mōticulus. Accliuus vel accliuis, id eſt eleuatus, altus quaſi ad cliuū. Decliuus vel decliuis, id eſt depreſſus, & inclinatus quaſi de cliuo. Boetius, Decliuémque gerens pondere vultum. Procliuus, id eſt inclinatus aut facilis: vt Procliuus in riſum. Dicimus etiam per n liquidam Inclinis, acclinis, reclinis: pro inclinatus, acclinatus, reclinatus. Virgilius, —corpúſque leuabat
Arboris acclinis trunco. Prudentius, Corpus licet fatiſcens iaceat recline Paulum, Chriſtum tamen ſub ipſo meditabitur ſopore.

Neruus. Neruus, naturale vinculū corporis quo colligata ſunt membra. Iob, Oſſibus & neruis cōpegiſti me. Capitur pro vinculo carcerali. Plautus in Curc. Tu in neruo iam iacebis niſi mihi argentum reddatur. Eſt etiam funis arcualis. Virgilius,
Primáque per cælum neruo ſtridente ſagitta
Hirtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Eneruus. Neruoſus, id eſt fortis. Eneruus vel eneruis, id eſt

debilis aut mollis. Valerius Maximus, Eneruos animos virtus odiſſe ſolet. Eneruare, debilitare. Tullius, Nō plane me eneruauit ſenectus. Sopnus Græce hypnos dicitur: vnde mutata h in ſ, & y in o, ſopnus inclinatum eſt, vnde recte per p ſine m, ſopnus ſcribitur. hinc inſopnus inſopna inſopnum: vel melius, inſopnis & inſopne: quia Valla dicit inſopnis & exopnis ſolū eſſe tertiæ. Semiſopnus per ſecundam ſæpius profertur: aliquando etiam per tertiā ſemiſopnis. Inſopnis, id eſt peruigil: Exopnis, idem. Cicero in Verrē, Semiſopnus ſtupet. Cæcilius in Antonium, Ipſum nanque offendunt ſemiſopno torpore profligatum. Sic etiam Salluſtius. At per tertiam Seneca de breuitate vitæ, Quàm multi heſterna crapula ſemiſopnes & graues. Animus, eſt mens, vel anima, vel voluntas, vel audacia: vt Eſto bono animo. Exanimus vel exanimis, id eſt mortuus. Exanimare, occidere vel terrere. Terentius, Hæc oratio me miſeram exanimat metu. Inanimus vel inanimis, ſine anima. Magnanimus, habens magnū animum. Puſillanimus, habens puſillum animum. Semianimus vel ſemianimis, id eſt ſemiuiuus.

Sopnus. Inſopnis. Animus. Exanimus.

Frænum dictum eſt. Infrænus vel infrænis, id eſt indomitus, quaſi ſine fræno. Virgilius, Et Numidæ infræni cingunt. Effrænus, idem ſignificat. Idem, Gens effræna virûm. id eſt virorum. Iunguntur plura: vt Imberbis vel imberbus, teſte Marcello, id eſt nondum barbatus. magis in vſu eſt imberbis à barba. Infirmus, & quod rarius infirmis, teſte Capro, id eſt debilis. Hilaris, & quod rarius hilarus, hilar, ahilarum, teſte eodem. ſunt qui negent aſpirari, quibus non accedo: & ſignificat lætum ac iucundum. Neceſſus neceſſa neceſſum, vel neceſſis, id eſt neceſſarius, author Donatus. Perēnus, & melius perennis, teſte Verulano, id eſt perpetuus: à per & annus: ideo aſpiratione caret. Ex dictis claret ex multis ſubſtantiuis componi adiectiua, vt damnum, indemnis, ſine damno, &c. Prædictis non eſt addendum incolumis: quia nunquam per ſecundam dicitur incolumus contra Alexandrum Theopagitam.

Infrænus. Effrænus. Imberbis. Infirmus. Hilaris. Neceſſus. Perennis. Indemnis.

Incolumis, id eſt ſanus. ſimplex columis idem ſignat. Plautus in Trinummo, Neque ita vt ſit data, columem te ſiſtere illi & detraxiſſe autumēt. Cic. lib. 1. ad Herennium, Caſu & fortuitu nauis in portum incolumis delata eſt. Columitas & incolumitas, id eſt ſanitas. Idem ad Trebatium, Itaque ſiquis mihi erit aditus de tuis fortunis. id eſt tua columitate in qua ſunt omnia agenda. Dyſcolus in vſu eſt. Tiberga dicit etiam dici dyſcolis, id eſt difficilis, malus, & pernicioſus. Elumbus vel elumbis, teſte Calepino, qui præ debilitate ſeſe erigere nō poteſt. Seneca de remedijs iræ, (querulis) per tertiam flexit, niſi mendum ſit dicens, Senes difficiles & querules ſunt.

Incolumis. Columis. Dyſcolus. Elumbus.

NOMINA SVB EADEM NOMINATIVI TERminatione diuerſarum declinationum.

Multa tibi flexum dant quartum, ſiue ſecundum,
Vt domus, & laurus, ficus, colus, & penus: adde
Et lacus, & quercus, pinus, cornus, monituſque,
Vt quondam lectus. veteres ita plurima flectunt.
Eſt aliis varius flexus: pro teſte ſequeſter.
Cætera ne longum faciam, tibi gloſſa recludet.

Abundant nomina quædam declinatione: vt quæ ſunt ſecundæ aut quartæ declinationis, ſaltem in aliquibus caſibus, vt Domus antè ſatis declaratum: laurus, ficus, &c. Hæc laurus, huius lauri, datiuo lauro tantum, hanc laurum, ô laure, à lauro, & aliquando lauru. Hæ lauri, harum laurorum, his lauris, has lauros & laurus, ô lauri, à lauris. arbor quæ Græce daphne dicitur. Horatius, teſte Seruio, per quartam, Sub lauru mea: vt Plinius, teſte Lanciloto, Ea lauru quæ ei miſſa è cælo minima eſt altitudine. ſic teſte eodem Tacitus, Quam Cremonenſes lauru roſiſque conſtrauerant. Has lauros per ſecundam. Virgilius, Incende bitumine lauros. Has laurus per quartam. Idem, Qui tripodas clari laurus, qui ſydera ſentis. Idem, Et vos ô lauri carpam, &c. Ficus in generibus declaratum eſt. Colus ſecūdæ eſt præter ablatiuum ſingularem qui per vtrāque profertur: hac colo vel colu: hæ colus. vide genera, vbi penus quoque declaratū eſt. Lacus, huius laci vel lacus: reliqua per quartam effert. In Daniele, Non peruenerunt vſque ad pauimentum laci. Quercus. Cicero, Quercorū rami ad terram iacent. Pinus, arboris nomen. Virgilius pinos loquentes per ſecundā dixit. Idem accuſatiuum pinus in 11. per quartā enuntiauit. Idem in decimo, Nos ſumus Ideæ ſacro de vertice pinus. Cornus, arbor. Serenus per ſecundā corno dixit. Papinius per quartā, Cornu depreſſus Achiua. Quartæ ſunt multa quæ olim per ſecundam etiā flectebantur, vt Monitus, ornatus, queſtus, cœtus, ortus, auditus, viſus, paſſus, victus, gemitus, aſpectus, fluctus, ſaltus, verſus, luctus, piſcatus, exercitus, ſenatus, ſumptus, obitus, æſtus, aditus, tumultus, & plura alia à Nonio Marcello pulchrè declarata. Plaut. in Amph. lectus locus pro lecti locus, dixit: quod exoleuit: quia ſolū ſecundæ eſt nunc. Quædā diuerſarum declinationū ſunt mutata ſignificatione, aut etiā ſcriptura aliquantulū: vt Acus, anus, arcus vel arquus: ceſtus, cæſtus: cetus, cœtus. Cātus, id eſt cantio. Canthus, ferrū quod circūdatur rotæ. Hortus, ortus. Sinus vel ſinū, id eſt vas quoddā, ſecundæ eſt. Sinus pro gremio vel laxitate veſtium ſupra cingulū eſt quartæ. Eiuſmodi po-

Laurus. Lacus. Quercus. Pinus. Cornus. Cantus. Canthus. Sinus.

terunt plura notari. Sunt & alia diuerſarũ declinationum eadem ſub ſignificatione:vt cancer pro mor-
Acer. bo. Iber, Mulciber, Acer acera acer ũ, olim teſte Capro:nunc acer, acris, acre. Acer, arbor, tertiæ eſt. Ser-
uius etiam voluit eſſe ſecũdæ, quẽ Priſcianus carpit. Abies olim quintæ:Claudianus enim ſectas abies
dixit. Succus ſecundæ eſt. Apuleius per quartã in genitiuo plurali ſuccũ dixit. Feſtorũ nomina cum
pluribus patuerunt. De his omnibus quidam magnam verſiculorum ſyluam pueris conficiunt. Ego
nolui re non adeò neceſſaria puerorum ingenia vexare, quia multa ex dictis ſatis liquent : vt Frõdis vel
Syluester. frontis, pecudis & pecoris, caſſidis & caſſis, vadis & vaſis, fidis & fidei, &c. in recto confuſa. Syluester,
viri proprium, ſecundæ eſt:adiectiuum, tertiæ. Acer aceris, arbor:acer acris, id eſt ſtrenuus. quibus male
adduntur glotis, gloſſis, glitis, glantis, & cætera deliramenta. Sunt quæ in obliquis confunduntur: vt
res rei, reus rei, pyrus & pyrum, pyri, &c. Quorum notitia parum vtilitatis affert:quia genere vel ſenſu
facile diſcernuntur, vt quæ cum verbis coincidunt:vt vellus velleris, vellor velleris: fax facis, facio facis,
&c. Item abũdantia ſunt nomina incerti generis:vt finis, adeps, & cætera antè declarata. ſed apud ve-
tuſtiſſimos plura fuere nomina dubij generis, teſte Priſciano. Aſpergo, charta, ceruix, collis, crux, pla-
tanus, populus, aquila, crinis, colus, caſſis, calix, fornax, frutex, rex, humus, limus, laurus, lepus, hagnus,
leo, perdix, fæx, ſocrus, ſupparus, torris, Tybris, trames, vepres, & cætera. Poſtremum abundant æquiuo
Diſcrimen. ca, id eſt diuerſa ratione multa ſignificantia:vt Diſcrimen, differentia & periculum. Aura, lenis ven-
Aura. tus & fauor. Litera nota, vt a, b, c:& poeticè, epiſtola. Ludus, res quæ luditur, & ſchola, vnde ludima
Litera. giſter. Ara, deorum:Hara, ſtabulum porcorum, & alia innumera. Sic quæ actiue & paſſiue ſignificãt:
Ludus. vt Hoſpes, zelotypus, conuiua, alumnus, vector. Item quæ cõmunis generis ſunt habentia fœminina in
Ara. a:vt Hoſpes, ſoſpes, ſacerdos, antiſtes. pro omnibus datur regula Multiplex vno ſenſu dicatur abundãs.
Hara.

Grammaticæ Deſpauterianæ

LIBER IIII.

DE COMPARATIONIBVS.

Comparatio COMPARATIO, eſt rei ad rem collatio. Gradus comparationis ſunt tres, poſitiuus, comparati-
uus, ſuperlatiuus. Poſitiuus eſt qui rem ſine exceſſu ſignificat, vt doctus. Comparatiuus qui
rem cum exceſſu nõ ſummo ſignificat, vt doctior. Superlatiuus qui rem cum exceſſu ſum-
mo ſignificat, vt doctiſſimus. Hunc excedet comparatiuus ſi dixeris, Hector fuit fortiſſimus:ſed Achil-
les fortior. hic enim ſignificat ſolum valde fortem. Cic. in fine tertij Officiorũ, Vale mi Cicero, tibíque
perſuade eſſe te mihi chariſſimum:ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptíſque læ-
tabere. Nomina ſola comparatiua & ſuperlatiua, nomina ex ſe faciunt:nam participia per compara-
tionem nomina efficiuntur, vt Amans amantior. Deterior & potior fiũt à deter antiquo nomine te-
ſte Herodiano, & potis teſte Donato:nõ à detero & potior, quicquid dicat Priſcianus. Prior primus
poſitiuo carẽt, teſte Plinio:licet Priſcianus à pridem eſſe velit, nimis ſui immemor. Nam alibi à protos
primus dici teſtatur. Exterior, interior, ſuperior, &c. ſunt à nominibus exter, inter, ſuper, vel ſuperus:
quorum quædam reperiuntur, quædam penitus exoleuerunt. author eſt Vrbanus grammaticus, & plu
res alij, vt oſtendit Lancilotus. non ab extra, intra, &c. Nec valet argumentatio Priſciani, Si exterior ab
exter veniret, ſuperlatiuus eſſet exterrimus non extremus. Verum eſt Priſciane, niſi multa compararen-
tur irregulariter:vt Bonus, melior, optimus. Dexter, dexterior, dextimus: ſic exter, exterior, extimus vel
extremus. Citer, citerior, citimus:ſic ſuprem⁹, infimus, &c. inter irregulariter formata rejiciũtur. Pro-
pior, proximus, authore Plinio, caret poſitiuo. nec ideo oſtenditur à prope eſſe, quia accuſatiuum ali-
quando habet:nam hoc abuſiue fieri dicit Lancilotus: & multo ſæpius datiuum habet. vtcunque eſt,
ſiquis dixerit à prope eſſe ſecundum opinionem Priſciani, nõ multum errauerit:quia bene poteſt defen
di, & in Syntaxi tenui. Ego tamen nunc ſequar opinionem Plinij. Sæpiſſimus abuſiue dictum eſſe o-
mnes fatentur. Cato apud Priſcianum, Facite vobis vt in mentem veniat Quirites ex ære alieno in hac
ciuitate, & in alijs omnibus propter diem atque fœnus ſæpiſſime diſcordiã fuiſſe. Sæpior nuſquam
Pœniſſime. legitur:ſed bene aduerbia ſæpius, ſæpiſſime:vt à pœne pœniſſime, id eſt valde pœne. Plaut. Ita mea con
Penitus. ſilia peruertit pœniſſime. Penitior & penitiſſimus nõ ſunt ab aduerbio penitus, ſed à nomine penitus,
Penitior. penita, penitũ, id eſt quod intra eſt:penitior, interior: penitiſſimus, intimus. Plautus in Aſin. Age quæ-
Penitiſſimus ſo excrea vſque ex penitis faucibus. Apuleius in 11. de aſin. Penita mente conditũ ſemper tenebis. Idem
in Hermagora, Viſus eſt ei adoleſcens honeſta forma, quaſi ad nuptias exornatus, trahere ſe in penitio-
rem partem domus. Plautus in Perſa, Furtiuam aduectam ex Arabia penitiſſima. Nuper facit ſuper-
latiuum nuperrime. Cicero in 3. ad Herennium, Nuperrime dictum facile memoriæ mandatur. Plau-
tus nomine vtitur in Capt. Recens captum hominem nuperum & nouitium. Hinc legitur ſuperlati-

uum nomen nuperrimus,nuperrima, nuperrimum,ſine cõparatiuo. Vlterior vltimus poſitiuo carent teſte Diomede.forſan eſt à vetuſtiſſimo nomine vlter aut vlterus. Sola adiectiua comparantur. Propria propter aliquod accidens,licenter pro adiectiuis ſumpta,comparari leges: vt Nero Neronior, pro crudelior. Tu nihil tale effinges,ſed recte ſine affectatione vtêris inuentis,non apud grammaticos, ſed apud ſummos hiſtoricos oratores & poetas. Plautus licenter ipſiſſimus dixit ab ipſe vel ipſus,in Trinummo,Ergo ipſus eſt ipſiſſimus hinc ab oculis. Eiuſmodi cõparationes per iocum fiunt teſte Georgio Valla lib.31.cap.13. Plautus in Pœnulo,O patrue,ô patrue mi patruiſſime. Plinius colorem purpuriſſimum dixit: Varro & Catulus,cinædiorem: Apuleius,pumiliorem: Plautus,punior. quæ omnia pauca ſunt,nec ad horum formam ſimilia fingenda,contra ineptos grammatiſtas effutiẽtes huiuſmodi nænias,gallior,vulpior,Salomonior, Ariſtotelior,lapidior,tuiſſimus,veſterrimus,& cætera orationis dedecora. Non omnia adiectiua comparãtur: ſed ea duntaxat quorum ſignificatio poteſt augeri vel minui. ideo non comparantur vnicus,ſummus,omnipotens,inius,ingẽs,rudis,mediocris. Macrobius tamen omnipotentiſſimus dixit, Virgilius ingentior, Cicero infinitior. Aliquando etiam rudior & rudiſſimus leges:licet Diomedes author ſit rudis non cõparari. Lancilotus multo plura docet nõ comparari. Plenus comparatur,quia Pleniore obſequiore dicit Quintilianus. Sulpitius grãmaticus excellentiſſimus negat nomina verbalia in dus comparari:qualia ſunt,reuerendus,colendus,&c. licet reuerendiſſimus,& cætera,ſint in frequenti ſcribarum vſu, & Leonardus Aretinus vtatur. Sũt quædam comparationes imperfectæ,vt temperior ſine poſitiuo & ſuperlatiuo. de his in fine dicã. Comparatio eſt triplex: Voce tantum,ſignificatione tantum,& vtroque modo. Comparatio voce tantum fit,vbi vox conuenit,ſignificatio diſcordat. vt à nouus nouiſſimus,id eſt vltimus.ſunt enim maxime noua fere vltima. Cicero in Oratore, Ad iudicandum nouiſſima. Gellius credit Ciceronem nunquam dixiſſe nouiſſimus. Philelphus nouior negat Latine dici. Valla nouè acceptat,nouiter repudiat. Leonardus nouior dixit. Ego recentior libentius dixero. Comparatio ſignificatione tantum eſt,vbi ſignificatio cõuenit,vox diſcordat:vt Bonus,melior,optimus. Comparatio voce & ſignificatione eſt vbi cum voce ſignificatio conuenit: vt Doctus, doctior,doctiſſimus. Licet poſitiuus quandoque ſit deriuatiuæ ſpeciei:tamen de poſitiui formatione nihil hic nobis dicendum eſt. Itaque ad comparatiuorum formationem feſtinamus.

Ipſiſſimus.

Nouiſſimus.

Doctior à docti eſt:ita formes cuncta ſecundæ.
Tollo ſiniſterior,melior,peior,minor,& plus,
Cum maior. Donat ficus & dicus entior apte.

Comparatiuus à nomine ſecundæ declinationis fit à genitiuo ſingulari addita or ſyllaba pro cõmuni genere,& us pro neutro:vt Amicus amici,amicior amicius,non vt putant indocti amicitior. Spurcus ſpurcior, pudicus pudicior:nõ ſpurcitior nec pudicitior: licet in Ciceronis libris per grammatiſtas aut ineptos librarios deprauatis aliquando legatur amicitior. Papinius nono Thebaidos,

-ſed amicior vndis
Fraxinus. Cic.lib.16.ad Atticum,Mihi nemo eſt amicior, nec iucundior,nec charior Attico. Ouid.13. Metam. Dum mare pacatum,dum ventus amicior eſſet. Idem, Nec tibi contingat matrona pudicior vlla. Plautus in Curc. Si eſt oſculando quidpiã impudicior. mendoſe legitur impudicitior, quia cõtra rationem carminis,vt ſcit qui legem Iambici trimetri cognouit. Pudicus,id eſt caſtus. Spurcus,id eſt immundus. Martialis,Spurcior vt fias zoile merge caput. Idem,

Sordidius nihil eſt:nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas. Auguſtus,auguſti,auguſtior,id eſt ſanctus & venerabilis,nomen adiectiuum eſt.aliquando proprium,ſic non comparatur. Ouidius primo Faſtorum,

Sancta vocant auguſta patres,auguſta vocantur
Templa ſacerdotũ rite ſacrata manu. Liuius dixit Romulum ſe feciſſe auguſtiorem purpureo habitu. Papinius 4. Theb. Auſoniæ pater auguſtiſſimus vrbis. Sillius libro primo,

Concilium vocat auguſtum,caſtáque beatos
Paupertate patres,ac nomina parta triumphis
Conſul,& æquantem ſuperos virtute ſenatum. Deter detera deterum,cui aliquid deeſt,quaſi detritum ne bonũ ſit:olim fuit in vſu,& creſcebat in genitiuo deteri,deteræ,deteri. hinc regulariter fit deterior,id eſt minus bonus. Exter,id eſt externus,genitiuo exteri:vnde exterior. Papinius libro 11. Theb.

Sed quid apud tales,queis nec ſua pignora curæ,
Exter honos. Idem 5. Theb. -precor extera rerum
Agmina. Valerius exterarum gentium dixit. Virgil. Fas extera quærere regna. Citer,citera,citerũ,genitiuo citeri cum creſcentia,id eſt quod eſt citra. hinc recte citerior fit,vt à ſuperus,inferus,poſterus:ſuperior,inferior,poſterior. ſic olim dicebant inter vel interus, anter vel anterus. vnde ſunt anterior interior. Cicero ad Cælium, Citeriora nondum audiebamus. Poſitiuus olim erat in vſu citer. Cato apud Priſcianũ,Citer hagnus alligatus ad ſacra. Eodem Afranius vſus eſt. Idem Cato infer & ſuper: pro inferus & ſuperus dixit, Vbi ſuper inférque vicinus tum decedito. Papinius 11, Theb. Infera taxus. Ho-

Amicior. Pudicior. Spurcior. Auguſtus. Deter. Deterior. Exter. Citer. Infer. Super. Inferus.

ratius, Poſtera lux oritur multo gratiſſima nobis. Ouidius, -per flumina iuro
Infera. Cæſar in Comment. Huc poſtero die frequentiſſimi conuenere. Excipiuntur à regula ſiniſter ſiniſterior, bonus melior, malus peior, paruus minor, multum plus ſolum in neutro genere, & hoc in ſingulari numero. At in plurali hi & hæ plures, & hæc plura vel pluria. Cæterũ pluria & compluria non ſunt cõparatiua, teſte Georgio Valla Placẽtino, lib. 31. cap. 13, vbi ait pluria & cõpluria non eſſe vetera: quia vſi ſunt Cicero & Plinius. in qua re taxat Priſcianum cum Donato & Gellio. Idem dicit genitiuũ pluris eſſe omnis generis, licet plus ſolum ſit neutri generis. Idem dicit lib. 7. Priſcianus. Id probat male Georgius per hæc exempla bene Latina, Pluris amor eſt, Pluris virtus eſt q̃ aurũ. Male inquam, probat: quia pluris ſic etiam eſſet pluralis numeri. Ouid. Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis annis. Sic etiam tanti, quanti eſſent omnis generis, quod oppidoquàm friuolum eſt. Magnus maior. A facio ſunt quædã adiectiua in ficus, & à dico vel dicax in dicus pœnultima correpta,
Magnificus. quæ comparatiua in entior efficiunt: vt Magnificus, magnificentior, qui magna facit. Mirificus mirifi-
Mirificus. cẽtior, qui mira facit. ſic Munificus, id eſt liberalis. Honorificus, qui honore digna facit, aut quod cum
Munificus. honore fit. nam capiũtur hæc etiam aliquando paſſiue, vt Magnificũ opus. Maleficus, beneficus, &c.
Honorificus forſitan olim nomina fuerunt magnificẽs, mirificens, &c. vnde hæc venerunt. Significus, ſigna faciẽs.
Significus. hinc Lancilotus ſignificantior facit, quod verè fit à ſignificans non à ſignificus. Apuleius in deo Socratis, Num pudet me eſſe ſignificum. Cic. ad Atticũ, Quæ res multo honorificentior viſa eſt. Maledi-
Maledicus. cus, id eſt mordax & obtrectãs, maledicẽtior: quod à participio maledicẽs eſſe non poteſt, quia hic ter
Benedicus. tia producitur, illic corripitur. ſic benedicus benedicentior, qui benedicit & laudat. Plaut. in Aſin. Quũ illiciebas me ad te blande ac benedice. ſic falſidicus, &c. non cauſidicus, quia ſubſtantiuum eſt. Addunt à volo beneuolus, maleuolus: quæ ex integro ſunt & corrupto, teſte Quintiliano: ſic omniuolus, &c. A loquor magniloquus, &c. beneuolentior, magniloquentior, &c. ſed non opus eſt addere: quia legimus ſæpe maleuolens, magniloquens, &c. vnde hæc comparatiua ſunt, licet reliqua non habeant a-
Breuiloquẽs lia comparatiua: neque enim dicimus beneuolior, &c. Cicero libro ſeptimo ad Atticũ, Breuiloquen-
Beneuolens. tem iam me tempus ipſum facit. Terentius in Phormione, Nec illi beneuolens neque notus. A turpiſequus, &c. non inueni quicquam.

Fortior à forti eſt. facias ita cætera ternæ.
Iunior excipiunt. à nequam nequior exit.

Cõparatiuus, ſi poſitiuus fuerit tertiæ, fit à datiuo ſingulari addita or: vt Forti fortior, pauperi pauperior. hic & hæc potis & hoc pote, id eſt potens, ſolum nominatiuũ inuenitur non habere: olim datiuus erat poti: vnde potior & potiſſimus, id eſt melior & optimus, quaſi potentior & potentiſſimus,
Potior. Priſcianꝰ voluit eſſe à verbo potior. Perſiꝰ, Quis potior iudex, puerìſve quis aptior orbis? potius aduerbium etiã ſignat magis. Horat. Hic tibi ſit potius q̃ tu mirabilis illi. Potiſſimũ aduerbiũ rectius dicitur, q̃ potiſſime pro maxime & optime. Teren. Vbi tu dubites quid ſumas potiſſime. Excipitur à regula vnicũ nomen iuuenis iunior, teſte Priſciano, pro iuuenior. Georgiꝰ Valla lib. 31. cap. 13. reprehen-
Iunior. dit Priſcianũ dicẽs, Iunior non (vt hodie quidam grãmatici literatorèſque putant Priſcianum ſecuti)
Iunis. ab eo quod eſt iuuenis: ſed (vt Cornutus ait) à iunis: Iunis enim (inquit) & iune, minor iuuene dicitur.
Iunix. vnde iunior. ideo primam quoque ſyllabam producit. inde iunix iunicis, vacca ætate viridior. Perſius, Iunicum omenta liqueſcant. maſculi iuuenci dicuntur. Nequam nequior facit, nec excipitur: quia
Frugi. non flectitur nequam. Frugi, id eſt vtilis, præditus virtute & temperans, facit comparatiuum frugalior, & ſuperlatiuum frugaliſſimus. hinc ea virtus, frugalitas dicitur. Plautus, Leſbonicus factu eſt frugalior. hæc à frugalis non ſunt: quia Quintilianus taxat eos à quibus dicitur frugalis, tanquam ſit dictio parum proba.

SVPERLATIVORVM FORMATIO.

Er rimus adiiciet ſuperanti, dant timus exter,
Et citer, & dexter: quibus addes rite ſiniſter.
Dic etiam extremus. maturus dat rimus apte;
Vel ſimus. huic iungunt ſatur. à vetus eſt rimus vſque.

Poſitiuo in et, addit ſuperlatiuus rimus, ma, mũ: vt niger nigerrimus, deter deterrimus, pauper pauperrimus, ma, mum: celeber celeberrimus. & quãuis in maſculino legamus celebris, ſalubris, alacer, &c.
Celeriſſimus non tamen alios ſuperlatiuos habebunt, licet vetuſtiſſimi celeriſſimus dixere. Manilius in Iliade apud Priſcianũ, Celeriſſimus aduolat Hector. Excipiuntur à regula exter exterior extimus vel extremus, citer citerior citimus, dexter dexterior dextimus, ſiniſter ſiniſterior ſiniſtimus. Siliꝰ lib. 7, -extima cingẽs Clauſos ipſe tenet. Boetius, Polum relinquat extimum. Plautus, Factus ſum quaſi extimus à vobis. Apuleius, Philoſophia in extimo mundi tergo degit. Cic. in ſopno Scipionis, Cæleſtis extimus. Ibidẽ,
Citimus. Quæ vltima à cælo, citima à terris, luce lucebat aliena. Capella in nuptijs Philologiæ, Clio citimũ cir-
Dextimus. culum, hoc eſt in luna collocauit hoſpitium. Varro de hæreſibus, A primo compito dextimam viam

munit. De ſiniſtimus authores ſunt grammatici, vt Priſcianus, &c. Cicero ad Auguſtum, Perducam ad extremum:& nouiſſima conferā primis. hinc tanquam à poſitiuo fecit iterum comparatiuum nouator verborum Apuleius dicens primo Metam. Siquid eſt tamen nouiſſimo extremius. Maturus, matura, maturum, facit ſuperlatiuum maturrimus ab antiquo nomine matur. Cic. apud Priſcianum, Quippe qui omniū maturrimè ad cauſas publicas acceſſerim. vel maturiſſimus. Idem apud Priſcianum, Quibus virtutibus omnem tueri vitam poſſint, eas in ætate maturiſſima velint cōparare. Badius grammaticus minime proletarius dicit ſatur ſimiliter facere ſaturrimus & ſaturiſſimus. A cicur & memor nihil inueni. Vetus facit veterior veterrimus, à vetuſto nomine veter veteris, vt vber vberis. Ennius apud Priſcianum, Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Virgil. 2. AEneid. Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus. De poſitiuo veter iterum. Accius, Veter fatorum terminus ſic iuſſerat. Plautus in Bacchidibus, Senem tibi dedo illum veteriorem, lapide vt lenitum reddas.

Extremius. Maturrimus Maturiſſim⁹ Saturrimus. Veterrimus. Veter. Veterior.

In reliquis ſimus accipiet patrius poſitiui,
Atque datiuus in i: tamen ſ ſimus vſque præibit.
Excipe poſtremus, ſupremus, & optimus, atque
Peſſimus, & minimus, cum maximus, intimus addens.
Plurimus, infimus adiunges. entiſſimus autem
A ficus atque dicus facito. limus is dato dempta,
Cum facilis, gracilis, agilis, ſimilíſque, humilíſque.

Si poſitiuus non deſinit in er, tunc ſuperlatiuus fit à genitiuo poſitiui in ſecunda declinatione, vel à datiuo in tertia addendo ſ & ſimus: vt celſus celſi celſiſſimus, non ſummus, vt grammatiſtæ ſopniant. Forti fortiſſimus, &c. Excelſus, id eſt altus. Summus poſitiuus eſt vt imus. Gellius lib. ſecundo, In his regionibus excelſiſſimo loco murū ſtatuere aiebat. Apuleius, Videtíſne inſiſtētem celſiſſimæ illi rupi montis ardui verticem? Valerius Maximus lib. 6, In excelſiſſimo montis vertice cruci affixit. Seneca in Thyeſte, Eructat omen cælitum excelſiſſimum. Tullius pro Sylla, In hanc excelſiſſimam ſedem dignitatis & honoris. Collumella, Iudææ gentis hominem proceriorem celſiſſimo germano. Ingens ingentior ingentiſſimus reperitur, licet raro. Vegetius lib. 4, Rotæ quoque de lignis viridibus ingentiſſimæ fabricātur. id eſt vltra modum magnæ. Excipiuntur à regula poſterus poſtremus, ſuperus ſupremus, &c. Andronicus apud Priſcianum, Inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes. Horat. Supremo te ſole domi Torquate manebo. id eſt vltimo & occidente. Etiam ſignificat ſummum. Poſtremus, id eſt vltimus. Terentius, Si id facis, hodie poſtremum me vides. hoc ſecūdo comparatur poſtremus poſtremior poſtremiſſimus. Gracchus in oratione de parſimonia apud Gellium, Omnium nationum poſtremiſſimum, nequiſſimúmque exiſtimatorem. Apuleius, Nullū animal in terra homine poſtremius. Paruus minor minimus. lectum eſt paruiſſimus, ſed nollem imitari. Lucretius,
Præterea niſi erit minimum, paruiſſima quæque
Corpora cōſtabunt ex partibus infinitis. Boetius in Muſicæ prologo, Paruiſſimas mutationes. Vegetius, Paruiſſimos fines. Interus, vel inter intera interum veteres dicebant, vt ſuperus: hinc interior intimus. Terentius, Ipſus mihi Dauus dixit, qui intimus eſt eorum conſilijs. poſitiuo vtitur Corneli⁹ Tacitus, teſte Lāciloto, Amiſſis per intera bella nobilibus. Intimus poſitiuus efficitur: quia facit comparatiuum intimior: quanuis nunc non occurrat teſtimonium: ſed vlteriore ſuperlatiuo caret. Multus plurimus, multa plurima, multum plus plurimum. Cicero multiſſimus pro plurimus dixit. nollem primus imitari. Idem lib. 11. epiſt. ad Atticum, Literas tuas accepi pridie Nonas Februarias: eóque ipſo die ex teſtamento creui hæreditatem: ex multiſſimis & miſerrimis curis eſt vna enata. Infimus, id eſt maxime inferus vel infra: non ſolum de loco, ſed etiam de qualitate. Terent. Tace tu, quem ego eſſe infra infimos omnes puto homines. Nomina à facio in ficus, à dicax in dicus, habent entiſſimus. Suetonius, Maleficentiſſimos incolumes præſtitit. Quandoque regulariter formant ſuperlatiuos: ſed apud vetuſtiores. Terent. Mirificiſſimus eſt patruus tuus. Cato beneficiſſimo dixit:& Accius magnificiſſimus. Hæc quinque, facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis, faciunt ſuperlatiuos abijciendo is, additis limus ſyllabis:& ita ſunt duo ll, facillimus, agillimus. his addit Valla docilis docillimus. Cōpoſita ſimiliter faciūt, vt difficilis, abſimilis, &c. Virgilius, Circuit, & quæ ſit fortuna ſimillima quærit. Idem, Ipſa ingens arbos faciémque ſimillima lauro. Facilis, non grauis. Perfacilis, valde facilis. Difficilis, non facilis. vt Amāti nihil eſt difficile, ait Tullius. Agilis, leuis & mobilis. Gracilis, tenuis, non craſſus.

Excelſiſſim⁹ Celſiſſimus. Ingētiſſim⁹. Inferus. Superus. Supremus. Poſtremus. Poſtremius. Poſtremiſſimus. Paruiſſimus Interus. Intimus. Multiſſimus Infimus. Maleficentiſſimus. Mirificiſſim⁹ Beneficiſſimus. Facilis. Agilis. Gracilis.

Humilis, non altus: vt Humilis arbor, humilis homo, id eſt vilis & ignobilis. In ſacris ſignificat non ſuperbum. Docilis, qui facile diſcit. contrarium eſt indocilis. Per pro valde, & ſimiles particulæ ſoli poſitiuo dandæ non iungantur comparatiuo aut ſuperlatiuo. vt à perdoctus non dices perdoctior perdoctiſſimus, ſed perdoctus, multo doctior, quàm doctiſſimus, &c. Per poſitiuo congruit: multo vel longe, comparatiuo. Quàm pro valde, ſuperlatiuo iungitur. de quibus & multis alijs copioſe in Syntaxi diſputo.

Humilis. Docilis.

COMPARATIO IMPERFECTA.

Anterior ſuperante caret, iuueniſque, ſenéxque,
Sicut adoleſcens: cui diues pluráque iungunt.
Temperior ſolum eſt. ignorant hæc poſitiuum,
Vltimus, vlterior, prior, & primus, propiórque:
Proximus, ocyor, atque ocyſſimus adiiciantur.

Anter vel anterus veteres dixere. hinc anterior anterius: quod aliquando aduerbiũ eſt ſine ſuperlati-
uo: vt Iuuenis, vel iunis iunior, ſenex ſenior, adoleſcẽs adoleſcẽtior, diues diuitior, & (vt Lãcilotus vult)
Certiſſimus. certus certior: quod miror eum præcipere, cum certiſſimus perſæpe apud Ciceronem legatur: vt Certiſ
ſimum vectigal aſcribitur: in oratione pro lege Agraria. Temperior poſitiuo & ſuperlatiuo caret.
Ocyor ocyſſimus poſitiuum non habet quo vtantur Latini: ſicut vlterior vltimus, prior primus, pro-
pior proximus. In hac re præter authores antè citatos, aſtipulatur mihi Põponius Lætus lepidiſſimus
Diuitior. grammaticus. Nunc meo more declarabo ſingula. Terentius, Quis me Athenis diuitior? Idem, Quàm
iniquè comparatum eſt, hi qui minus habent, vt ſemper aliquid addant diuitioribus. Ouidius, Oppida
ſunt regni diuitiora mei. Martialis, Romanũ propius diuitiúſque forum eſt. Dis ditior ditiſſimus, in-
Anterius. tegrum eſt. Sidonius ad Domitium, Quænam potiſſimum anterius caulibus noſtris culina fumaret?
Seniſſimus. veteres in ſuperlatiuo antimus dixere, vt quidam ſeniſſimus: vt in Xenophontis æquiuocis, Saturni di
Iuuenior. cuntur familiarium nobilium regum qui vrbes condiderunt ſeniſſimi. Legimus aliquando iuuenior
pro iunior. Columella, teſte Lanciloto, Illi quidem incommodo quod iuueniori exanimi ſolet acci-
dere. ſic ipſe inuenio in Apuleio libro octauo Metam. Vnus præ cæteris & animo fortior, & ætate iu
uenior, & corpore validior. Lancilotus dicit perſuaſus perſuaſiſſimus ſine comparatiuo: vt Apricus a-
pricíſſimus, inclytus inclytiſſimus, iuriſconſultus iuriſconſultiſſimus, ſimplex ſimpliciſſimus, decorus
apud Apuleium de Magia, decoriſſimus, mediocris medioximus, comis comiſſimus, immeritus imme
ritiſſimus, inuitus inuitiſſimus: legi tamẽ inuitius. & (vt Seruius vult) perfectus, perfectiſſimus. At Ci
cero lib. 8. ad Atticum dixit, Illum eſſe perfectiorem volo. Rurſum ingens ingentior: raro ingentiſſi-
mus. Virg. O fama ingens ingentior armis. Vegetius ingentiſſimus dixit: ſed ita accipiunt docti, vt di-
cant illum malum Latinitatis authorem: nam gambas pro tibijs, & paruiſſimos fines dixit. Cõmu
nis communior, vix vnquam communiſſimus apud Latinitatis primipilos: remiſſus remiſſior tãtum,
vt ſalutaris ſalutarior, infinitus infinitior, opimus opimior, prauus prauior, vt quidam volũt: quos re-
fellit Taciti authoritas dicentis, Ea tempeſtate prauiſſimus mos. Longinquus lõginquior, propinquus
propinquior, multi addunt ſuperlatiuo carentibus. Plurima carent comparatiuo ſuperlatiuóque,
vt nauus, id eſt diligẽs: magnanimus, & ſimilia in imus. vulgaris, vnicus, duplex, ſummus, memor, agre
ſtis, fugitiuus: & adiectiua tertiæ in ſter, vt ſylueſter, &c. ſeruilis, nubilis, modicus, ficulnus, popul-
nus: & diminutiua, vt vetulus: & in tilis, vt verſatilis: & in bundus, vt vagabundus: & in inus, vt ca-
nabinus: & à fero & gero, vt letifer. Item tremulus & degener. Collegit hæc Lancilotus. Forſitan in
quibuſdam reperies contrarium. Sollicitus etiam ſollicitior facit ſine ſuperlatiuo, teſte eodem. Sueto-
Secundus. nius in Domit. Tempore ſuſpecti periculi ſollicitior. Secundus pro proſper plene cõparatur. Fal-
Properus. ſus falſiſſimus ſine comparatiuo, teſte Perotto. Properus propera properum, id eſt feſtinus, comparati
uo ſuperlatiuóque caret. Temperior, vel rectius temporior, id eſt tempeſtiuior, à tempus deductũ,
caret adiectiuo, poſitiuo, & ſuperlatiuo, & vix inuenies hoc nomen, ſed bene aduerbium temporius, id
Temporius. eſt opportune & feſtine. Columella lib. nono, Temporius ad officinam redeant. Ouidius 4. Metam.
Ocyor. -modò ſurgis heoo Temporius cælo, modò ſerius incidis vndis. Ocyor ocyſſimus, id eſt velo-
cior velociſſimus, poſitiuo carent: quia olzys vel ocys Græco, id eſt velox, Latini non vtũtur. Obno-
Habitior. xius obnoxior etiam ſuperlatiuum vix habet. Habitior, id eſt pinguior, & (vt vulgo dicitur) melius
diſpoſitus, carere dicitur poſitiuo & ſuperlatiuo. id videtur mihi refelli poſſe authoritate Gellij dicen-
tis libro 4. cap. vlt. Scipio Naſica & Marcus Pompilius, quum equitum cenſum agerent, equum ni-
mis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem eius huberrimum & habitiſſimum viderunt. Et cur (in-
quiunt) ita eſt vt tu ſis q̃ equus curatior? quoniam (inquit) ego me curo: equũ Statius meus ſeruus.
Vltimus. Vlterior vltimus, primus eſſe poteſt. Virg. Tu ſanguinis vltimus author. Propior proximus. Fit
Proximior. proximus poſitiuus, & ſignificat propinquum: facítque comparatiuum proximior ſine ſuperlatiuo.
Vlpianus, Siquis proximior cogñatus naſceretur. Vegetius, Proximior dextra ſit, quæ plagã poſſit in-
ferre. Prior è duobus, primus è multis. id verum eſt, niſi prior ablatiuum regat. ſed de hoc in Syn-
taxi. Prius nomẽ putant dici barbare: id falſum: quia priora ſæpe legimus. ideo prius conſilium opti-
me dici opinor.

Vs ſi vocalis præeat, raró gradus exit,
More prius dicto. Tenuis non additur aptè.

Quando vocalis præcedit ſyllabam us poſitiuo,aut nunquam,aut raró comparatur more dicto, id eſt in or,& ſimus:vt idoneus,rubeus,cæruleus,arduus,id eſt altus & difficilis. Martial. Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores. Pius,qui parentes & deum colit. Induſtrius,diligens & ingenioſus. Induſtria,id eſt diligentia. Inglorius,id eſt ſine gloria & honore. Strenuus,velox & diligens. Incurius, id eſt negligens. Iniurius, faciens iniuriam . Ratio regulæ eſt: quia comparatiuus regulariter formatus, debet ſuperare poſitiuum vna ſyllaba: vt docti doctior. Regulariter dixi propter peior, maior, minor, iunior, (ſi à iuuenis fieri velimus) & plus. prior autem poſitiuo caret , vt diximus. Et quia i litera inter duas vocales efficitur conſonans vt maior, comparatiuus non ſuperaret poſitiuum, vt pijor:& ſi i non fieret conſonans vt ſuperaret,tunc eſſet cacophonon,id eſt mala ſonantia. Authores hanc grammaticorum rationem non ſemper cuſtodierunt : quia Varro aſſiduior dixit in ſecundo de re ruſtica . Suetonius in Galba, Mox vaſa ærea aſſiduiſſimi vſus conflauerit omnia. Cicero in libro de claris oratoribus ad Brutum etiam aſſiduiſſime dixit. Iuuenalis, Egregius cœnat meliúſque miſerrimus horum . id eſt magis egregie . Rufinus in Ioſepho, Nihil enim impius à Romanis paſſi ſunt, quàm ipſi ſe tractarunt. id eſt magis impie. Pacuuius, Mulier egregiiſſima forma, dixit. Plautus in Epidico,Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas,de illius ore fiũt ſordidæ. Lucilius, Villicus ſtrenuior ſi euaſeris. Gellius, Viros habuiſſe ſtrenuiſſimos. ſic Salluſtius & Cato. Salluſtius tamen putatur dixiſſe,Nam vt quiſque ſtrenuus ceciderat in bello:quia ſcilicet durum videbatur ſtrenuiſſimus. Gracchus in Tuberonem, Vt in me induſtrior ſis quàm in te. Cato, Antiquiorem animum inducent eſſe quàm innoxiorem. Idem, Idque perpetuius atque firmius repſit. Idem, Fugit maxima flagella perpetuiſſimo curriculo. Digeſtis, De legatis tertio. L. Nuntius,legitur exiguior. Pius Baptiſta idoneior dixit. Vtere parciſſimè inuentis. Pius pientiſſimus facit:& in ſacris piiſſimus. Curtius libro octauo, O fidiſſimi piiſſimique ciuium ac amicorum. Cicero tamē dicit piiſſimus male dici. verba eius ex 14. Antoniana hæc ſunt, Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris:& quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt,id eſt propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. (Tenuis) Alexander negauit inſcite comparari poſſe . Plinius, Tenuiora ferramenta reſtringi oleo mos eſt. Suetonius, Tenuiſſimo cuique & ignoto . Cicero libro tertio ad Atticum , Mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, quàm tuæ literæ. Et duodecimo ad Atticum, Quis enim tenuius dixit? Et in Officijs, Neque tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur. Idem ſæpe alibi vſurpauit. ſic Quintilianus tenuiora: ſic cæteri ferme omnes. Pinguis pinguior recte facit,quia u liqueſcit poſt g. Seneca epiſtola vigeſima dixit propnior. Cato arduius & arduiſſimo enuntiauit,teſte Priſciano. Plinius ſeptimo epiſt. Exiguiſſima legata. Cæterum meminerimus raris raró vtendum eſſe , præſertim ſi apud vetuſtiſſimos tantum reperiantur,quales ſunt Cato, Accius, Pacuuius, Ennius, Gracchus, Quadrigarius, &c. Quæ comparatiuos ſuperlatiuóſque more dicto non faciunt. vbi comparatione opus eſt,capiunt magis & maxime:vt Magis dubius,maxime dubius.

Arduus. Pius. Induſtrius. Inglorius. Strenuus. Incurius. Iniurius. Aſſiduior. Aſſiduiſſimus. Egregius. Impius. Egregiiſſima. Strenuior. Strenuiſſimus. Induſtrior. Innoxior. Perpetuiſſimus. Exiguior. Piiſſimus. Tenuior. Tenuiſſimus.

Grammaticæ Deſpauterianæ

LIBER V.

DE PRAETERITIS ET SVPINIS.

Compoſitum ſimpléxque modo flectuntur eodem.
Excipies quædam pòſt clarè notificanda.

Verbum compoſitæ figuræ coniungatur vt ſimplicis , & contrà: vt Sedeo ſedi , poſſideo poſſedi. Excipiuntur quædam: quia do eſt primæ coniugationis: reddo, addo, tertiæ . maneo manſi, immineo imminui . hæc & alia ſatis declarabuntur : ideo hic nolui ponere . Hic liber de præteritis & ſupinis tractabit: quia quæ à præſenti formantur, per analogiam, id eſt proportionem & ſimilitudinem verborum amo , doceo, lego, audio , ſatis noſcuntur . in præteritis & ſupinis maior eſt diuerſitas: ideo neceſſaria eſt amplior eorum tractatio. Coniugatio, eſt verborum per tempora declinatio. Supinum, eſt quod in um vel in u deſinens ſine caſu,verbi ſignificationem habet: vt Amatum amatu. Torrentinus dicit ideo ſupina dici,quia quum habeant vocem participij paſſiui: tamen ſupinantur,id eſt vertuntur in actiuam ſignificationem. De hoc videbis in Syntaxi.

A quoties mutatur in i,per e pono ſupina.
Demitur hinc do,go,ſapio,ſalio,ſtatuóque.

Si verbum compoſitum mutet a ſimplicis in i, ſupinum retinebit e: vt Facio, feci, factum: reficio, refeci, refectum. Excipiuntur verba in do: vt Cado, cecidi, caſum: recido, recidi, recaſum. Et in go: vt Ago, egi, actum: adigo, adegi, adactum. Et compoſita à ſapio, quia retinent i in ſupino: vt Deſipio, deſipui, deſipitum, &c. à ſalio, ſtatuo, quæ pro a in ſupino retinent u: vt Inſilio, inſilui, inſultum. Hoc etiam notatu dignum, & verba mutantia e in i, non perdunt e ſimplicis in præteritis & ſupinis: vt Emo, emi, emptum: redimo, redemi, redemptum. ſic ſedeo, inſideo, &c. Compoſita à teneo non habent e in præteritis, ſed ſupinis: vt continui contentum. Cædo & Lædo mutant diphthongum in i longum, quod retinent compoſita in præteritis & ſupinis.

Quum geminat ſimplex, compoſito tolle priorem:
Quam retinet do, ſto natum, ceu diſcere, poſco.
Pluria ſic olim, ceu nunc præcurro, repungo.

Quum ſimplex geminat principium præteriti, compoſitum non geminat: vt Mordeo momordi, remordeo remordi: Pello pepuli, compello compuli, &c. Excipe cõpoſita à do, ſto, diſco, poſco: quia ſemper geminant: vt Credo credidi, reſto reſtiti, ediſco edidici, repoſco repopoſci. ſic olim plura, vt omnia compoſita à curro, vt decucurri, &c. nunc ſolum præcurro geminat principium. Plautus in **Præcurro.** Sticho, Præcucurri vt nunntiarem nuntium exoptabilem. Idem, Ego hac præcucurri gratia ne te pater opprimeret imprudentem. Terentius in Hecyra, Vna illarũ interea propere præcucurrit. Aliquando non geminat. Liuius libro vigeſimo ab vrbe condita, Etſi fortunam præcurriſſent. Virgilius quarto AEneidos, Ecce feræ ſummo deiectæ vertice capræ
Decurrere iugis. Caper apud Priſcianum, Quum ei qui nos pupugit, talionem, id eſt vicem à nobis **Repungo.** redditam oſtendimus, repupugi dicimus. Supinum nunquam principium geminat.

Si ſit a præſenti, non deſinet eſſe ſupino.

Quoties præſenti fuerit a, non aberit ſupino, licet in præterito mutetur: vt Facio, feci, factum: fallo, fefelli, falſum.

Præteritis quæcunque carent, ſpoliabo ſupinis.

Quæcunque carent præteritis, etiam carent ſupinis: vt Polleo, gliſco, &c. Licet præteritorum & ſupinorum carentia pertineat ad ſequentem librum, tamẽ in hoc libro totam hanc rem abſoluam: quia id breuius & cõmodius fiet. nam cæteri carentia præteritis aut ſupinis ferme ſuis locis explicauere, & in defectiuis omnia repetiuerunt. id ego non faciam, quia breuitati & puerulorum vtilitati ſtudeo.

PRIMA CONIVGATIO.

Præteritis aui facit as, atumque ſupinis.

Verbum primæ coniugationis facit præteritum perfectum indicatiui modi à ſecunda perſona ſingularis numeri, indicatiui modi, præſentis tẽporis, ablata litera s, & addita ſyllaba ui. in ſupino mutat **AEquo.** ui in tum, vel tu: vt Amo amas, ama, amaui, amatum, amatu: æquo, æquaui, æquatum, id eſt æqualem **Ambulator.** facio. Valerius Maximus libro tertio, AEquauit Athenis Thraciã. ſic ambulo: vnde ambulatores, qui **Anteãbulo.** vrbem paſſim peragrant, vendendo viliſſimas merces dictis quibuſdam ſcurrilibus aucupando emptores. Anteambulo, anteambulonis, qui honoris gratia aliquem comitatur. **Albo.** Albo albas, album facio. **Libo.** Libo libas, id eſt guſto. Prælibo, prægusto. **AEſtuo.** AEſtuo, æſtuas, æſtuaui, æſtuatum. ſupinũ vix inuenitur: quia grammatici dicunt carere ſupino. Hieronymus tamen oſtendit habere: quia æſtuatus dixit in fine Eccleſiaſtici, In medio ignis nõ ſum æſtuatus. ſignificat ferueo & flagro. Itẽ fluctuo & agitor: vt Mare æſtuat. **Inſtauro.** Inſtauro, id eſt integro. **Reſtauro.** Reſtauro, idem, teſte Perotto & Calepino: qui negat inſtauro eſſe ab inſtar, ſed à ſtauro quod non eſt in vſu. Reſtauro pœne obſoleuit. tamen Lactantius vſus eſt, vt Calepinus docet in dictione Inſtauro. Et Iuſtinus lib. 2, Interea & Darius quum bellum reſtauraret, in ipſo apparatu decidit. Melius ergo inſtauro dicimus, q̃ reſtauro: licet ipſe in præfatione quarti libri Verſificatoriæ reſtauratione pro inſtauratione dixerim. Cæterum non cenſebo reſtauro barbare dici, vt Quintianus qui plura minus bene damnauit: inter quæ & rubeus, rubea, rubeũ, quod negat dici poſſe: quia ruber dicendum eſt: quem refellit Gellij authoritas dicentis libro ſecundo, cap. 26, Rufus e- **Rufus.** nim color & ruber nihil à vocabulo rubei differunt. Solinus, Colores duo ſunt, quos fingere non valet rubeus & candidus. nimis temerariè plærique iudicant. Siquis multa vocabula diſcipulis declarare voluerit, facile è Vocabularijs bonis excerpet, & pueris dictabit: vt Orbo, vacillo, fugo, titubo, obturo, migro, liquo, &c. quæ habent omnia aui, & atum. Excipiuntur pauca iam declaranda.

Excipe do dedit, atque datum; ſtetit atque ſtatum ſto:
Cuius compoſitum ſtitit atque ſtitum capit apte.

Do,dedi,datum:circundo,circundedi,circundatum. ſic peſſundo, vænundo, ſatiſdo. Sto,ſteti,ſtatũ. huius compoſita ſtiti & ſtitum faciunt,vt præſtiti præſtitum:inſto, inſtiti, inſtitum,non (vt inepti dicunt)inſteti. ſic barbare loquentes, Dominus decanus inſtetit pro licẽtia. Da ſyllaba corripitur vbicũque eſt prima ſyllaba in condeclineis à Do:vt Dabam,dare.ergo dic pœnultima breui peſſundabã, circundabam,&c.

Do. Do, id eſt dono. Item mitto: vt Do Petro ad te literas, id eſt mitto per Petrum. Idem dico:vt apud Virgilium,Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis. & Da aduerbia loci. Circundo, id eſt circumpono:vt Circundo ſaltus canibus. Vænundo,id eſt vendo:vt Ad quid perditio hæc?poterat enim vænũdari multo, & dari pauperibus. Peſſundo,id eſt calco vel opprimo. peſſum,id eſt ſub pedibus.& dicimus etiam do peſſum. Lucanus, -quàm celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit. Satiſdo,ſatiſfacio aut ſoluo.

Sto. Sto,erectus ſum. Item ſtat, manet,aut certum eſt. Virgilius,
Stat ſua cuique dies:breue & irreuocabile tempus
Omnibus eſt vitæ. Sto cõuentis.id eſt ſeruo pactum. Per me non ſtetit.id eſt non fuit cauſa cur minus fieret. Aſto,iuxtà ſto:Anteſto,excello:Abſto,longe ſto. Ouidius abſtit pro abſtitit,poſuit vndecimo Metam. Halcyone lachrymas,& quæ par admouet,abſtit. Reſto,ſuperſum vel relinquor. Virgilius ſecundo AEneidos,Quid iam miſero mihi denique reſtat? Propertius licenter reſtauit, dixit libro ſecundo,Nec ſi poſt ſtygias aliquid reſtauerit vndas. Præſto,præſtiti,præſtitũ,id eſt do. Plinius,Plura hic mihi præſtitit quàm parentes. Item excello. Valerius Max. lib.3, Omnes ciues nobilitate,pecunia,honoribúſque præſtaret. Idem lib.7, Authoritate & prudentia cæteros præſtans. hic per accuſatiuum dixit,quod Tullius per datiuum, Bona exiſtimatio diuitijs præſtat. Præſtat imperſonaliter, id eſt melius eſt. Idem, Nónne emori per virtutem præſtat,quàm vitam miſeram & inhoneſtam per dedecus amittere? In Iuſtiniani inſtitutionibus præſtauimus pro præſtitimus leges: neſcio an mendum ſit. Veriſimile eſt hæc omnia aui habuiſſe aliquando,& atum pœnultima longa in ſupino: nam Brutus præſtaturum dixit: & præſtatio non præſtitio in vſu eſt. Proſto, id eſt publice ſto cauſa lucri: vt Meretrix proſtat. Superſto, adhuc viuo. Conſto,id eſt ſimul ſto:non ſum inſtabilis,vel componor. Item conſtat,id eſt liquet. Quanti conſtat liber? Quanti emitur? Diſto, longe ſto, vel abſto, aut differo. Quantum diſtat hinc Roma? quingenta milia. Exto,emineo: Liber non extat.id eſt nuſquam inuenitur:vel ipſe perijt. Inſto,propè ſum:vt Paſcha inſtat. vel operam do pro re acquirẽda. Plautus, Poſcit,inſtat,vrget:non ſinit hominem quieſcere. Inſtitor,id eſt mercator. Catullus oſtẽdit præteritum inſtitit eſſe,non inſtetit, dicẽs,Inſtitit imperio deterioris heri. Obſto,reſto ſiue reſiſto. hinc Obſtaculum,id eſt impedimentum.

Dono lauo,laui,lotum,lautum atque lauatum.
Poto magis potum:iuui,iutúmque,iuuare.

Lauo. Lauo,laui,lotum,vel lautum,vel lauatum,ab eo quod olim dicebatur lauaui:& ſignificat rigo, vel aqua purgo,aut quouis humore purgo. Horatius, Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit. Terentius in Eunucho, Abeunt lauatum. Ouidius tertio Faſtorum, Sacra lauaturas mane petebat aquas. hinc lauatio apud Vitruuium ſæpicule legitur. Cicero ad Varronem,lib.9.epiſt. Faciam vt lauatio parata ſit.id eſt balneum. Lotum notiſſimum eſt. De lautum Tacitus de Germanis, Lauti cibum capiunt. id eſt loti. ſic Sulpitius, Facies ſit lauta manúſque. Lautus nomen,id eſt mundus, delicatus,elegans. hinc lautitia. Lautulæ lautularũ, id eſt thermæ. Lauo olim fuit tertiæ. Horat. Phœbe qui tanto lauis amne crines. Idem,Ora manúſque tua lauimus Feronia lympha. prima in lauimus correpta oſtendit ipſum eſſe præſentis temporis.

Poto. Poto,potaui,potatum,& ſæpius potum. vnde potor,potus, potio,poturus. Virgilius, Huc ipſi potum veniunt per prata iuuenci. Lucanus libro 5, Poturæ te Nile grues. Terentius autem in Phormione aliter dixit, Nam apud me potaturus eſt. Poto,id eſt bibo. ſed hoc proprie neceſſitatis eſt:illud luxuriæ. Potio, medicorum ſorbitiuncula eſt. Potus,aliorum. ſed hæ differẽtiæ non obſeruantur ſemper. Valerius Maximus lib.9, Cibo & potione infœlicem ſpiritum prorogant. Potus,pota, potum, id eſt ebrius, aut qui potauit. Ouidius, Occurrit nuper, viſa eſt mihi digna relatu
Pompa,ſeniem potũ pota trahebat anus. Capitur etiam paſſiue. Idem, Quo plus ſunt potæ,plus ſitiuntur aquæ. Compoſita huius verbi producunt pœnultimam:vt Epôto,id eſt ebibo. Compôto, id eſt ſimul poto. Compotor,qui cum alio ſolet potare. de hoc adagionem habemus, Odi memorem compotorem. id eſt garrulum qui fidos inter amicos aut in ſympoſio dicta foras eliminat.

Iuuo. Iuuo,iuui,iutũ. quod ſupinũ non eſt in vſu,ſed pro eo capimus adiutum,quod eſt ab adiuuo. lectũ eſt iuuaui. Manilius lib.3. eo vtitur:& Salluſtius in Iugurth. iuuaturũ. Iuuo,id eſt auxilium do. Virgil. Audẽtes fortuna iuuat. Item delecto. Idem, Non omnes arbuſta iuuant. Idem, Iuuat arua videre. Adiuuo,id eſt iuuo. Terẽtius, Fortes fortuna adiuuat. In præſenti pœnultima corripitur,quam præteritum & ſupinum producunt, Adiuui adiutum: vnde adiuto adiutas, frequentatiuum.

Præbet ui per itum cubo,cum ſono,ſiue crepare,

Et domo,ſiue tono,veto,cum plico.Nexo,xui,xum.
Præbet ui per ctum frico,cum ſeco:iunge necare.
Nulla ſupina creat mico,dans micui.Datur aui
Nonnullis.aui tantum dat ſupplico:ſicut
Omne plico verbum quod dat cum nomine iunctum.

Hæc ſeptẽ verba Cubo,ſono,crepo,domo,tono,veto,plico,faciunt per duas ſyllabas ui in præterito, & itum in ſupino:vt Cubo, cubui,cubitum:nexo facit nexui,nexum. Hæc tria verba Frico,ſeco,neco, faciunt ui per duas ſyllabas in præterito,& ctum præcedenti litera c ante t in ſupino:vt Frico,fricui,frictum:ſecui,ſectum:necui,nectũ. Mico micui facit abſque ſupino. Quædam ex dictis etiam dant aui in præterito:& ſimiliter quod facile conijcitur,atum in ſupino:vt Increpo,increpui vel increpaui: implico,implicui vel implicaui,implicitum vel implicatũ.ſic dimico dimicui,ſine ſupino:vt mico,micui:vel dimicaui,dimicatum.At ſupplico ſolum facit ſupplicaui,ſupplicatum, vt omne compoſitum à plico cum nomine:vt Duplico,duplicaui,duplicatum.Iam declarabo ſingula.

Cubo. Cubo,id eſt iaceo.compoſita corripiũt pœnultimam,niſi interponatur m.& ſic ſunt tertiæ cõiugationis:vt Incubo vel incumbo,&c.Ridenda eſt differentia barbarorum,Sanus eo cubitum:male ſanus vado cubatum.Cubo,cubitũ facit,& olim cubatũ.vnde cubatio,non cubitio dicimus.Plautus in Menæhmis,teſte Nebriſſenſi, per aui,accubaui dixit, Prandi,potaui,ſcortum accubaui. vulgo tamen litera habet accubui.Apuleius quoque ſexto Metam.Europen tauro ſupercubaſſe dixit.Hieronymus in Ezechiele capite decimooctauo,Quare mater tua leæna inter leones cubauit?ſic domatio,tonatio,&c. dicimus:nõ domitio,tonitio:& cõtrà domitus, domitor,&c.potius quàm domatus,domator,&c.Author Valla. Tibullus contra aliorum vſum libro quarto ait,Te duce nõ alias conuerſus terga domator.ſed redeo ad Cubo. Accubo vel accumbo,id eſt aſſideo vel adiaceo menſæ.Virgilius,Tu das epulis accumbere diuûm. Occubo vel occumbo, id eſt morior,regit datiuum.Virgilius,Neque adhuc crudelibus occubat vmbris.Idem,Seu verſare dolos,ſeu certæ occumbere morti. Procumbo vel procubo,id eſt cado.Virgilius,Procũbit humi bos.capitur pro mori. Concubo vel concumbo,id eſt cõdormio. hinc concubina. Decubo vel decumbo, id eſt deorſum cubo vel iaceo. Diſcumbo, non diſcubo,cibi capiendi gratia iaceo vel aſſideo. Recubo vel recumbo,id eſt cubo. Incubo vel incũbo, id eſt in aliquo vel ſuper aliquid iaceo.Virg.Incubuítque thoro,dixítque nouiſſima verba.Gallina incubat ouis.Incumbo etiam ſignificat operã do:vt Incumbo virtuti. Excubo nõ excumbo,id eſt vigilo & diligenter cuſtodio.hic excubitor & excubiæ. Supercubo non ſupercumbo,ſuper aliquid cubo. Secubo vel ſecumbo,id eſt ſeorſum aut ſolus cubo. Ouid.Cur toties viduo ſecubat illa thoro?

Succubo ſuccubas,incor.hinc ſuccubi,ſunt dæmones qui ſub ſpecie muliebri viris ſubijciũtur:vt Incubi,qui mulieres ineunt. Succumbo,id eſt ſubijcior & alicui ſubiungor.Virgilius, Forſitã huic vni potui ſuccumbere culpæ.

Sono. Sono ſonui ſonitum,& rariſſime ſonaui ſonatum.Manilius libro quinto Aſtronomicon, Aura per extremas reſonauit flebile ripas.Apuleius quinto Metam. Claſſicum perſonauit. Horatius,Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Sonum facere ſignificat. Compoſita pœnultimam corripiunt:vt Aſſono,ad aliquid ſono.Perſius,Reparabilis aſſonat echo. Cõſono,ſimul ſono aut concordo. Diſſono,diſcordo. Inſono & perſono,valde ſono. Reſono,ſonum reddo.Virgil.Reſonat clangoribus æther.

Crepo. Crepo,crepui,crepitum:raro crepaui crepatum,id eſt violentum ſonum facio.Ouidius,Et crepat in medijs laurus aduſta focis.Concrepo,idem. Terentius,Oſtium concrepuit. Etiam ſignat concordo: vt diſcrepo, diſcordo: cuius præteritum in aui fecit Cicero in libro tertio de Oratore, Nihil ſane ad rem pertinet ſiqua in re diſcrepauit ab Antonij diuiſione.Item Crepo,frangor ſignat:nam quod frangitur,crepat,id eſt violenter ſonat.Iudas crepuit medius.Capitur etiam pro defleo. Plautus,Qui crepat defunctum patrem. Increpo,ſonum facio.Ouidius,Abnuit Alcides,increpuitque lyra.Etiam cũ clamore arguo.Perſius,Si increpuit,ceſſas nugator.Increpaui bis legitur in Plauto,teſte Mancinello.

Crepitus,nomen quartæ,id eſt violentus ſonus:& proprie turpis ſonus ventris.

Domo. Domo,id eſt manſuetum facio:vt Domo ceruum.Et vinco:vt Domo hoſtem. Edomo,perdomo, idem:& pœnultimam corripit.Florus per regulam dixit,Copias eius domauerunt.

Tono. Tono,valde ſono,vel facio tonitru.olim habuit tonaui tonatum.vnde Horatius dixit,Intonata fluctibus.Fuit etiam tertiæ.Varro,Sonitus matris deûm tonimus tibi ſemiuiri. Cõpoſita pœnultimam corripiunt:vt Intono,pertono,valde tono:Cõtono,ſimul tono:Attono,ad aliquid tono.hinc Attonitus,id eſt turbatus,quaſi tonitru percuſſus.Virgilius,Talibus attonitus iuſſis.

Veto. Veto,vetui,vetitum:& aliquando vetaui,vetatum,id eſt prohibeo.Perſius,Veto quiſquam faxit oletum.Idem,Annuere his ſuperi vetuere,Iouémque morantur.Cicero,Nam me ad formoſas mater accedere vetuit.Perſius,Excepto ſiquid Maſuri rubrica vetauit. Scodrenſis legit in antiquis vt ait,Excepto ſiquid Maſuri rubrica notauit.vtcunque eſt,veto etiam vetaui habere monſtrat participiũ vetatus.

Papinius tertio Theb. -piget irrupiſſe volatum, Concilia,& cælo mentem inſertaſſe vetati.

Plico.

Plico,plicui,plicitum:& aliquando plicaui,plicatũ,id eſt contraho,& rugas facio. Plicatilis,quod plicatur. Plin. AEgyptij naues plicatiles humeris transferunt,quoties ad cataractas ventũ eſt. Compoſita pœnultimã corripiunt:vt Applico,id eſt adiungo. Explico,extendo & declaro. Implico,inuoluo, innecto. Virgil. Implicuitque comam læua.id eſt ſiniſtra manu. Cic. Rhet.2, Quòd in itinere tam familiariter ſe applicauerit. Pacuuius,Quæ te explicauiſti tam ærumnis obruta. In Vitruuio ſemper explicaui & explicatum inuenio:& in Cicerone ſæpiſſime. ideo his quatuor,Applico,implico,complico, explico,non verebor per aui & atum vti. Cicero in Piſonem,Criminibus infinitis implicata. In eundem,Familiaritate implicatus. Salluſt.4.hiſt. Implicatæ naues miniſteria prohibebant. Replico Calepinus dicit ſolum replicaui habere:vt Multiplico,triplico,& ſupplico,id eſt rogo humiliter,manus ſcilicet plicans. Ego credo etiam replicui replicitum recte dici:licet non occurrat teſtimonium. Papinius per ſyncopam replictæ pro replicitæ dicit quarto Sylu. Non ellychnia ſicca,non replictæ Bulborum tunicæ,nec oua tantum. Seneca epiſt.94, Recitator ingentem hiſtoriam attendit minutiſſimè ſcriptam,arctiſſimè plictam.

Nexo.

Nexo nexas,vel per tertiam nexo nexis,id eſt ligo vel necto.

Frico.

Frico,fricui,frictum:aliquando etiam fricaui,fricatum:quo iam parcè vti non erubeſcerem. Catullus in Egnatium,Et dens hibera defricatus vrina. Cicero lib.12.ad Atticũ,Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum. Plin. lib.8, Pantheras per carnes affricatas aconito venantur barbari. Celſus lib.6, Antè oleo perfricatus. Itaque non male dixit Macer,Vrticæ folijs reuocatur vulua fricata. Vitruuius ſemper fricata & fricatura & fricatum dicit. hinc fricatio. Iuuenalis, -ſi prurit frictus ocelli Angulus. Hinc frictio recte dicitur. Celſus lib.1,In ipſo quoque itinere frequẽs frictio. Plin. lib.23, Frictiones inhibeat oculorum. Compoſita habent pœnultimam correptam: Affrico,ad aliquid frico, cum datiuo. Plinius,Marathro herbæ ſeſe affricat. Confrico, ſimul frico. Defrico,deorſum frico.

Infrico,intus frico. Colum. Maxime prodent fuligo ex aheno vlceri infricata. Perfrico,totum frico. Idem lib.7, Nares perfricato,vt homines diſcant odorari. Plinius in prooemio,Perfricui faciem,nec tamen profeci. perfricui faciem aut frontem,id eſt pudorẽ expuli. Refrico,rurſus frico. vt Refrico deſyderium aut dolorem. id eſt rurſum acquiro,& quaſi reuoco.

Seco.

Seco,ſecui,ſectum. Virg.1.Georg. Via ſecta per ambas. fecit olim ſecaui,ſecatũ. Apuleius 1.Metam. Præſecata gula,dixit. melius tamẽ ſectio q̃ ſecatio dicim⁹,teſte Valla. Seco,id eſt ſcindo,findo,diuido. ponitur pro trãſeo. Virg. lib.6,Ille viã ſecat ad naues,ſocióſque reuiſit. Et pro ſequor. Idem lib.10, Quæ cuique eſt fortuna hodie quã quiſque ſecat ſpem. Sectio,id eſt conciſio. etiã eſt pars bonorum qua aliquis multatur. Sector,qui bona damnatorum in auctionibus emit vt poſtea eadem vendens multum lucretur. Compoſita pœnultimam corripiunt:vt Deſeco,abſcindo:diſſeco,diſcindo aut diuido:reſeco,amputo. ſic Inſeco,conſeco,proſeco,circunſeco,perſeco,interſeco,præſeco, ſubſeco,&c.

Neco.

Neco,necui,nectũ:vel necaui,necatum,id eſt quacũque re occido. Dicit cum Diomede Priſcianus, Necatus ferro:nectus,alia vi peremptus. ſed differentia ſæpe refringitur. Suet. in Tyberio,Hoſtes fame necauit. Cic. apud Macrobiũ Saturn. lib.4. cap.3, Flammã ex lignis viridib⁹ factam,atque ibi incluſum fumo necatum. fumo ablatiuus eſt teſte Macrobio. Valerius Maximus libro ſexto,Viros ſuos veneno necauerũt. ſic alibi ſæpe. Cicero,Veneno necatus. Quintil. Fame necatus,&c. Ennius,Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis. fit à nex,aut cõtrà. Eneco,pœnultima correpta,id eſt neco vel vexo. Terẽtius, Cur me enecas? Enectus, id eſt mortuus aut ferè mortuus. Cicero,Enectus ſiti Tantalus. Horatius, Bos eſt enectus arando. Liuius,Fame,frigore,ſqualore enecti ſunt. Interneco & perneco,id eſt neco.

Mico.

Mico micui,ſine ſupino,id eſt fulgeo,proprie cum motu vel tremore. vt Enſis micat,fulgur micat. Virg. Crebris micat ignibus æther. per ſimilitudinẽ capitur pro digitis ſortiri. Varro,Micandũ erit cũ Græco,vtrũ ego illius numerũ,ille meum ſequatur. Cicero eum virum bonũ appellat quicum poſſis in tenebris micare. Capitur pro moueri ac tremere. Virgilius de equo,Stare loco neſcit,micat auribus ac tremit artus. Ouid. Córque timore micat. id eſt ſalit & tremit. Cõpoſita pœnultimã corripiũt: vt Emico,id eſt effulgeo,emineo,appareo. Plaut. Ex oculis quaſi radij emicant ſolis. Virg. Emicat Euryalus. id eſt eminet vel exilit. hinc fit emicaturus. Seneca de cõſol. ad Albinã,Ad ſumma emicatur⁹. Intermico,inter vel in medio mico. Promico procul mico,& lõge iacio vel extẽdo. Næuius,Siquid loqui vis,nõ perdocere multa lõge promicanda oratio eſt. Dimico dimicui,ſine ſupino,id eſt pugno, quod re fit:Contendo autẽ,verbis. Naſo,Vitricus & gladijs & acuta dimicet haſta. Idẽ in 2. Eleg. Hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. dicitur etiã dimicaui dimicatũ. Suet. in Cæſare,Ne ancipiti quidẽ vnquam fortuna,præterquàm bis dimicauit. Titus Liuius lib.23, Iuſta quoque acie & collatis ſignis dimicatum eſt. Cicero in tertio de Oratore,Me ſemper ab omni contentione & dimicatione reuocaſti.

SECVNDA CONIVGATIO.

Præteritum per ui facit es:per itúmque ſupinum.

Habeo.

Verbum ſecundæ coniugationis facit præteritum à ſecunda perſona præſentis temporis, indicatiui modi,ſingularis numeri,mutãdo es in ui per diuiſas ſyllabas,& in ſupino facit tum:vt Habes,habui,

habitum, id eſt poſſideo & teneo. Item facio. Salluſt. Comitijs habitis conſules declarantur M. Tullius & C. Antonius. Itē tolero. Idem, Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur: multi eas grauius æquo habuere. Itē credo. Terent. Semper eius dicta atque habita eſt ſoror. Item habito. Plaut. Hæ ſunt ædes: hic habet. Plura multo ſignat, quibus ſuperſedeo. Compoſita mutant a breue in i breue: vt Redhibeo, adhibeo. Perhibeo, id eſt affirmo & dico. Prohibeo, id eſt veto. Inhibeo, veto ne in re cœpta procedas. Præbeo, præbui, præbitū, id eſt do. Debeo, debui, debitū, id eſt obligor. vtrunque dicitur eſſe ab habeo contractū. Dehabeo retinet a, & ſignificat nō habeo. Hieronymus ad Euſtochium, Ita ille moderatur vniuerſa, vt nemo quid poſtulet, nemo dehabeat.

Arceo. Arceo, arcui, arcitū, ſupinum in ſimplici rarum eſt: & ſignificat pello aut aduenire nō ſino. Virg. Hoſtes à mœnibus arcet. præteritum arcui in vſu eſt: licet quidā dixerint arceo carere præterito. Cic. in 11. Philippica, A progreſſu arcuit. Sillius lib. 1, Armauit clauſos ac portis arcuit hoſtē. ſimiliter apud Ouidium pluréſque leges. Arcitum ſupinū non eſt in vſu: neque inde participia arcitus & arciturus leguntur: ſed in vſu olim fuiſſe oſtendunt compoſita, coerceo, coercui, coercitum, &c. Supinum etiā fuit arctum. vnde nomen adhuc eſt arctus, arcta, arctum, id eſt ſtrictus: & frequentatiuū arcto, id eſt ſtringo: nam idem arceo aliquando ſignificat. Virgil. Teneras arcebant vincula palmas. Compoſita mutant a in e: vt Coerceo, coercui, coercitum, id eſt contineo & cohibeo. Aberceo, repello. Exerceo, ago. Quid operis exerces? Et moleſto vel fatigo. Terent. I ſane: ego te exercebo hodie vt dignus es. hinc exercitium, vel melius exercitatio à frequentatiuo exercito.

Terreo. Terreo, terrui, territum, id eſt timere facio. Exterreo, deterreo, perterreo, id eſt valde terreo. Pauca ſūt exempla habentium ſupina. Omnia verba ſecundæ deſinunt in eo: & nulla alia præter hæc primæ, beo, creo, ſcreo, meo, calceo, laqueo, nauſeo, enucleo: & duo quartæ, eo, queo.

Dat doceo doctum, teneo tentum, pateóque
Paſſum: ſic miſtum dat miſceo, torreo toſtum:
Cenſeo dat cenſum: careo caſſum, caritúmque.

Verba hic poſita præterita ſecundum regulam formant, ſupina contra regulam: vt Doceo docui doctum, &c.

Doceo. Doceo, id eſt doctrina imbuo. Edoceo, plane doceo. Perdoceo, perfecte doceo. Dedoceo, contrario modo doceo, docens alterum male docuiſſe.

Teneo. Teneo tenui tentum, id eſt apprehendo, detineo. Compoſita mutant e in i: vt Retineo retinui retentum. ſic Detineo, cōtineo, obtineo, id eſt acquiro. Suſtineo ſuſtinui ſuſtentum. vnde ſuſtento ſuſtentas, id eſt porto vel patior. Abſtineo abſtinui, ſupinum eſſet abſtentum, quod nuſquam inueni: & ſignificat tempero: & pœne idem quod contineo. Terentius, Non manum abſtines maſtigia? Abſtineo nullum video retinere ſupinum.

Pateo. Pateo patui paſſum, id eſt apertus ſum. Plaut. Ingredere tu, fores tandiu patent. Pateſco, aperio. Patefacio, id eſt aperio. Patens, ad tempus apertum. Patulum, quod ſemper patet: vt Patulæ aures. Patulico patulicas, id eſt patulus fio. Pando & patior etiam faciunt paſſum.

Miſceo. Miſceo miſcui miſtum per s, potius quàm mixtum per x, ſi doctis & vetuſtati credimus, id eſt confundo & perturbo: vt Miſceo aquam vino. Admiſceo, ad aliquid miſceo. Cōmiſceo, ſimul miſceo. Emiſceo, id eſt miſceo. Immiſceo, intus miſceo. Intermiſceo, in medio miſceo. Permiſceo, valde miſceo. Promiſceo, idem. hinc promiſcuus, promiſcua, promiſcuū. Miſtarius, vas in quo aqua cōtinetur vino miſcenda. Lucil. Vrceus aut gemina longus miſtarius anſa. Miſcellum, columbæ genus medium inter agreſte & domeſticum. Miſcellaneus, miſcellanea, miſcellaneum, id eſt varius & è multis commiſtus: vt Miſcellanea doctrina, apud Gellium. & Miſcellanea, libri ſunt in quibus de rebus multum diuerſis tractatur: vt Politiani centuriæ.

Torreo. Torreo torrui toſtum, id eſt vro, cremo, aſſo. Virg. Pinguiáque in veribus torrebimus exta columis. ſignificat etiam vertere & miſcere. Lucan. Ingētes tato torrente ruinas. Torreſco, id eſt torridus, hoc eſt ſiccus aut aridus fio. inde retorreſco. Torrefacio, comburo, coquo, & multum calefacio.

Cenſeo. Cenſeo cēſum, id eſt iudico vel exiſtimo. Cenſor, iudex morum. Cenſura, iudicium. Iuuen. Dat veniā coruis, vexat cenſura columbas. Succēſeo, iraſcor. Terent. Adoleſcēti nihil eſt quod ſuccenſeā. Recenſeo, recognoſco, & ſummam totius populi per numeros colligo. hinc recenſus, recenſus, recēſui: & recenſio, id eſt recognitio. Suet. in Cæſare, Recenſum populi vicatim per dominos inſularum egit. Recenſitum non eſt à recenſeo, ſed à verbo antiquo quartæ recenſio recenſis recenſire, quod ſignificat recenſum agere: vt docet Valla Placentinus. & Cenſio cenſis cenſire, idem. Cic. pro Archia, Cum eodem quæſtore fuiſſe in Aſia, primis Iulio & Craſſo nullam populi partē eſſe cenſitam. Claud. lib. 2. in Eutropium, Priſca recenſitis euoluite ſecula faſtis. In lib. Num. Recenſiti ſunt à viginti annis omnes qui poterant ad bellum procedere. De Cēſeo pro pueris hæc ſufficiunt: plura de hoc apud iuriſconſultos leguntur.

Careo. Careo carui caritum, ſecundum regulam, & contra regulam caſſum. ſic multi grammatici dicunt.

A caritum eſt participium cariturus. Iuuen. Cariturus turture magno. A caſſum eſt participium caſſus, id eſt carens, orbus vel vacuus. Virgil. Nunc caſſum lumine lugent. Priſcianus videtur magis aſtipulari ijs qui dicunt careo ſolum habere caritum: & caſſus non magis quàm vacuus participium eſſe, ſed nomen. hæc ſententia videtur mihi probabilior. Careo, id eſt non habeo aut priuor. Ouidius, Morte carent animæ. Tullius, Carere debet omni vitio qui in alterum paratus eſt dicere.

Polleo præterito caret: & vix nideo donat.

Polleo caret præterito, quod Nideo vix habet: Calepinus autem dicit eſſe nidui, ſed non eſt in vſu. Quia carent hæc præteritis, etiam ſupinis carebunt: vt dictum eſt. Carebunt etiã omnibus quæ à præteritis formari ſolent: vt tam, ſem, rim, ro, ſſe: quia deficiente cauſa deficit effectus. hoc in ſequentibus declaretur diligẽter: quia raro repetam. Polleo, id eſt poſſum, valeo. Cato, Ingenio pollet cui vim natũra negauit. Cõpoſita ſunt Præpolleo, præualeo: Repolleo, reualeo: AEquipolleo, æquiualeo. Pollẽtia, id eſt potentia. Plautus in Rudente, Nec ineptorum potior ſit pollentia. Etiam putabatur eſſe dea potentiæ. & fuit vrbs quædam. Nideo & renideo, id eſt ſplẽdeo. Papin. lib. 10. Theb. Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident. Item redoleo. vnde nidor, id eſt odor rei vſtulatæ vel aſſatæ. Virg. lib. 12, -illi ingẽs barba reluxit, Nidorémque ambuſta dedit. Martialis, Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. Iuuen. Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ. Polleo. Nideo.

Quod dat ui neutrum, timeóque, carento ſupinis.
Tolle valet, noceo, placeo, doleo, taceóque,
Paret, olet, careo, pateo, lateo, calet, & li.

Verbum neutri generis ſecundæ coniugationis faciens præteritum per ui diuerſas ſyllabas, cum vnico actiuo timeo, caret ſupino: vt Splendeo ſplendui. ergo carent à ſupinis formãdis eiuſmodi verba: vt ſunt participia præteriti temporis & futuri in rus: & verbalia in io. &c. ergo timeor non habet præteritum perfectum indicatiui modi, &c. Maxima pars verborum ſecundæ coniugationis ad hanc regulam pertinet: ideo multa hic ſubieci quæ omnia in præterito ui habent ſine ſupino.

Madeo, humidus & madidus ſum. Lucan. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Permadeo, totus madeo: vt Permadeo ſudore. Madeo.

Studeo, teſte Diomede, ſupino caret: licet quidam iam ſtuditum habere velint: inter quos eſt Torrentinus cum Calepino. Ego non auſim vti, niſi ex veteribus probetur. Donatus in ſecunda editione dicit Studeo eſſe verbum integrum: ſed participium futuri temporis ſtuditurus nõ eſſe in vſu. Studeo, id eſt ſtudioſus ſum, & operam impendo: vt Studeo grammaticæ, ſtudeo lectioni, cum datiuo. Studeo.

Surdeo ſurdes ſurdui, id eſt ſurdus ſum. Surdeſco, ſurdus fio. Obſurdeſco, id eſt inobœdiens ſum: vt Nequam diſcipulus præceptoris monitis obſurdeſcit. Surdeo.

Sordeo, id eſt ſordidus & immundus ſum & vilis. Virgilius, Sordent tibi munera noſtra. Sordeo.

Candeo, id eſt ſplendidus & candidus ſum. Proprie ignis & res ignita dicitur candere: vt Candens carbo, candens ferrum. Candor, eſt ſplendor, & virtus contraria inuidiæ. hinc Candidus, minime inuidus. Splendeo, id eſt lumen emitto. Excandeo vel incandeo, id eſt valde candeo. & capiuntur pro vehementer iraſci: vt Magiſter hoc audito non parum excanduit. Excandeſco, iratus fio. Candeo. Splendeo.

Frendeo, ex indignatione dentes concutio. Pſalmographus, Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Lectum etiam per tertiam frendo, frendis. Frendeo.

Frondeo, id eſt frondes emitto. Virgilius, Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus. Frondeo.

Egeo egui, id eſt eo quod oporteret habere, careo. Indigeo, idem. Indigus & egenus, qui eget. Egeſtas & indigentia, id eſt defectus, paupertas. Egeo.

Rigeo rigui, id eſt durus ſum: vt Veſtis riget gelu. Rigor, duritia. Rigidus, durus. Rigeo.

Vigeo vigui, vim habeo, vel fortis ſum. Tullius, Vigebat in ea domo patrius mos atque diſciplina. Vigor, id eſt vis & fortitudo. Virgilius, Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo. ollis, id eſt illis. Langueo langui, id eſt debilis ſum. Languor, id eſt debilitas, infirmitas, ægrotatio. Vigeo. Langueo.

Calleo, gemino ll, id eſt callidus ſum, & optime intelligo. Terentius, Eius ingenium pulchrè calleo. Etiam ſignificat durus ſum. Callus, id eſt durities in corpore. Occalleo, idem. Plinius, Longa patientia occallui. Calleo.

Palleo pallui, pallidus ſum, parum albeo. Ouidius, Palleat omnis amans. Expalleo, valde palleo. Palleo.

Coaleo coalui, id eſt cohæreo, concreſco. Coaleo.

Sileo, ſine ſono ſum. Virgilius, Silet arduus æther. Hinc ſilentium. Sileo.

Vileo, id eſt vilis ſum, parum æſtimor. Vileo.

Liqueo, liquidus ſum, id eſt liqueſco. id magis in vſu eſt. vt Butyrum ſuper ignem liquet vel liqueſcit. Cæra liqueſcit calore. Deliqueo & deliqueſco, id eſt valde liqueſco. Ouid. Deliquit, ſtagnúmque ſuo de nomine fecit. Liqueo.

Albeo, albus ſum. Rubeo, ruber ſum. Erubeo, id eſt vereor. ſic Nigreo, vireo, &c. Albeo.

Tabeo, conſumor & pereo. Intabeo, contabeo, idem. Rubeo. Tabeo.

Hebeo. Aceo. Hebeo,hebes ſum. Aceo,acidus ſum.inde Hebeſco, Aceſco.

Iaceo. Iaceo iacui,notum eſt. capitur pro contemnor.vt Pauper vbique iacet.

Marceo. Marceo,id eſt putreo,pereo.Senec.Marcet ſine aduerſario virtus.hinc Marceſco,marcidus fio.

Flacceo. Fameo. Flacceo,id eſt lãgueo. Flacceſco,flaccidus fio. Fameo,eſurio,famelicus ſum.hinc fameſco:vt à flammeo,id eſt ardeo,flammeſco.

Tumeo. Tumeo,id eſt eleuor,inflor,ſuperbio.hinc Tumidus,inflatus. Tumor,inflatio.

Plumeo. Plumeo,id eſt plumas habeo vel acquiro.hinc plumeſco.

Caneo. Caneo,albos crines habeo. Caneſco,canus fio. Ager etiam canêre dicitur.

Vaneo. Vaneo,vanus ſum.Euaneo,id eſt pereo,aut è conſpectu abeo. Virgil.Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Euanidus euanida euanidum,quod facile euaneſcit.

Seneo. Seneo,ſum ſenex,ſed magis in vſu eſt ſeneſco. Ouidius, Tacitiſque ſeneſcimus annis.

Tepeo. Tepeo,id eſt tepidus ſum,nec plane calidus nec frigidus. Hinc tepeſco:vt à torpeo,id eſt languidus aut piger ſum,torpeſco.& nomen torpor,id eſt ignauia.

Stupeo. Stupeo,id eſt miror,& alienationem ſenſuum patior.hinc Stupeſco,ſtupor,ſtupidus,obſtupeo,obſtupeſco.

Areo. Clareo. Floreo. Areo,id eſt aridus & ſiccus ſum. Clareo,clarus ſum. Floreo,flores profero.

Horreo. Horreo,id eſt tremo,vel mẽte turbor. hinc Horror,horridus,abhorreo,obhorreo,inhorreo,horreſco. Virgil. Animus meminiſſe horret. Idem, Horreſco referens. Cicero, Quem vt vidi, equidem cohorrui. Naſo, Nauita ſollicitus ventos exhorret iniquos. id eſt timet.

Scateo. Scateo,id eſt ebullio vel exilio:vt Aqua ſcatet in fonte. Scaturio ſcaturis ſcaturire,idem.

Niteo. Niteo nitui,id eſt ſplendeo. Nitor,ſplendor. Nitidus,ſplendidus. Sulpitius nõ recte dicit carere præterito. Gellius lib. 11, Præ cæteris omnibus enituit & præfulſit decori honeſti dignitas. Habent omnia ui,per vnicam regulam Quod dat ui neutrum,quæ eſt exceptio à regula Præteritum per ui facit es, er itúmque ſupinum.

Timeo. Timeo timui,ſine ſupino,id eſt metuo.hinc Pertimeo,pertimeſco,prætimeo,&c.

Pertineo. Pertineo pertinui,ſine ſupino.quia neutrum eſt,licet ab actiuo formetur teneo.

Valeo. TOLLE VALET, NOCEO,&c. Pauca neutra,quorum præterita per ui diuiſas ſyllabas fiunt, ſupina retinent:vt Valeo valui valitum,id eſt poſſum,validus & ſanus ſum:vt Nõ valeo dicere. valeo recte. Item recedo.tamen non dices Valeo Romam,aut quid ſimile:ſed cum nolis cuiuſpiam familiaritate aut colloquio,&c.frui amplius,loquèris cum Terentio, Valeant qui inter nos diſſidium volunt. id eſt abeant,nullum nobis ſit cum illis commercium,&c. Valetudo capitur tam pro ægrotatione quàm pro ſanitate : & dicimus Bona valetudo,mala valetudo. Valetudinarius, qui frequenter ægrotat:valiturus dixit Cicero,teſte Priſciano.

Noceo. Noceo nocui nocitum,id eſt malum infero. Nunquam nocui tibi.

Placeo. Placeo placui placitum,gratus ſum. Perplaceo,valde placeo. Complaceo,ſimul placeo. Diſpliceo,id eſt non placeo. hoc mutat a in i breuem. Seneca, Argumentum eſt recti,malis diſplicere. Leges placitus ſum,pro placui.

Doleo. Doleo,dolui,dolitũ,triſtis ſum. Dolíturus apud Ouidiũ eſt. Doleo vicẽ tuam,id eſt infortuniũ tuũ.

Taceo. Taceo,tacui,tacitum,non loquor. ponitur aliquando actiue:vt Taceo hanc rem. Cato, Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere. Compoſita mutant a in i breuem: vt Reticeo, obticeo,conticeo : vnde conticeſco,id eſt taceo. Virgil. Conticuere omnes. Ex hoc patet amauere & amauerunt, ſimiliáque apud Latinos nihil differre:vt bene hoc contra quoſdam docuit Quintilianus qui voluerunt amauere eſſe dualis numeri.

Lateo. Lateo,abſcondor,non compareo. Latet me,id eſt neſcio,ſupinum eſſe latitum videtur probare frequentatiuum latito latitas,id eſt lateo. Deliteo delitui,deliteſco deliteſcis,id eſt lateo.ſed deliteo caret ſupino vt reliqua neutra.

Pareo. Pareo,parui,paritum, obœdio. Seneca, Deo parere libertas eſt. Etiam ſignificat noſci. Virgilius, Cui pecudum fibræ,cæli cui ſydera parent. Appareo,videor, manifeſtus ſum. Naſo, Quæ nimis apparent retia vitat auis.item Appareo, id eſt paratus ſum,ſto ad obſequendum. Hinc Apparitores,ſunt magiſtratuum miniſtri qui apparent & præſto ſunt ad obſequium. Cicero in Verrem,actione 5, Tuus apparitor parua mercede populi conductus. Apparitura,eſt apparitoris miniſterium. Compareo, id eſt appareo. In Geneſi, Puer non comparet. Diſpareo,id eſt euaneſco,ex conſpectu abeo. Petrus repente diſparuit.

Caleo. Caleo,calui, calitum: quia inde caliturus legitur,id eſt calidus ſum. Ouid. Calituras ignibus aras. Oleo patebit,& licet licuit licitum cum liceo & liceor. Soleo ſolui fecit,nunc ſolitus ſum: de quo & pluribus in ſequentibus doceberis plené.

Dant di,ſum,prandet,videt,& ſedet.at geminabit
S ſeſſum.ſtridet ſtridi facit abſque ſupino.

Prandeo dat prandi pranſum, Video vidi viſum, Sedeo ſedi ſeſſum, gemino ſſ. Strideo ſtridi, abſque ſupino. Priſcianus vult etiam ſtridui habere: ſed non eſt in vſu. Prandeo facit etiam pranſus ſum: quia eſt neutropaſſiuum: vt gaudeo gauiſum, in ſupino: & gauiſus ſum, in præterito. Audeo auſum auſus ſum, Moereo moeſtus ſum. de quibus in ſequenti libro agemus.

Prandeo, prandiũ ſumo, vel ante meridiẽ cibum ſumo. & ponitur ſimpliciter pro comedo. Horatius, Prandeo.
Si pranderet holus patienter, regibus vti
Nollet Ariſtippus. Plautus, Prandi, potaui, ſcortum accubaui. Cicero lib. 6. epiſt. ad Curium, Scito neminem prandiſſe. Diminutiuum à prandium eſt prandiolum & prandiculum, id eſt ientaculum.

Video notum eſt. Compoſita corripiũt i: vt Præuideo, antè video. Prouideo, in futurum paro. vt Video.
Satis mihi prouidi. hinc prouidus & prouiſio. Inuideo, id eſt de bonis alterius doleo. & dicitur quaſi non libenter video. vt Inuideo tibi ſciẽtiam. id eſt doleo te ſcire. hinc inuidus, inuidia, &c. & Inuidioſus, cui inuidetur.

Sedeo notum eſt. Sedet animo, id eſt placet. Compoſita mutant e in i breuem omnia præter ſuper- Sedeo.
ſedeo, id eſt ceſſo, cum ablatiuo. Plautus, Superſede iſtis rebus. Aſſideo, iuxta ſedeo. Idem, Date iſti ſellam vt aſſideat. Etiam eſt ſimilem eſſe. Horatius,
Parcus ob hæredis curam, nimiúmque ſeuerus
Aſſidet inſano. Deſideo, id eſt deorſum ſedeo & torpeo. hinc deſes. Præſideo, id eſt præſum. vt Præſideo ſcholæ vel vrbi. hinc præſes. Diſſideo, id eſt diſſentio vel diſcordo: vt Hic diſſidet à me capitali odio. Diſſidiũ, diſcordia. Inſideo, in aliquo vel ſuper aliquid ſedeo. vt Inſideo equo. Obſideo, circũdo. Lucanus, Saturum tamen obſidet hoſtem. Rex obſidet vrbem. Obſidio obſidionis, id eſt obſeſſio. Ouid. Fecerat obſidio iam diuturna famem. Omnia in præterito retinent e longum: vt obſedi, præſedi.

Strideo, facio ſtridorem, id eſt ſonum violentum. vt Currus non linitus ſtridet. Dicitur etiã per ter- Strideo.
tiam ſtrido, ſtridis, &c. Ennius præterito vtitur, Miſſáque per pectus, dum tranſit, ſtriderat haſta.

Di ſum præterito geminato mordeo donat,
Vt pendet, ſpondet, tondet. Donat veo vi tum.
Dic fautum, cautum. Veo neutra carento ſupinis.

Quatuor verba dant di & ſum, geminato principio præteriti: vt Mordeo momordi morſum, pẽdeo pependi penſum, ſpondeo ſpopondi ſine ſ in ſecunda ſyllaba, ſponſum: tondeo totondi tonſum. Veteres in præteritis his in prima ſyllaba pro quarta vocali ponebant ſecundam: vt Memordi, ſpepondi, tetondi, vt probat Gellius libro ſeptimo, capitulo nono: vbi teſtimonia ſiquis deſyderet, facile repererit.

Compoſita nõ geminant principium præteriti per regulam generalem prius dictam: Remordeo re-
mordi, reſpondeo reſpondi. Apud veteres geminabant. Varro, Detotonderat forcipibus. Ennius, Deto- Detotondit.
tondit agros lætos, atque oppida cepit. Plautus in Aulul. teſte Gellio, Vt admemordit hominem. vbi e pro o poſuit. Idem in Tigre apud Gellium præmorſiſſet dixit. ideo olim mordeo morſi dixere: vt rideo, riſi. Verba Plauti ſunt, Niſi fugiſſem, medium credo præmorſiſſet.

Mordeo, id eſt dentibus lædo. capitur pro lædo. Terentius, Par pari referto quod eam mordeat. Mor Mordeo.
dicus, id eſt mordẽdo. Plautus, Iandudum oportuit naſum ademptum mordicus. Item mordeo, id eſt detraho, pungo, carpo, reprehendo. Mordax, qui multũ carpit. Admordeo, valde mordeo. Demordeo, morſu decerpo. Immordeo, morſũ infligo. Obmordeo, circũmordeo. Præmordeo, antè mordeo. Remordeo, crucio, ſollicito. Virgil. Quando hæc te cura remordet. In ſacris, Dum vox vitam non remordet, dulcis eſt ſymphonia. Remordeo item, id eſt iterum mordeo à quo læſus eram.

Pendeo, id eſt ſuſpenſus ſum: vt Toga pẽdet, Fur pendet. Capitur pro ſollicitus ſum. Virgilius, Dũ Pendeo.
conſulta petis, noſtróque in limine pẽdes. Et dubito. Seneca, Pendet animus, & in diuerſa trahitur.
Et ceſſo. Virgilius, -pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes. Compoſita ſunt Appendeo, dependeo, impendeo, ſuſpendeo. Impẽdeo, id eſt ſuper aliquid pendeo, & inſto: vt Mors impendet omnibus. Cicero, Magnum bellum impendet à Parthis. Pendo actiuum eſt: vt Pendo togam vel furem. de hoc in tertia coniugatione.

Spondeo, id eſt promitto. Deſpõdeo, id eſt in matrimonium promitto. Terentius, Placuit, deſpõ- Spondeo.
di. Etiam ſignificat deuouere, id eſt valde promittere ſe nolle aliquam rem amplius. Plautus, Pater eius poſtquam puerum perdidit, animũ deſpondit. id eſt amplius viuere noluit. Plinius, Quæſo Hercule animum ne deſpondeas. Columel. Quàm probabilis ratio eſt in ſocordiam compelli: quia deſpõderis ſapientiam. Reſpondeo, ad interrogata ſermonem reddo. Iuuenalis, Nil mihi reſpondes: aut dic, aut accipe calcem. Etiam eſt conſentio & ſatiſfacio: vt Fac verbis facta reſpondeant.

Tondeo, crines aut lanam ſeco forcipe. Virgilius, Cinnyphij tondent hirci. id eſt tondentur, actiuũ Tondeo.
pro paſſiuo. Etiã ponitur ſimpliciter tondeo pro carpo aut ſeco: vt Bos tondet gramina. hinc tõſor, qui barbarè dicitur barbitonſor. Tonſorius tonſoria tonſoriũ, ad tonſorem pertinens: vt Culter tõſorius, id eſt nouacula. Tonſtrina, id eſt domus tonſoris. Tonſæ tonſarũ, id eſt remi, à fluctibus cir-

cuncidendis . Sillius libro 14, Mergebat gurgite tonſas. Attondeo, perfectè tondeo. Detondeo, à ſummo vſque deorſum tondeo.

DONAT VEO VI TVM. Verbum deſinens in ueo, facit præteritum in ui ſyllabam, quam ſupinum, in tum mutat: vt Moueo moui motum, foueo foui fotum, voueo voui votum. Duo irregulariter ſupina faciūt, Faueo faui fautum, caueo caui cautum. Difficulter inuenies plura in ueo quibus aſſunt ſupina. nam reliqua neutri generis ſunt, & carent ſupinis omnia: vt Liueo liui, ferueo ferui. pro quo dicitur etiam ferbeo ferbui.

Conniueo. Conniueo conniui. Craſſus in Iliade, Nā conniui ego oculos deinde ſopore. Vel cōnixi. Turpillus, Dū ego connixi ſopno, hic ſibi proſpexit vigilans. Supinū fuit connictum: ſed non eſt in vſu. ſimplex fuit niueo nixi nictum: vnde hodie manet frequentatiuum nicto nictas nictare, & nomē nictus: vt In nictu oculi, melius, quàm in ictu, teſte Laurentio Valla. De hoc verbo habete hunc verſum,

Conniuet ui, xíque dabit, nullúmque ſupinum.

Moueo. Moueo, de loco in locum muto. Terent. Moue te ocyus nutrix. Moueo caſtra, id eſt duco exercitū in alium locum. Capitur pro induco: vt Quid te mouit ad hoc agendum? Ipſe mouit quæſtionem, mouit litem. Admoueo, id eſt adduco vel applico: vt Admoueo ori manū. Amoueo, dimoueo, remoueo, ſubmoueo, id eſt aufero. Dij te ſubmoueant. Hoc etiam ſummoueo rectiſſime dicitur.

Foueo. Foueo, calefacio, lenio, nutrio. Gallina fouet oua, mater infantem, medicus vulnus.

Voueo. Voueo, religioſe promitto. Salomon, Siquid vouiſti deo, ne moreris reddere. Votum, promiſſio & deſyderium: vt Cōpos voti. Deuoueo, id eſt per votum do vel reſigno: vt Hic deo ſe deuouit. Item deſtino: vt Deuotus morti. Lucan. Vidit & ad certam deuotos tendere mortem. Etiam ſignificat vouendo dimitto: vt Tu, credo, deuouiſti virtutem. Ouidius,

Quantuis interdum, quæ me luſiſſe recordor,
Carmina deuoueo, Pieridéſque meas:
Quum bene deuoui, nequeo tamen eſſe ſine illis.

Item deuoueo, mala promitto vel opto. Idem, Deuoueo capiti triſtia bella tuo. Cōpoſita à moueo, foueo, voueo, corripiunt mo, fo, & vo, in præſenti indicatiui, & inde formatis. Producunt autem in præterito perfecto indicatiui & ab illo formatis.

Faueo. Faueo, bene alicui opto: vt Suis quiſque fauet. hinc Fauſtus, fœlix, cui ſuperi fauere videntur. Fautor, amicus qui fauet.

Caueo. Caueo, id eſt prouideo: vt Capiti tuo caueo. Item fugio ac vito cum accuſatiuo. Iuuen. Cōuiuam caueo qui me ſibi cōparat. Cautus, qui ſcit ſibi cauere. Incautus, qui cauere neſcit. Cautio, id eſt prouidentia, & (vt vulgus cum Apuleio loquitur) cautela. Cautio eſt, & Cautione opus eſt, id eſt prouidendum eſt. Cautum eſt, id eſt prouiſum eſt: vt Lege cautum eſt nequis adulteretur. Præcaueo præcaues, correpta ſyllaba ca, id eſt diligenter caueo. Terent. Hoc tempus præcauere mihi me monet.

Paueo. Paueo paui, ſine ſupino, id eſt timeo. Pauidus, timidus. Pauor, timor. Expaueo, valde paueo. Expaueſco, &c.

Flaueo. Flaueo flauus ſum, id eſt eius coloris cuius eſt cera, aurū, & matura ſeges. hinc Flaueſco flauus fio.

Liueo. Liueo liuidus ſum, id eſt ſordidus & niger, atque etiam inuidus. Ouidius, Liuent rubigine dentes. Liuor, id eſt inuidia. Lucan. Liuor edax tibi cuncta negat.

Aueo. Aueo, id eſt cupio. Cicero, Quid actum ſit, aueo ſcire. Auidus, id eſt cupidus.

Ferueo. Ferueo vel Ferbeo, id eſt valde caleo & fluctuo, vel æſtuo. & dicitur etiam per tertiam feruo. Aqua calida feruet. id eſt bullit. Item iraſcor & diligens ſum: vt Feruet opus. id eſt diligenter procedit.

Deferueo, id eſt torpeo, feruorē amitto. Gellius, Interea puer venerat, & olla deferbuerat. Efferueo, id eſt effluo: vt Ceruiſia non efferuebit. Virgilius, Feruere cæde noua. hoc à feruo eſt.

Conniueo. Conniueo, id eſt claudo oculos. Item conſentio. Perſius, Væh niſi conniues. Item Cōniueo, id eſt diſſimulo me ſcelera cuiuſquam cognoſcere. vulgo per digitos videre dicitur. Cicero in Philip. Quibuſdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cælio, Proh dij immortales, cur interdum conniuetis in hominum ſceleribus maximis? Item conniuere apud Gellium pro ſtipari, claudi, & cōtrahi capitur. Gellius lib. 15, Conniuere caua ventris & ſtomachi. ſed redeo ad primum ſignificatum. Plinius lib. 11, Grauiores alitum inferiore gena conniuent. Idem, Columbæ & ſimilia vtraque gena conniuent. Nota gena ſingulariter contra grammaticos. De conniuo tertiæ. Caluus, Cum grauis ingenti conniuere pupula ſopno. frequentius eſt ſecundæ.

Dant quoque ui, tum, flet, plet, delet, net, ciet: adde
Cum viet, ortum oleo: ſed vult adoleuit adultum.
Do ſimplex oleo per ui, mage nata per eui.

Sunt adhuc pauca ſecundæ coniugationis verba facientia præterita per ui ſyllabam: ſupina verò per tum, mutata ui in tum: vt Fleo fleui fletum, &c. Pleo non eſt in vſu, ſed bene cōpoſita: vt compleo, impleo, &c. Compoſita ab oleo ſæpius habent eui, etum: vt aboleo aboleui aboletum, &c. ſimplex facit libentius ui per duas ſyllabas, & itum in ſupino: tamen ſimplex etiam habet eui etum, & compoſita aliquando ui itum. adoleo autem facit adoleui adultum.

Fleo.

Fleo, id eſt lachrymor: ponitur pro defleo, id eſt lugeo, actiue: vt Fleo vel defleo matrem. Boet. Fleuit amiſſos Ithacus ſodales. Ithacus, id eſt Vlyſſes Ithacẽſis. Effleo, flẽdo corrũpo. Petrus effleuit oculos.

Pleo.

Pleo, id eſt plenum facio: non eſt ſimplex in vſu. Impleo, cõpleo, repleo, idem. Depleo, id eſt euacuo. Papinius, Tu modo ſi veteres digno defleuimus hauſtu,
Da fontes mihi Phœbe nouos. Expleo, id eſt impleo. Terent. Expleam animum gaudio. Quandoque ſignificat euacuo. Ennius, Nauibus explebant ſeſe, terráſque replebant. Oppleo, id eſt impleo. Terent. Mulier lachrymis opplet os totum ſibi. Suppleo, id eſt compleo vel addo.

Deleo.

Deleo deles, id eſt deſtruo, proprie lineas aut regulas. Horatius, -delere licebit
Quod non ediderís: neſcit vox miſſa reuerti. Aliquando ſignificat ſimpliciter remoueo. Terentius, Deleo dehinc omnes ex animo mulieres. Rex deleuit oppidũ: id eſt funditus deſtruxit. Luca. Maſſiliã delere vacat. Spongia deletilis, qua aliquid deletur. Diomedes ſcribit à deleor participia deletus penultima longa, vel delitus penultima breui. Varro, Literæ delitæ, dixit. Caluus ad vxorem, Prima epiſtola in via delita. ſed hoc videtur eſſe à delinor. Deleo eſt ab eo quod idem ſignificat leo: ſed non eſt in vſu, vnde Alleo alles, id eſt allino. verum nec alleo in vſu eſt, ſicut nec releó, &c. niſi in præteritis alleui, releui: quæ iam data ſunt allino, relino, verbis tertiæ. Letum à leo, teſte Priſciano, id eſt mors: quia omnia delet.

Neo.

Neo, neui, netum: vnde netrix. proprie mulierum eſt fila facientium. Ouidius, Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina neuit.

Cieo. Cio.

Cieo, cies, ciet, ciui, citũ, teſtibus Diomede & Phoca. pro eodẽ dicitur per quartã Cio, cis, cit, ciui, citũ. ſed hoc differunt: Citũ à cieo, priorem corripit. hinc frequentatiua Excito, concito, recito, &c. Excitus participium penultima breui. Citum à cio producit eam. vnde accitus & excitus penultima longa. teſtimonia inuenies in Verſificatoria noſtra. Cieo vel cio, id eſt voco, prouoco. Virgil. Bella ciẽt, primáque vetant conſiſtere terra. Idem, Ære ciere viros, Martémque accẽdere cantu. De Cio, In hymno, Ieſum ciamus vocibus. Lucretius, Aurarum cimus ad ortus. Plinius aluum cit, vrinam cit, frequenter dicit: pro, mouet & prouocat. Compoſita vtriuſque ſemper ſunt quartæ: vt Accio, concio, excio, &c. Diomedes per ſecundam accieo etiam dicendum credit. Accio, adduco: Excio, euoco. Virgilius, Animas excire ſepulchris. Concio, conuoco. Oſcito, id eſt hio.

Vieo.

Vieo, vies, viet, vieui, vietum. vnde vietus, vieta, vietum, penultima communi, verbum eſt antiquum ſignificans ligare & inflectere. Plau. in Menęhmis. Vidén' tu illi oculos viere, vt viridis exoritur color. id eſt in obliquum flecti. vnde vietos rotarum canthos, & ligna contorta dicimus. Et vietus proprie; eſt flexibilis, mollis, languidus, ſine vi: vt Vietæ virgæ, Vietus ſenex. Horatius,
Quis ſudor vietis, & quàm malus vndique membris
Creſcit odor. Lucretius libro 3, Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietam Veſtẽ ſentimus. Vietores, qui vaſa vinaria religant ſtipántque.

Oleo.

Oleo, odorem emitto. Hoc bene vel male olet. Oles ceruiſiam. Horat. in epiſt. Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ. Mart. Atque oluere lares comeſſatore lyæo. Olim fecit etiam oleui, oletum. hinc Oletum, id eſt ſtercus humanũ: quia valde male olet. Perſius, Veto quiſquam faxit oletum. Olidus, id eſt fœtidus. Olo olis, tertiæ, veteres dicebant pro oleo. Plaut. Olunt ædes Arabicas. Aboleo, id eſt deleo, extra cõſuetudinẽ duco. Suet. Hoc decretũ Veſpaſianus aboleuit. Exoleo, extra conſuetudinem venio. Plinius, Et hoc in totum exoleuit. Exoletus dicitur adultus, vel ſcortum maſculũ. Inoleo, inualeo, in vſum venio. vt Non probãda res, inoleuit. Obſoleo, id eſt ſordeo vel exoleo. Tullius, Obſoleuit iam iſta ratio. Oboleo ſine ſ, cum accuſatiuo ferè tetrum odorẽ indicat. Plaut. Ad te Iuppiter diſque omnes perdant, oboluiſti alliũ. Peroleo, valde oleo. Suboleo, id eſt odore ſentio & cognoſco, cum datiuo. Idem, Subolet iam vxori quod ego machinor. Graueoleo, id eſt male oleo. Suaueoleo, id eſt beneoleo. hinc graueolentia & ſuaueolentia. Redoleo, id eſt oleo. Hierony. Nunquam vinum redoleas: ne audias illud philoſophi, Hoc non eſt oſculum porrigere, ſed vinum propinare. Virgilius, Feruet opus, redolẽtque thymo fragrantia mella. Adoleo, adoleui, vel per vltimam vocalem in ſecunda ſyllaba (vt quidam volunt teſte Diomede) aduleui adultum, id eſt creſco. Virgilius, -tu fac cũ mox adoleuerit ætas Sis memor. Item cremo. Idem, Verbenas adole pingues. Addũt quidam habentibus eui, etum: Sueo, ſueui, ſuetum: quieo, quieui quietũ. verũ hæc ſunt minime in vſu. neque enim iam quieo requieo, ſueo conſueo, &c. dicimus: ſed quieſco quieui quietum, ſueſco ſueui ſuetum, &c. ideo hæc omiſi.

Dant ſi, ſum, ſuadet, ridet, manet, hæret, & ardet,
Et terget, mulcet, mulget, iubeo geminans ſſ.
Indulget ſi, tum, cum torquet, ſæpius optat.
Sorbeo pſi, tum dat, vel normam rite reſeruat.
Dans a per i maneo, minui facit abſque ſupino.
Sic vrget ſi vult, cum fulget, turget, & alget.

Quædã habent ſi ſum:vt Suadeo,ſuaſi,ſuaſum,&c. iubeo,iuſſi,iuſſum,gemino ſſ vtrobique. At indulgeo,indulſi,indultum: Torqueo,torſi,tortum,ſæpius.aliquando etiam indulſum,torſum. Sorbeo ſorpſi,ſorptum:vel ſorbui,ſorbitum. Compoſita à Maneo mutantia a in i breue,habẽt ui ſine ſupino:vt Emineo,eminui. Sic,id eſt ſine ſupino,vrget ſi facit:vt Vrgeo vrſi. cui iungũtur fulgeo fulſi,turgeo turſi,algeo alſi. Mancinellus dicit ſorbeo quomodocunque in præterito habeat,carere ſupino:quẽ falli oſtendit ſorbitio. Perſius,Sorbitio tollit quem dira cicutæ. Cicero Tuſcul.1, Sanguinem omnem ſorbui. Sorpſi legimus apud alios authores teſte Diomede: licet Caper neget Latine dici. Ardeo Nebriſſenſis credit ſupino carere ſed fallitur:quia arſum facit. inde arſurus participium. teſtimonium videbis in verbo NVBO.

Suadeo. Suadeo,id eſt conſulo. Ouidius,Nox & amor vinúmque nihil moderabile ſuadent. Diſſuadeo,id eſt ne facias ſuadeo. Perſuadeo,id eſt ſuadendo induco. Velim tibi perſuadeas,id eſt credas.

Rideo. Rideo aliquando pro compoſito derideo ponitur. & ſic actiuum eſt. Ouidius,Ridear,& merito pectus habere neger. Derideo,contumelium alicui dico. Irrideo,idem. Subrideo,modicum rideo. Arrideo,id eſt faueo. vt Fortuna tibi arridet. Ridiculus,deriſu dignus. Compoſita à ſuadeo & rideo producunt ſecundam ſyllabam.

Maneo. Maneo,vt Mane nobiſcum domine. Item maneo,id eſt expecto. Terentius,Quem hic maneſ? Aut futurus ſum & inſto,ſemper cum accuſatiuo. Naſo,Fata manent omnes. id eſt debemur omnes morti. Permaneo,vſque finem maneo. Commaneo,ſimul maneo. Remaneo,id eſt maneo.

Emaneo,foris maneo. Vnde emanſor dicitur miles qui diu vagatus tandem redit ad caſtra. Hæc compoſita habent ſi,ſum,vt maneo. Illa verò in quibus mutatur a in i breuem, faciunt ui per duas ſyllabas abſque ſupino:vt Emineo,eminui,id eſt videor,& præ alijs pateo vel excello. Naſo,Eminet ante oculos quod petis ecce tuos. Immineo, id eſt inſto. Tullius,Mors propter incertos caſus quotidie imminet. Præmineo,id eſt præcello. Promineo,longe & procul appareo aut videor. Papinius, Prominet excelſis vulgus miſerabile tectis. hinc Promontorium,id eſt mons prominens ad mare.

Hæreo. Hæreo,hæſi,hæſum, *Tenir ferme a quelque choſe*, arctæ rei inſideo,figor,& imprimor. Terentius, Lingua hæret metu. hinc hæſito hæſitas. & capitur vtrunque pro dubito. Idem,Hæreo quid faciam. Idem, In te hæret omnis culpa. id eſt ſedet,ſtat vel eſt. Adhæreo,id eſt ad aliquid hæreo. Cohæreo,coniungor & conuenio.

Ardeo. Ardeo,id eſt vror,inflammor. vt Domus ardet. Horat. Nam tua res agitur,paries quũ proximus ardet. Capitur pro ardenter amare. Virgil. Corydon ardebat Alexin. Item ſplendeo. Idem,Ardet apex capiti. Et valde cupio. Idem,Patriæque mori pro mœnibus ardent. Et vehemens ſum. Idem, Penthelilea furens medijs in millibus ardet. Redardeo,ruſſus ardeo. inde Redardeſco. Naſo,Flamma redardeſcit quæ modo nulla fuit. Exardeo,perardeo. Inardeo,id eſt valde ardeo.

Tergeo. Tergeo,vel per tertiam tergo tergis,id eſt mundo,& nitidum facio. Iuue. Vaſa aſpera tergeat alter. Abſtergeo,ſordes remoueo,& per tranſlationem aufero. Cicero,Volo abſtergere animi tui metum. Hinc etiam Attergo,detergo vel detergeo,& extergeo.

Mulceo. Mulceo,mulſi,mulſum. Cicero apud Priſcianum,Permulſa atque recreata. Varro apud eundem, Capite permulſo. facit etiam mulxi mulctum. Salluſtius in 3. hiſt. Deinde lenita iam ira, poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt. Gellius libro 1,Permulcti ſonis mitioribus. Eſt autem mulcere,lenire,mollire,blandiri,mitigare,dulcem facere,vngere,delectare,polire. Virgil. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Hinc demulceo & permulceo,id eſt mulceo vel valde mulceo. Terentius,Nõ poſſum pati quin tibi caput demulceam.

Mulgeo. Mulgeo,mulſi,mulſum,vel mulxi mulctum. author Priſcianus. ſignificat lac è mammis exprimere: licet ad alia quandoque transferatur. Hinc emulgeo. Colum. Prius quàm hoc fiat, parumper emulgendum eſt. Terentius per tranſlationem dixit in Phormione,Emulſi argẽto ſenem. Immulgeo,intus mulgeo. Mulctra mulctræ,lac mulctum,aut emulſio,aut vas in quod mulgetur. quod etiã mulctrum & mulctrale dicitur. Virgil. Bis venit ad mulctram, binos alit hubere fœtus. Colum libro 8, Mulctra quum eſt repleta lacte,non ſine tepore aliquo debet eſſe. Horat. Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ. Virgilius,Implebunt mulctralia vaccæ.

Iubeo. Iubeo,iuſſi,iuſſum,id eſt impero. Item rogo. Virgilius,Infandum regina iubes renouare dolorẽ. Et dico vel opto. Terent. Iubeo Chremetem ſaluere. Item decerno. vt Populus iuſſit. hinc iuſſus, iuſſa,iuſſum. Cicero lib. 7. ad Atticum,Abeſſe iuſſi ſumus.

Indulgeo. Indulgeo,indulſi,indulſum,teſte Priſciano,& frequentius indultũ,id eſt obſequor,& facile concedo. Cicero Tironi,Indulge valetudini tuæ. Terentius,Nimium filio indulges. Perſius,Indulge genio. Deus indulget peccatis,id eſt veniam dat,Chriſtiani dicunt. de hoc plura videbis in Syntaxi. Marcellinus,Tanquam licentia crudelitati indulta.

Torqueo. Torqueo,torſi,torſum,& ſæpius tortum,id eſt inflecto. inde Tortilis,id eſt tortus:vt Tortilis candela. Item iacto:vt Torqueo globum. & punio:hinc Tortor,id eſt carnifex. Tormentum,id eſt pœna:& bellicum inſtrumentum,vt funda,bombarda,&c. Item Torqueo,id eſt gyro celeri rota. Virgil. illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Item guberno:vt Cælum & terras qui numi-

ne torquet. Abſtorqueo,torquendo auſero. Contorqueo,id eſt torqueo. Terent. Vide vt ille ſibi os contorſit carnifex. Retorqueo,id eſt rurſus torqueo, & iterum iacio. Tua iacula in te retorquebo.

Extorqueo,id eſt torquendo veritatem exquiro. Item auſero:vt Extorſit mihi pecuniam. Diſtorqueo,id eſt in diuerſum torqueo.

Sorbeo. Sorbeo,deglutio quicquam molle.lectum etiam eſt ſorbo ſorbis.Lucan.libro 4,Abſorpſit penitus rupes & tecta ferarum.ergo contra Caprum aliquando ſorpſi dicitur. Exorbeo,abſorbeo,obſorbeo, id eſt totum ſorbeo & deglutio.Sorbitio,ſorbendi actus,vel cibus liquidus qui facile ſorbetur. hinc Sorbitiuncula.Perſius, - barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere,ſorbitio tollit quem dira cicutæ.Sorbities,idem.

Vrgeo. Vrgeo,id eſt premo,cogo,compello, feſtino. Tullius,Illum neque vrſi,neque leuaui. Aſinius Ciceroni lib.10,Lepidus vrſit me.id eſt ſtimulauit. Supinum negant grammatici habere: quia nũc in vſu non eſt,licet olim fuerit vrſum. Liuius,Vrſus inde quum quonam modo id præſtaturus eſſet,percunctantes doceret,haud vnà aſſerere pertulit.

Fulgeo. Fulgeo fulſi,id eſt ſplendeo.Fulgor,id eſt ſplendor.Fulgidus,ſplendidus.hinc Effulgeo,affulgeo,refulgeo.lectum etiam per tertiam fulgo fulgis. Virgilius,Auróque effulgere fluctus.

Turgeo. Turgeo,id eſt inflor & tumeo.Virgilius,Turgent in palmite gemmæ.Plautus,Vxor nunc in fermento tota eſt:ita turget mihi.Ennius in annalibus, Cyclopis venter velut olim turſerat alti
Carnibus humanis diſtentus. Deturgeo,id eſt decreſco. Plinius,Deturgente nilo muſculi reperiſitur. Obturgeo, circunturgeo.Lucil.Obturſi ebrius. Turgeſco,turgidus fio.Perſius,
Non equidem hoc ſtudeo,bullatis vt mihi nugis
Pagina turgeſcat dare pondus idonea fumo.

Algeo. Algeo,id eſt frigeo.Mart. Alget adhuc nudo clauſa culina foco.Iuuen. Virtus laudatur & alget. Horatius, Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit,fecítque puer,ſudauit & alſit.Calepinus dixit etiam facere alxi:authoritatem deſydero.

Xi,ctum dant mulcet,mulget,luget:velut auget.
Xi friget,lucet,conniuet:at abſque ſupino.

Hæc quatuor,Mulceo,mulgeo,lugeo,augeo,habẽt xi in præterito,& ctum precedente c in ſupino: vt Mulceo & mulgeo,mulxi mulctum.hæc ſatis patuerunt,quia etiam faciunt mulſi mulſum:& ita eadem habent præterita & ſupina.

Lugeo. Lugeo luxi,id eſt doleo,& triſtor,& valde fleo,& in lugubri veſte ſum:etiam ſi nec triſter,nec fleã. & poteſt regere accuſatiuum:vt Lugeo patrem.Luctus,eſt lugendi actus. Elugeo,luctum depono. Agrætius,Eluxit,qui luctum depoſuit. Illuxit,quum lumen apparuit. Etiam ſignificat deflere.Cicero,Patriam eluxi iam & grauius,& diutius quàm vlla mater vnicum filium.

Augeo. Augeo,auxi,auctum,id eſt maius facio. Cicero, Natura non patitur vt aliorum ſpolijs noſtras facultates augeamus. Adaugeo,multũ augeo. Augeſco,id eſt creſco. Diomedes addit,rugeo,ruxi, ructũ:ſugeo,ſuxi,ſuctum. ſed prius in vſu nõ eſt:poſterius nunc per tertiã ſæpius dicitur Sugo ſugis.

Rugeo. Rugeo ruges,vel rugo rugis,id eſt ructum emitto.pro hoc in vſu eſt frequentatiuũ ructo:vnde eſt ructito ructitas,& eructo. Sulpitius,
Et ructare caue quin ora in terga reflectas:
Stringe os,& crepitum coge tenere nates.

Sugeo. Sugeo, & ſæpius ſugo,id eſt ſpiritu attraho, vel ſuccum traho:vnde exugo & exugeo. Plautus in Epid.Ego me vertam in hirundinem,atque eorum exugebo ſanguinem. Auguſtinus à ſugeo ſugiturus dixit,quũ à ſugo ſucturus dicatur.Diomedes etiam ponit alliceo allexi allectum.ſic pelliceo,&c. quæ omiſi:quia per tertiam nunc potius dicimus allicio,pellicio,&c. Tria faciunt xi abſque ſupino, Frigeo frixi,lugeo luxi,conniueo connixi:quod tamen aliquando habuit connictum:ſed nunc in vſu non eſt: & ita cum Nebriſſenſi dixi carere ſupino.

Frigeo. Frigeo,ſum frigidus,ac etiam ſegnis.hinc refrigeo. Terentius,Refrixerit res.Cicero in tertio epiſt. ad fratrem,Scaurus refrixerat.Iuuenalis ſatyra 7,Etſi perfrixit,cantat bene.Quidam grammatici haud ſane pœnitendi dixerunt præteritum etiam eſſe frigui:quibus in hoc non credam donec authoritate maiorum conuincar.

Luceo. Luceo luxi,id eſt lucẽ emitto. Alluceo,ad aliquid luceo.In pſalmis,Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. Colluceo,ſimul luceo.Virgil.Mœnia collucent flammis. Eluceo,emitto lucẽ. Illuceo,lucem immitto: vt Illuxit dies quam fecit domin9.Deus illuxit nobis. Perluceo,vel r in l verſo,Pelluceo,id eſt transluceo.Plautus,Pellucet quaſi laterna Punica. Polluceo,dedico vel in ſacrificium do. quaſi patenter luceo.Plautus in Sticho,Vt decimam partem Herculi polluceam.videtur ſupinum habere polluctum:vnde nomen polluctum pro ipſo ſacrificio.de hoc plura in annotationibus Beroaldus. Pollucibilis cœna, id eſt lauta & opulenta.Pollucibiliter, ſplendide & laute.Plautus in Bacchid. Paſcite paraſitos,obſonate pollucibiliter. Præluceo,antè luceo. Tullius,Ego meis maioribus mea virtute præluxi. Diluceo,valde luceo.Dilucidus,id eſt clarus. Diluculum,tempus quo luce-

re incipit. Luceſcit, diluceſcit & diluculaſcit, id eſt dies fit.

Conniueo etiam habet conniui: & declaratum eſt ibi DONAT veo vi tum.

TERTIA CONIVGATIO.

Vult xi, ctúmque cio: facit & iacit ecit & actum.
Elicio per ui dat itum: fratres mage xi ctum.

Verbum tertiæ coniugationis definẽs in cio, dat xi in præterito, & ctum per c in ſupino: vt Aſpicio, aſpexi, aſpectum: pellicio, pellexi, pellectum. Excipiũtur facio, feci, factum: iacio, ieci, iactum. Quorum compoſita faciũt ſupina in ectum, per regulam A quoties mutatur in i, &c. vt Inficio, infeci, infectum: iniicio, inieci, iniectum. Elicio magis habet elicui elicitum, quàm elexi electum: quod tamen aliquando

Electo. habuit. vnde eſt frequẽtatiuũ electo. Plautus in Aſin. Ibo aduorſum, atque electabo quicquid illuc ſit. At Liuius lib. 4. elicui facit, dicẽs, Ad colloquium vatem elicuit. Reliqua eiuſdem compoſitionis magis xi, ctum faciunt. Terent. in Phorm. Is ſenem per epiſtolas pellexit, modò non montes auri pollicẽs. Nonnunquã tamen ui per diuiſas ſyllabas & itum, leguntur habere. Piſo apud Priſcianũ, Cuius vnius præmio multorũ allicuit animos. Varro, Deinde vbi pellicuit dulcis leuis vnda saporis. Liuius, Te illo Aſiatico ornatu fluens pellicuit. Simplex, teſte Priſciano, fuit lacio, lexi, lactũ: vnde eſt lacto, lactas. ſed lacio exoleuit: vt Specio, ſpexi, ſpectum: vnde Specto ſpectas, ſpecimen & ſpecies.

Lacio. Lacio lacis lacit, id eſt in fraudem duco. à lax, id eſt fraus. hoc in vſu non eſt: ſed bene frequẽtatiuum

Lacto. lacto, id eſt per blanditias illicio & decipio. Terent. in Andria, Niſi me lactaſſes amantem falſa ſpe producens. Lacto item, id eſt lac præbeo, quod matrũ eſt. Ablacto, à lacte remoueo. Compoſita à lacio mutant a in i breue: vt Allicio, id eſt blãde attraho. Illicio, induco. Plaut. Meretrix multos illexit in diſpendiũ. Pellicio, pertraho. Elicio, blãde educo, extraho. Delicio & oblicio in vſu non ſunt: ſed bene hinc deducta Delecto, oblecto. ſic illecto, pellecto, allecto. Pellax, id eſt callid⁹. Pellacia, calliditas.

Specio. Specio, ſpexi, ſpectum, id eſt video, iam exoleuit: manſerunt in vſu compoſita quæ mutant e in i breue: vt Inſpicio, aſpicio, &c. hinc etiam manſit frequentatiuũ Specto, id eſt video, vnde expecto. & Species, id eſt effigies, facies, vel imago, &c. & Specimẽ, id eſt exemplar. & Speculũ & ſpeculari, &c. Aſpicio, conſydero, vel ad aliquid video. Inſpicio, fere idem. Reſpicio, retroſpicio. Deſpicio, id eſt deorſum video. Ouid. Vt vero terras deſpexit ab æthere ſummo. Item ſperno. Salom. Doctrinam ſtulti deſpiciunt. Diſpicio, clare video, & diligenter conſydero. Tull. Ego quid ſperem, non diſpicio. Perſpicio, clarè video. Perſpicuus, clarus. Perſpicax, id eſt acutus, bene intelligens. Proſpicio, prouideo.

Circunſpicio, circumcirca conſydero. Conſpicio, video. Conſpicuus, clarus. Conſpectus, viſus.

Suſpicio, ſurſum video. Virgilius, AEneas ait: & faſtigia ſuſpicit vrbis. Etiam eſt honorare, & cum quadam reuerentia aſpicere. Item eſt malum de aliquo opinari. hinc ſuſpicio, mala de aliquò opinio. Dicimus etiam deponentaliter ſuſpicari, deſpicari, conſpicari, pro ſuſpicere, &c. Terentius, Cur in his ego te conſpicor regionibus?

Facio. Facio notum eſt: vt Facio verſus. Item patior: vt Facio iacturam vel damnum. Paruifacio, id eſt parui æſtimo. Compoſita mutant a in i breue: Afficio, late patens verbum. veluti Afficio te honore, id eſt Honoro te, &c. de hoc plura in Syntaxi. Cõficio, id eſt facio aut perficio: vt Confeci negotiũ. Et conſumo: vt Confectus ſum ſenio. Efficio, id eſt facio aut perficio: quod ſignificat totum facio.

Inficio, id eſt tingo vel coloro. Infectores ſunt tinctores. Item corrumpo: vt Cadauer inficit aera.

Officio, id eſt noceo. Seneca, Semper iudicio fauor officit. Præficio, ſuperiorem conſtituo: vt Princeps noſter præfecit Georgiũ exercitui ſuo. Proficio, fructũ facio. Multo labore parum profeci. Reficio, reparo. Sufficio, ſatis ſum. Auaro nihil ſufficit. Item ſumminiſtro. Virgilius, Suffice tela mihi. Et in locum alterius ſubſtituo. Idem, -ipſæ regem paruóſque Quirites
Sufficiunt. Suffectus, in defuncti locum accitus.

Iacio. Iacio notum ſatis. Iacto, iactas, idem: vt Iacio vel iacto globum. Iaculum, quod in hoſtes iacitur. Iaculor iacularis, id eſt iacio. Compoſita mutant a in i breue, & ſcribuntur per duo ij: quia vnum fuit in iacio, & alterum fit ex a: vt Adijcio, ad aliquẽ iacio. vt Alter alteri pilam adijcit. Abijcio, remoueo.

Deijcio, deorſum iacio. Eijcio, expello. Iniiſcio, in aliquid iacio. Obijcio, cõtrà iacio. Salluſt. Ea ſi tibi falſe obijcio, refelle. Proijcio, procul iacio. Reijcio, rurſum iacio. Terent. Reiecit ſe in eum. Et repello. Virgil. Ex humeris reiecit amictũ. Subijcio, id eſt ſubdo. vt Romani multas nationes ſibi ſubijcere. Et ſurſum iacio. Virgil. Quãtum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Traijcio, id eſt trãſporto, traduco pontonibus aut nauibus. Liu. Traiecit copias Iberũ. Traiectus, vbi homines & aliæ res traijciuntur aquas. Itẽ trãſ figo. Papinius, Huic geminũ obliqua traiecit arũdine tẽpus. Cõijcio, ſimul iacio vel exiſtimo. Terẽt. Annos ſexaginta natus es, vel plus eo, vt cõijcio. Cõiecto cõiectas, idẽ. Iuuen. Haud male cõiectat. *Il ne devine pas mal.* Cõiector coniectoris, qui incerta conatur interpretari, vt ſomnia, &c. Quatuor tantũ ſunt in cio ſimplicia iam declarata, Lacio, ſpecio, iacio, facio: cui⁹ paſſiuũ eſt fio. olim tamẽ dixerũt facior. vt Vitruuius libro 4. cap. 7. calefaciuntur: & lib. 5. cap. 10. calefacientur, dixit.

Dic fodi foſſum, gemino ſſ: fugi, fugitúmque.

Fodio.

Fodio facit fodi,foſſum, gemino ſſ. Fugio autem fugi,fugitum. Fodio,terram eruo. hinc Fouea & foſſa. Effodio,ex aliquo fodio. Ouid. Effodiuntur opes,irritamēta malorū. Effodio oculos,id eſt eruo. Infodio,in aliquo fodio. Euclio infodit terræ pecuniā. Confodio,tranſfodio,perfodio,id eſt tranſfigo. vt Hic confoſſus eſt lancea.

Fugio.

Fugio,id eſt vito,& currēdo relinquo. Virg. Nos patriam fugimus. Idem,Quem fugis ah demens. Itē curſim abeo. Idem,Fugit ilicet ocyor Euro. Fuga,id eſt fugiēdi actus. Fugax,facile fugiēs. Fugo fugas,primæ,id eſt fugere cogo. Aufugio,id eſt fugiendo abſcedo. Effugio,fuga euado. Virgil. Nunquam hodie effugies:veniam quocunque vocaris.id eſt vocaueris. Effugium,id eſt euaſio. Nullum eſt à morte effugium. Profugio,procul fugio. Profugus,qui in longinqua loca tendit. Tranſfugio,ad hoſtes fugio. Confugio,perfugio,refugio,ad aliquē auxilij gratia fugio. hinc confugiū,perfugium,refugium. Fodio & fugio primam in præſenti corripiunt,quam in præteritis producunt. quod diligenter propter compoſita cōſyderandum eſt. vt Fur perfodit heri domum meam. Et ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Perfôdit media longa,pèrfodi dic media breui.

PIO. Iui itúmque cupit,ſapit vt:vel ui dat,itúmque.
Dic capio,cæpi,captum:rapio,rapui,ptum.

Cupio facit cupiui,cupitum,vt ſapio ſapiui ſapitū,pœnultima longa,quod verbum etiam & ſæpius quidem facit ſapui ſapitum,pœnultima breui. capio cæpi captum,rapio rapui raptum. nec ſunt plura in pio deſinentia, niſi verbum in præſenti cum hinc deductus pœne obſoletum cœpio cœpi cœptū, quod in ſequenti libro patebit:& ſignificat incipio.

Cupio.

Cupio,id eſt deſydero. Percupio,valde cupio. olim fuit quartæ. Lucretius libro primo,

-confringere vti arcta
Naturæ primus terrarum clauſtra cupiret.

Sapio.

Sapio,id eſt ſaporem habeo. vt Hic pullus bene ſapit. Etiā eſt per ſaporē indicare:vt Caro ſapit aduſtionem. Et ad alia tranſfertur:vt Verba tua ſapiūt ſtultit,am vel hæreſim. Sapio,id eſt ſapiens ſum,bene ſentio. Martialis,Nubere vis Priſco:non miror Paula:ſapiſti. per ſyncopam, pro ſapiuiſti. aliter dixit Plautus in Rudēte,Magis ſapuiſſet,ſi dormiuiſſet domi. Neuius ſapiui vt cupiui vſus eſt,dicēs,Quāto ego plus ſapiui,qui fullonem compreſſi. Compoſita mutant a in i breuem:vt Reſipio,reſipui,reſipitum. ſæpius eſt quartæ coniugationis,& ſignificat ſtultitiam deſerere,& recuperare ſapientiā. Cicero libro quarto ad Atticum,Vix aliquādo te authore reſipiui. ſic dixit vt cupiui. Afranius,Equidē non reſipui,poſtquam pectus lætitia eſt onuſtum. ſic dixit vt rapui. ſicut Terentius,Te intelligo reſipuiſſe. Diomedes negat aliter quàm per quartam reſipire dici. hinc idem ſignificans reſipiſco,quod magis in vſu eſt. Deſipio verò magis in vſu eſt quàm deſipiſco:& eſt deſipio,inſipiēter ago,& à ſapiētia abeo. Cicero,Nimio gaudio pœne deſiperem. Horatius,Miſce ſtultitiam conſilijs breuem. Dulce eſt deſipere in loco. Olim per quartam ſapire dicebant:vnde ſapiui ſapitum.

Capio.

Capio,cæpi,captum,id eſt apprehendo, accipio,&c. Virgilius, Cape ſaxa manu,cape robora paſtor. Itē decipio. Tullius,Ineſt aliquid probi quod capiat ignaros. Et intelligo:vt Capiſne hæc? Hinc captus,us,ui,id eſt intellectus. Et contineo:vt Quantum capit hæc amphora? Cōpoſita mutant a in i breuem,vt Accipio. Martialis,Accipe quamprimum,breuis eſt occaſio lucri. Excipio,id eſt accipio, vel ex alijs capio. Virgilius,Nónne ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidijs? Excipula, eſt res qua aliquid capitur:vt Excipula piſcium,&c. Decipio,fallo. Decipula,fallendi inſtrumentum. Præcipio,iubeo. aliquando ſignificat doceo,cū datiuo. Cic. lib. I. epiſt. 8, Vt tu mihi præcepiſti,id eſt docuiſti,teſte Clerico. hinc Præceptor,doctor. Præceptum & præceptio,id eſt doctrina. Item prouideo aut præuideo. Virgilius,Omnia præcepi,atque animo mecum antè peregi.

Recipio, rurſus capio vel accipio. Item promitto,ſic datiuū cum accuſatiuo regit: vt Redde quæ coràm mihi recepiſti.

Rapio.

Rapio,violenter aufero. Raptor,id eſt prædo. Rapina,præda. Raptim,ſubito. Compoſita mutāt a in i breuē:vt Arripio,ad me rapio. Abripio,aufero. Eripio,idē. Seneca,Nihil eripit fortuna niſi quod dedit. Item libero. Virgilius,Eripe me his inuicte malis. Deripio,detraho. Idem, Vagináque caua fulgentem deripit enſem. Diripio,diuerſo modo rapio. Præripio,antè rapio. Terentius, Times ne, illum præripiat tibi. Corripio,cito rapio. Virgilius,
Conſtitit hic,arcúmque manu celeréſque ſagittas
Corripuit. Item reprehendo: vt Magiſter corripit diſcipulum. Subripio, vel potius ſurripio, id eſt clàm rapio. vt Palla eſt mihi ſurrepta. Proripio,procul rapio & remoueo. Virgil. Quò nunc ſe proripit ille? id eſt quò currit aut fugit.

RIO. Dat pario peperi,partum,paritum. Quatióque
TIO. Dat quaſſi,quaſſum. cuſſi cuſſum dabo proli.

In rio vnicum verbum pario,dat peperi,partum vel paritum. hinc pariturus. illinc partus,parta,par-

tum: & partio,partionis:vel partus,partus,partui.In tio ſimplex vnicũ eſt quatio,quaſſi,quaſſum. vnde quaſſo,quaſſas, verbum.præteritum quaſſi nõ eſt in vſu,teſte Cariſio. Compoſita ſunt concutio, concuſſi,concuſſum,&c.gemino ſſ in præteritis & ſupinis.

Pario. Pario,prolem produco. proprie fœminarum eſt.Etiam ſignificat efficio vel acquiro. Terentius,Hoc tempore obſequium amicos,veritas odium parit.Cato,Labitur exiguo,quod partum eſt tempore longo.Olim erat quartæ, vt nunc ſunt hinc deducta Reperio,aperio,&c. Ennius,Oua parire ſolet genus pennis condecoratum.

Quatio. Quatio,id eſt moueo,concutio.vt Quatio arborẽ, *Ie ſecoue ung arbre.* Item vexo & vehementer moleſto. Virgilius,Quatit oppida bello.Quaſſo,quaſſas,frequentatiuum,id eſt multum quatio. Cõcutio, id eſt percutio,motito. Excutio,expello. Ouidius, Etſi nullus erit,puluis tamen excute nullũ. Incutio,id eſt infero.Incuſſiſti mihi metum.Virgilius,Incute vim ventis. Decutio,depello. Virgilius, Melláque decuſſit folijs. Succutio,ſubtus percutio.hinc Succuſſor dicitur equus pedes eleuãs & ſeſſorem lædens. Diſcutio,examino.Diſcuſſio,examinatio.corripiunt hæc omnia ſecundam ſyllabam.

Inquio. Inquio,id eſt aio,inquiſti habet.eclipticum eſt:ideo in ſequenti libro declarabitur.

Vult uo ſemper ui,dans utum.vult ſtruo xi,ctum. VO.
Dátque fluo xi,xum.Pluo ui vel ui dat,& utum.
Vúltque ruo ruitum:dat utum proles tibi ſolum.
Nulla ſupina dabunt metuo,luo,congruo:ſicut
Annuo cum ſociis:cluo,reſpuo,& ingruo,iunctis.

Verba in uo per diuiſas ſyllabas deſinentia, faciunt in præteritis ui per diuiſas ſyllabas, & in ſupino

Arguo. utum:vt Arguo,argui,argutum,id eſt accuſo & reprehendo: vt Arguo te furti. Item oſtẽdo vel indico. Virgilius,Degeneres animos timor arguit. Argumentum,id eſt probatio vel ſignum.hinc Argumentari deponens,id eſt argumento probare & ratiocinari.quod indocti dicunt arguere:cuius verbi paſſiuum arguor,argutus ſum vel fui præteritum habet.Plautus in Pſeud.Argutus malorum facinorum.Supinum videtur etiam fuiſſe arguitum:quia dicimus arguiturus. Salluſtius in ſecundo hiſt. apud Priſcianum,Multi ex Bithynia volentes occurrere falſum filium arguituri.

Statuo. Statuo,ſtatui,ſtatutum,id eſt pono vel ordino. Compoſita mutant a in i,vt Inſtituo,inſtitui,inſtitutum,id eſt impono. Item doceo & inſtruo. Deſtituo,id eſt depono vel relinquo.vt Infortunatũ deſtituũt omnes. Reſtituo,repono. Conſtituo,id eſt ſtatuo vel propono. Proſtituo,in publico pono,vel meretricem facio:vt Ille proſtituit vxorem ſuam.Proſtituta vel proſtibula,id eſt meretrix.Proſtibulum,lupanar.quæ duo à proſto eſſe videntur.

Sternuo. Sternuo,ſternui,ſternutũ.vnde frequẽtatiuũ Sternuto ſternutas: quod magis in vſu eſt & ſignificat caput concutere ex inflatione erumpente per naſum.Colum.lib.8,Donec ſternuat ouis.à ſternuo eſt.

Delibutus. Delibuo,id eſt vngo,in vſu non eſt:ſed bene delibutus,id eſt vnctus: vt Delibutus oleo. Terentius, Si te delibutum gaudio reddo.

Imbuo. Imbuo,impleo,ac etiam perfundo.Virgilius, -illius aram
Polluo. Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet hagnus.Horatius,
Diluo. Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.

Alluo. A lauo compoſita huius declinationis ſunt, & in luo deſinunt:vt Diluo,dilui,dilutum, id eſt aqua vel alio humore purgo.vnde dilutum vinum:diluuium,&c. Polluo,pollui,pollutum,id eſt maculo. Virgilius,Polluit ore dapes. Eluo, perluo,colluo, proluo,id eſt lauo vel purgo. Alluo,id eſt affluo. hinc Alluuio.Supina collutum,elutum,allutum,nuſquam legi. Exempla regulæ etiam ſunt exuo,induo,tribuo,acuo,ſuo,inſuo,cõſuo,aſſuo,&c. VVLT ſtruo xi,ctum.Excipiũtur aliqua à regula.nam ſtruo facit ſtruxi,ſtructum:fluo,fluxi,fluxum:olim etiam fluctum. vnde eſt fluctus,fluctus,fluctui, & murena flucta. Pluo,pluui vel plui,plutum. Ruo,rui,ruitum.vnde ruiturus.Compoſita huius ſolum rutum faciunt pœnultima breui:vt Diruo,dirui,dirutum,&c. Ruo aliquando forte rutum fecit:quod nunc non eſt in vſu. Quædam carent ſupinis,metuo metui,luo lui,&c.à nõnullis horum tãquam ſupina habuiſſent,dictiones quædam formãtur:vt Abnuiturus,luiturus,&c.quæ omnia iam latius declarabo.

Struo. Struo,paro aut facio ædificium:aliquando etiam quippiam aliud.Structura,id eſt ædificiũ vel cõpoſitio. Aſtruo,ad aliquid ſtruo:vt Aſtruxi templo ſacellum.Etiam ſignificat probo vel affirmo.Ambroſius,Qui fidem exigit,fidem aſtruat. Cõſtruo,compono vel ædifico. Deſtruo,frango ædificium vel quid aliud compoſitum. Extruo,in altum ſtruo. Inſtruo,paro. Virgilius,Inſtruimus menſas. Idem,Socios ſimul inſtruit armis. Obſtruo,claudo,impedio.

Fluo. Fluo,fluxi,fluxum,proprium eſt liquorũ fluentium: vt Aqua fluit,Oleum fluit.per ſimilitudinem tranſfertur ad alia. Virgil. Ramos compeſce fluentes.id eſt latius & huberius excreſcẽtes. Quoniam vero quæ fluunt videntur minui,ideo fluere pro deficere capitur.Virgilius,
Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri

Spes Danaum. hinc fluxa dicimus inſtabilia ac momētanea citóque peritura. vt Fluxæ diuitiæ. Et fluere, eſt producere ac naſci. Lactātius lib. 2, Ab hac gente proximi quique populi multitudine increſcēte fluxerunt. Item tranſire. Hieronymus, Iam altera fluxerat dies. Affluo, abundo, vel ad aliquid fluo. Naſo, Affluit incautis deſidioſus amor. Effluo, ex aliquo fluo. vt Vinum effluit. Influo, in aliquid fluo. Cōfluo, ſimul fluo vel cōuenio. Defluo, deorſum fluo vel exeo: vt Capillus defluit. Refluo, rurſus fluo. Diffluo, varie fluo vel abundo. Cic. Si conſyderare volumus quæ ſit naturæ humanæ dignitas & excellentia, facile intelligemus quàm ſit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter viuere.

Perfluo, per aliquid fluo. Terentius, Plenus rimarū ſum: hac atq; illac perfluo. Plura ſunt à fluo cōpoſita, quibus ſuperſedeo, vt in alijs ſæpe. neque enim lexicon inſtitui cōponere, ſed dictionum accidētias enucleare, declaratis mediocriter pro pueris vocabulis. A fluo fit fluito fluitas, id eſt continue fluo. Item ſupernato. vt Piſces mortui fluitant. Fluor fluxus, & fluxio, idem ſignificāt quod profluuium. Fluctuo fluctuas, id eſt dubito aut moueor.

Pluo.
Pluo raro legitur, niſi in tertia perſona ſingulari. Liuius libro ſecūdo ab vrbe, Lapidibus pluuiſſe. In Geneſi, Non enim pluuerat dominus ſuper terram. ſic legit Calepinus, licet vulgo legatur pluerat. nec ſic male dicitur. Tibullus ſecundo, Multus & in terras deplueríteque lapis. Impluo, in aliquid pluo.

Perpluo, per aliquid pluo, aut pluuiā recipio. Quintil. Quum cœnaculū eius perplueret. Compluo, ſimul pluo. Sum complutus, id eſt pluuia madefactus.

Ruo.
Ruo, id eſt cado. Lucanus in quarto, Ruituráque ſemper ſtat moles. Et curro. Virgilius, Quo moriture ruis, maioráque viribus audes? Et frango vel diruo cū accuſatiuo. Idem, Cumulóſque ruit male pinguis arenæ. Eruo, extraho & libero. Irruo, impetū facio. vt Hoſtes irruerunt in noſtrates. Corruo, id eſt cado. Diruo, deſtruo. Horatius, Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Obruo, opprimo: vt Obruis me verbis. Obruunt hunc lapidibus. Hic ſe vino obruit. Obruis nummos humo, id eſt tegis.

Metuo.
Subruo, id eſt euerto. Lucanus, Oſſa tulit Magni, quæ nondū ſubruta fluctu. Metuo, id eſt timeo.

Luo.
Luo, ſoluo. Virgilius, Poſt mihi non ſimili pœna cōmiſſa luetis. Cōmiſſa, id eſt peccata quæ commiſiſtis. Supinū videtur fuiſſe luitum. Nam Claudianus Luiturus participio vtitur, dicēs in ſexto conſulatu Honorij, Vaſtato tandem pœnas luitura profundo. Luo item, id eſt ſuſtineo, patior. Iuſtinus libro primo, Quicunque capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerūt. Sic dicimus Luo capite, pro mulctor & punior. Liuius lib. 9, Obſides etiā ſexcēti imperati capite luerūt. hinc reluo, id eſt ſoluo & repignero.

Congruo.
Congruo, concordo vel conuenio. Plautus in Curc. Sane illi inter ſe congruunt cōcorditer. tractum eſt à gruibus concorditer volentibus. hinc congruus, incongruus: congruens, incōgruens. Eiuſdē deriuationis eſt Ingruo, inuado, immineo, impetū facio. Lactantius lib. 2, Si ſæua tempeſtas, ſi grando ingruat, ad deum confugitur.

Nuo.
Nuo, id eſt caput moueo, vel capite ſignifico, facit nui nutum. hinc nomen nutus, us, ui, id eſt ſignū capite factum aut voluntas. & frequentatiuum nuto, id eſt capite ſignifico, aut ipſum ſubinde motito. A Nuo fit numen, id eſt dei nutus, imperium, poteſtas. fit etiam nutus oculis & manu. Nutare etiā eſt vacillare, titubare, & ruinam minari: vt Domus nutat, animus nutat: id eſt dubitat. Compoſita ſunt, abnuo, id eſt nego & ſignifico quouis membro me nolle. ſupinum abnutum in vſu non eſt. hinc tamen abnuturus lectum eſt. Salluſtius apud Volat. Nihil ſibi abnuturus. Annuo, id eſt aſſentior. annutum non dicitur. Innuo, oſtendo quid velim, ſiue affirmem, ſiue negem. Renuo, refuto. Innutum, renutum, non reperies in vſu. Abnuo videtur abnuitum habuiſſe. hinc Caper abnuitiuus dixit, Confeſſiua fit vox duplici voce abnuitiua: vt Non nolo. Renuo ne credas verſus gratia gemino n ſcribi, niſi afferatur authoritas veteris poetæ. Sillius, Si placet, haud renuo: maneant modò fœdera noſtra.

Cluo.
Cluo cluis, Lucilius dicitur pro ſum capere. Cluo, id eſt pugno & ſplendeo. Prudentius, Qui patria virtute cluis propriáque ſed vna.

Reſpuo.
Reſpuo, reſpui, reſputum faceret: ſed ſupinum non eſt in vſu. & ſignificat repudio & ſperno: quaſi cum ſputo per contemptum reſpuo. Spuo, id eſt ſaliuam emitto. Virgil. – terrā ſicco ſpuit ore viator Aridus. Conſpuo, ſimul ſpuo, vel aliquem fœdo. Plautus, Ab omnibus deriſus atque conſputus.

Spuo.
Deſpuo, expuo, inſpuo, in aliquem ſpuo. Sputo ſputas, frequentatiuū eſt. Plautus, Nam illic iſti qui ſputatur interdum morbus venit. Sputamen, ſputum, & ſputus ſputus ſputui, eſt quod expuitur. Lactantius libró quarto, Dabunt autem deo alapas manibus inceſtis: & impurato ore expuent venenatos ſputus. In libro Iudicum, Quomodo ſiquis rumpat filium de ſtupa tortum ſputamine.

Batuo.
Batuo, verbum antiquum, præteritum facit batui, ſupinum batutum nunquam legi, & ſignificat verberare. Plautus in Aulul. Non videtur quod batuat. Plinius lib. 31, Crocodilorum morſibus ex aceto in linteolis ita vt batuerētur ante, &c. Suetonius in Calig. Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuētem & ſponte proſtratum cōfodit ferrea ſica. Idem, Batuerat pugnatorijs armis. Eodem verbo vſus eſt Cicero in ſenſu obſcœno.

BO.
Bi, bo, bitúmque facit. Scabo, lambo carento ſupinis.
Vt cubo, ſic proles. dant ſcribo, nubóque pſi, tum.

Bibo.
Verbum deſinens in bo, facit bi in præterito, & bitum in ſupino: vt Bibo, bibi, bibitum. Naſo, Sæpe

bibi ſuccos, quamuis inuitus, amaros. Compoſita corripiunt pœnultimam etiam in præterito: vt Adbibo, id eſt appoto. Ebibo, epoto. Præbibo, antè poto: vt Præbibo tibi. Tul. Simul admoneto quòd ei præbiberim. Imbibo, in me recipio. Arena imbibit aquam. ſic Virgilius dixit, Bibit haſta cruorem. Papyrus bibula quæ atramentum ſorbet.

Deglubo. Deglubo, deglubi, deglubitum, id eſt excorio. Tyberij verbum eſt, Boni paſtoris eſt tondere pecus, & non deglubere. ſimplex eſt glubo glubis, id eſt corticem vel pellem detraho. Cato de re ruſt. Salictum ſuo tempore cædito: glubito atque alligato: librum conſeruato. librum, id eſt corticem.

Scabo. Scabo ſcabi, id eſt frico. ſupinum ſcabitum non eſt in vſu. Lucilius libro nono, Scaberat vt porcus contritis arbore coſtis.

Lambo. Lambo lambi, id eſt lingo. ſupinum lambitum non eſt in vſu. Lucilius Satyra 23, Iucũdáſque puer qui lamberat ore placentas. Hieronymus in libro Iudicũ, lambui vt incubui eſt vſus dicens, In trecentis viris qui lambuerant aquã, liberabo vos. Ibidẽ, Manu & lingua lambuerant aquas. Cõpoſita à cubo in cumbo, per tertiam deſinunt: & abiecto in præteritis & ſupinis m, faciunt cubui cubitum, vt cubo: veluti Procumbo, procubui, procubitum, &c. patent in prima coniugatione.

Scribo. Scribo, ſcripſi, ſcriptum, id eſt literas formo. Scriba, qui ad alterius iuſſa ſcribit. Scribo, id eſt librum compono. Scriptor, libri author. Compoſita producunt pœnultimam: vt Aſcribo, ad aliquid ſcribo. Aſcribam te numero, vel in numerum pigrorũ. Et imputo: vt Aſcribis mihi quæ nũquã feci. Præſcribo, conſtituo. Proſcribo, eijcio ciuitate. Macrobius, Non facile eſt in eũ ſcribere qui poteſt proſcribere. Etiam ſignificat vænale exponere. Subſcribo, conſentio. Si fortuna ſubſcripſerit voto meo, nõ egebis. Et, ſub alio ſcribo & annecto. Horat. I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello. Hinc etiã ſunt Inſcribo, excribo, perſcribo, circunſcribo, tranſcribo, &c.

Nubo. Nubo, viro tradör. Ouid. Siqua voles aptè nubere, nube pari. Nupta, id eſt marita & vxor. Aliquãdo de viro dicitur. Idem, -tibi nubere virgo volentis
Votis cede dei. Plautus in Caſin. Libet etiam nunc quid agat ſcire nouum nuptũ. id eſt maritũ. ea ſignificatio eſt ſatis impropria, teſte Priſciano. Nubilis puella, matura ad nubendũ. Nubo primo ſignificabat operio & tego, & ad ſponſas tralatũ eſt: quia capita earũ velabantur. Obnubo, id eſt obnubilo & tego. Virgilius, Arſuráſque comas obnubit amictu. Lectum eſt paſſiuum nubor in euangelio, In cælo neque nubent, neque nubentur. Compoſita producũt pœnultimã, vt Connubo, id eſt ſimul nubo. Innubo, ad domũ viri trãſeo. Innubus, qui vxorẽ ducit. Innuba, quæ viro traditur. Sed hæc nomina pœnultimam corripiunt. Pronubo, nuptijs præſum. hinc contra primitiuum pœnultima correpta. Pronubus, qui nuptijs præeſt: Græce paranymphus dicitur. Pronuba, quę nuptijs præeſt.

In ui, tum, muta ſco. paſco dat tibi paſtum.
Agnoſco, cognoſco dabis per itum. nihil autem
Gliſco dabit, velut incœptiua: popoſcit habeto
Poſcere. vult diſco didici: compeſcit ui diſ.
Hæc per itum flectam. Conquexi tolle ſupinum.

Verbum deſinens in ſco, mutat ſco in ui ſyllabã, & tum: vt Creſco, creui, cretũ: noſco, noui, notum: quieſco, quieui, quietum: ſueſco, ſueui, ſuetum: aſciſco, aſciui, aſcitum: conſciſco, conſciui, conſcitum: deſciſco, deſciui, deſcitum. author Priſcianus. primo tamen hæc præterita & ſupina aliunde videntur deriuata. vt à quieo, ſueo, &c. nam Cariſius cõſueo dixit. ſed quia primitiua hæc exoleuerũt, ſiquid ex eis manſit, alijs damus: veluti in nominibus vaſa vaſorum, dicimus eſſe à vas: quia vaſum deſijt eſſe in vſu. Excipiuntur à regula aliqua: vt Paſco, cognoſco, agnoſco: quæ præterita regulariter formãt paui, cognoui, agnoui: ſupina verò contra regulam, paſtum, cognitũ, agnitũ. Legimus tamen aliquando regulariter

Agnotum. agnotum. Salluſtius in ſecũdo hiſt. Neque inermes ex prælio viros quenquã agnoturũ. Noſco no-

Noſcitum. tum in vſu habet. videtur etiam noſcitũ aliquãdo habuiſſe. vnde noſciturus, & frequẽtatiuum noſcito noſcitas, in vſu eſt. & ignoſco participiũ futuri tẽporis etiam facit ignoſciturus, teſte Priſciano. Gliſco caret præterito & ſupino: licet olim fecerit gliſci gliſcitum. Item præteritis & ſupinis carent verba incœptiua, id eſt inchoatiuæ formæ, ſaltẽ proprijs. Capiunt autem præterita à primitiuis: vt Caleſco calui, tepeſco tepui. quæ præterita magis à caleſco & tepeſco vult eſſe Valla, quàm à caleo, tepeo. Quorundam primitiua parũ ſunt in vſu: vt increbreſco increbrui, ſeneſco ſenui, à ſeneo, &c. Accius, Pecora languẽtque ſenéntque. hæc ſupinis penitus carent. Caleſco olim proprium præteritum caleſci faciebat. Cato apud Marcellum, Aures nobis caleſcerunt ad iniurias. Poſco popoſci, diſco didici, cõpeſco compeſcui, diſpeſco diſpeſcui. Quæ quatuor faciunt ſupina in itum: vt poſcitum, diſcitum, &c. licet hæc ſupina ſunt in raro vſu. Apuleius apud Priſcianũ diſciturũ dicit. Seneca in primo de Clementia, Ego ſum nobilibus adoleſcentibus expoſcitum caput, in quo mucrones acuant. Antiquiſſimi, teſte Gellio, pepoſci per e in prima ſyllaba dixere. Conquiniſco conquexi ſine ſupino, dicimus.

Creſco. Creſco, id eſt augeor. Iuuenalis, Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Hinc cretus,

creta,cretum:id eſt ortus,natus. Accreſco,ad aliquid creſco. Concreſco, ſimul creſco,coaleó. Lac concreſcit. *Le laict ſe caille.* Concretus ſanguis, &c. Decreſco,minor fio. Martialis, Decreuere greges, dum cadit hagna frequens. Increſco,valde creſco. Succreſco,ſurſum vel latenter creſco.

Noſco.
Noſco,non ignoro. Noſce teipſum. Agnoſco,cognoſco,dignoſco,ferme ſignificant idem quod noſco. Ignoſco,id eſt veniam do. Terentius, Pater obſecro vt mihi ignoſcas.

Quieſco.
Quieſco,id eſt non moueor. Item dormio,& curis ſiue labore vaco & quieſcere facio. ſic accuſatiuũ regit. Plautus, Quieſce tumultum hunc qui eſt ante oſtium. Virgilius, Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. id eſt quieſcere fecerũt,authore Seruio. Salluſtius, Paululũ requietis militibus. Requieſco,id eſt quieſco. Cicero, Niſi eorum exitio non requieturam. Quieſco primarium eſſe docet Gellius, & ab eo quietem dici potius quàm contrá. Acquieſco,id eſt quieſco & conſentio ac condeſcendo. Hieronymus in prologo Iudith, Acquieui poſtulationi veſtræ. Conquieſco,bene quieſco.

Sueſco.
Sueſco,id eſt ſoleo. Cicero Metello, A te id quod sueſti peto,me abſentem diligas atque defendas.

Aſſueſco,conſuetudinẽ habeo. Conſueſco,idem. Deſueſco,conſuetudinem perdo. Inſueſco,valde ſueſco. Terentius in Adelphis, Qui mentiri aut fallere inſueuerit patrem,tanto magis audebit cæteros. Inſuetus nomen,id eſt non aſſuetus.

Conſciſco.
Conſciſco,aſciſco,&c. habent præterita non propria,ſed primitiuorum aſcio,conſcio,&c. quæ exoleuerunt. ideo tanquam propria præterita ac ſupina dantur deriuatiuis. Conſciſco,id eſt conſentio, & ſciens conſentiénſque infero. Cicero Mario, Mortem mihi cur conſciſcerem,cauſa non eſt viſa:cur optarem,multæ. Item conſtituo & decerno. Liuius lib. 1, Cenſuit,conſenſit,conſciuit,vt bellum cum priſcis Latinis fieret. Ipſum ſcio vel ſciſco etiã ſtatuere aut decernere ſignificat. Plautꝰ in Curc. Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit,quas vos rogatas rumpitis. ſciſco etiam pro ſcio capitur. Idem in Amphi. Ocyus accurro,vt ſciſcam quid velit. Conſciſco etiam ſignificat contraho. Columella lib. 8, Diligens paſtor ſtabulum quotidie conuerrit,nec patitur ſtercus humorem conſciſcere lutúmve,capris inimica. Præſcio & præſciſco vtrunque in vſu eſt pro præſentio. Aſciſco,adiungo, aſſumo,arrogo,attribuo,adgrego,admitto. aliquãdo legimus aſcio. Columella, Hãc aſcimus quaſi agriculturæ partem. huic contrarium eſt deſciſco:vt Deſciſco à duce meo. Lactantius libro quarto, Deſciuerũt à te,& abiecerũt legẽ tuã. id eſt defecerũt & receſſerũt. Deſciſco ab opinione tua, id eſt diſſentio.

Paſco.
Paſco,id eſt nutrio:vt Paſce oues meas. Paſtus,cibus. de conſtructione habemus in Syntaxi multa. Paſco hærbam,id eſt comedo,&c.

Gliſco.
Gliſco,id eſt creſco. Sillius, Et gliſcunt aduerſa metu. Accipitur pro cupio. Papinius lib. 3, Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus Exule. Veteres gliſcor gliſceris dixerunt,teſte Marcello.

Poſco.
Poſco,id eſt peto. Virgilius, Tu modo poſce deos veniam. Repoſco,repeto. Depoſco, valde poſco. Expoſco,idem.

Diſco.
Diſco,capio doctrinam. Dediſco,negligo quæ didici. Plautus, Haud æquũ facit,qui quod didicit, dediſcit. Ediſco,memoriter diſco. Addiſco,id eſt bene diſco.

Compeſco. Diſpeſco.
Compeſco,id eſt coerceo,cohibeo,domo. Iuuenalis, Digito compeſce labellum. fit à paſcuo: vt ſit eodem paſcuo contineo. vt Diſpeſco,quaſi diuerſo paſcuo diduco. Itaque diſpeſco, ſignificat ſeparo & dirimo. Plinius, Nilus Aphricam ab AEgypto diſpeſcit.

Cõquiniſco.
Conquiniſco,id eſt caput inclino,vel conniueo. Pomponius apud Priſcianum, Ad eum vt cõqueſ, interim mulieres conſpiciunt. Capitur etiam pro indignor. Plautus in Ciſt. Faciendum eſt puerile officium:conquiniſcam ad ciſtulam. ita exponunt:ſed non inepte mihi videtur poſſe capi in priore ſenſu.

Oquiniſco ſine b,etiam ſignificat inclino. vnde nec præteritũ,nec ſupinum inueni. Põponius in Piſtore, Niſi quũ aliquis ſubito obuiam occurrat,mihi qui oquiniſcat. Feſtus dicit, Conquinere,deputare. vnde conquiniſco videtur eſſe formatum.

N mota ci,ctum,vinco dat:dicóque xi,ctum,
Vt duco. parco ſi,ſúmque:pepercit itúmque.
DO. Icere ci,ctum vult. In di,ſum,do bene vertes.

Vinco facit vici,victum,ablata n litera:dico,dixi,dictum:duco,duxi,ductum:parco,parſi,parſum:vel peperci,parcitum. ico,ici,ictum. de Parcitum(quia aliqui negãt parco peperci ſupinum habere) Plinius libro trigeſimotertio, Italiæ parcitum eſt vetere interdicto patrum.

Vinco.
Vinco,id eſt ſupero. Cicero, Facile eſt vincere non repugnantes. Conuinco,euinco,deuinco,idem.

Dico.
Dico,id eſt loquor & nomino. Cõpoſita producunt pœnultimam:vt Addico,id eſt adiudico. Iudex addixit mihi domum. Martyres addicebantur atroci ſupplicio. Condico,cõſtituo. Edico,iubeo. Edictum,mandatum. Indico,denuntio. Rex Anglorum indixit Francis bellum. Interdico,prohibeo:vt Interdico tibi domo mea. Prædico,antè dico.

Duco.
Duco,notum eſt. Seneca, Fata volentem ducunt,nolentem trahunt. capitur pro iudicare & exiſtimare. Virgilius libro decimo, -tãtón' me crimine dignum Duxiſti? Tullius, Nec fas eſſe ducebã. hinc adduco, induco, reduco: quæ ſatis nota ſunt. Traduco, trans aliquid duco. Deduco, in viam vel

domum duco. vt Deduxi ſocium meum. Subduco, clàm tollo. Martial. Subduxit mappas quattuor Hermogenes. Et leuo. Virgil. -qua ſe ſubducere colles
Incipiunt. hinc Subduco nauem, id eſt ad terram traho. Obduco, circũduco, vel tego: vt Nubes obduxerunt cælum. Seduco, ſeorſum duco. Virgil. Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus. Cicero libro quinto epiſt. ad Atticum, Seduxit eum Scaptius. id eſt ſeorſum duxit eum & extra alios. Perſius,
-non tu prece poſſis emaci,
Quæ niſi ſeductis nequeas committere diuis. Plautus in Aulul. Eo nunc ſecreto ego te huc foras ſeduxi. & quia latrones & quicunque malum machinantur, ſolent hominem ſeducere ne alij aſſint: ideo ſeduco capitur pro decipio. Terentius in Andria, Etiã nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas? Significat etiam depono. Cicero pro Flacco, Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſeducant arrogantiam. Conduco, aliquid pretio accipio. Plautus in Pſeud. Quantulo argenti te conduxit Pſeudolus? Sic Conduxi domum. Is à quo conducitur, locare rem dicitur. Capitur etiam pro duco & congrego vel colligo. Item vtilis ſum. Sapiens, Neſcit homo quid ſibi conducat. Diduco, id eſt ſeparo diuido. Quintil. Quum peregrinatio mea nos diduceret. hæc omnia pœnultimam producunt.

Parco. Parco, abſtineo, quaſi parum tango (vt aiunt): vt Parco nummis, lachrymis, &c. Et veniam do, atque ab vltione abſtineo. Liuius libro 25, Necdum eos Capuæ paſſuros. Virgilius, Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Comparco, id eſt parco. Reparco, iterum parco. Item parco, id eſt ſeruo. vt Cui parcis hæc? Parcus, qui ſumptibus parcit.

Ico. Ico, id eſt percutio. Ictus, icta, ictum, id eſt percuſſus. Ictus, ictus, ictui, percuſſio. Iuuenalis, Ducens planta velut ictus ab hercule Cacus. Sulpitius ponit icio, vt facio. Plinius, Fulmine laurus ſola non icitur. Liuius lib. 1, Ibi in turba ictus Remus cecidit. Producitur tam in præſenti, quàm in præterito contra Priſcianum & plures, vt probaui in Verſificatoria.

Mando. IN DI, SVM, do bene vertes. Do mutatur in di & ſum: vt Mando, mandi, manſum, id eſt comedo, vel dentibus cõficio. Liuius Andronicus, Quum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops. Habuit teſte Priſciano, etiam mandaui & mãdidi gemino di, ne credas carere ſupino, licet non adeò frequens ſit. Quintilianus cibos manſos dixit. Cicero in ſecundo de Oratore, Omnia minime manſa (vt aiunt) nutrices infantibus pueris in os inſerant. Serenus, Purgatur cerebrum manſa radice piretri. Remando, ruſus mando & rumino. Mando mãdas, primæ, id eſt committo, &c. Manduco mãducas, id eſt mando, mandis, mandit. Mandibula, id eſt maxilla in qua dentes ſunt.

Scando. Scando, ſcandi, ſcanſum. ſupinum eſt in raro vſu. hinc tamen fit ſcanſilis. Compoſita mutant a in e: vt Aſcẽdo, deſcendo, verba ſatis nota: aſcendi, aſcenſum, &c. Inſcẽdo, in aliquid ſcando. Conſcendo, id eſt ſcando.

Defendo. Offendo. Defendo, defendi, defenſum, id eſt protego. Offendo, offendi, offenſum, id eſt lædo, vel facio iratũ. Offenſa, talis læſio. Offendo etiam, id eſt inuenio. Terentius, Texentẽ telam ſtudioſè ipſam offendimus. Simplex fendo non eſt in vſu.

Incendo. Accendo. Incendo, incendi, incenſum, eſt accendo, id eſt ardere facio. Plautus, Quàm mox incendo togum. Succendo, idem. Incendium, inflãmatio. Simplex cando candis, non eſt in vſu. Calepinus negat hæc à candeo deriuari: quia candeo neutrum eſt. Accendo, incendo, &c. actiua.

Tolle cado, cecidi, caſum. pandi, cape paſſum.
Edi ſũm vel ſtum. dat pedo, pepedit, itúmque.
Cædo cecidit habet: ſic pendo, pependit. & in ſum
Fiet vtrunque: quibus par tendo eſt dans quoque tentum.

Cado, cecidi, caſum. Pando, pandi, paſſum. Edo, pro comedo, comedi, comeſum vel comeſtum. Pedo, pepedi, peditũ. Cædo cum diphthongo, cecídi, ſecunda longa, cæſum. Pendo, pependi, penſum. Tẽdo, tetendi, tenſum vel tentum. Horum quinque geminant principium præteriti, Cado, pedo, cædo, pendo, tendo: quorũ compoſita non geminant: vt Incido, íncidi, pœnultima breui, à cado. Oppedo oppedi: occido, occídi, à cædo pœnultima longa. appendo appendi, attendo attendi.

Cado. Cado, id eſt ruo. vt Cecidit in foueam quam fecit. Et morior. Virgilius, Sed cadat ante diem. Caduus & caducus, id eſt cadens. Compoſita mutãt a in i breue: vt óccido, occidi, occaſum: id eſt deſcendo, deorſum ruo. vt Sol occidit. hinc occaſus. Et morior. In epitaphio Tullij,
Occidit indignè manibus laceratus iniquis
Tullius, ah tumulo conditus exiguo. Procido, antè aliquem cado. Recido, iterum cado. Accido, contingo. Excido, incido, decido ſatis nota ſunt. Nec ſolum occido ſupinum habet, vt quidã arbitrãtur: ſed etiam alia, licet rarius: vt Recido, recidi, recaſum. Suetonius in Auguſt. Cũcta in ipſos recaſura. Cic. ad Atticum, Id ego puto ad nihil recaſurum. In Iuſtiniani inſtitut. Si in poteſtatem patris recaſuri non ſunt.

Pando. Pando, id eſt aperio & patefacio. Beda vult etiã panſum habere vt manſum. ſed Gellius lib. 15. cap. 15. oſtẽdit rectius gemino ſſ paſſum dici. vt Paſſus capillus, id eſt porrectus ac ſparſus. Paſſæ manus,

paſſa vela, id eſt diducta ac diſtēta. Virg. Paſſis de littore palmis. hinc Expādo, expādi, expaſſum: id eſt extēdo. Plautus per e ſecundā vocalē diſpeſſis dixit apud Gelliū, Credo ego iſtoc exēplo tibi eſſe eundum extra portā diſpeſſis manibus, patibulū quum habebis. Oppando, circūpando. in Exodo, Velū quod ante illud oppāditur. Propādo, vltra pando. Repādo, à quo repandū, quod retrorſum patet. Pandus, apertus. Pando pandas, primæ, id eſt incuruo. Trabs ſub onere pandatur.

Edo, es, eſt, id eſt comedo. Mart. Boletū qualē Claudius edit, edas. ſupinū eſt eſum: hinc eſt eſurus, eſura, eſurum. Plaut. Vbi ſumus eſuri? Eſtum in ſimplici exoleuit: & in vnico cōpoſito vtimur quod eſt comedo, comedi, comeſum vel comeſtum. reliqua ſolū eſum retinent: vt Exeſum, ambeſum, adeſum, obeſum, &c. & ſæpius comeſus, teſte Aldo, quàm comeſtus dicitur. Iuuen. Et cito raptus de nobilitate comeſa Quod ſupereſt. Salluſtius apud Diomedē, Patrimonia comeſta. Cic. pro Cluētio, Potius comeſtū, q̄ epotū in venas atque omnes partes corporis emanaret. Abedo, id eſt rodo & deuoro. Virg. -nā ſæpe fauos ignotus adedit Stellio. Idē 9. AEneid. Et poſtibus hæſit adeſis. Ambedo, circunrodo. ab am, id eſt circum, & edo. Idem tertio AEneid. Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. Peredo, totū edo. Caſeus eſt pereſus. Semedo, dimidium edo. verbum credo parū reperiri: ſed bene ſemeſus, ſemeſa, ſemeſum. Obedo, circunedo. Obeſus, corroſus. Item pinguis. Plinius, Aſſidua ſatietate obeſus. Exedo, erodo. hinc mons exeſus dicitur. Edax, id eſt vorax. Edulis edule, quod edi poteſt. Edulium, cibus. Inedia, fames. Edo.

Pedo, ventris crepitum facio. ſupinum eſt peditum, licet non ſit multum frequens. Catullus, Subtile ac leue peditum Liconi eſt. Oppedo, cōtrà pedo. capitur pro diſſentio & aduerſor. Horatius, Vin' tu curtis Iudæis oppedere? Pædor, nomen, id eſt immunditíes, fœtor. Pedo. Pædor.

Cædo, id eſt percutio & amputo. In Euang. Alij cædebant ramos de arboribus. Cæduus, cædi ſolitus: vt cædua ſylua. Item interficio. Virg. Cæduntur vigiles, portiſque patentibus omnes Accipiūt ſocios, atque agmina cōſcia iungunt. Cædes, occiſio. Cōpoſita mutāt æ diphthōgum in i longum: vt Occido, occidi, occiſum. id eſt noceo aut interficio. Excido, ex aliquo cædo: vt Excidi columnam. Decido, amputo. Concido, ſimul cædo. Incido, ſeco. Præcido, amputo, vel ante alia cædo. Recido, ſeco, amputo. Circuncido, id eſt circunſcindo. vt Nummus eſt circunciſus. Cædo.

Pendo, ſuſpendo. vt Pendo furem vel togam. Etiam ſignificat pōdero & æſtimo: vt paruipendo & ſoluo. Virg. Ipſi ſacrilego pēdentis ſanguine pœnas. Et ſuſtineo. Lactant. lib. 2, Eóſque impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia pēſuros. Penſio eſt ſolutio conductæ rei, vel ſub cōditione certæ pecuniæ danda aliter habitæ. Appendo, ad aliquid pendo. Expendo, expono. Expēſa, id eſt ſumptus. Etiam ſignificat æſtimo. Iuuen. Expende Hannibalē. Et ſoluo. Virg. Voluiſti expēdere pœnas. Impendo, do, adhibeo. Impendiſti mihi maximum beneficium. Impenſa vel impendium, ſumptus. Non parco impenſis. Reddes mihi impendiū. Suſpendo, ſurſum pendo. Suſpenſus, id eſt dubius & incertus. Virg. Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo. Rependo, id eſt reddo. Virg. Si vera feram, ſi magna rependam. Perpendo, id eſt conſydero, examino. Perpendiculum, eſt inſtrumentum ædificantiū quo perpenditur altitudo vel æqualitas rei. Pendo Alexander vult etiam pendi facere in præterito. Pendo.

Tendo, tetendi, tenſum. Lucan. in 1, Et varias ignis tenſo dedit aere formas. vel tentū. Author Priapeæ, Tentáque ad exēplum ſit ſua turba dei. Sic cōpoſita intendo intenſum & intentū, Oſtēdo oſtenſum & oſtentum, Extendo extenſum & extentum, &c. in quibuſdam alterum frequentius inuenitur. Tendo.

Tendo, id eſt expando. Virg. Tendunt vela noti. id eſt illi, venti. Horat. Neque ſemper arcum tendit Apollo. Et proficiſcor. Virg. Quo tenditis? vnde venitis? Et conor. Idem, Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Et tentorium pono. Virg. Hic ſæuus tendebat Achilles. Et offero. Idem, Parúmque patri tendebat Iulum. Et pono. Salluſt. Interea Romæ multa ſimul moliri, cōſuli inſidias tendere. Attendo, conſydero. Contendo, certo. Auſim contendere, id eſt (vt vulgo dicitur) deponere. Bene autem dices Auſim tecum deponere aureolum. Item diligenter peto, vel exigo, & valde tendo. Virgil. Contende tenacia vincla. Portendo, antè tendo, & præſignifico: quaſi porro, id eſt procul tendo. Cometa portendit aliquam cladem. Portentum, monſtrum aliquid portendens. Prætendo, oſtendo, & antè tendo. Virg. Paciferæque manu ramum prætendit oliuæ. Obtendo, cōtrà tendo vel contradico. Intendo, attendo, & valde tendo. Virgil. Intendunt acres arcus. Intentus, id eſt attentus, & operā cuiquā rei nauans. Item intendo, id eſt augeo: quia quod tēditur, augeri videtur. Intentio, id eſt propoſitū apud iuniores. id Vallæ non placet. Intendo etiam ſignificat extēdo. Suſtēdo, clàm tendo & machinor. Salluſt. Suſtendit inſidias militi. Diſtēdo, multum extendo. Virg. Et dulci diſtendunt nectare cellas. Oſtendo, id eſt demonſtro: quaſi os, id eſt rei faciem tendo. frequentatiuū eſt oſtento, quod ſignificat oſtendo cum iactantia. hinc Oſtentatio, id eſt iactantia. Aliquando ſimpliciter ſignificat oſtendo. Plaut. in Aulul. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Quod do componit, didit atque ditum dabit vſque:
Dic tamen abſcondi, quod itum poſcit mage quàm ſum.
Sido præteritum neſcit: rudo, ſtrido, ſupinum.

Addo. Abdo. Compoſitum tertiæ coniugationis à do, facit didi in præterito,& ditum in ſupino:vt Addo, addidi,additum:id eſt iungo. Abdo,aufero vel abſcondo.

Condo. Condo,id eſt facio:vt Condo vrbem. Et congrego vel tego. Plinius,Formicæ condunt æſtate fructus,quibus hyeme fruantur. Recondo & abſcondo hinc ducta,ſignificāt tego. Condo, id eſt ſepelio. Conditorium,ſepulchrum.

Edo. Edo,id eſt publico. Martialis, Quum tua non edas,carpis mea carmina Læli:
Carpere vel noli noſtra,vel ede tua. Naſo,Ede tuum nomen. id eſt exprime. Item pario. Iuuenal. Si mulier vitulum,vel ſi bos ederet hagnum. male capitur pro compono.

Dedo. Dedo,id eſt poteſtatem do. Terent. Tibi pater me dedo:quiduis oneris impone,ac impera. Deditus ludo,qui multū ludit. Deditus virtuti. Deditus vxori,qui ſeruit vxori,& ei nimis cupit placere.

Indo. Indo,impono:vt Indo filio nomen. Inde pulti butyrum.

Obdo. Obdo,oppono. Terentius Peſſulum oſtio obdo. Et claudo. Naſo,Pace fores obdo, nequis diſcedere poſſit.

Prædo. Prædo,præ alijs do:non multum eſt in vſu. hinc Præditus,plus alijs donatus: vt Præditus virtute, Præditus nequitia.

Trado. Trado,in poteſtatem alterius transfero: vt Iudas tradidit Chriſtum Iudæis. Trado tibi nummum. Significat etiam doceo. Paulus,Accepi à domino,quod & tradidi vobis.

Prodo. Reddo. Prodo,manifeſto. Virg. -tectúſq; recuſat Prodere voce ſua quenquā. Etiā ſignificat dolo tradere,vel rem alterius aperire. Item ſcribo. Plinius,Quū hæc proderem. Reddo,rurſus do,reſtituo.

Perdo. Perdo,amitto. Iuuen. Stultum eſt poſt omnia perdere naulum. Et occido. Terent. Dij te perdant.

Vendo. Vendo vendidi,à vænum & do.

Credo. Credo,quaſi cretum,id eſt decretum & firmum do. quod etiam ſignificat committo. Virgilius,Auſus ſe credere cælo. Omnia mea tibi credo.

Abſcondo. Abſcondo ſine geminatione,abſcondi facit:& abſconditum melius quàm abſconſum,teſte Diomede. Et Caper negat abſconſus Latine dici. reperitur tamen in ſacris. Hieron. in Eccleſiaſtico cap.4, Denudabit abſconſa ſua illi.

Sido. Sido caret præterito proprio: ergo etiam ſupino. & dicitur præteritum à ſedeo capere ſedi propter ſignificationis cognationem:& ſignificat deſcendere,ſiue ad ſedendum, firmandum,manendúmve ponere. Virg. de auibus,Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt. Lapis aquæ immiſſus ſidit. Conſido & ſubſido,idem. Ouidius,Quiſquis es,hoc poteris mecum conſidere ſaxo. Idem,Iuſſit & extendi campos,ſubſidere valles. id eſt deſcendere. Idem,Flumina ſubſidūt,colles exire videntur. Perſido,valde & perfecte ſido & perſiſto.

Rudo. Strido. Rudo rudi,Strido ſtridi,neſciunt ſupinum. Strido,id eſt ſtrideo. Rudo,grauiter ſono, proprie eſt aſinorum. Ouidius,Intempeſtiuo quum rudit ille ſono. Virgilius etiam leones rudētes dixit,Sera ſub nocte rudentum.

Tundo facit tutudi tunſum,compoſtáque tuſum.
Scindo,ſcidi,ſciſſum dat:findo fidi,quoque fiſſum:
Et fundo,fudi,fuſum. Si,ſum,dato ludo,
Diuido,cum vado,rado,ceu lædere,trudo,
Et rodo,plaudo,claudo,& cædo geminans ſſ.

Tundo. Tundo facit tutudi geminās principiū: in ſupino autem tunſum. in cōpoſitis ablata n litera tuſum facit:vt Cōtundo,cōtudi,cōtuſum. veteres teſte Diomede,in præterito tunſi dicebāt. Tundo,id eſt percutio,pulſo,& in vaſe quippiam cōminuo. Virg. 1. AEneid. Suppliciter triſtes,& tūſæ pectora palmis. Rea tundamus pectora. Virg. 4. Georg. Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſaporē. Simplex aliquādo etiā abijcit n in ſupino:ideo literā intelligas de frequētiore vſu. Plin. lib. 21, Hęc tuſa cribratáq; vino quantū poſſit excellēti. Cōtundo,ſimul tundo. Extundo, excutio vel inuenio. Virgil. Vt varias vſus meditādo extūderet artes. Obtundo,cōtrà tundo vel hebeto,hebetas. vnde obtuſus. Item Obtundo,id eſt nimis verbis moleſto. Terēt. Ne me de hac re obtundas ſæpius. Pertūdo,perforo. Iuuenalis,O medici mediā pertundite venam. Saccus pertuſus,qui habet foramen. Retundo,reprimo.

Scindo. Scindo,ſcidi,ſciſſum:& Findo,fidi,fiſſum,perdunt n tam in præterito,q̄ in ſupino,vbi geminant ſſ.

Fundo. Fundo,fudi,fuſum,nō geminat ſſ,ſed perdit n tā in præterito,q̄ in ſupino:vt Tūdo,tutudi,in præterito. Scindo, *Ie coupe*. vt Scindo panē. Cōſcindo,ſimul ſcindo. Abſcindo,amputo. Excindo,deſtruo, vel ex aliquo ſcindo. Excidiū, deſtructio. Reſcindo,iterū ſcindo,vel non ſeruo. vt Reſcindo pactū.

Scicidi. Cōpoſita à ſcindo & findo, in præterito corripiūt pœnultimā. Scindo apud veteres geminabat principiū præteriti,& dicebatur ſcicidi. Accius apud Priſcianū,Non ergo aquila,vti prædicāt,ſciciderat pectus. nūc abſque geminatione ſcidi dicimus. Lucan. lib. 4, Tellurē ſubitis aut obruit aut ſcidit vndis. Mart. Vnguentū fateor bonū dediſti Conuiuis, here, ſed nihil ſcidiſti. Fuerūt olim plura principiū præteriti geminātia:vt Deſcēdo deſcēdi,fecit olim etiā deſcēdidi. Velerius Antias apud Gelliū, Dein-

lz.ij.

de funere locato ad forũ deſcẽdidit. Laberius apud eundẽ, Ego mirabar quomodo mihi deſcẽderãt.
Alexander dicit prendo etiam geminare finem præteriti, vt dicatur prendidi: & ſic Hieronymus vſus Prendo.
eſt, niſi mendoſi ſint libri: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis. In quem locũ ſic ait Valla, Alij co-
dices melius habent cepiſtis & ceperunt. alij optime & quidem vetuſtiores prehenderunt & prehen-
diſtis. Et paulo poſt, Non puto inquit ab interprete trãſlatum per vocem barbaram prendiderunt &
prendidiſtis. Prendo ergo nullo modo geminabit finẽ præteriti, quia id ſolus Alexander tradidit. Pho
cas autem dicit prendo prendi, vt mando mandi. Stathius primo Sylu. Prendiſti portus. Lucanus, Ma
nus quæ prenderat, hæſit. Prendo vel prehendo, id eſt capio. vnde Apprehendo, deprehendo, compre-
hendo, reprehendo, id eſt arguo, verſus gratia apprendo, &c.
Findo, diſſeco, *fendre*. Diffindo, idem. Fiſſilia ligna, fiſſa. Findo.
Fundo, liquefacio vel liquidum ſpargo. *Fondre*. vt Fundo aquam, fundo ollam, id eſt ollam fundendo Fundo.
facio. Fuſile, quod funditur. vt Fuſilis ſtatua. Fuſor, qui fundit vaſa ærea, ſtannea, &c. Etiam ſignifi
cat abundanter præbeo. Virgil. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Et proſterno: vt Fũdo ho
ſtes. Cõfundo, ſimul fundo & perturbo. *Confondre*. Diffundo, late & in diuerſa fundo. Offundo,
contrà fundo. Profundo, nimia expendo, quaſi procul fundo. Hic profundit pecuniam, id eſt male
expendit. talis ſui profuſus dicitur. Refundo, reddo. Deus tibi refundat. Huius verbi compoſita nuſ-
quam pœnultimam corripiunt.
SI, SVM, DATO LVDO. Pauca verba mutant do in ſi, & ſum: vt Ludo, luſi, luſum, &c. ſed ce-
do geminat vtrobique ſſ, ceſſi, ceſſum.
Ludo, ludũ exerceo & iocor. Plinius, Ludere me putas: ſeriò peto. Et derideo vel decipio, cum accu Ludo.
ſatiuo. Virg. Multa malus ſimulans vana ſpe luſit amantem. Alludo, ad aliquid ludo vel blandior.
Canis alludit hero. Colludo, ſimul ludo. Licétne vobis colludere? Eludo & deludo ac illudo, id eſt
derideo & decipio. Præludo, antè ludo. Præludium, principium ludi.
Diuido, diuiſi, diuiſum, id eſt partior. Diuiduus, id eſt diuiſibilis. Indiuiduus, indiuiſibilis. Diuido.
Vado, id eſt eo. Euado, exeo vel effugio. Nemo poteſt euadere manus dei. Virg. Iuuat euaſiſſe tot Vado.
vrbes. Terent. Quàm timeo quorſum euadat. id eſt tendat. Iohãnes euaſit doctus, aut in doctũ virũ.
id eſt factus eſt doctus. Horatius per ſyncopen dixit, Euaſti credo, metues, doctúſq; cauebis. id eſt eua
ſiſti. Inuado, ineo. Virgilius, Túque inuade viã. Idem, Inuadunt vrbem ſopno, vinóque ſepultam.
Rado, id eſt cultro vel quauis re acuta decerpo: vt Rado barbam, rado ollam, rado terram. Auis ra- Rado.
dit aerem, id eſt ſecat. Virgil. de columba, Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas. Corra-
do, colligo. Terentius, Minas decem corraſi alicunde. Abrado, erado, nota ſunt.
Lædo, dolore afficio, aut malum infero. Compoſita mutant æ diphthõgum in i longũ, quod vn- Lædo.
dique ſeruant: vt Allido, alliſi, alliſum, ad aliquid lædo. Alliſi caput parieti, vel ad parietem. Collido,
fortiter concutio vel occido. Elido, idem. Illido, impellendo lædo vel trudo. Ventus illiſit nauem
ſcopulo, vel in ſcopulum. Illæſus, id eſt non læſus, nomen eſt: quia illædo non dicitur.
Trudo, manibus pedibúſve, &c. impello. Mola truſatilis, quæ manibus verſatur. Extrudo, expello. Trudo.
Intrudo, vi induco. Detrudo, depello. Virgilius, Detrudunt naues ſcopulo.
Rodo, mordendo comedo. *Ronger*. Mus rodit caſeum. Caper rodit vitem. Canis rodit oſſa. Capitur Rodo.
pro detraho. Horatius, Abſentem qui rodit amicum. Corrodo, contero. Erodo, dentibus effodio.
Panis eſt eroſus à muribus.
Plaudo, manibus percutio, & geſtu lætitiam indico. Applaudo, ad aliquẽ plaudo. Virgilius, Pars Plaudo.
pedibus plaudunt. Canis applaudit domino ſuo. Pro eodem dicitur Plodo plodis, au in o verſa: vt
fit in plauſtrum ploſtrum. Explodo, plaudendo eijcio. Complodo, concutio. In libro Iudicũ, Cœ-
perunt complodere inter ſe lagenas.
Claudo, vel mutata au in u longũ, cludo: clauſi clauſũ: vel cluſi cluſũ: quod vetuſtius eſt: id eſt ope Claudo.
rio. Cõpoſita au ſemper in u longũ vertũt: vt Includo, excludo. Recludo, id eſt aperio. Secludo, ſeor
ſum claudo, vt ſit ſolus. Occludo, id eſt claudo. Concludo, ſimul claudo, & omnem exitum eripio.
Cedo, ceſſi, ceſſum, ſine diphthõgo, id eſt abeo, & locum do. Quintil. Vbi neceſſe eſt vinci, expedit ce Cedo.
dere. Naſo, Cede repugnanti, cedendo victor abibis. Etiam ſignificat in partem venio. Idem, Ceſſe-
runt nitidis habitandæ piſcibus vndæ. Compoſita pœnultimam producunt. Accedo, adeo. Ex-
cedo, exeo vel ſupero. Cócedo, permitto, & do, & eo: vt Concedo ad forũ. Incedo, ambulo. Succe
do, ſequor, & in locum alterius venio. vt Petro ſucceſſit Linus. Et intro. Virg. Noſtris ſuccede pena-
tibus hoſpes. Et procedo vel euenio: vt Omnia proſperè ſuccedunt. Secedo, ſeorſum eo. Seceſſus,
ſecretus locus. Antecedo, præcedo, recedo, decedo, diſcedo, ſatis nota ſunt.
Cudo. Diomedes cum Cariſio & Phoca in præterito cuſi vel cuſſi habere dicit: quod authoritate Cudo.
probari nõ poteſt. ideo Priſcianus dicit habere cudi cuſum vnico ſ, vt mãdi mãſum: ideo in litera hoc
verbum non excipimus. Virgilius 1. AEneid. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepítque ignem folijs. Excudit præteritum eſt, teſte Seruio: quia ſic ait, Excudit, id eſt feriendo
eiecit. Diomedes quoque per hunc Virgilij locum oſtendit melius habere cudi, quàm cuſi. Alexander
igitur recte dixit cudi præteritum eſſe. A ſupino eſt cuſo cuſas, quod non eſt in vſu. hinc tamen ſunt

accuſo,incuſo,&c.author Priſcianus,licet aliqui à cauſa deriuẽt,vel à cauſor. Cudo,ferrũ percutio, vt aliquid ex eo fiat. *Forger.* Excudo,cudendo facio. Virgilius,Excudant alij ſpirantia mollius æra.
Fido fiſus ſum,in ſequenti libro patebit.

GO.
Go vel guo,xi,ctúmque facit.tamen iſta ſupinis
N tollunt,pingo,ſtringo,cum fingere,ringo.
Tango facit tetigi,tactum.dat ago,egit,& actum.
Vult frango,fregi,fractum.pegi,pepigique,
Et panxi,pactum,pango.capiet lego,gi,ctum.
At xi,ctúmque dabunt intelligo,negligo,dili.
Dat pungi pupugi,punxi:punctum venit inde.

Verbũ in go vel in guo deſinẽs,facit xi in præterito,& ctum in ſupino præcedẽte c:vt Pergo,perrexi,perrectũ,id eſt in re procedo. Terẽt.Si pergis,abiero. Perſius,Perge,tacebo.Quo pergis?id eſt vadis. (Pergo.)

Afflígo,crucio vel moleſto.In Leuit.Nolite affligere cõtribules veſtros. Cõfligo, pugno. Infligo, incutio.Plaut.Inflixit mihi vulnus. Producunt hæc penultimam, quorum ſimplex fligo obſoleuit. (Affligo. Confligo. Infligo.)

Rego,guberno. Cõpoſita mutant e in i breuẽ:vt Arrigo arrexi arrectũ,id eſt eleuo. Terent. Arrige aures Pãphile. Corrigo correxi correctum,id eſt emendo. Terent. Siquid peccatũ eſt, arte corrigas. (Rego.)
Dirigo direxi,directũ,id eſt duco,& recte ordino. Surrigo, id eſt ſurſũ leuo:vt Equus ſurrigit aures.

Surgo ſurrexi,notum eſt. Exurgo,idem. Aſſurgo,honoris exhibendi gratia ſurgo. Aſſurge præceptori & ſacerdoti,&c. Inſurgo,contra aliquem ſurgo ad reſiſtendum. Noli parenti inſurgere. male dicunt pueri,Pater non erat ſurrectus. dicant Nõdum ſurrexit. dictum eſt autem Surgo pro ſurrigo: vt Pergo pro perrigo:licet id ante rego poſuerim. & Porgo poetice pro porrigo legitur, quod ſignificat extendo vel offero:porrexi,porrectum,vt ſimplex rego. (Aſſurgo.)

Plango,planxi,planctum,id eſt tundo vel percutio. Ouid. Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Idem, Tum demum pectora planxi. Significat etiã plorare & deflere:quia tum pectora plangere ſolemus.hinc Planctus & plangor,id eſt ploratio. (Plango.)

Clango,id eſt tuba ſono vel cano.clangor,vox tubarum eſt,& aliquando aliarum rerum obſtrepẽtium ſonus,vt anſerum,&c. Hieronymus præteritum facit clangui.in libro Numerorũ,Si ſemel clangueris,venient ad te principes. (Clango.)

Stingo vel ſtinguo,ſtinxi,ſtinctum,id eſt deleo,obſoleuit. Compoſita in vſu ſunt,Extinguo,id eſt deleo,occido. Inſtingo , immitto, inſpiro. Inſtinctus, inſpiratio. Reſtingo, extingo, vel cohibeo. (Stingo.)
Diſtinguo,diſcerno. Ninguit ninxit,niuem emittit.

Vngo ſine u Seruius dicit ſcribi.ſic Vngentum. vnxi vnctum.olim habuit vngui. Vngo,id eſt corpus humore aliquo linio. Inungo,perungo,idem. Vnguentum,quo vngitur aliquid. Vnguen,idem. (Vngo.)

Tinguo cum u poſt g,teſte Capro,id eſt immergo. Virgilius, -ſtridentia tinguunt
AEra lacu. Et colorem indo:vt Tinguo pannum.plures dicunt etiã ſine u,tingo:vt cum u,vnguo. (Tinguo.)
Intingo,id eſt tingo:vt Qui intingit mecũ manũ in paropſide. TAMEN ISTA SVPINIS.

Excipiũtur à regula quædã:& primo, quæ recte præteritũ formantia in ſupinis perdunt n: vt Pingo pinxi pictum,id eſt formã alicuius rei ductis lineis repræſento. Pictor,qui pingit. Pictura,ipſa ars. (Pingo.)

Stringo ſtrinxi ſtrictum, id eſt premo & arcto. Plinius, Apprehenſámque manũ ſtringit. Et percutio. Virgili⁹ lib.10,Atque animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. Etiam ſignificat enſam nudare. Idem lib.11,Strictum rotat acer Lucagus enſem. Aſtringo,alligo. Obſtringo,obligo. Conſtringo, comprimo vel colligo. Reſtringo,cõpello vel arcto. Diſtringo, premo & abrado & denudo. hinc Diſtrictus gladius,id eſt exemptus è vagina. Extringo,exprimo, declaro. Stricte & ſtrictim, arcte & breuiter. (Stringo.)

Fingo finxi fictum,id eſt formo. Salluſtius,Veluti pecora quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. Fingo vaſa ex argilla. Figulus , vaſorum fictor. Figlina,officina figuli. Etiam ſignificat ſimulo,vnde fictio & figmentum. Fictile,quod fictum eſt,vt vas. Et excogito. Terentius,Fingunt quandam inter ſe fallaciam. Effingo,ad alterius formam fingo. Effigies,imago. Effigiare,effigiem facere. Affingo,ad aliquid fingo. Lactãt.lib.4,Nihil nos affingimus,nihil nos addimus. Confingo, ſimul fingo & ſimulo. Terentius in Phormione, Omnia hæc confingam. Diffingo, diffictum formatúmque diſſoluo. (Fingo.)

Ringo rinxi rictũ,vel deponẽtaliter ringor,rictus ſum vel fui,id eſt os torqueo:vt canes faciunt latraturi. Et ex ira in rugas os diducere. vnde ringi pro iraſci,indignari,allatrare,pulſare,conuitiari, murmurare,ponitur. Terent. Ille ringitur:tu rides. Sido. Multũ ringitur otioſa virtus. hinc Rictus vel rictum, hiatus, & pars illa faciei in qua rictio maxime apparet:vt labia,&c. Rhin Græce narem ſignificat. hinc Ringo dictũ videtur extrita aſpiratione:vt ſit Ringere, narem agere. deponens vſitatius eſt. (Ringo.)

Diomedes & Priſcianus addunt Mingo : quod Mancinellus & Nebriſſenſis pluréſque cenſent eſſe (Mingo.)

barbarum, aut certe obſoletum : quia doctiſſimus quiſque meio dicit non mingo:ideo ipſe hoc verbum omiſi in carmine noſtro.de hoc in ſequentibus plura dicam.

Tango. Tango tetigi tactum,geminat principiū præteriti,& vtrobique perdit n. Lucret. Tangere enim aut tāgi niſi corpus,nulla poteſt res. Capitur pro ferio ſiue percutio. Virg. De cælo tactas memini prædicere quercus. Lucil. lib. 1, Nec bene pro meritis capitur,nec tangitur ira. id eſt mouetur. Item intelligo. Cic. Poſtquā autē cōſilia eius omnia tetigi. Et peruenio. Idem, Verres ſimulac tetigit prouinciā. Veteres dixere tago pro tāgo,quod exoleuit: & præteritum eius tetigi datum eſt verbo tāgo, obſoleto vetere præterito à tango tanxi. Cōpoſita mutant a in i:vt Attingo attigi attactū,id eſt tango. Contingo,idem. Et euenio. Scis quid mihi contigit. In præteritis pœnultima corripitur. Cōtiguus,id eſt propinquus & cōtingēs. Ouid. Cōtiguas habuere domos. Obtingo,id eſt euenio. Pertingo,cōſequor.

Ago. Ago egi actum,id eſt facio:tamē aliquid differentiæ eſſe in Syntaxi docui. Quicquid agis,reſpice finem. Et dico. vt Ago cauſam. Et duco. vt Ago vaccas in prata. Et moueo. vt Ago pultē. Et accuſo. vt Ago te furti. Et viuo. vt Nuſquam mallem quàm Louanij agere. Dic etiam Ago vitā. Ago annum trigeſimumquartum hunc librū ſcribens. Et expiro. vt Ago animam,id eſt morior. Et repræſento. vt Ago Herculem. Perago,perficio. Perago reū,id eſt conuinco. Peregi opus. Omnia ferme cōpoſita ab ago,mutāt a in i breue:vt Abigo,id eſt depello. vt Abige canē. Et animalia furor. Hoſtes abegerunt pecora noſtra. Abigeus vel abactor,talis fur. Adigo, vi adduco vel impello. Liuius, Conſul adegit milites ſacramēto. id eſt coegit eos iurare. Exigo,id eſt poſco. Mart. Exigis vt donem noſtros tibi Quinte libellos. Et expello. Plautus, Mulier exegit virum à ſe. Et ago. Virgilius,

Omnes vt tecum meritis pro talibus annos

Exigat. Et perficio. Ouid. Iámque opus exegi. Redigo,id eſt reduco,vel induco,impello. Terent. Tu homo redigis me ad inſaniam. Meretrices multos redegerunt ad inopiam. Subigo,id eſt ſubdo. Cæſar rebelles ſuæ ditioni ſubegit. Et compello. Virgil. Caſtigátque auditque dolos,ſubigítque fateri. Etiam eſt acuo. Idem, Subigunt in cote ſecures. Tranſigo,id eſt perago:vt Quomodo tranſegiſti hunc diem? Prodigo,id eſt conſumo. Plautus, Feſto die ſiquid prodegeris,profeſto egere licet,niſi peperceris. hinc Prodigus,ſui profuſus.

Cogo. Cogo coegi coactum,pro coago,ab ago fit, & ſignificat compello. vt Neceſſitas me coegit. Et in vnum ago. Virgil. Tityre coge pecus.

Frango. Frāgo fregi fractum,id eſt rumpo vel deſtruo. Vtrobique perdit n. Cōpoſita mutant a in i: vt Confringo confregi confractum,ſimul frango,aut frango vel defringo. Effringo,extra frango. Hic ſe effregit carcere. Terentius, AEſchinus fores effregit:in ædes irruit alienas. Refringo, ſuffringo, infringo,offringo,id eſt frango.

Pango. Pago. Pango pepigi,geminato principio præteriti,id eſt paciſcor: vt multi dicunt. At Quintilianus dicit pepigi eſſe non à pango,ſed antiquo verbo pago pagis ſine n. vt in lege duodecim tabularum, Ni ita pagunt. Cic. lib. 2. ad Heren. Pacta ſunt quæ legibus obſeruanda ſunt. Hoc modo rem vbi pagunt,oratione pagunt. Vbi vulgo mendoſe legitur pangunt, licet Seruius dixerit pago ſine n nuſquam reperiri. Itaque licet ex ſententia Cariſij dixerim pango etiam pepigi habere, tamen optime habet pegi,& forſan panxi:quia hoc præteritum non modo Alexāder ponit,ſed etiam Diomedes,&,teſte Priſciano, Cariſius. Pacuuius apud Priſcianum, In medio tonſillam pegi læto in litore. Pango,id eſt figo,planto,vel iungo. Pactilis,pactus:vt Pactilis corona. Liuius, Clauū pangat. id eſt figat. Colum. lib. 12, Malleolus quàm recentiſſimus curioſiſſime pangendus eſt. Malleoli ſunt rami arborum & maxime vitis qui plantantur. Et ſcribo. Cic. Tironi, An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gellius, Si verſum pangis, &c. Item cano vel narro & manifeſto. vt Pange lingua glorioſi prælium certaminis. Quædam compoſita retinent a:vt Depango,id eſt defigo,in terram pono. Colum. Poſſes in fine vineti cacumina ficorum pyrorúmve depangere. Circumpango, circumiungo. Oppango,contra pango. Repango,rurſus pango. hinc Repages repagis,& repagulum,id eſt obſtaculum. Plura mutāt a in i:vt Compingo,compegi,compactum,id eſt cōpono,coniungo. Impingo,impello. Suppingo,ſuppono vel ſubaffigo:vt Suppingo calceos,vel ſuppingo calceis corium. Hinc ſuppactor,qui calceos ſuffractos reficit aut inſtaurat.

Lego. Lego,legi,lectum. Lego librum, notum eſt. ſignificat etiam colligo. Virgilius,

Qui legitis flores,& humi naſcentia fraga,
Frigidus,ô pueri,ſugite hinc,latet anguis in herba.

Et nauigo,vel nauigando prætereo. Idem, Littoráque Epiri legimus. Et eligo. Idem, Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Et ſurripio. hinc ſacrilegus,qui ſacra furatur. Quædam compoſita retinent e,vt Perlego vel pellego,id eſt totū lego. Lactāt. Siquis legerit,pellegat. Sic Relego,trāſlego,ſublego,pœnultima correpta. Plæraque mutāt e in i breuē:vt Negligo,id eſt obliuiſcor,& non curo. Cic. Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, nō ſolum arrogantis eſt,ſed etiam omnino diſſoluti. Habuit olim neglegi. AEmilius Macer, Omnium noſtrum neglegerit authoritatē. nunc ſolū habet neglexi in præterito:vt intelligo intellexi, diligo dilexi. Intelligo,ſcio & cognoſco. vetuſtiores neglego & intellego cum e,vt perlego dicebant:veluti Politianus notauit. Colligo, congrego. Deligo,eligo. Diligo. Cicero, Deligere oportet quem velis diligere,

Seligo,ſeponó & ſeparo.

Pungo. Pungo,pupugi vel punxi,punctum,id eſt ſtimulo,& morſum vel aculeum infigo. Varro,Admota aſpis cum pupugerit,ſi non occidat,ſciat ex pſyllorum eſſe ſtirpe. Hieron.ad Marcellã,Nudiuſtertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus:ilico pupugit animum. Simplex pungo ſæpius habet pupugi:pro quo,teſte Gellio,veteres dixere per ſecundam vocalem in prima ſyllaba pepugi. Compoſita omnia punxi habent præter repungo,quod ſignificat retaliare:& antè patuit. Cic. Lentulo,Darent mihi ipſi alium Publiũ, in quo poſſem illorum animos mediocriter laceſſitus repungere. Quando tamẽ de ratione vel calendario loquimur,facit repũxi.ita dicit Priſcianus. Compungo,id eſt totum pungo, ferio,ſeu ſigno.hinc compũctum non ineptè dices quẽ peccati pœnitet, & qui verbo dei percuſſus eſt in animo. Compunctio,de peccato dolor. Expungo,foras mitto,expello. Perſius,

Pupillúmve vtinam quem proximus hæres
Impello,expungam.

Expuncti milites,id eſt emiſſi. Diſpungo diſpunxi,id eſt expello & amoueo,

Dant ſi,ſum,ſpargo,mergo,tergóque.locabis
Per xi,xum,figo,frigóque.carento ſupinis
Cum dego,ſatago,ſugo,ceu lingit,& angit.
ho. Vergo tenet neutrum,velut ambigit. Ho dato xi,ctum.
io. Meio facit minxi,mictum.caue dicere mingo.

Spargo. Hæc tria verba, Spargo,mergo,tergo,faciunt ſi,ſum:vt Sparſi,ſparſum:merſi,merſum:terſi,terſum. Spargo ſparſi ſparſum,id eſt late projicio. Virgil. Sparge marite nuces. Spargite humum floribus. Compoſita mutant a in e:vt Aſpergo,ad aliquem ſpargo. Sacerdos aſpergit me aqua luſtrali. id eſt (vt vulgus dicit)benedicta. Aſpergillum,inſtrumẽtum ex ligno & ſetis quo aſpergitur aqua luſtralis vel luſtrica. Goupillon. Diſpergo,diſtribuo:vt Diſperſit,dedit pauperibus. Nebriſſenſis dicit tenere poſſe a hæc compoſita:ſed melius a in e mutant,vt opinor.

Mergo. Mergo,id eſt humori immitto:Græce baptizo dicitur. frequentatiuum eſt merſo merſas. Virgilius, Balantúmque gregem fluuio merſare ſalubri. Demergo , deorſum mergo. Immergo , in aliquid mergo. Summergo,ſub aliquid mergo. Emergo,exeo,appareo. Tandem emergit veritas. Et exurgo,vel in altum venio. Iuuenalis, Haud facile emergunt,quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Tergo. Tergo,id eſt tergeo. Detergo,idẽ. Fulgo fulſi fulſum,iunxiſſem, niſi vſitatius eſſet per ſecundã fulgeo. Duo habent xi,xum:Figo,fixi,fixum:Frigo,frixi,frixum.

Figo. Figo,acuta re perforo,& firmum facio. Hieron.ad Helio. Cerne manus Iudæe quas fixeras:cerne latus Romane quod foderas. Virgilius,Plaudentem nigra figit ſub nube columbam. Hinc fixus, id eſt firmus, qui nõ mouetur. Olim habuit fictum in ſupino,vt pictum. Scaurus apud Diomedem,Sagittis confictus. Affigo,ad aliquid figo:vt Affixi literas valuis templi. Defigo,in terram figo vel deijcio. Virgilius,Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis. Infigo, in aliquo figo. Præfigo,antè figo. Virgilius,Præfigũt ora capiſtris. Refigo,quod erat fixum tollo. Virgilius,Fixit leges pretio atque refixit. Transfigo,transfodio:vt Transfixit pectora ferro.

Frigo. Frigo,id eſt torreo,propriè in ſartagine. Frixorium,id eſt ſartago. Confrigo,id eſt frigo. Hieron.in Iſa. Confrixa ſunt oſſa mea,tanquam in frixorio. Corn. Celſus, Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm aſſa:magis aſſa,q̃ frixa. Hieron.ad Furiam,Pueri erant, necdum ad ſartaginem venerant,in qua Rex Babylonis ſenex iudices frixit. hinc defrigo. Calepinus dixit frigo etiam habere frigui,frictum. authoritatem deſydero. Quædam carent, aut ſaltem raró habent ſupina. & grammatici,quos in litera ſequor,de frequentiore vſu loquuntur:vt Dego,degi,ſine vllo ſupino, à de & ago, id eſt ago. Dego vitam. Et depello. Plautus in Aulul. Iſtum laborem ſoror degam,& diminuam tibi. Idem in Epid. Degitur corium de tergo.

Satago. Satago ſategi ſine vllo ſupino,id eſt ſatis ago,laboro,& ſollicitus ſum.

Sugo. Sugo ſuxi,ſine ſupino vſitato:quia ſuctum non eſt in vſu. nam neque participium ſuctus, nec ſucturus in ſimplici reperio. ſignificat ſuccũ & humorem ore extrahere. hinc Exugo, exuxi,& forte non inepte exuctum. Diuus Auguſtinus ſupinum fecit ſugitum vt habitũ,dicens, Multi præcones præceſſerunt adhuc naſciturum de virgine Maria,futurum infantem & ſugiturum lac. A ſuctum ſupino obſoleto habemus nomen ſuctus,ſuctus,ſuctui,id eſt ipſa humoris ſorbitio. Plinius lib. 10, Caprarúmque huberibus aduolant ſuctum propter lactis:qua iniuria huber emoritur.

Lingo. Lingo,linxi,id eſt lambo,& aliquid lingua molliter tango. Plautus in Caſina,Mel mihi videor lingere. Item Lingere,eſt dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in ſtomachũ ſinimus. Quæ res linctus dicitur à ſupino parum vſitato linctum. Quæ verò in hunc vſum fiunt, eclegmata Græcè dicuntur. Plinius, Telicos gemma quæ oleæ nucleo ſimilis videtur, & lingẽtium calculos frangit. Idem, Multi tuſſim veterẽ linctu ſalis diſcuſſere. Idem, E ſemine lini ſunt eclegmata. Elingo,extra lingo. Pautus in Curc. Hic hodie apud nos nunquam elinges ſalem.

Ango. Ango,anxi,anctum faceret,ſed ſupinum obſoleuit. Diomedes angor paſſiuo præteritum dedit an-

xus ſum,ſed non eſt in vſu. Ango,id eſt crucio,ſuffoco,premo,vexo. Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ quonam vſque debuerit contra legem,contráque ius pro amico progredi,dubitauit: eáque res in fine quoque vitæ ipſo animum eius anxit. Pertinet etiam ad corpus. Columel. lib. 8, Cauendum eſt vt tenerior ſeparetur à validioribus:quia robuſtus angit imbecillum. Plautus pro abſumo ponit in Aulul. Tum anxiſſe aquam ſiquis petet. hinc Angor,anxietas, anguſtia, id eſt preſſura vel moleſtia & cruciatus. Angina,faucium morbus. Anxius,id eſt ſollicitus & timens.

Vergo,verſi,verſum,debuit facere:ſed neutrum eſt in vſu. nec quod Diomedes dicit verxi. & ſignificat declino. Virgil. lib. 12, Quo vergat pondere lætam. ſic Vergente mundi veſpere. Deuergo,deorſum vergo. Deuergentia curuatura apud Gellium. Inuergo,inclino,immergo. Plautus in Curc. Ipſum expeto tangere,inuergere in me liquores tuos. de Vergo amplius. Cicero, Perſpice quo iſta vergant,mihíque reſcribe. id eſt declinent, aut potius tendant. AEthiopia ad occidentem vergit. Vergo.

Ambigo,ex am & ago,propriè ſignificat circunago,circundo. Auguſtin. Quibus muris ambigare. hinc Ambages. Item ambigo,id eſt dubito. vnde ambiguus,id eſt dubius. Item diſcordē eſſe. Terēt. in Heaut. Simo & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus:me cepêre arbitrū. olim habuit ambactum. vnde ambactus,id eſt circundatus. Non me latet multos grammaticos ambegi dicere: ſed apud alios nō eſt in vſu. ſuffragatur mihi Sulpiti9. HO DATO XI, CTVM. Duo ſunt verba in ho, & faciunt xi in præterito,& ctum præcedente c in ſupino: Traho,traxi,tractum:veho, vehi, vectum. Ambigo.

Traho,vi ad me rapio. hinc Trahea vel traha,vehiculum ſine rotis. Attraho,ad me traho. Abſtraho,aufero. Contraho,in vnum traho vel colligo. Horatius, Cōtrahas vento nimium ſecundo Turgida vela. Virgilius, Contrahimúſque viros. Etiam ſignificat conuenire vel in coniugium venire. hinc contractus,id eſt conuētio. Contractus contracta contractū: vt Homo contractus, cuius membra ita in vnum contracta ſunt, vt nihil agere liceat. Subtraho, clàm aufero. Diſtraho, in diuerſa traho: vt Hippolytus fuit diſtractus equis in diuerſa nitentibus. Etiā ſignificat vendo. Detraho,aufero. Terentius, Accurrunt ſerui:ſoccos detrahūt. Etiam eſt malum clàm de aliquo dicere. Hieronymus, Nulli detrahas:nec in eo te ſanctum putes ſi cæteros laceres. Traho.

Tracto frequentatiuum. Petrus tractauit me humaniter. Etiam ſignificat attingere,in manu habere, vel legere. Perſius, Rem populi tractas. Componuntur ab hoc frequentatiuo multa:& mutant omnia a in e:vt Attrecto, contrecto, frequenter in manibus habeo & contingo. Felis amat contrectari. Laico non licet contrectare ſacratū calicem. Detrecto,recuſo. vt Bos detrectat aratrum. Obtrecto, obloquor vel detraho alicui,& inuidia proſequor. Valerius Max. lib. 1. cum accuſatiuo ponit, dicens, Nequis ignoret quantum interfuerit ceciniſſe deorum laudes,& numen obtrectaſſe. Tracto.

Veho,id eſt plauſtro vel quadrupede duco. Vehiculum & vehes,id eſt plauſtrum vel currus. Aduehо,ad aliquem veho. Euehо,exporto,extollo. Virgilius, -pauci quos æquus amauit Iuppiter,aut ardens euexit ad æthera virtus. Peruehо, vſque ad finem veho. Prouehо, promoueo, perduco. Liuius, Ad ſummos honores,alios ſcientia iuris,alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. Inuehо, in aliquid veho,quod pro carpere male cepiſſe Philelphum notauit Bebelius, quia pro carpo inuehor deponentaliter ſolum dicitur. Veho.

In io per i conſonantem vnicum eſt verbum Meio,faciens minxi mictum:& ſignificat vrinam facete. Perſius, -ſacer eſt pueri locus,extrà Meijte. Horat. 2. Sermonū, Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Mart. Minxiſti Palinure ſemel currente carina: Meio.

Meiere vis iterum,ſic Palinurus eris. Iuuenalis, Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt. Catullus, Meientis mulæ cunnus olere ſolet. Mendoſe legitur in quibuſdam libris mingentis,teſte Nebriſſenſi cum quibuſdam doctiſſimis. ſic in ſacris, Non reliquit vſque ad mingentem ad parietem. Nebriſſenſis credit vitio librariorum mendum eſſe pro meientem. Et reuera licet olim in vſu fuerit mingo,tamen multo elegantius eſt meio:quod ſæpiſſime inuenies: mingo vix vnquā. A meio ſunt immeio cū datiuo apud Perſium in ſexta Satyra: Permeio cum accuſatiuo. Horatius, Hūc perminxerūt calones atque caballi. Mictito mictitas,frequenter meio. Micturio cupio meiere. Diomedes dicit præteritum à meio eſſe meij. ſed in vſu eſt minxi. LO.

Lo dat ui. colo,conſulo,& occulo dantur in vltum.
Altum dic vel itum,molitum molo,cellóque celſum.
Cello facit ceculi,culſum:pepuli dato pulſum.
Velli vel vulſi dat vulſum. fallo,feſelli,
Falſum. ſublatum dat tollo,ſuſtulit atque.
Sallo facit ſalli,ſalſum. pſallo dato pſalli.
Nulla ſupina dabunt pſallo,volo:iungito prolem.

Verbum deſinens in lo,facit præteritū in ui per diuiſas ſyllabas: vt Colo colui,volo volui,alo alui, conſulo conſului,occulo occului,cello cellui. cuius cōpoſita in vſu ſunt, Antecello antecellui, excel-

lo excellui,&c. molo molui. Inter hæc, Colo, cõſulo & occulo, faciunt ſupinum in ultum, Cultum, cõ-
Molitum. ſultum, occultum. Alo dat altum vel alitum. Molo ſolum molitum: licet inter neotericos quidã dicant habere multum: vnde faciunt nomen multor. inter hos etiam eſt Calepinus. Ego authoritatem deſydero. nam apud veteres inuenio ſolum molitum & molitor. Cæſar libro 19, Trium menſium mo lita cibaria ſibi vnumquenque domo efferre iubent. Plautus in Menæhmis, Nimioque edo libentius molitum, quàm molitum præbeo. hinc molitor qui vulgo molendinarius dicitur, & barbare multor.

Cello. Cello ſine diphthongo celſum facit. vnde nomina celſus excelſus. Participia autem excelſus, excelſurus nuſquam inueni. hoc Cello ſignificat id quod cedo, ceſſi, ceſſum.

Cællo. Cællo cum æ diphthongo, ceculi, culſum facit: & ſignificat cædo cecidi cæſum. hinc in vſu eſt per-
Pello. cællo. Pello facit pepuli pulſum. Vello velli vel vulſi vulſum. Seruius negat vulſi Latine dici, ſed
Vello. fallitur. Lucanus libro quinto, Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes

Turbo vorax. Idem libro 6, Illa genæ florem primæuo corpore vulſit. ſed Lucanus apud Seruium interim eſt malus Latinitatis author: vt patuit in dictione Faſtus vel faſti: ideo aliorum authoritate nobis eſt vſus. Laberius apud Diomedem, Aliqua parte præuulſerat. Aulus Gellius libro 5, Stirpem ingentem veſtigio pedis eius hærentem reuulſi. Fallo facit fefelli falſum. Tollo ſuſtuli ſublatum, à cõpoſito ſuo ſuſtollo. Olim geminato præteriti principio tollo fecit tetuli. Terentius apud Diomedem, Huc tetuliſſem pedem. ſic apud Plautum perſæpe. Sallo ſalli ſalſum. Pſallo pſalli ſine ſupino. Baſſus, Calliope princeps ſapienti pſallerat ore. Caret etiam ſupino volo cum ſuis, vt Malo, nolo. Neoterici volitum dicunt & nolitum, vt plura ſine veterum authoritate. olim videtur ſupinum fuiſſe vultum: vnde nomen vultus vultus vultui.

Colo. Colo, adoro, veneror. Plautus, Ego te ſemper vt parentẽ colui. Deum colimus. Et exerceo. vt Colo rem militarem. Colo terram. Et habito. Virgilius, - Pallas quas condidit arces

Ipſa colat, nobis placeant ante omnia ſyluæ. hinc Cælicola, qui cælum habitat. ſic Amnicola, monticola, ſyluicola, &c. Et diligo. Terẽtius in Heaut. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt.

Et duco. Virgilius 2. Georg. Hanc olim veteres vitam coluere Sabini. Et orno. Plautus, Quin tu te colis, antequam exeas domum? Cic. Erat enim non tam grauis quàm elegans & faceta & culta oratio. Cultus corporis, id eſt ornatus. Compoſita pœnultimam corripiunt: vt Accolo, propè habito. Incolo, inhabito. Circuncolo, circũhabito, &c. Recolo, id eſt memoria repeto. Excolo, procolo, exorno.

Conſulo. Conſulo, cum datiuo, id eſt conſiliũ do. vt Senes iunioribus conſulunt. Et prouideo. vt Male cõſuluiſti famæ tuæ. Conſulo cum accuſatiuo, id eſt peto conſilium. vt Si conſcientia vrgeat, ſacerdotem conſulito.

Occulo. Occulo, id eſt abſcondo, occulto occultas. Lactãtius libro de ira, Plurimi ſunt quorum peccata occuluntur.

Alo. Alo, id eſt nutrio & augeo, vbi de incorporeis loquimur. Cicero, Honos alit artes. Participiũ melius eſt alitus quàm altus, vitandæ ambiguitatis cauſa. author Diomedes. nec tamen male dicitur altus. Salluſtius in Iugur. Et omnem ætatem Arpini altus. Alimentum, quo alimur. Alimentarius, ad alimenta pertinens. vt Lex alimentaria, quæ prouidebat vt filij alerent parentes. Alimonia, id eſt alimentum. Alumnus, quem quis alit. aliquando etiam qui alit. Plinius lib. 3. de Italia, Terra omnium terrarum alumna. Altor, altrix, qui quæve alit.

Molo. Molo, id eſt mola tero vel comminuo. Corripiunt autem compoſita pœnultimam: vt Commolo, ſimul molo. Lactantius de opi. Contritos & commolitos dentibus cibos colligit. Emolo, perfectè molo. Perſius, Emole. quid metuas? Molitor apud Auſonium. Multor nuſquam (vt opinor) leges. Im-
Cello. molo immolas, primæ, id eſt ſacrifico.

Cello, ſine diphthongo, id eſt cedo, iam obſoleuit. Compoſita in vſu ſunt, Excello, antecello, præcello, id eſt præcedo & ſupero. dicimus quoque per ſecundam excelleo. Cicero in epiſtola ad filium teſte Nebriſſenſi, Quare effice & elabora vt excelleas. Celſus, id eſt ſublimis, altus, excelſus. Celſitudo, excellentia. Lactantius libro 7, Qui omnes licet eloquentia excelluerint.

Cællo. Cællo cum æ diphthongo, id eſt cædo vel frango: extra compoſitionem iam nõ vtimur. Procællo, id eſt percutio, euerto. hinc procælla, id eſt vis venti cum pluuia nec durans, & in mari potius quàm
Perculit. in terra. Percællo, idem. Varro, Alius teneram abietem ſolus percællit. Virg. 5. AEneid. Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Tacitus, Ingens rerum tumultus perculſit ciuitates. Præteritum fecit perculſi: vt Vello vulſi. ſic Terentius (vt notauit Nebriſſenſis) in Andr. Perculſit illico animum. Libentius dicam perculi. Amplius de præſenti. Prudentius, Raro reos iuſta percællit pœna ſecuri. id eſt raro fit iuſta punitio. A perculſum eſt participium perculſus. Virgilius, Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore. Perculſus animo, id eſt perturbatus & timore concuſſus. Perculſus ad animum ſæpius refertur: Percuſſus ad corpus. Percællo etiam differre ſignificat. Lucil. Ad nonũ hoc percællit annum. Recællo, id eſt humilis fio & reclinor. Interdum actiue ponitur pro reclino.

Pello. Pello, eijcio, remoueo. Boetius, Gaudia pelle, pelle timorem. Et percutio. Terentius, Tũne has pepuliſti fores? hinc pulſo pulſas, percutio. Lex duodecim tabularum apud Senecam, Qui parentem pulſauerit, manus ei prædicantur. Propello, procul pello, vel amoueo, vel vltra duco. Propulſo propulſas,

idem:vt Propulſo iniuriam. Perpello,perfectè pello & induco. Liuius libro 1,Incenſam multitudinem perpulit,vt imperium regi abrogaret. Appello vel aſpello,amoueo. Repello,remoueo.Repulſa, reiectio à petitione. Ouidius,Nullā patiere repulſam. Expello,eijcio. Impello,vrgeo,induco. Cōpello,cogo. Depello,amoueo. Appello,vi adduco. vt Ventus in portum nauem appulit. Nauis appulſa eſt in portum. dic etiam Nauis onuſta mercibus appulit. Suetonius in Galba, Ac ſubinde Alexandrina nauis detorta appulit armis onuſta ſine gubernatore, ſine nauta ac vectore vllo. Nec aliter videtur loqui Lucanus, Qui vetat externis terris appellere naues. Appello appellas, primæ, id eſt nomino vel alloquor. Compello compellas,alloquor. Interpello interpellas, ſimiliter primæ,id eſt ſermonem alicuius interrumpo.

Vello in præterito(vt dixi)velli. Virgilius, -Cynthius aurem Vello.
Vellit & ammonuit. Idem, Nec matris Anchiſæ cineres manéſve reuelli. Aut vulſi. Lucanus lib.4, Caſtrorū ſiccas de cæſpite vulſerat herbas. Vello,id eſt extirpo. Hinc vulſus,& antiquè vollus,id eſt depilatus,mollis,effœminatus. Martialis, Mens eſt Pannice volſa tibi. Hinc volſella dicuntur inſtrumenta ad pilos euellendos. Hinc Auello,abſtraho:Euello,extraho:Diuello,extraho,aufero: Conuello,ſimul vello. Vello etiam ſignificat moueo. Virgilius, Poſtéſque à cardine vellit.

Fallo,decipio. Terentius,Eho,quæſo,laudas eos qui heros fallunt? Fallit me,id eſt neſcio. Refello, Fallo.
quod dictum eſt,falſum eſſe oſtendo.mutat a in e. Liuius,Ea nec affirmare,nec refellere in animo eſt. Hinc fallax,fallacia,&c. Fallo etiam,id eſt lateo. Liuius,Speculator Carthaginenſis qui per biennium feſellerat,Romæ deprehenſus,præciſis manibus dimittitur. Horatius in Epiſt. Nec vixit male,qui natus moriénſque feſellit.

Tollo,id eſt eleuo,& ſublimo. Plautus, Tolle caput. Et capio vel aufero. Horat. - tolle querelas: Tollo.
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit vſus. Et differo. Plautus, Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Et ſuſcipio. Suetonius de Neronis parente, Deceſſit Pyrgis morbo aquæ intercutis,ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita. Et nutrio. Terentius, Quicquid peperiſſet,decreuerunt tollere. Attollo,in altum tollo. Contollo,contrà tollo. Plautus in Aulularia, Contollam gradum.

Extollo,eleuo,exalto,magnifico. Plautus,Extollo ambo capita. Et differo. Cæcilius,Abi intro,atque iſthæc aufer:tamen hodie extollat nuptias. Protollo,differo,prolongo. Gellius,Neque vltra decimum menſem fœtura mulierum protolli poteſt. Plautus in Caſina,Protollo mortem mihi. His nec præterita,nec ſupina dabis,niſi eadem cum á verbo fero compoſitis. vt Extollo,extuli,elatū,&c. Suſtollo,id eſt tollo,eleuo.

Sallo,ſale condio vel conſpergo. Salſus,ſale conſperſus:& qui ſalibus & ſcommatis hominem aſper Sallo.
gere nouit: vt apud Horatium,Salſus homo. Inſulſus,non ſalſus & ineptus. Mummius,Iſthæc ſum multo ſale ſalſurus. Lucil. apud Priſc. Sallere murenas,mercem in frigidaria ferre. Salluſtius in 3.hiſto. Parte conſumpta,reliqua cadauerum ad diuturnitatem vſus ſallerēt. Producitur poſitione,vt relligio, teſte Nebriſſenſi.& pro eodem cum vnico l,teſte eodem,dicitur per quartam ſalio,ſaliui,ſalitum,contra Diomedem. Celſus libro 2,Piſces,qui ſalem non patiuntur,ſolidíve ſaliuntur. Sic Hieronymus in Luca,Quòd ſi ſal euanuerit,in quo ſalietur? Liuius And. Saliturus iſthæc mittat ſalem. Corn. Seuerus, Ad quem ſaliti pomiliones afferebantur. Idem alio loco,Diſtractos atque ſalitos. Salluſtius apud Diomedem in quarto hiſt. Reliqua cadauera ſalita. Valerius Maximus libro 7, Reliquias ſalire nō dubitauit. Veteres etiam per ſecundam Salleo ſalles, vt Doceo doces, dixere. Fabianus apud Diomedem, Cum caro ſallet,diuturnior eſt. id eſt ſallitur.

Pſallo præcedente p,cano,& propriè inſtrumento muſico. Salluſt. Pſallere,& cantare doctius quàm Pſallo.
probæ mulieri ſatis eſt. Hinc pſaltes,pſalmus,pſalterium. Pſallo Græcum eſt Latinitate donatum.

Mo per ui,dat itum. Tremo ponitur abſque ſupino. MO.
Dant pſi,ptum,demo,promo,cum ſumere,como.
Vult emit,emi,emptum,geminans ſ.dat premo ſſi,ſſum.

Verbum deſinens in mo,facit ui per duas ſyllabas,& itum: vt Vomo vomui vomitum,id eſt per os Vomo.
eijcio. Hinc Euomo,pœnultima breui,id eſt effundo è ſtomacho. Terentius,Ibo,& requiram fratrem, vt in eum hæc euomam. Reuomo,rurſus vomo. Prouomo,longè vomo.

Fremo fremui fremitum,grauiter & confuſe ſono. Dauid,Quare fremuerunt gentes,& populi me- Fremo.
ditati ſunt inania? Fremor & fremitus,indignantium ſonus.

Gemo gemui gemitum,præ anguſtia in ſonum prorumpo. & transfertur ad inanimata. Virg. Ge- Gemo.
muit ſub pondere cymba. Ponitur pro flere,& flebiliter canere:vt Turtur,& quædam aliæ aues dicuntur gemere. Ingemo,valde gemo,pœnultimā corripit. Lucanus,Quid væſane gemis? fletus quid fundis inanes? Hinc gemitus,talis præ anguſtia ſonitus.

Tremo tremui,caret ſupino,commoueor & agitor. *Trembler*. Plautus in Aſina. Nō placet: pro mon- Tremo.
ſtro eſt:quando qui ſudat,tremit. Et timeo:quia timentes tremunt,id eſt corpore agitātur. vnde Tremor,talis membrorum agitatio,& timor. Tremendus,id eſt valde timendus. Virgilius,Cur ante tubam tremor occupat artus? Intremo,valde tremo,pœnultimam corripit.

Quatuor in mo habent pſi ptum: Demo dempſi demptum, Promo prompſi prōptum, Sumo ſumpſi ſumptum, Como compſi comptum.

Demo. Demo, id eſt aufero. Horatius, Demo ſupercilio nubem. volunt eſſe à de & emo. & ita in præterito non obſeruat regulam ſimplicis.

Promo. Promo, profero, eloquor, expono. Plautus, Prompſiſti tu illi vinum? Nō prompſi. Virg. Lætíque cauo ſe robore promunt. Lactantius lib. 5, Longum eſt vniuerſas virtutis ſpecies promere. Promus, qui promit eſculenta & poculenta: vt Condus, qui condit. Plautus in Aſina. Ego ſum promus, cōdus, procurator peni. Cōpoſita producunt pœnultimam. vt Expromo, perfecte promo. Depromo, extraho, declaro. Virgilius, Depromunt tela pharetris.

Sumo. Sumo, multum & penè nimium mihi tribuo. Cicero pro Planco, Quanquam non mihi tantum ſumo iudices atque arrogo. Et accipio. Salluſtius, Epiſtolam ſuper caput temerè poſitam ſumit. Item eligo. Plautus, Sumat aliquem ex populo admonitorem officij ſui. Et conduco. Cicero, Quoad enim peruentum, quo ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis, ſed nauigantium. Et cōſumo. Terentius in Adelphis, I ergo intro, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. Et impendo. Idem in Phormione, Nunc argentum attuli: fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia, id ſumam. id eſt impendam, vt Donatus exponit. hinc Sumptus, id eſt expenſa. Compoſita producunt pœnultimam: Aſſumo, accipio. Cicero, Neque id onus inuitus aſſumpſit. Et nimium tribuo vel vendico. Idem, Si id mihi aſſumo, videor id mihi meo iure quodam vendicare. Abſumo, profundo: Conſumo, reſumo, repeto: Præſumo, antè capio, &c.

Como. Como, id eſt orno: & maxime capillos. Comptus, ornatus: Incomptus, inornatus.

Emo. Emo emi emptū, id eſt comparo, mercor. vt Emo librū. Compoſita mutāt e in i breuem: vt Redimo redemi redemptum, id eſt rurſum emo vel libero. Adimo, aufero. Ouidius, Nam vires adimit Veneris damnoſa voluptas. Diomedes dicit eſſe à demo: cui non credo. Eximo, extraho vel excipio: vt Eximo gladiū. Exemptus, exceptus. Interimo & perimo, id eſt interficio. Dirimo, id eſt ſeparo. Virgilius, Et prælia voce diremit. Coemo, id eſt emo vel ſimul emo. non mutat e in i.

Premo. Premo preſſi preſſum, vtrobique gemino ſſ, calco vel innitor alicui rei cum pōdere. Virg. 2. AEneid.
-veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens. Et ſtringo. Hieronymus in prologo Iob, Vt ſi velis anguillā, aut murenulā ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. Et firmo. Idem in Paulo, Quo cognito, gradum preſſit Antonius. Et vexo. Virgilius, Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoſte. Et effodio. Idem, Sulcúmque ſibi premat ipſa carina. Et inſequor, inſiſtóque. Idem, Hac fugerēt Graij, premeret Troiana iuuentus. Et vrgeo. Idem, Ingēti clamore premes ad retia ceruum. Et abſcondo, occulto. Idem, Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Et expello. Varro, Inuitámque preſſit ab ædibus. Et cohibeo. Virgili9, Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat. Compoſita mutant e in i breuem, vt compoſita ab emo: veluti Supprimo ſuppreſſi ſuppreſſum, id eſt occulto vel abſcondo. Reprimo, retrorſum premo vel retineo. Virgilius, Obſtupuit, retróque pedem cū voce repreſſit. Opprimo, perturbo, eneco, extinguo. Naſo, Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi. Imprimo, in aliquo premo. Exprimo, premendo extraho. Et etiam eloquor. Plinius, Exprimere non poſſum quanto gaudio ſim affectus.

NO. Ponere, cum gigno, per ui, per itúmque locabo.
Dico cano, cecini, cantum. per ui fit & entum
Proles. dat temno pſi, ptum. ſed vertimus in tum
Præteritis ſiui, ſpreui, ſtraui, quoque creui.
Lini vel leui, liuíve, litúmque ſupinum eſt.

Verba in no pauca ſunt: nec datur hîc regula, ſed ponuntur ſingula: ideo Pono & Gigno habent ui per diuiſas ſyllabas & itum: vt Pono poſui poſitum, Gigno genui genitum. Poſiui vt audiui, etiā dixere veteres. Plautus in Vitularia apud Priſcianum, Vitulum ſequeſtrum poſiuimus. Apuleius in Hermagora, Cibatum quem iniucundum eſſe vobis animaduerteram, eum appoſiuerunt. Catullus ſimiliter poſiuit vſus eſt: vt in Verſificatoria probaui. Pro gigno veteres geno dicebant. hinc manſere genui genitum. Varro in Andabata, Sed quòd hæc aliquid genunt. Lucretius libro 4, Totum poſſe extra corpus durare genſque. id eſt gigni. Cano cecini cantum. Compoſita faciunt ui per duas ſyllabas, & centum: vt Præcino præcinui præcentum. Salluſtius tamen occanui dixit teſte Seruio per primā vocalem, quam ab hoc verbo compoſita mutāt in i. verba Salluſtij in primo hiſt. ſunt, Iuſſu Metelli cornicines occanuere. Cano etiam ſolebat habere canui canitum: vnde Hieronymus antiquitatem imitatus dixit in Apocalypſi, Qui erant tuba canituri. Habuerunt quoque hæc cōpoſita regulariter præterita accini, concini, occini, &c. & ita Probus dixit habere. vnde canitur in vigilia natalis domini, De quo prophetæ præcinerunt. Temno tempſi temptum, Sino ſiui ſitum. Terentius in Adelphis, Quia non ſiuit egeſtas. veteres per n ſemiuocalē in præterito ſini dixere, teſte Diomede. Publius, Quòd ſi me inuitum abire ſiniſſet. nunc ſiui, vt triui, tantū dicimus. Varro in 6. Complexionum, Ad mortem non

Canituri. **Temno.** **Sino.**

ſiui me perducens. ſic Deſino deſiui facit, nõ deſini. Sperno ſpreui ſpretum. Sterno ſtraui ſtratum. Cerno creui cretum, teſtibus Diomede & Phoca. licet præteritum & ſupinum in ſimplici rarenter legantur. Plautus in Ciſtellaria, Quum ego te amaui mea Antiphila, & meam amicam eſſe creui. id eſt vidi. Catullus creui pro decreui dixit, vt in Verſificatoria oſtendi.

Lino. Lino lini vel liui litũ, vel in præterito leui. vnde lino ſupinũ non habet, & leui ex obſoleto verbo leo mãſit, vt antè diximus. Varro de re ruſt. Quũ obliuerit vaſa. Lini per n raro reperitur. Quintil. in declam. cæci, Et nequid ſceleris impio deeſſet, mariti tui cruore parietẽ liniſti. Leui ſæpiſſime. Horatius 1. Carm. Conditum leui datus in theatro Quum tibi plauſus. Terent. in Heaut. Releui dolia omnia.

Pono. Pono, colloco, conſtituo, & depono: vt Pone metum, valeo. Compoſita pœnultimam producunt: vt Depono, deorſum pono: veluti, Depoſuit potẽtes de ſede. Et loco ad cuſtodiendum. Depoſitum, quod ſic ponitur. Depoſitor, qui deponit. Depoſitarius, qui depoſitum accipit. Expono, ex aliquo pono. Virgilius, -ſocios de puppibus altis

Pontibus exponunt. Et declaro. Tullius, Exponam breuiter cõſilium profectionis meæ. Et expendo. vt Multos nummos expoſui. Et abijcio. vt Meretrix expoſuit filium ſuum. Impono, in aliquo pono. vt Impoſui territabulum fabis. Cũ datiuo ſignificat decipio. Hieronymus in Geneſ. Cur impoſuiſti mihi? Impoſtor, deceptor. Impoſtura, deceptio, fallacia. & dicuntur ſic per ſyncopam: vt Repoſtum aliquando pro repoſitum. Virgilius, -manet alta mente repoſtum

Iudicium Paridis. Appono, ad aliquid pono & antepono. Quid appones conuiuis? Præpono, id eſt antepono & præfero. Multi diuitias præponunt virtutibus. Propono, id eſt antepono vt cõſyderetur. Naſo, Proponas animo multa ferenda tuo. Compono, conficio & conſtruo, ordino, iungo, diſpono, comparo. Virgilius, Sic paruis componere magna ſolebam. Et finio. Idem, Ante diem clauſo componet veſper Olympo, Diſpono, id eſt ordino. vt Diſpone domui tuæ.

Gigno. Gigno, id eſt genero: de viro & de fœmina dicit. Ingigno, in aliquo gigno. Tull. Natura cupiditatẽ ingenuit homini veri inueniẽdi. Ingenitꝰ participiũ, in aliquo genitꝰ. Ingenitus nomẽ, id eſt nõ genitus. Gigno etiã ſignificat produco aut facio. Hora. Ludus enim genuit trepidũ certamen & iram: Ira truces inimicitias & funebre bellum.

Cano. Cano, id eſt canto. Virgil. Non canimus ſurdis. Et carmine deſcribo. Idem, Arma virúmque cano. Et diuino vel propheto. Idem, Ipſa canas oro. Et laudo. Idem, Ibant æquati numero, regémque canebant. hinc Cantus, canor, & cantio. Accino, ad aliquid cano. vnde accentus. Concino, ſimul cano & conſentio. Concentus, multorũ cantus. Incino, intus cano. Intercino, inter aliquid cano. Occino, contrà cano. Præcino, antè cano aut prædico. Succino, poſt aliquem cano: aut ſummiſſa voce cano. Perſius, Quid iſtas ſuccinis ambages?

Temno. Temno & contemno, id eſt ſperno. Virgilius, Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere diuos. Terentius, Ego illum contempſi præ me. Donatus vult principale eſſe contemno: & temno dici per aphæreſim, id eſt ablationem literæ vel ſyllabæ à principio dictionis.

Sino. Sino, permitto. Varro, Sine is ad pubertatis annos perueniat. hinc deſino, deſiui, & pœnultima breui deſitum, id eſt ceſſo vel termino. Virgilius, Deſine plura puer. Naſo, Deſinet antè dies quàm cõſequar omnia dictis. Deſitus, id eſt omiſſus & obſoletus. Verbis deſitis non eſt vtendum.

Sperno. Sperno, deſpicio, contemno. olim ſignificabat ſeparare. Ennius, Ius atque æquum ſe à malis ſpernit procul. Deſperno, valde ſperno. Varro, Homo ridiculus, & ab omni pube deſpretus. Ab aſperno fit deponens primæ aſpernor aſpernaris, id eſt ſperno.

Sterno. Sterno, id eſt proijcio in terrã. Sternax equus, qui ſeſſorẽ deijcit. Et operio. vt Sterno viã lapidibus. hinc ſtratũ vel ſtrata. Sterno lectũ, Sterno equũ, Sterno terrã tapetis vel floribus. Inſterno, tego. Virgilius, Fului inſternor pelle leonis. Sterno hoſtem, id eſt fundo, deijcio, cædo. Stratus exercitus, id eſt cæſus. Deſterno, id eſt ſtraturã tollo. In Geneſ. Deſtrauit camelos. Conſterno, conſternas, primæ, id eſt turbo. Salluſtius, Qua victoria elati hoſtes, noſtri territi atque conſternati diſceſſere.

Cerno. Cerno, video. Tulliꝰ, Propriũ eſt ſtultitiæ aliorũ vitia cernere, obliuiſci ſuorũ. Et decerno, id eſt ſtatuo & delibero. Cic. lib. 3. de legib. Quodcũq; Senatus creuerit, populúſve iuſſerit, &c. Lucil. Poſtquã præſidiũ caſtris educere creuit. Et ſeparo, diuido: quod incernere quoque dicitur. Plin. lib. 18, Rurſus quæ tranſit arctiore cernitur. hinc Incerniculũ, cribrũ dicitur. Et dimico. Plautus, Pro patria Amphitryo dum cernit. Cerno hereditatẽ filio, id eſt cedo. Preteritũ aliquãdo erat cerni. Liu. lib. 7, Et quod haud minus timidum erat, ſtolide ferocem viribus ſuis cernerat. Succerno, diuido. Plinius, Farinario cribro ſuccernunt. Decerno, ſtatuo. Decretum, id eſt ſtatutũ. Diſcerno & ſecerno, id eſt diſtinguo. Secretus, occultus vel ſeparatus. Excerno, purgo. Excrementum, purgamentum vel ſordes.

Lino. Lino, aliquid ſuperindueo, *oindre*. vt Lino faciem carbone, atramento, pulte, &c. Lino vulnus oleo. Interlino, aliquo ſuperducto picturam vel ſcripturam deſtruo. Hinc literæ interlitæ. Talis maculatio, litura dicitur. Ouidius, Quaſcunque aſpicies lachrymæ fecere lituras. Lino item, id eſt obturo. Virgilius quarto Georgicorum, -neque illæ

Nequicquam in tectis certatim tenuia cera

Spiramenta linunt. Lino vas argilla. Iuuen. Nam qui plura linit victuro dolia muſto? Allino, ad aliquid lino. vt Allino atramentum verſui male compoſito. Oblino, id eſt lino vel inquino. Ouidius,

Oblitus à dominæ cæde libellus erit. Illino,ſublino,collino,idem. Plaut.Ei os ſubleui modo. Idem, Tibi os eſt ſublitum probe.id eſt egregiè deceptus vel illuſus es. Relino,liturā tollo,& aperio. Terentius,Releui omnia dolia mea. pœnultima in præſenti & ſupino corripitur.

PO Po pſi,ptúmque facit. rupi ruptum dabo rumpo.

QVO. Donat ui per itum ſtrepo,cum crepo. Dat coquo xi,ctum.

Vult linquo,liqui:lictum natis datis aptè.

Verbum deſinens in po,facit pſi & ptum præcedente p:Repo repſi reptum. ſic Carpo,ſerpo,clepo, ſculpo,ſcalpo.at rumpo dempta m facit rupi ruptum. Strepo ſtrepui ſtrepitum.crepo(quod ſæpius primæ coniugationis eſt)facit crepui crepitum.

Repo. Repo,animalium eſt ventre gradientium:vt ſunt lumbrici ſerpentes.Repunt etiā lacertæ & ſimilia, quibus minimi pedes ſunt.Reptilia,ſunt animalia quæ repunt. Cōpoſita pœnultimā producunt:vt Adrepo vel arrepo, ad aliquid repo. Correpo,ſimul repo. Erepo,difficilia loca aſcendo. Irrepo, intro vel latenter repo. Obrepo,clàm venio.Senectus obrepit homini.Sopnus obrepit oculis. Per-repo,ad finem repo. Prærepo,antè repo.

Carpo. Carpo carpſi carptum,tollo. Virgilius,Carpent tua poma nepotes. Equus carpit gramen. Et reprehendo. Petrarcha,Facile eſt alienam carpere vitam. Et capio.vt Carpo cibum. Carpo viam,id eſt eo.Carpo vitales auras,id eſt viuo.Carpo lanā,id eſt attenuo.Carptim,id eſt hinc atque illinc carpendo,non ipſam ſeriem ſequendo. Compoſita mutāt a in e:vt Decerpo,id eſt carpo.*cueillir.* Excerpò, eligo, vel ex aliquo carpo,excribo . Plinius de auunculo ſuo, Nihil enim legit, quod non excerperet.
Diſcerpo,id eſt in multas partes carpo,vel frango,vel diſrumpo.

Serpo. Serpo,id eſt repo.Serpens,id eſt anguis,quia ſerpit. tranſfertur ad inanimata.vt Peſtis ſerpit,hædera ſerpit,riuus ſerpit. Inſerpo,introſerpo. Proſerpo,longe ſerpo.

Clepo. Clepo clepis clepſi cleptū,id eſt furor.Liuius,Siquis clepſit,ne populo ſcelus eſto:néve cui cleptū erit.Plaut.Rape,clepe,harpaga.Cic.de repub.Nō modò vt Spartæ rapere,vbi & pueri clepere diſcunt. Prudētius,Quod rapere ac clepere eſt,audéque abſcōdere parta.Cic.Ignem Prometheus clepſiſſe dolo dicitur.Seneca in Hercule furēte,Opponit,atque tegmine ingēti clepit. id eſt tegit,abſcōdit. Priorē in clepo corripi,verſus ratio indicat, quia eſt iambicus trimeter archilochus. Marcus Manilius lib.1,
quis enim condentibus illis
Clepſiſſet furto mundum quo cuncta reguntur?Itaque nemo vereatur hoc verbo vti,quia apud Latinos iam receptum eſt.Græci clepto dicunt. Cleptes cleptæ,id eſt fur. hinc Clepſydra,inſtrumentum per currentem paulatim aquam horas indicans:& Athenis fons quidam.

Sculpo. Sculpo ſculpſi ſculptum,id eſt cædēdo & excauando imaginē aliquam efficio.ponit hoc verbū Phocas.Diomedes negat ſimplex ſculpo reperiri.dicit enim, calco facit inculco,nō incalco:ſcalpo,inſculpo.quare gemma ſcalpta dicendum eſt,nō ſculpta:adiecta enim præpoſitione facit inſculpta. Id ſi verum eſt,innumeri ferè libri mendoſi erunt:in quibus legimus ſculptor,ſculptile,& cætera.

Scalpo. Scalpo ſcalpſi ſcalptum,nō caret ſupino,vt iam ex Diomede patuit,& per ſcalptor oſtenditur.Plin. lib.3,Expetūtur à ſcalptoribus,ferróque includuntur,nullam nō duritiam ex facili cauantes.Et per nomen ſcalptura,id eſt ſcalpendi actio.Idem,Omnia autē hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt. Plin. lib.20.cap.5,Radice eius circunſcalpti dentes dolore liberantur. Scalpo,id eſt ſculpo,(ſi rectè dicatur)& fodio vnguibus aut pedibus. Aliquando etiam aliquo inſtrumento ſordes extrico & expolio rem.Scalpturio,idem:& frico ex pruritu.Baptiſta Mātuanus,Phthiriaſim patiens ſcalpit caput vn-

Phthiriaſis. guibus vncis.Phthiriaſis,eſt morbus pedicularis. Scalprum,eſt ferreum inſtrumētum quo ſcalpitur corium.Scalpellum,quo ſcalpitur membrana.Auriſcalpium,quo ſcalpuntur aures.

Rumpo. Rumpo,id eſt frango.Rumpo vocem aut ſilentiū,id eſt loquor. Abrumpo,ab aliquo rūpo. Corrumpo,deſtruo vel contamino,maculo.Pecunia corrumpit iudicem.Hic corrumpit virginem.Corruptela,id eſt corruptio. Dirūpo,in multas partes rumpo. Erumpo,violenter & cum impetu exeo. vt Oppidani eruperunt in hoſtes. Irrumpo,impetum facio vel irruo vel violenter intro.

Strepo. Strepo,ſonū facio. Perſtrepo,valde ſtrepo. Papin.Rumor in arcana iādudū perſtrepit aula.Inſtrepo,in aliquo ſtrepo.Apes inſtrepunt floribus. Inſtrepito,frequentatiuū eſt. Obſtrepo,contrà ſtrepo. Obſtrepo literis,id eſt reſcribo. Sic Interſtrepo,inter aliquid ſtrepo. corripiunt omnia pœnultimam.

DAT COQVO XI,CTVM.Duo ſūt in quo,Coquo coxi coctū, Linquo liqui lictū.quo ſupino in ſimplici vix vtemur,quia nuſquā legi:ſed bene in natis,id eſt cōpoſitis: vt Relinquo reliqui relictū.

Coquo. Coquo,eſui apto. Coquo ceruiſiam,non braxo. Dicuntur etiam lapides ex terra coqui. vnde Lapis coctilis. Etiā ſignificat maturo.Seges coquitur.Sol poma coquit. Percoquo,ſatis & perfectè coquo. Excoquo,coquendo aufero.Ignis excoquit auro ſcoriam.id eſt immunditiā. Decoquo, rebus cōſumptis clàm fugio,vt fallantur creditores. Concoquo,id eſt(vt vulgus dicit) digero.Plinius,Sopno concoquere corpulentiæ quàm firmitati vtilius eſt. Incoquo,in aliquo coquo. Virgilius,Huius odorato radices incoque Baccho.Corripiunt hæc pœnultimam. Coquinari,eſt coquendi artem exercere. Coquina,id eſt culina. Coquinaria,coquendi ars. Coquus,qui coquit.

Linquo.

Linquo,id eſt dimitto. Relinquo,idem. Delinquo,pecco. Oblinquo & derelinquo, id eſt linquo. Delictum,peccatum.

RO.

Ro vi,túmque dabit.geſſi;gero, vult quoque geſtum.
Vro,vſſi,ac vſtum.verro,ri,ſi,dato verſum.
Curro cucurrit habet curſum.dat ui ſero natum,
Atque ertum:dat & euit,itum,ſub duplice ſenſu.

Verbũ deſinẽs in ro,facit in præterito ui ſyllabã,in ſupino tũ:vt Tero triui tritũ:quæro quæſiui quæſitũ.quod per ſyncopã etiã quæſtũ fecit.vnde Quæſtus quæſtor,&c. Sero ſeui ſatũ,per primã vocalẽ: Gero geſſi geſtũ: Vro vſſi vſtum: Verro verri vel verſi verſum:Curro cucurri curſum. Cõpoſita non recedẽtia à ſignificatione verbi ſero,faciunt eui pœnultima longa . quãdo verò nõ ſignificant ſeminare vel plantare,habent rui & ertum,vt Diſſero diſſerui diſertum.ſic Sero olim habuit ſerui ſertum.

Tero.

Tero,id eſt cõminuo,frico,tundo vel conſumo. vt Tero tempus vel otium. Tero ſinapi. Attero, ad aliquid tero. Hieronymus,Attrita frõs interpretatur ſæpe quod neſcit. Attrita frons,id eſt perfricata & impudens. Plinius,Anguillæ atterunt ſe ſcopulis. Contero,cõminuo.hinc contritus dicitur afflictus,& peccati pœnitens. Contritio,de peccatis dolor. Detero,diſtero,extero,obtero,protero,pertero,valde tero. Plinius,Nimia cura deterit magis, quàm emendat. id eſt inquinat & deſtruit. Boetius, Pedibúſque datas proterit eſcas. id eſt cõculcando terit. Intero,in aliquid tero. Intero panem in pultem. Propheta,Intriuerat panem in alucolum. id eſt vaſculũ. Retero retriui retritum,id eſt rurſus tero,purgo,excerno. Subtero,id eſt ſubtus tero. Semitero,id eſt dimidium tero.& habent omnia pœnultimam correptam. Tritura,eſt excuſſio frumenti. Triturare,frumentum excutere.

Quæro.

Quæro quæſiui quæſitum cum ſ,in præterito & ſupino,inueſtigo: vt Quære fratrem. Et interrogo. Quæro ex te vel à te:non,Quæro tibi. Magiſter quæſiuit de te,id eſt quod vulgo dicitur,poſt te.

Compoſita mutãt æ diphthongon in i longam: vt Acquiro,conquiro,id eſt quærendo inuenio,nãciſcor,adipiſcor. *Acquerir.* Diſquiro,quærendo,diſcerno. Exquæro vel exquiro,diligẽter quæro. Inquiro,id eſt quæro & exploro. Perquiro,idem. nuſquam reſumunt diphthongon.

Gero.

Gero,id eſt porto. Gerulus,portator & geſtator. Geſtare,id eſt gerere. Gero quoq;,id eſt rego:vt Petrus bene ſe gerit. Tullius,Ego te nunquã reprehenſione dignũ putaſſem,quum te ſanctiſſime gereres. Geſtus,modus gerẽdi. *Contenance.* Et ago. Virgilius,Nec tecum talia geſſi. Hinc geſta dicũtur magnifica facta. Gero morẽ,id eſt obœdio. Compoſita corripiũt pœnultimã: vt Aggero,apporto, congero.hinc agger. Aggero aggeras,primæ,id eſt augeo. Virgilius,Incendítque animum dictis,atque aggerat iras. Congero,id eſt congrego. Digero,diſpono. Virgilius,Ita digerit omnia Calchas. Digeſta,ſunt libri in quibus iura digeruntur. Egero,exporto,emitto. Ingero,importo. Suggero, ſumminiſtro,vel porrigo. Virgilius,Suggere tela mihi. Et in memoriã duco. Tullius,Si memoria mihi fortè defecerit,tuum erit vt ſuggeras. In Euãgelio,Spiritus ſanctus ſuggeret vobis omnia. Suggeſtus,altus locus vnde fit ſermo ad populum. Ambo ambonis,ſoli barbari dicunt.

Vro.

Vro,id eſt ardore aut frigore,nonunquam etiam alia vi lædo: vt Ignis vrit me. Frigus vrit me. Calceus arctus vrit pedem. Flagellum vrit nates. Terẽtius,Vro hominem. id eſt dolore afficio. Compoſita pœnultimam producũt:vt Aduro aduſſi aduſtum.& Comburo,id eſt vro,ardere facio. Amburo,ex omni parte vro. Plautus,Ille quidem Vulcani eſt filius: quaqua tangit,omne amburit. Exuro, peruro,totum vro. Inuro,in aliquid vro. Inuſſi notam boui.

Verro.

Verro verri,teſte Cariſio. Licinius,Hiſce etiã reliquias auerrerunt . Publius, Cellas ſeruorũ conuerri. Seruius vult etiam verſi habere: verum doctiſſimi authoritatem veterum deſyderant. ego libentius verri in præterito dixero. Verro,id eſt traho. inde Verriculum,id eſt rete. Virgilius,Et verſa puluis inſcribitur haſta. Idem,Quippe ferant rapidi ſecum,verrántque per auras. Et verto vel remigo. Idem, Adnixi torquẽt ſpumas,& cærula verrũt. Cærula,id eſt æquora. Et ſcalpurio: vt Gallus verrit terrã.

Et mundo. Iuuenalis,Verre pauimentum,nitidas oſtende columnas. Conuerro,id eſt verro. Columella lib.8,Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit:nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere. hinc Apuleius verbale facit conuerritor:tanquã ſupinum ſit conuerritum:dicens in apologia pro magia,Conuerritorem tumidæ gingiuulæ. Deuerro,deorſum verro. Euerro,extrà verro.

Curro.

Curro cucurri,veteres cecurri per e pro u dixere,teſte Gellio. Accurro,ad aliquem curro. Cõcurro,ſimul curro. Sic Excurro,incurro,præcurro,facile patent. Occurro,id eſt obuio & reſiſto. Succurro,id eſt auxilior,& in mentem venio. Tul. Vt enim quidque ſuccurrit,libet ſcribere.

Sero.

Sero ſeui ſatũ,id eſt ſemino & plãto. Lactãtius lib.2,Terrã ſtudioſe coluit: ac vineã ſua manu ſeuit. Et generare. vnde Satus,id eſt generatus.& Iuppiter dicitur hominũ deorúmq; ſator. Aliquãdo ſignificat admoueo,taxo,ordino. hinc ſeries,id eſt ordo.& ſic facit ſerui ſertũ. Ennius,Quã tanto ſtudio ſeruit. hinc ſertus ſerta ſertũ,id eſt cõtextus. Lucan. Accipiũt ſertas nardo florente coronas. Sertũ,corona de floribus aut herbis. Cõpoſità pœnultimã corripiunt: vt Aſſero aſſeui aſſitum,propè ſero vel plãto: Aſſero aſſerui aſſertũ,id eſt affirmo & defendo vel libero. Obſero obſeui obſitũ, id eſt circumſeo aut circundo. Obſitus,circundatus. Virgil. Iam ſetis obſita iam bos. Obſero obſerui obſertũ,non

inueni. Cōſero conſeui conſitū,ſimul ſemino vel planto. vt Horti arboribus conſiti. Cōſero conſerui conſertum. Conſero manū,id eſt pugno. Papinius,Conſeruítque manū:nec quē imploraret habebat. Inſero inſeui inſitū,in aliquo ſero,& ramū alteri arbori(vt ſic dicam)implanto. Virg. Inſere nūc Melibœe pyros:pone ordine vites. Inſero inſerui inſertū,id eſt immitto. Qui vult quibuſque foraminibus digitū inſerere,fœdatū interim extrahit. Deſero,ſolū deſerui,deſertū,id eſt relinquo. Terentius, Heu quò redactus ſum: omnes noti atque amici me deſerunt. Exero exerui exertum,ſolū emitto vel extēdo. Perſius,Digitū exere,peccas. Plinius, Glottis auis prælōgam exerit linguam. Seneca tragicus, Exerit vultus rubicūda Phœbe. Exerto exertas,idem. Diſſero diſſerui diſertum,ſolū: & in ſupino alterum ſ perditur:id eſt enarro vel declaro. Ediſſero,idem. Diſertus,qui bene diſſerit quicquid animo cōcipit. In Euāgel. Ediſſere nobis hāc parabolā. In ſacris inſertus pro inſitus aliquādo mēdoſe legitur.

Fero. Fero tuli latum,à tulo,obſoleto verbo. hoc in ſequenti libro patebit.

Furo. Furo cuius prima poſitio in vſu nō eſt,præterito ſupinóque apud veteres caret. & ſignificat inſanio. Sedulius nouè dixit,Nec min⁹ & Darij furuerūt iuſſa tyrāni. Quòd prima poſitio debeat eſſe furo,nō vt Nebriſſenſis vult per io,furio,oſtēdit participiū furēs: quia dicendū foret furiēs vt Fodiēs,faciēs,&c.

Furio. Furio furias,primæ,id eſt ad inſaniā redigo. Horat. Quæ ſolet matres furiare equarū. Vbi præteritum aut ſupinū non habemus,capimus à ſynonymo:vt Furo vel furio,inſaniui. aio,dixi,&c.

Precis. Precis,in nominatiuo rogatio. Scabo in ſupino ſrictū,&c. Verum hæc minutula ſunt & præceptu parum digna.

so. So vi,túmque facit. Si,ſúmque faceſſo,capeſſo,
Cum viſo. pinſo dat pinſuit,indéque piſtum.

Laceſſo. Verbum deſinens in ſo,facit ſiui & ſitum:vt Laceſſo laceſſiui laceſſitum,pœnultima longa,vt ſimilia:id eſt vexo,& incito,aut prouoco. Virgilius,Efficiam poſthac ne quenquam voce laceſſas. poteſt etiam in præterito habere laceſſi:vt multi dicunt.

Arceſſo. Arceſſo arceſſiui arceſſitū,id eſt accuſo,teſte Diomede. nam accuſare(inquit) à maleficijs eſt arcere.

Accerſo. Accerſo accerſiui accerſitū,id eſt eo ad vocandū vel voco. Horatius,Si melius quid habes,accerſe:vel imperiū fer. Terentius,Obſtetricē accerſo. hoc venit ab accio accis. pro eodem per quartā accerſio accerſis dicitur rectè. Tacitus,Pauca præfatus de ſua ſenectute,Piſonem Licinium accerſiri iubet.

Inceſſo. Inceſſo inceſſiui inceſſitum,id eſt accuſo vel impero,& amarè irrideo prouocóque.

Faceſſo. Tria verba in ſo,faciūt ſi,ſum: Faceſſo faceſſi faceſſum,id eſt facio, vel eo ad faciendū. Virgilius,Haud mora cōtinuò matris præcepta faceſſit. Et diſcedo. Plautus,Síquis impudicus es,hinc faceſſas. Terētius,Hæc mulier hinc faceſſat. Et exhibeo. Cicero in Verrē,Incipiet ne innocēti periculum faceſſeris. Idem in eundem,Quum audiuiſſet ei negotium faceſſitum. ergo faceſſo etiam habet iui,itum: vt

Capeſſo. Capeſſo etiā quod ſignificat capio,vel ad capiendum eo. apud diuum Auguſtinum in ſecundo de ciuitate dei,AEſchynes quum adoleſcens tragœdias actitaſſet,rempublicam capeſſiuit.

Viſo. Viſo viſi,teſtibus Diomede & Cariſio,& cum multis,teſte Alexandro,viſum:licet ſint qui dicant ſupino carere. Viſo,eo ad videndum. Reuiſo,inuiſo,prouiſo,idem. Tullius ad Atticum,Reuiſe nos aliquando. Terentius,Prouiſo quid agat Pamphilus.

Pinſo. Pinſo pinſui piſtum,id eſt tundo. nā veteres vſu molarū carentes,frumentū piſtillis tundebāt & terebant. vas concauū,in quo frangebāt ipſum frumentū,dicitur pila. nunc pinſo capimus,pro panē facio. Et pro eodē dicitur pinſo pinſas,per primā. Calphurnius,Dicitur & nigrū pinſare legumine panem. Piſtrinū,locus vbi ſerui pinſebant maximo cum labore. Pōponius præterito vtitur dicēs,Neque molis molui,neque palmis pinſui. Supinū etiam eſt pinſitū & pinſum,licet nō frequens,vt piſtum. Columella lib. 2,Panicum pinſitū & euolutū furfure. Idem pinſus dixit,vt notauit Sulpitius. Diomedes quoque participia facit pinſus & pinſurus: vnde pinſor pro piſtor. Varro,Nec pinſorē vllū noſſent,niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinā. hinc pinſito pinſitas,frequentatiuū. Quæſo nec præteritū nec ſupinum habet in vſu:vt in ſequenti libro dicetur. olim quæſiui & quæſitum habuit. Salluſtius in primo hiſt. Curionem quæſiui vt adoleſcentior & populi ſuffragijs integer ætati concederet Mamerti.

to. Xi,xum,dant plecto,cum flecto,nectere,pecto.
Hǽcque xui duo dant. iui peto donat & itum.

Verba in to pauca ſunt:ideo nō datur generalis regula: ſingula enumerantur. & primo Plecto facit plexi plexū:flecto flexi flexum:necto,nexi vel nexui,nexum: pecto,pexi vel pexui,pexum. Peto petiui petitum. Pecto olim etiam pectui fecit. vnde pectitum pœnultima breui. Columella lib. 12,Præparatæ ſint & pectitæ lanæ. Et alibi,Verū vbi iam puro diſcrimine pectita tellus. de alijs teſtimonia. Liuius Andronicus apud Priſcianum,Inſolito plexi munere. Salluſtius in primo hiſtor. Nexuit catenæ modo. Propertius,At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Mecœnas in Octauia,Pexui capillum naturæ muneribus gratum.

Plecto. Plecto,id eſt percutio vel punio. Horatius, Quicquid delirant reges,plectuntur Achiui. Plectrum, inſtrumentum quo fides pulſantur à citharœdis. Plecto etiam,id eſt flecto. hinc plecta,id eſt matta. Perplexus intricatus & dubius. Perplexè,intricatè,obſcurè. Terentius,Pergín' ſceleſta mecum perple-

xe loqui? Inuenitur aliquãdo habere in præterito plexui. Hieronymus in libro Iudicum, Si ſeptem crines capitis mei licio plexueris, & hunc circunligatum terræ fixeris, infirmus ero.

Flecto, inclino, voluo, duco, curuo, moueo: vt Flecto genua: flecto arcum. Supplice, prece flectitur Deus. Virgil. Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheróta mouebo. Deflecto, de aliquo flecto. Reflecto, iterum flecto. Inflecto, valde flecto. Circunflecto, circumplico. Offlecto, contrà flecto. Plautus in Rudente, At ego hinc offlectam nauem. Flexilis, id eſt flexus. Flexibilis, flecti potens. Flecto.

Necto, id eſt ligo. Nexilis, id eſt nexus, ligatus. hinc Annecto, innecto, connecto, &c. Necto.

Pecto, capillos orno, vel ſimpliciter orno. Pexus pexa pexum, id eſt ornatus, pulcher, cultus, elegãs. vt Horatius, Pecto.

-rides ſi forte ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ.

Impexus, non pexus: vt Impexa barba. Frequentatiuum eſt pexo pexas.

Peto, cupio, oro, quæro. vt Peto à te pecuniam. Peto te lapide, id eſt perſequor. Peto Romam, id eſt adeo. Compoſita pœnultimam corripiunt: vt Appeto, id eſt cupio. Expeto, honeſte peto. Cõpeto, ſimul peto. Impeto, inuado. Oppeto, morior. Repeto, rurſus peto. Suppeto, ſufficio & cõuenio vel reſpondeo. Plautus, Non ſuppetunt dictis data. Peto.

Mitto facit miſi, miſſum, ſ geminando ſupino.
Sque meto geminans ſuit & ſum: vertóque, verti,
Et verſum. ſterto dat ſtertuit, abſque ſupino.

Mitto dat miſi, miſſum, gemino ſſ in ſupino. Meto facit meſſui meſſum gemino vtrobique ſſ. Verto dat verti verſum. Sterto ſtertui ſine ſupino. Cato apud Priſcianum, In campo Tyburti vbi hordeum demeſſui. Perſius,

-poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides quintus pauone ex Pythagoræo.

Mitto, ad aliquem do. vt Mitto tibi, vel ad te librum. Et omitto vel depono. Horatius, Mitte leues ſpes & certamina diuitiarum. Admitto, ad me venire ſino. Paulus admittit neminem niſi doctum. Mitto.

Committo, commendo. Terentius, Ouem lupo commiſiſti. Et facio. vt Noli committere vt meritò ridearis. Et pecco. Virgilius,

Quid meus AEneas in te committere tantum?
Quid Troes potuere?

Et cõpono vel coniungo. Commiſſura, cõpoſitio vel coniunctio. Summitto, id eſt ſubdo. Summitto caput, id eſt obœdio. Sũmiſſus, humilis. Loquitur voce ſummiſſa, id eſt non alta. Omitto, id eſt dimitto. Demitto, deorſum mitto. De priore. Horatius, Quem ſua culpa premit deceptus, omitte tueri. De altero. Idem, Demitto auriculas vt iniquæ ſortis aſellus.

Meto, ſegetem vel herbam ſeco, amputo. Paulus, Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Accipitur pro auſero. Horatius, Meto.

Quid vici proſunt, aut horrea, ſi metet orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro?

Demeto pœnultima breui, id eſt amputo. Virgilius, Demetit enſe caput.

Verto, id eſt muto & voluo. hinc frequentatiuũ Verſo, cõtinuò vel multũ verto. Equus verſat molam. Quid verſas animo? id eſt quid cogitas? Aduerto, ad aliquid verto. Aduerte mihi faciem. Et attẽdo. Virg. Paucis (aduerte) docebo. Auerto, ab aliquo verto. Auerte irã tuã à nobis. Animaduerto, id eſt animũ aduerto & noto conſyderóque. Terentius, Nunc quam rem vitio dent, animaduertite. Item animaduerto, id eſt punio, & (vt vulgus loquitur) iuſtifico. ſic accuſatiuũ cũ præpoſitione in habet. Seneca, Animaduertit Brutus in liberos ſuos. Diuerto, declino de via. Diuerſoriũ, hoſpitium aut taberna meritoria quò viatores diuertũt. Diuerſor diuerſoris, qui diuertit. Diuerſito diuerſitas, id eſt diuerto, deflecto. Diuerſor diuerſaris, idem: vel cõuerſor. Diuerticulum, id eſt diuerſorium aut ſemita ad quam à regia via ſiue militari diuertimus. Etiã ſignificat aufugiũ. vt Penè victi quærunt diuerticula. Diuortiũ, id eſt ſeparatio. Cic. in 2. epiſt. ad Cælium, Eſt diuiſus aquarũ diuortijs. Propriè autẽ eſt ſeparatio viri & vxoris. Euerto & ſubuerto, id eſt deſtruo. Inuerto, in cõtrarium verto, vt veſtẽ aut pellem: ſeu etiã verba præpoſtere pronũtio, vt Lauo, vola. Inuertit melotã, id eſt pellem ouinam. *Hi keert den pels om.* adagiũ eſt apud noſtrates. Interuerto, callidè ſurripio. quod plerunque fit quum rem cõmodatã aut creditã dolo, ne domino reſtituatur, efficimus. Plautus in Aſin. Hem iſtoc ago, quomodo argentũ interuertã. Reuerto, aut potius deponentaliter reuertor. in præterito tamẽ reuerti melius, id eſt redeo. Tullius in Philip. Victor cum legionibus reuertiſti. Titus Liuius, Sub idem tempus legati ab regibus Romam reuerterunt. Obuerto, contrauerto. Præteruerto vel præteruertor, id eſt præuenio aut præcurro. Catullus, Flãmea præuertit celeris veſtigia ceruæ. Virgilius, Volucrémque fuga præuertitur Hebrum. Eſt autem Hebrus, Thraciæ fluuius. veteres vorto pro verto dicebant: vt Voſter pro veſter. Terentius, Di bene vortant. hinc Vortex, aquarum conuolutio & profunditas. Verto. Hebrus. Vortex.

Sterto, id eſt dormio, & ſonum altum dormiendo emitto. Perſius, Mane piger ſtertis: ſurge inquit auaritia. Terentius, Homo fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctes & dies. Deſterto, euigilo. Perſius, Sterto.

Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides quintus pauone ex Pythagoræo.

Neutrum ſiſto nihil dabit:actiuum ſtitit edet:
Deinde ſtatum format.nobis eſt Gellius author.

Siſto neutri generis,id eſt ſto,caret proprio præterito atque ſupino:poteſt tamen vtrunque ſumere à ſto:Siſto,ſteti,ſtatum:& compoſita à ſiſto,capient vtrunque à compoſitis à ſto:vt Conſiſto,conſtiti,conſtitum.ſic reſiſto,obſiſto,aſſiſto,abſiſto, circunſiſto,perſiſto,deſiſto, &c.quæ eandem ſignificationem habent cum à ſto compoſitis.

Siſto. Siſto actiuum,habet ſtiti in præterito,& ſtatum in ſupino ex ſententia Gellij,licet Priſcianus nihil habere dixerit.verba Gellij ex libro ſecundo Noctium Atticarum hæc ſunt,In libro vetere M. Catonis, qui inſcribitur contra Tyberium,ſcriptum quidem ſic erat,Quid ſi vadimonium capite obuoluto ſtitiſſes?Recte ille ſtitiſſes ſcripſit,ſed falſi & audaces emendatores è ſcripto per libros ſtetiſſes fecerunt,tanquam ſtitiſſes,vanum & nihili verbum eſſet.quin potius ipſi nequam,& nihili ſunt qui ignorant ſtitiſſes dictum à Catone,quoniã ſiſteretur vadimoniũ,nõ ſtaretur.hæc ille.Hinc ſupinũ fit ſtatũ. vnde ſtator,qui ſiſtit aliquem prætori,aut domino ſuo.Nam ſiſto actiuũ,ſignificat ſtare facio:vt Siſte lachrymas,id eſt noli flere.Virgil.Siſte gradum,téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.Plin.Lactuca ſylueſtris ſanguinem ſiſtit. Et præſento.In Euang.Vt ſiſterent eum domino.Stator ergo,qui ſiſtit aliquem domino:quamuis alij à ſtatione crebra dici velint.Cic.in 2.lib.epiſt.fam. Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi.Capitur pro ſatellite etiã & apparitore,qui reos in ius vel in carcerẽ ducit,quia ſiſtit eos prætori,&c. Aliquando ſiſto à ſtatuo capit præteritum ſtatui.Plaut.in Bacch. Nauem extemplò ſtatuimus.id eſt ſtitimus.Scodrẽſis & Calepinus negant ſiſto in ſupino habere ſtatũ:quia quũ ſtator dicitur Iuppiter,à ſto eſt inquiunt:ſed friuole probat vterque dictum ſuum.Iuppiter ſtator dicitur à ſiſto,quia ſtitit,id eſt ſtare fecit Ramanos in fugã à Samnitibus verſos.nec illud aliquid probat quòd à ſiſto compoſita habent ſenſum verbi ſto:nam Siſto cõpoſita nulla habet,niſi in neutrali ſignificatione.nec quia ſiſto ſtiti facit,oportuit ſupinũ eſſe ſtitũ,ſi vllum foret,non ſtatũ:nõ magis,quàm à ſero,ſeui,ſetũ oporteat eſſe, non ſatum. Multo plura adducit Calepinus,vt Vallam improbet,ſolutu non adeò difficilia,quibus ſuperſedeo. Concinit mihi cum Valla Antonius Nebriſſenſis.ipſe Calepinus ſibi non conſtat. Nam in dictione ſiſto negat quod in dictione ſtator poſtea affirmat.

Stator.

Dat viuo xi,ctum.Soluo ui format,& utum,
Vt voluo.Calui,caluo facit abſque ſupino.

Quatuor ſunt verba in uo ſyllabam deſinẽtia,quorũ viuo facit vixi,victum:Soluo,ſolui,ſolutũ:Voluo,volui,volutũ:Caluo,calui ſine ſupino. Olim annumerabatur cauo,caui,cautũ.nũc caueo dicitur.

Viuo. Viuo,id eſt vitã ago.Perſius,Viue memor leti:fugit hora:hoc quod loquor inde eſt. Victus, quo viuimus. Victito,id eſt viuo aut veſcor.barbari victitant lacte. Reuiuiſco,rurſus viuo. Conuiuo,conuerſor.Seneca,Hærebit tibi auaritia,quandiu auaro con uixeris. Conuiuor,id eſt conuiuium facio.

Soluo. Soluo,quod ligatum erat,non ligatum facio & enodo. Plautus in Amphitryone,Noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra è portu Perſico.Itaque ſoluo aliquando capitur pro abnauigo. Philelphus,Ad triduum vſque hinc ſoluere decreui.Capitur etiam pro debitum reddere:quia debitor obligatur creditori.Cicero in Verrem,Pro quo frumento pecunia ſoluta nõ eſt. Item ſoluo,id ſatiſfacio. Terentius in Adelphis,Neque tu verbis vnquam ſolues quod mihi re malefeceris. Et dimitto liberóque. Virgilius, Soluite corda metu Teucri.hinc Solutus riſus,id eſt magnus,à curis liber. Soluo fidem,id eſt non ſeruo. Abſoluo,reſoluo,exoluo. Diſſoluo,id eſt ſoluo. Diſſolutus,id eſt vagus,immodeſtus. Perſoluo,quicquid debeo,ſoluo.

Voluo. Voluo,id eſt verto.*Tourner*.Terentius,Satis diu iam hoc ſaxum voluo.hoc præteritum eſt diſſyllabum.Volui à volo triſyllabum.Voluto,multum ſæpéque voluo.Virgilius,Talia flammato ſecum dea corde volutat.Volutabrum,locus lutoſus in quo porci volutantur. Inuoluo,implico.Inuolucrum, inuolutio. Aduoluo,ad aliquid voluo. Deuoluo,deorſum voluo. Cõuoluolus,vermis ſe conuoluens in ſolio arboris aut vitis.

Caluo. Caluo,id eſt decipio,fruſtror.paſſiuum eſt caluor calueris.Pacuuius,Sentio te pater vocis calui ſimilitudine.Dicitur etiam deponentaliter caluor calueris.Plautus in Caſ.Nam vbi domi ſola ſum,ſopor magnus caluitur.id eſt decipit.ſupinũ foret calutum:ſed nõ eſt in vſu.A calua fit calumnia,id eſt vexatio alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem.*Calumnie*.atque etiam falſa accuſatio. Caluo caluas,primæ,id eſt caluum facio.Calueo,caluus ſum. Calueſco,fio caluus.

Nexo xui,xum vult.Texo xuit,indéque textum.

Nexo. In xo tertiæ verba duo ſunt:Nexo,nexui,nexum,id eſt necto.Andronicus per primam nexabat dixit,teſte Priſciano.

Texo. Texo,texui, textum,id eſt telam ſtruo.Terentius in Heaut. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Ponitur etiam pro componere,facere,fabricare,ſcribere,colligere: vt hiſtorias,tabellas, & huiuſmodi.hinc Textilis textile,quod texendo fit:vt Textilis corona,textilis veſtis.Hinc textor, textrix,

textura,&c. textum, id eſt compoſitio & formatio. Virgilius, Et clypei non enarrabile textum. vel Tex- Textus.
tus, textus, textui, vulgus capit pro principali ſcriptura, quæ non eſt interpretatio vel gloſſa. verum nõ
ſatis recte, vt Merula bene ſenſit. hoc autem ornate dicitur Litera. Attexo, appono, ad aliquid texo.
Contexo, compono, coniungo. Detexo, textum deſtruo vel diſſoluo. Aliquando ſignificat valde
tego. Retexo, iterum texo & reformo. Ouidius, Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. Et textũ
diſſoluo. Tullius, Itaque iam retexo orationem meam. Prætexo, antè texo, & abſcondo vel tego. Vir-
gilius, Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Prætextus, prætextus, prætextui, id eſt excuſa-
tio vel ficta cauſa. Prætexta, veſtis nobilium puerorum erat, cui purpura erat prætexta. Intexo, in
aliquo texo.

QVARTA CONIVGATIO.

Iui quarta facit. ui ſemper vertitur in tum.

Verbum quartæ coniugationis facit in præterito iui, & in ſupino itum: vt Eo, iui, itum: queo, quiui,
quitum: audio, audiui, auditum: ſcio, ſciui, ſcitum: cio, ciui, citum. Reſcio, reſciui, reſcitum, id eſt per- Reſcio.
cipio. Plautus, Quid futurum eſt, quum ſenex hoc reſciuerit? Reſciſco, idem.
Scio, ſcientiam habeo. Conſcio, de me ſcio: & proprie malum. Horatius,
Hic murus aheneus eſto, Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Conſcientia, id eſt ſui ſcientia. Scio.
Item ſcio, id eſt ſtatuo. Situm, Statutum. vnde plæbiſcitum. Cio, id eſt voco. vide in cieo. Crocio, Cio.
vociferor vt coruus. Crocitus, vox coruina. Crocitare, frequenter crocire. Glocio, ſono vt gallina quã- Crocio.
do incubat ouis. Ferocio, fio ferox & animoſus. Vino ferociunt homines. Faſtidio, contemno. Li- Glocio.
nio, id eſt lino. Compedio, ligo pedes. Polio, orno. Redimio, orno. Laſciuio, petulans ſum. So Ferocio.
pio, dormire facio. Garrio, multa & inepta loquor. Aues garriunt, id eſt cantillant. Sarrio, purgo. Faſtidio.
Abortio, id eſt facio abortum. In Iob, Bos eorum nõ abortiuit. Sic ſuperbio, mugio, munio, mollio, Linio.
bullio, lippio, grunnio, balbutio, &c. Solum duo hic in eo deſinunt, ſcilicet Eo & queo. Cætera in io Compedio.
terminantur. Solum hæc duo corripiunt pœnultimam ſupini, eo & queo cũ ſuis: vt Reditũ, adi- Polio.
tum, &c. Ambitus tamen participiũ producit pœnultimam. quam ámbitus nomen ſolum corripit. Redimio.
Futurum indicatiui hic deſinit in am: vt Audiam, eam, queam. Hæc tamen duo rectius in bo termi- Laſciuio.
nantur: vt Ibo, quibo. Apud veteres in ibo & ibor plura deſinebant, quæ non vſurpabimus nunc niſi Sopio.
parcè, ſi comice velimus dialogum, aut comœdiolam, &c. ſcribere. Terentius, Iam ſcibo. Idem, Hîc ego Garrio.
virum opperibor. Hieronymus in Biblijs, Imprudentes odibunt ſcientiam. Idem partibor & metibor Sarrio.
& plura dixit. At Seneca ſecundo de beneficijs, Nullam iniet gratiam, dixit. ornatius eſt inibit. Abortio.
Eo, id eſt vado. hinc iter. Abeo, recedo. Adeo, accedo. Coeo, ſimul eo, vel cõuenio. Obeo, circumeo Eo.
& perago. vt Obeo munus meũ, id eſt facio officium meũ. Obeo mortem, id eſt morior. Obitus, mors.
Pereo, perdor, morior. Plautus, Ego illum periſſe dico, cui perijt pudor. Prodeo, procedo. Terent.
Dromo pulſitat: anus quædam prodijt, & aperuit oſtium. Subeo, ſub aliquid eo, & in mentẽ venio.
Virgilius, Subijt chari genitoris imago. id eſt cogitaui de patre meo. Hinc etiam ſunt tranſeo, redeo, in-
eo, prætereo, exeo, &c. Ambio, circumeo. vt Lupus ambit ouile. Ouidius, Iuſſit & ambitæ circundare
littora terræ. Etiã ſignificat honores ambiẽdo, homines & rogando petere. In libro Machabæorum,
Iaſon ambibat ſummum ſacerdotium. Hinc ambitio, affectatio bonorum. Ambitus pœnultima bre-
ui, idem. Lucanus, Ambitus & luxus & opum metuenda facultas. hoc etiam circumitum ſignificat.
Queo, poſſum. Nequeo, non poſſum. Quædam creduntur in hac coniugatione carere vel præterito, Queo.
vel ſupino, nec carent: vt Obœdio, obœdiui, obœditum, id eſt obtempero. Plinius libro 17. natu. hiſt. Obœdio.
Ramo oleæ quàm maxime ſequaci atque obœdituro.
Sæuio, ſæuiui, ſæuitum, id eſt iraſcor, vel crudelitatem exerceo. Deſæuio, valde ſæuio. Conſæuio, ſi- Sæuio.
mul ſæuio. Obſæuio, contrà ſæuio. Plautus in Epidico, Tu is es qui per voluptatem in mea ærumna
obſæuiſti grauiter. Suetonius in Nerone, Per ſex dies totidémque noctes ea cæde ſæuitum eſt. Taci-
tus, Atrocius in vrbe ſæuitum.
Sitio, ſitim habeo. Iuſtin. Satiare ſanguine quem ſitiſti. Legi ſititor à ſupino ſititum, in Apuleio lib. Sitio.
1. de Aſino, Sititor nouitatis. Phocas dixit carere præterito: quod ex Iuſtini verbis falſum eſſe liquet.
Ferio, id eſt percutio, feriui, feritum. Vtrunque perraro. Seruius feriturum dixit in ſeptimum AEnei- Ferio.
dos. Quem imitatus Petrarcha in octauo Aphricæ ait, Pax populis ducibúſque placet fœdúſque feri-
tum. Baptiſta Mantuanus præterito vtitur, Glans ignita manum ferijt, mox altera tergum. Apud ve-
teres tamen neutrum à ferio reperi: nec tamen hi authores penitus ſpernendi ſunt. Referio, repercutio.
Plautus in Aſin. Patitor tu idem: ego te referiam.

Singultit vult ſingultum, ſepelire ſepultum.
Væneo dat vænum. veni ventum venio vult.

Excipiuntur à regula quædam. primo tria ſecundum regulam facientia præteritum: & contra re-
gulam ſupinum: vt Singultio, ſingultiui, ſingultum: Sepelio, ſepeliui, ſepultum: Væneo, væniui vel
vænij vænum. at venio facit veni, ventum.

Singultio. Singultio,grauiter tuſſio,& ſingultum emitto:vt faciunt feſſi & infrigidati. hinc Singultim aduerbium,id eſt ſingultiendo. Horatius,Vt veni coràm ſingultim pauca locutus. Singultim loqui, id eſt cum interuallo & frequenti interruptione,vt verecundi & timidi loqui ſolent. Singulto ſingultas, ſingultum emitto. Statius,

Semineces pueri trepidas in limine vitæ Singultant animas. Et frequenter ſingulto.

Sepelio. Sepelio,id eſt defunctum condo vbiuis,humi aut in terra. Sepultus, inſepultus: vt humatus,inhumatus. Cato dixit,Mortuus ſepelitus eſt,vt auditus. Lex duodecim tabularum apud Quintilianum, Qui in calamitate parentes deſeruerit,inſepultus abijciatur.

Væneo. Væneo,id eſt vendor,quaſi vænum eo,ſupinum multi grammatici dicunt eſſe vænum : à quo tamen nullum formatur participium. In Euangelio, Duo paſſeres aſſe væneunt.

Venio. Venio notum eſt. Olim per tertiam veno venis dicebant,authore Marcello. Compoſita corripiunt ſyllabam ve in præſenti, ſed in præterito producunt : vt Aduenio,id eſt ad aliquem venio. hinc Aduentus. Aduento aduentas,id eſt veniendo propinquo. Conuenio,in vnum locum venio. Conuẽtus,congregatio hominum. Conuenticulum,idem. Et pactum facio vel conſtituo. hinc conuentum & conuentio,id eſt pactum. Oportet te ſtare conuentis. id eſt ſeruare pacta. Et congruo. Terentius, Hæc fratri mecum non conueniunt. Iuuenalis,Sæuis inter ſe conuenit vrſis. id eſt ſæui vrſi inter ſe cõcordes ſunt. Cũ accuſatiuo ſignificat alloqui. Terentius,Egomet conueniam eum. Interuenio,inter aliquos venio. Terentius,Interuenit homo de improuiſo. Et rogo. vt Interueni pro clero. Præuenio,antè venio. vt Præueniſti me. Deuenio, deorſum venio. Reuenio, redeo. Euenio, accido. Virgilius, -non hæc ſine numine diuûm

Eueniunt. Euentus,id eſt caſus. Obuenio,id eſt contingo. Prouenio,procedo. Ex arbore bona,boni fructus proueniunt. Hinc prouentus. Plin. Magnum prouentum poetarũ annus hic attulit. Circunuenio,id eſt circundo. vt Hoſtes circunuenerunt noſtros. Et decipio. Apoſtolus, Nequis circũueniat in negotio fratrem ſuum. Venimus in præſenti pœnultimã producit:quam in præterito corripit. Subueni,pœnultima longa in præterito:breui autem in imperatiuo.

Pone amicit per ui,per ctum:dat vincio xi,ctum.
Sancio iungatur,quod & iui format,& itum.

Amicio. Amicio facit amicui & amictum,teſte Diomede. Brutus in laudatione Appij Claudij, Toga prætexta amicuit. Accius etiã amixit protulit. Inuẽtum eſt quoque amiciui vt audiui:& ſignificat veſtio. Amictus,id eſt veſtitus. Amiculum, veſtimentum. Plautus, Amiculum hoc ſuſtolle. Vincio,vinxi, vinctum:Sancio,ſanxi,ſanctum:aliquando etiam ſanciui, ſancitum:vt forſan vinciui,vincitum.

Vincio. Vincio,id eſt ligo. Vinculum,ligamentum. Deuincio,obligo vel coniungo. Tullius, Sanguinis coniunctio deuincit homines charitate. Reuincio,id eſt vincio.

Sancio. Sancio,id eſt firmo:& propriè effuſo ſanguine per hoſtiæ immolationem. Lucanus,Romanas ſancire volunt hoc ſanguine leges. Pomponius Secundus, Sancierat ius vtile ciuitati. pro ſanciuerat per ſyncopam. Lucretius,Sancitum quandoquidem extat. Ponitur pro ſacro ſacras. Hinc ſanctus, ſanctitas,ſanctimonia,&c.

Haurit,ſi,ſtum dat:pſi,ptum dat ſepio:ſaltum,
Et ſalui,ſalio. proles formatur in ultum.
Dat pſi,pſum cambit. legi hæc quandoque per iui.

Haurio. Haurio,hauſi,hauſtum,id eſt humorem excipio,extraho. Hauſtorium,vas in quo hauritur. & ponitur ſæpe ſimpliciter pro accipio & audio. Virgil. 4. AEneid. Vocémque his auribus hauſi. Et aſpicio. Idem,Hauſit cœlũ,mentémque recepit. Et vulnero. Idem,Latus haurit apertũ. Hauſi animo,id eſt intellexi. Exhaurio,euacuo. vt Diutinum bellum exhauſit ærarium. ſupinum inuenitur ſine t hauſum. Virgil. 4. AEneidos, Spero equidem medijs,ſiquid pia numina poſſunt,

Supplicia hauſurum ſcopulis,& nomine Dido

Sæpe vocaturum. Lectum eſt etiam hauriui,hauritum. Varro ad Ciceronem,Quum idem quoque haurierit. pro hauriuerit. Apuleius ſecundo Metam. Lagena facilis hauritu. Idem in quarto, Haurito pluſculo vncto corporis mei membris perfricui. Idem in tertio,Rorem rigentem hauritum iſta confeſtim deſerta vrnula. Hauſto hauſtas,frequentatiuum eſt. Hauſtus,ſorbitio vel hauſio. Ouidius,Bacchi tibi ſumimus hauſtus. Idem,Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

Sepio. Sepio,ſepſi,ſeptum,id eſt obſtruo & circundo. Virgilius, At Venus obſcuro gradientes aere ſepſit. Hieronymus etiam ſepiui,vt audiui,fecit,dicens Iſaiæ capite quinto, Sepiuit eam & lapides ex ea.

Salio. Salio,ſalui,ſaltum. Ouidius in primo Faſt. Per flammas ſaluiſſe pecus,ſaluiſſe colonos. Habet etiam ſaliui,vt audiui:non tamen ſalitum. Papinius nono Theb. Excuſſi ſalierunt cuſpide dentes. id eſt ſaliuerunt. Idem primo Sylu. Quãto ſalierunt pectora voto. Virgilius in 3. Georg. Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres. id eſt ſaliuere. Compoſita mutant a in i breuẽ:vt Inſilio,inſilui vel inſiliui,ſem-

per inſultum.ſic cætera.Inſilio,in aliquid ſalio. Lucanus in quarto,Inſiluitque ſolo nociturus pondère puppi. Aſſilio,ad aliquid ſalio. Exilio, ex aliquo ſalio. Lactantius, Semine depoſito late ſeges exilit aruis. Deſilio,deorſum ſalio. Virgilius, -portis regina ſub ipſis
Deſiluit. Proſilio,procurro & prodeo. Virgilius 5. AEneid. Haud mora proſiluere omnes. Reſilio,rurſum vel retro ſalio. vt Pila reſilit. Præſilio,antè ſalio. Præſultor,choreæ ductor. Tranſilio, vltra ſalio. hinc Inſulto,aſſulto,exulto,deſulto,reſulto,& cætera frequentatiua.

Cambio,cambiui,cambitum,vel campſi,campſum,id eſt muto pecuniam hinc campſor,id eſt nummularius. Apuleius pro Magia,Operas tuas cum vicinis cambias. Campſi preteritum ponit Cariſius, teſte Priſciano. Campſo campſas,frequentatiuum apud Ennium. Bebelius cenſet cambio voculam eſſe ſordidam. Cambium penitus eſt barbarum. Cambio.

Sentio ſi,ſum vult vt raucio. Fulcio ſi,tum,
Et ſarcit,farcit. Per ui mittatur,& ertum,
Ex pario natum.ri comperit,& reperit vult.

Sentio,ſenſi,ſenſum:Raucio,rauſi,rauſum. Lucilius,Rauſuro tragicus qui carmina perdit Oreſte. Fulcio,fulſi,fultum. Ouid. in epiſt. Deianiræ,Hercule ſuppoſito ſydera fulſit Atlas. Phocas dicit habere fulxi. Sarcio,ſarſi,ſartum. Compoſita à pario,quæ mutauerunt a in e breuem,faciunt in præterito ui per duas ſyllabas,& in ſupino ertum:vt Aperio,aperui,apertum. ſic operio. At duo habent ri & ertum,Comperio,comperi,compertum:Reperio,reperi vel repperi,repertum.

Sentio,aliquo ſenſu percipio. ponitur pro intelligo. Prudentius,Sentio quam contra moueat pellacia litem. Et iudico vel opinor. Perſius,De Ioue quid ſentis? Aſſentio vel deponentaliter aſſentior,id eſt concedo & eadem opinor. Conſentio,idem. Hinc cõſenſus & aſſenſus nomina. Diſſentio,aliter ſentio. Præſentio,præuideo. Præſentiſco,idem. Sentio.

Raucio,id eſt raucus ſum. Irraucio,idem. dicitur etiam per ſecundam Rauceo,irrauceo,& rauceſco. Cicero in primo de Oratore,AEſopum quoque ſi paulum irraucuerit,explodi. ſic eſt in libro meo. Priſcianus legit irrauſerit:& vtrunque Latine dicitur. Raucio.

Fulcio,id eſt ſuſtineo,munio,fortifico. Iuuen. Nos vrbẽ colimus tenui tibicine fultã. Fultura,ſuſtẽtatio. Plin. Vt eximãtur trabes ſine fulturis,ac reponantur. Fulcrũ,quod vulgus vocat barbare lecticã: quia Lectica,lectus eſt non ſponda:dictum quia fulcit thoros. Virgil. -fulgent genialibus altis Aurea fulcra thoris. Suffulcio,id eſt fulcior. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ vites auras non pertimeſcant. Fulcio.

Sarcio,integrum facio. hinc Sartores,qui veſtes ſarciunt. Et ſarta tecta,opera publica,quæ locantur vt integra præſtentur. Et ſartè,integre:& ſarcire,componere: proprie eſt veſtes conſuere,& damnum ſoluere. Pacuuius, Tu damni noſtri cauſa fuiſti:tu nobis ſarcito vt debes. Sarcino ſarcinas, idem. Reſarcio,inſtauro. Sunt qui dicant ſarcio etiam habere ſarciui ſarcitum. Sarcio.

Farcio,id eſt ſaturo vel repleo,ſagino,pinguefacio. Cõpoſita mutant a in e:vt Confercio,refercio, differcio,offercio,infercio. Offertiſſimus,id eſt pinguiſſimus. Plautus,Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam. Prudentius, -iuuat infercire crumenis
Turpe lucrum. Farcimen,inteſtinum varie & minutim conciſa carne refertum. Fartores, qui farcimina faciunt. Fartilia,quibus implentur ea quæ coquuntur. Fartum,eſca qua quid farcitur. Fartura,idem,vel eſt actus modúſve farciendi. Farcio.

Aperio,refero:olim fecit aperiui vt audiui,teſte Phoca. Operio,tego. Cooperio,Adoperio,idem. Aperio. Operculũ & operimentũ,id eſt tegmen. Opperior gemino pp deponẽs,id eſt expecto. Cõperio,inuenio. Reperio,caſu inuenio. Ouid. Tu non inuẽta,reperta es. ponitur etiã ſimpliciter pro inuenio. Operio.

Aio præterito caret,& meditantia verba.
Parturio,eſurio,cum nupturio volo tolli.

Aio caret præterito,teſtibus grammaticis:tamen diuus Auguſtinus aiſti dixit.& aio quartæ eſt,teſtibus Priſciano & Probo: quia imperatiuus eſt ai:& Accius aibant pro aiebant dixit. quod in quarta fieri ſolet. Ais tamen inuenitur ſecundam corripere,vt in Verſificatoria probaui. Aio,id eſt dico. Verba meditatiuæ formæ carent præterito,& proinde ſupino:vt Dicturio,id eſt cupio dicere. Eſurio tamen eſuriui facit,& parturio parturiui, nupturióque nupturiui. Apuleius,Sine vlla vnquam magia iam olim nupturiſſe. pro nupturiuiſſe. ſupinum videtur eſſe eſuritũ. vnde eſuritio eſuritionis. In Euãgelio,Eſuriui,& dediſtis mihi manducare.

DEPONENTIVM PRAETERITA ET SVPINA.

Ex or finitis actiuam fingito vocem,
Vt potior,potio. formabitur inde potitum.

Verbum deponens,ac etiam commune,facit ſupinum ex ficto in o verbo per remotionem r literæ: vt potior,deme r,fit potio,potis,potire.hoc haberet potiui,potitū:ergo potior in ſupino habet potitum.deinde ex participio præteriti temporis cum verbo ſum vel fui,facimus præteritum potitus ſum vel fui.ſic conſyderabis in lætor,vereor,oſculor,iraſcor,naſcor,fungor,cōplector, amplector,opperior, experior,&c.quæ regulariter faciunt lætatum, veritum,oſculatum,iratum,natum, functum,complexum,amplexum, oppertum,expertū,&c.quia actiua forent læto,vereo,&c. amplecto,complecto,quæ facerēt vt plecto:opperio,experio,quæ facerent vt aperio,operio.ſic aſſentior aſſenſum vt aſſentio: patior,paſſum:nam patio faceret paſſi,paſſum,vt quatio,quaſſi,quaſſum.ſic paſſiua,vt amor,legor,faciūt amatum,lectum:quia ſic faciunt actiua amo,lego.Declarabo nonnulla regulæ exempla. Abominor, id eſt ſperno:quaſi malum omen repello. Glorior,id eſt lætor & gloriam habeo.

Abominor. Glorior.

Inſidior,pono inſidias.Diabolus inſidiatur nobis. Hallucinor,id eſt erro. Cōcionor,id eſt loquor concioni & prædico. Digladior,id eſt gladio pugno. Machinor,excogito vel callidè facio.

Inſidior. Hallucinor. Concionor.

Nugor,id eſt mentior.Plautus,Non mihi nugari potes. Precor,rogo. Speculor,conſydero.

Digladior. Machinor. Nugor. Precor.

Teſtor,teſtis ſum,& in teſtem accipio.vt Teſtor deum,& facio teſtamentum. Inteſtatus,qui non fecit teſtamētum. Deteſtor,execror,& odio habeo.Salom.Arrogantiam & ſuperbiam & os bilingue deteſtor.apud iuriſconſultos pro denuntio abſenti capitur. Proteſtor,apertè teſtor. Obteſtor, valde oro & imploro.

Speculor. Teſtor.

Vador,id eſt vadibus aut ſponſoribus obligo vel detineo:quod vulgus arreſtare dicit. Plautus,Vadatur hic me.Idem,Vbi tu es qui conuadatus es me Venereis vadimonijs?

Vador. Verecundor.

Verecundor,verecundiam habeo.Plautus,Verecundari neminem apud menſam decet. Tergiuerſor,tergum verto,aut fugio,aut cedo.

Tergiuerſor Suffragor.

Suffragor,iuuo & conſentio. Refragor,reſiſto,contradico. Rimor,id eſt inquiro. Rixor,id eſt litigo. Argumentor & ratiocinor,id eſt ratione probo. Piſcor,piſces capio.

Refragor. Rimor. Rixor. Argumētor. Piſcor.

Venōr,feras capio.Plautus,Stultitia eſt venatum ducere inuitos canes. Et capto vel acquirere ſtudeo.Horatius,Non ego ventoſæ plæbis ſuffragia venor. Mutuor,mutuum accipio. Pſalmiſta,Mutuabitur peccator & non ſoluet. Obſonor obſonia,id eſt cibos emo. dicitur etiam obſono. Etenim plurima deponentia olim actiuam vocem habebant:vt Iurgo,mino,modulo,adulo,tuto, & cætera à Neſtore & pluribus declarata. Metor,pono vel conſtituo:vnde caſtrametor.

Venor. Mutuor.

Adminiculor,Auxilior,Opitulor,id eſt ſubuenio. Auerſor,id eſt ſperno. Aduerſor,id eſt contrarius ſum.non dices contrarior. Arbitror & opinor,id eſt puto,cenſeo.

Obſonor. Metor. Adminiculor. Auerſor.

Inimicor inimicaris,id eſt inimicitias gero.vtitur hoc deponente Quintus Cicero in petitione conſulatus,ne putes cum Bebelio eſſe barbarum. Inimico inimicas,inimicum facio. Horatius,Et miſeras inimicat vrbes. Imitor,facta ac dicta ſequor.ideo non dices,I præ,imitabor:ſed ſequar.

Aduerſor.

Imaginor,id eſt cogito.Quintilianus in duodecimo,Et tantum oratorem imaginatur ac fingit.Apuleius,Peſtiferos imaginatus amplexus.

Arbitror.

Præſtolor,id eſt expecto. Lætor,lætus ſum.hæc & multo plura ſunt primæ coniugationis.

Inimicor. Imitor. Imaginor. Præſtolor.

Exempla ſecundæ coniugationis perpauca ſunt:vt Vereor,id eſt timeo. Plinius,Multi famam, pauci conſcientiam verentur. Reuereor,honoro.hinc reuerentia & reuerendus.Sillius libro ſeptimo,

Tanta adeò, quum res trepidæ,reuerentia diuûm
Naſcitur,& raræ fumant fœlicibus aræ.

Subuereor,paulū vereor. Mereor patebit in ſequenti libro.

Lætor. Vereor.

Liceor,præbeo pecuniā pro re emenda.ponitur pro æſtimo.Licitor licitaris,idem.Plautus liceo pro liceor dixit,Quiqui licebunt præſenti pecunia. Polliceor,pollicitus ſum,id eſt promitto.

Liceor. Iraſcor.

Tertiæ coniugationis etiam pauca ſunt verba regulam ſeruantia:vt Iraſcor,habeo irā. Subiraſcor, paulū iraſcor. Obiraſcor,contrà iraſcor. Liuius libro primo,Fortunæ vt fit,obirati,cultum reliquerant deûm.A ſupino iratum non fit iraturus:ſed tanquam ab iraſcitū,iraſciturus. vt à naſcor natū non naturus:ſed tanquam ab naſcitum,naſciturus.ita multi dicunt non omnino rectè:quia Seneca libro tertio de ira dixit,Fugere itaque omnes debebit,quos iraturos iracundia ſciet.

Naſcor.

Naſcor autem Phocas participio futuro ait carere.Naſcor,id eſt orior,in mundum venio. Agnaſcor,ad aliquid naſcor.hinc Agnati,propinqui ſanguine.& Agnata,partes corporis ſuperfluæ. Cognaſcor,cum aliquo naſcor.vnde cognatus & cognatio. Innaſcor,in aliquo naſcor:vt Hoc innatum eſt illi. Renaſcor,rurſus naſcor.

Fungor.

Fungor,id eſt vtor,ago,& officium habeo.Fungor officio boni viri,id eſt ago quod virum bonum decet.Fungor vita,id eſt viuo.Defungor,idem.Defunctus,mortuus. Etiam ſignificat finire & liberari.Tullius,Defuncti periculis homines videbātur.Liuius,Defuncta morbis corpora,ſalubriora eſſe cœpere. Complector,circundo vel comprehendo. Amplector,idem.

Cōplector. Amplector. Patior.

Patior,id eſt ſuſtineo,tolero,& pœnam habeo. Compatior,cū alio patior. Perpetior,a in e verſo,id eſt valde vel diu patior.

Potior.

Quartæ coniugationis plura ſunt regulam ſeruantia:vt Potior.ſed hoc etiam in multis perſonis eſt tertiæ,& ſignificat obtineo.Virgilius,

Vi potitur:quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Lucil.Deficit alma Ceres,nec plæbes pane potitur.

Blandior,id eſt aſſentor ſiue adulor & applaudo. Plautus,Non matronarum eſt officium,ſed meretricum,viris alienis ſubblandiri. Blandior.

Molior,laboro,nitor,paro.Moliris mihi inſidias. Demolior,deſtruo. Amolior,amoueo. Terentius,Hinc vos amolimini:quia mihi impedimento eſtis. Molior.

Mētior,contra mentem loquor. Sapiens,Os quod mentitur,occidit animam. Partior,id eſt diuido. Compoſita mutāt a in e:vt Bipertior,tripertior,&c. Sortior,ſortē emitto vel acquiro. Experior, id eſt cōperio. Opperior,expecto.ſic largior,&c. Horat.Nec tardum opperior,nec præcedentib⁹ inſto. Mentior. Partior. Sortior. Experior. Opperior.

Nil formant veſcor,liquor,medeor,reminiſcor.

Supinis & proinde præteritis carent Veſcor, liquor,medeor,reminiſcor: quorum Medeor ſecundæ coniugationis eſt,reliqua tertiæ.Id autem ſemper diligenter notandum eſt,Quoties dictio caret præterito aut ſupino,caret etiam omnibus quæ inde fierent:vt participijs præteriti & futuri in rus,verbalibus in io,&c.Ideo timeor & metuor præteritis carent:quia timeo,metuo,carent ſupinis. Nam præteritum verbi in or,fit ex participio præteriti temporis & verbo ſum:participiū autem ex ſupino:ergo ſi deſit ſupinum,deſunt reliqua.ſic dices de angor & pluribus.vbi autem quid deeſt,ſolet per ſynonyma ſuppleri:vt Medeor,medicatus ſum:veſcor,paſtus ſum vel fui:reminiſcor,recordat⁹ ſum:opperior raro habet ſupinū,teſte Diomede. Liceor licitū facit.hinc licitor licitaris.ſed licitum in vſu non eſt, nec licitus ſum:ideo dicimus melius licitatus ſum.

Veſcor,id eſt cibo vtor & paſcor.Veſcor piſce,lacte,&c. Conueſcor,ſimul veſcor. Veſcor.

Liquor,id eſt liqueo.Ouidius,Liquitur vt glacies incerto ſaucia ſole. Reminiſcor,recordor. Liquor. Reminiſcor.

Medeor,do medelam.Cicero,Philoſophia medetur animis. Medeor.

Non ſeruant normam tutus,tuitus,ratus,aptus,
Et faſſus,fructus,fruitúſque,profectus,& vltus,
Atque ſequutus,& experrectus:iunge loquutus,
Niſus vel nixus,greſſus,velut orſus,& vſus,
Oblitus,queſtus,commentus:iunge miſertus,
Et feſſus,menſus,lapſus,nactus quoque,pactus,
Mortuus,ac ortus:ſed donat iturus vtrunque.

Formant ſupina & proinde præterita contra regulam,verba quorum participia præteriti temporis in litera poſuimus.

Tueor,ſecundæ,tutum,id eſt defendo.hinc Tutor tutaris,id eſt tueor.Ouidius,Non minor eſt virtus,quàm quærere,parta tueri. Tutela,defenſio. Tutor, defenſor pupilli. Significat etiam videre. Virgilius AEneidos quarto,Talia dicentem iandudum auerſa tuetur. Intueor,idem. Salluſtius in Iugurtha,Noſtræ præclaros viros ciuitatis ſolitos ita dicere: Quum maiorum imagines intuerentur, ſibi animum ad virtutem accendi. Contueor,idem.Cicero primo Tuſculanarum,Quod tandē ſpectaculum fore putamus,quum totam terram contueri licebit?Plautus in Captiuis,Inimico vultu cōtuetur.Supinum etiam eſt tuitum. hinc participium tuitus:& verbale in io,tuitio: non tutus participium,nec tutio. Tutus autem nomen eſt,non tuitus:vt Tuta arx,tutus ab hoſtibus.Quintilianus in declamatione cæci,Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam.Valla in Raudenſem,Quis narrat Verrem ſuperaſſe Dacos?tantum Siciliam fortiter tuitum eſſe accepimus.Macrobius libro ſecūdo Saturnalium, Si talia vis videri tuitione pudoris. Auguſtinus in tertio de ciuitate dei, Nimis multos deos grandi fumo ſuo tanquam ſigno dato,ad tuitionem congregauerat. Tueor.

Tuor tueris,infinitiuo tui:ſed non eſt infinitiuus in vſu niſi in compoſitis Contui,intui,&c.nec habet tueri in infinitiuo:niſi vt reminiſcor in præterito recordatus ſum.ſcilicet à ſynonymo tueor,id eſt videor.ſupinum etiam eſt tutum vel tuitum:quia ab Obtuor,obtutus,venit & obtuitus pro aſpectu. Virgil.1.AEneid. Dū ſtupet obtutúque manet defixus in vno.Cic.lib.1.Offic. Ex oculorum obtuitu,ex leuatione aut remiſſione ſuperciliorum. De infinitiuo tui in compoſitis. Plautus in Aſin.Ego illud argentum tam ſcio eſſe paratum,q̄ me hunc ſcipionem contui. De præſenti huius in eadē,At Hercule ipſum adeò cōtuor,quaſſanti capite incedit.Cicero intui dixit in oratione pro ſe ad Quirites. Tuor.

Reor ratus ſum,ſecundæ eſt,id eſt arbitror vel puto.Ouidius,Sum ratus eſſe feram,telúmque volatile miſi.Ratus nomen,id eſt firmus.Cicero,Non debet ratum eſſe quod factū eſt per vim. Irritus, non ratus.Senec.Reluctante natura irritus labor eſt.Pro rata & pro rata parte.Vitruuius ſic ſæpe loquitur:ne credas male dici. Reor.

Apiſcor,aptus ſum,vetus verbū & penè obſoletū,id eſt acquiro & aſſequor. Cōpoſita Indipiſcor, indeptus ſum:& adipiſcor,adeptus ſum,in vſu habentur:& ſignificant acquirere & aſſequi.Catul.Animus prægeſtit apiſci.Lucil.lib.25,Vt ego effugiā quod ego te in primis cupere apiſci intelligo.dicit Apiſcor.

etiam per primã Apiſcor,apiſcaris. Idem,Magnam inde apiſcatus infamiam. Plautus adipiſces dixit, & adipiſcitur paſſiue:in Trinummo,Non ætate adipiſcitur ſapientia.

Fateor. Fateor,ſecundæ,id eſt cõcedo me dixiſſe, vel feciſſe:vt Fateor culpam. Compoſita mutant a in i:vt Confiteor,idem. Confeſſor,qui confitetur,non qui audit confeſſionem:quẽ confeſſarium Eraſmus appellat. Profiteor,publice fateor. Profiteor grammaticã,id eſt doceo vel diſco. Diffiteor,id eſt nego.

Fruor. Fruor frueris,tertiæ,vt reliqua omnia,niſi expreſſe aliud docuero,fructum vel fruitum. hinc fructus eſt,illinc fruiturus,apud Vlpianum. Cicero in Hortenſio, Amœnitate ſumma fructus eſt. Fretus nomen eſt,id eſt vſus & confiſus. Terent. Dauum optime video,cuius conſilio fretus ſum. Quintil. Tua fretus humanitate id egerã. Fruiſcor,id eſt fruor. Perfruor,id eſt valde fruor,id eſt delector.

Proficiſcor. Proficiſcor,profectus ſum,id eſt eo.

Vlciſcor. Vlciſcor,vltus ſum,id eſt vindico, *Se venger*. Inultus,non vltus. Nullum malum erit inultum.

Sequor. Sequor,ſequutus ſum,notum eſt. I præ,ſequar. Aſſequor,ad aliquid ſequor. Frater tam longe preceſſit,vt nequeam eum aſſequi. Et acquiro. Conſequor,ſimul ſequor vel acquiro. Exequor,perficio. Terent. Quid primum nunc exequar? Inſequor,idem ſignificat. Virgilius,

Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur.

Et ſequor. Idem,Inſequitur clamórque virûm,ſtridórque rudentũ. Proſequor,porro & longe ſequor. Proſequor te laude,id eſt laudo te. ſic Proſequor te odio,honore,amore,&c. Perſequor, multum ſequor. in bonum & malum capitur:& in malum ſæpius. Corn. Nepos, Difficile eſt omnia perſequi,& non neceſſarium. In ſacris,Saule quid me perſequeris? Obſequor,morẽ gero. Plinius,Obſequar conſilio tuo. Hinc Obſequiũ,id eſt complacentia,aſſenſus,& ſeruitium. Terent. Veritas odium parit,obſequium amicos.

Expergiſcor. Expergiſcor,experrectus ſum,id eſt euigilo. Horatius,

Vt iugulent homines,ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues,non expergiſceris.

habuit olim expergitum. Lucilius,E ſopno pueros quum mane expergitus clamas. Diomedes,Expergitus dicitur qui excitatus ſponte vigilat. Experrectus,à quiete impeditus. Apuleius frequentiſſime expergitus pro experrectus vtitur.

Loquor. Loquor,locutus vel loquutus ſum,id eſt dico. Cõpoſita corripiunt pœnultimam,vt compoſita à ſequor. veluti alloquor cũ accuſatiuo,ad aliquẽ loquor:vt Alloquor Petrũ. Eloquor,exprimo. Virg. Eloquar an ſileam? Colloquor,cum aliquo loquor. Obloquor,contrà loquior,aut reſpondeo.

Nitor. Nitor,id eſt conor,& aperte laboro. Ouid. Nitimur in vetitum ſemper,cupimúſque negata. Et adhæreo vel ſuſtentor:vt Claudus nititur baculo. Compoſita producunt pœnultimã:vt Annitor,ad aliquid nitor. Enitor,valde nitor vel pario. Sedul. Salue ſancta parẽs enixa puerpera regẽ. Innitor, inſiſto vel inhæreo. Salom. Ne innitaris prudẽtiæ tuæ. Obnitor & renitor,id eſt cõtrà nitor & reſiſto. Nixus nomen,id eſt partus. Niſus,id eſt labor:& nomẽ viri & auis:ſed tũc eſt ſecundæ declinationis.

Gradior. Gradior,greſſus ſum,id eſt eo. Gradus,id eſt proceſſus vel per quod itur. Cõpoſita mutant a in e: vt Aggredior,id eſt adeo. Egredior,exeo. Cõgredior,conuenio vel colloquor. Congreſſus,id eſt colloquium vel acceſſus. Progredior,procedo. Tranſgredior,tranſeo. Digredior,abeo.

Ordior. Ordior,orſum,& orſus ſum vel fui,id eſt incipio. Virgil. Inde thoro pater Æneas ſic orſus ab alto. Exordior,idem. Exordium,id eſt initium. Ordior,pro telas texo,facit orditus,teſte Priſciano. Hieronymus in Iſaia,Et telam quam orditus eſt.

Vtor. Vtor,vſus ſum,vſum rei habeo. Cõpoſita producunt pœnultimam,vt Abutor,male vtor,aut cõſumo. Coutor,ſimul vtor. Cato,Vtere quæſitis,ſed ne videaris abuti.

Obliuiſcor. Obliuiſcor,oblitus,id eſt è memoria aliquid euolare ſino.

Queror. Queror,queſtus ſum,id eſt lamentor. hinc querulus,qui multum queritur. vt Senes ſunt queruli, teſte Horatio. Conqueror,pœnultima breui,idem. Hinc queſtus,querimonia,querela,id eſt lamentatio. *Querimonie.*

Cõminiſcor. Comminiſcor,commentus ſum,id eſt excogito. Terent. Quid agam,aut quid comminiſcar? Commentum,id eſt figmentum. Ouid. Mixtáque cum veris paſſim commenta vagantur. Commentor, frequentatiuum eſt. Philelphus,Cupio aliquid tecum hodie commentari.id eſt agere & tractare.

Miſereor. Miſereor,miſertus ſum:apud Gelliũ ſæpe miſeritus ſum:miſericordiã habeo. vt Miſerere mei deus, ſecundæ coniugationis eſt.

Fatiſcor. Fatiſcor,feſſus ſum,vix eſt in vſu. Hinc defetiſcor,defeſſus ſum,a in e verſo:& idem ſignificat. Terentius in Phorm. Neque defetiſcar vſque adeò experirier. Idem,Defeſſus ſum ambulãdo. Indefeſſus,id eſt non feſſus. Eſt hæc ſententia Priſciani,quanuis Diomedes malit feſſus nomen dici quàm participium. Fatiſco,neutri generis magis in vſu eſt:& idem ſignificat:& caret præterito.

Metior. Metior, quartæ,menſus ſum,id eſt pondero & conſydero, menſuro,æſtimo. Boetius,Rerum exitus prudentia metitur. Sulpitius dicit etiam ſecundum regulam habere metitus ſum:ſed in vſu eſt menſus. Emetior,permetior,dimetior,idem. Immenſus,ſine menſura.

Labor. Labor,lapſus ſum,id eſt cado. Allabor,pœnultima longa,vt cætera,id eſt ad aliquẽ labor. Collabor,cõcido. Elabor,excido,eundo effugio. Delabor,decido. Dilabor,pereo. Tul. Male partũ,male

dilabitur. Illabor,incido. Prolabor,procul cado. Relabor,rurſus cado. Lapſor,lapſaris,frequẽtatiuum.vt AEgri & ebrij lapſantur in itinere.id eſt ſæpe vacillant aut cadunt.

Nanciſcor.

Nanciſcor,nactus ſum,id eſt acquiro.

Paciſcor.

Paciſcor,pactus ſum,facio pactum,vel in pactũ peto.Ouid.Vt mea ſit ſeruata,mea virtute paciſcor. Et promitto.Idem,Difficilem mihi ſe nõ fore pactus erat. Et in pactum do.Virg. Vitámque volunt pro laude paciſci. Depeciſcor,a in e verſo,idem.Tullius,Depectus eſt cum hoſtibus.

Morior.

Morior,participium facit mortuus ſum:quod nonnulli nomen eſſe volunt.Participium futuri temporis eſt moriturus,tanquam ſupinum fuerit moritũ.Eſt autem morior,è vita decedo.& tertiæ cõiugationis eſt.Seneca,In tota vita diſcendũ eſt mori. Emorior,idem.emori pœnultimã corripit vt cætera.Tul. Quid tam ſecundum naturã quàm ſenibus emori? Cõmorior,cũ aliquo morior.In euãg.Si oportuerit me ſimul cõmori tibi,nõ te negabo. Immorior,in aliquo morior.Horat.Immorirĩ ſtudijs, & amore ſeneſcit habendi. Demorior,intermorior,id eſt morior vel pereo. Præmorior,antè morior.

Orior.

Orior,infinitiuum oriri per quartam habet:reliqua per tertiam ſæpius,licet oriris non male dixeris. Participium futuri temporis tanquam à ſupino ortum fit oriturus:& ſignificat naſcor,ſurgo,incipio. vt Sol oritur. Exorior,enaſcor.Hic nobilibus natalib9 exortus eſt. Adorior,aggredior. Terẽt.Adortus eſt iurgio fratrem. Aborior,non recto tempore orior:vnde Abortus & abortiuus,non debito tẽpore natus. Suborior,vt ſubnaſcor.Subortus eſt rumor. Oborior,idem.vt Obortæ ſunt lachrymæ. Virgilius,Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Coorior,id eſt orior,vel ſimul orior.Liuius, Tum vero coorto tumultu,terga vertere ſimulantes paululum ceſſere.

Grammaticæ Deſpauterianæ

LIBER VI.

De verbis defectiuis & anomalis.

Quæ contra normam flectes,anormia ſunto:
Vt fero,ſum,fio,volo,eo,queo,ſultis,edo,ſis,
Auſim,quæſo,forem,faxo,cedo:pluráque multo
Defectiua etiam.ſic ambeſt,inquio & inquam,
Inſit,aue,ſalue,capſis,apage:quibus euge
Des,& ait,ſodes,ouat.omnia proſa recludet.

Verbum anomalũ vel anorme,eſt quod contra aliorum regulã coniugatur:vt Sum,es,eſt. Anomalũ dicitur ab a,id eſt ſine:& nomos,lex.ideo ſine r anomala ſcribes.Anorme dicitur ab a,id eſt ſine:& norma,id eſt regula. Eclipticũ vel defectiuum eſt,quod aliquo ad perfectam coniugationem neceſſario caret:vt Polleo caret præterito,& timeo ſupino.Verũ de carentibus præterito & ſupino ſatis dictum. Nihil caret proprie eo,quod nec ipſum,nec quiduis eiuſdem ſpeciei ſolet habere. neque enim dicimus digitũ eſſe imperfectũ,quia ei dentes non aſſunt.ideo imperatiuus modus defectiuus non eſt: quia primam perſonam in ſingulari numero nõ habet: quia nullus imperatiuus eam perſonam habere ſolet,nec ea indiget: nec is modus anomalus eſt,licet eius formatio ſit varia.de qua Alexander multos minime neceſſarios verſus tradidit.Eam proſaice ſic habeto:Ama,doce,audi:ab amas, doces,audis, ablata s litera. Lege à legis, ablata s litera,& i in e verſa.Dicimus tamen Dic,fac,duc,fer,vt patebit.

Amet,doceat,legat,audiat,ſimilia ſunt tertiæ perſonæ futuri optatiui. ſic in plurali ament,doceant, legant,audiant.& ſimiliter primæ perſonæ plurales,Amemus,doceamus,legamus,audiamus.quæ quidem perſonæ primæ eædem ſunt in præſenti & futuro imperatiui. Amato, doceto,legito,audito,& pluraliter amanto,&c. fiunt à tertia perſona ſingulari præſentis indicatiui adiecta litera o: vt Amat amato,amant amanto,&c.hæc rurſus faciunt adiecta ſyllaba te,Amatote amantote,&c.Sic quæ præpoſuiſſem,Amate,docete,legite,audite,fiũt ab amat,&c.adiecta e litera. Tertiæ perſonæ,Amãtote,docentote,&c.exoleuerunt: & dicimus ſolum amanto,&c. teſte Nebriſſenſi. Quæ in t deſinunt,adiecta ur,faciunt vocem paſſiuam:vt Amet ametur,ament amentur. Quæ in o, adijciunt paſſiuo r literam: vt Amato amator,amanto amantor.Amemur fit ab amemus,verſa s in r.Amamini ab amate,verſa te in mini.Amaminor ab amatote,verſa tote in minor.ſic dices de ſimilibus. Friuolum mihi videtur de hac re multos aut aliquos verſus pueris conficere.ſed & reliqua ſat videtur mihi paucis verſiculis enumerare,& coniugationem ſingulorum per ordinem lucide docere. quod modo per dei gratiam faciã: quia pueris prodeſſe ſemper cupio.

Fero ſic cõiugatur.Indicatiuo modo,tẽpore præſenti,Fero fers fert.Et pluraliter,ferimus fertis ferũt.

Ferebam,&c. Tuli,tuliſti,&c. Tuleram,&c. Feram,feres,feret,&c. Imperatiuo præſenti,fer,ferat. Et pluraliter,feramus,ferte,ferant. Futuro,ferto tu & ille. Pluraliter feramus,fertote, ferunto, olim etiam feruntote. Optatiuo,vtinam ferrem,&c. Vtinam tuliſſem. Vtinam feram,feras. Coniunctiuo,cũ feram, feras. Cum ferrem,&c. Cum tulerim. Cum tuliſſem. Cum tulero. Infinitiuo præſenti,ferre. Præterito, tuliſſe. Futuro,laturum eſſe. Gerundia,ferendi ferendo ferendum. Supina,latum latu. Participia,ferens laturus. Paſſiuo genere,indicatiuo modo,feror,ferris vel ferre,fertur. Et pluraliter,ferimur,ferimini,feruntur. Ferebar. Latus ſum vel fui. Latus eram vel fueram. Ferar,fereris. Imperatiuo,ferre,feratur. Et pluraliter,feramur,ferimini,ferantur. Futuro,fertor tu vel ille. Et pluraliter,feramur,feriminor,feruntor. Optatiuo,vtinam ferrer,ferreris. Vtinam latus eſſem vel fuiſſem. Vtinam ferar,feraris. Coniunctiuo,cum ferar,&c. Cum ferrer. Cum latus ſim vel fuerim. Cum latus eſſem vel fuiſſem. Cum latus ero vel fuero. Infinitiuo præſenti,ferri. Præterito,latum eſſe vel fuiſſe. Futuro,latum iri.

Fero. Fero,id eſt porto. Ferculum,in quo aliquid portatur:& cibus. Et patior ſeu tolero. Terẽtius, Nam quem feret,ſi patrem non fert ſuum? Et cupio. Ouidius,In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Et dico, &c. Affero, attuli,allatum,id eſt apporto. Aufero,abſtuli,ablatum,id eſt tollo. Cõfero,cõtuli,collatum,id eſt cõporto vel dono vel comparo. Differo,diſtuli,dilatũ, id eſt protraho, perendino. Lucan. Semper nocuit differre paratis. Etiã ſignificat diſſipo. Transfero,transtuli,translatum:& aliquando tralatum,id eſt trãſporto vel tranſpono. Suffero,ſuſtuli,ſublatum,id eſt ſuſtineo. Virgilius, -nec clauſtra,nec ipſi
Cuſtodes differre valent. Refero, retuli vel rettuli, relatum, id eſt reporto vel reddo vel narro. Refert etiam, id eſt intereſt. Profero,protuli,prolatum, produco vel pronuntio. Præfero, antè fero, id eſt præpono. Perfero,vſque fero. Defero, deporto, vel accuſo. Suetonius, Princeps qui delatores non caſtigat,irritat.

Sum. Sum omnium maxime irregulare eſt:& patet ex Donato. Præteritum fui habet ab antiquiſſimo verbo Fuo,fuis,id eſt ſum. cuius adhuc aliqua reperiuntur apud Plautum,& ipſum etiam Virgilium. vt AEneid.9, Tros Rutulúſve fuat,nullo diſcrimine habebo. Plautus in Amph. Ne quiſquam tã audax fuat homo,qui obuiã obſiſtat mihi. Idem in Capt. Caueto mihi iratus fuas. Secũda perſona præſentis ſingularis imperatiui eſt ſis vel es. Et in plurali ſitis vel eſtis. aliquando ſite. Terentius, Bono animo es. Virgilius, Huc ades ô formoſe puer. Plautus in Curc. Site mihi volentes,propitiæ. Ibidem, Site cauſa mea Lydi barbari. Caret gerundijs & ſupinis:licet Do[illegible]doſe(vt opinor)ponantur eſſendi eſſendo eſſendum. Ens in vſu doctorũ non eſt. à philoſoph[illegible]terdũ recipitur. Potens nomen eſt. participia verò præſens,abſens. ſic Mancinellus, Nihil tale à reliquis compoſitis eſt: quia non dicimus prodens,obens,&c. Aſſum,ades,adeſt. Aſſumus,adeſtis,aſſunt. Aderã,affui,affueram,adero. Imperatiuo adſis vel ades,&c. Sic Proſũ, prodes, prodeſt,&c. Poſſum,potes,poteſt. Poſſumus,poteſtis,poſſunt. Poterã,potui,potueram,potuero,&c. Veteres dicebant poteſſum,poteſſem,&c. pro poſſum, poſſem. & Poteſtur,poteratur,poſſetur:pro poteſt,poterat,poſſet. Quadrigarius apud Marcellum, Quum non poſſetur diſcerni vtrius putaretur victoria. Cælius apud eundem, Cur iure ſine periculo bellum geri poteratur. Comicum eſt Siem,ſies,ſiet,ſient:pro ſim,ſis,ſit,&c. ſic poſſies,pro poſſis. Præſum, præfectus ſum,veluti Præſum vrbi. Superſum,id eſt reſto. Interſum,inter aliquos ſum,vel præſens ſum.
Obſum,noceo. Proſũ,vtilitatẽ affero. Deſum,deficio. Abſum & Aſſum cõtraria ſunt. Aſſum, aduenio. Virgilius, Huc ades ô Melibœe.

Fio. Fio,id eſt efficior,irregulariter fierem, pro firem facit, & fieri pro firi. Præteritum eſt factus ſum vel fui. Præſens imperatiui capit à futuro optatiui fias,fiat:fiamus,fiatis,fiant. quia fi non dicitur,& fire rariſſime legitur,vt apud Catonẽ:& fitote in Amphi. Plauti. Fiens & fiendus barbara ſunt. Veteres fitur dixere,& facitur,paruifaciatur,& faceſſetur:& alia multa,vt probat Priſcianus,quæ exoleuerunt. In reliquis fio per quartam coniugatur.

Volo. Volo ex Donato notum eſt. Imperatiuo caret,quia volũtas libera eſt:tamẽ loco imperatiui aliquando futurum optatiui capimus. Terent. Quæſo ædepol:quoniã nõ poſſit fieri id quod vis,id velis quod poſſis. ſed hortatio potius eſt quàm imperatio. Diomedes imperatiuo etiam dedit volito,volitote:quæ in vſu non ſunt. Cicero in 2. de natura deorum dixit, Quo facilius id quod docere volimus. pro velimus,teſte Nebriſſenſi. Supino gerundiiſque caret,teſte Phoca, licet iuniores auſi ſint dicere volitum voliturus. Compoſita ſimiliter eunt:vt Peruolo peruis peruult,&c. id eſt valde volo.

Malo. Malo,mauis,mauult:malumus,mauultis,malunt. Malebam,malui,malueram. Malam,males,malet. Quintil. lib. 1, Qui Græcam figuram ſequi malet,nõ Latine,ſed citra reprehenſionem loquetur. Imperatiuo caret. Optatiuo, Mallem,maluiſſem,malim. Coniunctiuo, Malim,mallem,maluerim,maluiſſem,maluero. Infinitiuo, Malle,maluiſſe. cæteris caret. Et ſignificat magis volo. Mauelim, mauellem, &c. Plautus in Aſin. Mori ſeſe miſere mauolet,quàm non perfectum reddat. Et in Amphi. Experiri iſtuc mauellem me,quàm mihi memorarier.

Nolo. Nolo ſimiliter coniugatur excepto imperatiuo, Nolo,nonuis,nonuult:nolumus,nonuultis,nolunt. nolui,nolueram:nolam,noles. Imperatiuo tempore præſenti,ad ſecundã perſonam noli: & pluraliter nolite. Futuro ad ſecũdam perſonam nolito:& pluraliter nolitote. Optatiuo nollem,noluiſſem, nolim.

Coniũctiuo nolim, nollẽ, noluerim, noluiſſem, noluero. Infinitiuo nolle, noluiſſe: & ſignificat nõ volo.

Eo & Queo per quartam coniugantur. & nihil irregulariter habent, niſi ibam quibam, ibo quibo: & in quibuſdam temporibus aut perſonis ſecundam vocalem pro tertia: vt Eo, is, it. Pluraliter imus, itis, eunt: ibam, iui, iueram: eam, ies, &c. ſed melius ibo. Alia olim ſimiliter enuntiauerunt: quia Virgilius lenibat, nutribat, &c. dixit, pro leniebat, &c. Cæcil. Audibis male, ſi male dicis mihi. Propertius, Lenibũt tacito vulnera noſtra ſono. Plautus in Aulul. Teſtudineum iſtum grandibo gradum. Imperatiuo eat, eamus, eunto, euntote. cætera recte. Optatiuo futuro eam, &c. Coniunctiuo tempore præſenti eam, &c. cætera recte. Gerundia eundi, eundo, eundũ. Sic queo coniugabitur omnino. cuius gerundia non inueni: nec à væneo participia. Eo. Queo. In bo futurũ

Sultis comicum eſt, pro ſi vultis: & ſis, pro ſi vis: & capſis, pro cape ſi vis: ſodes, pro ſi audes. quibus comici & alij interdum vtũtur ad vitandam arrogãtiam: quia ſuperbum foret maioribus imperare. ideo addunt ſis, ſodes, ſultis: pro ſi vis, ſi vultis, ſi audes, vel ſi placet: vt videſis, capeſis, apageſis, caueſis, dic ſodes, &c. Perſius, Sultis. Sis. Capſis. Sodes.

-videſis ne maiorum tibi forte
Lumina frigeſcant.

Donatus vocat ſis parelcon, id eſt adiectionem. Quidam dicunt ſodes eſſe aduerbium hortandi vel precandi. Priſcianus verbum eſſe vult. Indicatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam ſingularem ſodes: cæteris caret. Sic ſecunda perſona præſentis indicatiui ſis, & pluraliter ſultis: cæteris caret.

Edo, es, eſt. Et pluraliter edimus, editis, edunt. Edebam, edi, ederam, edam. Imperatiuo es vel ede, edat: pluraliter edamus, edite vel eſte, edant. Futuro eſto vel edito: pluraliter edamus, eſtote vel editote, edunto vel eduntote. Optatiuo eſſem, ediſſem, edam. Cõiunctiuo, edam, eſſem, ederim, ediſſem, edero. Infinitiuo eſſe, ediſſe, eſurum eſſe. Gerundia edendi, edendo, edendum. Supina eſum eſu, vel eſtum eſtu. Paſſiuum regulare eſt: niſi quòd eſtur pro editur etiam dicitur. Compoſita autem ſimiliter: vt Comedo, comes, comeſt, &c. Exedo, exes, exeſt. Virgilius 4. AEneid. Quid delubra iuuant? eſt mollis flamma medullas. Idem primo Georgicorum, -vt mala culmos Eſſet rubigo. Plaut. in Milite, Es, bibe: pro ede, dixit: vt Nebriſſenſis notauit. Martial. Si vis eſſe ſatur, noſtrum potes eſſe priapum. Ouid. primo de Ponto, Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis. Plautus, Sine modo veniat ſenex quẽ abſentem comes. Idem, Tam facile vinces, quàm pyrum vulpes comeſt. Plin. Comeſſe fœtus ſuibus non eſt prodigium. Tull. AEgritudo lacerat & exeſt mentem. Lucanus, Aut latus alti montis adeſt. Cicero pro Hortenſio, Quæ ſæpe ipſe comeſt. Et pro Sextio, Et bona ſalus comeſſet. Et pro L. Flacco, Quaſi bona comeſſe Romæ non liceret. Apud veteres edo omnino regulariter cõiugabatur, teſte Seruio in illud quinti AEneid. Non media de gente Phrygum exediſſe nephandis. Vbi etiam dicit es à ſum corripi, ab edo produci. Hieronymus in ſacris quandoque vetuſtiſſimos imitatur: vt Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Viuenti dabo edere de ligno vitæ. Seruio concinit Diomedes dicens, Veteres declinabant, Edo, edis, edit. Veteres intellige, qui longo tempore ante Ciceronem fuerunt. Ergo melius dicemus Comes, comeſt: quàm comedis, comedit. Edo.

Auſim. Indicatiuo vel optatiuo futuri temporis, auſim, auſis, auſit: & pluraliter, auſint. cæteris caret. id eſt audebo, vel vtinam audeam. Liuius lib. 1, Nec ſi ſciam, dicere auſim. Virgil. in Georg. Auſim vel tenui vitem committere ſulco. id eſt auſus ſum, vel audebo, teſte Seruio. Feſtus, Auſis, id eſt audeas. Ouid. 6. Metam. Et nihil eſt quod nõ inopino captus amore Auſit. Catull. in epig. Quis huic deo cõpararier auſit? Auſim.

Quæſo. Indicatiuo tempore præſenti, ad primam perſonam quæſo: & pluraliter, per eandem perſonam quæſumus, irregulariter u pro i. id eſt rogo & rogamus. Cætera exoleuerũt. Cic. in primo de leg. Quãobrem aggredere quæſumus. Sill. lib. 14, -non ardua regnis Quæſumus aut inhonora tuis. Politianus per i quæſimus vt legimus dixit, & ſignificat rogo, rogamus. olim fuit integrum Quæſo, quæſis, quæſiui, quęſitum vel quiſum. Infinitiuo quæſere apud Salluſtium teſte Phoca. Lucretius in primo, Ni diuûm pacem votis adit, ac prece quæſit. Quæſo.

Forem. Optatiuo modo, tẽpore præſenti, & præterito imperfecto, & cõiunctiuo modo, tempore præterito imperfecto, vtinam vel quum Forem, fores, foret: & pluraliter, forent. id eſt eſſem, eſſes, eſſet, eſſent. Forem.

Infinitiuo futuro, fore, id eſt futurum eſſe. & ita differt ab eſſe contra indoctos. Cæteris caret. Terẽt. Dixin' hoc fore? Cõpoſita autem eodem modo, Afforem, id eſt adeſſem: Proforem, prodeſſem. ſic reliqua per compoſita à ſum declarantur. Virgilius,

Atque vtinam rex ipſe noto compulſus eodem
Afforet AEneas.

Cõfore ſimul fore. Terent. Chremes mihi exorãdus eſt, & ſpero cõfore. Defore, defuturum eſſe. Sill. Promittitque viris nulli ſe defore teſtem. Horat. Quæ nocuere ſequar: fugiam quæ profore credã. Forẽ pro fuiſſem ſumitur, ſed rariſſime teſte Seruio: vt apud Virgiliũ octauo AEneid.

Non equidem extimui Danaum, quòd ductor & Arcas,
Quòdque à ſtirpe fores geminis coniunctus Atridis.

Fore videtur nonnunquã futuro iungi. Cic. lib. 3. epiſt. famil. ad Appium Pulchrum, Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum. ſed poteſt hoc eſſe gerundiuum, non participium. Idem libro 5. epiſt. ad Atticum, Te ad me fore venturum. neſcio an mendum ſit: non auſim imitari.

Faxim. Faxo, indicatiui modi eſt, futuri temporis, pro faciam. Virg. libro 9,

Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga

Eſſe putēt. Idem, Ego fœdera faxo. Liu. lib. 6, Faxo me iuuet vox iſta. Cōiugatur autē faxo faxis faxit: & pluraliter faxunt. Dicimus etiam faxim faxis faxit. & pluraliter faximus, faxitis, faxint: pro faciam, facias, &c. vel fecerim feceris, &c. Faximus ponit Nebriſſenſis. & eſt faxim optatiui modi, futuri temporis, & præſentis cōiunctiui. Liuius libro 6, Quod faxitis deos, velim fortunare. id eſt facietis. Ennius apud Ciceronē in lib. de ſenectute, Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit. id eſt faciat. Terent. in Heaut. Vtinam dij ita faxint. Plautus, Verbum caue faxis verbero. Idem in Aulul. Lubens faxim.

Cedo. Cedo. Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundā perſonam cedo, id eſt dic vel da: & pluraliter ad eandem perſonam cedite, id eſt dicite vel date. cæteris caret. Terent. in Phorm. Tu mihi argentū cedo. Plautus, Cedo marſupium. Terent. Quid factum eſt, cedo. Cedite apud Plautum reperies. pro hoc vetuſtiſſimi cete dixere teſte Marcello. Ennius in Medea, Saluete optima corpora: cete manus veſtras, meáſque accipite. Inuenitur cedo cecidi, cedo ceſſi: & cedo defectiuum, quod ptiorem corripit. itaque differentia nota eſt.

Ambeſt. Ambeſt, tertia perſona præſentis indicatiui pro circum eſt, ſola eſt.

Inquio. Inquio vel inquam, id eſt dico. Indicatiuo modo, tempore præſenti, Inquio vel inquā, id eſt dico. Indicatiuo modo, tempore præſenti, Inquio, inquis, inquit. Et pluraliter inquiunt. Præterito perfecto inquiſti, inquit. Futuro inquies, inquiet. Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam & tertiā perſonam, Inque, inquiat. Futuro optatiui inquiat. hæc in vſu ſunt. reliqua olim lecta, inquimus, inquitis, inquiam, inquite, inquirem, &c. inquiens, &c. iam pœne omnino exoleuerūt. Cic. lib. 2. de Oratore, Aucupari verbo oportebit inquio, vt ea quæ ſunt frigidiora vitemus. Perſius, Hoc iuuat, hic inquis, veto quiſquam faxit oletum. Iuuen. Quando artibus inquit honeſtis. Cic. in Verrem, Vbi ſunt Pāphile inquiunt ſcyphi? Idem in ſecundo de Oratore, Tu vero inquiſti moleſtus non eris. Inquies, inquiet, inquam, apud Boetium frequenter occurrent. Inquam etiam ſignificat dixi. Terent. in Phorm. Abs te emittere inuitū eam inque. Cic. in 4. ad Herēnium, Quid enim tibi vis, aliquis inquiat. Plaut. in Aulul. Ita dij faxint inquito. id eſt dicito.

Infit. Infit tertia perſona præſentis & præteriti perfecti indicatiui tātum eſt in vſu, licet Varro infiō dixit: & nonnulli infiunt. Virgil. 12. AEneidos, Ita turbidus infit. id eſt dicere incipit. Plaut. Infit lenoni ſuadere vt ſecum eat. id eſt incipit.

Aue. Salue. Aue. Imperatiuo modo, ad ſecundam vndique perſonā Aue: & pluraliter auete. Futuro aueto, & pluraliter auetote. Infinitiuo modo, tempore præſenti auere. Sic coniugatur Salue. vtrunque eſt ſalutantis verbum: vt Aue Maria, Salue regina. Et dicitur aue ab aueō aues, id eſt cupio, & præ nimia cupiditate gaudeo: vt ſit aue, gaude & lætare. non autē dicitur ab a, id eſt ſine, & interiectione Væh, vt putat cum reliquis barbaris Riga. Mart. Mane: tibi pro me dicit auere liber. Aduenięti dicimus, Aue vel ſalue: vel ipſi aduenientes. Recedentes, vale dicimus: aliquando etiam ſalue: vt Vale ac ſalue mi Cicero. Martial. Iam ſatis eſt: non vis Apher auere, vale. Horatius,

Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus

Ruris amatores. Plautus ſalueo dixit, pro ſaluus & ſanus ſum: in Truculento, Salue: ſatis eſt mihi tuæ ſalutis: nihil moror: non ſalueo. Legitur etiā in futuro ſaluebis. Cic. libro 6. ad Atticum, Saluebis à meo Cicerone. Olim etiam lecta ſunt ſalueat, ſalueántque.

Vale. Vale, id eſt ſanus ſis, integrū eſt: quia valeo nihil aliud eſt quàm ſanus ſum. ſic docet Tiberga, Clichthoueus, pluréſque, & recte: quia à ſolo Alexandro ponitur inter ecliptica: non à Priſciano, Diomede, Phoca, Donato, &c. Cic. lib. 6. ad Atticum, Valebis igitur, & puellæ ſalutem articulatè dices. Valetudinarius, id eſt raro ſanus. Non idem de aue dicendum eſt, quia licet ex aueo deductum ſit, tamē ab illius ſignificatione, quæ proprie eſt, aliquid cupio, longius recedit.

Apage. Apage. Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam apage: & pluraliter ad eandem perſonā apagete. id eſt abduc, vel remoue. Ab apo, id eſt ab: & Græco verbo ago, id eſt duco. multi dicunt aduerbium vel interiectionem eſſe: mihi placet verbū eſſe, quia accuſatiuum poſt ſe regit. Apuleius, Apageſis iam cruentos deos. Sis, id eſt ſi vis. Plaut. Apageſis amor, tuas res tibi habe. id eſt remoue te hinc & recede. Idem, Apage: neſcio quid viri ſis. id eſt recede, hoc eſt abduc te. Idem in Amphit. Apage: non placet mihi hoc noctis eſſe. id eſt comeſſe. In eodem, Vah apage te à me. dicit hoc Amphitryo excandeſcens Soſiæ, vbi Apage verū eſt verbū, id eſt remoue, aliena, ſequeſtra, ſeiuga. vt in Caſin. Apage te à dorſo meo. Et alibi, Apage illum à me. Diomedes bene dicit apage in plurali habere vos apagete. Apuleius in libro 1. de Aſino, Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ. Corripit autem apage pœnultimam. vt in Verſificatoria probaui ſatis (vt opinor) bene: ſed nihil ab omni parte beatum. ideo licet plurima optimè dixerim, tamen deprehendo me aliquādo vt hominem erraſſe: vt in dictione

Choragus. Choragus: cuius pœnultimam putaui corripi: quia eiuſdem eſt deriuationis cum apage pædagogus, &c. eſt enim ductor & princeps choreæ, & expenſæ ſuppeditator, & chori conuiuiíque magiſter. veruntamen contra primitiui naturam rectè producetur. Suetonius in Auguſto dicit verſus ignoto ab authore in Auguſtum editos: quorum hic eſt primus, Quū primum iſtorum conduxit menſa choragum. Itaque

bonus eſt verſus, Diuorum poſita fiet maieſtate choragus. Non pudet, nec pudebit vnquam, ſiquid ſen ſero me erraſſe, reuocare: nec ſi poſſum, differam. Nam
Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina vitæ
Tempora dij ſuperi? Id ſi reliqui facere vellent, pulchre ſe haberet lingua Latina.

Euge.

Euge. Imperatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam euge. cæteris caret. plurimi dicũt eſſe interiectionem aſſentientis & ſponte ſua congratulãtis. Perſius, Euge poeta. id eſt bene age & confortare. In Pſal. Euge euge viderunt oculi noſtri. id eſt bene bene, teſte Hieronymo.

Aio.

Aio, id eſt dico. Indicatiuo modo, tempore præſenti, Aio, ais, ait: & pluraliter aiunt. Præterito imperfecto aiebã, &c. integrum eſt. Præterito perfecto aiſti: & pluraliter aiſtis. Imperatiuo tempore præſenti, ad ſecundam perſonam ai. Futuro optatiui, & præſenti coniunctiui aias, aiat: & pluraliter aiamus, aiant. Participium eſt aiens. Cætera non ſunt in vſu: licet quidam ponant aiam, aies, aiet, pluráque. Plautus in Rud. Vel tu mihi aias, vel neges. Idem, Vel ai, vel nega. Næuius, An nata eſt ſponſa prægnãs, vel ai, vel nega. Cic. de fin. bon. Quaſi ego curem quod ille aiat, aut neget. Gel. lib. 16, Siue aias, ſiue neges, hærebis in captione. Priſcianus aiamus dixit in lib. 1. conſtruct. Diuus Auguſtinus aiſti dixit quodam in loco, atque aiſtis, Vos adijcientes in malo aiſtis. Sabellicus arbitratur legendum eſſe apud Catullum aite pro dicite. Apul. 6. Metamorph. Sic aiens cryſtallo dedolatum vaſculum tradidit. Cic. in Topicis, Contraria aientibus inquit.

Ouat.

Ouat. Phocas ſolum ponit hanc tertiam perſonam. participium eſt ouans. reliqua parũ ſunt in vſu: licet quidam ponant ouo, ouas, ouat, &c. ſine eclipſi. Siquid tamen apud elegantiſſimos oratores vel hiſtoricos vel poetas inueneris, vtitor: & parcè quidẽ raro inuentis vtendum eſſe ſemper memento. Ouat, id eſt lætatur, & gaudium vociferando aut canendo demonſtrat. Liuius lib. 1, Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio quo propius metum res fuerat. Virg. 1. Georgic. Et ouantes gutture corui. Ouatio, paruus triumphus: de quo multa apud alios reperies.

Amabo.

Amabo integrũ eſt, quia coniugatur amo, amas: nec eſt proprie interiectio, licet interiectionis vel aduerbij officio fungatur blandiendi. regit enim poſt ſe accuſatiuum vt amo: & pœnultimã ſemper producit contra Phileticũ & plures. Cicero in 2. epiſt. fam. Amabo te cura & cogita. ſic Plautus perſæpe.

Explicit.

Explicit, & pluraliter expliciũt, Alexander ponit: quæ à doctioribus cenſentur barbara. Latini dicunt Liber eſt explicitus, aut finitur. Mart. in Apophoretis, Verſibus explicitũ eſt omne duobus opus. Addũt eclipticis Luceſcit, dieſcit, ninguit, pluit: quia ſolas tertias perſonas in vſu habent & imperſonalia: quia authore Phoca carent futuro imperatiui, gerũdijs & participijs. Plura videbis in Syntaxi. Siquis vellet omnem antiquitatem diligẽter perſcrutari, longe plura inueniret anomala & ecliptica, vt exceſſis & irritaſſis, locaſſis, prohibeſſis, taxis, danunt, perdiunt, leuaſſo, duis, creduis, creduas, duit, ſupplicaſſis, negaſſis, adaſſint, duas, ſeruaſſis, &c. pro excedas, irrites, locauero aut locem, prohibeas, tangas, dent, perdãt, leuo aut leuabo, des, credes, dederit aut det, ſupplices, neges, adigant, des, ſerues. ſine numero id genus alia ſunt apud Plautũ & vetuſtiſſimos. vt bitet pro veniat. Plautus, Dij te ſeruaſſint. Idem, Id Iuppiter prohibeſſit. Terentius, Caue quoquam ex iſthoc exceſſis loco. Varro, Caue ne meũ taxis librum.

Dor, furo, for, der, fer, vix vnquam ſuſcipit vſus.

Primæ perſonæ dor, furo, for, der, fer, à fari non ſunt in vſu, teſte Martiano Capella. id de ſimplicibus intellige: quia peſſundor, affor, bene dicimus.

Dic, duc, fac, fer ais. fice non ſic dicitur apté.

Face. Edice. Circunduce.

Per apocopen dicimus dic, duc, fac, fer: pro dice, face, &c. ſic prædic, adduc, benefac, perfer. Compoſita autem à facio, vbi a in i vertitur, non patiuntur apocopen: quia perfice, infice, dicimus: nõ perfic, &c. Leges aliquando dice, duce, face. Terentius, Orandi iam finem face. Idem, Me miſſum face. Virgilius 11. Æneid. Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis. pro edic, teſte Seruio. Plautus, Circũduce hunc has ædes. Ain' pro aiſne, vidén' pro vidéſne, &c. etiã per apocopen efferuntur. Apocope quid ſit, patet in ſecundo libro.

Syncopa diminuit de vi formata frequenter,
Ni diſſyllaba ſint. tamen inuenies bene noſti,
Et ſciſti, flaſti, fleſti. ſic plura notabis.

Syncopa præteritis in ui ſyllabam deſinentibus, & inde formatis ſæpe contingit: vt Petij pro petiui, formaſti pro formauiſti, redijt pro rediuit, &c. Diſſyllaba rarius ſyncopãtur: quia moſti pro mouiſti, naſti pro nauiſti, iſti pro iuiſti, triſti pro triuiſti, vix vſquam inuenies præſertim extra compoſitionem. quia commoſti, rediſti vel redijſti, intriſti, & plura aliquãdo leges, vt frequenter noſti, ſciſti, flaſti, fleſti. Mart. Nubere vis priſco, non miror, Paula ſapiſti. Horatius, Vnde tam bene me noſti? Terent. Sciſti vti foro. Terent. Omnes congruunt: vnum quum noris, omnes noris. Idem, Ni cauſam noſſem, crederẽ hunc verum loqui. Idem, Eho tu conſobrinum tuum non noras? Naſo, Fleſti diſcedens, hoc ſaltem parce negare. Inuenies etiam neſti, conſueſti, &c. Sil. libro ſeptimo, Qui memet finibus vnquam amorum Auſo-

niæ.pro amouerim. ſic Horatius cõmorit pro commouerit,dixit. Cicero lib.7.epiſt.fam. ad Trebatiũ, Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. pro commouiſſe. Virgil.3.AEneid. Hircanǽque admorunt hubera tigres.pro admouerunt. Fit etiam in alijs terminationibus præteritorum aliquando ſyncopa.ſed raro, & vix apud alios quàm poetas. Virg. AEneid. 1,Acceſtis ſcopulos:pro acceſſiſtis. Idem extinxem, pro extinxiſſem:& plura dixit. Horatius euaſti,ſurpite,ſurpuerat,& plura. Naſo abſtit. Comici dixti,intellexti,&c.percuſti,immiſti.& alij vixet,diuiſſet,erepſem,& cætera ſolum poetica.

Præteritum ſignant & præſens præteritiua
Sub voce,hæc,odi,cœpi,noui,meminíque,
Et pepigi.memini tote,atque memento reponit.

Hæc quinque verba odi,cœpi,noui,memini,pepigi,ſub voce præteritiua ſignificant præſens & præteritum tam imperfectum quàm perfectum:vt Odi,id eſt odio habeo,habebã,aut habui. Sic cœpi,incipio,incipiebã vel incœpi.ſic dices de reliquis. Differunt itaque noui eclipticũ,& noui à noſco:quia hoc ſolum præteritum ſignificat:illud præſens & præteritum. Noui annumerant iſtis Diomedes,Phocas, Sergius. Lancilotus reclamat. Phocas etiã pepigi adijcit,licet alij à pango,alij à pago, alij à paciſcor deriuent. vnde Seruius in octauo AEneidos,Tentamenta tui pepigi. dicit paciſcor præteritum facere pepigi vel pactus ſum:vt Placeo,placui vel placitus ſum. Itaque pepigi eclipticum differet à pepigi præterito à pago vel paciſcor:vt de Noui diximus.

Odi. Oſor. Oſus. Exoſus. Peroſus. Oſurus. Odio.

Odi à quo verbo ſit,non ſatis liquet:habet ſupinũ oſum.hinc oſor,id eſt contemptor: vt Oſor vxoris,latinitatis.& participium oſus,id eſt odio habẽs. Plaut. Inimicos oſa ſum. Exoſus,peroſus,valde oſus:quia exodi,perodi,pro valde odi,olim dicebant. Virgilius, -ſi nondum exoſus ad vnum Troianos. Naſo,Ille peroſus opes,ſyluas,& rura colebat.hinc oſurus participiũ futuri temporis. Cic. in Lælio,Vt ſi vellet,aliquando eſſet oſurus. Inuenitur verbum in ſacris integrum odio odiui oditum: quod apud Ethnicos rariſſime leges. Cicero vſus eſt in libro de Oratore dicens,Aut odiant,aut diligãt. Seneca de virtutibus cardin. Neminem odias. Hieron. in Pſalte. Odiui omnem viam iniquitatis. Ethnici ſæpius odi dicunt. Horat. Oderunt peccare boni virtutis amore. Dicta verba ſolum habent tempora à præterito formata.vt Odi,oderam,odiſſem,oderim,odiſſem,odero,odiſſe.ſic reliqua.

Memini.

Memini vltra alia habet in futuro imperatiui memẽto tu,mementote vos. Meminero,odero,&c.etiã habent ſenſum futuri indicatiui. Memini,id eſt recordor vel recordatus ſum,facit participium meminens raro lectum. Vallæ placet eſſe ab antiquo verbo meno.hinc mentum & mentio.

Cœpi. Cœpio. Cœptum.

Cœpi cum œ diphthõgo,venit ab antiquo verbo cœpio,incipio. Terẽt.in Adelph. Olfeciſſem quàm ille quicquã cœperet. Plaut.in Menæch. Neque pugnas veiitis cœpio. Cato, Cœpiam ſeditioſa verba loqui.ſupinum eſt cœptum.inde participium cœptus,cœpta,cœptum,& nomẽ cœptum,id eſt initium. Ouid. Dij cœptis aſpirate meis. Dij cœpta ſecundent. A cœpio,œ in i breuem verſa, (quamuis longam eſſe velit Nebriſſenſis)ſit incipio,& quod idem ſignificat occipio:incœpi,occœpi:incœptũ, occœptum, hinc frequentatiuum,incœpto,occœpto. Virgilius,Incipe Damœta,&c.alij hæc à capio deducunt.

Sunt neutropaſſiua ſolet,fit,fidit,& audet,
Mœreo cum gaudet,paſſiuum præteritum dant.
Aſt vtrunque volunt titubo,placeo,pateóque,
Sueſco,caret,iuro,prandet,nubit,miſerétque,
Cœno,piget,tædet,pudet,& licet:addito puto,
Et libet,& mereor:pro quo mere o quoque legi.

Verbum neutropaſſiuum eſt,quod deſinens in o,facit præteritum acſi deſineret in or: vt Soleo,ſolitus ſum:fio,factus ſum:fido,fiſus ſum:audeo, auſus ſum:mœreo,mœſtus ſum: gaudeo,gauiſus ſum. olim dicebant in præterito ſolui,fiſi,auſi,mœrui, gauiſi,& plura iam penitus exoleta. Salluſtius & Solinus ſolui dixere. Tu ſolitus ſum dicito. Quædam retinent vtrunque præteritũ actiuæ & paſſiuæ vocis:vt Titubo,titubaui vel titubatus ſum:placeo,placui & placitus ſum: careo,carui & caſſus ſum: iuro,iuraui & iuratus ſum:prandeo,prandi & pranſus ſum:nubo,nupſi & nupta ſum: miſeret, miſeruit & miſertum eſt:cœno,cœnaui & cœnatus ſum:piget,piguit & pigitum eſt:tædet,tæduit & pertæſum eſt:quia tæſum nõ eſt in vſu.pertædet,pertæduit & pertæſum eſt: pudet,puduit & puditum eſt: licet, licuit & licitum eſt:poto,potaui & potus ſum: libet,libuit & libitũ eſt:mereor, merui & meritus ſum. dicitur pro eodem aliquando mereo. Mereor tamen non neutropaſſiuum vocatur,ſed neutrumpaſſiuum teſte Phoca:quia quum in or deſinat,facit etiam præteritum acſi deſineret in o, qualia ſunt teſte Gellio libro 2.cap.25,Diuertor diuerti,lauor laui,aſtringor aſtrinxi,extergor exterſi.quibus alij iungunt opperior opperui,paciſcor pepigi,liceor licui.de quo verbo in Syntaxi plura dixi. Cicero lib.12.ad

Atticum, De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis, ego id quoque audieram. Liceor, id eſt pretium de- Liceor.
fero. Imperſonalia miſeret, piget, &c. in Syntaxi declarantur.

Soleo participiũ facit ſolens: ſoliturus non legi. Plaut. in Amphit. Si dixero mendacium, ſolens meo Solens.'
more fecero. id eſt vt ſoleo. vox eſt, vt ait Baptiſta Pius, nitida & eloquẽtiſſima, nec min⁹ propria quàm
inſolens, id eſt non ſolens. Terent. in Andria, Quid tu Athenis inſolens? Dicitur etiam inſolens, cõſue- Inſolens.
tudine impudens ac petulans. Hinc inſoleſco, id eſt petulans fio. Salluſtius, Animus malarum artium
inſolens. Puerilis animus per licentiam inſoleſcit. Inſolitus nomen, id eſt non ſolitus. Salluſtius, Tal-
bus viris non erat labor inſolitus.

Fio, quartæ eſt. Horatius, Lenior & melior fis accedente ſenecta. Fio.

Fido, fiduciã & ſpem habeo. Virgil. Fidite ne pedibus. Confido, idem. Diffido, nõ fido. Fidus, cui Fido.
fidendum eſt. Petrarcha, Fidus auaritiæ nunquam contingit amicus. Infidus pœnultima longa, id eſt
non fidus. Perfidus pœnultima breui, à fides, qui fidem violat. Confidentia, id eſt audacia.

Audeo, ſum audax. Paulus, In quo quis audet, & ego. Audeo.

Mœreo, mœſt⁹ ſum, per æ vel œ diphthongõ, id eſt lugeo & triſtor. Mœror, mœſtitia, idem, id eſt lu- Mœreo.
ctus, triſtitia.

Gaudeo, lætor. Propheta, Non eſt gaudere impijs dicit dominus. Gaudeo.

Titubo, id eſt lingua vel pedibus vacillo, nec inſiſtere queo. Quintil. Iugulaſti vulneratum, tituban- Titubo.
tem ſtrauiſti. Ouid. Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.

Iuro, iuramentum facio aut præſto. Cic. ad Heren. Iuratus fuerat. id eſt iurauit. Capitur etiam paſ- Iuro.
ſiue. Virgil. 2. Georg. Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro. Inuenitur etiam paſſiuũ iuror. Lu-
canus in quinto, Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtro. Stat. 7. Theb. Numina captiuis etiam iurabe-
re Thebis. Iniuratus, qui non iurauit. Compoſita producunt pœnultimam: vt Coniuro, ſimul iuro,
conſpiro. Coniurator, id eſt conſpirator. Deiuro, periuro, exiuro, id eſt vehementer iuro. Plautus in
Amphit. Exiuraſti mihi dicere per iocum. Præiuro, ante alios iuro. Eiuro, id eſt iuro non poſſe præ-
ſtari quod deſyderatur. Plautus, Eiurauit militiam. Duo mutant u in e breuem, Deiero, Peiero. Deie- Deiero.'
ro, id eſt valde & ſancte iuro, vel libere iuro. vt Ionathas deierauit Dauid, eo quòd diligeret eũ. Peiero, Peiero.
id eſt falſò & animo fallendi iuro, vel iuramentum infringo. Plautus in Aſina. Siquid fecit ſceleſtè, pro
illo lingua peierat. Periurus, qui peierat. Periurium, falſum iuramentum.

Mereor, aliquid facio quãobrem dignus ſum habere. Ouidius lib. 4. Metam. Quam meruit pœnam Mereor.
ſolus, digeſſit in omnes. Optime de nobis meritus es. Commereo, id eſt mereor, ſæpius in malum ca-
pitur. Terentius, Quid feci, aut cõmerui pater? Idem, Nunquam ſciens cõmerui vt iſta caperet odium
mei. Demereor, concilio, & in amicitiam iungo. Quintil. Vt pleniore obſequio demererer amantiſſi-
mos mei. Pro mereor legitur mereo. Plaut. Tu meruiſti & adhuc meres. Idem, Nunquã ego illi poſ-
ſum gratiã referre vt meritus eſt de me. Ergo merui, à mereo videtur eſſe: meritus ſum, à mereor. Me-
reo etiam eſt militare. Lucan. AEre merent paruo. Dicimus etiam mereo æra, pro lucror. Horat. Hic
meret æra liber Soſijs. Ouidius, Iuſſit & in caſtris æra merere ſuis. Emeritus, qui præ ſenio amplius
non meret, aut rude donatus eſt. Neoterici barbarè capiunt demereo, demeritum pro maleficio & cri-
mine. Poto, potaui vel potus ſum, adijcitur dictis à Gellio lib. 2. cap. 25.

Paſſiuè ſignant ſub o vapulo, væneo, fio,
Exulo, cum nubo: liceo quibus addimus aptè.

Verbum neutrumpaſſiuum eſt quod in o deſinens, paſſiue ſignificat, vt ſex hic poſita. Vapulo, id eſt Vapulo.'
percutior. Plautus, Vide ſis quàm mox vapulare vis, niſi actutum hinc abis. Actutũ, id eſt mox. Fio, Actutum.'
efficior. Deſio, deficio. Virgilius, Lac mihi non æſtate nouũ non frigore deſit. Cõſio, id eſt fio. At Fio.
ſuffio, media breui, ſuffiui, ſuffitum, id eſt fumigo, nihil commune habet cum fio. Virgilius, Deſio.
At ſuffire thymo, cerãſque reſcindere inanes Conſio.'
Quis dubitet? Væneo, vendor: veteres væneor dixere. Plaut. apud Diomedẽ, Egóne illi vænear? Cato Suffio.
apud eundem, Illud melius emitur quàm væneatur. Exulo, exul fio, & patria expellor. Liceo, æſti- Væneo.'
mor. Diomedes, Licet mihi. id eſt poteſtatem habeo. & Liceo lices dicimus, cum ad pretiũ referimus. Exulo.
vti Liceo denarijs totidem. Nubo, viro trador. Liceo.

ABVNDANTIA ET PRIMO VERBA COMMVNIA. Nubo.'

Hæc & plura leges communia, largior, hortor,
Oſculor, experior, ſtipulor, moror, hoſpitor, atque
Criminor, amplector, veneror, cum dignor, adulor,
Obliuiſcor eris, interpretor: addito ſolor.

Verbũ abundans eſt quod ſub vna voce actiuè & paſſiuè ſignificat vt verbum commune: veluti Lar-
gior, hortor, &c. Aut quum idem eſt diuerſarum coniugationũ: vt Lauo lauas, vel lauo lauis. Aut cum
aliqua in præteritis ſupiniſve coincidũt: vt mulceo & mulgeo, mulſi mulſum. Aut quum idem mul-

triplex præteritum aut ſupinum habet: vt Sapio,ſapui vel ſapiui.horum multa ex dictis ſatis patent vt lauo:quod etiam tertiæ eſſe antè probauimus. Virgil.3.AEneid.Fluidum lauit inde cruorē.Idem in 10, -lauit improba teter
Ora cruor. Arto artas,vel artio artis:ſono ſonas,vel ſonis:oleo vel olo,&c.albo actiuū, albeo neutrum. ſic duro dureo,liquo liqueo.

Neo. Neo nes,& pro eodem neo neis neit,veteres dixere. Tibullus,
Aut ſi fata negant reditum,triſtéſque ſorores
Stamina quæ ducunt,quæque futura neunt. Sunt quæ cum coniugatione mutant ſignificationem: quorum nonnulla declarauimus:vt Mando,compello,appello. Fundo fundas,id eſt fundamentum iacio. Fundo fundis,ſpargo,&c. Dico dicas,conſecro. Dico dicis,loquor. Volo volas,auiū eſt. Volo vis,cupio,&c. Lego legas,legatum mitto,vel in teſtamento do. Lego legis,patuit. Sero ſeras,claudo. Sero ſeris,ſemino vel planto. Educo éducas,pœnultima breui,id eſt nutrio. Edûco edûcis,pœnultima longa,extra duco. Talia diligēs præceptor per ſe plura inueniet. Nos receptui canimus,paululum tantum de communibus dicturi.

Largior. Verbum commune eſt,quod in or deſinens,actiue & paſſiue ſignificat: vt Largior largiris,id eſt tribuo aut tribuor. hinc dilargior,elargior,idem.

Hortor. Hortor hortaris,id eſt incito,admoneo: vel incitor,admoneor. vt Hortor canē in cuniculū. Adhortor,id eſt valde hortor. Dehortor,id eſt diſſuadeo.

Oſculor. Oſculor,oſculum do vel accipio. Exoſculor,id eſt valde oſculor,laudo & amplexor.

Experior. Experior,tento vel tentor. Terent. Omnia prius experiri verbis quàm armis ſapientem decet. Expertus,qui probauit.

Stipulor. Stipulor,id eſt rogo vel rogor in obligatione contrahēda. hinc Aſtipulor,pro aſſentio. Inſtipulor,id eſt ſtipulor. Reſtipulor,id eſt contra ſponſionem pecuniæ obligo.

Moror. Moror,in mora teneo vel teneor,expecto vel expector. Quis te moratus eſt? Mulier à muliere facile moratur. Demoror,remoror,valde & iterū moror. Immoror,in aliquo moror:vt Quid multis immoror verbis? Et pēdo curóque moror ſignificat. vt Plautus,Nihil moror dotes iſtas dapſiles. ſat dotata virgo ſi bona eſt. Et habito. vt Moror Gandaui.

Hoſpitor. Criminor. Hoſpitor,ſuſcipio vel ſuſcipior hoſpitio. Criminor,id eſt accuſo vel accuſor. Crimen,accuſatio vel peccatum.

Amplector. Veneror. Amplector,circundo vel circundor,& accipio vel accipior. Seneca,Mala pro bonis amplecti dementia eſt. Veneror,id eſt honoro vel honoror. hinc Venerandus,venerabilis,veneratio.

Dignor. Adulor. Interpretor. Dignor,dignum iudico vel iudicor. Virg. Non equidē tali me dignor honore. Idem,Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. id eſt dignè habite,teſte Seruio. Adulor commune eſſe in Syntaxi oſtendimus. Interpretor,declaro vel declaror:vt Interpretor Virgilium. A Pio interpretatur Plautus.

Obliuiſcor. Obliuiſcor rarius paſſiue capitur. Virgilius,Nunc oblita mihi tot carmina.

Solor. Solor & conſolor,id eſt conſolationem do vel accipio. His me conſolor. In Euangelio, Hic conſolatur:tu verò cruciaris. Gellius libro decimoquinto,capite decimotertio,oſtendit communia eſſe vtor,vereor,hortor,cōſolor,teſtor,dignor,cōfiteor. longe plura ponit cum alijs Priſcianus,vt auxilior,medeor, tutor,tueor,conſpicor,deſpicor,metior,aſpernor,miror,cōſector, carnificor,cōſequor,aſſector,aſſequor, adminiculor,auguror,dominor,architector,abominor,aggredior,machinor,furor,venor, fruſtror,arbitror,reor,metor,adorior,blandior,calumnior,argumentor,execror,complector,vociferor,amplexor,demolior,fari,velificor,depeculor,adipiſcor,polliceor,exordior,patior,& plura quæ à Priſciano & Neſtore probantur. Id etiam notandum eſt,multa verba communia,& deponentia olim abiecta r in o etiam deſijſſe. Cicero libro decimoquinto ad Atticum, Te vt à me diſceſſeris, lachrymaſſe, moleſte ferebam. Tam frequens eſt lachrymo,vt eo non minus libēter quàm lachrymor vterer. Titinnius,Laudo quòd oſculaui priuignæ caput. Ennius, Cōtempla:& templum Cereris ad læuam aſpice. ſic mino,adulo,deſolo,&c. à Marcello Priſcianóque,& pluribus pulchrè declarata.

Grammaticæ Deſpauterianæ

LIBER VII.

DE VERBORVM FORMIS.

PRæcipuas verbi formas cognoſce quaternas.

Formæ verborum principales ſunt quatuor. Perfecta,vt lego:meditatiua,vt lecturio: frequentatiua,vt lectito: inchoatiua,vt ferueſco, caleſco. Priſcianus ponit plures formas minus principales: Deſyderatiuam: vt Viſo,capeſſo, faceſſo, id eſt cupio videre,capere,facere. hoc dictum reprobat Valla:

quia viſo, non cupio videre: ſed eo ad videndum, ſignificat. ſic capeſſo, &c. Diminutiuam: vt Garrulo, modicum garrio. Sorbillo, parũ ſorbeo. Cauillo, aliquantulũ caluo. dic etiam cauillor. Pitiſſo, modicum bibo. Sũt item quædam apparitiua dicta: vt Albico, id eſt albeo: fodico, fodio: nutrico, nutrio: vellico, vello aut carpo. Mantuanus, Albicat intactum niueo velamine corpus. Sunt & illa imitatiua, Patriſſo, Græciſſo, Atticiſſo, & ſimilia: id eſt imitor patrem, Græcos, Atticos. Plautus, Id tu ne mitaris ſi patriſſat filius. Poetor poetaris, philoſophor philoſopharis, id eſt operam do poetis & philoſophis, aut hos imitor. Græcor & pergræcor, id eſt more Græcorum indulgeo genio. Fiunt quoque verba à nominibus & aduerbijs: vt Lignor, frumentor, perendino, &c. quæ non habent certam formationis regulam. ideo reliquis omiſſis ſolum de frequentatiuis, quæ etiam iteratiua dicũtur, & inchoatiuis vel incœptiuis, meditatiuiſque dicemus.

DE FREQVENTATIVIS SEV ITERATIVIS.

Sic iteratiuum formes, ito fiat ab atum.
V per o mutabunt bene cætera verba ſupini.
Si fuit or, manet or. Sunt cuncta frequentia primæ.
Prætereunt legem nato, quærito, fundito, ſcitor,
Sciſcitor, atque agito, ſector, loquitor, pauitóque.
Perſcrutando libros doctorum plura notabis.

Verbum frequentatiuum vel (vt Diomedi placet) iteratiuum, eſt quod aſſiduam vel potius frequentem in agendo vim habet: & frequenter agendo iterat affectum, vt Salto, clamito. Formatur autem dupliciter. Primo à verbis primæ coniugationis habentibus in ſupinis atum pœnultima longa, mutando a longam in i breuem, & u vel um in o: vt Imperatum vel imperatu, impento. clamatum, clamito. volatum, volito, &c. Reliqua frequentatiua formantur à ſupino mutando um vel u in o: vt Curſum vel curſu, curſo curſas. ſaltum ſalto. dormitum, dormito dormitas. Tueor tutum, tutor tutaris. quia ex verbis in or fiunt frequentatiua in or: veluti minor minatum, minitor.

Nato. Dato.

Formantur contra regulã quædam, No natum, Nato natas, pœnultima breui. do autem datum, quia priorem corripit, recte facit dato datas. Cæcilius apud Gellium libro ſecundo, Adueni ac ſedi: extemplò ſuauium datat. Perſius, Hoc natat in labris. Hinc annato, innato, enato, pœnultima breui.

Quærito.

Quæro quæſitum, quærito pœnultima breui facit, pro quæſito pœnultima lõga. ſed hoc quoque Latine dici volunt nõ à quæro, ſed à quæſo. Quærito, id eſt inſtanter quæro. Et proprie de ijs dicitur, qui quotidie inquirendo vix victum inueniunt, vt inquit Donatus. Terentius in Andria, Lana ac tela victum quæritans. Plautus, Qui inops & ſordidus quæritãdo alit familiam. id eſt oſtiatim quærendo victum. quod mendici faciunt: qui & rogatores dicuntur. Plautus, Vt rogator oſtiatim petam panem.

Rogator. Fundo.

Fundo, fundito funditas, id eſt ſæpe fundo aut fundo: quia frequentatiua pro primitiuis plerunque eleganter locantur. Plautus in Amphitryone, Cum cruciatu tuo iſthæc hodie verna verba funditas. id eſt fundis, effutis, loqueris.

Scitor.

Scio ſcitum, ſcitor, id eſt interrogo vel inueſtigo, quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Virgilius,
Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus. Horatius, Scitari libet ex ipſo. Sciſco facit ſciſcitor ſciſcitaris, id eſt ſcitor: & eſt magis in vſu quàm ſcitor. Plautus in Captiuis, Secede huc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſciſcitari volo. Terentius, Quicquid eſt, libet hinc ſciſcitari.

Agito.

Ago agito facit, vt compoſitum eius cogo cogito, id eſt rem frequenter ad memoriam duco vel cogo. Virgilius ſecundo Georgicorum, Ipſe dies agitat feſtos. Hinc componitur exagito, ſubagito.

Legito autẽ, frangito, tangito tangitas, pangito pangitas, apud ſolos grãmaticos inueni, ideo vt nihili verba omiſi, non docens à ſecunda perſona præſentis abiecta s, addito to, facere frequẽtatiuum: vbi præteritum in gi deſinit: vt Lego, legito, &c. quia in frequentatiuis vix alijs quàm inuentis vtemur, niſi forſan in pulchro operè. ideo amitto amittas nollet dicere Nebriſſenſis: nec mihi placẽt hæc & ſimilia, niſi authoritate probentur, arito, vacito, errito, calcito, creito, caſtigito, riſo, valito, &c. Itaque hæ regulæ de frequentatiuis non ſunt catholicæ, quia ſemper authoritate opus eſt: quæ vbi adeſt, recte vtêris frequẽtatiuis. qualia ſunt apud Gellium hæc, & multo plura, defenſito, raſito, ito, eſito, victito, ſolito, aduento, defenſo, ſurrectito, obſeruito, ventito, molitor, reſponſito, vectito, diuerſitor, appellito, acceſſito, portito, &c. Tacitus, Manſitaſſe vnà conuincebatur.

Sector.

A ſequor fit ſector ſectaris, pro ſecutor, id eſt cõtinue ſequor. Inſector, vehemẽter ſequor, inſequor vel perſequor.

Loquitor.

Loquor, loquitor. Gellius lib. 1, Supra modum loquitans conturbabat.

Pauito.

Paueo facit pauito pauitas, licet careat ſupino: niſi id olim fuerit pauitum: & ſignificat valde paueo. Terentius in Hecyra, Vxorẽ Philomelam pauitare neſcio quid dixerunt. id eſt laborare ex frigoribus, vt

exponit Seruius. nã eſt reciproca trãſlatio. & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur. Virgilius, Extemplò AEneæ ſoluuntur frigore membra. Siquis doctiſſimorum ſcripta perſcrutetur, plura notabit. nam paſco paſcito facit, pro paſto paſtas. Varro, Nunc feras quæ in ſyluestribus locis paſcitant, cicures quæ cultis.

Noſcito. Noſco facit noſcito. Plautus in Ciſtel. Nunc veſtigia, ſiqua ſunt, noſcitabo. Et noto notas, priore breui, pro conſydero, ſigno, taxo. & potius à nota eſſe videtur quàm à noſco. Compoſita pœnultima breui ſunt Annoto, denoto, &c. Nunc ad rectè formata redeo, Increpo, increpito. Sillius libro primo,
-feſſóſque labore miniſtros
Increpitat. Sic leges ſingulto, ſubuecto, aduecto, aſpecto, proſpecto, reſpecto, inſpecto, verſo, rogito, imperito, abiecto, reiecto, coniecto, dormito, adiuto. Terentius, Amabo adiuta me. Gellius, Adoleſcens ego quum ad grammaticos itarem. Sillius libro tertio, -breuitáſque vetat mutabilis horæ
Prolatare diem. A profero eſt. Statius ſexto Thebaidos, Reſponſant flebile Thebæ. Et primo Syluarum, Fallax reſponſat imago. Horatius capit pro reſiſtere, Reſponſare cupidinibus, cõtemnere honores.

Omnia frequentatiua ſunt primæ coniugationis: tamen à neo fecit Statius, teſte Calderino, neto netis tertiæ. Vt primo Sylu. Netite: nemo modum traſmiſſi computet æui. Idem quarto Sylu. Cúmque tibi vagitet tertius infans. Idem, Defenſáſque patrem. Cicero in ſeptimo epiſtolarum familiarium, Si foris cœnitarem. Salluſtius in Catilinam, Exercitũ in Aſiam ductauerat. Virgilius, Huuio merſare ſalubri. Muto facit mutito. de quo verbo pulchra videbis in annotationibus Beroaldinis. A pendo fit penſo & penſiculo, id eſt cogito & conſydero. A penſo penſas penſatum, rurſum fit penſito. vbi notabis ex frequentatiuis parum aut canoris, aut vſitatis ſæpe fieri alia frequentatiua: vt à ſupino lectum lectu, fit lecto, quod raro reperitur. hinc lectito. Sic à frequẽtatiuis vix repertis facto, luſo, acto, viſo viſas, ſcripto, ſeſſo, &c. dicimus factito, luſito, actito, viſito, ſcriptito, ſeſſito, &c. Sic eſito, curſito: licet curſo curſas in vſu ſit. ſic ſurrectito, defenſito, &c. Horatius, Ad quartam iaceo, poſt hanc vagor, aut ego lecto. Idem

Dicto. Dictito. ſecundo Sermonum, Veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. Martialis, Cogit me Titus actitare cauſas. Differunt tamen dicto & dictito: nam dictitare, eſt ſæpe dicere: dicto dictas, id eſt prælego. vt alius ſcribat.

Et ſuggero: vt Ratio dictat. Paracletus dictat vatibus. Hieronym⁹, Dictamus hęc, nõ ſcribimus currente notariorum articulo. Plinius in epiſtolis, O ſylua, ô litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boetius, Ecce mihi laceræ dictant ſcribẽda camœnæ. Dictatum, eſt quod magiſter pueris dictat, & ad alia per metaphoram transfertur: nam imperatoris & cuiuſque artificis præcepta nonnũquam dictata dicuntur. Iuuenalis, -peragit dictata magiſtri
Omnia. Vulgus male capit dictare pro componere. Dicto recte frequẽtatiuũ dicitur: quia dictans ſæpe idẽ dicit, & iterat ne notarius inepte ſcribat. Dictamẽ Calepinus ponit, ego apud veteres nunquã legi.

Capto. Vendito. Sunt quæ à ſignificatione frequentatiua deficiunt: vt capto, non eſt frequenter capio: ſed capere cupio. Martialis, Dum me captares, mittebas munera nobis. Vendito, cupio vendere, vel ſedeo ad vendendum: vt Hic venditat libros.

Dormito. Frequentatiuum aliquando ſignificat diminutionem: vt Dormito, id eſt paulum & non profunde dormio, ſed per interualla: & id frequenter contingere poteſt: ſed ſemper paululum. Horatius, Quandoque bonus dormitat Homerus. Et in pſalmis, Ecce non dormitabit, neque dormiet. Et alibi, Dormitauerunt omnes, & dormierunt.

Scriptitare. Et ſcriptitare, eſt non totam rem ſimul ſcribere, ſed per interualla & per partes diuerſis temporibus ſcribere: quanquam aliquando ſcriptito ſimpliciter pro ſcribo capiatur. Cicero libro ſeptimo ad Atticum, Et hæc & ſiquid aliud ad me ſcribas, velim vel potius ſcriptites. Hic manifeſtè oſtenditur differentia inter ſcribo & ſcriptito.

DE INCOEPTIVIS SEV INCHOATIVIS.

Præſentis primíque modi co iunge ſecundæ
Perſonæ, ſi vis verba incœptiua creare.
Sic ferues feruеſco facit: Sed tollitur hiſco.

Verbum inchoatiuæ vel incœptiuæ formæ eſt quod continuum incrementum paſſionis innatæ ſignificat, & à Valla augmentatiuum appellatur: & proprie tantum fit à neutris ſecundæ coniugationis, addendo ſecũdæ perſonæ, præſentis indicatiui, ſingularis numeri ſyllabam co: vt Tepeo tepes, tepeſco, id eſt in horas magis tepeſio. Caleſco, id eſt fio calid⁹. Sic ægreſco, albeſco, ferueſco, ardeſco, madeſco, &c. Quorundam primitiua in vſu non ſunt: vt Igneſco, ſaneſco, herbeſco, liqueſco, iuueneſco, ſeneſco, &c. quæ ſunt ex obſoletis verbis. Igneo, id eſt ignitus & ardens ſum, &c. Forteſco, ab exoleto forteo fortes, id eſt fortis fio. Calueſco, caluus fio. Caneſco, can⁹ fio. Sordeſco, ſordidus fio. Sic pingueſco, macreſco. Horatius, Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Hæc omnia, licet rectè augmentatiua dicantur, tamen non inepte appellantur inchoatiua: nam qui caleſcit, incipit aliquid caloris acquirere: licet non penitus incipiat iam primum calere. ita declarato in reliquis. Quæ ſimiliter in ſco deſinentia formantur ab alijs verbis quàm à neutris ſecundæ, non proprie dicenda ſunt inchoatiua: ſed inchoatiuis

formatione ſimilia:vulgò tamen etiam inchoatiua dicuntur:vt Præſentiſco,id eſt præſentio. Concupi-
ſco,id eſt cupio. Pertimeſco,pertimeo.
Edormiſco,edormio. Plautus,Edormiſcam hanc crapulam quam potaui,præter animi ſententiam. Edormiſco.
Præſciſco,præſcio. Virgilius,Corda licet longe præſciſcere. Præſciſco.
Repueraſco,id eſt rurſus pueraſco,id eſt fio puer. Plautus,Aiunt ſolere ſenes repueraſcere. Repueraſco.
Veteraſco,id eſt vetuſteſco,hoc eſt vetus fio. Inueteraſco,valde in conſuetudinem venio. Nigidius Veteraſco.
inter hæc putauit hoc eſſe diſcrimen:quòd quæ vetuſtate deteriora fiunt,vetuſteſcere dicantur:vetera- Vetuſteſco.
ſcere,quæ meliora. & quanquā hæc differentia interim cōfundatur:tamē venuſte aliquādo ſeruabitur.
Politianꝰ in præfat. Miſcel. Si modo hæc ipſa nō vetuſteſcere adhuc,ſed veteraſcere de integro poſſint.
Adaureſco,auribus morem gero. Phileticus,Tenendum eſt vt verba adaureſcant. Viuiſco,viuo. Adaureſco.
Labaſco,labo,cado,deficio. Terentius,Hui labaſcit vno verbo victus. Labaſco.
Amaſco,pro amo vetuſtiſſimi dixere,teſte Diomede. Hinc amaſcus,id eſt amator. Plautus,Iucundos Amaſco.
amaſcos. Hoc quoque pœne obſoletum eſt.
Integraſco,id eſt integror. Terentius,Hoc malum integraſcit. Hæc in ſco omnia ſunt tertiæ declina Integraſco.
tionis:nec præterita aut ſupina habent niſi à primitiuis. quanquā nonnihil aliter ſignificant præterita
vt primitiuorū ſunt,quàm vt quū inchoatiuorum fiunt. nā calui à caleo,ſignificat calidus fui. calui à
caleſco,id eſt calidus factus ſum,& maiorem calorem nactus ſum,vt oſtendit Laurentius Valla.
Vnum formatur irregulariter Hiſco ab hio hias:quia regula poſcit hiaſco. Et eſt hiſcere,proprie oſci- Hiſco.
tare. Item os ad loquendum aperire. Plautus,Ne hiſcere quidem audet. Et miror dubitóve. Næuius,
Hiſcit,dubius eſt quid agat. Et patefieri. Ouidius, Hiſcere nanque tibi terra neganda foret. Hinc de-
hiſco. Virgilius, -ô quæ ſatis ima dehiſcat
Terra mihi.id eſt deorſum patefiat vt me abſorbeat. Fathiſco cum aſpiratione,id eſt abundāter ape- Fathiſco.
rior,quaſi affatim hiſco. Ambroſius libro Hex. Plerunque terra meridianæ plagæ torretur ardoribus,
atque æſtu ſoluta fathiſcit in puluerem, miſerandi agricolæ labore conſumpto. Fatiſco ſine aſpira-
tione,id eſt deficio aut fatigor. Statius,Brachia iampridem cyclopum operoſa fatiſcunt. Item hiſco,id
eſt loquor:ſed proprie ſummiſſe & timide. Titus Liuius,Tantus pauor mulierem cepit,vt diu hiſce-
re non poſſet. Virgilius, -vix pauca furenti
Subijcio,& raris turbatus vocibus hiſco. Ab hio etiam fit hiato frequentatiuum pro aperior,ſcindórve Hiato.
irregulariter:quia hijto regula poſcit. Plautus,Siqua forte concio eſt,vbi cum hiatare nondum in men
tem venit. Cneus Atticus lib.20. Iliados,Ille hiatans herbam moribundo ſuſtulit ore. Laberius paſſiue
dixit fores hiatantur,pro hiatant,id eſt patent,vt Diomedes ait. quo teſte etiam dicimus per ſecundam
vocalem hieto hietas. Cæcilius,Sequere me tu qui mihi oſcitans hietánſque reſtas. Hieto.

DE MEDITATIVIS QVAE ET DESYDERATIVA.

In meditatiuis quod in u fit,iunge ſupino,
V ſemper breuians,rio:ſic dabit eſurit,eſu.

Meditatiuum verbum eſt quod cum primitiuo ſignificat cupio:vt Eſurio, eſſe cupio. etiam ſignifi- Eſurio.
cat famem patior. Iuuen. de Stat. Eſurit intactam Paridi,niſi vendat Agauen. Hinc eſuries,eſuritio,e-
ſurigo,id eſt fames. Formatur meditatiuum à poſteriore ſupino correpta u,& adiecta rio: vt Partu Parturio.
parturio,id eſt cupio aut conor párere. Virgilius,Parturit almus ager. Siquis neget in quibuſdam po-
ſterius ſupinum Latine dici,fingat ipſum,& ſic formet,Scaturio,ſcalpturio,prurio,ligurio,meditatiua
non ſunt. Valla mauult hæc,quæ meditatiua vulgò dicuntur,dici deſyderatiua:quia deſyderium non
meditationem notant. Ego deſyderatiua rectiſſime hæc appellari ſentio:nec inepte tamen meditatiua:
quia maxime ſolemus meditari quæ vehementer deſyderamus. recte ergo meditatiua vocabimus cœ-
naturio,cacaturio. Nupturio,id eſt nubere cupio:vt Soror mea nupturit. Empturio,emere cupio. Nupturio.
Varro in ſecundo de re ruſtica,Te empturientem in cāpos macros adducūt crebro pedes. Micturio, Empturio.
meiere cupio,aut meio. Iuuen. Noctibus hic ponunt lecticas,micturiunt hic. Dicturio,dicere cupio. Micturio.
Macrob. lib. 6. Saturn. Quid duces & milites,qui fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt? Dicturio.

EPISTOLA APOLOGETICA.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA AEGIdio Clauardo diui Auguſtini regulæ canonico Formocellenſi,& Iohanni Langimercio Plaſdalano s.

INgentes veſtræ humanitati gratias habeo dulciſſimi amici,qui tā ſollicite honori meo & famæ ſtudetis:vt quæ vitio mihi ab indoctis vertuntur,nihilominus ægrè,atque ipſe,feratis.Hæc autem duo præcipuè eſſe intellexiſtis:mordacitatem,& in authoribus citandis inconſtantiam,quatinus ſummos viros nimis interim acerbè ſugillare videor:&(quod peius eſt) cerdonibus paraſitiſque conferre.Adhæc eos plerūque taxare,per quos opinionem meam ſtabilire & probare nitor.Quò fit vt compluſculi per Satanicam zoilorum ſuggeſtionem libellos meos,vixdū perlecto titulo,tanquā aconitum aliquod aſpernentur.His falsò obiectis,ne tacendo conſentire videar,paucis reſpondendum cenſeo.Ergo de mordacitate ſic habeant canes mei, Non vſqueadeò ſum rudis,vt neſciam multos eſſe theologos,iuriſcōſultos,canonicos,animarum paſtores,& id genus reliquos ſumma doctrina,politioribúſque literis exornatos,& magna veneratione dignos. Cæterū inter cuiuſcunque facultatis homines,quis niſi humanarum rerum omnino expers,negauerit inueniri quoſdam elegantioris literaturæ,immo meræ Latinitatis rudes?Itaque id ſolum colligere volui,ſi quiſpiam excellentis alicuius artis, vt theologiæ aut medicinæ profeſſor euaſerit, aut dignitatem quanlibet adeptus fuerit, non continuò eundem politioris literaturæ peritum eſſe neceſſum eſt. contrà quoſdam adeò agreſtes, ceruicoſos, & peruicaces, vt quicquid à theologo, aut in dignitate conſtituto effutiatur, tanquam à fonte Hammonis relatum,acceptandum putent. Quod ſecūdò obiicitur, tam eſt friuolum,vt reſponſione vix digner. Nam ſi vitium eſt,eum interim reprehendere, per quem opinionem noſtram aliquando confirmamus,nullum artium ſcriptorem huius vitii immunē facile oſtendero.Ergo vt à philoſopho maximo incœptem,Nónne Ariſtoteles Pythagoram,Anaxagoram,Platonem,cum reliquis philoſophis ſæpicule carpit, per quos opinionem ſuam nōnunquam fortificat?Quis theologorū, quæſo,niſi imitator quiſpiam ſeruum pecus, omnium doctorum opinionibus vndique aſtipulatur?Quis item iuriſconſultus ſemper Accurſio,Baldo,Bartholo,& reliquis legum, aut canonum enarratoribus ſuffragatur? Et vt ad grammaticos veniam,quiſnā Vallæ probandi locus relinquetur,ſi per nullum probare poterit,quem ſemel reprehenderit,qui nec Virgilio,nec Ciceroni ſemper concinit? Et vt rem in verba pauca conferam, tam friuola eſt hæc obiectatio,vt nemini liceat quanlibet artem ſcribere,qui nolit vſquam ab eo, quem ſemel teſtem citauerit,diſſentire. quandoquidem præter prophetas,apoſtolos,euangeliſtas,diuino numine afflatos,vix quiſquā non aliquando errat:quoniā in hac lachrymarum valle deus ab omni parte beatū voluit eſſe nihil.Id præclarè Quintilianus enucleat libro nono,dicens,Ne-

que id ſtatim legēti perſuaſum ſit, omnia quæ omnes authores dixerūt vtique eſſe perfecta: ſummi enim ſunt homines tamē. ideo ait Horatius, In nihil in magno doctus deprēdis Homero? Et alibi, Quādoque bonus dormitat Homerus. Poſſem id multis oſtēdere, niſi notius ſit, quàm vt prolixa probatione indigeat. Itaq; ſatis ſuperq; fuerit pro omnibus vnū attuliſſe Ceſelliū Vindicē hominem, teſte Gellio, doctiſſimū, nimis pueriliter ſemel hallucinatum, dū putauit cor apud Enniū maſculino genere reperiri in his verſiculis,

Hannibal audaci dum pectore dehortatur,

Ne faciā bellum, quē credidit eſſe meū cor. Ceſellius legit interrogatiuè, Dū Hannibal audaci pectore dehortatur, ne faciā bellum, quē cor meū eſſe credidit? pro, quod cor. & id ſane nimis pudendè: quia ſic Ennius quē cordē dixiſſet, niſi putauiſſet cor eſſe aptotum. Errauit itaque, teſte Aulo Ceſellius, quoniā tertiū verſum nō conſyderauit, Suaſorem ſummū & ſtudioſum robore belli: vt citra interrogationē ſenſus ſit, quē Hannibalē cor meū credidit eſſe ſuaſorē ſummū, &c. Hæc faciunt vt vehementer admirer nonnullorū væſaniā adeò pertinaciter in aliorum verba iurantiū, vt mille cruces pati malint quàm authori, cui ſemel ſe addixerint, vel in vnico verbulo refragari. O imitatores ſeruū pecus. Nolo quēquē nominare, ne crabrones irritē. Iā ſatis clareſcere opinor iniuria mihi vitio dari, quòd interim longe me doctiores hallucinari oſtendā: & per eoſdē vbi veterum nō obſiſtit authoritas, opinionem meā confirmē. Vix equidem vllū ſine honeſta præfatiūcula carpo, nec glorioſorū more doctiſſimorum errata in marginibus indicibúſque librorū propalo, vt ſummos viros quibuſque etiā agrariis, & bonarū oſoribus literarū deridendos propinē. Abſit à Deſpauterio tā inhumana temeritas. Præterea Alexandrū (quem ne reprehenſione quidē dignātur doctiſſimi) honeſtiſſime interim defendo: & ſiquid errauit, nō eius culpæ, ſed temporū, quib⁹ res literaria pœne interierat, adſcribendū cenſeo: neque enim adoleſcentulos decipere, neque linguā Latinā extinguere, ſed omnibus prodeſſe ſtuduit. Cui (quāuis id aſſecutus non ſit) magnas agimus gratias: quia, ſi Ariſtoteli credimus, nō modò his agere gratias æquū eſt, qui nobis præcepta diſciplinarum diligētiſſime tradiderunt: verū iis etiā qui de illis leuiter ieiunéque diſſeruere: nā hi quoque aliquid nobis vtilitatis attulēre, dum habitū noſtrū exercitatione reddiderūt aptiorē. Cæterū quantūuis honeſte de Alexādro aliiſque iudicē, ſcio pleroſque ægrè laturos, quòd illū dixerim aliquādo falſa ſcripſiſſe. Id autē ideo contingit, quia Alexādri erroribus iam olim imbuti nequeunt doctioribus aſſentiri, nō ſecus quàm Ethnici à ſuperſtitione liberari, vſqueadeo apud omnes cōſuetudo valet, quæ inueterata (vt Beſſariō ait) quāuis iuſta careat ratione: longo tamen tēpore vſuque animis hominis hærēs, neſcit rebus etiā abſurdis diſſentiri atque obſiſtere. Verum vtcūque vellicabunt me doctorū hoſtes, nō deſiſtā ab incœpto: quia ſpero diligētiā meā & præſentibus & poſteris profore. Itaque obdurabo, & Homericæ parænesi admodū ſalutari morē gerā, Fortiter iſta feras, iamiā grauiora tuliſti. Valete amici, & Iohānem Deſpauteriū veſtrū redamate. Bergis XV. Cal. Octob. M. D. XII.

Syntaxis.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA MARTINO DORpio & Nicolao Buſcoducenſi Theologis eloquẽtiſſimis, & Iodoco Læto Iuriſconſulto, integerrimis amicis ſuis S. P. D.

QVONIAM de Syntaxi noſtra hãc pleroſque ſententiã ferre audio, vt dicãt illã vtilem quidẽ eſſe, multo tamẽ pueris fore vtiliorẽ, ſi per quæſtiones more doctiſſimorũ grãmaticorũ Perotti & Aldi diſtinctius omnia digerãtur: quibus ego meos docẽdo, & idẽtidem id experiẽdo, adſtipulandũ eſſe didici: ideo operæpretiũ me facturũ putaui, ſi cupidis bonarũ literarũ adoleſcentulis, præſertim domeſticis, quorũ cauſa nil intentatum linquo, Syntaxim facillimo modo per quæſtiones ſecũdo ederẽ: quam vobis amici ſuauiſſimi dicandã cenſui, vt eſſet verũ amicitiæ noſtræ mnemoſynon. Eò autẽ hunc laborẽ ſubii libentius, quia multa ſcitu digniſſima ex authorib⁹ antè à me nõ lectis poſt Syntaxeos editionẽ ſignaui, & huic nouæ editioni intexui. Necdũ tamẽ huic operi vltimã manũ aliter impoſui quàm Apelles olim picturis: ſiquidẽ quid aptius exire, cum in multis, tũ in hac arte eſt difficillimũ, propter librorũ legẽdorũ immenſitatẽ, & opinionũ innumerã diuerſitatẽ. Nẽpe tam docte ſcripſit nemo, vt criticorum cenſurã ſubterfugerit. Nã quod Perſius ait, Cædimus, ínque vicẽ præbemus crura ſagittis: adeò verũ eſt, vt & Homerus Zoilũ inuenerit, & Maro vitilitigatores cõpluſculos: ſatíſque conſtet, ne Ciceroni quidẽ (vt Tacitus ait) obtrectatores defuiſſe. Cæterũ vt vetuſtiſſimos quoſque taceã, Nónne Priſcianũ grãmaticorũ (vt creditur) principẽ in plurimis carpit Valla? Nónne hũc Perottus, Neſtor, Sulpitius, Mãcinellus, Lãcilotus, & alii plerique auide ſugillãt? Quid Alexandrũ? nónne omnes, & inter hos nõnulli Alexandro longe inferiores acerbiſſime morſicant? Rudis eſt interim & falſus. eſto: nõ tamẽ beluina rabie inſectãdus. Ergo reprehẽdendus quidẽ, ſed modeſte. Ego nãque de Alexãdro id ſentio, quod de Actio & Pacuuio Quintilianus: illũ videlicet rudem fuiſſe nõ ſua culpa, ſed tẽporum: quibus res literaria pene interierat. Adde quòd Alexandrũ immerito plerũque carpunt, vt ſæpicule in opuſculis meis declaro, qui inſontibus libẽter patrocinor. Nos quoque quantuncũque diligẽtes, cũ à candidis, tum à liuidis carpemur. A candidis interdu iuſte, quos oro, vt de erratis omnibus amicè me admoneant: erro nõnunquã, quia homo ſum: & in hac lachrymarũ valle (vt noſtrate adagio vtar) nullũ ſine acere triticũ. Multo magis reprehẽdent me liuidi & ſemitarii magiſtelli, qui ſiquid à me præteritum offenderint, diminutum (vt eorum verbo vtar) clamitabunt. Ego verò etiam vtilia cõſulto interim præteriui, à ſtudioſis iucundo labore addenda. Author mihi fuit Varro in tertio de lingua Latina, dicens, Nemo reprehẽſus qui è ſegete ad ſpicilegium relinquit ſtipulam. Tum vbi ad alios remitto, pigellus dicar, & fortaſſe ignarus. At tutabitur nos (opinor) Nonius Marcellus, dicens, Adulteronem pro adultero, Laberius in primo: quem ſiquis legere voluerit, ibi inueniet, & fidem noſtram ſua diligentia adiuuabit. Habebor interdum verboſior, & patiar: ſed cum Nonio, qui vt deſubito, derepente, & comedo, comes, comeſt, recte dici manifeſtaret, citauit Titinnium, Afranium, Cæcilium, Quadrigariũ, Nonium, Lucilium, Lucretium, Tullium, Actium, Põponium, Turpilium, Varronẽ, Terentium, Plautum. Et cur id Nonium feciſſe putamus? Non aliud certe quàm propter grãmatiſtarum peruerſam ſubtilitatẽ & contumaciam, qui quoniam bonos authores nunquam legunt, quicquid in grammatiſtarum nugis nõ reperiunt, recte dici non arbitrantur. In qua re multis modis hallucinantur, vt ſæpiſſime oſtendi. Siquid cõtra hos nebulones ex probatiſſimis adferas, aiunt rarum eſſe & licenter dictum. Ad horum ergo ceruicoſitatẽ comprimẽdam cogimur interdum fieri prolixiores. Poſſem id in centum oſtẽdere, ſed vnicũ adducã. Aiunt iuga pro ſummitate mõtium ſingulari carere: quo in numero poetice inuenitur, aiunt, & licẽter: nobis nõ licet ſic loqui. Virg. 1. AEneid. Hoc ſuperate iugũ. Ego verò in ſoluta oratione auſim ſingulariter iugum dicere etiã crebriuſcule. Nã vt omittã teſtimonia à me in heteroclitis adducta, cẽties apud eloquentiſſimos in proſa oratione ἑνικῶς offendes. Apuleius in primo de Aſin. Iugi quod inſurgimus aſperitudinẽ fabularum lepida iucunditas læuigabit. Et in octauo, Syluoſi montis aſperũ permenſi iugum. Cæſar in primo de bello Gallico, In ſummam planitiem iugi peruenit. Sic idem ſæpius. Liuius, Ad iugũ perrexit quod hoſtes ceperãt. Sic idem frequẽter. Curtius lib. 3, Perpetuo iugo montis aſperi atque prærupti Cilicia includitur. In eodem, Ipſe

in iugū editi mōtis aſcēdit. Sic idem alibi perſæpe. Siquis dicat opus nimis eſſe prolixū,
ſciat nō omnibus omnia ſcripta eſſe: vt in primæ partis præfatione declaraui. Obtuſiori-
bus abūdè erit cū paucis exēplis principales regulas reddidiſſe, iucundæ erūt ingenioſio-
rib⁹ quæſtiones noſtræ, & citra neotericorū dialecticorū nugas argutæ rationes ex pro-
batiſſimo quoq; deprōptæ. Inerūt quædā ad rectius loquendū parū aut nihil cōducētia:
at ingenia acuent: nec diſcipulos noſtros indoctos videri ſinent, fungenturq; hæc officio
crocodilinarum & ceratinarū, quæ ſapientē etſi non efficiant, à ſapiente tamen non ſunt,
inquit Fabius, negligendæ: ne ſapiens etiā in minimis fallatur. Solent noſtrates grāmati-
ſtæ multo ſudore diſputare, an Appoſitio, Euocatio, &c. ſint figuræ: & alia pleraque ſcho-
laſtica nugalia, quæ ipſi ſola norunt: ea noſtri diſcipuli ſi ignorēt, aſſerunt indoctis parēti-
bus nihil eos apud nos profeciſſe. Hæc cauſa eſt cur cū nugatoribus interdū nugor. Da-
būt mihi plerique vitio, quòd in hac editione interdū aduerſer iis, quæ in priore editione
affirmaui, & defendi. Hic Quintilianus nos tuebitur, qui fatetur ſe quædā retractaſſe. Fru
ſtra, inquit, ſtuderemus, ſi nihil melius inuenire liceret. Baptiſta Pius multa dānauit, quæ
in Plautū, & Sidonium ſcripſerat: nec miror, quum grāmatica ſit res propè immenſa. Si-
quid in priore editione erraui, cum ſummis grāmaticis erraui, quos mecū hallucinari ex
veterū libris poſtea deprehēdi. Oro ergo cū Gellio doctos, vt quæ putauerint reprehendē-
da, iis ſi audebunt ſuccēſeant, vnde ea nos accepimus. Ego certè quoad viuam nō verebor
mea corrigere: ſiquidē id honeſtius eſt, quàm ea limanda poſteris relinquere. Idem ſi Pri-
ſcianus feciſſet, aut Domitius Calderinus, nō tam ſæpe à Vallis, & Merulis vellicarentur.
AEgrè ferent nonnulli quædā à me dubia relinqui, quæ nec aſſerere nec refellere audeā.
Hic Curtius pro me reſpōdebit, dicens in lib. 8, Nec affirmare ſuſtineo de quibus dubito,
nec ſubducere quæ accepi. Dicent me obſtreperi canes tā bonis, quàm malis ſuffarcinatū
authoribus, ſiquādo triuialem quēpiam grammatiſtam citatum viderint. At meminerint
adagii, Sæpe etiā eſt holitor verba opportuna locutus. Et Horatii, Interdū vulgus rectè ſa
pit. Si cum triuialibus errauerim, iure ridebor: ſin rectè ſenſerim, quur minus laudabor,
quando ex ſpinetis difficulter leguntur roſæ? Profeci interim per triuiales: ergo & nomi-
naui: quia (vt Plinius inquit) benignum eſt fateri per quos profeceris. Clamabūt obſtrigi-
latores & maleuoli vitilitigatores, me plagii eſſe condemnandum, ſiquid de noſtris repe-
riant, quod ipſi alibi legerint. His Afranium defenſorē paro, qui in Compitalibus nō inue
recundè reſpondens, quòd plura ſumpſiſſet à Menandro, Fateor (inquit) ſumpſi nō ab illo
modo, ſed vt quiſque habuit quòd cōueniret mihi, quódq; me nō poſſe melius credidi, e-
tiam à Latino. Cæterū quid tantum purgato opus eſt, quum inuidis virtutis nihil placeat?
Itaque ſim illis quidlibet, modo candidis placeā lectoribus: præſertim vobis & iuuenibus
optimis, quorum cauſa tātos perpeſſus ſum labores, tótque ſuſtinui indoctorum hominū
ſugillationes propter Theopagitæ exilium, vt lucubratiunculæ noſtræ nulli minus quàm
mihi profuerint. Valete viri diſertiſſimi, & Hadrianum Barlandum hominem oppido e-
loquentem verbis meis ſaluere iubete. Bergis apud diuum Guinnocum. Sexto Idus Iu-
lias. Anno ſeſquimilleſimo tertiodecimo.

Grāmatica, & eius excellentia.

GRAMMATICA quid eſt? Ars rectè ſcribendi, rectéque loquendi,
poetarum enarrationem cōtinens, omnium ſciētiarum fons vber-
rimus. Colligitur hæc diffinitio è Quintiliani libro primo de Inſti
tutione oratoria. Eſtne grammatici etiam exponere hiſtoricos &
oratores? Quidni? Cur igitur in diffinitione, poetarum ſolum me-
Poeta. miniſti? Quia Poeta verus quodam modo omnis ſcriptor eſt: vti
homo omnis creatura: & anima, teſte Ariſtotele, omnia, quia om-
nium imagines in ſe recipit: ita diuinus poeta omneis ſcriptores
præſtat: quod de Virgilio in confeſſo eſt. Itaque per poetarum enar
rationem facile intellexeris etiam reliquorum. Poetis proximi ſunt
grammatici, teſte Cicerone in primo de Diuinatione dicente, Grā-
Grammatici excellentia. matici poetarum interpretes proximè ad eorum quos interpretā-
tur diuinationem videntur accedere. Ex quo liquidò oſtēditur ve-
rorum grammaticorum excellentia, qui tam rari ſunt quàm boni poetæ. Ne grammaticos voces moro

vulgi eos qui vix intellectis rudimētis, vbi duas tenuerint vocabulorũ origines, ita ſe oſtentant, ita vēditant, ita circunferunt iactabũdi (inquit Picus) vt præ ſeipſis pro nihilo habēdos philoſophos arbitrētur. Hos nõ grammaticos, ſed grãmatiſtas rectè vocaueris. Audi igitur de grãmatico quid cum Quintiliano ſentiat Politianus in Lamia ſua, vbi ſic ait, Grãmaticorũ hæ ſunt partes, vt omne ſcriptorũ genus, poetas, hiſtoricos, oratores, philoſophos, medicos, iuriſconſultos excutiant atque enarrent. Noſtra ætas parũ perita rerũ veterũ, nimis breui gyro grãmaticũ ſepſit: at apud antiquos olim tantũ authoritatis hic ordo habuit, vt cēſores eſſent & iudices ſcriptorũ omniũ ſoli grãmatici, quos ob id etiã Criticos vocabãt: ſic vt nõ verſus modò (ita enim Quintilianus ait) cenſoria quadã virgula notare, ſed libros etiã qui falſò viderētur inſcripti ſibi, tanquã ſubdititios ſubmouere familia permiſerint. Quin authores etiam quos vellent, aut in ordinē redigerent, aut omnino eximerent numero. Nec enim aliud grãmaticus Græce, quàm Latine literatus. Nos autē nomē hoc in ludum triuialem detruſimus, tanquã in piſtrinũ. Itaque iure conqueri nunc literati poſſunt, quòd grammatici nunc appellentur etiam qui prima doceant elementa. Cæterum apud Græcos hoc genus non grammatici, ſed grammatiſtæ: non literati apud Latinos, ſed literatores vocabantur. Hæc elegantiſſimus Politianus.

Grãmatiſtarum ineptiæ.

Si tam excellētes ſunt grãmatici, cur à ſummis viris plerũque ſumme deridētur? veluti à Plinio lib. 35. cap. 3, Scutis, inquit, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines: vnde & nomē habuere clypeorum: nõ vt peruerſa grammaticorum ſubtilitas voluit à cluendo. Sic deridentur grammatici à Gellio multis in locis: vt vbi de nomine (egregius) diſputatur, an ſalutandi caſum egregiè faciat an egregi. & vbi de nomine (penus) agitur: & in lib. 13. cap. vndeuiceſimo inquit, Nõ finitiones illas prærancidas neque fæcutinas grammaticas ſpectaueris: ſed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere: quod illa ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum. Et inter Neotericos Auguſtinus Dathus, Grammaticorum, inquit, incerta ſunt omnia: neque enim vllam prorſus rerum ſuarum ſtabilem legē ſeruant: opinioſiſſimi homines ſunt & nihil vnquam certi præcipiunt, &c.

Grammatici duplices.

Reſpondeo, dupliciter aliquem dici grammaticum: arte & profeſſione. Grammatici vera arte pauciſſimi ſunt: & hi magna laude digni ſunt, vt patuit. hos nõ vituperãt ſummi viri: quia ipſe Plinius eiuſmodi grammaticus fuit, & de arte grammatica libellos edidit. Et Gellius veræ grammaticæ fuit diligētiſſimus doctor: ſic & ipſe Dathus. Alij ſunt grammatici profeſſione, & ij plerunque ſunt ineptiſſimi, quia ſcribimus indocti doctíque: & indigniſſimus quiſque hanc ſibi artem vendicat. verum eiuſmodi buſequæ & triuiales barbaſculi rectius grammatiſtæ quàm grammatici dicũtur, vt dictum eſt: hi paſſim ſe oſtētant venditántque cũ arduis ſupercilijs, vociſq; & vultus grauitate cõpoſita, vt inquit Gellius, tanquã interpretes & arbitri Sibyllæ oraculorũ, ſcholica nugalia effutientes: quorũ multos viuētes facilè (ni candor vetaret) nominarem. hos maſtigias multis probris docti ſummo iure inſectantur.

Grammatica vnde.

Grammatica vnde dicitur? A Græco nomine gramma, genitiuo grammatis vel grammatos, id eſt litera literæ. & declinatur hæc grammatica grammaticæ, vel grammatice grammatices. Latine dicitur literaria, literatura, & multitudinis numero literæ literarũ, quo nomine interim ſcientiam intelligimus quamlibet.

Literæ.

Literæ etiam epiſtola eſt. Ne dixeris puer cum ineptulis, grãmatica à gramma & tica vel icos, id eſt ſciētia: quia ica adiectio ſiue protractio eſt in (grammatica) vt icus in gallicus, heroicus, &c.

Quare grãmatica nomē habet à literis? Quia à literis incipit, è quibus docet ſyllabas efficere: & hinc dictiones, rurſúmque orationes: quorũ omniũ vim, vt rectè loquamur & ſcribamus, pulchre enucleat.

Grãmaticus. Literatus. Grãmatiſta. Literator. Literœdus. Grammatiſtice. Literatio. Sophus. Sophiſta. Triuialis. Grammatophylacium. Grammatophorus.

Quomodo differunt grammaticus & grammatiſta? Grammaticus eſt qui diligenter, acutè, ſcienterque poſſit aut dicere aut ſcribere, & poetas enarrare. Idem literatus dicitur. Grãmatiſta eſt qui barbaris literis obſtrepit, cui abuſus pro vſu eſt: Græcis Latinam dat etymologiã, & totus in nugis eſt. Latine dicitur literator & literœdus: vt Cicero aulœdos vocat qui citharœdi eſſe nõ potuerunt. Finxit hoc nomen Literœdus grãmaticus minime proletarius Curius Lãcilotus. Infans & praua grãmatiſtæ ars Græce dicitur Grammatiſtice, Latine autē literatio, teſte Capella, quidam artē literatoriã vocant. Sic differunt Sophus & Sophiſta. Nam Sophus eſt ſapiens. Sophiſta eſt ſapiētis ſimia, & qui argutijs inſanit, & nõ tam eſſe doctus quàm videri ſtudet. Literatores etiã triuiales dicuntur: quia ferè in triuijs docebant. hinc ſcientia triuialis, id eſt vulgaris, inepta, & proletaria: nõ quòd tres artes contineat, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam. in quo errat cum vulgo Niger. Dicebant etiam literatorē ipſum grãmaticum: nũc aliter loquimur, vt ex dictis liquet. A gramma etiam dicitur grammateus, id eſt ſcriba. nomen eſt triſyllabum per eu diphthongon. Archigrammateus, ſcribarum princeps. Apuleius lib. 11, Tum ex his vnus quē cuncti grãmatea dicebãt. Grammatophylaciũ, locus vbi publica ſcripta ſeruantur. Grammatophorus, tabellarius.

GRAMMATICAE DIVISIO.

GRAMMATICA quotuplex eſt? Duplex, Methodice & Hiſtorice.

Methodice.

Quid eſt methodice? Quæ rectè loquēdi & ſcribendi præcepta cõtinet. Vnde dicitur methodice? A methodus, id eſt doctrina: quia viã rationis præſtat. Quã Fabius methodicē vocat, à Diomede dicitur hiſtorice: quia artis præcepta definit. ab horizo, quod eſt definio, determino. vnde eſt horizon, horizontis, noſtri viſus terminus.

Hiſtorice.

Quid eſt hiſtorice? Eſt poetas enarrandi ſcientia. Vnde dicitur? Ab hiſtoreo, id eſt enarro. Eadem dici-

Exegeſtice.

tur Exegetice,id eſt expoſitiua. Hiſtorice quidem à Quintiliano dicitur, Exegeſtice verò à Diomede.

QVOT ſunt partes grãmaticæ? Quatuor: Orthographia, Etymologia, Syntaxis, Proſœdia. Primæ litera, ſecundæ dictio, tertiæ oratio, quartæ debetur ſyllaba.

Orthographia.

Orthographia quid eſt? Recte ſcribẽdi peritia, vt Chryſoſtomus cum ch aſpirato & y Græco. à chryſon, id eſt aurum: & ſtoma, id eſt os, hoc eſt os aureum. Veſter cum ſ litera in ſecũda ſyllaba. Vnde dicitur orthographia? Ab orthos, id eſt rectus: & grapho, id eſt ſcribo, hoc eſt recta ſcriptura.

Etymologia.

Veriloquiũ.

Etymon, rex non rector.

Etymologia quid eſt? Scientia oſtendens veram dictionum originem cum reliquis accidentibus: vt Rex à rego etymum eſt. Vnde dicitur? Ab etymos, id eſt verus: & logos, ſermo, verbum, ratio, quaſi veriloquium. quod verbum vt durum Cicero, qui finxerat, fugit, & ſuauius notationẽ appellauit. Quo teſte, Ariſtoteles ſymbolum vocat, id eſt notam. Alij originationem nũcupauère. Eſtne Etymon ſiue Etymologia rector qui regit? Non, ſi Lanciloto credimus, quia vt contra Priſcianum diſputat, Etymologia ẽſt in his quorum expoſitio cum ipſis non conuertitur: vt Rex, qui regit: neque enim quicunque regit, Rex eſt. Luna, luce lucens aliena. Conſul à conſulendo: ſic præſul, aduena, conuena, gluma, aſſecla, cura, arx, &c. etyma ſunt. rector, qui regit, verbale eſt, non etymon: nam quicunque regit eſt rector. Multa in hanc rem diſputat Lancilotus, quæ etſi vera ſunt, à nullo tamen vndique obſeruantur: ideo in generibus verbalia in io diximus cum cæteris eſſe, concio, religio, &c. quod Lancilotus negat: quia concio, religio, etyma ſunt non verbalia: nos latius ſumpto vocabulo verbale cum Priſciano appellamus quicquid de verbo quoquo modo dictum eſt.

Etymologiæ falſæ etiã apud doctiſſimos.

Súntne omnes etymologiæ veræ quæ apud doctiſſimos reperiuntur? Minime: vt teſtamentum, teſtatio mentis: fit enim à teſtor, vt à calceo calceamentum. Oratio, oris ratio: quia flectitur ab oratum vt ab aratum aratio: à donatum donatio. Sepulchrum quaſi ſine pulchro: quia fit à ſepultum ſepulchrum: vt ab inuolutum inuolucrum, à fultum ſulcrum. Lenæus, id eſt Bacchus, à leniendo mentem, teſte Donato, quod falſum eſt: quia Lenæus Græcum eſt, teſte Seruio: à lenoy, id eſt à lacu: quia Græcum non recipit Latinam etymologiam. Etymologia declarat etiam dictionum accidẽtia: aut (vt Nebriſſenſis interdum loquitur) accidentias: vt genera, declinationes, &c.

Syntaxis.

Conſtructio

Congruitas.

Grammaticè loqui.

Latinè loqui

Syntaxis quid eſt? Pars grammaticæ qua congruam orationem ab incõgrua diſcernimus. Vnde dicitur? A ſyn, id eſt con: & tatto, id eſt ordino: & taxis, id eſt ordinatio: hinc ſyntaxis, coordinatio ſiue conſtructio. Quid eſt cõſtructio? Debita dictionum in oratione ordinatio. Quid eſt congruitas? Oratio ſecundum grammaticæ regulam facta: vt Amo deum. Quotuplex eſt congruitas? Triplex. Quomodo? Voce tantũ, ſignificatione tantum, & voce cum ſignificatione vel ſenſu. De prima: vt Populus cantat: de ſecunda, vt populus cantant, de tertia, vt Petrus ambulat. Quomodo differunt grãmaticè loqui, & Latinè loqui? Grãmatice loqui ſiue congrue, eſt artem ita cuſtodire vt nullum admittatur vitium. Latine loqui, eſt vbi elocutione luceſcit oratio, & eleganter loqui. Ideo Valla de hac oratione, Sermonem quem audiſtis non eſt meus, dixit. Maluit interpres latine loqui quàm grammaticè: ergo non optime dixit alibi, Noui teſtamẽti non eſt litera Latina. parcius dictum oportuit. Hæc ex Calderino, Gaza, Mãcinello, cæteríſque doctiſſimis. Syntaxis diuiditur: nam quædã eſt finita, vt Ego amo: quædam eſt infinita, vt Me amare. Rurſus quædam eſt perfecta, vt Amo deum: alia imperfecta, vt Si amares deum.

Proſœdia.

Proſœdia quid eſt? Carminis & accẽtus notitia, vt Simon, genitiuo Simonis pœnultima lõga. Vnde dicitur? A pros, id eſt ad: & œdo, id eſt cano, hoc eſt accẽtus, & ſcribitur in ſecunda ſyllaba cũ œ diphthongo, vt comœdia, tragœdia: quia eſt eiuſdem originis, licet vulgo dicatur proſodia: nec improbet Totellius, vt ſit ſonus apud nos qui apud Græcos. nos maluimus cum Georgio Valla dicere proſœdia: ſic pſalmœdia, non pſalmodia.

SYNTAXEOS DIVISIO.

SYNTAXIS quotuplex eſt? Triplex: Præceptiua, permiſſiua, prohibitiua.

Præceptiua ſyntaxis.

Permiſſiua.

Prohibitiua.

Solœciſmus.

Stribligo.

Solœcus.

Barbariſmus.

Metaplaſm⁹

Schema.

Præceptiua quid eſt? Syntaxis quæ ſub arte & præcepto continetur: vt Vir fortis, turba ſedet.

Permiſſiua quid eſt? Syntaxis contra artem vitioſa, ratione vel authoritate excuſata: vt Sola bubo, omnes flere, ipſa ſine fletu, pars ſecant.

Prohibitiua quid eſt? Syntaxis nobis prohibita: quia vitioſa, nec ratione, nec authoritate excuſata: vt Vos eſtis doctus. Græce dicitur ſolœciſmus cum œ diphthongo in ſecunda ſyllaba, & ſtribligo, à verſura videlicet & prauitate tortuoſæ orationis, tãquam ſtrobligo quædam, Latine imparilitas. Dicitur etiam Solœcus: hinc ſolœciſſo, id eſt incongrue loquor. Simile vitium vbi in dictione fit, dicitur Barbariſmus, vt ſiquid perperam ſcribis aut profers, aut aliter quàm debes accipis, aut peregrinum Latinis adijcis. Dictio poetis aut hiſtoricis permiſſa, reliquis prohibita apud poetas Metaplaſmus dicitur, vt Surpite pro ſurripite: alituum pro alitũ. Oratio poetis permiſſa, quæ reliquis prohibetur, apud poetas aut alios quibus permittitur, Schema dicitur, id eſt cultus & ornatus, vt Pars arduus altis puluerulentus equis. Aperite aliquis, &c. Eadem ergo conſtructio eſt prohibita & permiſſa reſpectu diuerſorum. Neque mirum: ſiquidem vni permiſſum, alteri plerunque prohibetur. Nempe paucorum priuilegia non ſunt leges communes omnium. Non enim ita paganis, id eſt non militãtibus permiſſum eſt te-

ſtari, quomodo militibus. Schemata ab Alexandrinis dicuntur impedimenta: ſed Latinis ea impedimenti ſignificantia eſt penitus inaudita, vt diaſyntetica, bonum Latinum: à parte ante, à parte poſt: licet ita loquatur etiã Valla, quia dicendum eſt Syntaxis, bene latinum: à fronte vel ante ſe, vel à parte anteriore: & à tergo, vel poſt ſe, vel à parte poſteriore. Hæc licet minutula notauit etiam Lancilotus.

Impedimẽta

A fronte.

A tergo.

Quotuplex eſt grãmatica præceptiua? Triplex: Familiaris, Media & Elegans. Familiaris quæ eſt? Circa familiarem loquendi modum perfecta conſtructio: vt Te laudant omnes. Media quæ eſt? Circà laudatiorem dicendi modum perfecta conſtructio: vt Te omnes quidem honore afficiũt. Elegans quæ eſt? Circa elegantiſſimum dicendi modũ perfecta conſtructio: vt Laus tua non obſcuro nec vario ſermone, ſed & clariſſime & vna omnium voce profertur. Ponit hanc diuiſionem Niger.

Præceptiua.

Familiaris.

Media.

Elegans.

SYNTAXEOS ACCIDENTIA.

SYNTAXI ſiue conſtructioni quot accidunt? Duo, Concordantia & Regimen.

Concordantia quid eſt? Debita partium orationis cõuenientia in genere, numero, caſu vel perſona.

Concordãtia

Quotuplex eſt concordantia? Triplex. Quomodo? Adiectiui & ſubſtantiui, relatiui & antecedentis: verbi cum nominatiuo à fronte recto. In hac vltima concordantia, quia etiam eſt regimen, ideo ponitur etiam in regimine nominatiui.

Eſtne concordantia inter reſponſiuum & interrogatiuum? Ita perſæpe, ſed raro neceſſario: quia nunquam niſi vbi ab eodem verbo reguntur, aut ab eoſdem caſus regentibus: ſic eſt in copulatis per coniunctiones, &c. ideo à doctiſſimis non ponuntur in cõcordantiæ contubernio: nos tamen hæc poſt relatiui & antecedentis concordantiam non omittemus.

Quot accidentia congruitatem mutant? Quatuor. Quæ? Perſona, genus, numerus, caſus. Perſona inter relatiuum & antecedens, & magis adhuc inter verbum & nominatiuum à fronte rectum. Caſus inter ſubſtantiuum & adiectiuum, Genus inter hæc & relatiuum & antecedens, Numerus his omnibus communis eſt, Caſus etiam vndique inter dictionem rectam & regentem.

Accidẽtia cõgruitatem diſcernentia.

Regimen quid eſt? Certi caſus exigentia de caſus natura nihil amittentis: vt exigentia accuſatiui in verbo amo eſt regimen: quia dicimus Amo literas. Quare dixiſti de caſus natura nihil amittẽtis? Propter caſus aduerbialiter ſine præpoſitione poſitos, vt vado Romam: quia fere totam naturam caſus & nominis amittũt: adeò vt pauciſſima admittant adiectiua, quia non dicimus niſi poetice, vado Romã pulchram: nec Sum domi amplæ: ſed ſolum domi meæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ. Iure igitur rectore carere dicũtur ab Alexãdro. Hæc dixi, quia in his noſtratium quidam miſere nequicquam ſe vexauere. Regere eſt certum caſum exigere, nihil de caſus natura amittentem.

Regimen.

Romam cur hic non regitur, vado Romam.

Domi.

Regere.

Quomodo differunt regere & exigere, deſeruire & determinare? Boni authores nullã penitus in his differentiam poſuere. Potes tamen hanc ſumere differẽtiam. Exigere latius eſt quàm regere: quia dictio præter caſum nihil regit, ſed bene exigit: quia verba prohæretica exigunt poſt ſe infinitiuum, non regunt: & verbum exigit aduerbium, non regit: poſterius ſupinum exigitur ab adiectiuis, non regitur: vt Turpe dictu. Id tamen boni authores, vt dixi, non ſemper obſeruant: quia inuenies qui dicant ſupinum in u, quod nullius caſus eſt, regi ab adiectiuis. Deſeruire nihil differt à regere: vt Cõparatiuus cui caſui ſeruit ſiue deſeruit, id eſt quem caſum regit? ideo nugantur grammatiſtæ putantes præpoſitiones deſeruire, non regere. Determinare eſt confuſionem ſignificationis tollere, & hoc quàm latiſſime ſe extendit: nam adiectiuum determinat ſubſtantiuum, non regitur à ſubſtantiuo: infinitum determinat finitum: aduerbium verò verbum: cognoménque nomen, & ſemper vnum ſubſtantiuorum in appoſitione determinat reliquum. Omnis dictio recta determinat regentem.

Exigere.

Supina non regi.

Deſeruire.

Determinare

Quotuplex eſt regimen? Duplex, actiuum & paſſiuum. Quid eſt regimen actiuum? Dictio regẽs. Quid eſt regimen paſſiuum? Dictio recta. Quid eſt dictio regens? Quæ confuſe ſignificans declaratur per alteram: vt amo, hîc, Amo deum. Quid eſt dictio recta? Eſt quæ dictionem regentem declarat: vt deum, hîc, Amo deum.

Regimen duplex.

Regere grãmatici recte dicunt cõtra quoſdam.

Vtrum regimen ſit dictio in hac ſignificatione ſatis Latina? Etiam: quia Seruius (vt notauit etiam Lãcilotus) dicit verba regere caſus. Priſcianus vero exigere: & poſt Seruiũ doctiſſimi quique dicunt verba regere caſus. Etſi dicas dictio non poteſt coarctare aliquã dictionẽ in certo caſu: ergo non poteſt regere: quia dictio ſolum habet caſum ex voluntate doctiſſimorũ virorum: ergo ex ſe non habet vim regendi. Concedimus dictionem per ſuam poteſtatem proprie non regere, ſed ex vi vſus doctiſſimorum: & tamen regit, vt in ſimili, Præfectus vrbis regit oppidanos, non ex propria poteſtate, ſed principis ſui: qui ſimul ac volet, deſinet præfectus regere. Cogor nugari: quia fuerunt, qui regimen omnino inepte dici putarunt pro caſus exigentia, & vnam dictionem nunquam magis regi ꝗ̃ alteram. Ego optime puto vnam dictionẽ regere, alterã regi. vt enim qui regit liber eſt, veluti dominus: qui regitur, cogitur ad aliquid agendum, vt ſeruus: ſic dictio regẽs libera eſt, & vagari poteſt per omnes caſus vel tempora: dictio recta ſerua eſt, & cogitur in certo caſu ex voluntate doctiſſimorum: à qua ſeruitute liberabitur, quum volet vſus: quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi: vt Aula regis, aulæ regis, aulam regis: noceo tibi, nocebã tibi, nocendi tibi. vides ꝗ̃ libera eſt dictio regens, ꝗ̃ ſerua dictio recta. Ob hãc cauſam adiectiuum à ſubſtantiuo non regitur: quia neutrum altero liberius eſt, quum in

Adiectiuum cur à ſubſtãtiuo non regitur.

caſu diſcordiam non patiantur. ſic neque inter relatiuum & antecedens, inter duo ſubſtãtiua eiuſdem caſus: quia neutrum cogitur ſtare in certo caſu ab altero, &c.

Coniunctio nũquã regit. Quot partes orationis regunt? Omnes præter coniunctionem: vt Liber Petri, hæc volucrum, amo deum, ſatis vini, amans deum, ad patrem, heu me.

Ergo. Dixit Virgilius, Illius ergo venimus. hic cõiunctio (ergo) regit genitiuũ (illius.) male dicis igitur cõiunctionẽ nunquã regere. Reſpõdeo (ergo) in illa oratione non eſſe coniũctionẽ, ſed antiquũ nomen indeclinabile idem ſignificans quod cauſa: vel eſt aduerbiũ, vt Seruius dixit, quem Beroaldus reprehendit. Virg 6. AEneid. Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergo Venim⁹. id eſt illius cauſa & gratia, teſte Chriſtophoro Lãdino. Tit. Liu. Ludi Apollinares non victoriæ ſed peſtilentiæ ergo. Siſenna, Milites virtutis ergo ciuitate donati. Marcellus exponit ergo, id eſt ea cauſa. Sil. lib. 1, Ille enſem nobis magnorũ en inſtar honorũ, Virtutiſque ergo dedit. Quadrigarius apud Gelliũ lib. 3. cap. 8, cõmunis exempli & fidei ergo viſum eſt, vti te ſaluũ velim⁹. Tit. Liu. lib. 8. tertiæ Decadis, Muneris ergo in ſingulos dati. Cicero multa ponit in xij. tabulis, in quibus ſæpe ſic ergo ponitur pro cauſa. vt tertio de legibus, Funeris ergo, & auxilij ergo, &c. Cato, Sacri coercẽdi ergo. Et rerũ ergo. Et cuius rei ergo. Veteres tam in proſa q̃ in carmine frequentiſſime ſic loquebãtur. Iuniores vt Cicero & qui ſequuntur, rariſſime, niſi dicta veterũ citantes, aut vbi veterem aliquẽ loquentem introducũt, vt Fabritiũ aut Catonem: ſed id perraro. igitur nos perraro ergo ſic vtimur. Verba Seruij de ergo ſunt hęc, Illius ergo, id eſt propter illum. Ergo autẽ coniunctio fuit: ſed per accentus mutationẽ in aduerbiũ tranſijt: & eſt ſola particula quæ habet in fine circunflexum. Multi male putant nomen eſſe indeclinabile: & dicunt poſitum eſſe pro cauſa. Hæc Seruius. Cuius dicta ſi placent, ſic ad argumentationem prius poſitam reſpondebis, Ergo apud Virgilium non coniunctio eſt, ſed aduerbium fungens officio nominis: vt abunde hic, Abunde ingenij. & ita nulla coniunctio regit, nec regitur vnquam.

Quot orationis partes regunt & reguntur? Tres. Nomen, Pronomen, Participium: quia ſolus caſus regitur, vt Liber Petri, hæc volucrum, amor mei, amans amantem.

Quot orationis partes regunt tantum? Quatuor. Verbum, aduerbium, præpoſitio, interiectio: vt Do tibi, parum vini, ad Petrum, væh peccanti.

Quot partes orationis nec regunt nec reguntur? Vna tantum. Quæ? Coniunctio.

Propria & pronomina. Vtrum omne nomen regit? Ita, aliquo modo: tamen nomen proprium & loco illius pronomẽ non regunt niſi per ſubauditionem, vt Maria Zebedæi, ſcilicet vxor. AEneas Anchiſæ, ſcilicet filius. ſimiliter cum dicit Virgilius, Quid meus AEneas, &c. ſcilicet filius: ſic duo fuere Iſaac filij: quorum Iacob à deo electus eſt, quorum ſcilicet vnus videlicet Iacob. quod Boetius expreſſit, dicens, Quorum vnus Baſilius olim regio miniſterio depulſus.

Prolixior fui: quia hæc, licet minutula, multi deſyderãt: & ſi diſcipuli noſtri ab alijs interrogati, hæc ignorent, cenſeantur ignari: iam oportet quædam ſcire ſapientem quæ ad ſapientiam parum aut nihil conferunt. Sed ne fallatur, & ignarus iudicetur ſapiens etiam in minimis, vt Quintilianus docuit, carmen meum ipſe declarabo, imitatus AElium Nebriſſenſem.

De concordantia & regimine

LIBER VIII.

Adiectiui & Subſtantiui concordantia.

Mobile cum fixo, genere & caſu, numeróque
Conueniat. Nomen ſic vult cognomini adeſſe.

Adiectiuum & Subſtantiuũ eſſe debent eiuſdẽ generis, caſus & numeri: vt Acutus gladius, laſciuus paſſer, ſæuus vitricus, pater meus, liber lectus, pulchra facies, honeſta vxor, iniuſta nouerca, pia mater, forte corpus, turpe vitium, ingens æquor, ſcholare murmur. Declinent pueri adiectiua cum ſubſtantiuis, vt Pia mater, piæ matris, &c. Quid eſt adiectiuũ? Quod ſubſtantiuo adijcitur, ſine quo ſenſum non perficit.

Mobile. Quare dicitur mobile? Quia de genere mouetur in genus: vt bonus bona bonũ. Quid

Fixum. eſt ſubſtãtiuum? Quod adiectiuo ſubſtat. Quare dicitur fixũ? Quia firmum eſt, nec mouetur de genere in genus.

Adiectiui diuiſio. Quotuplex eſt adiectiuũ? Triplex: Nomen, vt Bonus: pronomẽ, vt Meus: participiũ, vt Factus. Ideo non opus eſt ponere regulã de demonſtratiuo, & re demõſtrata: licet in rudimentis ponatur, vt Pater meus: quia ſemper adiectiuũ & ſubſtantiuũ eſt. Ego pauper cũ dicitur, habet ego ſubſtantiuũ, pauper adiectiuũ quia pronomina primitiuæ ſpeciei per ſe pro ſubſtãtiuis habentur. Ponunt grãmatiſtæ plurimas adiectiuorũ diuiſiones, parũ aut nihil ad congruitatem noſcendã vtiles. Ea ego ſolis exẽplis prodam. Primùm, adiectiuũ eſt triplex, aiunt: voce tantũ, vt Ego, ille: ſignificatione tantum, vt Pater, me

etſi res cum albedine ſignificatur,non tamen ampliuage & vniuerſaliter,& quancunque rem talem,ſed certam prædicat:vt nigrum & rubrum pro ſcriptura,ſacrum pro templo,pingue pro adipe,caducũ pro bonis quæ non legata teſtamento ad fiſcum recidunt. Mutuum,depoſitum,&c. Apud Virgilium,Capreoli ſparſis etiam nunc pellibus albo.id eſt albedine ſiue albore. Hæc Valla.

Album.

Album Prætoris tabula erat,in qua prætorium ius ſcribebatur. Dices pulchre,Nõ es in hoc albo,id eſt in hoc nnmero.de hoc vide Calepinum & Beroaldum.

Albedo an Latinè dicatur.

Notabis autem Laurentiũ Vallã dixiſſe albedinem:quod barbarũ cenſet Georgius Valla lib.31.capite 12. vtitur teſtimonio Marcelli dicentis,Albitudinem pro albore,vt veteres dixerunt.non dixit albedinem.

Nigredo.

Hæc ratio certe ab authoritate vnius negatiuæ eſt nimis quàm fragilis,non ſecus quàm ſi argumẽtetur quis,Hic grammaticus (intelligo aliquem fide dignum)dixit nigritiam capi pro nigrore ſiue nigritudine:& non dixit pro nigredine:ergo inepte dicitur nigredo.Frigidius glacie hoc eſt,niſi Apuleium contemnas dicẽtem lib.2.Metamorph.Nunc cortina nigredine cærulis columbarum collis floſculos æmuletur.Apud Plinium legi lib.9.cap. 36,Nigritiæ àuſteritatem. alibi nigritudo apud eundem legitur.Iam videamus rationem Georgij,Non dixit,inquit,albedinem,vt ruſtice quidam loquuntur: quia à neutris ſecundæ in or fiunt denominatiua,nunquam in edo: vt Albeo albor:ſic torpor,nigror,pallor,rancor:non nigredo,&c.duntaxat apud eos quibus nomen aliquod eloquentiæ conceſſum eſt. hæc & plura Georgius.

Ne temerè damnes.

Notaui perſæpe magnos grammaticos ſeſe oppido ridiculos facere iudicij temeritate:quæ cum à cunctis artium profeſſoribus,tum à grammatico in primis fugienda eſt. A neutris in or fiunt:nunquam in edo,vt vult Georgius.male ergo dixit Apuleius liuedo pro liuore lib.9.Sed quia Laurentius Valla ait, Siquis eloquium Apuleianum miretur,& imitari ſtudeat,non tam loqui interim quàm rudere videbitur,faceſſat Apuleius.

Torpedo.

Nunquid Cornelium Tacitum vilipendent dicentem, Tanta torpedo inuaſerat animum?Itaque Valla non penitus inepte albedinem dixit. Similiter errauit Seruius negans recte dici pinguedo: quod optime dici docet Beroaldus, & ipſe perſæpe legi in Plinio.

TERTIA obiectio. Dicit Horatius,Quis nõ malarũ quas amor curas habet,hæc inter obliuiſcitur? Hic adiectiuũ(malarũ) diſcordat à ſubſtantiuo ſuo(curas)in caſu:ergo regula eſt falſa. Reſpondeo, adiectiuũ cum ſubſtãtiuo ſuo debere regi ab eodẽ verbo,vt hæc regula locũ habeat. ita nõ eſt hic:quia (malarum)regitur ab obliuiſcitur,(curas)verò ab habet. Eſt enim figurata locutio,vt notat Badius,& ſenſus eſt,Quis inter hæc non obliuiſcitur malarum,ſcilicet curarum,quas curas malas amor habet?

Pars vulnerati.

QVARTA obiectio. Dicit Salluſtius in Iugurtha,Magna pars vulnerati aut occiſi ſunt.Hic ſubſtãtiuum(pars)diſcordat ab adiectiuo (vulnerati)in genere,in numero:ergo regula eſt falſa. Reſpõdeo, licet ſubſtantiuũ ab adiectiuo ſecũdum vocẽ diſcordet:tamen ſecundũ ſenſum cõcordat:quia magna pars capitur pro multi homines. Vel dicitur quòd regula noſtra intelligitur de cõgruitate voce tantũ, aut voce cum ſenſu,& non de ſignificatione aut ſenſu tantum.Similiter dicẽs Ouidius,Hoc pecus omne meũ,multæ ſtabulãtur in antris. ad ſenſum vel intellectũ reſpexit,vt ſit multæ, videlicet oues.ſic Terentius dixit in Eunucho,Quinetiã inſuper,ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem, Veſtẽ omnẽ miſerè diſcidit.ſcelus pro ſceleſtus dixit.de his & ſimilibus in Syntheſi videbis abunde ſatiſfactum.

Aer fulua.

QVINTA obiectio. Dicit Ennius,teſte Gellio,in Annali duodeuigeſimo,Aere fulua. hîc adiectiuũ à ſubſtãtiuo diſcordat in genere: quia(aer)maſculinũ eſſe ignorat nemo. Reſpõdeo , recte dixit Ennius:quia tẽpore eius erat aer dubij generis,vt cupreſſus.nam dixit rectos cupreſſos. Sic Lucretius,Aurea funis. & Cæcilius,Fronte hilaro.& alij alia,quæ in regulam noſtrã nihil peccant: quia olim talis generis fuere:nunc alterum genus cecidit,remanſit in honore alterum,iuxta Horatianum illud,

Multa renaſcẽtur,quæ iam cecidere,cadéntque Quæ nunc ſunt in honore vocabula,ſi volet vſus.

Id verò non tantum de interitu vel caſu totius vocabuli intelligẽdum eſt,ſed etiam de caſu alicuius accidentis. Gellius dicit Ennium Aere fulua dixiſſe,quòd hic ſonus vocalior eſt viſus & amœnior.

Poſſem multa argumenta adhuc afferre:ſed nolo immorari vulgaribus,vt de adiectiuo partitiuo,veluti Vna ſororum,optimus plebis: in quibus nihil peccatur cõtra regulam noſtram:quia ſubſtãtiuum præcedens aut intellectum reſpicitur,& regimen eſt,non concordantia. Præterea figuras & regulã indifferentiæ,in quibus præceptor,ſi volet, facilè obiectiones pueris efficiet exercitationis gratia. Nos his vt notiſſimis ſuperſedendum duximus,ne nimia diſpliceamus prolixitate.

Nomen ſic vult cognomini adeſſe.

Nomen & cognomen concordant in genere,caſu,& numero, ſicut adiectiuum & ſubſtantiuum: vt Pontius Pilatus,Simon Petrus.Idem eſt de prænomine & agnomine dicendum: vt M.Tullius Cicero,P.Virgilius Maro,P.Scipio Africanus.

Quot ſunt propriorum ſpecies?Quatuor. Quæ?Prænomen,nomen,cognomen,agnomen.

Nomen.

Nomen quid eſt?Proprium ſingulorum vocabulum:vt Pontius, Tullius,Virgilius,Simon.

Prænomen.

Prænomẽ quid eſt?Quod honoris cauſa præponitur:vt Marcus, Publius,Titus,Quint9,& rarò plene ſcribitur: ſed aut vnica litera, vt A.id eſt Aulus. C.id eſt Caius, vbi ſcribitur C.& profertur G. vt Cn.duab9 literis,id eſt Cnæus. Sex. id eſt Sext9,&c.quia iã cõcordantiã docere volo nõ orthographiã.

Cognomen.

Cognomẽ quid eſt? Familiæ & cognationis nomẽ:vt Cicero, Maro,Naſo,Scipio,Nero,Pilatus,Cornelius:ſed hæc ſæpe tranſierunt in nomina.

Agnomen.

Agnomen quid eſt? Quod euentu quodam acquiritur: vt Naſo in eo qui primus à naſi magnitudine ſic appellatus eſt:& Cæſar in eo qui à cæſo matris vtero ſic primus dictus eſt. Ita Africanus à deuicta Africa,&c. Agnomina abeũt ſæpe in cognomina,& poſtea in nomina. Iulij Cæſaris cognomẽ fuit Cæſar, non agnomen. Neque enim cæſo matris ventre natus eſt, vt imperiti putant. At Scipionis Africani Cæſar etiam agnomen fuit. Is enim primus, teſte Plinio, Cæſar dictus eſt, à cæſo matris vtero. Cognomen & cognomentum pro agnomine aliquando capimus. Cicero, Scipio ille, cui Africano fuit cognomẽ. Idem, Téque nõ cognomentũ ſolũ Athenis deportaſſe, ſed humanitatẽ & prudentiã intelligo.

Cæſar cognomen.

Quomodo próbas regulã tuam? Per doctiſſimorũ vſum qui aliter nunquã loquũtur: nec Chriſtiani, nec Ethnici. Chriſtiani, vt Simon Petrus, Pontius Pilatus, Ioſeph Iuſtus, Thomas Didymus, Iudas Thaddæus, Iudas Machabæus, Aurelius Auguſtinus, Paulus Oroſius, Euſebius, Hieronymus, Iohãnes Chryſoſtomus,&c. Ethnici, vt Numa Pópilius, Iunius Brutus, Sextꝰ Tarquinius, Titus Liuiꝰ,&c.

Cognomen vnde ſumitur.

A quibus rebus cognomina ſumuntur? A quibuſcunque placet: non enim eſt certa regula, vt liquet ex ſequentibus à me collectis ex Tito Liuio. Fabius Pictor, Poſthumius Albus, Antonius Merenda, Oppius Cornicen, Horatius Barbatus, Licinius Macer, Menenius Lanatus, Sergius Fidenas, Sulpitius Longus, Aquilius Coruus, Sulpitius Rufus, Valerius Potitus, Seruilius Priſcus, Licinius Stolo, Petilius Balbus, Fabius Ambuſtus, Decius Mus, Valerius Coruinus, Fabius Dorſus, Papyrius Curſor, Cornelius Scapula, Cornelius Aruina, Fabius Maximus, AEmilius Pappus, Cornelius Scipio, Iunius Bubulcus, AEmilius Bardula, Martius Tremulus, Sempronius Sophus, Fuluius Coruus, Fabius Gurges, Attilius Regulus, Cornelius Aſina, Sẽpronius Blæſus, Publius Sura, Appius Cento, Publius Bibulus, Claudius Pulcher, Calphurnius Flamma, Cornelius Mammula, Fabius Buteo, Claudius Aſellus, Centenius Penula, Mantlius Valẽs, Valerius Falco, Aſdrubal Pœnꝰ, Apuſtius Fullo, Licinius Tegula, Cornelius Merula, Fuluius Nobilior, Bœbius diues, Furius Luſcus, Iuuentius Calua, Ebutius Carus, Pinarius Poſca, Minutius Meliculus,&c. Et ex Cicerone, Cauſinius Schola, Caius Fimbria, Lucius Murena, Marcus Lurco, Tittus Gutta, Fidiculanus Facula, Lucius Ocrea, Gellius Nutricula, Cnæus Carbo, C. Verres,&c. & ex Tacito, Iulius Aquila, Iulius Montanus, Marius Maturus, Pedianus Coſta, Dillius Vocula, Claudius Sagitta, Iulius Tutor. Ex Plinio & alijs, Calphurnius Beſtia, Antonius Muſa, Vinnius Aſella, Carutiius Ruga, Antonius Caracolla,&c.

Patrium nomen non poni ſic, Petrus de Roma, &c.

Síquis habeat cognomẽ ab oppido, licétne in ablatiuo ſic loqui, Petrus de Bruxella, AEgidius de Roma, Henricus de Gandauo? Minime: quia doctiſſimi ita nunquam locuti ſunt, ſiue cognomen fuerit, ſiue patriũ nomen. & hæc ſufficientiſſima ratio: vt IESVS Nazarenus, Liuius Patauinus, Petrus Hiſpanus, Cicero Arpinas, Iuuenalis Aquinas, Terentius Apher, Iudas Iſcariotes, Comius Atrebas, non de Atrebato, apud Cæſarem. Ariſtoteles Stagyrites, nõ de Stagyra: Democritus Abderites, nõ de Abdera: viri Niniuitæ, non de Niniue. ſic ſi recte velis loqui, Thomas Aquinas dices, non de Aquino,& ita in reliquis. Licétne dicere Petrus de ponte, Iohannes de lapide, de palude,&c? Non: quia Cornelius Tacitus dixit Iulius Montanus, non de monte: nec quiſquam veterum aliter locutus eſt. Quòd ſi neotericorum aliquem contra me cites, nihil ages: quia reprehẽdendus erit, nõ imitandus: vel ſi Valla ipſe fuerit, aut Picus, aut Politianus, quod non credo. Dic igitur cum doctiſſimis, Iohãnes Paludanus, Paulus Lapidanus, Henricus Montanus, Petrus Montanus,&c. non de palude, lapide, monte, ponte,&c. Item dices Petrus Pauo, Martinus Magiſter, Iacobus Faber, Paulus Albus,&c. non pauonis, magiſtri, fabri, albi,&c. vt indocti loquuntur. De his ſic ſcripſit Philelphus, Epiſtolarum lib. 12. ad Andreã Alemannum, Quoniam te omni ex parte & caſtigatum in dicendo ſcribendóque,& perpolitum cupio: nolim poſthac quum vel de patria vel de familia mentionem feceris, aut Bartholomæum de colle ſcribas, aut Andream de Alemannia. Quando enim legiſti vnquam, vel Hannibalem de Carthagine, vel Publium de Cornelijs? Indoctorum hominum aut arrogantium iſte mos eſt, qui vel vim iſtiuſmodi præpoſitionis (de), vt Latinitatis grammaticæque ignari, minus tenẽt: vel ſibi licere volũt quod ab omni vetuſtatis vſu eſt alienum. Hæc Philelphus orator,& poeta clariſſimus inter neotericos.

De.

BARBARORVM CONTRA DICTA RATIVNCVLAE.

PRIMA eſt hæc. Arti præſtat vſus: ſed vſus communis omnium theologorum, iuriſconſultorum, & reliquarum artium profeſſorũ ponit nomen & cognomen in diuerſo caſu: ſimiliter nomen patrium in ablatiuo cum præpoſitione de: ergo ita loquendum eſt, Gregorius de Arimino, Petrus de Aliaco, Henricus de Gandauo, Alexander de Halis, Martinus magiſtri,&c. Præterea Ariſtotelicum verbũ eſt, Loquendum eſt vt plures, ſapiendum vt pauci: ſed plures ponunt nomen & cognomen in diuerſo caſu: ergo contra regulã hanc ponẽda ſunt in diuerſo caſu. Reſpõdeo illud axioma, Arti præſtat vſus, vel vſus præualet arti: ſi intelligatur tam de indoctorum vſu, qui proprie abuſus dicitur, quàm de vſu doctorum, omnino negandum eſt. iam vulgi conſuetudo, non vſus dicenda eſt, ſed turpis abuſus. Itaque non vſus habet, ſed abuſus eiuſmodi orationes, Hẽricus de Gandauo, Gregorius de Arimino,&c. quia vſus, teſte Quintiliano, eſt doctorum cõſenſus: vt Vſus viuendi, eſt cõſenſus bonorum: docti non Gregorius de Arimino dicent, ſed Gregorius Ariminenſis: vt Horatius dixit Ariminenſis folia. Inſtas, At ſummi theologi & iuriſconſulti aliter loquuntur quàm præcipis: an illos omnium ignaros & indoctos fuiſſe dices? Minime: quia pulchrè callebant diuina myſteria & iura ciuilia,&c. verum non conti-

Vſus.

nuo Latinitatis doctos fuiſſe dixerim. Ego autem hîc eos demũ doctos voco, quibus optimus veterum loquendi modus non eſt ignotus: reliquos in hoc opere ſemper indoctos voco.

Ad rationis tuæ firmamentum ſic reſpondeo, Ariſtoteles non voluit ſimpliciter loquendum eſſe vt plures. Sic enim barbarè loquēdum foret & indoctè: quia ſemper plures fuere indocti & barbari quàm docti: ſed voluit loquendum eſſe philoſophis vt plures, in quibus diſſentiũt à vulgo, vt in dictionibus plenus, vacuus, &c. philoſophus dicit nihil eſſe vacuum: vulgus aliter ſentit. Præterea loquendum eſt vt plures docti loquuntur, vt doctiſſimi dicũt, Noceo te, noceo tibi: frons læta, frons lætus: careo te, careo tui: dignus honore, dignus honoris, &c. ſed frequētius Noceo tibi, frõs læta, careo te: ergo ita ſæpius loquendum eſt.

SECVNDA ratiuncula, quam ipſe faciam pro Barbaris (quia, vt opinor, neſcirent ipſi tam bonam facere) eſt hæc. Dicit Gellius lib. 13. cap. 5, Is erat è Leſbo Theophraſtus, id eſt Theophraſtus Leſbius. Et lib. 19. cap. 1, Accedit ad Stoicum Græcus quiſpiã diues ex Aſia, id eſt diues Aſianus. In eodem lib. cap. 9, Adoleſcens è terra Aſia de equeſtri loco. Sidonius in laudibus Narbonis, Et tu qui Periandre de

Periandre de Corintho es.

Corintho es. Terentius in Andria, Ex Andro hæc ancilla, id eſt hæc ancilla eſt Andria. Item in Eunucho, Dixti cupere te ex AEthiopia ancillulam, id eſt AEthiopiſſam. Ergo recte dicimus, Iohannes eſt de Gandauo, de Gallia, &c. Reſpõdeo, recte loquimur vbi verbum adeſt, aut ſtatim poſſit intelligi. & tamen is loquendi modus etiã rarus eſt. Nunquã tamen inuenies talem, Cicero de Arpino hoc docuit, &c. licet poſſes dicere, Cicero fuit de Arpino: multo tamen elegãtius dices, Cicero erat Arpinas. Et melius interrogabis, Cuias es? quàm vnde es: tamen ſic aliquando loquuntur docti. Virgilius, Qui genus? vnde domo? Et Terentius in Eunucho, PAR. Quid virgo, cuia eſt? CHAE. Neſcio hercule. PAR. Vnde eſt? CHAE. Tantundem. Regius deridet eum qui dixit Geniti ex Hetruria, & recte, vt opinor: ſed pergamus.

TERTIA ratiuncula eſt. Primo Machabæorum ſic dicitur, Alexander Philippi rex Macedon. ecce cognomen in genitiuo contra regulam tuam. Præterea ratione oſtendo male dici Iohannes lupus, &c. quia ibi ſunt duo ſubſtantiua ad diuerſa pertinentia: quia lupus ſignificat beluam: ergo, &c. Præterea argumentatio grammaticorum eſt penitus inepta dicentium, Authores nuſquã dicunt: ergo hoc non eſt dicendum, quia ab authoritate negatiue inepta eſt argumentatio, teſte Ariſtotele. Multa certe fieri poſſunt, quæ nulli hominum fieri poſſe dixerunt.

Alexander Philippi.

Ad illud, Alexãder Philippi, reſpõdeo (Philippi) ibi nõ eſſe cognomē, ſed patris nomē, & intelligitur filius. quo pacto recte loquimur, vbi plures ſunt cognomines & habētes idem cognomen, Amphibologiæ remouēdę gratia: vt Henricus Iohãnis, Hēricus Pauli, ſi filius meus Hēricus vocetur, & ſimiliter filius Pauli fratris mei. Hinc fortè erroris radicē ſumpſerũt Barbari. De hac re Seruius ait in illud Virgilij AEneidos 1, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Figura eſt Græca ſi dicamus AEneas Anchiſæ, & ſubaudiamus filius. Hac autem figura vtimur circa patres & circa maritos tantum. vt Virgilius, Deiphobe Glauci: ſubauditur filia. Hectoris Andromache: intelligitur vxor. Hæc Seruius. Dicimus etiam, Euſebius Pamphili, ſcilicet amicus. Terentius, Video huius Birriam, ſcilicet ſeruum. Notat hoc Nebriſſenſis.

Ad priorē confirmationē, Cognomen & nomen nunquã pertinēt ad diuerſa: quia cum Iohãnes lupus dicis, iam (lupus) non ſignificat beſtiam ſed hominem, vt patet ex teſtimonijs è Liuio adductis.

Ad poſteriorem confirmationem, Locus ab authoritate omnium negatiue optime valet in grammatica. Et ratio eſt, quia grammatica ex doctiſſimorum authoritate tota pendet: non ex rationibus aut analogia ſine authoritate, teſte Quintiliano libro primo de Inſtitutione orat. Cui cõcinit Priſcianus in examine dicens, Quanuis regula concedat dicere: tamen niſi in vſu inueniamus authorum, non temerè debemus proferre. Idem lib. 7, Oportet ſcire analogiæ rationem: vſum tamen authorũ æmulari. Ideo bene dixit Georgius Valla libro 31. cap. 16, Nulla diſciplina minus rationis & plus obſeruationis habet quàm grammatica. Et cap. 17, Obſeruatione opus eſt grammatico, vt quicquid compererit à claris eloquētiæ viris dictum, id ratum indubitatúmque putet Latinè dici poſſe. Hæc ille. Ergo etiam quicquid apud nullum eloquentem reperitur, id recte dici iure negabis.

Analogia.

Scipio Corculum.

Nomina neutri generis poſſúntne fieri cognomina, vt Petrus ſcamnum? Poſſunt. Cicero de Claris oratoribus ad Brutum, Tum etiam eloquentem conſtat fuiſſe P. Scipionem Naſicam, qui eſt Corculum appellatus. In eodem, Eſt illuſtre nomen P. Scipionis, qui bis Cos. fuit: qui eſt Corculum dictus. Raró tamē id reperies, adeo vt apud Liuium mutetur terminatio: veluti Fabius Dorſus, nõ Dorſum: Minutius Melliculus, nõ Melliculũ. Apud Græcos neutra appellatiua ſæpe abeunt in propria, vt Glyceriũ, Pægniũ, Erotiõ, &c. quæ quia fœminarũ diminutiua, fœminina ſunt, vt Gallis, Mariõ, Magdalon.

Cognomina ex Barbaris. Propria in tranſlatione maneant in priore lingua

Quomodo è Barbaris cognomina facimus? Si eadem propria ſunt & appellatiua, capiemus Latina ſynonyma, vt Ian de langhe, Iohãnes Lõgus: ſic Petrus niger, Paulus Rex, AEgidius Scropha, vt Tremellius Scropha, Sergius Orata, Bartholomæus Scala. Si ſignificatio penitus ſit ignota, nec apud Latinos ſynonymum habeamus, detorquebimus ad formam Latinam vt poterimus ſuauiſſime: nec tamen à vernaculo lõgius recedemus. ita docet doctiſſimus vir Deſyderius Eraſmus, veluti à Deſpauter Deſpauterius, à Deſpotes Deſpoterius, Dorp Dorpius, &c. Idem faciendum cenſeo in pagorum nomini-

bus Hazebroca,Steinuordia,Hődinga. Licet è Græco fonte quidam detorquere malint,vt Cynopagus, Clichtopagus:quod in quibuſdã forte fiet nõ indecore. Videam⁹ quid de his ſenſit Hermola⁹ Barbar⁹ vir vndecũque doctus. Is itaque in quintũ Plinij de Naturali hiſtoria cap.23. ſic ait, De paradiſo quoque fit vt hic,& à Strabone mentio:apud quẽ imperite vt multa viridariũ verterunt,non quòd paradiſus viridarium hortúmque nõ ſignificet:ſed quòd nomina oppidorum propria,ſicut hominum quacunque lingua retineri ſolent. Quàm igitur abſurdum eſſet,Gregorium, Theodorum,Phroniſcũ nominare Vigilantium,Deodatum,Prudentium:tantundem & hoc. Etiam ſi Laurentius Valla homo alioqui optime de ſermone Romano meritus, promontorium in Peloponneſo Ichthyn Plinio,Ptoleméoque appellatum,ipſe apud Thucydidem ſecundo libro piſcem tranſtulit. Eadem ratio eorum eſt qui herbis aut animalibus quæ veteres Græcis nominibus vſurpant, ipſi Latina imponunt vocabula: quod mihi nunquam probatum eſt,vbi nulla cogat neceſſitas. Hæc Barbarus. In quibus Valla nõ iniuria taxatur,quia Barbaro ſuffragatur in ſecunda Iohannis,cuius initium eſt,Senior electæ dominæ. Cur non preſbyter electæ dominæ? inquit Valla.nam hunc Iohannem negat Hieronymus eſſe euangeliſtam: ſed alium cognomine preſbyterum. Hoc Valla. Non errant igitur dicentes Langius,Barbirius: licet(quia non idem cẽſeo de Barbaris quod de Græcis)aptiſſime dixerint Iohannes Longus, Iacobus Tonſor.

Paradiſus. Vallæ erratio. Iohãnes author epiſtolæ.

VTRVM Guarinus an Varinus dicendum ſit? Quintianus deridet eos qui Guarinus dicũt:quia gu apud Latinos inquit,vt u perdat vim literæ,nunquam eſt dictionis principium. De (Guarinus) facile concedo: quia videtur à Varus Varinus dici debere, vt à Quintus Quintinus. In cæteris non videtur mihi Quintiano aſſentiendum. Nam Vilielmus,Vido,Valterus,&c.non ita mihi placent:quia licet gu vt u,ſit liquidum,non facile apud mere Latinos reperies in principio dictionis:tamen nõ videtur mihi negandum è barbarie aſcitis,vt ponatur gu pro vv,quod Tortellio etiam placuit,vt Gulielmus,Guido,Galterus,Guinnocus,Gualarandus. Et ſimile vnum reperi apud T. Liuium,Guiſco. Mulierum cognomina in a fere deſinunt,vt à Paulus Paula,ſic Iohannes Iohanna, Iacoba,non Iacomina,vt indocti loquuntur. Cognomina aliquando ſimilia ſunt appellatiuis,vt Scipio, Muſa,&c. Sæpe ſunt denominatiua,vt Montanus,Torrentinus,Cypriacus,Cyprianus,Capito,Naſo,Piſo,Meſſalina,&c.

Va an gua an vv ſcribendum. Guarinus. Varinus. Guinnocus. Cognomina ſimilia appellatiuis.

CONCORDANTIA RELATIVI ET ANTECEDENTIS

Pone relatiuum cum præcedente in eodem
Et genere & numero:nec non perſona in eadem.

Relatiuum & antecedens concordant in genere,numero & perſona:vt Ego gaudeo qui locupletibus genitus ſum. Non fles tu,qui amiſiſti patrẽ? Video pauperẽ cuius miſereor. Pater eſt quẽ diligo,&c.

Quare poſuiſti particulã (in perſona) quam plurimi omittunt, & omittendam eſſe dicunt,inter quos Aldus eſt? Quia licet relatiuum per ſe nullius ſit perſonæ: tamen ſtatim vt cum antecedente ponitur,capit antecedentis perſonam:& ita ſemper conueniunt in perſona. ideo dices, Tu laudãdus es qui ſtudes,non qui ſtudet:quia ſic vel relatiuum ab antecedente, vel verbum à nominatiuo à fronte recto in perſona diſcordaret. Aldus ergo vult relatiuũ ex ſe non eſſe eiuſdem perſonæ cum antecedente,quia ex ſe perſonam non habet,ſed eam ab antecedente recipit.

Argumentor, Regula eſt apud Grammaticos,Omne nomẽ,omne pronomen,& omne participium eſt tertiæ perſonæ, præter Ego quod eſt primæ, & Tu cũ omni vocatiuo ſecũdæ:ergo qui,quæ,quod, ſunt ſolum tertiæ perſonæ. Reſpondeo,Regula illa intelligitur ſolum de finitis. iam qui,quæ,quod, ſunt infinita quæ non recipiunt perſonas,teſte Donato. Aldus dicit etiam nulla adiectiua per ſe recipere perſonas,ſed eas habere à ſubſtantiuis. De quibus relatiuis intelligitur regula? Solum de qui, quæ,quod,ille,ipſe, is, & ſiquando referant iſte,hic. Particulam (in perſona) mecum ponit Franciſcus Niger.

RELATIVVM QVID, ET QVOTVPLEX.

RELATIVVM quid eſt? Antè latæ rei recordatiuum, id eſt relatiuum eſt dictio cui ex propria ſignificatione cõuenit de re antè dicta mentionem facere,vt Qui,quæ,quod. Laborauit quidam magnæ æſtimationis apud noſtrates,quomodo poſſet à diffinitione hanc dictionem (Socrates) excludere. Nam ſi dicas Socrates comedit, & Socrates fabulatur:hîc (Socrates) ſecũdo loco poſitum eſt recordatiuum rei antè dictæ: ideo vt excluderet repetiuit diffinitum in diffinitione. Deinde adiecit grammaticale, vt excludat à diffinitione dictionẽ (pater.) Non meminiſſem de re tam friuola,niſi eiuſmodi apinæ eſſent in vulgus editæ. Si dicas,Petrus currit,qui Petrus ſtudet(etſi ineptè ita loquaris) adhuc relatiuum eſt qui,non Petrus,contra quorũdam nugas. Similiter ſi dicas,Studeo pecuniæ, quam rem multi cupiũt: quia ſemper fit per qui,quæ,quod,mentio de re antè dicta.

Relatiuum.

QVOTVPLEX eſt relatiuum? Duplex. Subſtantiæ & accidentis.

Quod eſt relatiuum ſubſtantiæ? Quod refert antecedens ſubſtantiuũ:vt Habeo librum quem quæris. Da relatiua ſubſtãtiæ. Qui,quæ,quod,is,ſuus,ipſe,ſui,ille,idem,alius,alter,reliquus,& cætera,cæte-

Relatiuum ſubſtantiæ.

rum. Nominatiuus quis & quid nunquam relatiuè capitur.

Quotuplex eſt relatiuum ſubſtantiæ? Duplex. Quomodo? Similitudinis & diuerſitatis. Quod eſt relatiuum ſubſtantiæ ſimilitudinis? Quod idem cum ſuo refert antecedẽte, & ſunt hæc: Qui, quæ, quod, is, ſuus, ipſe, ſui, ille, idem.

Quod eſt relatiuum diuerſitatis? Quod refert antecedens diuerſum à conſequente cum quo concordat, ſed ſub eodem genere, vel ſpecie: vt Amo laurum, & cæteras arbores: ex quo infertur laurum eſſe arborẽ. Da relatiua diuerſitatis. Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum: quia cæter aut cæterus nõ dicitur.

Relatiuum accidentis. — Relatiuum accidentis quod eſt? Quod refert antecedens adiectiuum, vt Qualis: veluti, Sum albus, qualis eſt pater. Da relatiua accidentis. Qualis, quantus, quot, quotus, quotennis, quotenus, quotuplus, quotuplex, cuius, cuias. Ponit hæc Priſcianus. Ego tamen apud veteres nondum inueni quotenus, quotuplus, nec quotuplex, niſi apud grammaticos noſtros. cum quibus, quia vſui eſt, vtar (quotuplex). de (quotenus) dicam alibi. Tantus, talis, &c. nuſquam tamen inueni totuplus, totuplex, &c.

Tale. — (Tale) aliquando pulchrè ſubticetur. Quintilianus lib. 7, Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderit, facit?

Intelligiturne regula noſtra etiam de relatiuis accidentis? Non. Cur ita? Quia ſemper conſequẽti concordant: vt Catharina eſt pulchra, qualis eſt eius filius: vel quale eſt eius mancipium. Lancilotus credit non poſſe eſſe diſcordiã in caſu. Ego tamen auderem ſic loqui, Cæſar eſt iuſtus, qualem vellem eſſe regem noſtrum. Ouid. 1. Triſt. Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe. Argumentor cõtra hæc. Quales hubera. — Dicit Horatius in Epodo, Sed incitat me pectus, & mammæ putres, Equina quales hubera. hîc relatiuũ accidentis (quales) diſcordat à ſequẽti (hubera): quod eſt contra te, quia debuiſſet dicere qualia. Reſpõdeo, Horatius vſus eſt licentia poetica nobis non imitanda, niſi tam parcè in ſimili opere. ſemper memineris non eadem omnibus licere, nec conuenire.

Antecedens ſine verbo. — CVR RELATIVVM non cogitur cum antecedente concordare in caſu? Quia à diuerſis verbis plerunque reguntur. Coguntúrne aliquando in eodem caſu poni? Etiam. Quando? Quum antecedens abſolute, id eſt ſine verbo ponitur, vt relatiuum habeat locum. Exempla ſunt, Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. In purgatorio degentiũ miſereor eorum. Habitantibus in vmbra mortis lux orta eſt eis. Ver & æſtatẽ tu plaſmaſti ea. De ablatiuo. Cicero 1. Offic. Ludo autem & ioco, illis quidem vti licet: ſed ſicut ſopno. Vocatiuus nunquam cum relatiuo in caſu conuenit. ideo de illo non eſt dandum exemplum, licet Zenderus poſuit, Gloria tibi domine qui natus es, &c. In illo autem Pſal. 10, Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cælo ſedes eius: verbum antecedẽtis intelligitur, & (dominus) vehementioris laudis gratia repetitur. Memini tamen in ſacris legere, vbi antecedente abſolute poſito fuerit in caſu diſcordia. quod notandum eſt, non imitandum: vt alia pleraque in ſacris, veluti iamiam declarabo.

Relatiuũ ſine antecedẽte expreſſo. — AN RELATIVVM aliquando locatur ſine antecedente? Etiam. Quando? Quum odij cauſa aliquem nominare nolumus, aut quia rem notiſſimã putamus. Prioris exemplum, Dicit Iuno de Semele pellice, Ipſa petenda mihi: ipſam, ſi maxima Iuno Rite vocor, perdã. Poſterioris exemplum in Euangelio Iohannis, Domine ſi ſuſtuliſti illum, dicito mihi vbi poſuiſti eum. Aliqui tamen dicunt ipſam & illum capi demonſtratiuè. Da ſimile exemplum de Qui, quæ, quod. Nullum datur. Cur ita? Quia qui, quæ, quod, & omnia relatiua incipientia à q vel c, per coniunctionem copulatiuam reſoluuntur orationes coniungentem, quæ ſine duobus verbis poni non poteſt. eſt tamen vbi reſoluere nequeas, & nihilominus duo verba exiguntur: vt Omnis homo qui peccat, male facit. Eleganter interdum antecedẽs intelligitur. Iuuenalis, Sunt quibus eſt ſola viuendi cauſa voluptas. Horat. Argentum, veſtes Gætulo murice tinctas Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.

MVLTIPLEX REGVLAE OPPVGNATIO.

Benedicite aquæ quæ ſũt — PRIMA. Dicit Hieronymus in Cantico trium puerorum, Benedicite domino omnes aquæ, quæ ſuper cælos ſunt. hîc antecedẽs eſt ſecundæ perſonæ, relatiuum (quæ) tertiæ, quod indicat verbum tertiæ perſonæ ſunt: ergo regula nõ eſt in omnibus vera. Reſpondeo, Illa oratio, & ſiqua inueniatur ſimilis, nõ eſt nobis imitanda, licet ob reuerentiã ſacræ ſcripturæ nõ debet dici omnino incongrua & barbara. Iam regula intelligitur de orationibus nulli prohibitis. Valla dicit interpretem ibi deceptum eſſe, quia nõ callebat proprietatem Græcæ linguæ. Sic alibi, In atrijs tuis Ieruſalem, Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas. pro quæ ædificaris. Siquid tale inueniatur in poetis, erit ſub grammatica prohibitiua: quia aliquid permittitur parcè poetis, quod nobis in epiſtolis & quotidiano ſermone prohibetur. Donatus, Per perſonas fiunt ſolœciſmi: ſic, Danai qui parent Atridæ, quamprimũ arma ſumite. Propter dicta ponam quæſtiunculam.

VTRVM ex ſacris ad congruitatem probandam authoritas ſit efficax? Non: quod probo dupliciter. Prius: quia theologiæ ſcriptores aliquando ex induſtria ſolœciſſant, vt ruſticam concionem facilius doceant. Poſterius: quia ex ignorantia nonnunquam ineptè loquuntur. Quomodo probas hæc? Quia in prologo Bibliorum dicit beatus Hieronymus, Nolo vt offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vtilitate verborum, quæ vitio interpretũ, vel de induſtria ſic ſunt prolata vt ruſticam concionem facilius inſtruerent. Audi Hieronymum dicentem ſacram ſcripturam pleriſque in locis vitio interpre-

tum malè eſſe trāſlatam. Quinetiam(vt Nebriſſenſis notauit)beatus Hieronymus dicit beatū Paulum aliquando ineptè loqui propter imperitiam artis grammaticæ. Ait præterea Hieronymus ad Pammachium, Eccleſiaſtica interpretatio etiam ſi habet eloquij venuſtatem, diſſimulare eam debet & fugere, vt non otioſis philoſophorū ſcholis, paucíſque diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominū generi. Et diuus Gregorius ad Leādrum epiſcopū, Indignum vehemēter exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. Seuerꝰ Sulpitius in epiſtola de vita diui Martini, Apud me ipſe didici, vt ſolœciſmis non erubeſcerem. Hæc illi. Quæ ne ita intelligas, vt credas Hieronymum, Gregorium, Sulpitium, adeò diſceſſiſſe à Donati regulis, vt aliter quàm ille, aut nomina, aut verba declinarēt: vtque paſſim more neotericorum, barbariſmos & ſolœciſmos eructarent, aliena ab Latinis frequentiſſime admiſcentes, quin contra perquam eleganter vndique ferme ſcripſere. Sed Donati figuras & differentias dictionum in expoſitione Terentij ſuperſtitioſe obſeruare indignum iudicauere. Præterea ex humilitate & modeſtia ſe ornatum ſermonis non quærere aiebant: & (vt vno verbo dicā) multo pulchrius ſcripſere, quàm ſcripſiſſe voluerunt videri. Noſtri autem barbari etiam ſi vellent rectè ſcribere, nequirent. Ecce beatus Paulus elegātiſſime ſcripſit: & tamen ex humilitate ſe imperitum ſermone appellat. Vnde beatus Hieronymus libro primo contra Iouinianum, capite quarto ait, Quid ais apoſtole? Non tibi credo dicēti, Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Quomodo illud de humilitate deſcendit, Quia nō ſum dignus vocari apoſtolus: & Mihi minimo omnium apoſtolorum, & tanquam abortiuo: ſic & hoc humilitatis ſignum puto. Noſti ſermonum proprietates. Quamobrem & de Epimenide, & de Menandro & de Arato quædā ſumis teſtimonia, vbi de cōtinentia loqueris & virginitate. Hæc Hieronymꝰ. Adijciā quid Valla ſentiat. Eatenus(inquit) ſacra ſcriptura authoritatem habet, quatenus à veterum conſuetudine nō deſciſcit. multa de hac re ait in Matthæum, quibus ſuperſedeo. Si dicas ſanctos viros fuiſſe, ergo imitandos. Si de vita loqueris, concedo: ſi de ſermone, abnuo: quia memoriæ mandatū eſt hoc diſtichon, Grāmaticæ leges plerunque eccleſia ſpreuit. Tu viuendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

SECVNDA oppugnatio. Dicit Cicero, Qui virtute præditus eſt, ſuis rebus contentus eſt: quod eſt diuitiarum proprium. hic relatiuum(quod)non concordat cum antecedente in genere: quia nihil præcedit quod eſt neutri generis. Reſpondeo, Ibi eſt debita cōcordantia relatiui & antecedentis: quia antecedens eſt contentum eſſe ſuis: nam ſenſus eſt, hic ſuis rebus contentus eſt, quod cōtentum eſſe ſuis rebus. iam contentum eſſe, eſt neutri generis: quia omnis infinitiuus loco nominis eſt neutri generis.

Relatio ad infinitiuum & códeclinea eius.

Argumentor, Nullus ponebatur infinitiuus, ergo non erat antecedēs. Reſpōdeo, Licet non ponebatur per ſe: tamen ponebatur per ſuum indicatiuū, ſiue condeclineū: ideo non eſt hic ſimile. Vidi Gandauum quæ eſt pulchra. Nauigo Liſam quod eſt amœnum: quia hic antecedens, nec ſecundum ſe, nec ſecundum condeclineum ponitur. Dices ergo recte, Studes, quod eſt vtile: quod ſcilicet te ſtudere. Da ſimiles orationes. Tu piger es, quod vitupero. Fugis quod mihi procul abſit. Epicurus ponit fœlicitatē in voluptate, quod cæteri nō faciunt. Paulus, Super omnia hæc charitatē habete, quod eſt vinculum perfectionis. Terētius, In tempore ad eam veni, quod eſt omnium primū. Idem, Quod iſti fortunatum putant, vxorem nunquam duxi. Si tibi(quod minime velim)mali quippiam obuenerit, opem feram.

Licétne ita nobis loqui? Maxime paſſim eiuſmodi locutiones occurrūt. non dicas relationem fieri ad adiectiuum, ſed ad infinitiuum cum adiectis.

TERTIA oppugnatio. Dicit Plinius 17. Nat. hiſto. cap. 24, Adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculū vocāt. Hic relatiuum(quod)diſcordat ab antecedente(oculos)in genere & numero, ergo regula eſt falſa. Reſpondeo, Regula intelligitur de relatiuo capto adiectiue: hic autem (quod)ſubſtātiuatur in neutro genere, pro quæ res. Licétne nobis ita loqui? Licet, ſi id parce facimꝰ, & in ſimili modo loquendi. vt apud eundem libro 18. cap. vltimo, Nube grauida candidante(quod vocant tempeſtatem albam)grando imminebit.

Quod pro quæ res.

Rarior eſt modus loquēdi Salluſtij in Catilinā, Interea ſeruitia repudiabat, cuius initio magna copia ad eū cōcurrebat. Sic legit Priſcianꝰ, & exponit(cuius)ſubſtātiue, pro cuius rei. vulgaris impreſſio habet quorum. Similiter apud Terentiū, Qui habet ſalem, quod in te eſt. (Quod)ſubſtātiuatur, pro quæ res. Potes intelligere(quod) ſcilicet ſalem habere: non autē quod ſal: quia potuiſſet dicere optime, qui ſal, vt probaui in generibus. Similiter capitur(quod)pro quæ res, apud Apoſtolum, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno CHRISTI Dei. Græcè eſt qui eſt idolorum ſeruitus, teſte Valla. vt ad Coloſſenſes, Quibus voluit Deus notas facere diuitias ſacramenti huius in gentibus, quod eſt CHRISTVS. Græcè eſt qui, teſte Valla. In Actis Apoſtolorū, Quem Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Cuius, ſcilicet rei. In Euāgelio, Diabolus eſt mendax, & pater eius: ſcilicet mēdacij, aut mēdacis. Omnis enim mēdax eſt filius diaboli.

Seruitia cuius copia. Salem quod

QVARTA. Dicit Boetius Proſa ſexta ſecundi libri, Quid verò(ſi ſpectes corpus)imbecillius homine reperire queas? quos ſæpe muſcularum quoque morſus, vel in ſecreta quæque reptantium necat introitus. Hic antecedēs(homine)diſcordat à relatiuo(quos)in numero: ergo regula nō eſt in omnibus vera. Reſpondeo, Quos non refert ſingulare homo, ſed plurale homines, quod per ſingulare infinite ſumptum(homine)ſatis intelligitur. Licétne nobis ita loqui? Etiam tam parcè in tali opere, non in quotidiano ſermone, aut epiſtolis. Da ſimiles orationes. Virgilius ſeptimo AEneidos, Fulmen erat, toto

Homine quos.

genitor quæ plurima cælo Deijcit in terras. quæ ſcilicet fulmina. Cicero pro Milone, Si tẽpus eſt vllum iure hominis necandi(quæ multa ſunt) certe illud non modò iuſtum, verum etiam neceſſarium, quum vi vis illata defenditur. Non abhorret ab hoc loquendi modo Liuianum illud lib. octaui quartæ Decadis, A velitibus trucidabantur, hic miles tripedalem parmam habet. quia miles pro militibus poetæ & hiſtorici ſæpe dicũt: ideo ad plurale nõ ineptè fecit relationẽ, vel demonſtrationẽ ſingularẽ: tamen niſi addidiſſet miles, nõ hic, ſed hi dixiſſet. Hic certe aliquãdo eſt relatiuũ ſubſtãtiæ ſimilitudinis.

Eunuchum his. QVINTA. Dixit Terentius in Eunucho, Eunuchum dixti velle te, quia ſolæ vtũtur his reginæ. Hic antecedens Eunuchum diſcordat à relatiuo his in numero: ergo regula nõ eſt ſemper vera. Reſpondeo, His non refert Eunuchum, ſed intelligitur delicijs, teſte Donato: quia ſenſus eſt, Eunuchum dixti velle te, quia ſolæ vtuntur his, id eſt talibus delicijs reginæ: & eſt oratio congrua ſenſu non voce. Regula autem intelligitur de orationibus voce congruis. Badius diceret ſimilem ſuperioribus locutionẽ, in quibus ad ſingulare propterea fit relatio pluralis, qui mutato ſenſu verior eſt: nõ enim Eunuchum quouis vtuntur reginæ, ſed Eunuchis, ſaltem quæque ſuo. Licétne nobis ita loqui? Non niſi parcè in ſimili opere. Da plures orationes relatiui & antecedentis tantum ſenſu congruas. Terentius in prologo Eunuchi, Si quiſquã eſt qui placere ſe ſtudeat bonis Quamplurimis, & minime multos lædere: In his Poeta hic nomen profitetur ſuum: Dixit his pro talibus, aut quia quiſquã ad multos pertinet. In eadem comœdia, Vt dij deæque omnes ſenium perdãt, qui me hodie remoratus eſt. ad intellectum

Senium qui. retulit, teſte Donato: quia ſenium poſuit, & ad ſenem reſpexit. Sic in Andria, Vbi illic eſt ſcelus qui me

Scelus qui. perdidit? Donatus, Ad intellectũ, non ad verba redegit: & cepit ſcelus pro ſceleſtus. In Virgilio, Quin

Aliquid quorum. tu aliquid ſaltem potius, quorũ indiget vſus, Viminibus, mollíque paras detexere iunco? Antecedens non eſt(aliquid) ſed intellectum eorum, vel horum.

Mulier qui. SEXTA. Dicit Enniꝰ apud Diomedẽ, Quis tu es mulier, qui te inſueto nũcupaſti nomine? Antecedẽs mulier, diſſimile eſt relatiuo in genere. ergo doctiſſimi nõ obſeruãt regulã tuã. Reſpõdeo, Enniꝰ, teſte Diomede, fecit ſolœciſmũ nobis nõ imitandũ: quia poſuit qui pro quæ. Quædã autẽ licent ſummis, quæ non vulgo. Potes etiam dicere(qui) olim fuiſſe communis generis, vt quis, quod placet.

Sagittas quæ tela. SEPTIMA. Dicit Virgilius, celeréſque ſagittas Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates. Hic antecedẽs(ſagittas) diſcordat à relatiuo(quæ) in genere: nec licẽter locutꝰ eſt, quia nõ licuit dicere, quas tela. Ergo regula non eſt ſemper vera. Reſpondeo, Regula intelligitur quando relatiuo non additur aliquid immediate, vt ſubſtantiuũ adiectiuo: quia ſic relatiuum antecedenti non conueniet, vt in dicta authoritate, & omnibus ita loqui licet. Cæſar primo de bello ciuili, Interim Cæſari nuntiatur, Sulmonenſes(quod oppidum à Corfinio ſeptem milium interuallo abeſt) cupere ea facere quæ vellet. Hirtius ſiue Oppius de bello Hiſpanico, Quatuordecim milia Verſalonẽ proficiſcũtur: quod oppidũ munitionibus cõtinebatur. Horat. Saty. 6. de patre ſuo optimo loquẽs, Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimꝰ omnes Circũ doctores aderat, quid multa? pudicum (Qui primus virtutis honos) ſeruabat ab omni Nõ ſolum facto, verum opprobrio quoque turpi. Ordina, Qui honos virtutis eſt primus: vel(quia in concreto obſtractum intelligitur) qui pudor eſt primus honos virtutis, hoc magis placet.

Meſſiã quod OCTAVA. Legimus in Euãgelio, Inuenimus Meſſiã, quod interpretatur CHRISTVS. Tu vocaberis Cephas, quod eſt Petrus. Hic antecedens & relatiuũ diſſimilia ſunt in genere. Et apud Ouidiũ in numero, Ex vero poſitũ permãſit Equiria nomẽ, Quæ Deus in cãpo præſtitit ipſe ſuo. Eſt in fine ſecũdi Faſt. Ergo regula nõ eſt ſemper vera. Reſpõdeo, Nulla eſt diſcordia: quia nõ refertur antecedẽs pro re, ſed pro voce, ſiue materialiter. Iam dictio materialiter poſita, eſt neutri generis, & ſenſus eſt; Inuenimus Meſſiã, quod nomẽ ſiue vocabulũ Meſſias, interpretatur CHRISTVS. Tu es Cephas, quod nomẽ Cephas eſt, id eſt interpretatur Petrus. Cõtrario modo in Ouidio antecedẽs capitur materialiter, ſed refertur pro re, ſiue(vt dialectici nunc loquũtur) perſonaliter: & ſic eſt pluralis numeri, neutri generis, & nulla eſt diſcordia. Licétne nobis ita loqui? Licet profecto omnibꝰ, quia ſæpe ita loquũtur doctiſſimi. Da plura ex ſacris exẽpla. In Euãgelio, IESVS dixit ſurdo & muto, Hephethah, quod eſt adaperire. Rabbi, quod interpretatur magiſter. Crucifixerunt eũ in Golgotha, quod eſt Caluariæ locus. Similiter dices, Beatis dat Deus aureolã, quod ab auro dicitur. Sic IESVS interpretatur Saluator, qui nos ſeruauit. Qualis relatio eſt in dictis orationibus? Simplex. Cur? Nam relatiuũ ſubſtãtiæ nõ accipitur pro eadem re numero cũ antecedente. Nam antecedens capiebatur pro re, relatiuũ pro voce, aut cõtrà.

Relatio perſonalis. Quotuplex eſt relatio? Duplex, vt Alexander vult, ſimplex videlicet & perſonalis. Quæ eſt relatio perſonalis? Vbi relatiuum pro eadem re capitur cum antecedente, ſi ſubſtantiæ fuerit, nec diuerſitatis,

Relatio ſimplex. nec reciprocũ: vt Studet Haloinus, quem amo. Quæ eſt relatio ſimplex ſiue imperſonalis? In qua relatiuum ſubſtãtiæ ſimilitudinis non reciprocum, non capitur pro re eadem numero cum antecedente: vt Habeo librum quem emiſti, id eſt qualem.

Quot modis fit relatio ſimplex? Quinque. Primo vbi relatiuũ & antecedẽs capiũtur pro rebus ſpecie eiſdem, ſiue vbi(qui) capitur pro qualis, (is) vel (ille) pro talis: vt Bibo vinũ quod tu bibis, Laboro eodem morbo quo tu: & ſi Alexãdro credimus, Fœmina clauſit vitæ portã quæ reſerauit: vt antecedẽs de Heua, relatiuũ de Maria intelligatur. Crucius noſter negat eiuſmodi loquendi modum reperiri, cui facile aſſentior. Secundo, vbi antecedens pro re capitur, relatiuũ pro voce: vt Dat Deus aureolã, quod

ab auro dicitur. Tertio, vbi antecedens pro voce capitur, relatiuum pro re: vt Ab equis equiria deriuatur, quæ iuuat nos videre. IESVS interpretatur ſaluator: quia per eũ mundus ſeruatus eſt. Quarto, quando antecedens eſt æquiuocũ, id eſt plura ſignificans, & antecedens capitur pro vno ſignificato, relatiuũ pro alio: vt Sunt domini quæ nos fecere manus crucifixæ. ibi antecedens capitur pro parte corporis CHRISTI: relatiuum pro poteſtate diuina, quia manus membrum & poteſtatem ſignificat. Cicero in Catilinam oratione tertia, Tactus eſt etiam ille qui hanc vrbem cõdidit Romulus. Antecedẽs capitur pro ſtatua, relatiuum pro homine. Quinto, vbi relatiuum & antecedens capiuntur indefinite, & pro natura magis, quàm determinate pro indiuiduis: vt Cũcta timent hominem, quia præſidet ille creatis. Licet omnibus vti his modis. Vtrum autem ſint contra regulas logicæ, ne curet grammaticus. Zenderus adijcit duos modos, ſed falſi ſunt. Quis enim ita loquitur, Homo currit qui eſt ſpecies, Homo eſt ſpecies qui currit? Poſſent plures oppugnationes facere de regula indifferẽtiæ, Cõceptione, Zeugmate, &c. & de hac & ſimilibus, Legis ſcripta mea qui ſtudeo, &c. quibus ſuperſedeo: quia ſtudioſus adoleſcens ipſe per ſe faciet, vbi audiuerit nominatiui & genitiui regimen, vt ex regulis quæ ſequuntur.

DE RELATIVO REGVLA ORATORIA.

Quando relatiuo præcedens ſubdis, eodem
Ponatur caſu: quia verbo dantur eidem.
Quem ſcribo librum, bonus eſt: ornatius aio,
Quàm librum quem: nam rarò reperimus in vſu.

Quando relatiuum qui, quæ, quod præponitur antecedenti ſic, vt antecedens cum eodem verbo cõſtruatur, Latine & eleganter in eodem ponuntur caſu: vt Quas ad me dediſti literas, fuerunt elegantes & iucundæ. Quam legis hiſtoriam, eſt lepida. ponit hanc regulam Valla & doctiſſimi quique. Eſtne aliquid in hac regula vitij? Nihil penitus, ſed multum elegantiæ.

Argumentor, Per hanc regulam verbum perſonale finiti modi habet accuſatiuum ante ſe pro nominatiuo: vt Quas ad me dediſti literas fuerunt lepidæ: ecce literas fuerunt, pro Literæ fuerunt, & literas lepidæ, pro Literæ lepidæ, contra regulam adiectiui & ſubſtantiui. Reſpõdeo, Antecedens explicite poſitum adhæret relatiuo, & ab eodem regitur verbo, vnde nihil eſt vitij: quia in ſecundo verbo nominatiuus facile intelligitur, vt in adiectiuo ſubſtãtiuum: vt Quas literas ad me dediſti, ſupple, eæ literæ fuerunt lepidæ, &c. Da teſtimonia ſiue exempla huius regulæ ex bonis authoribus. Terẽtius, Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ. Naſo, Cecidere manu, quas legerat herbas. Idem, Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. Terent. Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas. Quintilianus, Non ſuſtineo eoſdem expetere, ne quos porrexerim cibos, venena fiant. Sic in ſacris, Quem ego decollaui Iohannem, ſurrexit à mortuis. Debet antecedens cum relatiuo conſtrui, teſte Donato in illud, Populo vt placerẽt, &c. ideo ineptè diceres, Quas ad te dedi, fuere literas ornatæ.

SI ANTECEDENS in eodem caſu præcedat, eritne oratio congrua? Veluti, Librũ quem ſcribo bonus eſt. Reſpõdeo, Talis oratio erit cõgrua, non tamen elegans: quia apud Latinos rarò reperitur: nec vtemur in quotidiano ſermone, aut in epiſtolis, licet Dathus has à cæteris non ſecernat.

Argumentor, Talis oratio peccat contra regulam verbi & nominatiui, ſimiliter adiectiui & ſubſtãtiui: quia antecedens reſpicit ſecundum verbum vel adiectiuum, & relatiuum cum ſuo verbo facit Parentheſim: ſic, Sermonem (quem vos audiſtis) non eſt meus: ergo talis oratio nullo modo eſt toleranda.

Reſpondeo ſecundum multos concedendo eiuſmodi orationes peccare cõtra dictas regulas, quia eſt Antiptoſis: tamen ſunt tolerandæ, & Latinæ dicendæ, propter authoritatem dicentium, & ſunt exceptiones à regulis adiectiui & verbi. Rarò tamen imitabimur. Alij, inter quos Donatus, conſtruunt antecedens cum relatiuo, & in ſecundo verbo debitum caſum intelligunt, vt in regula oratoria: & eſt loquendi modus frequens apud Græcos, quos parcè imitantur Latini: nimis verò ſæpe hagiographi.

Da authoritatem. Plautus in Amphitryone, Naucratem quem conuenire volui, in naui non erat. cõ- Plautini loci
ſtrue, Quem Naucratem cõuenire volui, is in naui non erat. Aſtipulatur huic opinioni Bernardus Saracenus, vt multi alij. Idem in Aſinaria, Patronus qui vobis fuit futurus prodidiſtis. Ordina ſine parentheſi, Qui patronus fuit vobis futurus, eum prodidiſtis. Sic in Aulularia, Pici qui aureos montes colũt,
ego ſolus ſupero. Et in Curgu. Iſtum quem quæris, ego ſum. Gellius lib. 1. capite 29, Cognati & affines Gellij locus.
operam quam dare rogati ſunt, ſuperſederunt. ordina, Quam operam rogati ſunt, ea ſuperſederunt. Id nimis frequens eſt in ſacris, vt in Euangelio, Sermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris. Hunc quem modo habes, non eſt vir tuus. Vnctionẽ quam accepiſtis, maneat in vobis. IESVM quem quæritis, nõ eſt hic, ſurrexit. In Pſal. Lapidẽ quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et in Geneſi, Terram quã poſtulas, quadringentos ſiclos auri valet. ita legunt. At in li-
bro meo eſt terra nominatiuus: & ſic grãmatice loquimur, Liber (quem ſcribis) bonus eſt. Valla in il- Vallæ locus.
lud Iohannis, Sermonẽ quem audiſtis nõ eſt meus: Non poſſum (inquit) adduci vt credã interpretem eò licentiæ deueniſſe, vt quod in Virgilio vix toleratur, dicente, Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt: ipſe ſibi

permitteret dicere. Nam illud in pſalmo quod apud Matthæum reperitur, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli:& nonnihil diuerſum eſt,& ita Græcè legitur. Dicit vlterius quoſdam codices ſermo habere, non ſermonem. At in tertio elegãt. videtur ſibi contrarius, dicẽs, In Græco eſt ſermo, non ſermonem. Vnde interpres noſter transferens, maluit Latinè quàm Græcè loqui. Idem dicit oratores poſtponere antecedens: quale foret, Quam ſtatuo vrbem, veſtra eſt.

Argumentor, Oratores vtuntur eiuſmodi orationibus, vbi antecedens præcedit: ergo licet nobis vti etiam in epiſtolis. Cicero in fine Paradoxorum, Meam pecuniam quam tu contemnis, eſt ad tuam opinionem nulla,& ad meam modica. Et in Salluſtium, Nũquid eos quos protulit Scipiones & Metellos antè fuerũt aut opinionis aut gloriæ?& plærique dicunt eſſe locutiones elegãtes: inter quos Bernardus Sarracenus,& ante eum Senenſis, cui concinit inter noſtrates laudabilis eloquentiæ philoſophus Iodocus Clicthoueus. loquitur ſic perſæpe Plautus, vt viſum eſt,& Virgilius, Vrbem quã ſtatuo, veſtra eſt.

Ciceronis locus.

Reſpondeo, Ciceronẽ ita nunquam locutum fuiſſe, quantum cõſyderare potui, niſi ſemel: ídque inuſitate, teſte Valla. vt libro 4. ad Herenniũ, Sulpitio cui paulo ante omnia concedebant, eum breui ſpatio non modò viuere, ſed etiam ſepeliri prohibuerũt. Ad argumentum ergo reſpondeo, Ciceronem peruerſè allegari in Paradoxis: quia non habetur meam pecuniam quam tu contemnis, ſed meam autem pecuniam quoniam cõtemnis:& recte (eſt enim ad vulgi opinionẽ mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica) de me ſilebo, de te loquar. Et in oratione contra Salluſtium non habetur, Nunquid eos, ſed nunquid hi quos protulit,&c. Kempo Theſſalienſis legit meam pecuniam quam tu contemnis,&c.& ego ſimiliter in prima Syntaxeos editione, poſt quam plurima veterum opera diligenter perlegi: quibus multa notaui,& comperi omnes ferme errare qui ex grammaticis grammaticam componunt: quia cæcus cæcum ducit,& ambo cadunt in foueam. Ita aliter ſentio quàm in prima editione. Quod ad Plautum attinet, notum eſt eum multa dixiſſe,& nimis licenter antiquè. At illud Virgilij, Vrbem

Vrbē quam ſtatuo.

quam ſtatuo, veſtra eſt: Valla dixit vix tolerari:& Marcellus cum plurimis dicit accuſatiuum vrbem pro nominatiuo vrbs poni. Seruius ordinat vrbem cum verbo vultis,& ita nihil eſt vitij. Virgilius primo AEneid. Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? Vrbem, ſupple vultíſne quam ſtatuo? veſtra eſt, ſubaudi ea vrbs: ſubducite naues. At Donatus, Lege autem, Quam vrbem ſtatuo, ne ſit error. Idem

Eunuchum quem.

in illud Terentij, Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit: ſic ait. Aut eſt caſus pro caſu, aut quem cum interrogatione pronũtiandum, vt ſit qualem. hæc ſecunda declaratio placet Badio noſtro, vt totum interrogatiue legatur. ſic, Eunuchum quem, id eſt qualem, dediſti nobis? quaſi dicat, ſubornatum, non verum: quas, id eſt quales, turbas dedit? quia vitiauit virginem & cætera. Ibidem Donatus ait,

Donati locus.

Quidam volũt (quem) diſtinguere, quaſi diceret, qualem: ſed neſciunt hac figura multum veteres vſos eſſe. Eunuchum enim quem ad (dediſti) verbum retulit:& intelligitur is Eunuchus. Hæc Donatus.

SECVNDA DE RELATIVO REGVLA ORATORIA.

Si referens ponas inter generum variorum
Caſus, háudque ſequens fuerit proprium, dabis vt vis:
Sin proprium fuerit, referens conforme ſit illi.

Quotieſcunque relatiuum qui, quæ, quod, ponitur inter caſus diuerſorum generum, ſi ſoquens fuerit nomen appellatiuum, poterit cõcordare cum vtrolibet: ſi verò ſequens ſit nomen proprium, cũ eo concordabit relatiuũ. Da prioris partis exempla. Video animal qui aſinus dicitur, vel quod aſinus dicitur: vtri elegantius conformatur? Poſteriori: vt Nauigo aquam, quæ mare dicitur:& elegantius, quod mare dicitur. Da authoritatem. Cicero primo de legibus, Animal plenum rationis & cõſilij, quem vocamus hominem. Et alibi, His animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſydera & ſtellas vocatis. Plinius, In coitu verò lunæ quod interlunium vocant, quum apparere deſierat. Cicero in Paradoxis, Quibus tandem gradibus Romulus in cælum aſcendit? hiſne quæ iſti appellant bona? Idem, Omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratum putãt. Quintil. Vbi verò vniuerſas familias fames extinxit, quæ maxima pars eſt, inanes domus ſitum ducunt. eſt elegans loquendi modus. Virg. Nec partem poſuêre ſuis, quæ maxima turba eſt. Quintil. Supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit. In his relatiuũ cum ſequẽti concordat. vbi verò antecedenti conformatur. Cicero, Homines tuentur illum globum, qui terra dicitur. In eodem Scipionis ſopnio, Terra omnis eſt inſula quædã circũfluа illo mari, quod oceanum appellatis. Ita habet Badiana impreſſio. alij habẽt maſculine quẽ:& Oceanus verius propriũ, quàm appellatiuũ cẽſeri debet, vt Forſan Chaos. Ouid. Ante mare & terras & quod tegit omnia cælũ, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quẽ dixere Chaos. Da poſterioris partis authoritatẽ. Sallu. Eſt in carcere locus, quod Tullianũ appellatur. In ſacris, In ſemine tuo qui eſt CHRISTVS. licet CHRISTVS appellatiuũ dici poſſet. Et, Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, qui eſt IESVS CHRISTVS. Titus Liu. lib. 3. ab vrbe, Ea omnia in pratis Flaminij cõſilio plæbis acta, quẽ nũc

n.iij.

circum Flaminiũ appellant. Idem, Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, vrbs prona in paludem. Cicero actione ſexta in Verrem, Carcer ille eſt qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ latomiæ appellãtur. Sic dicemus, Eſt opus Ciceronis qui Cato inſcribitur. In Flandria flumen patriam meam Niniuen interluit, qui Tenera dicitur.

CONTRA REGVLAM ARGVMENTOR BIFARIAM.

PRIVS SIC, Relatiuum conuenit aptę præcedẽti, licet ſequens caſus fuerit nomen proprium: ergo regula eſt falſa. Cicero ſecũdo de Natura deorum, Propius à terra Iouis ſtella fertur, quæ Phaeton dicitur. Valerius Maximus libro ſecundo, Antea Senatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie ſenaculũ appellatur. Plinius lib. 30. capite quarto, Proditur certe in Crete expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, ceſſaſſe fontes, amnéſque qui in eo ſitu multi erant. Pomponius Mela, Pelagus in duos ſinus promontorio, quod Ferrariam vocant, finditur. Idem, Ab eo flumine quod Saliã vocant. Titus Liuius in ſexto libro quartæ Decadis, Herculi ſacrificiũ fecit in eo loco, quem Pyram (quod ibi mortale corpus eius dei ſit crematũ) appellant. Curtius libro tertio, Darius ad eũ locũ quem Amanicas pylas vocãt, peruenit. Perottus in Polybio, Verſus orientem defluit flumen, quod Eurotas appellatur. Hæc non ex grammatica, ſed ex authoribus collegi.

Reſpõdeo, Hæc regula de elegantia datur non de congruitate: iam licet dictæ orationes ſint Latinæ aut congruæ, nõ tamen cenſentur tam elegantes vt illæ, in quibus relatiuũ cõcordat cũ ſequẽte quod eſt nomen proprium: & nihil aliud vult regula. Veruntamẽ aliter loquens non debet cẽſeri illepidus, vt ſatis docent authoritates prædictæ.

POSTERIVS SIC, In hac & ſimili oratione, Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur: relatiuum diſcordat ſemper ab antecedente in genere vel in numero: ergo talis oratio non eſt cõgrua.

Reſpondeo, Hæc regula eſt elegãs exceptio à cõcordantia relatiui & antecedẽtis: ideo nihil vitij eſt. Eſt & regula Seruij AEneid. primo, ibi, Eſt in ſeceſſu longo locus, &c. Et eandem latius declarat Valla, & reliqui eloquentiæ præceptores. Eſt vbi elegantiſſime loquimur ſine certo antecedente. Quintil. Ego (quæ fœliciſſima vel laſſitudo vel ſatietas eſt) virtute conſenui. Semper cum ſequente elegãtior eſt concordantia, vt dixi. Apul. lib. 10, Oriundus patria Corintho, quod caput eſt totius Achaiæ. Et in ſacris, Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Eſt pia ſtirps Ieſſe, quem CHRISTVM credimus eſſe, dixit Alexander: qui male credidit eiuſmodi orationes eſſe vitioſas.

DE CONIVNCTIS ET DE INTERROGATIVO.

Conſimiles optant caſus coniunctio, quærens,
Conſimileſque modos, ſi non regimen varietur.

Coniunctio & quicquid coniungendi vim habet, petit ſimiles caſus & modos, ſimiliter interrogatiuum & reſponſiuum eiuſdem erunt caſus, niſi regimen varietur. Da exempla prioris partis. Vxor & maritus litigãt. Deus vel dæmon malus eſt. Tu es fortior quàm Petrus. Superbus ambulat quaſi rex.

Quæ habẽt vim cõiungẽdi? Quàm, niſi, præterquã, ſicut, quaſi, velut, & plura. Da poſterioris partis exẽpla. Cuius eſt liber? Petri. Cui dabis panẽ? Pauperi. Quis miſeretur peccatoris? Mitiſſimus IESVS. Quem tremunt barathra? IESVM. A quo liberati ſumus? Ab IESV. Reſponſiuum dicitur pulchre redditiuum.

Quare addidiſti, ni regimen varietur? Quia vbi dictiones exigunt vel regunt diuerſos caſus, ſi neceſſariò fiat, hæc regula non habet locũ, vt dicimus, Liber meus: & nullo modo, Liber mei: ideo neceſſariò dicimus, Hic liber eſt meus & Petri. Cuius penna eſt? mea. Virg. Cuiũ pecus, an Melibœi? Quãti emiſti? aureo. Cuius intereſt? mea. Accuſaris furti an homicidij, an vtroque? Exemplum de ſimilibus modis. Terentius, Quum nihil eſt, nihil deſit tamen. à deſio: pro quo alij ineptè ſcripſere deſit à deſum. Idem, An quòd viam ignorant, an quòd iter perferre nequeunt. nonnulli habent ignorent, nequeant, vtrunque coniunctiui. Alij male legunt, vt alterum ſit indicatiui, alterum cõiunctiui modi. Cicero in procemio Rhetoricorum ad Herennium, Etſi negotijs familiaribus impediti, vix ſatis otiũ ſtudio ſuppeditare poſſumus: & idipſum quod datur otij libentius in philoſophia conſumere cõſueuimus. poſſumus, indicatiui modi eſt, teſte Valla. Badius, Si diuerſos modos exigit ſententia, non inepte dantur: vt Sum robuſtus, & eſſem robuſtior niſi paſſus febrim.

DE CONIVNCTIS IN DIVERSO CASV.

QVOT MODIS per coniunctionem diuerſi caſus annectuntur? Tribus modis. Primo, Quando poſt adiectiuum ſequitur cum adiectiuo dictio partis aut proprietatis: vt Rex fortiſſimus, & magnæ prudentiæ. Plautus in Menæhmis, Quid ais homo leuior quàm pluma, ſubdole, ac minimi pretij?

Secundo inter pronomen poſſeſſiuum & alium caſum: vt Penna mea & Petri.

Tertio, vbi dictio in eodẽ ſenſu regit diuerſos caſus: vt Intereſt mea & Petri. Emi tribus ducatis & pluris. Id autẽ fere fit vbi aliter loqui nõ licet. nam ſi in eodẽ caſu poni poſſunt, rectius ita locabũtur,

vt melius dicit Euangeliſta, Plenum gratiæ & veritatis: quàm ſi dixiſſet in diuerſo caſu, Plenum gratiæ & veritate. ſic diues pecoris & argenti, vel diues pecore & argento. vix auſim in diuerſo caſu locare diues pecoris & argento. Virgilius primo AEneid. Succinctam pharetra & maculoſæ tegmine lyncis. Idem, Quod ſcelus aut Lapythis tantum aut Caledone merente. ſimiles caſus ſunt, teſte Seruio, licet aliqui pharetram etiam legerãt. Iterum Virgilius, Iuſtitiæne prius mirer bellíne laborum. genitiuus iuſtitiæ legendus eſt, non ablatiuus iuſtitia, teſte Priſciano, quia miror te iuſtitiæ, Græco more dicitur, pro miror iuſtitia.

Virgilij locus.

Aliquando cõiuncta diuerſorum caſuum ſunt, vbi poſſent eſſe eiuſdem: ſed id perrarum eſt. Boetius in primo de Conſolat. Mulier reuerendi admodum vultus, oculis ardentibus, colore viuido atque inexhauſti vigoris. Ideo non damno multum illud Pſeudocurtij, Vir præſtanti bonitate, animíque integerrimi vocari haberíque volo. Iuſtin. 12, Deceſſit Alexander menſe vno annos tres & triginta natus. Ex his ſatis liquet coniunctionem ex ſua natura neque ſimiles neque diſſimiles caſus copulare: ſed quoſcunque caſus dictio regens poteſt regere, illos etiam coniunctio poteſt copulare.

At, Aſt, Et. Quomodo differũt, At, aſt, ab & ? Et, eſt copulatiua, at eſt diuerſatiua, pro ſed. At etiã ponitur pro ſaltem. Virgil. Si genus humanum & mortalia temnitis arma: At ſperate deos. ſperate, id eſt timete. Aſt poeticũ eſt.

Quàm. Tam. Quàm ante ſe capit tã: vt Es tã rudis, quàm ſtipula fabalis. Tã diligo te, quàm meipſum. Indocti (ſicut) pro (quàm) ponunt: dicentes, Iohãnes eſt tam doctus ſicut Petrus: diceret, quàm Petrus: quia (quàm) dicit æqualitatem & quantitatẽ, non ſimilitudinẽ: ſic dices, Tam pene cecidi quàm tu, non ſicut tu.

Quaſi. Quàm pene legiſti librũ: nõ, quàm quaſi: quia (Quaſi) ſimilitudinẽ dicit: vt Iohãnes ſalutat me quaſi diligat. Semel tamẽ inueni Quaſi pro pene vel fere. Sueto. in Caligula, Nono Calẽdas Februárij, hora quaſi ſeptima cunctatus an ad prandiũ ſurgeret. Crediderã me id primũ notaſſe, ſed poſtea inueni ab Eraſmo idem diligẽter notatũ: vereor tamen ne mendũ ſit, quia tantũ ſemel inueni: ideo libẽrius dicerẽ, hora circiter, pene, prope, aut fere ſeptima: niſi credamus ita loqui Ciceronẽ in quarto Acad. de ſole, Quãtulus nobis videtur? Mihi quidẽ quaſi pedalis. (Quã) ſine (tam) vult ſimiles modos: ideo dices, Præſtat mulierẽ nubere quàm viri. nõ quàm quòd vratur. Item, Quod ex parte meũ eſt, nõ tã meũ eſt, ꝙ quod ex toto meũ eſt: nõ ſicut quod, &c. Et, Enſis tantũ ſignificat quantũ gladius, nõ ſicut gladius. At Socrates ſignificat ſicut Plato: quia vtrũq; ſingulariter. Hæc poſui, quia plures in his erraſſe cõperi.

Niſi. Niſi cõiungit magis commune & minus commune, vt Nemo niſi ſtultus ita ſentiret: nõ autẽ, Nullus homo niſi lapis eſt inanimatus. Claudianus, Quis niſi mentis inops oblatum reſpuat aurum? Niſi, id eſt præterquam. Niſi enim ſignificat, ſi non. Terentius, Niſi me animus fallit, hic eſt annulus. id eſt ſi non erro. Niſi fallor, ille eſt Iohannes. Quid eſt animal niſi ſubſtantia ſenſitiua: non autem quàm, niſi dicas, aliud quàm.

Præterquam Præter. Præterquam aduerbium eſt, & exigit ſimiles caſus: vt Auarus nulli rei præterquam pecuniæ ſtudet. Præter eſt præpoſitio, & regit accuſatiuum: vt Auarus nulli rei præter pecuniam ſtudet. Id autẽ durẽ.

Cõiũctio inter diuerſa. Quomodo dicimus, Tullius & Cicero ſunt entia, an ſunt ens? Neutrum, quia vtrunque iuxtà eſt ineptum. Cur ita? Nam vt recte dixit Alexãder, Iungit diuerſa coniunctio ſignificata. Iam Tullius & Cicero idem ſignificãt: ergo male diceremus, Tullius & Cicero, niſi pro ipſis vocibus: quapropter male dicitur, animal & homo, pro animal homo. Itẽ, homo & alb9, pro homo alb9, &c. Vix admonuiſſem de re tam friuola, niſi apud Flandros ludimagiſtri quidam triobolares de his nugis acerrime digladiarentur.

DE INTERROGATIVO ET RESPONSIVO.

REGVLAM ſic oppugno. Recte dicimus, vbi comedes? Hic. nec eſt in caſu cõcordantia. Reſpondeo, hoc fit quia (hic) nec interrogatiuum, nec reſpõſiuum alicuius caſus eſt, & regula intelligitur dum interrogatiuum & reſponſiuum ſint alicuius caſus. Sic vbi reſpondemus (ita).

Ita. Terentius in Eunucho, Pro te huc deductus? ita. In eadem, De iſta rogas virgine? ita. Plautus in Bacchid. Egóne iſtuc dixi? ita. Et in Curg. Mihin'? ita. ſic alibi ſæpius. ne quia vulgare eſt damnes: licet per (etiam) Valla vult elegantius reſponderi. Intellexiſti hæc omnia? Etiam. Secundo. Dicit Donatus, Qualitas nominum in quo eſt? bipartita eſt: hic reſpondetur in diuerſo caſu. Similiter, Cuius intereſt? mea. Reſpõdeo, in his variatur regimen, & ſic non contra regulam, quia dicitur, ſi non regimen varietur.

Quot modis interrogatiuum & reſponſiuum non ſunt eiuſdem caſus? Sex. Primo, vbi caſus nullus eſt: veluti, Vbi ſtatuit? hic. Secũdo, quãdo non reguntur ſimiliter ab eadem dictione: vt Qualitas nominum in quo eſt? bipartita eſt. Tertio, quando reguntur ab eadẽ dictione, neceſſariò diuerſos caſus regẽte: veluti, Quãti emiſti? vili. Quarto, quãdo ad cuius genitiui caſus reſpõdentur poſſeſſiua, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter: vt Cuius eſt liber? meus. Cuius eſt damnũ? meũ. Similiter quãdo ad qualis aut quantus reſpõdetur proprietas aut pars cũ adiectiuo laudis vel vituperationis: vt Qualis fuit Salomõ? magnæ ſapiẽtiæ. Quinto, quando ad cuius, cuia, cuiũ, reſpõdetur genitiuus: vt Cuium pecus? AEgonis. Sexto, quãdo ad quotẽnis reſpõdetur genitiuus: vt Quotennis es? duodecim annorũ. Ita reſpõdet Sulpitius. Hic vltimus modus ſuſpect9 eſt, quia quotennis nõ eſt in doctorũ vſu, licet Priſcian9 ponat.

Quid eſt interrogatiuum nomen? Eſt rei dubiæ vel tanquã dubiæ poſtulatiuum. Interrogatio eſt rei dubiæ vel tanquã dubiæ poſtulatio. Siquis interroget, Qualis es? potéſne reſpondere homo? minime.

Cur non? quia interrogatiuis danda ſunt debita reſponſiua: vt Quis es? Petrus. Quid es? homo. Qualis es? albus, niger, doctus, & cætera qualitatem dicentia. Quantus es? bipedalis, & cætera quantitatem continuam ſignificantia. Quotus es? primus, ſecundus, &c. Qualem equum emiſti? Valla dicit aptè reſponderi, oblongum, lato pectore, breui aluo: quia qualitas magis quàm certa quantitas ſignificatur. Quot ludunt? tres, quatuor, &c.

DE NOMINVM REGIMINE.

Poſt concordantiam de caſuum regimine agendũ eſt, non de actiuo quidẽ quo modo regant (quanquam ne id quidem ſilebitur) ſed de paſſiuo quo modo caſus regantur. Sunt autem caſus ſex, nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. De vocatiui regimine nõ agemus, quia non regitur. Sunt qui ponant octauum caſum, is ſub datiuo continetur: & ſeptimum, is in ablatiuo comprehẽditur. Siqua dictio diuerſos regat caſus, tota declarabitur in priore caſu, nec alibi repetetur. multa etiam obiter dicentur. aſpiret cœptis mitiſſimus deus noſter IESVS CHRISTVS.

Quot modis nominatiuus ponitur in oratione? Duobus. Priore modo regitur: vt Auis canit. Poſteriore ponitur abſolute ſine regimine: vt Dominus noſter IESVS, is facit omnia.

Quot modis nominatiuus regitur? Duobus. Figurate, & ſine figura. Figurate, vt Tu & Petrus ludítis. Sine figura, Tu ludis.

Quot modis regitur ſine figura? Duobus: à fronte & à tergo. A fronte, vt Deus regnat. à tergo, Vocor Iohannes, Sum homo.

Quot modis nominatiuus regitur figurate? Septem. Primo vbi appoſitio eſt: vt Fluuius Tyberis eſt turbidus. Secundo per euocationem: vt Ego Petrus ſcribo. Tertio per conceptiònem perſonarum: vt Ego & tu legimus. Quarto per Prolepſim: vt Studemus, ego quidem poeticæ, tu verò medicinæ. Quinto per Zeugma: vt Hebræi ſunt, & ego. & eiuſmodi orationes non Latinæ modò, verũ etiam perelegantes ſunt. Sexto per Antiptoſim in proſa prohibitã, præſertim in epiſtolis & quotidiano ſermone: vt ſiquis dicat, Soni alij voces, alij non voces. pro ſonorum alij. Septimo per Syntheſim raro vſurpandam: vt Turba ſtrauerunt veſtimenta. Hæc parua quidem ſunt, ſed multis quàm gratiſſima.

REGVLA NOMINATIVI PRIMA.

Antè capit rectum in perſona conuenientem
Et numero, verbum quod perſonale vocatur,
Necnon finitum: rectum perſæpe tacemus.
Sæpe loco illius quid pono. Ne puer vni
Pluralem dones ſermonem: non honor eſt hic.
At de me ſolo numerus dicetur vteruis.

Omne verbũ perſonale finiti modi regit ante ſe expreſſè vel ſubauditè eiuſdẽ numeri & perſonæ nominatiuũ, vel aliquid pro nominatiuo: vt Ego ſcribo, tu legis, ille auſcultat: Nos canimus, vos oratis, illi fabulantur. Tyrannũ regnare nocet reipublicæ. pluit, ningit. Nominatiuus vulgò dicitur ſuppoſitũ, verbum autem appoſitũ: ſed appoſitum rectius dixeris caſum verbi quem poſt ſe regit. Quare dixiſti in regula perſonale? Quia impersònale ante ſe nominatiuum non recipit: vt Statur, curritur, pœnitet me peccati. Quare dixiſti finiti modi? Quia infinitiuus ante ſe nõ nominatiuum, ſed accuſatiuum recipit: vt Me amare rumor eſt.

Quot ſunt modi finiti? Quatuor: Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus. Cur dixiſti ante ſe, ſiue à fronte? Quia verbum perſonale poſt ſe plerunque recipit obliquum: vt Miſereor tui, amo deum. Cur dicis expreſſe ſiue explicite? Propter tales orationes, Deus regnat, ego ſcribo: vbi expreſſe ponitur nominatiuus. Cur dicis ſubaudite ſiue implicite? Quia nominatiuus aliquãdo in verbo intelligitur: vt Pluit, ſcilicet deus vel natura. Aiunt Cæſarẽ aduenire, ſcilicet homines. Cur dicis eiuſdẽ numeri & perſonæ? Quia aliter ineptæ eſſent orationes, vt Ego curris, tu lego, Petrus legũt, tu dixit, &c.

Cur nominatiuũ dicis & non rectũ, vt in carmine? Vt vocatiuũ excludam, qui rectus eſt: quia nominatiuo ſimilis, ſed nunquã à verbo regitur. Cur dicis vel aliquid pro nominatiuo? Quia multa per ſe nullius caſus, nominatiui officio funguntur: veluti, Furari malum eſt, De elegãtia diſceptare iucũdum eſt. Cur non dixiſti nominatiuum pro ſuppoſito, vt Grammatiſtæ? Quia ſic nominatiuus non eſſet ſuppoſitum: quia Pro ſignificat loco alicuius. Plinius, Iunipero ſpina pro folio eſt. Cic. His temporibus Pro.
audacia pro ſapientia vtuntur. Salluſtius, Audacia pro muro habetur. Terẽtius, Venit Chremes poſtridie ad me clamitans indignum facinus comperiſſe ſe, Pamphilum pro vxore habere peregrinam. Plautus, Qui pro cibo habeat te verberari. Idem, Amator qui bona ſua pro ſtercore habet. Sic habes Catharinam pro vxore, ſi concubina ſit: alioqui habes Catharinam vxorem, diceres. In Euangelio, Noli timere Ioſeph fili Dauid, accipere Mariam cõiugem tuam. ideo malè dicunt neoterici dialectici, Oratio po-

nitur pro genere in diffinitione enũtiationis: quia oratio eſt verũ genus enuntiationis. recte autem dicunt, Vox ponitur pro genere in diffinitione nominis: quia vox non eſt genus nominis. Ponũtur enim hæc in diuerſis categorijs. Hoc non ſatis perſpexit Kempo Theſſalienſis. Quid perſonale, quid impersonale ſit, patet in rudimentis, & in regimine datiui latius declarabitur.

Nominatiu⁹ ſubauditus.

QVOT MODIS nominatiuus ante verbum intelligitur? Tribus. Primo, In omni verbo primæ vel ſecũdæ perſonæ poteſt nominatiuus intelligi: vt Scribo librum, numeras nummos. Ouidius, Et ſiquid faciam nunc quoque, quæris, amo. intelligitur ego faciam, tu quæris, ego amo. Idem, Lude, ſed occulte. Idem, Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ: Sic nullũ vobis tẽpus abibit iners. eſtote vos, Tempus iners, in otio & pigritia, ſine ſtudio. Notate bene adoleſcẽtuli. Raro exprimitur prima perſona aut ſecunda niſi fuerit Emphaſis.

Emphaſis.

Quid eſt Emphaſis? Figura altiorem præbens intellectum, quàm quem verba per ſe ipſa declarant: vt ô Maria tu aduocata noſtra, tu interceſſor, tu ſpes: quaſi dicat, Tu ſola, aut tu præcipue. AEolus ad Iunonem, Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Iouémque Concilias: tu das epulis accumbere diuûm. ſic, Tu me vinceres? quaſi dicat, Tu homo ignauiſſime aut indoctiſſime, &c. Ouidius in primo Meta. In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora, di cœptis (nã vos mutaſtis & illas) Aſpirate meis. Emphaſis eſt, teſte Regio: quaſi dicat, Dij aſpirate meis cœptis: nã &, id eſt etiã vos, & non alij, mutaſtis illas. Vocor Petrus, ſum bon⁹: inepte à fronte nominatiu⁹ exprimeretur, teſte Priſciano: licet ipſe alibi exempli gratia expreſſerit. Secundo, In verbis tertiæ perſonæ pluralis numeri intelligitur homines: veluti, Lolium (vt aiunt) facile creſcit, difficulter perit: ſic ferunt, perhibent, &c. Ouidius, Téque ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.

Verba exceptæ actionis.

Tertio, In verbis exceptæ actionis intelligitur nominatiuus deus vel natura, vt pluit, ninguit. Quid eſt verbum exceptæ actionis? Cuius actus deo vel naturæ ſoli tribuitur, vt pluit, fulminat: quia ſolus deus vere dicit, ego pluo, fulmino, tono, hyberno, pro hyemẽ facio.

Hyberno.

Aliquãdo per metaphoram, id eſt ſimilitudinem creaturis etiam hæc verba tribuũtur: vt Fulminat in Perſas Macedo. id eſt in modum fulminis irruit. Exercitus hybernat in Gallia. id eſt manet, aut caſtra metatur hyeme in Gallia. Proinde tona eloquio ſolito tibi. id eſt in modum tonitru clama, & te iacta, &c. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, &c. Hæc verba dicuntur etiam receptæ, vel exemptæ actionis. Verba brutorum Lancilotus etiam exceptæ actionis vocat: vt Latras, grunnis, gannis, quæ metaphoricὼs, id eſt per ſimilitudinem hominibus tribuuntur. Apud poetas nominatiuus, in pluit, tonat, &c. aliquando exprimitur. Theocritus apud Philelphũ in epiſt. Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis: Sperandũ eſt viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis. Nũc pluit, & clarus nunc Iuppiter æthere ſurgit. Nũc, id eſt aliquando.

Ninguit.

Ninguit cum u litera ſcribitur: quia olim nix in genitiuo ninguis habebat, nunc niuis. Lucretius, Albas effundere ningues. Notauit hoc Seruius in illud 4. AEneidos, Nix tegit alta humeros. Da verba exceptæ actionis. Continentur in his verſibus Badianis,

Fulminat atque tonat, ninguit, pluit atque coruſcat,
Vernat & æſtiuat, gelat, autumnátque, hyemátque,
Hybernat quandoque, tonitruat atque pruinat,
Grandinat & rorat, noctеſcit ſiue dieſcit,
Luceſcit ſimul, aurorat: conformia iunges.
Conformia ſunt, veſperaſcit, adueſperaſcit, crepuſculaſcit, diluculaſcit, &c.

Lapidauerat

Titus Liuius Veijs de cælo lapidauerat.

Aliquid loco nominatiui.

QVOT MODIS ponitur aliquid pro nominatiuo, ſiue loco nominatiui? Quinque. Primo, Infinitiuus ſolus ſine caſu: vt Furari eſt malum. id eſt furtum. Quicquid ponitur loco nominatiui, eſt neutri generis. Perſius, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Cato, Legere & non intelligere, negligere eſt. Ne dicas cum barbaris, Infinitiuus ſe ſolo: quia non dicimus Vado me ſolo, ſed vado ſolus, &c. Secundo, Infinitiuus cũ accuſatiuo ante ſe: vt Tyrannos viuere non expedit reip. id dialectici vocãt

Dictum.

dictum. Quid eſt dictũ? Eſt infinitiuus cum accuſatiuo à fronte: vt Me legere. Tertio, Infinitiuus cum aliquo caſu poſt ſe: vt Seruire deo eſt regnare. Perſius, At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt. Terent. Seni verba dare eſt difficile. id eſt difficile eſt ſenẽ decipere. Eſt pij patris ſuccurrere nato. Silius, Magnum eſt ex hoſte reuerti. Sta. 5. Theb. Dulce loqui miſeris, veteréſque reducere quæſtus.

Appellatũ.

Quarto appellatũ, vt Quòd ſtudes, eſt tibi conducibile. Quid eſt appellatum? Tota oratio nominatiui & verbi, præcedente tali particula quòd, vt, ne, aut ſimili: vt Quòd nõ ſtudes, efficit quo minus doctus euadas. Quo minus, id eſt vt non: veluti ſin minus, id eſt ſi non, voces ſunt admodum lepidæ. Multo ornatius per dictum, quàm appellatum loquimur: vt Tyrannos viuere malum eſt, elegantius dicitur, quàm Quòd tyranni viuũt malũ eſt. Perſius, Nec in bicipiti ſopniaſſe Parnaſſo Memini. Illepidius dixiſſet, Nec memini quòd ſopniaui. In Memini etiam eleganter ſuppreſſit accuſatiuum me: quia vbi idem eſſet finiti & infiniti ſuppoſitum, accuſatiuus elegantius ſubticeretur, vt Badius docet: id tamen quia nõ latinitatis, ſed elegantiæ præceptum eſt, ne oratores quidem ſemper obſeruant. Virgilius autẽ bene expreſſit me, quia diuerſa ſunt ſuppoſita, AEneid. 2, Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitã, Has mihi ſeruaſſent ſedes. Rusticus diceret, Si cælicolæ voluiſſent quòd ego duxiſſem vitã, &c.

Quòd ſcribas, &c.

Potes ſine infinitiuo (quòd) omiſſo, ſic loqui, Volo ſcribas. Valla ait, Dicimus Volo quòd ſcribas, non

quòd ſcribis: ſed bene Gaudeo quòd ſcribas & quòd ſcribis. Quomodo mutatur appellatũ in dictũ? Omittendo quòd,& mutando nominatiuum in accuſatiuum,& verbum finiti modi,in verbum infiniti modi, eiuſdem temporis:vt Gaudeo quòd tu bene vales,Gaudeo te bene valere:Putaui quòd Iohãnes ſcripſerat,Putaui Iohãnem ſcripſiſſe:Audiui quòd Cæſar propediem erit Gandaui,Audiui Cæſarem propediem fore Gandaui.diligenter hæc ediſcant pueri,vt per infinitiuum eleganter loquantur.

Quinto,Quædam aduerbia funguntur nominatiui officio:vt Partim virorũ ſunt occiſi, id eſt aliqui viri.elegans eſt partim cum genitiuo,& ſemper vult verbum pluralis numeri:vt Partim virginũ ſunt ſtupratæ,partim lignorum ſunt combuſta.nec dicimus partim homines,animalia, &c.teſte Gellio,licet Quadrigarius aliter locutus fuerit.Satis pecuniæ eſt mihi.Mart.Cras te victurum,cras dicis Poſthume ſemper. Dic mihi cras iſtud Poſthume quando venit? Plus decem homines perierunt,ornate dicitur tã in proſa,quàm verſa oratione:quia plus aduerbiũ eſt,vt amplius,& intelligitur quàm:quod etiam recte exprimitur:ſimiliter minus decem perierunt,vt minus quàm decem.Liuius 3.de bel. Pun. Hoſtium plus mille cæſi,Romanorum minus mille interfecti. Terentius in Heau. Adduxit ſecũ plus decem ancillas,oneratas veſte & auro.Et in Adelp.Plus quingentos colaphos infregit mihi. Cicero ad Plancum,Non plus duobus aut tribus menſibus deinde abfuit à noſtris.Columella,Plus quatuor digitis adobrutum eſt. De plus quàm,Suetonius,Nec plus quàm bis in menſe legitim⁹ Senatus ageretur. Nonnulli addunt ſextum modum:quia dicunt dictionem technice poſitam loco nominatiui poni,vt amo eſt verbum:ſed non debet addi,quia talis dictio eſt verum nomen indeclinabile neutri generis. Technice poni,eſt quod vulgus dicit materialiter poni,vt ex Canſio docet Lancilotus. Technice,id eſt arte quadam,non ex propria ſignificatione.

Partim.

Plus decem perierunt.

Minus mille interfecti.

Technice poſita dictio.

Argumentabitur aliquis,Si amo hic nomen eſt,amo eſt verbum:tunc illa oratio erit falſa:quia ſignificat amo eſſe verbum,& tu dicis eſſe nomen. Quomodo his inter ſe conueniũt? Reſpondeo, Dictio technice capta ſumitur non pro ſe ſolum,ſed etiam pro ſibi ſimilibus : ideo amo eſt verbum, dicitur vera enũtiatio pro ſimili hîc poſito,amo deum.Similiter declaratur facile de iſtis,Magiſtri eſt genitiui caſus,Ego eſt primæ perſonæ,&c.vbi magiſtri eſt nominatiui caſus,& ego tertiæ perſonæ:& ſunt locutiones veræ pro his,Liber magiſtri,Ego lego,&c. Quia multi errant in dictionibus (quòd)& (vt) ideo quæſitu dignum eſt.

Vt & quòd.

QVOMODO differunt(quòd)&(vt?)Quòd cauſam plerũque dicit efficiẽtem:veluti,Gaudeo quòd ſtudes.id eſt ſtudium tuum facit me gaudere.Vt dicit finẽ:veluti,Rogo te vt legas.id eſt cauſa finalis rogationis meæ eſt lectio tua.De(quòd)&(vt) multa non ſpernenda dicuntur in libello Alexandri Hegij,cui Farragini eſt nomen:vnde deptompſi regulam de(vt:) qua cognita,facile ſciẽt pueri,vbi vtendum erit(quòd).Quæſo igitur,

QVAE EST regula de(vt?)Poſt tam,tantus, talis, adeò,tot,ſic, ita,& poſt verba rogandi,iubendi,poſt tacio,efficio,fio,timeo,vereor,metuo,ſequitur vt,non quòd:veluti,Tam doctus es,vt omnes miremur.Olympus tanta altitudine eſt,vt nubes tranſcendat. Talis es,vt tecũ eſſe nemo valeat.Adeò mentiris,vt nemo falſum eſſe ignoret.Tot ſunt,vt numerari nequeant.Sic clamas,vt bouem audire videamur.Ita titubas,vt te nemo intelligat. Rogo vt cantes.Iubeo vt ſaltes. Deus non efficit vt homo peccet.Vereor vt reſciuerit pater. Terentius,Nunquam tam dices commodè, vt tergum meum tuam in fidem committam.Plin.in Nat.hiſt.Nullum tam impudens mendacium eſt, vt teſte careat. Idem, Adeò teneris,vt geſtatum tollerent.Cicero lib.7.epiſt. Quum ita ieiunus fuiſſem,vt ne aquam quidem guſtarem.Idem in Senectute,Senectus pleriſque ſic odioſa eſt,vt onus AEtna grauius dicant ſe in humeris portare. In Euãgelio,Sic deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitũ daret.Item,Rogabat Ieſum quidam Phariſæus,vt manducaret cum illo.Iterum,Hæc mando vobis,vt diligatis inuicem.Item in Geneſi,Pater præcepit nobis,vt hæc tibi verbis illius diceremus.Item dices,Petrus ſignificauit mihi vt venirem:nõ quòd.& ſignificauit mihi quòd rex venit:non vt.Nullo modo autem, Timeo quòd magiſter ſciet:ſed,timeo ne magiſter ſciat:aut vt ne magiſter ſciat,aut vt magiſter ſciat. Sæpiſſime autem poſt vereor, metuo,timeo,ſequitur ne: nunquam verò quòd. Terentius, Timeo ne pater iam rure redierit.Idem dixit in Heaut.Iſtuc quicquid eſt,fac me vt ſciam. De vt cũ vereor.Cicero libro ſeptimo epiſt.ad Atticum,Vereor vt ipſis contentus ſit.id eſt ne non,vel quomodo.

De vt regula pueris vtiliſſima.

HAEC DE VT dicta ſic impugno.Dicit Qu.Curtius in epiſtolis,Fures tentauerũt poſtes monarchiæ infringere:& in magno numero:adeò quòd cuſtodes timerent ab illis vinci.In eodem,Pugnabit adeò viriliter,quòd fortaſſe hoſtem commendabis:Et,Illum cogam ingeniũ ſuum vt interponat:adeò quòd ſpero ex hac illius liberatione,optima pacis fœdera inter vos ſequi.Et,Vidi Semproniam tam elegãtem ingenij,quòd ipſa tam Græca quàm Latina lingua verſus & orationes omni laude digniſſimas compoſuit.Et,Tanta in eo homine diſciplina,& mos patrius vigebat,quòd omnes liberi verebantur eum.Et,Adeò deuote & pie deorum ſimulacra coluit,quòd omnis populus Romanus æquabat eam ſuperis.Et,Nec vereor quòd ſtatim quum noſtram viderint præſentiam,redient in fidem atque deditionem. Reſpondeo illas epiſtolas quæ vulgo Curtij eſſe dicuntur,nunquam compoſitas eſſe à Qu. Curtio hiſtorico Latiniſſimo:quia nimis abhorrent ab illius eloquio:quia contra omnium Latinorum vſum,quòd,pro vt poſuit:& quàm cito,pro quàm primum,ſibi pro ei,ſe pro eum,& multa alia quæ

Curtij epiſtolas non eſſe quæ vulgò leguntur.

ſuis locis declarabuntur. Fuerunt igitur ab aliquo mediocriter docto illæ epiſtolæ compoſitæ,nunquã ad aliquem miſſæ:ſed pro diſcipulorum exercitatione confictæ:quia mittentes non annis aliquot modò,ſed etiam ſeculis diſtant. Quia etiam Iulius Cæſar ad Catonem Vticenſem dicitur ſcribere,& contrà,& ea quidem quæ Catoni minime conueniunt. Hunc ergo ſcriptorem poſthac Pſeudocurtium vocabo. Verus Curtius longe aliter loquitur,vt libro quinto hiſtoriarum, Arabia eſt tam huberi ac pingui ſolo,vt à paſtu repelli pecora dicãtur, ne ſatietas perimat. Petit autem (vt) optatiuum. Dixit Pſeudocurtius redient:doctiores redibunt dixiſſent. dixit idem, Te inuidi odiunt:docti oderunt dixiſſent:licet odiant apud Ciceronem ſemel legatur. dixit, In tua diſpoſitione ac velle tuo adſcribe. Mallem in tua voluntate dicere:quia licet ſcire tuum dicamus:non facile tamen in obliquis reperies ſcire tui aut tuo:ſicut nec pro poſſe,teſte Valla. Sil. lib. 9, Velle ac nolle ambobus idem. Ouidius, Poſſe loqui eripitur. Quamuis antè dixi ornatiorem eſſe orationem per dictum,quàm per appellatum: tamen docti id non ſemper obſeruant,ne oratores quidem. Cicero primo de Natura deorum, Mirabile videtur quod non rideat Aruſpex,cum Aruſpicem viderit.

PAVCA IN REGVLAM OBIECTA.

Infinitiuus pro indicatiuo.

PRIMVM,dicit Cicero actione quarta in Verrem, Ridere conuiuæ, cachinnari ipſe. hic infinitiuus habet ante ſe nominatiuũ:ergo male adiecisti particulam finiti modi:vt à regula excluderes infinitiuũ.

Reſpondeo,Regula intelligitur finiti modi,vel pro finito. iam in dicta oratione infinitiuus non retinet propriam naturam,ſed capitur pro præterito imperfecto indicatiui modi:vt Ridere conuiuæ,id eſt ridebant,&c. Aut (vt quidam volunt) intelligitur indicatiuus,cœpit,vt ſit ſenſus, Ridere cœperunt cõuiuæ,&c. Licétne nobis ſic loqui? Etiam,vbi hiſtorice,vel tanquam hiſtorice narramus quidpiam cõtigiſſe. Cauendum tamen nequid nimis. In quibus licet ſic loqui? Maxime in hiſtorijs & poematis: rarius in orationibus & epiſtolis. In hiſtorijs quidem, Tacitus, Fremere miles,ac vires ſuas circunſpicere. Idem, Vitellius non parare arma,non alloquio exercitióque militem firmare. Salluſt. in Iugurtha, Optimus quiſque cadere aut ſauciari,cæteris metus augeri. ſic alibi ſæpiſſime,vt finitimos regere,bello tentare,&c. Diuus Ambroſius de beata Hagne, Omnes flere,ipſa ſine fletu. In poematis, Terentius in Eunu. Omnes mihi inuidere & mordere clanculum,ego autem floccipendere. Virg. Tum pius AEneas humeris abſcindere veſtẽ: Auxilióque vocare deos,& tẽdere palmas. Item, Nos pauidi trepidare metu. Sil. lib. 7, Nec finis ſatiéſq;,noui ſed ſanguinis ardor Gliſcere. id eſt gliſcebat,creſcebat. In orationibus, Cicero pro Cluẽtio, Hic iudices ridere,ſtomachari atque acerbè ferre patronus cauſam ſibi eripi. Idem 3. in Verrem, Ego inſtare,vt mihi reſponderet. Ibidem, Clamare omnes ex conuentu. Et in 4, Iſte ridere ac mirari. Et in quinta, Iſte tum petere ab illis,tum minari,tum ſpem,tum metum oſtendere. ſic ibidem adhuc perſæpe loquitur. In epiſtolis Cicero lib. 11. ad Atticum, Hic Ligurius furere. id eſt tũc Ligurius furebat,aut furere cœpit. Loquitur quoque Gellius ſimili modo,vt libro 2. cap. 29, Vbi redit caſſita,pulli trepiduli circunſtrepere,oraréque matrem,vt ſtatim iam properet. Seruius in illud 2. AEneidos, Mihi ſacra parari. infinitiuus modus pro indicatiuo,inquit:& eſt propria figura hiſtoricorum. vt Salluſtius, Equitare,iaculari. vt poetarum, Eit nuda genu,& Coruũ clamat. Nam quod Cicero ait, Bellicum canit:non eſt figura:nam eſt ſoni nomen. hæc Seruius ex arte,quam authoritas plerunque confundit,teſte eodem,& ex dictis facile lucet.

Nota, Pars ſecant.

SECVNDVM, Dicit Virgilius, Pars in fruſta ſecant. hic nominatiuus à verbo diſcordat in numero: ergo regula eſt falſa. Similiter apud Ouidium eſt diſcordia in perſona, Dij faciant ſine me ne moriatur ego. & apud Plautum in vtroque, Aperite aliquis oſtium. Et apud Terentiũ, Populo vt placerent quas feciſſet fabulas. placerent accuſatiuum ante ſe habet,ſcilicet fabulas. quæ omnia ſunt contra regulam.

Reſpondeo, Regula intelligitur de congruitate voce,non de congruitate ſenſu tantum. Iam pars ſecant,eſt congrua ſenſu tantum:ſimiliter illa, Aperite aliquis oſtium. An licet nobis ſic loqui,dicetur in Syntheſi. Ad authoritatem Ouidij, Non memini legere in Ouidio verſum illum,nec puto reperiri:& ſi reperiretur,ego eſſet tertiæ perſonæ:quia ſignificat ibi rem de qua fit ſermo,ſcilicet ſummum amicũ: & intelligitur alter,vt ne moriatur ille qui eſt alter ego. Ad illam, Populo vt placerent,&c. fabulas non conſtruitur cum placerent,ſed cum feciſſet:ſuppoſitum autem verbi placerẽt,eſt in ſubauditu,eæ fabulæ. Similiter dicitur de his, Sermonem quem vos audiſtis non eſt meus. Quem ſcribo librum multis proderit,&c De hac, Vrbem quam ſtatuo,&c. ſatis dictum eſt.

TERTIVM, Si ſufficit aliquid loco nominatiui poni,conſequens erit,nullum eſſe imperſonale actiuæ vocis:quia talia verba poſſunt omnia habere aliquid loco nominatiui:vt Legere me delectat, te ſtudere oportet,iraſci mihi accidit,peccaſſe me pœnitet,&c. Reſpondeo, Duplex eſt ratio perſonalis. Vna generalis,vt perſonale verbũ dicatur quod ante ſe exigit nominatiuum,vel aliquid pro nominatiuo:& ſic omnia quæ imperſonalia actiuæ vocis dicuntur,perſonalia dici poſſunt, præter pœnitet & tædet,miſeret, pudet,& piget:vbi genitiuum habent,veluti Pœnitet me peccati. Altera eſt ratio ſpecialis,vt perſonale id demũ dicatur,quod ante ſe nominatiuum capit:ſic intereſt non eſt perſonale hic, Mea intereſt ſcire quid rerum geras:nec ſic oportet hic, Oportet te præceptori obœdire.

QVARTVM, Vocatiuus regitur à verbo ſecundæ perſonæ,quod probo authoritate doctiſſimorum grammaticorum Iohannis Sulpitij, AElij Antonij Nebriſſenſis, Iodoci Badij,& plurium: ergo in re-

gula male dictum eſt, verbum ante ſe ſemper nominatiuum habere. Reſpondeo, Illi viri ſuam tutantur opinionem, nos noſtram, nec propterea illos damnamus. An vocatiuus regatur, duæ ſunt opiniones probabiles. ſic in philoſophia multæ ſunt opiniones diuerſæ, quas venerabiles doctores defendunt. Similiter in propoſito de vocatiuo dicimus, quem multi regi dicunt. Nos putamus vocatiuũ nunquam regi à verbo. Veruntamẽ curioſorum eſt his apinis immorari, quæ nihil ad Latinitatem noſcendam conferunt. propter curioſos igitur quærimus,

VTRVM VOCATIVVS à verbo ſecundæ perſonæ regitur, dicendo, Petre ſtude. Non, quia vocatiuus ſolum habet attentionem excitandi vim, vt Petre: hoc dico, vt auſcultet Petrus: deinde dico, ſtude: vbi intelligitur nominatiuus tu. Virg. Tityre coge pecus. rarò exprimimus tu, vbi eſt vocatiuꝰ. Virg. Tityre tu patulæ, &c. ideo mea quidem ſententia non recte ſentiunt, qui volunt vocatiuum, Petre, regi à ſtude: quod nec Nebriſſenſis ipſe vnquam dixiſſet, quia dicit, Si vocatiuus ponatur cũ imperatiuo non attentionem ſignificante: veluti, Petre ſtude, Cæſar in æternum viue, adhuc intelligitur alia ſecunda perſona, quæ attentionem ſignificet, à qua vocatiuus regatur: vt Petre ſtude. Nebriſſenſis ita ordinat, Petre audi, attende, tu ſtude. Per hæc proculdubio vult vocatiuum à pauciſſimis verbis regi: nec ab omni ſecunda perſona imperatiui, ſed ſolum à ſecunda perſona audi, attende, aut alia ſimilis ſignificationis. Sopniat autem quidam dans ſine mente ſonum: quia ſe ipſe non intelligit, dicens hic, Petre ſtude: vocatiuum Petre, regi ab attende, tanquam à verbo priori: & ab ſtude, tãquam à poſteriore. Ego autem puto ſolum vocatiuum ſine vllo verbo ſufficientem attentionem facere, licet interdum ad maiorem attentionem dicatur, audi, &c. vt O Cæſar, legat Pompeius. O Petre, ſtude. ¶ Argumentatur Nebriſſenſis, Quum in ſacris dicitur, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? intelligitur verbum attentionẽ ſignificãs, quod à ſeptuaginta interpretibus exprimitur, Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? Quæ ratio, inquit, fuit ad aliquid addendum, quod in Hebraico non habebatur, niſi in illis verbis intelligebatur? Sic in Euangelio, Puella ſurge. Alibi habetur, Puella, dico tibi ſurge. Reſpõdeo, hanc particulam, Reſpice in me, longe plus quàm attẽtionem facere. Similiter tibi dico, quaſi dicat, Reſpice in me tam impie excruciatum, ab omnibus relictum, &c. Sed cur apud ſeptuaginta interpretes habetur, ſi non intelligebatur in Hebraico? Intelligebatur ſatis ex repetitione nominis deus, &c. non tamen ſequitur vocatiuum inde regi non magis hercule, quàm multa alia (quæ ſæpe habentur apud Hebræos) deſunt apud ſeptuaginta interpretes: & contrà, vt docet diuus Hieronymus, ſic multa habentur apud Græcos, quæ interpres noſter omiſit: & contrà, vt docet in nouũ teſtam. Valla. ¶ Argumentor, Dicit Horatius ſaty. 9, Quid agis dulciſſime rerũ? ſi intelligatur tu, erit vitiũ contra demõſtratiuum & rem demonſtratam, quia diſſimilia erũt in caſu: nam tu, erit nominatiui caſus: dulciſſime, vocatiui caſus. Reſpondeo, Non debet ita oratio conſtrui, ſed ſic, ô dulciſſime amice quid rerum tu agis? aut ſic, ô dulciſſime rerum, quid tu agis? ita tu nominatiuus nõ ordinatur cũ vocatiuo dulciſſime.

Secundò argumentor, Si dicã, tu ama, vt tu vocatiuus ſit, nihil poteſt intelligi: ergo ille vocatiuus eſt ſuppoſitum. Nam ſi dicas, tu ama, vt prior vocatiuus ſit, poſterior nominatiuus, erit nugatio & inepta locutio: ergo vocatiuus per ſe eſt verbi ſuppoſitum. Reſpondeo, Licet tali locutione authores nunquam aut rariſſime vtantur, tamen non ſequitur quin ita ſit declaranda hæc oratio, ô tu ama: vt in ſimili nunquam aut rariſſime ita loquimur, Præcipio tibi te legere: ſed ſic, Præcipio tibi legere, aut Præcipio te legere: & tamen debet ſic declarari, Præcipio tibi te legere, vt infinitiuus habeat antè ſe accuſatiuũ. Poſſet hoc in multis alijs declarari, quibus ſuperſedeo. Multa certe ſubaudiuntur ornatius quàm exprimuntur. ¶ Similiter ratiocinarer contra Nebriſſenſem, quia nunquam aut rariſſime ita inuenies, Petre audi, ſtude, &c. Reſpondeo inſuper nullam eſſe nugationem, quia vocatiuus tu, attentionẽ excitat, nominatiuo redditur actus verbi. Nugatio eſt eiuſdem inutilis repetitio. Itaque nunquã conceſſero vocatiuum eſſe categorice ſubiectum, in quo hallucinantur dialectici quidam celebres, alioqui apprime docti: quia ideo Ariſtoteles voluit ſolum nominatiuum eſſe nomen, quia ſolus nominatiuus cum verbo conſtituit enũtiationem, niſi in verbis imperſonalibus: quod falſum eſſet, ſi vocatiuus eſſet categorice ſubiectum. Itaque nihil opinor eſſe ſubiectum, quod non poſſit fieri prædicatum. ſed nimis de his in grammatica. Opinor tamen vocatiuum regi ab aduerbio O. Nugatio.

NE PVER VNI, &c. Vni, vt vni non eſt pluraliter loquendum, ſed de ſeipſo poteſt quis tam pluraliter quàm ſingulariter loqui. Exemplũ prioris partis, vt Rogo te amice venias ad prandiũ meum: non autem rogo vos amice vt veniatis, &c. Id patet tam per ſacram ſcripturam quàm per ethnicam, vt Aue Maria. Tu es filius dei. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Exemplum poſterioris. Cic. ad Brutũ, Populo impoſuimus, & oratores viſi ſumus. pro, ego populo impoſui, & orator viſus ſum. Virg. O Melibœe deus nobis hæc otia fecit. Nãque erit ille mihi ſemper deus. Quintilianus, Vtinam hoc fata mihi præſtarent, vt reſiduum laborantis animæ in tuo poneremus amplexu. Ecce quomodo idem de ſe nunc pluraliter, nunc ſingulariter loquitur. Superuacanea fuiſſet olim hæc regula: nunc neceſſaria eſt propter barbaros, qui contra omnium doctorum conſuetudinem vni pluraliter loqui honorificum putant: quia honorificum eſt in lingua Gallorum. Hinc erroris riuum aperuere, quum multa pulchre dicantur in vna lingua, quæ in altera vituperantur. Barbaris aſtipulari videtur Alexander in nono, dicens, Dicitur eſſe lepos ſermo directus ad vnum, vtens plurali: velut hic, Noſtis bo- Pluraliter vnicus cõpellãdus nõ eſt.

ne præſul. Diuus Bonauentura eodẽ errore videtur fuiſſe imbutus, in libello de vita IESV (ſi hũc ipſe compoſuit) vbi angeli alloquuntur IESVM ſemper pluraliter, quem loquendi modũ nec apud veteres Chriſtianos nec Ethnicos inuenient. Nam Hieronymus, Auguſtinus, Sidonius, Oroſius, & cæteri ſemper vni vt vni ſingulariter ſcribunt. Videntur hodie Chriſtiani ſuperbiores, quàm olim ethnici Imperatores, qui dij haberi voluerunt: nam hi nunquam inuiti audierunt pronomina tu, tibi, tuus. Quæ ſi hodie alicui monacho, antiſtiti, aut decano, aut pontifici dicantur aut ſcribantur, videbitur ita loquens aut ſcribens, blaſphemaſſe, & anathemate dignus: nec tamen abbas aut pontifex tam ægrè ferret, quàm Malchi aut famelici Gnathones his aſſiſtentes & vociferantes, Sic loqueris aut ſcribis pontifici? Quintilianus & Donatus dicunt barbariſmum aut ſolœciſmum eſſe, ſiquis vni dicat Saluete. Et profectò derogat regis honori, ſiquis dicat, Vos domine rex domuiſtis hoſtem veſtrum: quia minus eſt cum alijs, quàm ſolum quippiam geſſiſſe, aut poſſe, vt recte docuit Badius noſter. Iure igitur reprehẽduntur vni pluraliter loquentes ab AEnea Syluio, Nicolao Perotto, & alijs: & maxime ab Eraſmo noſtro, qui ſic loquentes, voſcitatores appellat. Si honor eſt, inquit, cur non reſpondet clerus epiſcopo, Et cum ſpiritu veſtro? Idem ait, Si probatos grammaticos audimus, in prima perſona mutatur numerus perſæpe, aut modeſtiæ, aut feſtiuitatis, aut euphoniæ gratia: in tertia perſona vero raró. In ſecunda nũquam niſi inuidiæ cauſa: veluti, Quæ veſtra libido, vnde repente quod inuidioſum tot ſeculis fuit, honorificum eſſe cœpit? Si de ſe pluraliter loqui modeſti eſt, alteri loqui pluratiue maligni atque inuidi ſit neceſſe eſt.

Solœciſmus.

Vſus.

Siquis vſum aliter obtinuiſſe clamet, Negamus, quia non vſus, ſed turpis abuſus eſt, ſiquid contra doctorum conſenſum introductum ſit. Quia Fabius ait in primo, Voco conſuetudinem Latini ſermonis non imperitorum, ſed eruditorum conſenſum, & ſummorum virorum in eloquentia iudicium pro ratione eſt. Hunc autem loquendi abuſum nunquam docti introduxerunt. Ideo errauit Synthenius, dicens, Incudis ex arte producitur, vſus tamen corripit, & vſus patrius ſeruandus eſt. abuſus dixiſſet, qui ſeruandus non eſt. Nebriſſenſis negat aliud artem quàm vſum eſſe: & quod olim arte vſúque defendebatur, nunc vtroque repellitur, vt hominis. Cur idem de ſe pluraliter loqui poteſt, & non alter ad alterum? Quia modeſtia fecit, vt de nobis loqueremur pluraliter. Et pone nullam eſſe rationem, adhuc alterum authoritas defendit, alterum repellit: nec omniũ ratio reddenda eſt. Quid cauſæ, cur do daui non fecit, vt flo flaui? Certe quod de iure Iulianus dixit, id grammaticæ maximæ conuenit. Non omnium (inquit) quæ à maioribus introducta ſunt, ratio reddi poteſt. Et Fabius authoritatem non analogiam ſequendam eſſe dicit: neque enim vt lapidare, ita dicimus glebare. Ideo locus à ſimili in grammatica ſine authoritate eſt penitus inutilis.

Non omniũ eſt ratio reddenda.

Cur dixiſti vni vt vni? Quia ſi vni loquentes, ad plures ſermonem dirigi volumus, poterit locutio eſſe pluralis. Virgilius lib. 9, Vos ô Calliope precor aſpirate canenti. Compellat Calliopen, & ad omnes muſas ſermonem dirigit: quia ſenſus eſt, O Calliope vos muſæ aſpirate, vt Landinus oſtendit. Seruius dicit licenter poni numerum pro numero, vt lib. 10, Crimen amor veſtrum formæque inſigne paternæ, pro tuum accipiunt, ait Seruius, & ad ſolum cygnum referunt. Nos quod ſemel, aut bis licenter fit in poetis, in loquendi vſum non inducemus. Plautinus Euclio ad Megadorum, Vt vobis lubet. ad omnes diuites ſermonem dirigit. ſic alibi perſæpe videtur Plautus ad vnũ pluraliter loqui: ſed ſi caute deſpexerimus, ad plures dirigi ſermonem ſemper inueniemus. Rarò enim ſeruus ſine conſeruo, meretrix ſine ancilla, &c. Philoſophia ad Boetium lib. 2, Vos immortalitatem vobis propagare videmini. Et paulo poſt, Vos niſi ad populares auras, inanéſque rumores recte facere neſcitis. Verum non Boetium ſolum, ſed totam ſtultorum multitudinem carpit, vt declarat Badius. Pſeudoboetius in libro de diſciplina ſcholarium vni ineptè pluraliter loquitur. Idem in multis alijs barbariſſat, vt manifeſtat doctiſſimus vir Badius: vt eum dicit diſcholus, quaſi diuiſus à ſchola, vllatenus, partes pro patria, intitulari, compilare pro componere, pro poſſe, curialiter, quantocyus, laniſta pro lanius, repatriare. Idem dicit ſe compoſuiſſe librum de ſancta trinitate & de conſolatu philoſophico: vt à poſteris crederetur fuiſſe Boetius, vt Pſeudoouidius de vetula dicit ſe ſcripſiſſe, In noua fert animus, &c. ſed vterque iuxtà ineptus, conatus eſt ſerpentes auibus geminare, & tigribus agnos. Pſeudocurtius ſimiliter vni ineptè pluraliter loquitur, Quia hodie inuite audiuntur, tu, te, tibi, tuus, &c. ideo blandius poteris ſic compellare, Oro tuam probitatem, dignitatem, paternitatem, nobilitatem, humanitatem, beatitudinem, &c. ne tamen veſter pro tuus ponas, quia veſter intrinſecus plurale eſt. Nec nouum eſt ſuperiorem dignitatis nomine compellare: quia in illud Virgilij primo AEneidos, Tuus ô regina quid optes, &c. ait Seruius, Inferior ſuperiorem dignitatis nomine alloquitur. Contrà ſuperior nomine proprio, niſi iræ aut indignationis gratia minorem compellat.

Librum de diſciplina ſcholarium non eſſe Boetij.

Maiori quo modo loquẽdum ſit.

REGVLA ELEGANTIAE.

Quòd duo ſi rectos numerûm verbo variorum
Præponas, verbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat, dic, & domus antra fuerunt.
At veſtes ſunt lana, feras: eſt lana caueto.

Verbum ſubſtantiuum poſitum poſt duos nominatiuos diuerſorum numerorum eleganter conformatur ſecũdo nominatiuo: vt Bona arma gladius eſt. Gladius bona arma ſunt. Ouid. Omnia pontus erat. Idem, Domus antra fuerunt. ſingularis numerus eſt domus. Terentius, Amantium iræ redintegratio amoris eſt. Ouidius, Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit. ſic, Venetiæ diues oppidum eſt. Apoſtolus ad Corinth. An neſcitis quoniam membra veſtra templum eſt ſpiritus ſancti? Valla maluiſſet dicere templũ ſunt: quia ſuppoſitum eſt membra. Et apud Virgiliũ, Nihil hic niſi carmina deſunt. licẽter pro deeſt, putat deſunt poni. Vtcunque eſt, hæc eſt elegantiæ regula non latinitatis: quia ſæpe aliter doctiſſimos locutos inuenimus. Ouid. in Meta. Gaudia principium noſtri ſunt Phoce doloris. Phocus eſt viri nomen. Apul. 2. Meta. Qui canes & ipſi lapis erant. Liu. lib. primo 3. decad. Captiui militum præda fuerant. verum per regulam loqui putatur ornatius, vt Mandata tua meditatio mea eſt.

AT VESTES, ſunt lana. Si verbum ſubſtantiuum ponatur inter duos nominatiuos diuerſorum numerorum concordabit cum præcedenti, vt Veſtes fuerunt lana: non, veſtes fuit lana. Mandata tua ſunt meditatio mea: non, eſt meditatio. Sermones ſummi patris ſunt meditatio iuſti: non, eſt. Gladius eſt arma: non, ſunt arma. Interdum tamen contrarium legitur licenter. Luca. libro nono, Sanguis erant lachrymæ. Ego tamen auderem ſic loqui interdum, quia in ſimilibus nominatiuus ſequens debet dici ſuppoſitum. Id Sinthenius credit perſæpe fieri, vbi eſt, pro ſignificat videtur capi. vt Piſces quos ceperunt Apoſtoli, eſt collectio fidelium. nollem ita frequenter loqui. In carmine poſui duo pro duos, vt fecerunt Horatius, Virgilius, Plautus: & numeũm pro numerorum, per ſyncopam, & feras pro dicas.

SECVNDA REGVLA PRINCIPALIS.

Cum ſubſtante vocans, & vim quod ſeruat eorum,
Si ſit res eadem, poſt ſe rectum retinebunt.

Verbum ſubſtantiuum, verbúmque vocatiuum, & eorum vim habentia, regunt poſt ſe nominatiuum qui ſignificatur accipi pro eodem cum nominatiuo præcedente explicite vel implicite: vt Sum paruus, es homo, deus eſt omnipotens, vocor Iohannes, cognominor Deſpauterius, ſedeo lætus. Cur dixiſti, Qui ſignificatur accipi, &c? Quia niſi acciperentur caſus præcedens & ſequens, aut ſaltem ſignificarentur accipi pro eodem: veluti, Tu es aſinus: non eſſet poſterior caſus nominatiuus: vt hîc, Gladius eſt Petri: pater eſt Iohanni.

Quomodo dicemus, Petre eſto bone, an Petre eſto bonus? Petre eſto bonus: quia antè intelligitur nominatiuus tu. Vnũ tamen (macte) vocatiuũ ex vſu authorum tam pro nominatiuo, quàm pro accuſatiuo licite ponimus, non ratione, ſed authoritatte. T. Liu. 2. ab vrbe, Iuberẽ macte virtute eſſe ſi pro mea patria, iſta virtus ſtaret. Idẽ libro quarto ab vrbe, Macte virtute Seruili eſto liberata rep. Seruili vocatiuus eſt à Seruilius. Fio & habeor regunt poſt ſe nominatiuum vt ſum: veluti Fio beatus, habeor dignus. hinc factus & habitus participia poſt ſe cupiunt caſum quem ante ſe habent, non ſolum nominatiuum, quia in ipſis quantum ad caſum magis concordantia eſt, quàm regimen: adeò vt etiam ſi ipſa vocatiui caſus fuerint, vocatiuos caſus poſt ſe copulent. Seruius in illud, Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. ait dignate, id eſt digne habite. Propert. Lectule delicijs facte beate meis. Virgil. Salue vera Iouis proles, decus addite diuis. Sic & credite: Catullus, Rufe mihi fruſtra nequicquam credite amice. Liber eſt Petri. Dialectici dicunt intelligi res, ne obliquus ſit prædicatum: nos tamẽ ita rarò loquemur, quia multo venuſtius intelliguntur quàm exprimuntur.

Macte eſto. Macte eſſe.

VERBVM ſubſtantiuum quid eſt? Quod alijs verbis ſubſtat in coniugando vel reſoluendo, vt ſum ſubſtat verbo lego in reſoluendo, quia lego, id eſt ſum legens: legor non ſic reſoluitur, quia caret participio præſentis temporis, vt omnia paſſiua, ſicut omnia actiua carent participijs præteriti temporis.

Verbũ ſubſtantiuum.

Quotuplici verbo ſubſtat ſum in coniugando? Quintuplici. Primo paſſiuis, vt amor amatus ſum. Secundo deponentibus, vt loquor locutus ſum. Tertio communibus, vt oſculor oſculatus ſum. Quarto neutropaſſiuis, vt gaudeo gauiſus ſum. Quinto imperſonalibus paſſiuæ vocis, vt ſedetur, ſeſſum eſt vel fuit.

QVOT SVNT verba ſubſtantiua? Vnicum, quod eſt ſum. Quomodo excludis fio, exto, & exiſto, quæ plurimi ſubſtantiua eſſe dixere? Quia hæc alijs verbis non ſubſtãt, ſed ipſis vt cæteris ſubſtat ſum: veluti fio factus ſum, exiſto ſum exiſtens. Præterea exto & exiſto non magis cenſeri debent ſubſtantiua quàm ſimplicia ſto, ſiſto: nec ſum ſignificant, ſed prodeo, emineo, appareo. Ouid. Exiſtunt montes quos ſummum texerat æquor. Cic. de diui. Summerſus eques voraginibus non exiſtit. Et lib. 2. de Off. Eo tempore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt, vt & tyranni exiſterent, & optimates exterminarentur. id eſt apparerent, prodirent. Et alibi, Exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. id eſt prodit, exurgit. Et alibi, Quæ vt ſcis extat oratio. id eſt ſupereſt, non perijt. Extare proprie dicuntur inanimata quæ nondũ perierũt, vt libri, picturæ, &c. quæ ſi periere, dicuntur intercidiſſe. Plin. libro 35, Siue extant, ſiue intercidere. Lactant. lib. 4, Si cæleſtibus beneficijs extiterit ingratus. hic habet vim ſubſtantiui, & ſignificat extiterit, apparuerit, vel manifeſtè fuerit. Cicero 5. de Finibus, Sine bonis corporis poſſit vita beata exiſtere. id eſt exurgere, prodire, inueniri. Valla in Iohannẽ, Extitit pene eſt quod prodijt, differtque à fuit, quia vt di-

Sum tãtum verbum ſubſtantiuum. Exto. Exiſto.

cimus, genitus fuit, aut factus fuit: ita non dicimus genitus extitit, aut factus extitit, etſi hoc genere ſermonis pleroſque nunc videamus vtentes. Hæc Valla. Cuius ſunt quæ hic ſubijciã ex logicæ libro primo, cap. 2, Omne participium vim obtinet relatiui & verbi: purum trãſcendens vnicum eſt, res. Nam in hoc cætera reſoluuntur, vt vnum, vna res: ens, res quæ eſt. Nam ſuapte natura participium eſt, omniſque generis: quod cum tranſit in nomen, eſt tantum neutrum, & ens ſecundum Priſcianum in vſu non eſt. Imperiti pro hoc ſolent vti exiſtens, quid hoc verbum ſignificet neſcientes. Hæc Valla. Cõpoſita à ſum, vt abſum, deſum, ſubſtantiua non ſunt. Vt verbum antè ſe aliquid habet loco nominatiui, ita etiam poſt ſe: vt Furari eſt peccare. Cicero ad Att. Magis iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt. id eſt ſi obſeruatio ſeruitus eſt: nam ſapere & ſapientia idem ſunt. ita de ſimilibus. Valerius Maximus de Polycrate, Velle ac poſſe in æquo poſitum erat. id eſt voluntas & potentia. Seneca 117. epiſt. Inter ſapientiam & ſapere quid interſit neſcio. Ideo Valla nihil diſtare dicit inter eſſe & eſſentiam, de quibus multa ſcribunt neoterici philoſophi credentes hæc longe diſtare.

Res. Ens. Infinitiuus loco nominatiui.

Solꝰ deus eſt

CVI REI eſſe conuenit, ſi maxime proprie loqui velimus? Soli deo. Nam Plato negat quicquam mortale eſſe: id verò demum eſſe credit quod æternũ eſt, neque mutabile neque corruptibile: quod dei proprium eſt. nam angeli aliquando non fuerunt, & poſſunt rurſum non eſſe. Sic Beſſarion dicit Parmenidem & Meliſſum dixiſſe tantum vnum eſſe. Neque id Ethnici ſolum ſentiunt, ſed etiam Chriſtiani. Beatus Auguſtinus, Solus deus vere eſt, cuius comparatione cætera non ſunt. Diuus Hieronymus ad Damaſum Papam, Vna eſt dei ſola natura, quæ vere eſt. id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde, ſed ſuum eſt. Cætera quæ creata ſunt, etiam ſi videntur eſſe, non ſunt: quia aliquando non fuerunt, poteſt rurſum non eſſe quod non fuit: deus ſolus (qui æternus eſt, hoc eſt qui exordium non habet) eſſentiæ nomen vere tenet. Idcirco & de rubo ad Moyſen loquitur, Ego ſum qui ſum. Et rurſum, Qui eſt, me miſit. Erant vtique tunc angeli, cælum, terra, maria. Et quomodo cõmune nomen eſſentiæ ſibi vendicat deus? Hæc & plura beatus Hieronymus. Ex dictis per logicam neceſſariò colligitur nullam creaturam eſſe: ſiue quod idem eſt, vere eſſe. Hinc per ſoritem facile intuleris, nullum corpus eſſe, nullum cælum, nullum lapidem, non dæmonem, non infernum, &c. Et ſiquis improbare conetur, Cælum eſt corpus, cælum igitur eſt: nihilo plus egerit, quàm ſi cõtra Ariſtotelem ſic inſtet, Albor eſt color, albor igitur eſt: nam vtrunque iuxta eſt ſophiſticum. Nolo hic de his plura. Tantum hoc vnum admonuero, abſtinendum eſſe eiuſmodi aſſertionibus, Nulla creatura eſt, hic homo (demõſtro Petrum bimulũ) nunquam à mortuis reſurget, &c. niſi inter doctos: nam indocti vt hæretica deridẽt quæcũque ipſi nequirẽt defendere. Abſtinete igitur apud indoctos logicæ & phyſicæ, ne margaritas ſuibus.

Sorites.

Verbi ſubſtantiui vim habentia. Videor.

QVOTVPLICIA verba habent vim verbi ſubſtantiui? Triplicia. Primo paſſiua, quorum actiua regunt duos accuſatiuos pro eadem re acceptos, vel quaſi acceptos: vt Crederis diues: quia dicimus, credo te diuitem, vbi ſubauditur eſſe: ſic Habeor doctus, malus, bonus: id eſt iudicor, exiſtimor. Salluſtius, Virtus clara æternáque habetur. Videor tibi ſordidus. Videris mihi bonus. Caue vnquam dicas videtur quòd, quia teſte Valla, penitus barbare dicitur, Videtur mihi quòd male facis: dic ergo, Videris mihi male facere: nec Apparet quòd es fatuus, ſed Appares fatuus: quia etiam habet vim verbi ſubſtãtiui. Ornate dices, Vt videre videor, pro vt videtur mihi.

Reputor.

Reputaris doctus, nollem dicere: nec, Iſte magnæ reputationis, ſed æſtimationis aut famæ: quia reputare ſignificat conſyderare, cogitare, recolere. Liuius libro primo, Qui ſis, non vnde natus ſis, reputa. id eſt diligenter conſydera. Salluſt. Quum nonnullorum ſententias ipſe mecum reputo. aliquando capitur pro puto vel exiſtimo, ſed apud doctos rarẽter. In ſacris nimis ſæpe. Iuſtinus lib. 12, Quum maxime viciſſe reputes, tunc tibi diſcrimen ſubeundum ſit. Oroſius libro tertio, Miſerias aliorum fœlicitatem ſuam reputant. Secundo verba multa neutra, veluti eundi, manendi, viuendi, &c. veluti Concedo domum potus: concedo, id eſt eo, vox elegans. Paraſitus venit ad cœnam inuocatus, vade cautus, incedo comitatus tribus famulis. Comitor cõmune eſt, vt Comitor te, comitor à te. Quomodo differunt incedo, deambulo, & eo? Incedere eſt cum faſtu & magno apparatu ire. Seneca, Tenero ac molli paſſu gradũ ſuſpendimus: nec ambulamus, ſed incedimus. Virgilius primo Æneidos, Aſt ego quæ diuûm incedo regina, Iouiſque Et ſoror & coniunx. Idẽ, Et vera inceſſu patuit dea. Deãbulare quod & ſpatiari dicitur, eſt voluptatis aut exercitij cauſa ambulare. Ire, ad omnia cõmune eſt. Iaceo frigidus ſub dio, id eſt extra domum, ſub aperto cælo. Sto reſupinus. Viuo inops. Sedeo triſtis, curuus, erectus, &c. Petrarcha, I ſoſpes, varióſque viæ circumſpice caſus. Fio doctus, euado peritus: dic etiam, euado in doctum virum. Tertio plurima alia verba actiua & deponentia, quorũ non conſtat mihi certa regula: vt Audiui hoc puer, feci inuitus melius, quàm inuite. Cicero in Catone maiore, Inuitus quidem feci. Virg. in 6, Inuitus regina tuo de littore ceſſi. id eſt receſſi, abij. Dixi imprudẽs, id eſt ſine præmeditatione. Nudus egreſſus ſum de vtero matris, nudus moriar. Tantum ergo ſacramentum veneremur cernui, id eſt humiles, inclinati, quaſi terrã cernentes. vſus eſt hac vocula Virgiliꝰ. Dicimúſne, ſedeo animal, ſto albus, &c? Non, quia nominatiuus ſequens debet exprimere modum verbi: vt Quomodo ſedes? Rectus, id eſt recte. viuo lætus, id eſt læte. ponuntur enim pene pro aduerbijs. Nihil opus eſt reſoluere verba in gerundia: ſic, Sedeo triſtis, id eſt ſedendo ſum triſtis. Alij reſoluũt in participium: vt Habeor doctus, id eſt ſum habitus doctus. Quid facient in ſoſpes? &c. Tu dic igitur hæc ſatis clara

Comitor. Incedo. Deambulo. Eo. Cernuus.

eſſe, nec egere declaratione.

Vocatiuum verbum.

VOCATIVVM verbum quid eſt? Quiddam generale, quod per rei nomen, præſertim proprium, aliquãdo etiam commune determinatur: vt Vocor Iohannes, ſtudium ſapientiæ quæ philoſophia appellatur. Dixi quiddam non quoddam, ne duo adiectiua connecterentur. Nam quiddam eſt ſubſtãtiuum: quoddam, adiectiuum. Cicero, Eſt quiddam tertium. Ideo non dicimus, Bonum Latinum, ſed bene Latinum, aut bona Latinitas. Veluti Ouidius vix bene Græca dixit, Quam legis à rapta Briſeide littera venit, Vix bene barbarica Græca notata manu. Iuuen. Quum ſit turpe magis noſtris neſcire Latine. ſubaudi, loqui. Ita dices, Ille neſcit Latine, non Latinum.

Bene Latinũ Latine.

Quot ſunt verba vocatiua? Quinque: Nuncupor, appellor, vocor, dicor, nominor. Cuius generis ſunt? Paſſiui. eorum actiua ſunt voco, nuncupo, &c. quæ regunt duos accuſatiuos, qui ſignificantur pertinere ad eandem rem: vt Voco te aſinum. Cur hæc actiua non dicuntur vocatiua? Quia in propoſito ſolum ſcire volumus quot ſunt vocatiua poſt ſe nominatiuum regentia.

Argumentor, Quum dico vocor Petrus: vocor nõ regit poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione à vel ab: ergo non eſt paſſiui generis. Reſpondeo, Licet explicite non habeat ablatiuum: tamen bene implicite: quia ſenſus eſt, Vocor ab hominibus Petrus. Tamen non exprimemus illum ablatiuum, quia venuſtius intelligitur.

Vocatis me magiſter & domine.

Argumentor, Dicitur in Euangelio, Vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim. hic (voco) regit vocatiuum: ergo male dictũ eſt actiua vocatiuorum regere duos accuſatiuos. Reſpondeo, Magiſter & domine non ſunt ibi vocatiui, ſed accuſatiui: quia capiuntur ibi technice, ſiue materialiter: & ſenſus eſt, Vocatis me his nominibus magiſter & domine: non tamen imitabimur illum loquendi modum, quem extra ſanctam ſcripturam nuſquam opinor reperiri.

Vocatiuorũ vim habẽtia.

QVAE HABENT vocatiuorũ vim? Cognominor, agnominor, inſcribor, ſalutor, &c. vt Cognominor Scipio, agnominor Africanus, ſalutor poeta, baptizor Paulus, ſcribor hæres, arguor inſanus, hic liber inſcribitur Syntaxis Deſpauterij. inſcribor, id eſt quod vulgo dicitur intitulor, nõ apte, vt opinor: licet apud diuum Hieronymũ aliquando reperiatur. IESVS interpretatur Saluator. Horatius in Arte, Deſcriptas ſeruare vices operúmque colores, Cur ego, ſi nequeo ignoróque, poeta ſalutor? Preſbyteri hodie ſalutantur domini, Vix bonus diſcipulus ſalutatur magiſter, Quis vocaris, aut quî vocare, aut quo nomine vocaris? nõ qualiter, aut quomodo vocaris: ſic, Quî inſcribitur liber? Plautus in Amphit. Quî nunc vocare Soſia? Reſpondit Soſia, Nemo, niſi quem iuſſeris. Terentius, Quî vocare? Plautus, Quî vocat? pro quis. Sunt dialectici qui dicunt hic, Vocor Petrus, ablatiuum eſſe Petrus: & ideo congrue dici, vocor Petrum. Non negauerim recte ablatiuum dici, nunquam tamẽ licet dicere, vocor Petrum: quia ſic eſt nemo vnquam niſi barbarus locutus. In grãmatica friuola eſt ratio ſine authoritate.

QVOT MODIS Latine poteris, Quî voceris, exprimere? Septẽ. Primo vocor, dicor, nominor, appellor, nuncupor Petrus. Secundo, Eſt mihi nomen Petrus. Cicero, Clodius, cui nomen eſt Phormio. Plautus in Menæh. Mihi eſt Menæhmus nomen. Tertio, Eſt mihi nomẽ Petri. Plautus in Amphit. Nomen Mercurij eſt mihi. Quarto, Mihi eſt Petro nomen. hic modus eſt elegantiſſimus. Plautus in Menæh. Huic etiam Menæhmo nomen eſt. Liuius, Cui Fauſtulo nomen fuiſſe ferũt. Et alibi, Scipio cui Africano fuit cognomen. Virgilius AEneidos primo, Cui nũc cognomen Iulo. Quinto, Habeo nomen Petrus. Ouidius 1. Metamorph. Lactea nomen habet. Sexto, Habeo nomen Petri. author eſt Seruius. Septimo, Habeo nomen Petrum. author eſt Seruius in illud 1. AEneidos, Cui nunc cognomen Iulo. Dic etiam Indo tibi nomen Iohannes, Iohannis, Iohanni, Iohannem. Plautus in Aulularia, Iuuentus nomen indidit ſcorto mihi. In Menæhmis, Iuuentus nomen fecit peniculo mihi. apud Latiniſſimos memini legere, Impono tibi nomen, ne ineptum putes, quia vulgare eſt.

ESSE INFINITVM.

Eſſe pares optat caſus: ſed non malè dices,
Huic licet eſſe probum: loquitur ſic Quintilianus.

Eſſe copulat ſimiles caſus qui pro eadem re ſignificãtur accipi explicite vel implicite. De nominatiuo, Petrus cupit eſſe doctus. De genitiuo, Miſereor Iohãnis volentis eſſe docti, cui deeſt ingenium. Talia de genitiuo grammatici fingũt exempla: at ſic loqui nollem: quia apud authores nihil tale inueni. De datiuo, Licet mihi eſſe ſacerdoti. De accuſatiuo, Audiui Iohannẽ eſſe doctũ. De vocatiuo non datur exemplũ. De ablatiuo, Vtor familiariter Iohãne cupiente eſſe canonico. Dant talia exempla grammatici. Apud authores nec ego, nec Lancilotus aliquid inuenimus. Da authoritatem de nominatiuo. Ouidius de Ponto, Et quis in extremo poſitus iacet orbe tuorum, Me tamen excepto, qui precor eſſe tuus? Dicere potuiſſet (ait Valla) ſed non tam venuſte, quem precor eſſe tuum: qui modus loquendi è Græco fluxit, vbi eſt vſitatiſſimus. Da authoritatẽ de datiuo. Claudianus, -natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſiquis cognouerit vti. Ouid. 8. Meta. Vobis immunibus huius eſſe mali dabitur. Quintilianus libro tertio, An illi accidat viro bono eſſe vel malo. Et lib. 4. Procuratori tibi eſſe non licuit. Martialis ad Catinum, Nobis non licet eſſe tam diſertis. Da authoritatem de accuſatiuo. Terẽ-

Eſſe beatis.

tius in Eunucho, Apparet hunc ſeruū eſſe domini pauperis. In his copulantur ſimiles caſus explicite.

Huic licet eſſe probū.

QVARE DIXISTI implicite? Quia aliquando alter caſuum ſubauditur: vt Huic licet eſſe probum. intelligitur accuſatiuus ſe: quia ſe[illegible] eſt, Huic licet ſe eſſe probū. ita dicūt Nebriſſenſis & Manutius, & plures quibus ſuffragor.

In quot caſibus hoc contingit? In duobus, Nominatiuo & accuſatiuo. De nominatiuo, Terent. Hei mihi diſce eſſe pater ab ijs qui vere ſciunt. Intelligitur nominatiuus (tu) in diſce. Idem, Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias Potius, q̄ in patria honeſte pauper viuere. ſenſus eſt, Quæ magis optauit hic inhoneſte diuitias parare, quàm ipſa optauit viuere pauper in patria: & ita nominatiu9 ſequitur & præcedit: hic nō eſt infinitiuus eſſe, ſed (viuere) qui habet vim infinitiui eſſe, vt euadere, credi, habere, fieri, &c. Aldus dat exemplum, Tibi placet euaſiſſe diuiti vel diuitem, &c. Tunc ſubauditur accuſatiuus te, vt ait in Catone, vterque nominatiuus exprimitur, Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe. vt in Lucano lib. 9, -tutúmque putauit Iam bonus eſſe ſocer. Cui loquendi modo non eſt ſimile quod ſubijciam, Præcipe illi eſſe amicus, Placet mihi eſſe doctus, &c. quia ne implicite quidem eſt ſecundus nominatiuus ad eandem rem pertinens: nec vnquam notare quiui, vbi ita loquerentur docti, licet Valla credat poſſe ſic dici. cui refragantur Lancilotus & Mancinellus, quibus adſtipulor. Dic igitur, Præcipe illi eſſe familiari aut familiarem mihi, non familiaris. Iterum Ouidius, Sperémque in molli mobilis eſſe thoro. Prior nominatiuus (ego) ſubauditur. Idem 13. Metamorp. -ſed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Et libro primo de Ponto ad Maximū, Hoc vbi viuendum eſt, ſatis eſt ſi conſequor aruo Inter inhumanos eſſe poeta Getas. hic à parum elegantibus pro nominatiuo accuſatiuus magis deſyderaretur. Secundo accuſatiuus intelligitur præcedens, qui facile ob datiuum expreſſum intelligitur: vt Licet tibi eſſe ſacerdotem, Latine dicitur: nec (eſſe) copulat diſſimiles caſus, quia accuſatiuus (te) propter datiuū (tibi) facile intelligitur: & eſt ſenſus, Licet tibi te eſſe probum. ſic tamen nunquam loquemur: quia præcedens accuſatiuus honeſtius intelligitur quàm exprimitur. Eſt qui derideat hanc declarationem. At ſi ſciret non minus infinitiuum verbi perſonalis petere ante ſe accuſatiuum, aut loco accuſatiui aliquid, quàm verbum finitiui modi nominatiuum, nunquam tam temerarie damnaret. Hoc de infinitiuo intellige, niſi immediate adhæreat verbo vel adiectiuo, aut ponatur pro nomine: vt Volo legere, paratus reſpondere, ſcire tuum. Aliquando intelligitur facillime accuſatiuus à fronte rectus, quia generalis eſt: vt Præſtat eſſe pauperem, quàm iniuſte diuitem. Senſus eſt, Præſtat aliquem eſſe pauperem, &c.

Vbicunque autem (eſſe) ante ſe expreſſe nullum caſum habet, nec ſubauditur nominatiuus, habebit poſt ſe accuſatiuum, & antè intelligitur accuſatiuus generalis (aliquem), qui ſemper venuſtius ſubauditur, quàm vnquam exprimitur. Da authoritatem vbi propter datiuum accuſatiuus præcedens ſatis intelligitur. Quintilianus libro 7, An huic eſſe procuratorem liceat? Et libro 4, Procuratorem tibi eſſe non licuit. Hypermeſtra ad Linum, Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam. Terentius in Heauton. Expedit bonas eſſe vobis. Cæſar libro 6. de bello Gallico, Quibus iam licet eſſe fortunatiſſimos. Lucan. lib. 3, -nunquā tibi magne per vmbras, Pérque meos manes generū nō eſſe licebit. In ſacris, Iſaiæ 7, Nunquid vobis eſt parum, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & deo meo? In euangelio Iohannis, Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Nebriſſenſis in omnibus mihi ſuffragatur. Optime ergo dicimus, Licet mihi eſſe caſtum. At vbi datiui copulantur, oratio eſt multo pulcherrima. Philelphus, Prolixiori mihi eſſe non licuit. Horat. in Arte, -mediocribus eſſe poetis, Non dij, nō homines, non conceſſere columnæ. Idem in Saty. Me primum illorum, dederim quibus eſſe poetis, Excerpam numero. Aliqui codices habent in accuſatiuo poetas. ſic Cicero, Quintilian9, & cæteri ſæpiſſime. Pſeudocurtius dixit inepte, Placuit ſummopere à te fieri certior, &c. pro, me à te fieri certiorem.

Expedit bonas eſſe vobis

Vtrum (eſſe) ſemper regit vtrūque caſum quem copulat? Non, quia ante ſe ſolum accuſatiuum regit. Quomodo dicendum eſt, Videor mihi eſſe docto, an doctus? Solum dicendum eſt, Videor mihi eſſe doctus: & (ego) ſumitur pro caſu præcedente, vt notauit Sulpitius, quod patet ex ſimili, Videris mihi doctus. Intereſt Platonis eſſe boni, inepte dicitur, teſte Lanciloto: ratio eſt, diuerſa ſignificantia ſermonis: quia aliud eſt dicere, Eſt in re Platonis boni: aliud, Vtile eſt Platoni eſſe bonum. Valla in illud Pauli ad Hebræos, Non confunditur deus vocari deus eorum. dicit (deus) pro (deum) interpretem poſuiſſe more Græco, non Latino: dicitur enim, Ille erubeſcit vocari bonum, non bonus: recte autem, Cupit aut timet vocari bonus. Sed cur (confunditur) potius dicit, quàm pudet? Hæc Valla: quæ adieci, quia (vocari) cupit etiam ſimiles caſus vt (eſſe).

Confundor.

APPOSITIO.

Apponens coniunge pari caſu duo fixa:
Eſto res eadem, declaratúmque præito.

Appoſitio.

Si duo nomina ſubſtantiua ad eandem rē pertinentia cōiungantur ſine cōiunctione, erunt eiuſdē caſus præcedente declarato per appoſitionē, vt Fratres gemini: hic ſūt duo ſubſtantiua, fratres & gemini,

pro eiſdem rebus accepta ſine cõiunctione:ergo ponuntur in eodem caſu,& declaratum,ſcilicet(fratres)præcedit. Da plura exempla,Iohannes homo magni ingenij,Fluuius Rhenus,Vrbs Roma, Arbor morus,Mons Libanus,Menſis Auguſtus.

Quo authore probas declaratum debere præcedere? Authore Quintiliano lib.9.dicente, Quædam ordine permutato fiunt ſuperuacua,vt fratres gemini. Nam ſi præceſſerit(gemini),(fratres)addere nõ eſt neceſſe. Hæc Quintilianus. Secũdum cuius præceptionẽ malè dicitur,Homo animal,Caſtanea nux, Roma vrbs,Tyberis fluuius,&c.

Argumentor contra Quintilianũ. Dicit Cicero lib.2.de Diuinatione,Procles & Cyriſthenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerũt. hîc(gemini)præcedit:ergo Quintiliani præceptio eſt friuola. Dices fortè more grammaticorum,hoc eſt rarum,& authoritati Ciceronis concedendum,non imitandum. Sic inſiſto,ſæpiſſime ſimilia inuenimus in optimis authoribus,vbi præcedens nulla eget declaratione,vt notiſſimum,& centies ante in eodem authore habitum. Suetonius in Cæſare,Vt enim geminis fratribus ædes in foro conſtituta,tantum Caſtoris vocaretur,&c. Et in Auguſto,Rheni fluminis,Et in Claudio,Nihil æque facere ad viperæ morſum,quàm taxi arboris ſuccum. Plinius lib.12. cap.21, Fructus magnitudine auellanæ nucis. Antè in eodem libro,Amygdalum nucem. Cæſar 1. de bello Gallico,Gallos ab Aquitanis Garumna flumen,à Belgis Matrona & Sequana diuidit.

Dices forſan ipſum hoc feciſſe,æquiuocationis tollendæ cauſa,nequis crederet Garumnam eſſe mõtem. Audio:ſed nihil agis,quia æquiuocatione ſublata,non putauit Cæſar lectorem tam ſopnolentum,vt ilico quid ſit Garumna negligeret? Atqui ſtatim vix poſt dimidiatam paginam ſubdidit, Initium capit à flumine Rhodano,continetúrque Garumna flumine. Idem lib.3.de bello Gallico,Proximi Rheno flumini ſunt. Nunquid veritus eſt, nequis ignoraturus eſſet quid ſit Rhenus,niſi adieciſſet flumini? Oroſius libro 7,Ripæ Rheni fluminis inſederunt. Florus,In ripa Rheni fluminis ſtaret. An nomen(ripa)nõ ſatis declararet quid Rhenus eſſet,etiam ſi fluuius eſſet vulgo ignotiſſimus? Iuſtinus libro 4,AEtnæ montis per tot ſecula durat incendium. Nunquid timuit nequis ignoraret AEtnam? Nunquid lectorem expectabat tam obliuioſum, vt vbi didiciſſet,quid AEtna ſit,poſt tres verſiculos rurſum ignoraret? Non puto veriſimile. Atqui paulo poſt ait, Perpetui AEtnæ montis ignes. Et mox, AEtnæ montis perpetuos ignes facit. Idem libro 43,In ſinum Gallicum oſtio Rhodani amnis peruenere. Et ſtatim poſt,Pone oſtia Rhodani amnis. Florus,Dolabella omnes deleuit, nequis extaret in ea gente,qui incenſam à ſe Romam vrbem gloriaretur. Nunquid timuit Florus,nequis Roma quid ſit ignoraret? Gellius lib.9.cap.7,Vulgo & ſcriptum & creditum eſt,folia olearum arborum brumali & ſolſtitiali die conuerti. Titus Liuius libro 1.ab vrbe,Prope Tyberim fluuium. An credidit lectorem ignoraturum quid ſit Tyberis? Idem libro 4,Tyberi amne ſeptus. Alibi dixit,Ad Rhodanum fluuium 44.& 51.ſuper Eurotam flumen. Et poſt tres verſus,Ad Eurotam amnem. Liber erit ſi omnia vellem perſequi. Nam & Curtius libro 4. ait,Nilo amne vectus eſt. Et 5,Agmen proceſſit ad Caucaſum montem,&c. Vereor ne hæc nimia ſint. Reſpondeo,Quintilianus oſtendit quid ars exigit:hanc autem plerunque confundit authoritas,vt recte ait Seruius. Ideo vbi frequens authoritas repugnat grammaticorum arti,optime ſequemur authoritatem,nec male (ſi placet)artem. Recte igitur dicimus Flumen Rhenus,& Rhenus flumen,&c. nihil timentes nugationem Dialecticorum terriculum:ideo fruſtra digladiantur grammatici de Virgiliano illo,Caſtaneáſque nuces mea quas Amaryllis amabat.

Ars. Authoritas.

Argumentor contra particulam,ad eandem rem pertinentia. Recte dicitur in ſacris,Miſimus filium baculum ſenectutis noſtræ. Et,Accipite gladium ſpiritus verbum dei. Hîc ſubſtantiua pertinent ad diuerſa:quia filius eſt homo,baculus eſt corpus inanimatum. Reſpondeo,Si dictiones hîc caperentur in prima ſignificatione,pertinerent ad diuerſa:modo autem baculus & gladius capiuntur per ſimilitudinem pro rebus quas non videntur ſignificare,quia baculus capitur pro ſuſtentaculo & fulcro,& ita pertinent ad eandem rem:ſic etiam hic,Chriſtus agnus dei,&c.

Filius baculus.

Appoſitio.

APPOSITIO quid eſt? Sine coniunctionis medio ſubſtantiuorum ad eandem rem pertinentium in eodem caſu poſitio,vt Vrbs Roma. Cur dicis ſine coniunctionis medio? Quia inepte dicitur,Fluuius & Rhenus,vrbs & Roma,&c.

Argumentor, Recte dicimus,Maria & mater & virgo ſanctiſſima: & intercedit coniunctio, quod eſt contra diffinitionem. Reſpondeo,Illa coniunctio non ponitur propter ea inter quæ fit appoſitio, ſed propter duo vni appoſito connectenda. Hîc autem,Marcus Tullius Cicero, nullo modo poteſt interponi coniunctio. Bene autem intercedit ablatiuus nomine:veluti,Vidit IESVS hominem ſedentem in Telonio Matthæum nomine. Cur dicis duorum ſubſtantiuorum? Quia inter mere adiectiua non fit appoſitio. Ego enim puto ineptiſſime dici, Iſte eſt coloratus, albus,&c. de quibus inepte digladiãtur neoterici Dialectici. Recte autem dixeris,Doctus grammaticus,expertus muſicus: nam grammaticus,muſicus,&c.ſubſtantiua ſunt. Gentilia ſiue patria nomina,vt Romani,Itali,Galli,Sulmonenſes,Inſubres,&c.pene ſunt perfecte ſubſtantiua:ideo inter eiuſmodi apud Titum Liuium & alios optimos authores ſæpe inuenies appoſitionem: vt Ager captus de Gallis Boijs fuerat, &c. Duo adiectiua ſine coniunctione non connecti oſtendit Seruius in illud Virgilij 2. AEneidos, Androgeo galeam,clypeúſque inſigne decorum Induitur,Ait,Inſigne ornamentum & decorum,

adiectiuum eſt, ne ſint duo epitheta, quod apud Latinos vitioſum eſt. Fecit tamē Virgilius paucis verſibus, vt Lenta quibus torno facilis ſuperaddita vitis. ſic legit Donatus. legitur etiam in ablatiuo facili. Hæc Seruius. Epitheta ſunt adiectiua: inepte ergo diceres, Mulier pulchra, pudica nupſit mihi.

Argumentor, Dicimus bene, Scripſiſti mihi duas elegantes epiſtolas: & ſunt tamen duo adiectiua ſine coniunctione, eleganter vni ſubſtantiuo data. ergo dictum Seruij eſt falſum. Virgilius, Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Reſpondeo, Dictum Seruij intelligitur de plene adiectiuis: iam numeralia, pronomina, & ſyncategoremata, veluti omnis, nullus, &c. non ſunt plenè adiectiua, quia alijs adiectiuis rite maritantur: veluti, Multi albi homines, quinque fatuæ virgines. Cur dixiſti ad eandem rem pertinentium? Quia aliter locaretur alterum in genitiuo. Cur dixiſti in eodem caſu? Quia hoc in omni appoſitione eſt neceſſarium.

Adiectiua non plena.

Argumentor, Hic ſubſtantiua ad eandem rem pertinent, Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula. & tamen ſunt diuerſorum caſuum: quia patres eſt accuſatiui caſus: Abraham & ſemini eius, datiui caſus. Reſpondeo, Ibi nullo modo eſt appoſitio: licet Sinthenius id credat: nec (patres) ordinatur cū illis datiuis: quia ſenſus eſt, teſte Valla, Sicut locutus eſt Abraham & ſemini eius. (ad) id eſt apud patres noſtros: & ita (ad) pro (apud) capitur. Similis eſt oratio, Locutus ſum ad populum iudici & litigatori. ſed vſitatius interpres ibi apud dixiſſet. Hoc ex Valla in Lucam.

Vrbē Pataui

SECVNDO contra particulam, in eodem caſu, dicit Virgilius AEneid. 1, Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit Teucrorum. Vbi duo ſubſtantiua ad eandem rem pertinentia ponuntur in diuerſo caſu. Reſpondeo, Licet poſſet Virgilium excuſare metri neceſſitas, quia Patauium dicere non potuit: tamen ipſe & alij boni authores aliquando ex induſtria grammaticorum legem prætereunt, teſte Seruio. Nos ergo quod ars exigit diximus, & quod ſæpiſſime fit: aliquando tamen vbi poſſet eſſe appoſitio, authores alterum ponunt in genitiuo, tanquā ad diuerſa pertineāt: vt Vrbs Pataui, pro vrbs Patauium. Palladius dixit oppido Cumarum pro Cumis. ſed hæc, quia admodum rara ſunt, non imitabimur, niſi tam parcè in ſimili opere. Cicero libro 5. ad Atticum, In oppido Antiochiæ. apud Virgilium, Pataui forſan aliquem ſignificat, à quo poſt Antenorem nomen Patauium eſt datum: & oppido Antiochiæ, id eſt ſubiecto Antiochiæ, &c. Hieronymus in Tobia, Iuxta fluuium Tigris. In Marco, In Iordanis flumine. Quod autem dicit Cicero pro Flacco, Arborem fici nunquam vidiſſet. Et in Euāgelio, Videns arborem fici. excuſatur: quia ficus etiam fructus eſt. vt ſi dicas, Arbor dulciſſimi pomi. Potes ergo dicere Arbor ficus, arbor fici, & arbor ficulna, & cōtra Vallam, Arbor ficulnea. Apuleius 7. Metamorph. Alligauit arbori ficulneæ. Plin. lib. 28. cap. 13, Ramo ficulneo permixtū. Dicimus ſimiliter Arbor quercus, vel arbor querna. Boetius libro 1. de conſolatione philoſophica, Quernas pergat ad arbores. Dicimus quoque Vrbs Roma, & aliquando vrbs Romana. Titus Liuius 4. ab vrbe, Vrbs Romana condita erat. Iuſtinus ſiue Trogus, vrbem Romanam dixit lib. 43. Libentius dixero cum Salluſtio in Catil. Vrbem Romam, ſicuti ego accepi, initio Troiani condidere. Item recte dicimus, Mons Auentini, vt ſit nomen regis ibi ſepulti: & Mons Auentinus, vt iam non regis, ſed montis nomē ſit. Ita Sidus Saturni, vt Saturnus ſit nomē dei, aut regis cui dicatū eſt ſidus: & Sidus Saturnus, vt Saturnus ſit nomen ſideris. In reliquis neceſſe eſt, vbi ad eandem rem ſubſtantiua pertinent, ea in ſimili caſu locari: vt Factum eſt menſe Ianuario, non Ianuarij: ſic Menſis Februarius, non Februarij, &c. Menſis Auguſtus, & ſi carmen exigat, Menſis Auguſti: quia ad Cæſarem reſpicere licet. Vrbs Gandauū, non Gandaui: Arbor morus, non mori, &c. De his multa præclare, per quem Latine didicimus, Valla in Raudenſem, vbi etiam ait ornatius dici, Vale ex vrbe Mediolano, quàm ex Mediolano, &c. Ego ille, dicunt eſſe appoſitionem, nec multū refragor. Per quot caſus fit appoſitio? Per omnes, vt Arbor ſycomorus, arboris ſycomori, arbori ſycomoro, arborem ſycomorum, arbor ſycomore, &c. Optimum fuerit pueros in horum declinatione exerceri. Poſſúntne eſſe diuerſorum generum? Etiam: vt Flumen Rhodanus, vrbs Gandauum, &c.

Ficulneus.

Arbor querna.

Vrbs Romana.

Appoſitio diuerſorum numerorū.

POSSVNTNE ſubſtantiua eſſe diuerſorum numerorum in appoſitione? Vix, quia non dicimus, Vrbes Roma, ſed vrbs Roma. Quot modis ſubſtātiua in appoſitione poſſunt eſſe diuerſorum numerorum? Duobus. Priore, vbi alterum alterius numero caret, vt Vrbs Athenæ, Piſces ſignum: licet Ouidius Piſcis in hac ſignificantia dixit, quoniam duo ſunt. Virgilius, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim Delicias domini. licet delicium dicatur, quia diuerſum putatur. Poſteriore, vbi alterum eſt collectiuum. Ouidius, Turba ruunt in me luxurioſa proci. ſic ordina, Proci turba luxurioſa ruunt in me. Idem, Quid meruere boues, animal ſine fraude doliſque? hîc animal collectiuum eſt. vt apud Iuuenalem, —quanta eſt gula, quæ ſibi totos Ponit apros, animal propter cōuiuia natum. In ſacris, Ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram. hîc autem, Sume arma pharetram & arcum: non ſunt diuerſorum numerorum: quia copulatum æquipollet vni plurali. Duo milia viri dicunt eſſe appoſitionem. Quid dicendum ſit, declarabo in regimine genitiui.

Appoſitio trib⁹ de cauſis. AEquiuocum.

QVOT DE cauſis fit appoſitio? Tribus, teſte Sulpitio. Primo cauſa reſtringendæ generalitatis, vt Vrbs Gandauū, Arbor laurus, Mēſis Iunius, Fluuius Rhenus, &c. Secūdo, cauſa remouēdæ æquiuocationis, vt Leo ſignum ardet. AEquiuocū eſt Polyſemum, hoc eſt dictio diuerſa ſignificatione multa ſignificans, vt canis, lupus, &c. Plin. Lupum piſcem nō vidit Italia. niſi addidiſſet piſcem, de qua-

drupede potuiſſet intelligi. Tertio fit appoſitio cauſa attribuēdæ proprietatis, vt Plato homo doctiſſimus. ſic ſuperius plerūque cū adiectiuo ſequitur. Virg. Proximus ille Procas Romanæ gloria gentis.

Ens in appoſitione ſubauditur.

QVOMODO appoſitio declaratur? Per participiū ens, licet parū ſit in vſu, teſte Priſciano: vt Diligo Petrum hominem iuſtum. id eſt Petrum entem hominem iuſtum. ideo hîc non eſt appoſitio, Voco te Iohannem, Facio Petrum ſacerdotem: quia non intelligitur ens. ſic nec hîc, Dedit filium pretium mūdi. vbi intelligitur præpoſitio in, non participium ens. Poſſet ſubaudiri relatiuum, ſed in nominatiuis ſolū, vt Mons AEtna ardet. id eſt mons, qui eſt AEtna, ardet. In obliquis id fieri nequit, niſi mutando: ideo melior eſt reſolutio per participium ens. Nos tamen per ens non loquemur, quia in vſu non eſt, & elegantius ſubauditur.

Adiectiuum cui in appoſitione conformatur.

VTRI SVBSTANTIVORVM ſimile erit adiectiuum in appoſitione? Plerunque magis communi, vt Flumen Rhodanus eſt magnum, Animal homo eſt rationale, ſed vix ita loquuntur vnquam authores: quia appoſitio ſæpius fit in nominibus fluuiorum, montium, oppidorum, menſium. In animalibus raro, niſi gratia proprietatis demonſtandæ, vt Socrates homo diuinus. Aliquando minus cōmuni etiam adiectiuum adhæret, vt Athenæ vrbs olim pulcherrima, nunc viles habentur. Dic vno verbo, vtri ſubſtantiuorum adiectiuum adhærebit? Non poſſum: quia nunc magis communi, nunc minus communi adhærebit. Id autem quomodo fiat, ex declaratione appoſitionis per participium ens, aut relatiuum qui, quæ, quod, conſpicietur. Nam verbum & ei poſtpoſitum adiectiuum in declaratione præcedenti conformabitur. Hieron. Tigrides horridū animal, ſitientes ſunt humanū ſanguinē. ſic declaratur, Tigrides entes horridum animal, ſunt ſitientes. Mātuanus, Hæc pater & mortem mox, implacabile monſtrum, Hactenus obuinctam. ordina, Mortem implacabile monſtrum, mortem inquam hactenus obuinctam. Virgilius, Ite meæ quondam fœlix pecus, ite capellæ. O capellæ quondam meæ entes fœlix pecus, &c. Quod autem Mantuanus dixit, Dona dei carmen nitidum, facundia præſtans Mittitur ex aſtris, à ſuperiſque datur. inuſitatū videbitur niſi zeugmaticè ordines, Carmen nitidum mittitur ex aſtris, & facundia præſtans mittitur ex aſtris, quæ ſunt dona dei. Et quia coniungi hæc non poſſunt ſeruata Latinitate, ideo nullo modo opinor ibi eſſe appoſitionem, ſed aliam figuratam locutionem. vt apud Horatium, Fuluius acer ambulat, & Caprius rauci. Inuenies contra grammaticorum præcepta, vbi minus communi prępoſito verbum conformatur, magis communi, vt vulgus diceret, Athenæ oppidum Græciæ quondam florentiſſimum ſunt dirutæ. at non ita loquitur Plinius 2. Nat. hiſt. Vulcinij oppidum Thuſcorum opulentiſſimum, totum concrematum eſt fulmine. Et lib. 31. cap. 2, Tungri ciuitas Galliæ fontem habet inſignem. ſingularis numeri eſt (habet).

Appoſitio eſt figura.

AN APPOSITIO eſt figura? Etiam. Quare? Quia appoſitio eſt arte aliqua nouata dicendi forma. Nouata, à trito vulgi & inueterato loquendi modo remota: & ita elegans, licet aliter videatur Nebriſſenſi. Verbi gratia, Vulgus imperitum ſine appoſitione diceret, Ariſtoteles, qui fuit homo doctiſſimus, multum profuit mundo. At elegans vir per appoſitionem dicet, Ariſtoteles homo omnigena doctrina præditus, humano generi plurimum profuit. Quod eſt vitiū in appoſitione, & quæ rationes excuſantes? Nodum in ſeirpo quæris, quia nihil vitij eſt, ſed elegantiæ plurimum.

Argumentor, ſecundum Donatum, Figura eſt vitium ratione excuſatum: ergo in appoſitione eſt vitium. Reſpondeo, Figura vt diffinitur à Donato, capitur ſtrictius quàm quum appoſitionem, euocationem, &c. concedimus eſſe figuras, quia ſolum diffinit figuram, vt conueniat grammaticæ permiſſiuæ: ideo cepimus diffinitionem Quintiliani, Figura eſt arte aliqua nouata dicendi forma, vt Molem magalia quondam. Dic, Molem quæ fuit olim magalia: figura non erit: quia nihil arte nouatum, nihil à primum ſe offerente ratione remotum. Argumentor, In appoſitione eſt vitium, quòd ſubſtantiuū fungitur officio adiectiui, vt Arbor quercus, pro arbor querna. Reſpōdeo, Fungi alterius officio, nullum eſt vitium: quia tunc hîc eſſet vitium, A laudato laudari iucundum eſt. vbi infinitiuus fungitur officio nominatiui.

Argumentor rurſum, In appoſitione eſt vitium, quia duo ſubſtantiua ponuntur in eodē caſu, quòd videtur alterū debere in genitiuo poni, vt Liber Petri. Reſpondeo, Deberet alterum poni in genitiuo, ſi pertinerent ad diuerſa: ſecus in eodem caſu cum elegantia ponuntur.

Argumētor, Nebriſſenſis & Sulpitius, multíque alij ponunt vitiū ratione excuſatum in appoſitione, euocatione, &c. ergo in appoſitione eſt vitium. Reſpondeo, Illi ſuam habent opinionem, nos noſtram, & poteſt vtraque defendi: & vitium ratione excuſatum, non eſt vitium: nos tamen maluimus dicere nullo modo eſſe vitium. Quotuplex eſt figura? Triplex. Dictionis, Locutionis, Conſtructionis.

Quid eſt figura dictionis? Quæ in dictione fit, vt Syncopa, apocope, aphæreſis, epentheſis, & ſimiles.

Quid eſt figura locutionis? Quæ circa loquendi aliquem modum, non circiter congruitatis regulam verſatur, vt Sine Cerere & Baccho friget Venus. eſt metonymia, quia inuentor pro inuento capitur.

Quid eſt figura conſtructionis? Quæ circa grammmaticas conſtructiones verſatur, Appoſitio, euocatio, &c. Quot ſunt figuræ conſtructionis? Octo. Quæ? Appoſitio, euocatio, cōceptio vel ſyllepſis, prolepſis, zeugma, antiptoſis, ſyntheſis, ſynecdoche. Quot harum elegātes ſine vllo vitio? Quinque. Quæ? Appoſitio, euocatio, conceptio, prolepſis, zeugma. De his nūquam more triuialiū, ſiquis quærat, Súntne congruæ, Arbor laurus, Ego Petrus ſedeo, &c? dices nō ſimpliciter, ſed figurate: quia tam ſub

grammatica præceptiua ſunt,quàm hæ,Ego lego,Vir albus. Antiptoſis & ſyntheſis plerunque vitium habent ratione excuſatum,& ſunt ſub grammatica permiſſiua,vt ſynedoche:de quibus omnibus in ſequentibus doceberis.

EVOCATIO.

Si ternam primæ des,totum ſit tibi primæ.
Síque ſecundæ des ternam,totum eſto ſecundæ.
Pauper ego canto:Luca vir maximus audi.

Quando immediate primæ vel ſecundæ perſonæ iungitur tertia,tota oratio eſt primæ vel ſecundæ perſonæ per euocationem,ideo verbum erit primæ vel ſecundæ perſonæ:vt Ego pauper canto. Tu diues trepidas. Cur dicis immediate? Quia non poteſt intercedere coniunctio,quia perſonæ hic ad eandem rem pertinent. poſſet tamen adeſſe coniunctio,ſi duæ tertiæ perſonæ connecterentur vni primæ aut ſecundæ:vt Ego pauper & indoctus neſcio quomodo victum mihi comparabo. Quid eſt euocatio? Continua tertiæ perſonæ ad primam vel ſecundam reductio cum elegantia,vt Ego Iohannes ſedeo. hic tertia perſona(Iohãnes)reducitur ad primã perſonam(ego),quia verbum eſt primæ perſonæ. Continua,id eſt ſine coniunctione intercedente.

Obiectio. Argumentor,Dicit Plautus in Amphi. Neque lacte lacti magis eſt ſimile,quàm ille ego ſimilis eſt mei. hic prima perſona(ego)reducitur ad tertiam, quia verbum eſt tertiæ perſonæ:ergo regula tua eſt falſa. Reſpondeo,Regula debet intelligi quando prima vel ſecunda perſona declaratur per tertiam,& non contrà:quia debet eſſe appoſitio quædam,& declarari per ens:vt Ego pauper ſedeo,id eſt Ego ens pauper,aut qui ſum pauper:ita vt prima vel ſecunda perſona præcedat,quod contrà fit in Plauto,vti & hic,Alter ego me ſumme amat.

Euocatio eſt figura. AN EVOCATIO ſit figura? Etiam. Quia eſt arte aliqua nouata dicendi forma. Quod eſt vitium? Nullum.

Argumentor,In euocatione verbum primæ vel ſecũdæ perſonæ habet ſuppoſitum tertiæ perſonæ: ergo aliquod eſt vitiũ:vt Ego Iohãnes ſedeo.(Sedeo)eſt perſonæ primæ,&(Iohannes)tertiæ. Reſpondeo,Iohãnes non eſt ſuppoſitum,ſed hoc totum,ego Iohannes. iam Ego Iohãnes,eſt primæ perſonæ, per hanc regulam,Si tertia perſona iungatur primæ vel ſecundæ ſine medio coniunctionis,tota oratio erit primæ vel ſecundæ,quia tertia vt indignior ab aliis euocatur. Secunda reſponſio poteſt eſſe hæc, Iohannes in dicta oratione non eſt tertiæ perſonæ,ſed primæ:quia eandem ſignificat rem, quam ego. Sed inſtas,Ergo non eſt reductio tertiæ perſonæ ad primam vel ſecundam. Mendoſe colligis,quia Iohannes per ſe,& antequã coniungitur primæ vel ſecũdæ perſonæ,fuit tertiæ perſonæ:& tertia perſona reducitur ad primam vel ſecundã perſonam,& per euocationẽ fit primæ vel ſecundæ perſonæ. Probaret dialecticus,Iohannes hic,Ego Iohannes ſcribo,eſſe primæ perſonæ,quia ſolum Iohãnes eſt ſubiectũ,quia ſyncategorema nõ eſt pars ſubiecti,à quo propoſitio denominatur(vt ſic dicã) quanta:veluti, Ego homo diſco:ergo Iohãnes eſt primæ perſonæ,quia ſubiectũ & copula ſemper ſũt eiuſdẽ perſonę.

Quatuor euocationi neceſſaria. QVOT SVNT in euocatione neceſſaria? Quatuor. Quæ? Perſona euocans,perſona euocata,abſentia coniunctionis,& verbum perſonæ euocanti conforme. Perſona euocans eſt prima vel ſecunda perſona,vt Ego nos,Tu vos. Perſona euocata,eſt tertia perſona,vt Iohannes.

Euocans & euocata diuerſorũ numerorum. QVOT MODIS perſona euocans & euocata poſſunt eſſe diuerſorum numerorum? Quatuor. Primo vbi idem de ſe pluraliter loquitur:vt Nos Carolus diuina gratia Francorum rex mãdamus,&c. ita loquuntur Chriſtiani.apud alios non inueni. Bebelius cenſet orationes eiuſmodi eſſe penitus ineptas,nec ego ſic loqui vellem. Secundo vbi alterum ſingulari numero caret,aut ſaltem heteroclitũ eſt:vt Ego deliciæ tuæ cãto. Tertio in collectiuis. Ouid.7.Meta. -populꝰ ſuperamur ab vno Víxque viro. vbi perſona euocãs(nos)ſubauditur:quia ſenſus eſt,Nos populꝰ,&c. Plinius in præfa. Natu. hiſt. Magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus. ordina,Nos magna pars. Virgilius, Nos tua progenies(cæli quibus annuis arcem) Prodimur. Quarto in diſtributiuis:vt apud Ouidium,In magnis læſi rebus vterque ſumus. Perſona euocans(nos)intelligitur:quia ſenſus eſt,Nos vterque ſumus læſi, niſi malis ſic ordinare,Nos ſumus læſi,vterque in magnis rebus,ſupple læſus eſt.

QOTVPLEX eſt euocatio? Duplex,Explicita & implicita.

Euocatio explicita. Quid eſt euocatio explicita? Vbi perſona euocans cum euocata exprimitur,vt Ego Apollonius ſcribo. Tu Petrus ludis. In ſacris,Ecce ego Iohannes vidi alterum angelũ. Ego deus tuus viuo. Titus Liuius 1.ab vrbe, Audi tu populus Albanus. Potes etiam dicere ſine figura,Tu Apolloni ſcribis, teſte

Defende me tu vir optimus. Priſciano. vt per euocationem,Defende me tu vir optimꝰ:vel ſine figura,Defende me tu vir optime. ſic, Tace tu homo imperitus,vel Tace tu homo imperite. Vbi nominatiuus eſt propter pronomen tu,intelligitur participium ens, teſte Valla:ſic, Tace tu ens homo imperitus. Tolle pronomen tu,& male dixeris, Tace homo imperitus:quia dicendum eſt,Tace homo imperite. ſic docet Valla.

Euocatio implicita. Quid eſt euocatio implicita? Vbi perſona euocans ſubauditur,vt Peccatores te rogamus audi nos. hic in

Aue Cæſar ſummꝰ Imperator. perſona euocata(peccatores),ſubauditur perſona euocãs(nos). Similiter hic,Aue Cæſar ſummꝰ Imperator. intelligitur tu & participium ens:quia ſenſus eſt,teſte Valla,O Cæſar tu ens ſummus Impera-

tot aue. Ea autem ſubauditio licite fit, vbi adeſt vocatiuus, Quò tendis AEnea extremus omnium Troianorum? ſic ordina, O AEnea tu ens extremus omnium Troianorum, quò tendis? Poſſes ſine Euocatione dicere, ſed non tam eleganter, teſte Valla, Quò tendis AEnea extreme omnium Troianorum? Aue Cæſar ſumme Imperator. ſic optime dixeris, Salue Antoni vir integerrimus vel integerrime. Sic defenditur illud, Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Hæc ex lib. 4. eleg. Vallæ, vbi ait dici male per pronomen cum vnico nominatiuo, Quid facis tu ſeruus? niſi ſic loquamur, Quid ſedet inter dominos ſeruus? Dicit præterea inuſitate locutum eſſe Plinium 7. Nat. hiſto. cap. 30. vbi ad Ciceronẽ ait, Salue primus omniũ parens patriæ appellate. Nebriſſenſis dicit nominatiuum primus pro vocatiuo prime poni. Poteſt etiam eſſe figuratum, & ita ordinari, Salue ô Cicero appellate patriæ parens. primus ſubaudi, qui es ſic appellatus. Ita Lancilotus excuſat illud in ſacris, Popule meus quid feci tibi? O popule qui es meus. vt apud Maronem, Nate meæ vires, mea magna potentia, ſolus: Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis. Ordo eſt, Nate qui ſolus es meæ vires & mea potentia, & qui ſolus temnis, &c.

QVOT MODIS fit Euocatio implicita? Duobus. Priore modo, per nomen ſubſtantiuum, vt Peccatores te rogamus audi nos. Calliopius recenſui. Intelligitur ego, & Calliopius eſt proprium viri, ſed per viri proprium ſic rarò in proſa loquimur. Da authoritatem iſtius modi. Sillius lib. 7, Dictator capere arma veto. id eſt ego dictator veto. Terẽtius, Calliopius recenſui. id eſt ego Calliopius. Ita Apollonius de ſe recte dicet, Apollonius ſcribo. Calliopius. Apollonius ſcribo.

Argumentor, Priſcianus dicit ſolœciſmos eſſe, ſiquis dicat, Apollonius ſcribo, Apollonius ſcribis: ergo male dicis ſic recte poſſe dici. Reſpondeo, Priſcianus intelligit ſiquis de Apollonio loquatur, nec intelligatur ego, aut tu. tamen, vt diximus, poetica magis eſt hæc Euocatio. Ouidius, Hãc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem. id eſt ô Ledæa, ego Priamides mitto. Priamides, id eſt Paris, filius Priami. Ledæa, id eſt Helena filia Ledæ. Idem, Penelope coniunx ſemper Vlyſſis ero. id eſt ego Penelope. Virg. -corãm quem quæritis aſſum Troius AEneas. id eſt ego AEneas Troius aſſum. Poſteriore modo per adiectiuum fere quodcunque, vt Gaudeamus omnes in domino. id eſt nos omnes. Multi vnum corpus ſumus. id eſt nos multi. Laudes Chriſto redempti voce modulemur ſupplici. id eſt nos redempti modulemur. Vniuerſi ſumus te fortiores, ſinguli verò debiliores. Habentes victum & amictum his contenti ſimus. Da authoritatem. Virg. Non omnia poſſumus omnes. Cicero, Omnes trahimur, & ducimur ad ſcientiam cupiditate gloriæ. Virgilius, Et lætum cuncti celebremus honorem. Ouidius, Siqua voles apte nubere, nube pari. Horat. Idem indignor. Sæpe creditur Euocatio vbi non eſt, quia adiectiuum à tergo verbi regitur: vt Nudus egreſſus ſum. Horatius, Ego primus iambos inueni, &c. Fitne Euocatio per relatiua qui, quæ, quod, & per ipſe? Non, quia dicunt doctiſſimi hæc omnis eſſe perſonæ: vt Ipſe lego, ipſe legis, ipſe legit. & propter diſcretionem tamen dicimus, Ego ipſe lego, id eſt ego ſolus, aũt ego & non alius pro me, quod inepte dicunt, ego perſonaliter. Te diligo, qui bonas literas amas. Quintilianus lib. 9, In (vidi) ineſt ipſe. id eſt in verbo primæ perſonæ, prima perſona ſubauditur. De relatiuorum perſonis in regula relatiui & antecedẽtis latius diſceptaui. Euocatio Græce dicitur ecceleſis. Da euocationem vbi prima perſona euocat ſecundam. Non poteſt dari. Cur ita? Quia in Euocatione perſona euocata, & euocans debent pertinere ad eandem rem: at prima & ſecunda perſona ſemper ad diuerſa pertinent. Si vero dixeris, Ego alter tu, te quantum me diligo: alter tu, vim tertiæ habet perſonæ. Euocatio.

CONCEPTIONVM PARASCEVE.

Quæ per &, aut ſocias iungo, dant rite valorem
Pluralem. Sic cum pro coniungente repoſtum.

Copulatum per coniunctionem copulatiuam &, atque, &c. & per præpoſitionem cum pro &, valet dictionem pluralis numeri, vt Tu & iſte, id eſt vos. Ego tùque, id eſt nos. Petrus & Iohannes, id eſt illi. Ideo verbum vel adiectiuum aut relatiuũ erit pluralis numeri, vt Iohannes & Petrus ludunt, quos video. Virgilius & Ouidius ſunt docti. Bertha cum Catharina ſunt pulchræ. Aut poſſes dicere, & ſæpius quidem, Bertha cum Catharina eſt pulchra. vt Horatius, Populus mecum deſyderat, dicẽs in Arte, Tu quid ego & populus mecum deſyderat audi.

Argumentor, In ſacris dicitur Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Veſpere & mane dies vnus. hic copulatum habet verbum ſingularis numeri: ergo regula tua falſa. Reſpondeo, Regula debet intelligi dum copulata diuerſa ſignificant, non vnum conſtituentia. Ideo dicendum eſt anima Socratis, & materia eius eſt Socrates. Ita reſpondent quidam, nec habeo cur contradicam: quia ex veteribus nec diuerſa, nec ſimilia afferre nunc queo. Similiter excuſant illud, Legere & non intelligere, eſt negligere. Anima rationalis & corpus vnus eſt homo.

DA AVTHORITATEM pro cum. Ouidius, Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. id eſt Ilia & Lauſus ſati, id eſt nati de Numitore. Ilia fuit mater Romuli, filia Numitoris, ſoror Lauſi. Apuleius libro tertio de equo ſuo loquens, Præclarus ille vector meus cum aſino capita conferunt, in meamque Cum, dat valorem pluralem.

perniciem illi conſentiunt. Idem libro 10, Poſtquam finitum eſt illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerua triſtes & iratis ſimiles à ſcena redeunt, indignationem repulſæ geſtibus profeſſæ. Virgilius 2. AEneidos, Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecū. licet poſſet excuſari, vt ſit zeugma: & ſenſus ſit, Nos diuellimur inde, Iphitus & Pelias diuelluntur mecum. Idem in primo AEneidos, Cana Fides & veſta, Remo cū fratre Quirinus Iura dabunt. id eſt Remus & frater Quirinus iura dabūt: nec iuuat quod præcedit, Cana Fides & Veſta, quia Seruius ait, ſubaudi, erit: vt ſit per ſe ſenſus perfectus, Cana Fides erit tunc, & Veſta: id eſt religio erit tunc. Ex dictis patet (eum) aliquādo reddere valorem

Et, Atque.

pluralem: licet raro. Itaque Latine dixit Alexander, Tu mecum iuſte debemus iura tenere. vſitatius tamen dicitur, Tu mecum debes iura tenere. Et, atque, &c. capiuntur dupliciter. Prius, coniungunt dictiones, & ſic de eis data eſt dicta regula. Et intelligitur aliquando per figuram aſyntheton. Terētius, Dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Titus Liuius 1. ab vrbe, Palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt. Florus, Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Quandoque multiplicatur coniunctio, & dicitur Polyſyntheton, vt Et ego & Petrus & Paulus currimus. Poſterius, coniungunt orationes. ſic Alexander dixit Tertius & ſextus habet is. id eſt tertius habet is, & ſextus habet is. Aliquando intelligitur. Iuuen. Nil rhombus, nil dama ſapit. hoc modo coniunctio non reddit valorem pluralem, nec vnquam ſic facit conceptionem, ſed

Et.

bene zeugma. Quomodo differunt Et & que? Et ponitur in medio: veluti, Ego & tu diſputamus, niſi metri gratia. Virg. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu, &c. id eſt & Theſtylis. Idem AEneidos 1, A tergo & longum per valles paſcitur agmen. id eſt & à tergo, teſte Donato. Præponitur etiam vbi

Que.

geminatur. Cicero, Suſtulimus manus, & ego & Balbus. Que poſtponitur, vt Ego túque ſedemus. Quot modis Que poteſt in medio poni? Duobus. Priore, quādo geminatur, & fere in carmine. Ouidius, Mulciberis capti Márſque Venúſque dolis. Inepte omitteretur ſecundum que. Ideo male dixit Alexander, teſte Valla, Dant duo bos, impos, compos, cuſtóſque ſacerdos. quia dicere debuit, Cuſtos, ſacerdóſque, aut cuſtóſque ſacerdóſque. Poſteriore, que ponitur in medio, quando ilico ſequitur & vel atque. Virg. Dixítque, & prælia voce diremit. hoc inuenitur aliquando etiam in proſa. Cornelius Taci-

Diſiunctiua pro copulatiua.

tus, Tranſiere Rhenum tutórque & claſſicus. Idem, Tutorémque & claſſicum adpulſæ lintres vexare: id eſt vexabant. Coniunctio diſiunctiua aliquando copulatiuæ vim habet, & ſic facit aliquādo valorem pluralem. In ſacris, Vir ſiue mulier quum fecerint votum. Si frater aut ſoror nudi fuerint. Inue-

Nec, neque.

nitur id apud Ouidium, ſed præcedente negatione, Non mihi veniſtis Semele Lædéve docendæ. Nec & neque, etiam reddunt valorem pluralem. Terent. in Hecyra, Quando nec gnatus, nec hic mihi quicquam obtemperant. Et alibi, Hæc ſi neque ego, neque tu fecimus, non ſiuit egeſtas facere nos. Conce-

Paraſceue.

ptionum paraſceue, id eſt ad conceptiones noſcendas præparatio. Hinc apud Iudæos dies Veneris pa-

Valor.

raſceue dicitur, quia præparant tunc ad ſabbathum ſibi neceſſaria. Valor, valoris, putant inepte dici: ſed Calepinus recte dici docet per Plinium.

CONCEPTIONIS REGVLA.

Perſonam atque genus ſemper dabimus mage digno.
Prima quidem reliquis præſtat, ternǽque ſecunda.
Maſculeum reliquis præſtat, neutri muliebre.

Copulatum æquipollens vni plurali eſt eius perſonæ, aut generis, cuius eſt pars dignior per conceptionem. Exemplum de perſona, vt Ego & tu, ego & ille, eſt primæ perſonæ: quia ego eſt pars dignior. Nam prima perſona concipit ſecundam & tertiam, per regulam, Prima quidem reliquis præſtat. Ideo dicemus, Ego & tu diſputamus. verbum eſt pluralis numeri, quia ego & tu æquipollet vni plurali. Item, Tu & Petrus luditis. quia ſecunda concipit tertiam, per regulam, Ternæque ſecunda. Tertia autem ſemper vt indignior concipitur, nunquam concipit, Tu mecum gaudemus. aut ſine figura, Tu

Ipſe, Qui.

mecum gaudes, &c. Ipſe & tu legimus: quia ipſe, eſt omnis perſonæ, vt qui: veluti, Lego librum qui & Petrus ſtudemus. Raro tamen inuenies eiuſmodi locutionem. Exemplum de genere: vt copulatum, Petrus & Anna, eſt pluralis numeri per valorem maſculini generis: quia pars dignior, Petrus eſt maſculini generis: nam maſculinum concipit fœmininum & neutrum, & non contrà: ideo dicimus, Petrus & Anna ſunt pij. Dominus & mancipia ſunt pugnaces. Da regulam; Maſculeum reliquis præſtat. Fœmininū concipit neutrum, vt Lena & ſcortum ſunt impudicæ. Da regulam, Neutri muliebre.

Conceptio.

CONCEPTIO quid eſt? Mediata indignioris ad digni⁹ reductio, vt Ego túque damus, &c. Quare dicis mediata? Quia explicite vel implicite mediat coniunctio vel præpoſitio.

Conceptio perſonarum.

Quotuplex eſt conceptio? Quadruplex, perſonarum, generum, numerorum, caſuum. Quæ eſt conceptio perſonarum? Conceptio in qua perſona à perſona concipitur, vt Ego & tu damus. Quotuplex eſt conceptio perſonarū? Duplex, directa & indirectá. Quæ eſt conceptio perſonarum directa? Quæ fit ſine cū, vt Tu Petrúſque luditis. Quæ eſt conceptio perſonarū indirecta? Quæ fit per cū, vt Tu mecū gaudemus. Sulpitius aliter docet: nā directam cōceptionem vocat, in qua diuerſitas perſonarum aut generū eſt, vt Hic Annáque ſunt albi. Indirectā, vbi non eſt generū aut perſonarū diuerſitas,

vt Petrus & Paulus ludunt. nobis magis placet hîc nullam eſſe conceptionem, quia inter tertias perſonas vna non eſt dignior altera: ergo nec concipiens, nec concepta perſona hic dici poteſt. Aldus opinioni noſtræ in omnibus ſuffragatur, dans de indirecta conceptione hoc teſtimonium, Hanc tecum genitor cũctis celebrabitis annis, &c. Diuellimus inde Iphitus & Pelias mecum. Sancte Dionyſi cum ſocijs tuis ora pro nobis. ſine figura apte dicitur, Sancte Dionyſi cum ſocijs tuis orate pro nobis, bene dicitur, ſi intelligatur nominatiuus (tu) teſte Tiberga. ſic tamen loqui non auderem, quia idoneos ita loqui non comperio. Badius vult recte dici, Sacer Dionyſi & ſocij tui orate: vt (tui) vocatiui caſus ſit, vt (ſui) aliquando teſte Valla: & ego & quiſquis aliquando, teſte Diomede. veluti, O ego fœlix, O quiſquis volens inopiam.

Sancte Dionyſi orate.

Vtrũ conceptio perſonarum ſit figura? Etiã, quia eſt arte aliqua nouata dicendi forma. Quod eſt vitiũ? quæ rationes excuſantes? Aquam è pumice poſtulas, quia nullum eſt vitiũ, ſed ornatus plurimus.

Argumentor, Verbum primæ vel ſecundæ perſonæ habet in perſonarum conceptione ſuppoſitum tertiæ perſonæ, &c. vt Ego & Petrus ludimus. hîc prima perſona (ludimus) habet ante ſe tertiã perſonam (Petrus.) ergo eſt vitiũ. Similiter hîc, Ego túque damus. verbum primæ perſonæ habet ante ſe ſecundam perſonam tu. Reſpondeo, In conceptione vna dictio non eſt ſuppoſitum, ſed totum copulatum, quod eſt eiuſdem perſonæ cum verbo, & ita nihil eſt vitij.

CONCEPTIO generum quid eſt? Conceptio in qua vnum genus cõcipit alterum, vt Pater, matérque ſunt boni. Ptolemæus & Cleopatra ſunt reges. Notaui ita doctiſſimos loqui, ſed neglexi excribere. ſic Petrus & Berta ſunt textores. Bos & iumentum ſunt ad præſepe ligati. Ita dicit Alexander cum pluribus. Tardiuus diceret in neutro genere ligata, quia Virgilius dicit, Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater. ſed parum efficaciter probat, quia hîc optime eſt hypozeugma. Paſſer & aquila ſunt albi, puto non inepte dici, licet ſint epicœna. Dicitúrne recte, Calamus & papyrus ſunt mali? Vix bene dicitur, quia in conceptione generum coniuncta per (&) vel (cum) debent ſignificare res animatas. Aliter fere ſemper adiectiuũ deberet eſſe neutri generis, vt Calamus & papyrus ſunt mala: per regulã indifferentiæ, quæ paulo poſt ponetur. Eſtne cõceptio generũ figura? Etiam, quia eſt arte aliqua noua ta dicendi forma. Quod eſt vitium, & quæ rationes excuſantes? Nullum vitiũ eſt, ſed magna elegantia.

Conceptio generum.

Argumentor, In conceptione generum adiectiuum diſcordat à ſubſtantiuo in genere: ergo eſt vitiũ, vt Petrus & Catharina ſunt albi. adiectiuũ (albi) eſt maſculini generis, & (Catharina) fœminini. Reſpondeo, Subſtantiuum non eſt ſolum Catharina, ſed hoc totum Petrus & Catharina, quod eſt maſculini generis, & ſic nullum eſt vitium.

Quid eſt conceptio caſuum? Conceptio quæ fit per (cum) vt Ego tecum ludimus.

Quid eſt conceptio numerorum? Vbi plurale concipit ſingulare, vt Petrus & iſti ludunt. ſic dicunt plurimi: ſed Aldus affirmat plurale debere præcedere: vt -ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Alioqui fieri zeugma, vt ait.

Quot in quaque conceptione ſunt neceſſaria? Quinque. Quæ? Dictio concipiens, dictio concepta, copula, verbum vel adiectiuum, cõcordantia cum dictione cõcipiente, non concepta. Dicitúrne Latine, Tu & ego currimus? Vix, quia teſte Diomede (ego) eſt præpoſitiui ordinis. Ideo teſte Nebriſſenſi vix tolerabile eſt illud, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Ego tamen aliquando Latiniſſimos locutos ita fuiſſe comperi. Titus Liuius 7. quartæ decadis, Pater ego fratréſque mei, &c.

REGVLA INDIFFERENTIAE.

Sint res abſque anima, ponetur mobile neutrum.

Quotieſcunque ſubſtantiua rerum inanimatarum, cuiuſcunque generis, coniũguntur ad adiectiuũ, vel demonſtratiuum, vel relatiuum plurale, ipſum erit neutri generis ferè ſemper: vt Calceus & ſubucula ſunt detrita. Penna & atramentum ſunt ſcribenti neceſſaria. Mors & peſtilentia ſunt fugienda.

Quare dicitur regula indifferentiæ? Quia ſubſtantiua poſſunt ſine differentia eſſe cuiuſlibet generis.

Quare in regula dixiſti ferè ſemper? Quia quando res ſunt inanimatæ, fit adhuc aliquando conceptio generũ, ſed rariſſimé. Luc. -mẽſuráque iuris Vis erat: hinc leges & plebiſcita coactæ. ita habent omnes libri, quos vidi, & ſic Priſcianus legit, & poſtea Sulpitius, Aldus, &c. & ipſe non triuialis Tiberga videtur ſimiliter locutus. Cicero in ſopnio Scipionis, Concilia cœtúſque hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Loquitur ita ſine dubio Iuſtinus ſiue Trogus libro 9. dicens, Miſericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ. In ſacris, Sol & luna obtenebrati ſunt. Aliud eſt vbi ſumuntur quaſi res animatæ. vt in Apocal. Infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnũ ignis. Propter dicta Sulpitius de conceptione generum dat hoc exemplum, Veſtis & aurum ſunt pretioſæ. quod multo elegantius per regulam indifferentiæ diceretur, Veſtis & aurum ſunt pretioſa.

Da authoritates pro regula indifferentiæ. Virgilius in Bucol. -Daphnidis arcũ Fregiſti & calamos quæ tu peruerſe Menalca, Et quũ vidiſti puero donata, dolebas. Cicero, Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquam animus cognoſceret. In iure, in promouendis ætas, maturitas, grauitas morum, & literarum ſcientia ſunt inquirenda. Cornelius Tacitus, Vinolentiam ac libidines grata barbaris vſurpans. Salluſtius in Iug. Ira & ægritudo permixta ſunt. Titus Li-

uius quinto ab vrbe, Labor voluptáſque diſſimillima natura,ſocietate quadã inter ſe naturali ſunt innexa. Salluſtius in Catil. Huic ab adoleſcentia,bella inteſtina,cædes,rapinæ,diſcordia ciuilis,grata fuere. Idem,His genus,ætas,eloquentia,prope æqualia fuere. In Ariſtotele,Requies & iocus in vita neceſſaria eſſe videntur. In ſacris, Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt. Grando & ignis mixta pariter ferebantur. Sapientia & ſcientia data ſunt tibi. Mors & vita appoſita ſunt tibi. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum:ſpiritus autẽ aduerſus carnem. hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Lunã & ſtellas quæ tu fundaſti. Sic Victus & amictus ſunt homini neceſſaria. hæ & ſimiles orationes ſunt elegantiſſimæ: quia copulatum rerum inanimatarũ æquipollet vni plurali neutri generis,&c. Quid ſi alterum tantũ ſignificaret rem inanimatam? Adhuc,vt opinor,locum haberet regula indifferentiæ:vt Berta & veſtimentum eius ſunt vilia. Inuenies interdum id vbi vtrunque ſignificat rem animatam. Solinus,Polypus & Cameleon glabra ſunt.

CONCEPTIO GENERVM IMPLICITA.

Implicitam vocites generum Syllepſim, Vterque
Eſt probus. At debent mas & fœmella notari.

Cóceptio generum implicita.

Quando de viro & fœmina loquimur,non expreſſis concipiente & cõcepto,per maſculinum fieri debet per conceptionem generum implicitam,Vterque eſt probus. de Petro eiúſque vxore. Vter horũ eſt fœmina? Vter parentum tuorum eſt mortuus? hi ſunt homines. Quis fecit? Aliquis fecit,&c. ſemper oportet loqui de viro & fœmina,ſecus nulla eſſet figura.

Quotuplex eſt conceptio generum? Duplex,explicita & implicita. Quid eſt conceptio generũ explicita? In qua genus conceptum & concipiens exprimuntur: vt Iohãnes eiúſque vxor ſunt pij. Et fit per omnes caſus: vt Petrus & Anna ſunt pulchri. Miſereor Iohannis & Catharinæ pauperrimorũ. Faueo Iohanni & Annæ optimis. Diligo patrem matrémque optimos. O pater matérque optimi. Vtor familiariter Petro,eiúſque vxore optimis.

Quid eſt conceptio generum implicita? In qua per maſculinum loquimur de viro & fœmina non expreſſis genere concipiente & concepto. vt in Geneſi,Erat vterque nudus. de Adam & Heua dicitur. ſic Nullus homo currit. teſtibus Valla,Perotto,Aldo. Da authoritates. Ouid. de Marte & Venere,Implicitì laqueis nudus vterque iacent. Idem de Deucalione & Pyrrha,Vt tẽpli tetigere gradus,procumbit vterque Pronus humi. Virg. de Cupidine & Venere, Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorũ eſt. Idem in Bucolicis, Biſque die numerant ambo pecus,alter & hœdos. alter eorum,ſcilicet nouerca,teſte Seruio. Nec nos moueat,inquit,quòd illa ſit fœmina. Nam in ſubauditione ponuntur ea quæ nõ poſſumus dicere:& ſcimus quòd quoties hæc duo genera iunguntur, præponderat maſculinum fœminino. Hæc Seruius. Terẽt. de Eunucho & AEthiopiſſa,Heus iubete iſtos foras exire,quos iuſſi ocyus. In ſacris,Quicunque vult ſaluus eſſe,opus eſt vt teneat catholicam fidem,&c.

Quot modis fit conceptio generum implicita? Quinque,& ſemper debet de viro & fœmina fieri locutio. Nam de viris ſolis non eſſet figura:de ſolis fœminis eſſet ſolœciſmus. Primo per diſtributiuũ, vt Vterque eſt probus,Nullus horum eſt Græcus. Secũdo per particulare,vt Alter horum loquitur. Tertio per demonſtratiuum,vt Hi ſunt Chriſtiani. Quarto per quæſitiuum,vt Quis vel vter horum mentitur ſexum? Quinto per ſubſtantiuum, vt Latona peperit geminos, ſcilicet Apollinem & Dianam. Si de inanimatis loquimur, fiat per neutrum genus:quia implicite eſt regula indifferentiæ: veluti, Vtrũque eſt homini vtile,ſcilicet aqua & ignis. Similiter vbi non de multis loquimur,ſed multa vni conuenire ſignificamus. Plautus in Ciſtel. Vtrunque hæc & multiloqua & multibiba eſt anus. Et in Pſeudulo, Dic vtrum:ſpémne an matrem te reſalutem Pſeudule? Reſpondet Pſeudulus Charino,Imò vtrunque. Sic,Vtrunque es & doctus & bonus. Syllepſis,id eſt conceptio.

Syllepſis.

PROLEPSIS.

In partes totum partitur rite Prolepſis
Cum verbo poſitum. Tacitam quandoque videbis.

Prolepſis.

Propter totum cum verbo vel adiectiuo congrue conſtructum in partibus verbum vel adiectiuum eleganter intelligitur per Prolepſim, vt Noluerunt venire,ſed abierunt: vnus in villam ſuam, alius ad negotiationes ſuas. Hic propter totum(inuitati) Latine poſitum cum verbo abierunt,in partibus verbum ornate intelligitur,ſic Vnus ſup. abijt in villam ſuam,&c. Verbum vel adiectiuũ in partibus turpiter exprimeretur. Item Vidi duos angelos ſedentes:vnum ad caput, alterum ad pedes. Hi metuunt: hic dominum,ille magiſtrum. Iterum de adiectiuo, Petrus & Paulus ſunt admodum periti: hic pilæ, ille aleæ. Verbum vel adiectiuum totius aliquando pulchrè in fine ponitur. Iuſtinus 44,Nomina pueris,alteri Remo,alteri Romulo fuere. Salluſtius in Catil. Exercitus hoſtium duo: vnus ab vrbe,alter à Gallia obſtant. Putaui hoc dignum notatu:licet antè de hoc,vt de multis alijs (quantum ſcio)meminerit nemo. Quid eſt totũ? Dictio pluralis numeri,aut dictio collectiua,vt homines, Petrus & Paulus,quia per valorem eſt pluralis numeri. Turba,vt Turba viuit:hic caſte,ille luxurioſe:alij in auaritia,

alij in prodigalitate,&c. Exemplũ de copulato. Virg. Cõpulerántq; greges Corydõ & Thyrſis in vnũ: Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.

TACITAM quandoque videbis. Prolepſis eſt aliquãdo implicita. Terent. Curemus æquã vterque partẽ. hîc totũ nos, intelligitur in verbo(curemus) & partes continentur in diſtributiuo(vterque): & ſenſus eſt, Nos curemus, vterque ſupple curet æquam partem.

PROLEPSIS quid eſt? Attributio proprietatis toti diuiſo in ſuas partes, quæ totius proprietatem vario modo cõtinent, vt Omnes ſtudent: hic ſcientiæ, ille pecuniæ, alius Veneri, &c. Totum eſt omnes: cui attribuitur proprietas ſtudemus, quæ in partibus hic, ille, alius, vario modo cõtinetur. & in hac diffinitione Sulpitij, nomen attributio regit datiuum ſui verbi, ſcilicet, toti diuiſo.

Prolepſis diffinitio.

Vtrum hîc ſit prolepſis, Aquilarum altera volauit ab oriente, altera ab occidente? Non, ſi proprie loquamur: quia totum non præſumitur cum verbo vel cũ adiectiuo, quod vario modo in partibus contineretur. Poſſet tamen aliquo modo dici prolepſis, id eſt præſumptio, quia totum ante partes præſumitur, & Priſcianus prolepſim vocat. Sic Aldus, &c. generaliter & minus proprie, non proprie & ſtricte. Prolepſis dicitur à pro, id eſt præ vel ante: & lepſis, acceptio, hoc eſt præacceptio vel præſumptio. Itaque diuiſiones logicæ non ſunt proprie prolepſes, vt Sonorum alius vox, alius non vox. Quantitatis aliud continuum, aliud diſcretum.

Cauendum in prolepſi ne in tantũ pluralibus ſimus incauti: vt Dedi ad te ternas literas: vnas pridie Calend. Decemb. alteras in feſto diui Stephani: tertias quarto Calẽd. Feb. Male diceres vnam, alteram, &c. ſed de hoc plura in regimine partitionis. Varro tamen videtur aliter dixiſſe primo de Athena, Ternæ fuerunt Athenæ: ab vna dicti Athenei: ab altera Athenienſes: à tertia Athenopolitæ. ab vna ſubaudi earum vrbium, non ab vna Athenæ.

Quot neceſſaria ſunt in omni prolepſi? Quinque, teſte Sulpitio, Totũ, partes, determinationes, proprietas, & ordo. Proprietas eſt verbum vel adiectiuum. hæc minime ſunt in diuiſione vbi totũ per regimẽ partitionis in genitiuo regitur. Quotuplex eſt prolepſis? Duplex, explicita & implicita. Quid eſt prolepſis explicita? Prolepſis in qua totum & partes exprimũtur: vt Duo homines aſcenderũt, &c.

Prolepſis duplex.

Quid eſt prolepſis implicita? Prolepſis in qua totum intelligitur, vel partes in adiectiuo continentur: vt Alter alterius onera portate. totũ vos, intelligitur in(portate): partes continentur in(alter): & eſt ſenſus, Vos portate onera alter alterius: ſupple, onus portet. Salluſt. Cœpere ſe quiſque magis magiſque extollere. Et in ſacris, Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.

Quot modis fit prolepſis implicita? Tribus, Primo totum ſolum ſubauditur, vt Diſcimus: tu grammaticam, ego logicam. hic totum nos intelligitur in(diſcimus.) Secũdo partes ſolum intelliguntur: vt Nos diſcimus vterque grammaticam: partes tu & ego intelliguntur per vterque. Tertio, totũ & partes intelliguntur: vt Laboramus quiſque pro ſe. Alter alterius onera portate. Prolepſis eſtne figura? Etiã, quia eſt arte aliqua nouata dicẽdi forma. Quod eſt vitium in prolepſi? Quæ rationes excuſantes? Nihil vitij eſt, ſed ornatus plurimum.

Argumentor, In prolepſi vel adiectiuum diſcordat à nominatiuo, vel à ſubſtantiuo: ergo eſt vitium: vt Nos ſtudemus: tu grammaticæ, ego logicæ. hic ſtudemus diſcordat à tu & ego. Reſpondeo, Non debet cum illis concordare, quia non eſt illorum verbum: non enim verbum vel adiectiuum totius eſt verbum vel adiectiuum partium, ſed propter verbum vel adiectiuum totius facile intelligitur verbum vel adiectiuum partium: vt Nos ſtudemus: ego ſcilicet ſtudeo logicæ, tu ſcilicet ſtudes grammaticæ.

ZEVGMA.

Vnius eſt verbi ad diuerſa reductio zeugma,
Aut adiectiui. Nihil hîc niſi carmina deſunt.
Iratus rex eſt regináque non ſine cauſa.

Propter verbum vel adiectiuũ congrue cum aliquo caſu aut ſubſtantiuo conſtructum, in altero verbum vel adiectiuum facile ſubauditur per zeugma, vt Quis fecit? Ego. hic propter verbũ(fecit) cõgrue conſtructũ cum(quis) facile ſubauditur(feci) in(ego). Sum ita magnus, vt ſoror mea. hîc propter adiectiuum magnus, congrue conſtructũ cum ſubaudito ego, facile intelligitur adiectiuum magna, in ſoror mea. Similiter in his orationibus, Tauri mei & altilia mea occiſa ſunt. Carus eſt panis & vinũ. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. Hebræi ſunt & ego. Horatius, Tu quid ego, & populus mecum deſyderat audi. Virgil. Hic illius arma, hic currus fuit.

Quomodo differt zeugma à cõceptione? In zeugmate vna proprietas diuerſis tribuitur: vni expreſſe, alteri ſubaudite. In conceptione vna proprietas pluribus tribuitur æque primo. Grammatici aliquando conceptionem confundunt cum zeugmate, quia Nebriſſenſis dicit conceptionem eſſe, Hic illius arma, hic currus fuit: vbi manifeſte zeugma eſt. nos has figuras ſemper diſtinguim9. Zeugma quid eſt? Vnius proprietatis ad diuerſa reductio, ad vnũ quidẽ expreſſe, ad alterum verò intellecte: vt Carus eſt panis & vinum. Ego ſicut fœnũ arui. Quid eſt proprietas? Verbum vel adiectiuum. Aliquando eadem oratio poteſt eſſe conceptio & zeugma diuerſo reſpectu. vt apud Virgiliũ, Sũt nobis mitia poma,

Zeugmatis & cõceptionis differẽtia.

Caſtaneæ molles,& preſſi copia lactis. Si totum copulatum ſit ſuppoſitum verbi(ſunt) erit conceptio numerorũ. Si verò ita ordines, Mitia poma & caſtaneæ molles ſunt nobis,& copia lactis preſſi, ſupple eſt nobis, ſic erit zeugma. Quotuplex eſt zeugma? Duplex, locutionis & conſtructionis. Zeugma locutionis eſt, vbi proprietas expreſſa à ſubintellecta nullo modo differt: vt Sedet Petrus & Paulus. Iuuenalis, Nil rhombus, nil dama ſapit. Zeugma conſtructionis eſt, in quo proprietas expreſſa aliquo modo differt à ſubintellecta: vt Carus eſt panis & vinũ. Hi properãt & ego. Tu ludis & ille. Zeugma dicitur iugatio, iunctura, vel adiunctio.

Zeugma duplex.

Quot ſunt neceſſaria in zeugmate? Quinque. Quæ? Proprietas, verbum vel adiectiuum, duo ſubſtantiua, coniungens & concordantia proprietatis cum vno expreſſæ, cum altero intellectæ. Qualis coniunctio debet in zeugmate eſſe? Copulatiua an diſiunctiua? Quæcunque fere coniunctio,& multa aduerbia. Primo coniunctio copulatiua: vt Iratus rex eſt reginàque. Secundo diſiunctiua: vt Soluam tibi, vel pater meus. Tu facias an ego, parum refert. Maritus malus aut vxor. Quomodo differũt an, vel, aut? An quærit & dubitat. Vel & aut diſiungunt, id eſt alterum tantum fieri, aut non fieri ſignificant: vt Quot ibunt mecum? duo an tres? Neſcio an Paulus viuat, an non. non liceret hic ponere vel, in qua re multi errant. Apud Ciceronẽ ad fratrem videtur vel pro an capi: ſed puto mẽdum eſſe vitio librariorum, Hominem apprehendit,& in cuſtodiam Epheſi tradidit: ſed in publicã vel in piſtrinũ, non ſatis ex literis eius intelligere potuimꝰ. Sic in declamationibus Quintiliani, Præſente vel abſente patre. mendum eſt pro an. Circunferuntur declamatiunculæ, an Fabij ſint dubito. In his eſt virtuoſus, quod Valla damnat,& ſinautem pro ſi non.& Quo talione maſculine, quod placeret Vallæ. Odientẽ participium ab odio in raro vſu. Arcitũ ſupinum vel participium ab arceo æque rarum,&c. Tertio, Coniunctio expletiua, vt Vapulabo parum, tu autem vehementer. Quarto, exceptiua, vt Nullus ſtudet, niſi ego. Quinto per aduerbia multa, vt Studes vbi ego. Scribis quãdo ego. Nõ ibis neque ego. Tam ego te diligo, quàm tu me. Ambulas ſicut ego,&c. Fit zeugma per diuerſa tempora, Ditiores ſumus quàm heri. Diuus Paulus, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ſupple videbimus.

An.
Vel.
Aut.

Declamationes Quintiliano falſò aſcriptæ.

Zeugma per omnes caſus

PER QVOT caſus fit zeugma? Per omnes. Exemplũ de nominatiuo, vt Carus eſt panis & vinũ. De genitiuo, Neque patris misereris neq; auxiliaris. De datiuo, Neque tibi nocui neque iuui. De accuſatiuo, Neque te adorabo, neque ſupplicabo. De vocatiuo, Salue Hippolyte non minus caſte quàm vlla virgo. De ablatiuo, Neque amica carere, neque ſine damno habere queo.

Tibi neque nocui neque iuui.
Regula Vallæ elegans.

DICITVRNE Latine, Tibi neque nocui neque iuui? Minime. Cur ita? Quia regula Vallæ eſt veriſſima, Quoties poſt vnum adiectiuum, ſuppoſitum aut obliquum bis poſueris nec, neque, &, tum, aut, vel, partim, conſimilémve particulam cum duobus ſubſtantiuis, verbis aut regentibus, neceſſe erit ambo ſubſtantiua, verba aut regentia illi vni adiectiuo, ſuppoſito aut obliquo, in debitis accidentibus conformari, etiam ſi aliud exprimatur. ſecus incongrua atque inepta fuerit oratio. Iam hic, Tibi neque nocui neque iuui. ponitur obliquus(tibi) ante (neque) geminatũ, & non conformatur vtrique verbo, quia iuui tibi, nunc non dicitur: ergo eſt oratio incongrua. Hanc regulam declarat Badius pulchre apud Senenſem. Exemplũ de adiectiuis, vt incõgrue dixeris, Nulla eſt dicenda virgo corrupto vel corpore vel mente. Habes præſtans & ingenium & formam. neque eſt zeugma. Dic ergo, Corrupto vel animo, vel corpore. vel ſic, vel Corrupto corpore vel mente, aut Corpore vel mente corrupta, & ſic erit zeugma: vt Habes præſtans ingenium vel formam. Cicero videtur ſemel aliter loqui, ſed Valla reijcit vitium in librarios. Exemplum de ſuppoſito, Tu neque legis, neque me legere permittis. hîc incongrue diceretur, Tu neque legis, neque abs te legere permittor. De obliquo, Tibi neque offui neque profui. male verò ſic, Tibi neque offui neque iuui. Tribus modis vitatur hæc incongruitas. Primo præponendo particulã adiectiuo, ſuppoſito, aut obliquo: vt Neque tibi offui neque iuui. & eſt zeugma, Neque tu legis, neque à te legere permittor. Secundo non geminando particulam: vt Nulla eſt virgo corrupto corpore vel mente.& eſt zeugma. Tertio, ſeruando regulam. Aliquando incõgruitas parum percipitur: ſed non minus oratio eſt inepta. Veluti, Tu hæc omnia partim ex literis meis diſces, partim te nuntius docebit. dicendum fuerat, partim ex nuntio.

QVOT SVNT ſpecies zeugmatis? Tres. Quæ? Hyperzeugma, vel protozeugma, meſozeugma,& hypozeugma, vel hyſterozeugma: Latine zeugma à ſuperiori, zeugma à medio, zeugma ab inferiori.

Protozeugma.

Quid eſt protozeugma? In quo verbum vel adiectiuum ponitur in principio. De verbo, In Euangelio, Stabat Iohannes & ex diſcipulis eius duo. Erunt ſigna in ſole & luna,& in terris preſſura gẽtium. Virgilius, Silet omnis ager, pecudes, pictæque volucres. De adiectiuo, In ſacris, Beatus venter qui te portauit,& vbera quæ ſuxiſti. Repletum eſt gaudio os noſtrum,& lingua noſtra exultatione. Aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi. Turbatus eſt rex Herodes, & omnis Ieroſolyma cum illo. Zeugma eſt contra quoſdam credentes hanc orationem eſſe ineptam, quia Valla dixit Ieroſolyma non niſi pluraliter reperiri: quod falſum eſſe oſtendi in Heteroclitis,& amplius oſtendere poſſum. Plinius libro ſeptimo nat. hiſt. cap. 34, Amplectitur Babylonem, Idumæam, Samariam, Ieroſolymam,&c. Solinus, Iudeæ caput fuit Ieroſolyma, ſed exciſa eſt. Similiter inuenies apud Ciceronem in oratione pro Flacco. Itaque ſi me audies, nunquam Vallam adeò miraberis, vt quicquid ille vel non inueniri dicat, vel ſe

Ieroſolyma Vallæ erratũ

non inueniſſe, vel nō Latinum, vel nō ſatis eſſe terſum, tu credas prorſus eſſe barbarū: quin contrà, Fabianū illud ſemper cogites, Summi ſunt, homines tamē. Verba Quintiliani verè aurea lib. 10. ſunt hæc, Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ omnes authores dixerūt, vtique eſſe perfecta. Nam & labant aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorū voluptati, nec ſemper intendūt animum, nonnunquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio etiam Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt, homines tamen: acciditque iis, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putāt, vt deteriora imitentur (id enim eſt facilius) ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum conſequantur. Modeſtè tamen & circunſpecto iudicio de tantis viris pronuntiandum eſt, ne (quod pleriſque accidit) damnent quæ non intelligūt. Hæc Fabius eloquentiæ lumen. Cui concinit Horatianum illud, Quandoque bonus dormitat Homerus. Admiramur maxime Vallā, qui è Barbarorum manu Latinitatem, vt Camillus olim Romam, liberauit: & vt ſemel dicam, per Vallam didicimus Latine, aliquando tamen vt homo labore laſſus defecit.

Summos authores aliquādo decipi & errare.

Vallæ laus.

Vnde dicitur protozeugma? A protos primus, & zeugma: quia proprietas primo loco ponitur. Dicitur etiam hyperzeugma, ab hyper, id eſt ſuper, & zeugma.

Meſozeugma.

MESOZEVGMA quid eſt? In quo verbum vel adiectiuū ponitur in medio. De verbo, Corn. Tacitus, Mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci. Idem per zeugma locutionis, Vitia erunt donec homines. In ſacris, Qui confidunt in domino ſicut mons Sion. Ipſe fecit nos, & nō ipſi nos. De adiectiuo, In ſacris, Si radix ſancta & rami. Cæli mouēdi ſunt & terra. Vnde dicitur meſozeugma? A meſon, id eſt medium, & zeugma: quia proprietas ponitur in medio.

Hypozeugma.

HYPOZEVGMA quid eſt? In quo verbum vel adiectiuum ponitur in fine. De verbo, Virg. Nihil hic niſi carmina deſunt. Terentius, Id viſo, tu an illi inſaniant. Ouid. Quid niſi ſecretæ læſerunt Phyllida ſyluæ? Alexander, Non i, ſed reliquæ præunt. In ſacris, Ego ſicut fœnum arui. Horatius, Tu quid ego & populus mecum deſyderat audi. De adiectiuo, Terent. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit. Idem, Vxor & liberi inuenti ſunt. Cicero, Seruate liberos fortunáſque veſtras. In ſacris, Caro & frater noſter eſt. loquebātur de Ioſeph. Vnde dicitur hypozeugma? Ab hypo, id eſt ſub: quia proprietas ſubiungitur, id eſt poſtponitur. Dicitur etiam hyſterozeugma, ab hyſteron, id eſt vltimum.

CVM QVO debet concordare proprietas in Zeugmate? Cum propinquiore, niſi fuerit aduerbiū ſimilitudinis, aut comparandi. Virgil. Hic illius arma, hic currus fuit. docet ibi quod dicimus Seruius. Virgilius, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. In ſacris, Neque ſidus radio, neque virgo filio fit corrupta. Val. Max. libro 1. cap. vltimo, De voce & motu deorum immortalium humanis oculis auribúſque percepto. ita habent emēdati codices, non de motu & voce. author Aldus. Quare dixiſti niſi fuerit aduerbium ſimilitudinis aut comparandi? Quia ſic proprietas concordat cum remotiori aut principaliori: vt Ego ſicut fœnum arui. Montes ſicut cera fluxerunt. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū. Ego rectius quàm tu ſcribo. Hoc tu ita prudenter vt ego feciſſes. Hoc etiam fit per niſi. Terentius, Talem filium nulla niſi tu pareret. Virgilius cauſa metri aliter fecit, dicēs, Nihil hic niſi carmina deſunt. Et Ouidius, Quid niſi ſecretæ læſerunt Phyllida ſyluæ? Valla dicit, In proſa dixiſſet (deeſt) &c.

Valerij loc⁹.

Eſtne Zeugma figura? Etiam, quia eſt arte aliqua nouata dicendi forma.

Quod eſt vitium? Quæ rationes excuſantes? Nihil vitij eſt, ſed multum elegantiæ. Argumentor, In Zeugmate verbum diſcordat à nominatiuo: vt Ego ſicut fœnum arui. fœnum eſt tertiæ perſonæ, arui verò primæ. Et adiectiuum diſcordat à ſubſtantiuo: vt Carus eſt panis & vinum. carus eſt maſculini generis, vinum autem neutri: ergo eſt vitium. Reſpondeo, In Zeugmate nulla eſt diſcordantia, quia verbum vel adiectiuum cōcordat cum illo cui adhæret, in declaratione: vt Arui cum ego, carus panis. Illius autem à quo videtur diſcordare, non eſt verbum vel adiectiuum, ſed illud propter expreſſum facile ſubauditur: vt Ego arui, ſicut fœnum. ſupple, aruit. Carus eſt panis, & vinum. ſubaudi, carum eſt: & ita nihil vitij eſt in Zeugmate.

ANTIPTOSIS.

Antiptoſis erit, pro caſu ponito caſum.

Antiptoſis, eſt caſus pro caſu poſitio ſub aliqua proprietate. Pomponius apud Nonium, Quot lætitias inſperatas modò mihi irrepſēre in ſinum! pro lætitiæ inſperatæ. In ſecunda Iohannis, Spero me futurum ad vos, & os ad os loqui. pro ore ad os. vbi parum Latinum eſt, teſte Valla, Spero me futurum ad vos. Qui ait in Lucā, Fecit redemptionem plebis ſuæ: genitiuum pro datiuo poni. Plautus in Milite, Qui mille annorū viuunt. genitiu⁹ pro accuſatiuo, teſte Nonio: ſed poteſt excuſari, vt Mille nummûm. Idem in Truculento, Alienis rebus curas. pro alienas res, teſte Nonio. Cicero, teſte eodem, Moderari vxori, pro vxorem. Næuius, Res vis hāc priuari pulchras. id eſt rebus pulchris. Plautus in Pſeudolo, Vino modo cupidæ. id eſt vini. Virgil. 2. Georg. Illa ferax oleo. id eſt olei.

Vnde dicitur Antiptoſis? Ab anti, id eſt pro: & ptoſis, id eſt caſus. producit autem o. Eſtne hîc Antiptoſis, Petrum ludit, pro Petrus? Non, ſed Solœciſmus: quia Antiptoſis debet habere authoritatem pro ratione excuſante.

Per quot caſus fit antiptoſis? Per omnes. De nominatiuo, Liuius apud Priſcianum, Quando duo Conſules eius anni,alter morbo,alter ferro periſſet,ſuffectum Cōſulem negabant comitia habere poſſe.pro duorum Conſulum. Salluſtius,Multi qui de caſtris proceſſerant,amicum alij,pars hoſpitem aut cognatum reperiebant.pro multorum. Cuius humilitatem dominus reſpiciens,virgo concepit & peperit.id eſt domino reſpiciēte. De genitiuo,In ſacris,Multa vidit oculus meus,& fortiora borū.pro his.

Ciceronis locus.

De datiuo,Siſenna hiſto.3, Saltui ac velocitati certare. pro Saltu & velocitate,teſte Nonio. De accuſatiuo,Pomponius,Quot lætitias inſperatas modò irrepſère mihi in ſinum? id eſt lætitiæ. Apud Ciceronem in oratione de accuſatore inſtituendo,Siquis Iudices fortè miratur me ad accuſandum deſcenderim. me pro ego,teſte Antonio, vt notauit Crucius meus:ſed non eſt ita, quia me non ponitur pro ego:ſed regitur à fronte ab infinitiuo deſcendere:quia ſic dicitur,Siquis veſtrum Iudices, aut eorū qui adſunt, fortè miratur me, qui tot annos in cauſis iudiciiſque publicis ita ſum verſatus,vt defenderim multos,læſerim neminem, ſubito nunc mutata voluntate,ad accuſandum deſcendere. De vocatiuo, Perſius,Cenſorémve tuū,vel quòd trabeate ſalutas.pro trabeatus,teſte Priſciano. De ablatiuo,Plautus in Caſina, Habet gladium: ſed duos,quibus altero te occiſurum ait, altero villicum. quibus,id eſt quorum. Badius,Niſi ſit ordo,quibus ait ſe occiſurum,altero te, altero villicum. Virgilius 10. AEneid. Cōcurrūt:hæret pede pes,denſúſque viro vir.pro pedi. In eodē,Fortè ratis celſi cōiuncta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis,& ponte parato. pro datiuo crepidini,teſte Seruio. Súntne nobis eiuſmodi orationes licitæ? Non,niſi in ſimilibus operibus æque parcé. Eſt tamen antiptoſis quædam adcò ab oratoribus vſurpata,vt omnibus liceat,& elegans habeatur:veluti,Id genus,pro eius generis: Omne genus, pro omnis generis. Gellius libro 17,Ariſtotelis libri ſunt omne genus elegantiæ referti. Audiāt hoc Ariſtotelis ſimiæ contemptrices elegantiæ. Digeſtis de fundo inſtituendo,lege, Quæſitum, Lecticarios & cæteros id genus ſeruos. Dices etiam bene,eius generis. Plin.lib.9.cap.28, Mollia ſunt loligo,ſepia,polypus,& cætera eius generis. Quot illic hominum litigant? pro homines,apud Terentium,teſte Priſciano,nos rectè vtimur:quia partitionis regimen eſt. Terent. Ex Andro commigrauit huic viciniæ. id eſt in hanc viciniam. Idem,Quid me faciam? id eſt de me. Quod alibi dixit,Quid illo faciemus? pro illi. nolim imitari. Pendeo animi,pro animo,optime dicimus,& eleganter cum Terentio in Adelphis loquemur,Idne eſtis authores mihi? pro eius rei. Et cum Cicerone in primo de Oratore,Satis ſupérque hominibus id ætatis.pro eius ætatis. Plura in ſequentibus audies. Elegāter etiam dicimus,teſte Calepino, Quibus in extremis, pro in quorum extremo.

Id genus.
Omne gen⁹.
Pēdeo animi
+

SYNTHESIS.

Syntheſis haud vocem,ſed cernit ſignificatum.
Rem magis inſpiciunt,quàm vocem ſæpe poetæ.

Oratio aliquando congrua eſt ſenſu,nō voce per ſyntheſim: vt Populus clamant, Turba ſtrauerſit, cōgrue dicimus per ſenſum:quia populus & turba ſignificant ſimul multos,& ita per ſignificationem ſunt pluralis numeri: ſed tales orationes non ſunt congruæ ſecundum vocem: quia populus & turba ſecundum vocem ſunt ſingularis numeri.

Vtrum omnes orationes per ſyntheſin ſunt nobis licitæ? Non niſi in poematis & hiſtorijs: & tum quoque cauendum eſt nequid nimis. Apud oratores, & in epiſtolis vix vnquam inuenies,preſertim apud Ciceronem & Quintilianum,Pliniúmque. Ideo non imitabor Pſeudocurtium in epiſtolis dicentem,Romanus exercitus cupiunt te videre. Idem,Sertorium Romanus exercitus cōſtituerunt. Gellius & Apuleius aliquando vtuntur ſyntheſi,quia non oratores modò, ſed omnigeni ſcriptores haberi voluere. Vtuntur etiam aliquando ſyntheſi in epiſtolis neotericorum quidam,Philelphus,Lancilotus,Politianus,&c. Ideo ſi parciſſime fiat, non vituperauero:mallem tamen cum Cicerone ſine ſyntheſi epiſtolas conficere. Quòd autem non omnia omnibus licent,docet Cicero in Tuſculanis,dicens, Actius poeta quum dicit, Qui ſuum florem liberum inuidit meum, male Latine dicitur. nos conſuetudine prohibemur.poeta ius ſuum tenuit. Etſi beatus Gregorius dixerit(vt vult Zenderus) Mulier eſt vetus arma diaboli:nullo modo imitabimur.

Nō quicquid ſummi dixere,imitabimur.

SYNTHESIS QVID EST? Attributio proprietatis vni,vel pluribus copulatis: quod fit non gratia vocis,ſed ſignificati: vt Pars in fruſta ſecant. id eſt aliqui. Vnde dicitur? A ſyn,id eſt con:& theſis,poſitio:hoc eſt gratia ſignificati compoſitio vel conſtructio.

SYNTHESIS IN ADIECTIVO ET SVBSTANTIVO.

QVOT MODIS contingit ſyntheſis in adiectiuo & ſubſtantiuo? Quinque. Primo,ratione diſcernendi ſexus. Auienus,Anſer erat quōdam ſpecioſo germine fœta. Plautus in Sticho,Audiui ſæpe hoc vulgo dicier,ſolere elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos. Fœta & grauida plerſique ſubſtantiue ponuntur. Virgilius,Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas. Idem dixit Fœto pecori. ergo & fœtus anſer dicere poſſumus. Badius non recipit conſequentiam: non enim eſt ſimile. Secundo,ratione ſubauditionis:vt Præneſte ſub ipſa.ſubaudi,vrbe. Albula pota.ſubaudi,aqua. Terentius in prologo Eunuchi, Eas ſe non negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam. ſcilicet comœdiam aut

fabulam.de hoc plura in generibus. Dixi in generibus,oppidorũ nomina fœminina eſſe: tamen authores aliquando terminationem reſpiciunt, vt illic etiam dixi. Liuius quarto tertiæ decadis, Vt receptus Croto Brutiorum eſſet. Sic Martius Narbo,& cætera. Tertio,ratione collectiui. Gellius libro 1. cap.23, Ad Senatum poſtridie matrumfamiliâs caterua lachrymantes atque obſecrantes orant. Sic pars pro aliqui apud hiſtoricos & poetas frequentiſſime. Liuius primo ab vrbe,Maxima pars ab equitibus in flumen acti ſunt. Et libro quinto,Pars per agros dilapſi,pars vrbes petunt finitimas ſine vllo duce. Salluſtius in Iugurtha,Maxima pars vulnerati,aut occiſi ſunt. Corn. Tacitus, Magna pars ſaucij aut palantes in montẽ Vocetium perfugere. Virgilius,Pars hominum validi turres & mœnia ſcandũt. Idem, Pars merſi tenuere ratem. Liuius,Magna pars in agrum delati. Virg. lib.ſeptimo, -pars arduus altis Puluerulentus equis furit. Papinius ſecundo Thebaid. -tacitis huc greſſibus acti Deueniũt pentura cohors. Virgilius,Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. In ſacris,Turba hæc quæ non nouit legẽ domini,maledicti ſunt. Sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præſentem.

Quarto,ratione diſtributionis. Ouidius, Vtraque formoſæ Paridi potuere videri. Idem, In magnis læſi rebus vterque ſumus. Idem,Impliciti laqueis nudus vterque iacent.ſcilicet Mars & Venus. Horatius primo ſermonum,Legati miſſi magnis de rebus vterque. Corn. Tacitus, Tum intimus quiſque libertorũ vincti,abreptique. Idem,Eo ſuffragio turbidiſſimus quiſque delecti. Quinto,Quando abſtracto gratia concreti adiectiuum iungitur. Terentius in Eunucho,Scelus poſtquam ludificatus eſt.id eſt ſumme ſceleſtus:ad rem reſpexit,teſte Donato. Addunt plerique ſextum modum ad exprimendam perpetuam rei naturam:vt Triſte lupus ſtabulis. ſed vt antè docuimus, non adiectiuum & ſubſtantiuum ſunt,ſed duo ſubſtantiua. Triſte,id eſt triſtis res,&c. Virgilius,Quale ſopor feſſis.id eſt qualis res, teſte Seruio. Addunt etiam ſeptimum propter participium: vt Eſt coluber factus myſtica virga. pro facta. Et certe ſi vſquam inueniatur oratio,in qua factus facta factũ, inter duo nomina concordet cum ſequenti,erit oratio vix imitanda:vt Virga Moyſi eſt factus coluber: dicẽdum enim eſt facta,nõ factus. Propter hoc quæro,

Adiectiuum participium.

QVAE EST differentia inter adiectiuum nomen, & adiectiuum participium? Differentia eſt hæc, Adiectiuum nomen & pronomen poſitum inter duo ſubſtantiua,interpoſito verbo ſubſtantiuo,concordabit cum ſequente:vt Aſinus eſt rude animal. Vinum eſt meus potus. Adiectiuum participium à verbo ſubſtantiuo, vocatiuo, aut habente vim eius poſitum inter duo ſubſtantiua, concordabit cum præcedente:vt Aqua eſt facta vinum. Iohannes eſt habitus mancipium. Creditus fœmina. Cur dixiſti à verbo ſubſtantiuo,&c? Quia in cæteris hæc differentia locum non habet: vt Aſinus eſt cõtemptum animal.non contemptus. Liber eſt empta res.non emptus. Quæ eſt regula de his participijs,factus, dicendus,appellatus,& ſimilis naturæ alijs? Eſt hæc, Quotieſcunque participium ſubſtantiui,vocatiui, vel vim eorum habentis, ponitur inter duo ſubſtantiua, concordabit cum præcedente: ſi verò vtrique poſtponatur,conforme erit vtrilibet. Exemplum prioris partis: vt Petrus eſt factus mancipium. Creditus fœmina,&c. Exemplum poſterioris partis, vbi cum præcedenti concordat. Liuius ſexto quartæ decadis, Ludos Megaleſia appellatos. Apul.4. Metamorph. Fortiſſimum ſociũ noſtrum prorſus beſtiam factum immittimus caueæ modico prææſtimatæ pretio,quam conſtanti vigore feſtinus irrepit ipſe. In eodem,Ego infœlicis rapinæ præda & mãcipium effecta. Plin.lib.3.nat.hiſt.cap.5, Puteoli colonia dicearchia dicti. Iuſtinus libro primo de Semiramide,Sexũ mentita,puer credita eſt. Ouidius,Tunc procul abſenti cura futurus eris. Non auſim dicere futura,quia nullum habeo teſtimonium. In euangelio Iohannis, Verbum caro factum eſt. Exemplum vbi concordat cum ſequenti. Titus Liuius primo ab vrbe,Gens vniuerſa Veneti appellati. Et libro 9. tertiæ decadis,Ludi fuerunt Megaleſia appellata. Cicero de diuinatione 2,Non omnis error ſtultitia eſt dicenda. Idem alibi,Video amicitiam noſtram,inimicitias modò factas. Non male igitur Hieronymus dixit in Iohannem, Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factum. Sunt qui dicant veteres codices habere (aqua) in ablatiuo,& bonus ſenſus eſt,Vinum factum aqua.

SYNTHESIS RELATIVI ET ANTECEDENTIS.

QVOT MODIS fit ſyntheſis in relatiuo & antecedente? Quinque. Primo ad diſcernendum ſexũ: vt ſiquis dicat,Anſer quæ incubat ouis. Secundo ratione ſubauditionis:vt Species eſt quod prædicatur.ſcilicet vniuerſale. vt Rex eſt Carnoti, quæ eſt pulchra.ſcilicet vrbs. Tertio ratione collectionis. Apuleius quarto Metamorph. Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies ſine defectu ciborum tenuato ventri cogit ſordentia ſupplementa, & dapes gratuitas quærere, paſſim ad iacentes epulas accurrere. In ſacris,Domus Iſrael ſperauit in domino,adiutor eorum & protector eorum eſt. Reges gentium dominantur eorum. Multitudo hæc magna conuertetur in minimam gẽtem, quoniam eos diſpergam. Congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos. Quarto ratione diſtributionis, vel ſigni particularis, quod ad plures pertinet. Terentius,Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis Quamplurimis,& minime multos lædere: In his poeta hic nomen profitetur ſuũ. Illud autẽ in Geneſi,In die qua creauit Deus hominem,ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit illũ, maſculum & fœminam creauit eos:excuſatur,quia antecedens maſculũ & fœminam æquipollet vni plurali: & ſi eum

Maſculũ & fœminã creauit eos.

dixiſſet, putaremus primum hominem fuiſſe hermaphroditum. Quinto, quãdo ad abſtractũ pro concreto fit relatio. Terentius, Vbi illic eſt ſcelus, qui me perdidit? ſcelus, id eſt plurimum ſceleſtus.

SYNTHESIS NOMINATIVI ET VERBI.

QVOT MODIS fit ſynthesis in nominatiuo & verbo? Duobus.

Priore, ratione collectionis. Stat. 11. Thebaid. -en vtraque gentis Turba rogant. Tacitus, Pars Armeniam eunt. Horatius, Iactamus iampridem omnis te Roma beatum. id eſt nos omnes Romani. Apul. in Flor. Ingens hominum frequentia conuenere. id eſt homines frequentes. Virgilius, Pars in fruſta ſecant. id eſt aliqui. Idem, Pars pedibus plaudunt. Idem, -& iam Romana iuuentus Cõueniunt. id eſt Romani iuuenes. In ſacris, Omnis Iſrael plangebant eum. id eſt Iſraelitæ. vt Omnis Iſrael incircuncisi ſunt. Sepelierunt eum omnis cognatio. id eſt cognati. Iubilate deo omnis terra. id eſt terricolæ. Vniuerſum germen Iacob glorificate eum. Synagoga potentium quæſierunt animã meam. Attẽdite populus meus legẽ meã. Domus Iſrael benedicite domino. Audite legẽ meã plebs mea, &c.

Secundo modo, ratione diſtributionis, & ſigni particularis, quod ad plures pertinet. Tacitus, Pedes vterque dexteras miſcuere. pedes ſingulare eſt. Sil. 11, Pro ſe quiſque alacres capite hoc decus. Suetonius, Pro ſalute quiſque pecunias contulere. Ouid. Artis & ingenuæ cultor vterque ſumus. Philelphus in epiſtolis, Vterque ſiluimus. Politianus in epiſtolis, Vterque rogamus. Ouidius, Quò ruitis? veſtras quiſque redite domos. Plautus, Vterque deludũtur miris modis. Ouidius, Partiſque dedere oſcula quiſque ſuæ. Salluſtius in Iugurtha, Vterque inſaniunt. Tacitus, Leuiſſimus quiſque Gallorum & inopia audax, dubiæ poſſeſſionis ſolũ occupauere. Liuius 1. ab vrbe, Vbi ſpectacula ſibi quiſque facerent. Ennius, Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi. Hoc poteſt defendi per prolepſim implicitam, vt plura hic poſita. Liuius, Pro ſe quiſque alacres ſternunt. Sæpiſſime hiſtorici & poetæ hac ſyntheſi vtuntur: aliquando etiam ſine ſyntheſi. Sil. lib. 7, AEquor quiſque ſuum ſequitur ſtridente procella. Liuius in præfatione totius operis, Pro ſe quiſque acriter intendat animum. Idem 7. ab vrbe, Pro ſe quiſque obuios ſternit. Curtius lib. octauo, Pro ſe quiſque certat euadere. Sic & Cæſar & alij ſæpe nunc hoc, nunc illo modo loquuntur. Exemplum de particulari rarius eſt. Terent. in Adelphis, Aperite aliquis actutum oſtiũ. Donatus, Vim pluralem habet (aliquis), quamuis ſingulariter dicatur: non eſt enim aliquis niſi de multis. Plautus in Menæchmis, Aperite aliquis oſtium.

Aperite aliquis.

ADVERBIA ET INTERIECTIONES.

En, ecce, hem, primum, quartúmque aliquando requirunt.
Heu petit & quintum, velut ô, hei, væhque datiuum.
Pro primum, quartum, quintúmque notatur habere.

Hæc aduerbia demonſtrandi En, ecce, hem, petunt poſt ſe nominatiuũ vel accuſatiuum. De nominatiuo: Ecce homo. Cicero, Ecce tibi ſtatus noſter. Terentius, Ecce autem alter neſcio quid de amore loquitur. Quintilianus, En improbitas. Hem Dauus. De accuſatiuo: Plautus in Milite, Opúſne erit tibi aduocato triſti, iracundo? ecce me. Hoc de (ecce) rarũ eſt, præſertim in proſa, teſte Valla. Terentius in Andria, Hem aſtutias. Seneca, En Paridis hoſtem. Hic en, vt alibi ſæpiſſime, cum exprobratione quadam ponitur. Virgilius, -en quattuor aras, Ecce duas tibi Daphni.

Ecce. En. Hem. Eccum. Ellum.

Quot modis conſtruuntur Ecce, en, hem? Tribus. Primo cum nominatiuo: vt Ecce agnus dei. Virgilius, En Priamus. Secundo, cum accuſatiuo: vt Ecce me, En aras, Hem aſtutias. Tertio, ſine caſu: & tũ (Ecce) ponitur fere vbi quid ex improuiſo fieri ſignificamus. Ouid. 4. Metam. -venit ecce recẽti Cæde leæna boum, ſpumantes oblita rictus. Virgilius in Bucolicis, -en quo diſcordia ciues Perduxit miſeros? en quis cõſeuimus agros? Hem comicum eſt non oratorium. Ecce facit eccum eccam, eccos eccas: id eſt ecce hîc de quo agebamus. Ab En, ellum ellã, ellos ellas, id eſt en illic de quo agebamus. Aduerbia ſunt, teſte Valla, cõtra Priſcianũ, qui dixit pronomina eſſe, & ſignificare ecce eum, ecce vel en illum, quod Valla ideo reprobat: quia Terentius Eccum Parmenonem dicit: nec poteſt exponi ecce eum Parmenonem, ſed ecce hîc. Poſſes reſpondere Vallæ per regulam, AEquiualens geminis. Et certe, ſiue hæc aduerbia ſint, ſiue pronomina, in eis ſeruatur ratio generis & numeri, vt eccam de fœmina, eccum de viro dicamus, &c. Sunt qui putant eccum vetus eſſe pro ecce: vt don, cum pro donec. vt apud Terentium in Adelphis, Eccum Mitio progreditur foras. legitur etiam ecca. Terentius in Eunucho, Ecca fundi noſtri calamitas. Donatus in Andriam, Eccum, quaſi ecce eum veteres dixerunt. Ego Vallæ concino. Apuleius ſæpe coniungit en ecce, vt ergo igitur.

Heu. O.

HEV PETIT & quintum, velut ô. Iſtæ interiectiones Heu & ô petũt poſt ſe nominatiuum, accuſatiuum, aut vocatiuum. De nominatiuo, Plinius, Heu dementia, allatoris aduentus ſemper eſt gratus. Terẽtius, O feſtus dies hominis. De accuſatiuo, In Pſalmis, Heu me: quia incolatus meus prolongatus eſt. ita habent emendati libri, teſte Valla. Terentius, Heu me miſerum. Virgilius, O fortunatos nimiũ, bona ſi ſua norint, Agricolas. De vocatiuo, Stat. Heu ſocij, nullæne manus, nulla arma valebunt? Virgilius, Heu priſcà fides, inuictáque bello Dextera. Cicero, O magna vis veritatis. Virgilius, O fortunati, quorum iam mœnia ſurgũt. Perſius, O miſer inque dies vltra miſer. huc-

cine rerum Venimus? Apud Lucanum in ſecundo, O miſeræ ſortis. ſubauditur nos.
QVOT MODIS vtimur heu? Tribus. Primo vt eſt dolentis interiectio, cum accuſatiuo fere pro- Heu.
nominis: vt Heu me miſerum. Secundo vt eſt interiectio exprobrãtis. Virgilius, Heu ſtirpẽ inuiſam.
Et cum nominatiuo. Idem, Heu pietas, heu priſca fides. Tertio eſt interiectio dolentis ſine caſu. Vir-
gilius, Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. Idem, Heu quid agat. & tunc fit aliquando
diſſyllabum. Alij geminant heu heu: alij legunt eheu. Idem, Heu heu, quid volui.
Quomodo differunt Heu & heus? Heu eſt interiectio dolentis aut exprobrantis. Heus eſt aliquando Heus.
interiectio dolentis, ſed nunquam regit caſum. Virgilius, Heus etiam menſas conſumimus, inquit Iu-
lus. Sæpiſſime eſt aduerbium vocantis aut reuocantis: vt Heus bone vir, Heus iuuenes monſtrate viã.
Cur Latinus interiectionem ab aduerbio ſeparat, quod Græcus non facit? Reſpondeo ſecundũ Ser-
uium, qui in illud AEneidos 12, Heu quid agat. Omne aduerbium, inquit, verbo cohæret, vnde heu &
atat, & ſimilia. quia verbo cohærere non poſſunt, ſeparatim fecerunt aliã partem orationis, interiectio-
nem ſcilicet, quam ſola Latinitas poſſidet. Hæc ille.
QVOTVPLEX inuenitur O? Quintuplex. Primo o, nomen vocalis. Secundo per ſimilitudinem O.
pro fine, quia ω̃ eſt vltima Græcorũ litera, vt Alpha, prima. In ſacris, Ego ſum Alpha & ω̃, id eſt prin-
cipium & finis. Tertio aduerbium vocandi: vt ô Pamphile ſalue. & ſic vult vocatiuum. Quarto
aduerbium optandi ſine caſu plerunque. Virgilius, Adſis ô placidúſque veni. Perſius, O ſi ſub raſtro
crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Inuenies etiã ô vtinam. Quinto eſt interiectio: vt ô fortu-
nati, ô dies feſtus, ô te infœlicẽ. Cuius ſignificationis eſt interiectio ô? Cuiuſcũque vis, quia teſte Val-
la, omni affectui ſeruit. Nanque aut dolentis eſt. Cicero, O me miſerũ, ô infœlicem. Idem, O variam O varie ca-
volucrémque fortunam. Aut admirandi. Iuuenalis, O qualis facies, & quali digna tabella! Aut in- ptum.
dignandi. Cicero in Catilinam, O tempora, ô mores. Aut exultantis. Virgilius, O mihi ſola mei ſuper
Aſtyanactis imago. Nec ordines mihi cum ô, quia datiuum non regit contra quoſdam ineptè dicẽtes,
O mihi dies in omnes. Quandoque ô pulchre ſubauditur, quum affectus eſt parũ vehemens. Teren- O ſubauditũ
tius in Eunucho, Hominem perditum miſerúmque, & illum ſacrilegum. Cicero in Antonium, Indi-
gnum facinus, & hominem nequam. Plinius Iunior ad Octauium, Hominem te patientem, vel potius
durum ac pene crudelẽ, qui tam inſignes libros tam diu teneas. In re magni caloris diceremus, O me
miſerũ, O te infœlicem, &c. Terẽtius leuioris caloris interiectione vtitur (hui) cum accuſatiuo, Hui tam Hui.
graues raſtros quæſo.
HEI VAEHQVE datiuum. Duæ interiectiones hei & væh, regunt datiuum poſt ſe. Cicero, Hei Hei.
mihi non poſſum hoc ſine lachrymis commemorare. Virgilius, Hei mihi qualis erat. Ouidius, Hei mi-
hi quòd nullis amor eſt medicabilis herbis. Plaut. Hei miſero mihi. Hei cuius ſignificationis? Dolen
tis & ingemiſcentis. De Væh, Væh miſero mihi. Martialis, Carpere cauſidicus fertur mea carmina, Væh.
qui ſit Neſcio: ſi ſciero, væh tibi cauſidice. In ſacris, Væh duplici corde. hîc (duplici) datiuus eſt. Quã-
doque ſine caſu ponitur. In Iſaia, Væh qui profundo eſtis corde. Apud veteres cũ accuſatiuo legitur.
Plautus in Aſinaria, Væh te. Cuius ſignificationis eſt væh? Minantis, & malũ imprecantis atque exe-
crãtis. Quare habet diphthõgon? Vt differat à cõiunctione ve, id eſt vel. Cur aſpiratur? Vt affectus
mentis fortius exprimatur, quod in pleriſque alijs fit: vt Hei, heu, ah, vah, &c.
Quot modis cõſtruitur væh? Tribus, Primo cum datiuo, vt Væh tibi. Secundo vetuſte cum accu-
ſatiuo, teſte Capro, vt Væh te. Tertio ſine caſu, Virgilius, Mantua væh miſeræ nimium vicina Cre-
monæ. Væ particula in cõpoſitione diminuit, vt Væſtibulum quaſi paruũ ſtabulum, Væpicus, Væ-
iouis, Vægrandis, Væſeus. Aut negat ſiue priuat, vt Væcors.
PRO PRIMVM. Pro interiectio dolẽtis vel indignantis, & aliquãdo admirantis, conſtruitur cum Pro.
nominatiuo, accuſatiuo, vocatiuo. De nominatiuo, Pro dolor, Pro pudor. De vocatiuo, Plautus,
Pro ſancte Iuppiter quid video. De accuſatiuo, Terẽt. Pro deûm atque hominũ fidem. Scribitur ſine
aſpiratione à Mancinello, Calepino, Badio. Georgius Valla aſpirauit proh, vegetioris ſoni gratia.

REGIMEN NOMINATIVI, ET OBITER ALIORUM IMPLICITUM.

Cuiuſuis tacitam do caſus ſæpe regentem.
Supprimit órator, quæ ruſticus edit inepte.

Dictio regens tam nominatiui, quàm aliorum caſuum, aliquando etiam dictio recta eleganter ſub-
auditur: vt Laus regi ſuperno. Gloria tibi domine. Dominus vobiſcũ. Pax tibi. Gloria in excelſis deo,
&c. In quibus nominatiuus regitur à verbo ſubſtantiuo ſic implicite poſito. Nulla mora, imus: intelli-
gitur eſt. veluti, Turpe dictu: ſcilicet eſt, &c. Ouidius, Turpe quidem dictu, ſed ſi modò vera fatemur:
Vulgus amicitias vtilitate probat. Sillius tertio, Turpe duci totam ſopno conſumere noctem. Sequen-
tia ſancti euangelij ſecundum Iohannem: ſcilicet ſunt. Mirabile dictu. Miſerabile viſu: ſcilicet eſt. Ho-
milia ſancti Gregorij. ſcilicet eſt vel ſequitur. Virg. -nunc fama minores Italiam dixiſſe: ſcilicet eſt.
Cauendum ſemper nequid obſcuritatis pariat ſubauditio. Exemplum de genitiuo, Corn. Tacitus,

Mox petijt à dijs piacula, aditíque Sibyllæ. ſubaudi, libri ſunt. Idem, Monere diutius, neque temporis huius: & impletum eſt omne conſilium. Neque temporis huius, ſubaudi eſt. De datiuo, Tacitus, Ad ea cerealis ciuili & claſſico nihil. ſubauditur, reſpondit. De accuſatiuo, Terentius, Miſeram me: vereor, ne illud grauius Phædria tulerit. ſubaudi, ô me miſeram, &c. De vocatiuo, Virgilius, Tityre coge pecus. ſubauditur, ô. De ablatiuo, Quid mea ruſticéne loquaris an nitide? Subaudi, intereſt.

Exemplum vbi dictio recta ſubauditur, Vocor Iohannes. Subauditur dictio recta (ego) quæ turpiter exprimeretur. Cic. 2. Philip. Quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat. ſubauditur, templũ. Ita Iohannes habitat ad diui Petri. quod ruſtici aiũt, Apud eccleſiã ſancti Petri. Ci. 14. ad Atticũ, Rapinas ſcribis ad Opis fieri. Titus Liu. quarto ab vrbe condita, Linteis libris ad Monetæ inuentis. ſcilicet, templum.

SVBAVDIENDI MODI.

Subaudiendi modi ſeptẽ.

QVOT MODIS quicquam venuſte ſubauditur? Difficile eſſet omnes enumerare: tamen præcipui ſunt ſeptem.

Quò.

Primus fit per quò. Horatius, Quò mihi fortunam ſi non conceditur vti? id eſt Ad quid vultis mihi eſſe bona fortunæ? ita legit Valla, licet aliqui codices habeant, Quò mihi fortuna eſt? Cicero ad filium, Martis verò ſignũ quò mihi pacis authori? Quintilianus, Quò per fidẽ diuitias cæco? Idem, Quò nunc tantum frumenti? quò claſſem commeatu grauem?

Vnde.

Secundus fit per vnde. Horatius, Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? vnde ſagittas? Supple, acquiram, vt te cædam. Iuuenalis, Vnde tibi frontem libertatémque parentis, Quũ facias peiora ſenex? Supple, eſſe putas, vel credis. Sic, Vnde huic diuitias? Quintilianus, Vnde hunc illi animũ? Et alibi, Vnde tantum virũ cæco, vt in vno ſtatim ictu mo[illegible] tota peragatur? Et alibi, Vnde miſeræ tunc? vnde ſopnus? Scilicet erat, vel eſt. In ſacris, Vnde mihi hoc, vt mater domini veniat ad me? ſcilicet datum eſt.

Eſſe.

Tertius modus fit per (eſſe) ſubaudito dicitis, aut dicunt. Quintilianus, Eloquentiam eſſe quæ pœnæ eripiat ſceleſtos. ſubaudi dicunt. Cicero, Caput eſſe ad bene viuendum ſecuritatem. ſcilicet dicunt.

Reſpondeo. Confiteor.

Quartus modus fit, vbi ſubauditur (reſpõdeo) aut ſimile. Quòd autẽ ſcribis de illo negotio, ego neſcio quid conſilij capiam. Ruſticus diceret, Reſpondeo quòd ego neſcio. Quintilianus, Si cõfeſſionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus. Ruſticus diceret, Confiteor quòd ego fui pater durus.

Ita loquimur.

Quintus modus, vbi ſubaudimus (ita loquimur) vel (hoc dico). Cicero, In obſequio (quoniã Terentiano verbo libenter vtimur) aſſentatio abſit, veritas retineatur. Subauditur, ita loquimur, quoniam Terentiano verbo libenter vtimur. Idem, Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requiẽ oblectationémque noſcatis. Subintellige, hoc dico vt noſcatis.

Verbũ generale facio, dico.

Sextus modus eſt vbi generale verbum (facio facis) ſubauditur: aliquãdo etiã (dixit). Plinius Iunior, Studes, an piſcaris, an venaris, an ſimul omnia? ſupple facis. Quintilianus, Nil aliud quàm renuet. ſupple faciet. Et iterum, Et acceptis literis meis iuuenis filius, nihil aliud quàm cũ matre fleuiſſet. nihil aliud, ſupple feciſſet. Martial. Nil aliud bu lbis quàm ſatur eſſe potes. id eſt nil aliud facere. Bene Ennius, Præclare Anaxagoras, Fortiter Scipio Africanus, Prudenter Fabius. ſupple fecit, aut dixit. Dij melius. ſupple faciant, aut velint, aut fecerint. Ouidius, Dij melius, dij nempe ſuas habuere ſorores. Dij meliora. Lucanus verbum expreſſit, Dij meliora velint. Quintilianus, Tu melius vxor quæ facturum retinebas. ſupple feciſti. Hos ſex modos ex Valla deprompſi, quibus, ſi vellem, duodecim non minus elegantes adijcerem: ſed contentus ero vnico ad omnes generali.

Septimus modus eſt, Quotieſcunque ſubauditio obſcuritatem non parit, ornate multa ſubticemus: vt Tum Venus. ſcilicet dixit. Quid rei tibi cum illo? ſubaudi eſt. Non dubiũ quin vxorem nolit filius. ridiculũ, nugæ, tricæ, apinæ, fabulæ. Sed quid opus plura? Et alia id genus multa. De his aliás. Nũc ad reliqua. Pulchra quidẽ, ſed nihil ad noſtrã hanc. Quid ad me? Quid mea? Cui IESVS. Præclarum dictum Ciceronis, Qui & Tullius. Modo pro dũmodo. Ouid. Gnoſida feciſſes inopẽ, ſapiẽter amaſſet. id eſt ſi feciſſes. Plin. Dediſſes huic animo par corpus. ſi dediſſes. Horat. in arte, Quintilio ſiquid recitares, corrige ſodes: Hoc aiebat, & hoc melius te poſſe negares. Id eſt ſi negares. Iuuen. Græculus eſuriẽs in cælum iuſſeris, ibit. Id eſt ſi iuſſeris. Terent. in Eunucho, Id amãbo adiuta me. Id eſt ob id. Cicero ad Atticum, Sed hæc propediẽ corám. ſupple agemus. Arpinũ volebamus. ſcilicet proficiſci. Arpinũ cum eum conuenero, cogito ſcilicet proficiſci. Vtinã corãm tecũ olim quàm per epiſtolas. ſupple, loqui aut rem commentari licet. Pyliæ & Atticæ ſalutẽ. Vale. ſupple dicas. Libri quidẽ ita exierunt (niſi forte me cõmunis philautia decipit) vt in tali genere, ne apud Græcos quidẽ ſimile quicquã. ſupple reperiatur. Potuerũt vel biduũ, vel triduũ, vel vt videbitur: nihil enim intereſt. vt videbitur, ſcilicet vtile. Caſtritius Romã cupit. ſcilicet ire. Hui tam diu de nugis. ſcilicet ſcribo. Brutus apud me fuit, cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæſarem. ſcilicet ſcribere. Quum eſſem in Cumanũ. ſcilicet iturus. Poſt tuum diſceſſum binas à Balbo, nihil noui. ſcilicet accepi. Ego iam deſtinaram Hydruntem quidem. ſcilicet proficiſci. Oroſius, Getæ illi qui & nunc Gothi. ſcilicet dicuntur. Pſeudocurtius in epiſtolis, Scis aduerſus Senatum perpetrationem tuam dignum affici atroci ſupplicio & merito capitali. ſubaudi, ſcis te dignũ affici, &c. Vir magna doctrina. ſubauditur eſt vel erat, teſte Gellio. Quod quidã authores ſunt. ſubaudi aſſerere auſi. Reſtat mihi exponẽda vita, quã hic egit in magiſtratu, res digna auditu in primis. ſubaudi eſt. Reliquũ eſt vt exponam vitam, qua fuit in magiſtratu, rem dignã auditu in primis. Iuno

Si ſubauditũ

p.i.

apud Virgilium AEneid.1, Méne incœpto deſiſtere victam? Méne,ſcilicet oportet,decet,aut verũ eſt. Plinius Iunior,Homi némne Romanum tam Græce loqui? Cicero ad Terẽtiam vxorem,Me miſerum in tantas calamitates mea culpa incidiſſe. Audiui te abſuiſſe,vt cæteros in prælio.ſupple,vt cæteros audiui. Audiui te abſuiſſe in prælio,vt cæteri.ſcilicet fuerunt vel audiuerunt. Iratis conuenit apoſiopeſis: id eſt reticentia. Phædria Terentianus,Egóne illam? quæ me? quæ illum? quæ nõ? Egóne illam? ſcilicet vlciſcar. quæ me? ſcilicet excluſit. quæ illũ? intromiſit,&c. Neptunus Virgilianus,Quos ego:ſed motos præſtat componere fluctus. Quos ego, ſcilicet acerrime puniã. Aliquando pudoris gratia,aut propter alicuius præſentiam, quippiam ſubticemus. Terẽtius in Eunucho,Ego illum Eunuchum,ſi opus ſiet, vel ſobrius. Virgilius,Nouimus & qui te,tranſuerſa tuentibus hircis. Nominatiuus aliquando penitus abſoluitur à rectore. Pſalmographus,Diſciplina tua ipſa me docebit.& quod imitari nolim,Cuius humilitatem dominus reſpiciens,virgo concepit.id eſt domino reſpiciente.

REGIMEN GENITIVI.

SI duo continue iungantur fixa:nec vna
Sit res,in patrio rectè caſu dabis vnum.

Omne nomen ſubſtantiuum regit alterum ſubſtantiuum in genitiuo,ſi ipſa pro diuerſis ſignificentur accipi,coniunctione nec explicite nec implicite intercedente:vt Ager Petri,Criſta galli,Facundia Ciceronis,Patera vini, Dies lætitiæ,Princeps ſacerdotum, Scriba regis,Vicinus Petri, Soror vxoris, Epiſtola Pauli,Potio ſopni,Lumen ſolis,Virtus dei,Quid rei,Crater argenti,Pater filij,Diſcipulus magiſtri,Cathedra lætitiæ,Flos florum,Homo parui pretij,Puer vnius diei,Ager trium iugerum,Iris pluuiæ,AEneas Anchiſæ,Cuſtos templi,Summa ſummarum,apud Plinium. Scire Petri,Eſſe dei:quia infinitiuus fungitur officio nominatiui. Liber illius:quia pronomen primitiuæ ſpeciei fungitur officio nominis ſubſtantiui.

Cur dicis ſi ipſa pro diuerſis ſignificentur accipi? Quia aliter ponerentur in eodem caſu: vt Vrbs Roma. Cur igitur non dicimus,Virtus deus:quum virtus ſit deus? Quia licet accipiantur pro eadem re,tamen ſignificantur pro diuerſis accipi: quia theologiæ imperitis videtur virtus quid eſſe in deo, vt in Iohanne,&c.quia igitur dicimus,Virtus Petri,Fortitudo hominis,Clementia iudicis: ideo etiam dicimus Virtus dei,Potentia dei,& cætera. Aliquid Petri:id eſt de Petro. Sic Aliquid rei dicimus,pro aliqua res,&c.

Quare dixiſti coniunctione nec explicite nec implicite intercedente? Quia ſic alterum non ſtaret in genitiuo:vt Chlamys & aurũ. Quæ eſt circa hoc elegantiæ regula,quam Niger ponit? Eſt hæc,Si ha- Elegãtiæ regula,
bueris orationem adiectiui & ſubſtantiui,aut in qua proprietas regit ſubiectum,mutabis eam eleganter in duo ſubſtantiua eiuſdem caſus, intercedente coniunctione, quod poeticum magis eſt quàm oratorium,teſte Seruio. Virgilius,Arma virúmque cano. id eſt virum armatum,vt multi dicunt. Idem, Pateris libamus & auro.id eſt pateris aureis. Idem, -molémq; & montes inſuper altos Impoſuit. id eſt molem altorum montium. Cauendum ne ab honeſtate naturáque diſcedamus. id eſt à naturali honeſtate,vel honeſtate naturæ. Rex eſt chlamyde,purpuráque indutus. id eſt chlamyde purpurea. Geſto in digito annulum aurúmque.id eſt annulum aureum. Laudo iuuenum mores honeſtatémque.id eſt honeſtos mores iuuenum. Loquimur ita in proſa interim elegãter. Abſit ſemper affectatio,qua nihil odioſius,ait Fabius.

Cur dixiſti neque implicite? Quia ſi coniunctio ſubaudiatur, in eodem ponentur caſu. Terentius, Dum ætas,metus,magiſter prohibebãt. Bene autem intercedet verbum ſubſtantiuum:vt Liber eſt Petri, Domus creditur eſſe Petri. In quibus orationibus nolunt verbum regere genitiuum, ſed nomen, intercedente verbo.

Argumentor. Dicit Plautus in Truculẽto,Quid tibi hanc notio eſt inquam meam amicam? Hic alterum ſubſtantiuum ponitur in accuſatiuo, alterum in nominatiuo.ergo regula male dicit alterum in genitiuo ſemper locari. Reſpondeo, Plautus more veterum loquitur, apud quos verbalia in io ſæpe regunt caſus ſuorum verborum:nunc niſi rariſſime,non licet ita loqui:& regula datur de grammatica iam in vſu,non olim deſita.

Argumentor. Dicit Gellius(ne vetuſtatẽ excuſes)libro 1.cap.16,Quod genus homines loquaces ap- Verbaliũ in
pellati. Et Boetius 2.de Cõſolatione, In id ætatis pueris. Hic ſunt diuerſa ſubſtantiua genus homines, io vetus regi-
id ætatis pueris:nec alterum ponitur in genitiuo,quod eſt contra regulam. Reſpondeo, Regula in- men.
telligitur ſi nulla figura obſtet:in dictis autem orationibus eſt Antiptoſis honeſta, & omnibus licita: quia ex vſu authorum oppido elegans,Quod genus, pro cuius generis:Id ætatis,pro eius ætatis. vt Id Quod gen⁹.
genus,pro eius generis:Omne genus,pro omnis generis. Gel.lib.19.cap.4,Ariſtotelis libri qui proble- Id pro eius.
mata phyſica inſcribũtur,lepidiſſimi & elegantiarũ omne genus referti. Sueton.in Tito,Quinque milia omne genus ferarũ.id eſt omnis generis. Idẽ in Domitiano,Initiũ veſcẽdi primus fecit:diéque proximo omne genus rerũ miſſilia ſparſit. Tacitus,Romanorum nemo id authoritatis aderat,vt promiſſa eius magni penderentur. Idem,Mos habebatur principum, liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci in aſpectu propinquorum propria & parciore menſa. id eſt eius authoritatis, eiuſdem

ætatis:vel ea authoritate,eadem ætate.Locutiones ſunt ornatiſſimæ.

Elegantię regula. VTRVM ORNATIVS dicimus,Quid cauſæ,an Quæ cauſa?Quid cauſæ. Quare?Quia elegãtiæ regula eſt,quoties loquendum foret per quis,quæ,quod,multus, is,minor,tantus,quantus,& nonnulla alia adiectiua,venuſte adiectiuum in neutro genere ſubſtantiuum efficimus,mutando prius ſubſtãtiuum in genitiuum,priore ſeruato numero: vt Quæ cauſa,quid cauſæ: Quæ vires,quid virium:Multa pecunia,multum pecuniæ:Multa arma,multum armorum: Ea ætas,id ætatis:Minor ſcientia,minus ſcientiæ:Tanta fides,tãtum fidei:Quantos nummos,quãtum nummorũ: Hoc regnum,hoc regni,&c. Nullus in nihil vertitur:vt Nullus locus,Nihil loci. Terentius in Andria,Nihil preci loci eſt relictum. Idem,Næ ille haud ſcit hoc paululum lucri,quantum damni apportet. Plautus,Neque habet plus ſapientiæ quàm lapis. Cicero,Habeo minus virium,quàm veſtrum vteruis. Iuuenalis,Quãtum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantũ habet & fidei. Tullius,Tibi autem idem conſilij do. Terentius,Dij boni,boni quid porto. Plautus,Caue mihi mendacij quicquã. Salluſtius,Nec penſi quicquam habebãt. Ouidiana Helena ad Paridem,Nec tibi plus cordis,ſed magis oris ineſt. Horatius,

Sed tacitus paſci ſi ſciret coruus,haberet

Plus dapis,& rixæ multo minus,inuidiæq;. Plautus in Amphitryone,Hoc noctis ſolus ambulem. videtur intelligi tempore. Idem,Quid iſtud noui eſt?

Id temporis. Id ætatis. Pulcherrimum eſt Id temporis,pro eo tempore:& Id ætatis,pro ea ætate. Corn. Tacitus,Armeniam petiuit id temporis importunam. Idem,Apud finem Ligurum id temporis erat. Oppius de bello Hiſpanico,Erat id temporis Sextus Pompeius. Ibidem,Incidit idem temporis,vt tempeſtate aduerſa vehementique vento afflictarentur. Ibidem, Id temporis conati ad murum accedere. In eodem, Per idem temporis glans miſſa. Gellius libro primo,cap.23,Si libri copia fuiſſet id temporis. Titus Liuius ſeptimo tertiæ decadis,Cur id ætatis in caſtris fuiſſet. Cicero pro Cluentio, Si potuiſſet honeſte ſcribere, ſe in balneis cum id ætatis filio fuiſſe nõ præteriſſet. Hic capitur pro eius ætatis. Plautus in Aſinaria,Nec eum puduit id ætatis ſycophantias ſtruere. Terẽtius,Sum hic minus amicorum habens. ſic,Modicum vini,Plurimum laboris,&c.

Id locorum. Id locorum,pro eorum locorum,elegans eſt. Boetius 2. de Cõſolatione, Parthis ceteriſque id locorum gentibus. Neque id regimen ſolum in nominatiuo aut accuſatiuo fit. Valerius Maximus libro 4,Fuerat eodem loci. Tacitus,Non eo loci res ſuas agi,vt de matrimonio certet. Idem,Multo iam noctis ſerum auxilium venit. Poteſt hic ſubaudiri tempore,ſed ruſtice exprimeretur. Vt apud eundem,Reliquo noctis modo per ſilentium defixus,ſæpius pauore exurgens,& mentis inops lucem opperiebatur.

Eo loci. Plinius libro 11. cap.37, Viris aurum geſtare eo loci decus exiſtimatur. Aliquando id pulchre ſubauditur. Titus Liu. primo ab vrbe, Quum Romanus exercitus inſtructus, quod inter Capitolinum collem,Palatinúmque campi eſt,compleſſet. Ordina,Quum Romanus exercitus inſtructus cõpleſſet id campi,quod eſt inter collem,&c. Mela, Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus,ab altero Europã. Liuius tertio ab vrbe, Vocis verborúmque quantum voletis ingerent. ſubauditur tantum: ſic,Ingerent tantum vocis verborúmque quãtum voletis. Idem in primo,Vaſtatur agri quod inter vrbem ac Fidenas eſt. id eſt vaſtatur id agri,quod,&c. multo elegantius,quàm vaſtatur ager qui,&c.

Cõtemptus vitandus. Cauendum ne dum ornate loqui volumus, per contemptũ inſcij loquamur in iis quæ partitionem aſpernantur:vt Quid hominis:pro quis homo. veluti,Neſcio quid hominis ſis:quaſi non plane homo, ſed hominis quæpiam particula.

LIBER PETRI,Ex qua vi regitur Petri? Ex vi voluntatis,& vſus doctiſſimorum. ita reſpõdebis in omnibus. Da regulam.

EX QVA VI DICTIO ALIQVA REGATVR.

Quærenti vires ſit pro ratione voluntas,

Aſſiduúſque vſus magnorum grammaticorum.

Siquis ex qua vi dictio regatur,quærat: de quocunque caſu id quæratur, reſpondebis ex vi voluntatis,& aſſidui vſus doctiſſimorum grammaticorum,oratorum,& aliorum ſcriptorum. Alexãder & multi alij circa vires regiminum valde ſe, & miſeros iuuenes vexauere, quia non putabant ſufficere, Liber Petri,eſt congrua:quia ita doctiſſimi ſemper loquuntur. Nam quæſiuiſſent,Cur non dicimus,Petrus vaccæ,Iohannes chimæræ, vt vacca Petri?Debet enim eſſe certa habitudo dictionis regẽtis ad rectam. Ea autem habitudo eſt vis regiminis,vt aiunt. Sed vtcunque eſt,hæc res eſt pueris pernicioſa:quia minus neceſſaria, & ad Latinitatem noſcendam inutilis: ideo ſpernenda· quia vt Cicero ait, Hoc vitium ſummopere vitandum eſt, ne nimis magnum ſtudium in res obſcuras, difficiles, & minus neceſſarias conferamus. Sufficiat ergo pueris ita reſpondere, Liber Petri,eſt Latina:quia doctiſſimi ita loquuntur: quia duo ſubſtãtiua,&c. Sed quare non dicimus, Petrus libri?Quia non eſt bonus ſenſus, nec Liber habet Petrũ:ſed Petrus librum. hoc ſufficit pueris. Vt quare pedo non habet peſi,vt lædo læſi:nec do daui,vt flo flaui: certe nec cauſa,nec vis eſt vlla,niſi authorum volũtas,& aſſiduus doctorum vſus. Hæc eſt Latina, Habes cornua: quomodo habeas,nihil ad grãmaticum. Hæc eſt Latina,Inſtar montis:quia

Inſtar. doctiſſimi ita loquuntur. Aliam vim nihil moror. Quid ſignificat inſtar? Primo adæquiparationem,

p.15.

vel magnitudinem,vel menſuram. Virg.2. AEneidos,Inſtar montis equum diuina Palladis arte AEdificāt.id eſt tam magnū,quàm mōs eſt.Eleganter in nominatiuo ſic vtimur.Iuſtin.lib.4,Mittitur Gilippus ſolus,ſed in quo inſtar omnium auxiliorum erat.id eſt ſed qui ſolus tātum potuit,quantum omnes auxiliarij,&c.Gel.lib.18.cap.1,Sola virtus vitæ beatæ inſtar eſt.Suetonius in Cæſare de equo Iulij,Cuius etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit.Inſtar,id eſt effigiem æquè magnam. Aliquando dicit ſimilitudinē. Apul.2. Metamorph.Inſtar ſpeculi reddit imaginem gratiorē. Plin.lib. 11.cap.10.de apibus,Ruentes ceras fulciūt pilarum inſtar. Idem 19.capite 5,Sapor aſper & medicamēti inſtar ad ciendas aluos.Boetius 5.Conſolationis,Neceſſitatis inſtar eueniant.Ideo non dāno illud Auſonij ad Heſperiū filium,Inſtar virginum. id eſt more virginum: nec illud Beroaldi in præfatione annotationū,Inſtar glitiū torpentes maiorem æui partē ſopno conterunt.Ibidem,Inſtar ſcorpionum arcuato vulnere ſeriūt. Beſſarion,Inſtar mortui apud nos eris. Idem, Inſtar pecudū vterentur.Admittit Inſtar apud doctiſſimos interim præpoſitionem ad: tu caue nequid nimis. Apuleius 9. Metamorph. Ad inſtar ſcoparum.In eodem,Iſte quoque ad inſtar infœliciſſimi ſui filij iugulum ſibi multis ictibus contrucidat.Et lib.10,Ad inſtar exercitus.Ibidem,Ad inſtar barbaricæ feritatis.In eodem,Ad inſtar inclyti montis.Et in 11,Ad inſtar voluntariæ mortis. In eodem,Ad inſtar ſolis exornatus. In eodem,Ad inſtar inſaniæ percitum. Iuſtinus ſiue Trogus lib.36,Vallis ad inſtar caſtrorū clauditur.Gellius lib.20. capite 1,Populus Romanus è parua origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit.Pacuuius apud Ciceronem,2.ad Herennium,Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent philoſophi,ſaxíque ad inſtar globoſi prædicant eſſe volubilem. Iacobus Bononiēſis contendit legi debere,Saxo inſtar globo volubilē.Solin⁹,Ad inſtar corporis.Idem,Ad inſtar numinis.Idem,Ad inſtar amnis. Hieronymus in Ioſue,Pertimuit cor populi, & ad inſtar aquæ liquefactū eſt. Sic ipſe ſæpius,& diuus Auguſtinus. Elegantius tamen omittetur præpoſitio.

DIVERSAE HABITVDINES SVBSTANTIVORVM HVIVS REGVLAE pro curioſis hîc poſitæ non inutiles.

Quoniam diuerſæ ſunt huius regulæ habitudines non inutiles, pro veritate multarum orationū aut falſitate inquirenda:ideo pro curioſis quæro,

Quotuplici differentia ſunt ſubſtantiua genitiuum regentia? Triplici & vigecupli.

Primo,Dictio rei poſſeſſæ regit genitiuum poſſeſſoris: vt Liber Petri,id eſt quem habet, aut poſſidet Petrus.Domus Socratis. Inepti dicunt Sortes pro Socrates, vt Zanderus pro Alexander,&c. Cucullus Pauli,pro quo minus apte cappam putamus dici. Fundus domini, Domus magiſtri,Aula principis,Curia Senatus.Conuertitur aliquando regimen:vt Dominus fundi,Magiſter domus,&c.Pes Petri dicunt eſſe poſſeſſionem impuram:quia homo non eſt dominus membrorum ſuorum. Liber Petri eſt poſſeſſio pura:quia poteſt eum vendere,&c.

Secundo,Pars regit totum:vt Vngula equi,Criſta galli,Pupilla oculi,Digitus pedis,Sura cruris,Nucleus iuglandis,Putamen mali,Aruina ſuis,Abdomen porci,Vertex montis,Vortex fluuij,Radix montis,Capitellum turris,Pinnaculum templi,Teſta oui,Femur anſeris, Lumbus anſeris, Membrana oui, Armus equi, Petaſo ſuis, Clunis nefrendis,Faſtigiū muri,Culmus ariſtæ, Culmen domus,Summum, imum,medium vrbis,Nuda colli.Adiectiua ſæpe fiunt ſubſtantiua(vt diximus)veluti,Occulta ſapientiæ,Stulta mundi,Aduerſa mundi,Abrupta montium,Concaua vallium, Defoſſa terrarum,Manſueti terræ,Modeſti regni,Maiores ciuitatis. Hîc nota quòd teſte Valla in Matthæum, venuſtius dicimus ſingulariter,Pili leonis duriores ſunt pilis vrſi,& Pennæ aquilæ ſunt fortiores pennis columbæ: quàm leonum,vrſorum,&c.

Tertio, Proprietas regit ſubiectum: vt Species mulieris, Eloquentia Ciceronis, Fortitudo Hectoris, Calliditas Vlyſſis,Dolor capitis,Nigrum corui,Velle Petri. Proprietas eſt quod alicui accidit,vt color: Subiectum eſt cui aliquid accidit,vt homo.

Quarto,Contentum regitur à continente,& contrà:vt Sinum lactis,Cadus olei, Patera vini,Acerra thuris,Dolium ceruiſiæ,Herba horti,Vinum noui vaſis,&c.

Quinto,Tempus regit quod in tempore fit, & contrà:vt Hora cœnæ,Dies lætitiæ,Tempus loquendi,Dies eſuriei,id eſt ieiunandi.Spatium pœnitentiæ,Iter vnius diei,&c.

Sexto,Nomen præfecturæ aut dignitatis regit genitiuum rei,cui quis præſidet: vt Rex Francorum, Dux Burgundiæ,Princeps ſacerdotum,Præfectus vrbis,&c.

Septimo, Dictio miniſterij regit præſidentis genitiuum: vt Quæſtor pontificis, Scriba regis, Armiger equitis,&c.

Octauo,Dictio proximitatis & contrarietatis regit genitiuum:vt Vicinus Petri,Municeps & cōterraneus Pauli:ſicut pater,gener,ſocer,hoſtis Petri,&c.

Nono,Verbale ſubſtantiuum regit genitiuum: vt Cultor iuſtitiæ, Seruator honeſti, Profeſſor iuris, Actor cauſarum,Genitrix CHRISTI,Oppreſſor pauperum,Suggeſtor mali,Oſor vxoris,Doctor iuuentutis,Præceptor puerorū,Seſſor aſelli,Sator ſcelerū,Amator mulierū.Iuuen. Victrix fortunæ ſapientia. Tullius, Virtutū adiutrix amicitia. Cēſor morū,Iudex veri,Tactor mulieris. Eiuſmodi in io apud veteres regebant caſus ſuorum verborū.Plautus in Menæhmis, Quid me vobis tactio eſt? Et in Tru-

Tactio me.

culento, Quid tibi huc ventio eſt? Quid tibi hanc aditio eſt? Quid tibi hanc notio eſt, inquam, amicam meam? Item Votorum intentio, apud Boetium 2. de Cõſolatione. Cupido gloriæ. Cornelius Tacitus, Sapiẽtibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur. Alũnus Petri, quem Petrus alit, aut (quod rarum eſt) qui

Alumnus. alit Petrum. Plinius libro 3. de naturali hiſtoria, cap. 6. de Italia loquens, Terra omnium terrarũ alumna. id eſt quæ omnes alit terras.

Decimo, Dictio effectus vel operis regit genitiuum rei efficientis, vt Ilias Homeri, Epiſtola diui Pauli, Summulæ Petri Hiſpani, Syntaxis Deſpauterij, Ecloga Virgilij, Labyrinthus Dædali, &c.

Vndecimo, Dictio effectus genitiuum finis regit: vt Potio ſopni, Ambulatio ſanitatis, Templũ diui Fœlicis, Feſtum diuæ Mariæ, Ara victoriæ, Bellum triumphi.

Duodecimo, Dictio effectus regit genitiuum cauſæ naturalis: vt Calor ignis, Lumen ſolis, Tela aranei, Pudor culpæ, Pœna reatus, Nidus hyrundinis, Mel apum.

Decimotertio, Dictio effectus regit cauſam formalem in genitiuo: vt Virtus dei. Huc reducũt, Quid boni, Quid rei, &c.

Quartodecimo, Dictio effect⁹ regit genitiuũ materiæ: vt Aceruus lapidũ, Crater argẽti, apud Perſiũ.

Quintodecimo, Relatiuum logicũ regit genitiuũ correlatiui: vt Pater filij, Dominus ſerui, Duplum dimidij, Magiſter diſcipuli, &c. Relatiuum logicum eſt quod ad aliquid neceſſariò refertur, vt intelligatur: vt Socer refertur ad generum, Auus vel auia ad nepotem vel neptem, Libertus ad patronũ, Patronus ad libertum aut clientem, &c.

Decimoſexto, Quod alicuius eſſe ſolebat, illius quoque adhuc eſſe dicitur: vt Pes porci, Vas vini. dũ abſciſſus eſt, & vinum exhauſtum. Alexander, Idque quod eſſe ſolet, ſub conſuetudine ponam.

Decimoſeptimo, Dictio ſuum regit genitiuum pluralem per excellentiam: vt Rex regum, Dominus dominorum aut dominantium, Flos florum, Virgo virginum, Secula ſeculorum, Ars artium, &c.

Decimooctauo, Dictio regit pretium in genitiuo: vt Panes ducentorum denariorum non ſufficerẽt

Trioboli. eis, Salmo trium ſolidorum. Trioboli adiectiuũ eſt ſine flexu: vt Homo trioboli, Meretrix trioboli aut triobolaris, id eſt vilis.

Decimonono, Subſtantiuum regit genitiuum ætatis: vt Maledictus puer centum annorum. & poteſt intercedere verbum ſubſtantiuum. In Geneſi, Noe erat quingentorum annorum. In Euangelio, Quum factus eſſet IESVS annorum duodecim. Quintilianus, Non æſtimandũ eſt cuius quiſque ſit ætatis, ſed quãtum in ſtudijs profecerit. Recte dicimus, teſte Sulpitio, Aldo, aliiſque, Quot annorum es? Sum viginti annorũ. Zenderus putat male dici: quia verbum (inquit) regit tempus in accuſatiuo, vel in ablatiuo, non in genitiuo, ſed fallitur: quia hoc ſolum verum eſt, vbi quæſtio fieret per Quãdiu: vt Quandiu fuit IESVS? Reſpondebo duodecim annos, non duodecim annorum, &c. Recte autem

Quotũ annũ agis? quæres, Cuius ætatis es? Quot annos natus es? Et (de quo quidam ambigunt) Quotum annum agis? Curtius libro quinto, Quintum annum agebat. Solinus 70. & 7. agens annum.

Vigeſimo, Menſura regitur in genitiuo: vt Ager trium iugerum, Panis vndecim librarum. Poteſt regula conuerti: vt Modius tritici, Libra butyri.

Vigeſimoprimo, Nomen ſigni, vel imaginis regit genitiuum rei cuius eſt imago: vt Halo venti, Iris pluuiæ, Vexillum dedicationis, Argumentum rei, id eſt ſignum.

Vigeſimoſecundo, Propria regunt per ſubauditionẽ: vt AEneas Anchiſæ, Dalila Samſonis, Deiphobe Glauci, Maria Iacobi.

Vigeſimotertio, Nomen officij regit genitiuum rei, cuius eſt: vt Cuſtos templi. Omnia iam dicta cõtinentur in vnica regula noſtra.

Elegantia. In pleriſque elegantius per poſſeſſiuum loquimur: vt Herba hortenſis, Crater argenteus, id eſt ex argento totus. Crater argentatus, cuius ſuperficies eſt argẽtea. Caro ouina, Lac bubulum, Aqua cæleſtis, Vigilia nocturna, Poeta regius, Herilis filius, Dominica oratio, Pullus columbinus, Cibus herbaceus, Lac vaccinum. In Apuleio, Priameia proles.

REGVLA SECVNDA.

Temporis atque loci, quantiſque aduerbia quædam
Hunc optant caſum. dic Venimus illius ergo.

Quædam aduerbia temporis, loci, & quantitatis regunt genitiuum. Exempla de aduerbijs temporis. In Iſaia, Nunc temporis nubes pluant iuſtum. In Terentio habetur, Tum temporis & interea loci, id eſt temporis. Apul. 3. de Aſino aureo, Nihil tũc temporis amplius quàm flere poteram. Iuſtinus lib. 1,

Pridie. Gente obſcura tũc temporis. Pridie illius diei, id eſt præcedente illũ diem: non autem heri. Poſtri-

Poſtridie. die diuæ virginis, id eſt die poſtero: non autem poſt tres dies.

Quotuplicem conſtructionem habent Pridie & poſtridie? Quadruplicem. Primo regunt genitiuum. Cicero ad Lentulum, Pridie eius diei. Cato, Poſtridie eius diei villicum vocet.

Secũdo regũt accuſatiuũ: vt Pridie Calẽdas, Poſtridie Nonas: & tũc intelligi videtur præpoſitio ante vel poſt, cuius virtute accuſatiuum habent. Plin. 11. natu. hiſtoriæ, cap. 16, A pridie Idus Septembris.

Tertio cum quàm ſine caſu: vt Pridie quàm CHRISTVS pateretur, comedit paſcha cũ diſcipulis.

p. iij.

Poſtridie quàm veni domum, deſpondi Petro filiam meam.

Quarto ſine quàm, & ſine caſu. Terentius, Venit ad me Chremes poſtridie clamitans, indignum facinus comperiſſe ſe. Idem in eadem Andria, Iamdudū ætatem: lites factæ ſunt inter eos maximæ. Sunt qui legant in genitiuo ætatis: ego verò cum Donato lego in accuſatiuo ætatem, pro diu longinquóque tempore, vt Donatus ait. Iamdudum.

DA EXEMPLA de aduerbijs loci: Vbiuis gentium, Nuſquam gentium, Vnde gentium, Vbi terrarum, &c. in quibus gentium & terrarū, ſolum ornatus gratia ponuntur. Cicero ad Atticum, Vbi terrarum eſſet, ne ſuſpicabar quidem. Cornelius Tacitus, Ituram quoquò terrarum. Brutus, Aliquò terrarum. Cæſar, Eò diſcordiæ ventum eſt: valde elegans locutio. pro ad eam diſcordiam. Sic, Quò miſeriæ venimus? id eſt ad quam miſeriam? Perſius, Huccine rerum venimus? id eſt ad hāſne res? Apuleius 1. de Aſino aureo, Nihil rerum iſtarum, quæ itineris nos vbique comitantur, indigemus. vbique itineris, pro in omni itinere, valde venuſtum eſt, vt quicquid in hac regula reperitur. Idem libro 7, Nec vſpiam ruris reperitur ille. Plautus in Amphitryone, Non ædepol nunc vbi terrarum ſim, ſcio. Cicero ad Atticū, Tu autē abes lōge gentiū. Apuleius dicit Alibi gentium, & ciuitatum: pro alijs gētibus, & ciuitatibus. Eò diſcordiæ

DA EXEMPLA de aduerbijs quantitatis: vt Satis eloquentiæ, Parum vini, Partim hominum. id eſt quidam homines. Sat vini, Magis oris, Abunde ingenij, id eſt abundans ingenium. Multo elegantius dices, Sat pecuniæ, quàm ſufficiens pecunia. Nullo autem modo Sufficiēs pecuniæ, ſicut nec Parum vini, ſed parum: nec Magnum oris, aut maius oris: ſed Multum & magis. Sic, Nihil vini, nōnullum vini. Cur ita? Quia aliter doctiſſimi non loquuntur. hæc eſt ratio ſufficientiſſima. vbi enim aduerbia ſunt quantitatis, vix nominibus neutri generis genitiuum damus. Affatim virium, id eſt ſufficiētes vires. Gellius libro 6. capite 8, Quibus abunde ingenij & otij, & verborum eſt. Suetonius in Cæſare, Potentiæ gloriæque abunde adeptum. Titus Liuius 10. ab vrbe, Habens affatim lignorum. Idem in ſecundo quartæ decadis, Agri affatim materiæ præbebant ad noua moliēda opera. affatim materiæ, pro ſufficientem materiam, eſt nimiſquam lepidum. Gellius, Terrorum ac fraudis abunde eſt. Parumper non regit genitiuum: quia temporis aduerbium eſt, non quantitatis, & ſignificat per parum temporis. Tantiſper, per tantum temporis, & tandiu. Abunde. Affatim. Parumper. Tantiſper.

Dicas perendie, non poſt cras: nudiuſtertius, non præ heri: quaſi nunc dies tertius. Deinde nudiuſquartus. Cicero oſtendit non inepte dici nudiuſquintus, ſextus, ſeptimus, &c. quæ tamen nō affectabis, ſi Vallæ auſcultare voles. Cicero in quinta Philippica, Recordamini qui dies nudiuſtertiuſdecimus fuerit. Ergo etiam aliquando aduerbium eſt, teſte Seruio cum genitiuo. vt -illius ergo Venimus. De hoc ſat antè diximus. Nudiuſtertiuſdecimus.

TERTIA REGVLA DE MEI, TVI, SVI, noſtri, veſtri.

Poſſeſſum ſpernit patrium, quo paſſio fertur.

Filius ergo mei ne dixeris: at meus inque.

Nomen ſignificans rem poſſeſſam, vel habitam, non poteſt pro poſſidente vel habente regere genitiuos paſſiue ſignificantes, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri. vt de filio quem habeo, nō licet dicere, Filius mei: nec de agro quē habes, Ager tui. Similiter non licet dicere, Ager noſtri, Mos veſtri, Liber ſui: quia mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, non ſignificant poſſeſſorem, ſed paſſiue, rem ſcilicet de qua, aut in quam aliquid habetur: vt Amor mei, id eſt amor quem quis habet in me: nō quem ego habeo, niſi eum habeam erga me. Ouidius, Vror amore mei. Quomodo dicendum eſt ergo, ſi dicere non licet, Filius mei? Veteres dicebant Filius mis, tis, ſis, noſtrum, veſtrum. nam hi genitiui actiue ſignificabant. nunc mis, tis, ſis, nō ſunt in vſu: noſtrum veſtrum ferè partitiue ponūtur. ideo per poſſeſſiua loquemur, Filius meus, tuus, ſuus, noſter, veſter. Vt hæc ſtudioſi latius & plenius intelligant, non grauabor ſingulatim declarare omnia. Quæro igitur primum,

QVOT MODIS genitiuus capitur? Tribus: Actiue, Paſſiue, Poſſeſſiue. Quādo genitiuus ſumitur actiue? Quando propter ipſum alterum actiue declaratur: vt Prouidentia dei, id eſt per quā deus prouidet. Bonitas dei, qua deus benigne agit. Tremor vapulantis, id eſt per quem vapulans tremit. Cogitatio patientis famem eſt varia. Timor decollandi eſt ingens. Rogatio percuſſi eſt miſerabilis. hic genitiui vapulantis, patientis, decollandi, percuſſi, ſignificant actiue, vt in propoſito ſumitur actiue ſignifica re: quia in propoſito dictio nō dicitur actiue capi, quia ipſa actiue exponitur: nec paſſiue, quia ipſamet paſſiue exponitur: ſed quia propter ipſam aliquid actiue vel paſſiue declaratur. Hoc nugatores quidam minime intellexerunt, ſed pergamus. Genitiuus actiue, aut paſſiue, aut poſſeſſiue ſumitur. Actiue.

Quādo genitiuus ſumitur paſſiue? Quum propter ipſum alterum paſſiue declaratur: vt Timor dei, quo deus timetur. Cultus dei, quo deus colitur. Faſtidium mei, quo ego faſtidior. Paſſiue.

Quando genitiuus poſſeſſiue capitur? Dum propter genitiuū alterum poſſideri ſignificatur: vt Regnū dei, quod deus poſſidet. Liber Petri, Anima Pauli, &c. Quicūque genitiuus actiue ſumitur, idem poſſeſſiue capi poteſt. Per hæc & alia errasse Priſcianū, oſtendit optime doctiſſimus Valla: quia male dixit Priſcianus pro eodem dici, Filius mei, & meus. Item Ager tui, & alia complura, quæ breuiter ex Val- Poſſeſſiue.

la declarabo,addendo multa,quæ ipſe ex fontibus,non é riuis hauſi.

Siquis dicat pro Priſciano,apud Græcos hanc differentiam non obſeruari,quam Laurentius vult eſſe apud Latinos:ergo nec apud Latinos ſeruari debet,mendoſiſſime colligat:quia multa ſunt apud Latinos,quibus carent Græci,& contrà:& idem in omnibus linguis inuenies.

Quot genitiui tantum actiue ſumuntur? Quinque:Mis,tis,ſis, noſtrum, veſtrum. quorum mis,tis,ſis exoleuerunt. Ennius,Ingens cura mis eſt cõcordibus æquiparare. Plautus in Pœnulo,Da diem ſoſpitem rebus mis agendis. Noſtrũ,veſtrum partitiue ponũtur. Loco horum vtimur poſſeſſiuis meus, tuus,ſuus,noſter,veſter:quæ actiue & poſſeſſiue tantum ſumuntur.

Argumentor,Dicit Quadrigarius apud Gellium libro vigeſimo,cap.5, C.Mari ecquando te noſtrũ,& reipublicæ miſerebitur? hîc noſtrum paſſiue, pro noſtri ſumitur: vt veſtrum pro veſtri apud Gracchum,Miſerere veſtrum.Et tis pro tui capitur apud Plautũ,teſte Valla in Milite,Ait ſe afflictare, quia tis egeat. Reſpondeo, De frequentiſſimo vſu locuti ſumus. Aliquando tamen aliter inuenimus: ſed non eſt imitandum:vt neque quod Terentius dixit in Heaut.Lachrymis opplet os totum ſibi:vt facile ſcires deſyderio hoc fieri tuo.Paſſiue(Tuo)pro tui capitur,teſte Valla:quod ſcilicet ipſe(inquit)nõ dicerem.Et quod diximus,Dat noſtrum,veſtrum patrios partitio tantum:de frequentiſſimo doctorũ vſu intellige:quia rariſſime inuenitur contrarium. Cicero pro Plancio,Poſſũmne eripere orationi tuæ contentionem veſtrum?Idem contra Rullum,Veſtrum frequentia. Titus Liuius primo tertiæ decadis dixit,Fortuna veſtrum. Terentius in Heautontimorumeno, Cuius mos maxime eſt conſimilis moribus veſtrum.hæc rara ſunt,& parcè imitanda:illa frequentiſſima, in quibus additur omnium,cuiuſque,aut duorum,&c.Nam in Cicerone reperies,In omnium noſtrum humeris cohærebunt:Communem omnium noſtrum conditionem:De ſalute omnium noſtrum:Omnium noſtrum vitam:Omniũ noſtrum parens:Omnium ora:Veſtrum omnium cædem,&c. Titus Liuius libro primo 3.decadis,Alumnus omnium veſtrum,&c. Rurſus Cicero in oratione contra Rullum,Maiori veſtrũ parti. quia hîc quædam partitio eſt.

Noſtrum Veſtrum nõ ſemper partitiuè ſumi.

Quot genitiui tantum paſſiue ſumuntur? Quinque:Mei,tui,ſui,noſtri,veſtri,primitiuæ ſpeciei:vt Amor mei,quo ego amor. Miſerere mei. hîc miſericordia ſignificatur alterius erga me. ſic Recordor tui,Egeo veſtri,&c.

Genitiui paſſiue tantũ capiendi.

Argumentor, Dicit Gellius lib.20.cap.5. rectè dici,Patrem mei, pro patrem meũ.ergo mei,tui,&c. etiam actiue, ſiue poſſeſſiue ſignificant, non ſemper paſſiue. Probat Gellius per Plautum dicentem in Pſeudulo,Duorum labori ego hominum parſiſſem lubens,mei te rogandi,& tui reſpondendi mihi. Ecce hîc labori mei,pro labori meo.

Labori mei.

Reſpõdeo,Gellius alioqui exquiſitiſſimus author errauit in pronominibus mei,tui,& cætera,vt bene docet Valla,qui ad locum Plautinum iam allegatum reſpondet mendam eſſe:aut id rariſſimum,aut licenter dictum, non imitandum:præſertim quia Plauti dictum, quo nemo fuit licentia verborum liberior,vt ait Valla.

Qui genitiui tam actiue quàm paſſiue ſignificant? Reliqui omnes: vt Amor Petri,quo Petrus amat, vel quo amatur.In talibus ſermo plerũque eſt anceps: vt Amor dei.dubium eſt, an quo deus amat,an quo amatur. Sic Charitas fratris,Suſpicio vxoris,Odium Petri,&c.Propter hæc aliquãdo idem in oratione actiue & paſſiue declaratur.Cicero in Catone Maiore,Quid de Publij Licinij Craſſi,& iuris ciuilis ſtudio loquar? Craſſus ſtudet,quod eſt actiue.Ius(vt ſic dicam)ſtudetur.

Genitiui actiue & paſſiue accipiendi.

QVOMODO differũt Amor tui,& Amor tuus? Differunt ſic, Amor tui,paſſiue eſt,quo tu amaris: Amor tuus,quo tu amas,ſiue te,ſiue alium.Eodem modo declaratur differentia in Vtilitas mea,quam ego habeo:Vtilitas mei,quam de me aliqui habent.Amor meus,eſt amor tui,ſi te amo,&c. Eadem differentia poteſt eſſe in omnibus,quæ actiue & paſſiue declarari poſſunt:qualia ſunt,Vſus,memoria,faſtidium,deſyderium,cura,odium,dolor,poteſtas:& quod idem eſt,copia,ſuſpicio,exiſtimatio,&c. Quintilianus,Amor mei vicit etiam matrem ſuam.Cicero,Quòd deſyderium tui ferre non poſſet.Ouidius, Sit tibi cura tui,ſit tibi cura mei.Meretrix facit omnibus copiam ſui,non ſuam. Quintilianus,Vt aliquid præſtaret patriæ vtilitas mei.ſic Vſus mei,&c.

Amor tui.
Amor tuus.

QVOTVPLICIBVS ſubſtantiuis iunguntur genitiui mei,tui,ſui,noſtri,veſtri? Triplicibus.

Primo verbalibus:vt Amor mei,Faſtidium mei.Curtius lib.7,Alexãder immodicus æſtimator ſui.In eodẽ,Seruatorẽ ſui.pro quo ſeruatorẽ ſuũ licet dicere: tamen alterũ actiue,alterũ paſſiue declarabitur. Nam in eodẽ dixit,Seruatorem meum latro.Cicero primo epiſt.familiarium,Se acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. In ſecundo, Expectationem tui concitaſti.In 12, Summa laus & tui,& Bruti eſt, quòd exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. In 11.ad Atticum, Miſit filium non ſolum ſui deprecatorẽ,ſed etiã accuſatorẽ mei. Stat.12.Theb.Cultrix placidiſſima noſtri. Lucan.lib.4,Hinc æui veteris cuſtos,famoſa vetuſtas, Miratrixque ſui ſignauit nomine terras.Hîc teſte Sulpitio interprete, Famoſa in bonã partẽ accipitur.Claudianus de quarto Conſulatu Honorij, -tũc omnia iure tenebis, Quum poteris rex eſſe tui.Cicero lib.5 ad Atticũ,Tui ſermonibus.Idem 7.ad Atticũ,Habe mei rationem.Inepte diceres hîc meã,&c.Corn.Tacitus,Ipſe haudquaquã ſui detractor.Idẽ,Hic exitus Cremonæ anno CCLXXXVI. à primordio ſui.Idem,Adoleſcẽtes quibus morũ indoles eſt,& bona ſpes ſui. Boetius in primo de Conſolatione,Scis me hæc vera loqui,& in nulla vnquam mei laude iactaſſe.

Famoſus.

Secundo iunguntur nonnullis, aut nō verbalibus, aut quæ non ſtatim paſſiuè declarari poſſe videntur. Curtius lib. 7, Ex cella ſui exiliuit. bene potuiſſet dicere, ſua: vti dicimus pro eodem ferme (quanuis alterum actiue, alterum paſſiue potent declarari) Natura ſua, id eſt quam habet: Natura ſui, id eſt de ſe. Boetius 2. de Conſolatione, Diuitiæne vel veſtri, vel ſui natura pretioſæ ſunt. Cicero 5. de finibus bonorum, A natura noſtri facta eſt. Idem pro Marcello, Ex vnius vita, vitam pendere omnium. Quintilianus, Vim ſui relinquūt. id eſt vim ex ſe, non vim ſuam. Boetius, Secundum ſui vim. Lucanus 2, Cerne diem: victis iam ſpes bona patribus eſto, Exemplúmque mei. id eſt ſignū meæ clementiæ, & exēplum de me: non meum. Cornelius Tacitus, Hunc ſui finem multos ante annos crediderat, Agrippina contempſerat. Idem, Longam ſui abſentiam. Idem, Hanc ſui famam ea ſtatim concione commouerat. Idem, Verba apud vos valent, bona atque mala, nō ſui natura, ſed vocibus ſeditioſorū æſtimantur. Plinius libro 12. cap. 18, Nulla eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Sed hoc manifeſte verbale, actiue & paſſiue ſumi poteſt, vt dictum eſt. Iuſtinus 37, Cometes magnitudine ſui quartā partem cæli occupauerat. potuiſſet dicere, ſua. Nam in quibuſdam vtroque modo loqui licet, ſine vlla ferme differentia: vt Cauſa mea, & mei. ſic Sui ſubſtantia, apud Boetium. Idem libro 4. de Conſolatione, Ea quæ protulit deus in ſui ſimilitudine, retinere feſtinat. Sui, id eſt de ſe, quā creaturæ ex deo habent.

Redeo ad Cauſa mea, & mei: quæ teſte Seruio, ita differunt, vt Tui cauſa tunc dicam⁹, ſi aliquid ipſi, ad quem loquimur, præſtiterimus: vtputa, Tui cauſa te defendi. Tua verò cauſa, cum alteri aliquid alterius contemplatione præſtamus: vt Tua cauſa hominem tuum defendi. Idem in illud, Victus amore tui, cognato ſanguine victus, Coniugis & mœſtæ lachrymis vincla omnia rupi. Tui (inquit) pro tua poſitum: in quo, & in alijs quibuſdam oſtendit ſe non calluiſſe vſum genitiuorum mei, tui, &c. vt manifeſte oſtendit Valla, dicēs pro eodem dici, Cauſa mei, & cauſa mea: ſed rectius Cauſa mea. Quintilianus, Mei depugnaſti cauſa, tua periſti. At Cicero 13. epiſt. famil. Libenter mea cauſa facturum eſſe arbitror. Sic Imago mei, eſt imago de me: pro quo, teſte Valla, etiam imago mea recte dicitur. non tamen Imago mei dicam de ſtatua diuæ virginis, quam ipſe poſſideo. Cauſa tui. Cauſa tua.

Tertio iunguntur nomina partitionem ſignificātia, vt ſunt Pars, dimidium, medium, membrū, quid, aliquid, multum, &c. vt Pars mei, id eſt de me, vtpote manus, aut pes, aut anima, &c. Pars mea, quam poſſideo, vt hæreditas, aut portio. Sic differunt, Aliquid mei, aliquid meū: Medium tui, mediū tuum, &c. In Ezechiele, Qui genuerit filios in medio veſtrum. pro veſtri, teſte Valla. Aliquid tui virgo perdes, ſi cum adoleſcentulis venatum prodibis. id eſt aliquid de te, ſcilicet virginitatem, non aliquid tuum. Aliquādo Aliquid tui dicimus de rebus tuis: vt (tui) ſit genitiuus à tuū. Plautus in Aulularia, Dij me perdant, ſi ego tui quicquam abſtuli. id eſt de tuo. Terentius, Cuium puerum hic appoſuiſtis? Veſtri. Non eſt hoc à vos, ſed à veſter: quia ſequitur, Cuius veſtri? Reſpondet ancilla, Pamphili. Puer veſtri, à vos inepte dicitur, à veſter apte, ſed incōplete: quia debet addi Pamphili filij, aut ſodalis, &c. Membrum mei, id eſt pars mei: Membrum meum, vt manus, caput, &c. Non licet ergo loco deriuatiui ſemper primitiuum ponere, vt pro Filius meus, nō dicitur filius mis: quia non eſt in vſu: nec filius mei, vt patuit. Quærimus autē, Cuia eſt penna, vel cuius. Et (meus) ponitur pulchre pro mei iuris: ſic (tuus) pro tui iuris, &c. Perſius, Vindicta poſtquā meus à prætore receſſi. Amor mei congrua eſt, per regulam, Si duo continue, &c. Puer veſtri. Meus. Tuus. Suus.

REGVLA QVARTA.

Quæuis proprietas, aut pars, cui mobile iungis,
Laudem ſignificans aut vituperamen, in hoc ſit,
Vel ſexto caſu: ceu Vultus fœmina pulchri,
Aut vultu pulchro. Quandoque ſynecdoche habebit
Rite locum quarto aut ſexto: ceu Candida collum,
Aut collo. miſerè Doleo cor, cordéve dices.

Nomen ſubiecti, aut totius regit dictionem proprietatis, aut partis cum adiectiuo laudis, vel vituperationis in genitiuo, vel in ablatiuo. Da exēplū prioris partis: vt Vir ſummæ virtutis, vel ſumma virtute. Homo ſanæ mentis, vel ſana mente. Excelſi animi, vel excelſo animo. Gigas proceræ ſtaturæ, vel procera ſtatura. Philoſophus immēſæ ſubtilitatis, vel immenſa ſubtilitate. Senator obſcuri generis, vel obſcuro genere. Sic, Vir antiqui moris, Miræ ſagacitatis, Admirandæ induſtriæ, Ingentis authoritatis, Boni nominis, Labefactatæ famæ, Paucæ fidei, Multorum verborum, Præſtantis ingenij, Haud proletariæ doctrinæ. vel Vir antiquo more, Mira ſagacitate, &c. Cæſar, Summæ hominem audaciæ. Plinius, Ariſtoteles vir immenſæ ſubtilitatis. Iuuenalis, Ingenui vultus puer ingenuíque pudoris. Valerius, Excellentis pulchritudinis adoleſcens, bonæ indolis. Cæſar, Summæ prudentiæ adoleſcēs. Alti ſpiritus Catilina. Titus Liuius, Proba antiqui moris fœmina. Cicero, Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci. Terentius, Homo antiqua virtute ac fide. Lactantius, Magno & excellenti ingenio viri. Plautus, Vir nulla fide. Terentius, Mulier egregia forma, atque ætate integra.

Subiectum. Quid eſt ſubiectũ? Cui aliquid accidit: vt Homo eſt ſubiectum ſcientiæ. Nã homini accidit ſcientia.

Proprietas. Quid eſt proprietas? Res quæ alteri accidit: vt Scientia eſt proprietas, quia accidit homini.

DA EXEMPLA poſterioris partis. Populus duræ ceruicis, vel dura ceruice. Herba magnæ radicis, vel magna radice. Paraſitus auidiſſimæ gulæ, vel auidiſſima gula. Vir magni naſi, vel magno naſo. Sic Domus multarum feneſtrarum. Nympha præſtantis corporis. Puella longæ comæ. Virgo flauorum capillorum. Miles paudi cordis. vel, Domus multis feneſtris, &c. Terentius, Virgo cæſia, ſparſo ore, adunco naſo. In ſacris, Filij eorum dura ceruice, & indomabili corde. Terentius, Duxit ſecum virginem facie honeſta.

A QVOT PARTIBVS orationis regiť pars, vel ꝓprietas in genitiuo, vel in ablatiuo? A quatuor.

Primo à nomine. Titus Liuius libro 36, Mulier magno natu. id eſt annoſa. Idem libro tertio, Conſurgit Publius Scaptius de plebe magno natu.

Secundo à pronomine: vt Tu modicæ fidei, quare dubitaſti? Plautus, Tu cano capite amas ſenex nequiſſime. Boetius, Illa vultu placido.

Tertio à verbo ſubſtantiuo, aut habente vim eius, aut ſaltem verbo intercedente: vt Magna authoritate es vir, aut magnæ authoritatis. Suetonius, Cibi minimi erat. Idem, Sopni breuiſſimi erat. In Geneſi, Lia lippis erat oculis. In Iudith, Erat autem eleganti aſpectu nimis. In Daniele, Suſanna erat delicata nimio, & pulchra facie. Terẽtius, Ille erat honeſta & liberali facie. Plautus, Muliebri animo ſum. Cato, Eſto animo forti, quum ſis damnatus inique. Gellius lib. 5. cap. 8, vult in omnibus orationibus huius regulæ verbum ſubſtantiuum ſubintelligi, ſi abſit: veluti, Cicero homo magna eloquentia. Et verba (inquit) eſt, erat, fuit, plerunque abſunt cum elegantia, abſque detrimento ſententiæ: vt Ipſe Quirinali lituo, paruáque, &c. Hic videtur magnæ authoritatis, &c.

Quarto à participio: veluti, Hic adoleſcens optimæ profecto indolis eſt, olim futurus magnæ authoritatis apud principem.

Elegantia. VTRA EST elegantior, an genitiui, an ablatiui oratio? Ablatiui: tamen vterque eſt elegans, quoties laudare, aut vituperare quempiam volumus, & declaratur fere per verbum habeo. Virgilius de Pico, Ipſe Quirinali lituo, paruáque ſedebat Succinctus trabea, læuáque ancyle gerebat. id eſt ipſe habẽs Quirinalem lituum. Idem, Victorem Buten immani corpore. id eſt corpus immane habentem, teſte Gellio. Idem, Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. id eſt habentes præſtans corpus. Seruius in illud, Pulchra faciet te prole parentem. Poſitus eſt (inquit) per figuram ſeptimus caſus pro genitiuo. Verum hoc Virgilianum non eſt omnino ſimile exemplis regulæ noſtrę: quum nec ſit pars, nec proprietas, Proles parentis.

AN NECESSARIVM eſt adiectiuum laudis vel vituperationis ſemper adijcere? Ita in ablatiuo, ſed in genitiuo aliquando non additur: vt Vir conſilij, Homo pacis. Cicero in Salluſtium, Nunquid hi quos protulit Scipiones & Metellos, antè fuerunt, aut opinionis, aut gloriæ?

VTRVM PER hanc regulam poteſt dictio in eadem oratione regere genitiuum & ablatiuum? Raro quidem: poteſt tamen aliquando, & (vt Valla ſentit) parce. Cicero, Lẽtulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem fac erudias. Plinius lib. 7. nat. hiſtoriæ, Choromandorum gentem vocant Tauronij ſyluestrem, ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Potuiſſet dicere ſtridore horrendo. Idem lib. 24. cap. 15, Stachys marrubij ſimilitudinem habet, longioribus folijs, & odoris iucundi, colorîſque in luteum inclinati. Verũ poteſt hoc nõ ſimile omnino videri, vt odoris iucundi cõſtruatur cum folijs. vt ſi dicas, Hæc arbor habet folia lata, & iucũdi odoris.

Siquis dicat, Iſtæ orationes peccant in regulam, Conſimiles optant, &c. ergo ſunt ineptæ. Reſpõde, Minime peccant contra illam regulam: quia ibi dicitur, Si non regimen varietur. hic autem variatur regimen, Animal ſex pedibus, nec laus videtur, nec vituperatio.

QVANDOQVE ſynecdoche habebit. Nomen adiectiuum, aut cum participio ſuo verbum paſſiuum, aut neutrum ſignificans proprietatem, aut accidens in parte rei, poteſt illius partis dictionem in accuſatiuo vel ablatiuo regere per ſynecdochen. Da exempla de adiectiuis: vt AEthiops albus dentes, vel dentibus. AEger pedes, vel pedibus. Decorus faciem, vel facie. Da exemplum de verbis & participijs: Doleo caput, vel capite. Tremo manus, vel manibus. Frangor brachiũ, vel brachio. Fractus membra, vel membris.

Synecdoche. SYNECDOCHE quid eſt? Attributio partis ad aliquod totum ſub proprietate verbi vel adiectiui: vt Nuda genu. Ager depaſtus ſegetes. Sepes florem depaſta ſalicti. Flores inſcripti nomina regum.

Quot ſunt neceſſaria in ſynecdoche? Tria. Quæ? Totum, pars, proprietas: id eſt verbum, vel adiectiuũ. Eſtne hic ſynecdoche, Potens diuitijs, Grauis pietate, Præditus dignitate? Minime. Cur? Quia (vt Valla docuit) hæc figura tantum ad animi, & corporis qualitatem pertinet, nihil ad externa reſpiciens: qualia ſunt, Doleo caput. Doleo ilia. Pulcher faciem. Ornatus animum.

Quotuplex eſt ſynecdoche? Duplex, locutionis & conſtructionis. Quid eſt ſynecdoche locutionis? In qua pars pro toto ſumitur, aut contrà: vt Octo animæ intrauerunt arcam Noe. id eſt octo homines. Petrus eſt in cælo. id eſt anima Petri. Curtius lib. 3, Perſarum erant centum milia, in quis eques triginta milia implebat. Pro equites implebant. Frequens ſermo in hiſtoricis & poetis. Quid eſt ſynec-

doche conſtructionis? In qua verbum vel adiectiuum regit partē in accuſatiuo, vel in ablatiuo: vt Doleo caput, latus, humeros. & declaratur talis oratio fere per (habeo): vt Herba longa radicem vel radice, id eſt habens longam radicem.

Quotuplex eſt ſynecdoche conſtructionis? Duplex, directa & indirecta. Quid eſt ſynecdoche directa? In qua veræ partis dictio in accuſatiuo vel ablatiuo regitur: vt Nuda pedem, vel pede. Quid eſt ſynecdoche indirecta? In qua non vera pars, ſed pro parte adiacens quidpiam reperitur: vt Sum albus veſtem, & ſimilis tibi colorem. Virgilius, Perfuſus ſanie vittas atróque veneno.

Synecdoche directa & indirecta.

QVIBVS licet vti ſynecdoche tam in accuſatiuo, quàm in ablatiuo? Maxime poetis, proxime deinde hiſtoricis, oratoribus vix vnquam.

DA SYNECDOCHEN apud Poetas. Virgiliꝰ, Omnia Mercurio ſimilis vocémque colorémque, Et flauos crines. Idem, Qui genus? vnde domo? id eſt ex qua ciuitate eſtis? ait Seruius. Ouidius, Graius vterque domo. Virgilius, Expleri mentē nequit. Idem in Georgicis, Micat auribus, ac tremit artus. De equo loquitur. Horatiꝰ, Læuo ſuſpenſi loculos, tabulámque lacerto. Plautus, Sum pedes mobilis. Lucanus, Effuſas laniata comas, contuſáque pectus. Virgilius, Redimitus tempora lauro. Idem, Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitenteis. Synecdoche eſt, quicquid dicat Aldus. Sillius libro 2, Nam cætera non latet hoſtis. id eſt per cætera, vel in cæteris gerit ſe hoſtē. ait Petrus Marſus. Idem lib. 10, Quem poſtquam aſpexit geminatus gaudia ductor. Idem lib. 14, Truncatur membra bipenni.

DA SYNECDOCHEN apud hiſtoricos. Cornelius Tacitus, Frigidus iam artus. Idem de Germanis, Tegumen omnibus ſagum fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum: cætera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Ibidem de fœminis, Nudæ brachia ac lacertos. Idem, Cætera ſimiles Bathauis. Idem, Cætera ſimiles vno differunt. Suetonius in Auguſto, Dalmatico etiam vulnera excepit: vna acie dextrum genu lapide ictus: altera autem, & crus & brachium ruina pontis conſauciatus. Idem in Caligula, Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis & crurum, & oculis & temporibus concauis, fronte lata & torua, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirſutus cætera. Pomponius Mela, Pontus longo, rectóque limite extenſus, ſinuatus cætera. Idem, Sarmatæ totum brachati corpus, & niſi qua vident, etiam ora veſtiti. Idem, Corpora infecti. Idem, Pars nudi agunt, pars tantum obſcœna velati. Solinus, Crinem tonſus eſt. Idem, Alba quaſi mitrula lunatus caput. Idē, Spinis tergum hiſpida. Idem, Hirti corpora, caninis dentibus, ſtridore terrifico. Idem, Hirſuti comam facie tenus. Titus Liuius primo ab vrbe, Virum cætera egregium. Idem lib. 31, At verò Hannibal ipſe dum murum incautus ſubit aduerſum, femur tragula grauiter ictus, cecidit. In ſacris eiuſmodi ſynecdoche frequenter inuenitur tertio Regum, Doleo pedes. Et quarto, Caput meum doleo. In Ieremia, Ventrem meum doleo. Iterum Oppius de bello Aphrico, Brachium gladio percuſſus.

DA SYNECDOCHEN apud oratores. Vix inuenitur, præſertim apud Ciceronem & Quintilianum. Neque enim dicunt, Doleo caput, Frigeo manus: ſed Dolet mihi caput, Frigent mihi manus. & quod Salluſtius dixit, Antonius pedibus æger in prælio adeſſe nequibat. Cicero, Quintilianúſque, teſte Valla, dixiſſent, Pedibus ægris. Gellius, Apuleius, & Sidonius non inter oratores habentur: ſed mixti potius dicendi ſunt, & ſcriptores omnigeni. Plinius hiſtoricus eſt in Naturali hiſtoria: ideo propter hos non dices ſynecdochen oratoriam eſſe. Gellius lib. 6. cap. decimo, Et caput & ora velatus. Idem lib. 11. cap. 9, Lana multa collum, ceruicéſque circunuolutus. Apuleius primo Metamorphoſeos, Tremore viſcera quatior. In eodem, Iugulum ictum dolui. Ibidem, Nunc etiam ſpiritu deficior, & genua quatior. Idem lib. 9, Dij boni quales illic homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti. ſic idem perſæpe. Plinius libro 7. cap. 28, Ipſe vulneratus humerum ac femur. Et libro 10. cap. 2. de phœnice, Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus. Idem lib. 36. cap. 4, Eſt & alia iris, cætera ſimilis & prædura.

REGVLA QVINTA DE OPVS.

Poſcit Opus ſextum, tolerans quandoque ſecundum:
Vt mihi opus libro eſt. At opus dux, Tullius inquit,
Eſt nobis. Vt opus Plautus, ſic vtitur vſus.

Opus regit ablatiuum cum datiuo, intercedente verbo ſubſtantiuo: habet quoque, ſed rariſſime, genitiuum pro ablatiuo: vt Opus eſt mihi libro, Indigeo libro: & (vt Barbari loquuntur) Habeo ad faciendum de libro. Sic, Opus eſt mihi armis, auxilio, &c. Cicero lib. 9. epiſtolarum, Authoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. De genitiuo, Apuleius lib. 9, Mihi operæ eius opus eſt. Ouidius 2. de Arte, Nec minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri: Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

AT OPVS dux, Tulliꝰ, &c. Opus capitur pro (neceſſarius) interdum adiectiue indeclinabilis, & ita quemuis caſum ſecum permittit: vt Opus eſt mihi medicus: Intelligo tibi multa eſſe opus. Cicero 2. epiſtolarum ad Curionem, Dux nobis & author opus eſt. Idem ſexto ad Atticū, Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi. Et lib. 15, Video mihi opus eſſe viaticum. Cornelius Nepos in vita Attici, Quæ amicis ſuis opus fuerant, ex ſua re familiari dedit. Cæſar lib. 1. de bello Gallico, Reſpon-

Opus.

dit,ſiquid ipſi à Cæſare opus eſſet,ſeſe ad cum venturum fuiſſe. Sic, Opus eſt mihi conſilio à te. Titus Liuius 34,Quæ alia opus eſſet. Idem 40,Ad comparanda ea quæ in rem opus erant. Cicero 2. in Verrem,Multa ſibi opus eſſe. Idem ad Terentiam vxorem,Siquid opus erit, ſiquid acciderit noui,facies vt ſciam. Terentius in Heautont. Alia quæ opus ſunt,comparet.

Vſus.

VT OPVS Plautus,&c. Vſus capitur aliquãdo pro opus,& regit ſimiliter ablatiuum cum datiuo, intercedente verbo ſubſtantiuo,præſertim apud Plautum,& quandoque apud alios:vt Eſt mihi vſus libro,veſtibus, doctrina, conſilio. Et Plautus in Aſinaria, Viginti iam vſus eſt filio argenti minis. Gellius libro 1.cap.14,Propterea pecuniam,qua ſibi nihil eſſet vſus,ab ijs, quibus eam ſciret vſui eſſe, non accipere.

Opus.

OPVS PRO neceſſario quotuplicem conſtructionem habet? Quadruplicem. Primo habet ablatiuum cum datiuo,intercedente verbo ſubſtantiuo,& Græco more,verbo(habeo):vt Opus eſt mihi libro,Opus habeo libro. Hoc poſteriore loquendi modo non vtimur, teſte Diomede, quanuis in ſacris dicatur,Dominus his opus habet. Et apud Eraſmum quodam in loco,Opus habent ijs.

Limatus. Badius compoſite legit delimatulo.

Secundo Opus cõſtruitur cum ablatiuo, intercedẽte præpoſitione de vel in. Cum ablatiuo,vt Opus eſt mihi de libro. Cicero lib.7.epiſtolarũ,Opus eſt huic de limatulo & polito tuo iudicio. Limatulus, limatula,limatulũ,diminutiuum à limatus,id eſt acer, acutus,ſeuerus,caſtigatus. Cicero lib.13, Siqua in re opus ei fuerit,iuueris. Additur interdũ à vel in,ſed nõ ſignificatur res qua indigemus. Titus Liuius 34,Ad comparanda ea quæ in rem opus erant. hic opus capitur adiectiue: quid pro in quo: nihil pro in nullo:vt Siquid opus eſt tibi opera mea,fac vt ſciam. Sic,Nihil te læſi. Siquid te offendi,oro veniam.

Tertio vetuſte cum genitiuo reperitur,quod iam vix auſim imitari:vt Opus eſt mihi auxilij tui. Olim etiam cum alijs caſibus:vt Opus eſt mihi librum. Plautus in Truculento,Puero opus eſt cibum. Sic vſus. Idem in Pſeudulo,Ad eam rem vſus hominem aſtutum.

Quarto adiectiue cum nominatiuo,& vtriuſlibet numeri accuſatiuo:de alijs caſibus non habeo teſtimonia:vt Opus eſt nobis author. In ſacris,Non eſt opus bene valentibus medicus. Quint. Claudius apud Gellium lib.17.cap.2,Nihil ſibi diuitias opus eſſe,id eſt neceſſarias, veteres compluſculi ita dixere:nec ratio(inquit Gellius)dici poteſt,cur rectius ſit diuitijs opus eſſe,quàm diuitias:niſi qui grãmaticorum noua inſtituta,vt Temenon hiera,id eſt templorum ſacra obſeruant. & recte me hercule Gellius,quum perſæpe ita loquatur linguæ Latinæ parens Cicero, vt ipſe oſtẽdit. Ego autem ſemper in ea fui opinione,vt non grammaticorum inſtituta pro loquendi lege haberem: nam potius cum Valla,quod ad elegãtiam pertinet. Ego pro lege accipio quicquid magnis authoribus placuit:quales ſunt Cicero,Quintilianus, Liuius,Plinius,& cæteri.

Opera.

QVOMODO differũt Opus,& Opera operæ? Opus,eſt operationis effectus,vt carmẽ,domus. Hinc dicimus Opera authorum. Opera, eſt actio,labor,& induſtria operãtis:vt Do operam grãmaticæ,id eſt adhibeo laborem & diligẽtiam. Indigeo opera tua,id eſt induſtria vel auxilio.

Operæ.

Operæ etiam dicũtur ipſi operantes,ſiue ſerui,ſiue mercenarij. Cicero pro Flacco,Operæ faceſſant,ſeruitia ſileant. Ab opera fit operæpretium,id eſt fructuoſum,& ad rem pertinens,aut decens,vt vtile,iucundúmque. Cicero,Operæpretium erat ludentes intueri. Iuuenalis,Eſt operæpretium penitus cognoſcere,toto
Quid faciant,agiténtque die. Liu. Facturúſne operæpretiũ ſim,ſi res geſtas pop. Romani ab initio perſcripſerim. Aliquando pretium poſtponitur. Plinius,Id vero audire pretium operæ ſit. Gellius ſimiliter quodam in loco pretium operæ,pro operæ pretium dixit. Nonnunquam ſubauditur. Perſius,Eſt operæ ciues Lunai noſcere portum.

Opus.

Opus pro opera interdum capitur. Virgilius, Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Aliquando opus indeclinabile nomẽ,pro neceſſario ſubſtantiue regit datiuũ indigentis,intercedente verbo ſubſtantiuo,& ablatiuum rei qua indigemus,vt antè docui. Virgilius, Nunc animis opus AEnea,nunc pectore firmo. Hinc peropus,id eſt valde neceſſarium. Terentius in Andria,Sed nunc peropus eſt,aut hunc cum ipſa,aut aliquid de illa me aduerſus hunc loqui. hîc pro ablatiuo infinitiuum habet. Sic etiam,Opus eſt gratiam habere benemerentibus.

REGVLA SEXTA DE ADIECTIVIS VERBALIBVS.

Actiue ſignans verbale dabit genitiuum
Mobile:ceu quædam,quorum vix ſcitur origo.

Adiectiuum verbale actiue ſignificans,regit genitiuum,vt quædam adiectiua,de quibus an verbalia ſint,ambigitur:vt Amans vini,Patiens frigoris,Doctus pilæ,Indoctus logicæ,Conſultus iuris, Significatiuus belli,Cupidus ludi,Ferax tritici,Studioſus virtutis,Nuntius veri,Conſcius recti,Docilis praui,Docibilis dei,Gnarus militiæ,Ignarus viæ,Prodigus pecuniæ,Rudis literarum, Memor beneficij, Immemor patriæ,Compos voti,Impos mentis,Particeps furti,Dubius vitæ,&c.

Cur dixiſti in ſexta regula actiue ſignificans? Quia aliter nunquam per hanc regulam regeret genitiuum,vt Vapulans,Percuſſus,Trepidus,&c. Vtrum debent ſemper ab actiuis deſcendere? Minime: quia ſic doctus,conſultus,&c. non pertinerent ad hanc regulam,cum deſcendant à doceor,conſultor, &c. ideo actiue ſignificare,eſt actiue declarari:vt Doctus,qui ſcit. Cõſultus,qui alijs recte conſulit,&c.

An omnia actiue ſignificantia verbalia adiectiua regant caſum huius regulæ? Non: quia opus eſt vt ſint ab authoribus non futilibus cum genitiuo inuēta: ideo, Legens librorum, Bibens vini, Comedens nefrendis, &c. non dicemus, donec apud bonos authores inuenerimus.

QVOMODO differunt Amans vini, & Amans vinum? Amans vini, eſt qui multum vinum cupit, & ex cōſuetudine amat: nec præſens tempus hîc magis ſignificatur, quàm præteritum: éſtque Amans nomen comparabile: vt Amantior vini, amantiſſimus vini. Amans vinum, eſt qui iam amat vinum, & participium eſt, nec comparatur. Sic Patiens frigus, qui patitur frigus, participiū eſt. Patiens frigoris, qui per multam conſuetudinem frigus facile tolerat: & comparatur, patientior, patientiſſimus. Multos videmus patientes frigus, minime patiētes frigoris. Doctus grammaticam, qui grammaticam didicit, etiam ſi neglexerit, participium eſt. Doctus grammaticæ, qui multo vſu grammaticam callet, nomen eſt: & comparatur doctior, doctiſſimus. ita dices in reliquis. Propter hanc cauſam ſolet hoc regimen dici regimen actus conuerſi in habitum.

QVOTVPLICIA adiectiua regunt caſum huius regulæ? Vndecuplicia. Primo nomina in ans &
in ens, vt Amans virtutis, Fugiens vitij. Da authoritatē. Seneca, Amantes tui ama. Iuuen. Viue bidētis
amans. Quintilianus, Vt amantiſſimos mei pleniore obſequio demererer. Propter comparationem, & Amans.
conſtructionis variationem hæc nomina fieri in 2. AEneidos dicit Seruius. Salluſtius, Catilina patiens Patiens.
inediæ, algoris, vigiliæ, ſupraquàm cuiquam eſt credibile. Terentius, Herus perliberalis & fugitans li- Fugitans.
tium. Cæſar 1. de bello ciuili, Nemo erat tam tardus, & fugiens laboris. Terentius, Fidens animi ſui. Fugiens.
Quomodo differunt, Fidēs animi, & fidens animo? Fidens animo, id eſt fortis & animoſus. Fidens a- Fidens.
nimi, qui etiam pro tempore animum fidentem facit, alioqui degenerem. vt Sinon apud Virgilium 2.
AEneid. -fidens animi, atque in vtrūque paratus, Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Fe-
cerat certe ille animum aliàs degenerem, tunc fidentem, ait doctiſſimus Badius. In ſacris, Non ſimus
concupiſcentes malorum. Apuleius 9. Metamorphoſeos, Noſcendæ rei cupiens. Tacitus, Vulgus cu- Cupiens.
piens voluptatum. In ſacris, Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis. Virgilius, Dij maris & terræ tē- Spirans.
peſtatúmque potentes. id eſt dominantes. Quando verò ſignificat diues, regit genitiuum vel ablatiuū, Potens.
per regulam, Dat patrium aut ſextum tibi copia ſicut egeſtas. Vini potens, id eſt nubilis. Abſtinens pe- Reuerens.
cuniæ, & continens iuſtitiæ, apud peritos inuenies. Reuerens dei. Ouidius de Pyrrha, Nec reuerentior Appetens.
vlla deorum. Salluſtius, Appetens alieni. Cicero, Nihil eſt appetentius ſimilium ſui. Virgilius, Seruan- Seruans.
tiſſimus æqui. Timens & metuens virgæ. Iuuenalis, Metuens virgæ iam grandis Achilles. Iohānes eſt Metuens.
rerum ſuarum negligēs. Tacitus, Vitellius amicorum inimicorúmque negligens. Cicero lib. 3. de Offi- Negligens.
cijs, Virtus eſt efficiens vtilitatis. Plautus, Audiens imperij. Præſtans animi. Statius 1. Thebaidos, Haud Efficiens.
tulit armorum præſtans animíque Choroebus. Quid diſcriminis eſt inter Præſtans animi, & præſtās Audiens.
animo? Præſtans animi dicitur, qui animum præſtantem facit: vt Iuuenes quibus per ætatem præſtan- Præſtans.
tior animus eſſe nequit. Præſtans animo eſt, cui eſt animi præſtantia: & maioris laudis eſt præſtantem Furens.
animi eſſe, quàm præſtantem animo. hoc docuit nos doctiſſimus Badius noſter. Virgilius, O præſtans Ambiens.
animi iuuenis, Seruius ait pro Præſtans animo: quia Græco more interim genitiuus pro ablatiuo po- Proſpiciens.
nitur. Placet tamen Badiana differentia. Virgilius in quinto, Nanque furens animi, dum proram ad Sitiens.
ſaxa retorquet. pro animo, teſte Seruio. Ambiens gloriæ, teſte Diomede. Diuus Ambroſius, Cancer vt Parcus.
eſt appetens cibi, ita proſpiciens periculi. Sitiēs ſanguinis. Sillius 3, Atque ille haud vnquā parcus pro Deſpiciens.
laude cruoris, Et ſemper famæ ſitiens. Gellius lib. 12. cap. 3, Pecuniæ ſitientem. Cicero in 3. de Orato- Retinens.
re, Sitiens iſtarum rerum. Idem 2. de Oratore, Sui deſpiciens. Idem ad Brutum, Iuris dignitatíſque re- Intelligens.
tinens. Gellius libro 10. cap. 20, Salluſtius proprietatem in verbis retinentiſſimus, cōſuetudini conceſſit. Agens.
Cicero pro Plancio, Retinens iuris & libertatis. Tacitus, Intelligens falſi. Cicero 2. de finibus, Cuiuſ- Impiger.
que eius generis intelligēs ac copioſus. Tacitus, Ad Thraſeam mortis agentem quæſtor conſulis miſ- Inſolens.
ſus. Idem Tacitus, Is vrbanæ militiæ impiger, bellorū inſolens. Cæſar in 2. de bello ciuili, Erat in oppi- Ferens.
do multitudo inſolens belli, diuturnitate otij. Salluſtius in Catil. Inſolens malarum artium. Gellius Eſuriens.
lib. 10. cap. 22, Morum inuadunt prorſus inſolentes. Cornelius Tacitus, Corpora hominum ſalubria Illud horæ.
& ferentia laborum. Apuleius primo Meta. Illud horæ memini me terra dehiſcente, ima tartara, ínque Deſperans.
his canem cerberum prorſus eſurientem mei proſpexiſſe. Illud horæ, pro illa hora eleganter dixit. Cæſar Sciens.
6. de bello Gallico, A multitudine oppreſſus, ac ſui deſperans. Salluſtius in Iugurtha, Perfugæ regio- Diligens.
num ſcientiſſimi. Gellius 18, Vir apprime linguæ Latinæ ſciens. Idem libro quarto, Vir literarum ve- Exequens.
terum diligentiſſimus. Idem libro 10. cap. 12, Phauorinus philoſophus memoriarum veterum exe- Infrequens.
quentiſſimus. Idem libro 13. cap. 23, Infrequens ſum vocum Latinarum. Idem 17. capite 5, Rhetoricus Callens.
quidam ſophiſta vtriuſque linguæ callens. Titus Liuius 10. ab vrbe, Gallorum corpora intolerantiſ- Intolerans.
ſima laboris atque æſtus. Idem 34, Non ferme deſunt irarum indulgentes miniſtri. Cicero pro Quin- Indulgens.
tio, Sui negotij bene gerens. Plinius 6. epiſtolarum, Alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens. Gerens.
SECVNDO regunt caſum huius regulæ adiectiua præteriti temporis à participijs paucula: vt Do- Diligens.
ctus pilæ, Profuſus patrimonij: id eſt dilapidans, prodigens, profundénſque patrimonium. Da autho- Profuſus.
ritatem. Salluſtius in Cati. Alieni appetens, ſui profuſus. Horat. in arte, Ludere qui neſcit, campeſtribus Indoctus.
abſtinet armis, Indoctúſque pilæ, diſcive trochive quieſcit, Ne ſpiſſæ riſum tollāt impune coronæ.

Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. Ne dicas pilare, ſed pila ludere. Dicimus etiam in ablatiuo,

Doctus. Eruditus. Peritus. Experiens.

Doctus & eruditus bonis literis. Sic Indoct⁹ ineruditus. Cicero de claris oratoribus, Græcis literis eruditus. Idem, Docti & Græcis literis & Latinis. Gellius nouitatis nitidæ amator per accuſatiuum figurate dixit lib. 9. cap. 10, Annæus Cornutus homo ſane pleraque alia non indoctus neque imprudens. Et lib. 2. cap. 12, Græcas res eruditi. Et lib. 19. cap. 9, Noſtras literas haud incurioſe docti. Eruditus grãmaticæ, Peritus muſicæ. Hoc Cicero etiam cum ablatiuo poſuit pro Cluentio, dicens, Iure peritior. At Terentius ait, Hic adoleſcentes imperitos rerum in fraudem illicit. Peritus venit ab antiquo verbo perior: vnde experior in vſu eſt, cuius participium experiens in nomen tranſit, quia Naſo dixit experiens laborum & expertus. Diomedes, Expertus belli.

Eruditus. Doctus. Peritus. Conſultus. Conſultor. Conſuetus. Inſuetus. Verſus.

Differúntne Eruditus, doctus, peritus? Etiam ſi proprie loquamur. Nam eruditus eſt nõ rudis: quaſi extra ruditatem poſitus. Doctus qui rationem tenet. Peritus qui etiam experientiam, conſuetudinémque habet. id eſt expertus. Virgilius, Expertos belli iuuenes. Quintilianus, Præceptores par eſt non ſolum eruditos, ſed doctos atque peritos eſſe debere. Conſultus iuris, conſultiſſimus iuris, id eſt doctus, qui alijs conſulit. Horatius, Conſultus iuris, & actor cauſarum. Conſultor, qui conſilium petit: aliquãdo etiam qui dat. Per compoſitionem dicimus iuriſconſultus, & aliquando iureconſultus, vt iureperitus. Nam Cicero dixit iureperitior, & iureperitus legi apud Ciceronem in ſecũdo de legibus: ideo male putatur eſſe ineptum à Georgio Valla. Horatius primo carminum, Inſanientis dum ſapientiæ conſultus erro. Cõſuetus malarum artium. Cicero ſecundo ad Atticum, Inſuetus contumeliæ. Sillius lib. 10, -ſtupet incõſuetus opimæ Sidonius menſæ miles. Amplexus, & complexus amici, apud doctos etiam leges. Verſus animi. Tacitus, Qui verſus animi modò numen paueſcere, modò minus aduerſantis populi terreri. id eſt paueſcebat & terrebatur. In quibuſdam videtur genitiuus pro ablatiuo poni.

Suſpenſus. Erectus. Feſſus. Scitus. Falſus. Mutatus. Victus. Exterminatus. Contentus.

Apuleius lib. 11, Oppido ſuſpenſus animi. id eſt vehementer dubitans. Sillius 13, Quos vbi tam erectos animi videt. His addunt Feſſus. Idem 17, Id reliquum feſſos opis auxiliique ciere. Papin. 3. Thebaidos, Tydea circũ omnes feſſum bellique viæque ſtipantur. Virgilius 1. AEneidos, Expediunt feſſi rerum. Ouidius ſcitus vadorum dixit, id eſt ſciens. Plautus, Falſus animi. Apuleius, Derepente animi mutatus. Virgilius 4. Georgicorum, Immemor heu, victúſque animi. Apuleius 3. Meta. Exterminatus animi. Titus Liuius 34, Contentos libertatis, quaſi continentes actiue dixit. Incautus & cautus periculi apud doctos inuenies. Præfectus adiectiuum, datiuum regit: vt Præfectus vrbi. ſubſtantiuum, genitiuum: veluti, Præfectus vrbis. ideo huc non pertinet, vt neque illa, Fur auri, Coquus pulmenti, Dux fœmina facti, apud Virgiliũ. Lingua animi interpres, Literæ amoris indices. Vindex belli curia, apud Silliũ, &c.

Iuus.

TERTIO, Quædam in iuus. Priſcianus, Verbum eſt agendi patiendíque ſignificatiuum. Cometes eſt belli ſignificatiuus. Plinius, Ruris imitatiuo ait hoc in libro 5. epiſtolarum ad Apollinarem. Multis ſic vtuntur medici, vt herba expulſiua veneni: vinum incentiuum libidinis: lapis conſiſtiuus ſanguinis: potio opilatiua alui. Sic Virtus ſui diffuſiua. Ita Apprehenſiuus, penetratiuus, &c.

In quotuplici differentia ſunt verbalia in iuus? In triplici. Quædam diſpoſitionem dicunt, vt Significatiuus, aptus ſignificare. Quædam pro præſenti capiuntur, vt Seruus fugitiuus, qui fugit. Quædam paſſiue ſignificant, vt Tempus ſucciſiuum. Plinius vocat quod ſucciditur. Natiuus, qui naturaliter naſcitur.

Idus. Auidus. Cupidus. Prouidus. Improuidus. Trepidus. Feſſus. Impauidus. Callidus. Turbidus.

QVARTO in idus quædam, vt Cupidus gloriæ, Auidus pugnæ. Plinius, Natura hominum eſt nouitatis auida. Plautus, Leno auri cupidus. Ouidius, Cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum. Sic Cupidus vini. Plautus antique dixit in ablatiuo, teſte Nonio in Pſeudulo, Vino modò cupidæ eſtis. pro vini. Diomedes, Timidus virgæ. Inuidus alieni, Pauidus mortis, Prouidus futuri, Improuidus futuri, apud Liuium. hoc etiam aliquando datiuum regit. Tacitus, Vitellius oſtentui erat, ignarus militiæ, improuidus conſilijs. Picus, O amor, ô pietas noſtris bene prouida rebus. & recte: ſiquidem dicimus prouideo futurũ, & prouideo rebus meis. Titus Liuius quinto ab vrbe, Trepidi rerũ ſuarum. Sillius in ſecundo, Dum pauitant trepidi rerum, feſſique ſalutis. Trepidi rerum, id eſt nullam ponentes in rebus ſpem. Feſſi ſalutis, id eſt laborantes inopia ſalutis. Apuleius libro 4. Metamorphoſeos, Trepidi religionis vrgemur. Impauidus mortis. Sillius 12, Impauidus ſopni ſeruat pecus. Sic Pauidus mortis. Callidus technarum. Tacitus, Nemo illa tempeſtate militaris rei callidior habebatur. Idem, Auida diſcordiarum ciuitas. Turbidus animi apud Tacitum, pro turbidus animo, videri poteſt poſitum. Sic Sillius in 13, Turbidus auſi. Sed dare poteſt quis differẽtiam, qualem dat Badius inter Præſtans animi & Præſtans animo. Reperitur ſimiliter Validus. Tacitus, Animi validus, & corpore ingens.

Ax. Edax. Capax.

QVINTO, Quædam in ax, vt Rapax auri, Capax mentis, Ferax tritici, Fugax luxuriæ, &c. Ouidius, Tempus edax rerum, túque inuidioſa vetuſtas Omnia deſtruitis. Idem, Sanctius his animal mentiſque capacius altæ Deerat adhuc.

Quotuplicem conſtructionem habet capax? Triplicem. Primo regit genitiuum. Priſcianus, Partes compoſiti ſunt prioris ſenſus capaces. Tu es ingenij capax. Secundo regit ablatiuum, vt Capax tribus equis. Plinius libro ſecundo epiſtolarum, Villa vſibus capax, non ſumptuoſa. Tertio admittit accuſatiuũ cum præpoſitione ad, vt Hoc ſtabulũ eſt capax ad tres equos. Plinius lib. 38. cap. 5, Capaci ad ſextarios tres. Apuleius nouitatis amator, ſine præpoſitione accuſatiuũ dedit lib. 2. Metamorpho.

Tu puer ætatem & pulchritudinem capax eius es. Frequentius habebit genitiuum: vt Quanti capax eſt fidelis? ſic contrarium incapax. Non omnis ager eſt ferax tritici. Virgilius teſte Nonio, pro genitiuo ablatiuum poſuit, dicens, Illa ferax oleo. Seneca, Eſt vitiorum fugax. Symmachus Auſonio, Lactantiæ fugax, garrulum iudicē pertimeſcis. Horatius in Arte, Vtiliúmque ſagax rerum, & diuina futuri. Hic diuinus diuina diuinum, quia actiue ſignificat, etiam habet genitiuum. Ouidius, Iſta tenax ſegetis creſcere lappa ſolet. Perſius, Parca tenax veri. Horatius, Iuſtum & tenacem propoſiti virū. Plin. lib. 25. cap. 2, Omnium vtilitatum & virtutum rapaciſſimi. Spernax mortis. Sillius lib. 8, Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat. Stat. 3. ſyluarum, Audax ingenij. Tacitus, Procax otij & poteſtatis tēperatior. Hic temperatus regit genitiuum, & pertinet ad ſecundum modum. Idem, Amicitiæ fallaces. ſingularis numeri eſt amicitiæ. Sic dices, Iſte eſt ſodalitij fallax. Tacitus, Opum contemptor, recti peruicax.

Ferax. Fugax
Sagax.
Diuinus.
Tenax.
Rapax.
Spernax.
Audax.
Procax.
Temperatus
Fallax.
Peruicax.

SEXTO, Quædam in oſus, vt Ambitioſus dignitatis, Studioſus pecuniæ, Curioſus alienæ vitæ. Cicero de amicitia, Pilæ ſtudioſi fuerunt. Franciſcus Philelphus, Quid enim earum ſumus rerum curioſi, quæ animæ curas non adimunt, ſed augent? Tacitus, Summi diſcriminis incurioſus. Exoſus & peroſus magis ad ſecundum modum pertinent: quia cum accuſatiuo (vt ego ſentio) ſunt participia præteriti temporis: licet verba eorum exodi & perodi exoleuerunt. Exoſus igitur & peroſus aliquando nomina ſunt, & regunt genitiuum. Boetius 2. de Conſolatione, Vitæ huius exoſa. Gellius lib. 15. cap. 20, Bibendi exoſus. Multo ſæpius cum accuſatiuo leguntur, & ſunt participia. aſtipulatur mihi Calepinus. Boetius 2. de Conſolatione, Nondum eſt ad vnum te omnis exoſa fortuna. Gellius lib. 15. cap. 20, Mulieres exoſus. Curtius libro quinto, Solitudinem peroſus. Ibidem, Parricidium exoſi. Et libro 7, Patrios mores exoſus es. Columella lib. 10, Immundam ſegnitiem peroſa eſt. Quintilianus libro 1, Qui modò legitimam diſciplinam non ſint peroſi. Hæc eò diligentius annotaui: quia quidam noſtratium alioqui haud indoctus, male docuit hoc modo, Exoſus bella, poetice dicitur. Orator diceret odiēs bella, quod falſum eſt: quia Exoſus bella, tam eſt oratorium quàm poeticum. Odiens verò nec in oratorio, nec in poetico vſu eſt: vt neque verbum odio, niſi admodum raro. Virgilius libro quinto, Iuppiter omnipotens, ſi nōdum exoſus ad vnū Troianos. Ouidius, Ille peroſus opes, ſyluas & rura colebat. Simplex Oſus etiam accuſatiuum habet. Gracchus, Semper eos oſi ſunt. Plautus in Amphitryone, Inimicos ſemper oſa ſum.

Oſus.
Studioſus.
Curioſus.
Incurioſus.
Exoſus.
Peroſus.

Quotuplicem conſtructionem habet exoſus? Triplicem. Primo eſt nomen cum genitiuo. Boetius, Vitæ huius exoſa. Secundo eſt nomen paſſiue acceptum cum datiuo. Gellius lib. 2. cap. 18, Non omnes modo dijs exoſos eſſe. Id eſt à dijs haberi odio. Sic etiam peroſus. Suetonius in Tyberio, Deos obſecro vt te nobis cōſeruent: & valere nunc, & ſemper patiantur, ſi non populo Romano peroſi ſunt. Id eſt dij non habentur odio à populo Romano. Bene ergo dicit Pſeudocurtius in epiſtolis, Horum vita vituperanda eſt, & mihi exoſa. Tertio Exoſus participiū, accuſatiuum regit: vt Exoſus Troianos. Sic etiam peroſus.

Exoſus tripliciter capitur.

SEPTIMO, Pauca in ius, vt Dubius itineris, Nuntius veri, Præſcius futuri, Conſcius ſceleris, &c. Ouidius 1. Metamorphoſeos, Veri quaſi neſcia quærit. Virgilius 1. AEneidos, Et mens ſibi conſcia recti. Sic Nullius ſum mihi conſcius. Pro genitiuo inuenitur datiuum habere. Ouidius, Conſcia delicijs illa fuere meis. Scius rerum veterum. Hinc ſciolus, parum ſciens. Inſcius, neſciens: vt Inſcius militiæ, quod figurate per accuſatiuum dicitur. Turpilius in Epiclero apud Nonium, At enim ſcies, quæ fuiſti inſcius. Virgil. 4. AEneid. Tam ficti prauíque tenax, quàm nuntia veri. Nuntius, qui nuntiat, & quod nuntiatur, teſte Feſto. Quod nuntiatur etiam in neutro genere recte nuntium dicitur, vt bene docet Mancinellus. Curtius libro 7, Initi conſilij innoxius. Sillius libro primo de Hannibale, Ingenio motus auidus, fideíque ſiniſter, Is fuit exuperās aſtu, ſed deuius æqui. Hic ſiniſter etiam genitiuū habet. In eodem, Vadi dubium. Virg. 3. Georgicorum, Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnū Quàm ſit. Potuit hoc per ablatiuum dici, Dubius animo. Et poetæ noſtri malunt interim, quæ per ablatiuū dici poſſunt, Græcanice per genitiuum dicere. Sillius libro quinto, Atque hic egregius linguæ. id eſt eloquens. Papinius 3. Thebaidos, Tu tamen egregius fati mentíſque. Sillius libro 9, Anxia fati. Tacitus, Nec ſui anxium. Titus Liuius 35, Anxius gloriæ. Idem 36, Spei liberam, obnoxiam timoris. Hic (libera) etiam genitiuum habet: licet fere cum ablatiuo legatur, & (obnoxius) cum datiuo.

Ius.
Neſcius.
Conſcius.
Scius.
Inſcius.
Nuntius.
Innoxius.
Deuius.
Siniſter.
Dubius.
Egregius.
Anxius.
Liber.
Obnoxius.

OCTAVO, Paucula in ilis, vt Docilis praui, Suſceptibilis doctrinæ, Penetrabilis armorum & ſcuti. Sic quidam loquuntur, nec damno: licet teſtimonium iam non occurrat. Bombarda eſt penetrabilis muri. Virgilius, Accipe nunc telum magis hoc penetrabile noſtrum. Paſſiue regit datiuum: vt Lucerna mea eſt cuiuis vento penetrabilis. Statius, -nulli penetrabilis aſtro Lucus erat. Boetius in Categorijs Ariſtotelis, Proprium eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibilem contrariorum. Plinius, Indocilis cæli agricola. Ouidius, Praui docilis Romana iuuentus.

Ilis.
Suſceptibilis
Penetrabilis.
Docilis.

Habétne hoc aliam conſtructionem? Etiam. Quia regit etiam accuſatiuum cum præpoſitione ad. Plautus in Bacchidibus, Ad iſtas res docilior. Suetonius in Caligula, Tam docilis ad cætera: natare neſcijt. Et cum ablatiuo ſine præpoſitione. Plinius lib. 10. cap. 42, Luſcinias Græco atque Latino ſermone dociles. Sillius 8, Vaniloquum Celtæ genus & mutabile mentis. Oroſius libro 3, Alexander humani ſanguinis inſaturabilis. Valerius Maximus libro 8, Alexandri pectus inſatiabile laudis. Boetius in 3. de

Mutabilis.

Cõſolatione, Stabilémque ſui ſecerit orbẽ. In ſacris, Erãt omnes docibiles dei. Magis eſt in vſu docilis.

Rus. Maturus.

NONO, Pauca in rus, vt Auarus pecuniæ, Maturus æui, Securus vulgi, id eſt contemnens, aut nihil curans vulgum. Gnarus militiæ, Ignarus hiſtoriæ. AEui maturus, apud Virgilium legitur.

Gnarus. Ignarus. Securus. Auarus.

Differúntne Maturus æui & Maturus æuo? Etiam. Qui? Matur⁹ æui dicitur, qui æuum ſuum probis moribus maturat: Maturus æuo eſt, quem æuum ipſum maturum efficit. Quocirca maiori laudis eſt eſſe maturum æui, quàm æuo, vt ex Seruio collegit doctiſſimus Badius noſter. Columella in præfatione, Armorum ac militiæ gnaros. Virgilius, Ignaróſque viæ mecum miſeratus agreſtes Ingredere. Ignoratio rei eſt, ignorantia hominis. Virgilius, Securus amorum. Perſius, Hic ego ſecurus vulgi. Auarus gloriæ, id eſt cupidus. Tacitus, Famæ nec incurioſus, nec venditator: pecuniæ alienæ non appetẽs, ſuæ parcus, publicæ auarus. Horatius in arte, -Graijs ingenium Graijs dedit ore rotundo Muſa loqui, præter laudem nullius auaris. Idem alibi, O ſeri ſtudiorum qui ne putetis, &c. Inſecurus vitæ.

Gus. Largus. Prodigus.

DECIMO, Pauca in gus, vt Prodigus pecuniæ, Largus opum. Virgilius in 11, Largus opum, lingua melior, ſed frigida bello Dextera. id eſt diues, abũdans: non qui donaret opes, ſi credimus Seruio. Badius tamẽ Largus opum, id eſt qui largitur opes, interpretatur: nõ inepte ſane quia Virgilius loquitur de Drance homine ſeditioſo, cuius propria eſt largitio, vt alios ſecum in ſeditionem trahat. Plautus in Aſinaria, Largus lachrymarum. Sillius in primo, Prodiga gens animæ, & p operare facillima mortem. Plautus per ablatiuum dixit in Aſinaria, Audín' hunc opera vt largus eſt nocturna? Sillius octauo, Belli præſagus.

Rudis. Compos. Impos. Memor. Immemor. Parcus.

VNDECIMO, Plurima ad certam regulam non redigenda: vt Certus mortis, Memor beneficij, Cõpos voti, Rudis literarum, Particeps cõſilij, &c. Cicero primo Officiorum, Græcarum literarum rudis. Idem pro Flacco, Rudis eorum. Perſius, Luciferi rudis. id eſt tempeſtatum imperitus. Valerius Maximus, Imperatores compotes victoriarum. Plautus in Captiuis, Ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ compotem. id eſt obtentorem. Liuius lib. 3. in ablatiuo dixit, Præda compotem. Impos, non potens: vt Impos mentis. Potis eſt, id eſt poteſt, Poetæ metri gratia dicunt, teſte Calepino, quem videre potes: quia compluſcula dicit nõ ſpernenda. Compos melius genitiuum quàm ablatiuum habet. Memor ſis noſtri, Immemor iniuriæ: notiſſima ſunt hæc. Horatius, Parcus aceti. Iuſtinus libro ſexto, Pecuniæ adeò parcus fuit, vt ſumptus funeri defuerint. Lucan⁹ nono, Somni parciſſimus ipſe eſt. Apuleius in ſeptimo, Parcus hordei fuit.

Particeps. Fœlix. Infœlix. Meritorius. Falſarius. Anceps. Exors. Credulus. Cæcus. Certus. Quid eius, pro quid de eo. AEger. Saucius. Præceps. Solers. AEmulus. Ingratus. Lætus. Benignus. Reus. Væcors. Amens. Vana. Liberalis. Sollicitus.

Habétne Parcus aliam conſtructionem? Etiam: quia reperitur cũ accuſatiuo interuentu præpoſitionis in. Iuſtinus 41, Principibus metu non pudore parent in libidinem proiecti, in cibum parci. Particeps lucri. Cicero pro Sylla, Particeps & conſilij veſtri fuit & timoris. In Pſalmis, Particeps ſum ego omnium timentium te. Particeps etiam admittit accuſatiuum cum præpoſitione ad. Tacitus, Natalis particeps ad omne ſecretum Piſoni erat. Fœlix animi. Infœlix animi apud Virgiliũ leges. Badius ait, Fœlix animi, qui fœlicem facit animũ: vt differat à fœlix animo. Sillius 4, O fœlix famæ & latio lachrymabile nomen Hannibal. Et libro 9, Infœlix auſi. In decimo, Infœlix culpæ. In duodecimo, Infœlix fidei. Vitæ æternæ meritorius theologi dicunt, vt notarij Falſarius literarũ. Anceps illius rei apud doctos legi. Exors ſecandi, apud Horatium. Titus Liuius 32, Omnis culpæ exortem. Credulus rumoris apud doctos leges. Sillius decimo, Credulus aduerſi. Cæcus animi, pro animo, dictũ videri poteſt. Cæcus fati id eſt ignarus. Sillius 2, Hæc cæcus fati diuúmque abeunte fauore Vicino Theron edebat prælia leto. Certus rei, Incertus vitæ. Macrobius in ſomnum Scipionis, Hippocrates experimenti certus aſſeruit. Tacitus, Diu ſententiæ Vitellij certior fieret. Potuítne hoc aliter dici? Etiam. Quia per ablatiuum cum præpoſitione de. vt Cicero ad Brutum, Me velim de tuis rebus conſilijſque facias diligentiſſime certiorem. Ponitur certe genitiuus interdũ pro ablatiuo, intercedente præpoſitione de: vt Quid ſit Philippi ignoro. pro de Philippo. Cicero ad Atticum 16, Non video quid eius ſit, ni ſtatim aliquid literarum. Et ſic Valerium multi dixiſſe putant, Cuius morbi æger eſſet. id eſt de quo morbo. Statius 11. Thebaidos, AEger conſilij, id eſt triſtia cogitans, ſine conſilio, imbecillis, ait Lactantius. Lucanus 7, AEger quippe moræ, flagránſque cupidine regni. id eſt ægre patiens moram. Valerius Maximus libro quinto, Pulſu venarum comperit, cuius morbi æger eſſet. Tacitus, Ipſe æger animi. Apuleius quarto Metamorphoſeos, AEgra corporis. Saucia animi. notetur etiam ſaucius. Solers rerum, Præceps conſilij. Virgilius, Præceps animi. Siniſter fidei, Diuinus futuri. Ouid. 6. Metamorphoſeos, Vt tamẽ exemplis intelligat æmula laudis. Ingratus ſalutis, pro de ſalute bene dicitur. Virgilius lib. 10, Proſpicit ignarus rerum, ingratúſque ſalutis. Tacitus, Corruptor amicitiæ cuius ſe ingratum ferebat. id eſt eſſe oſtendebat. Aliter regit datiuũ: vt Ingratus domino. Lætus laboris, id eſt de labore. Virgilius 11, Quas illi læta laborũ. Sillius 13, Lætus opum. Idem 14, dixit Lætam tumultus. Et 15, Læta laboris. Horatius, Vini ſomníque benignus. id eſt ſtudioſus. Aliàs datiuum regit: vt Sum tibi benignus. Reus voti, qui aliquid vouit. Virgil. 5. AEneid. Conſtituam ante aras voti reus. Conſtantinus contra aliorum vſum per datiuum vel ablatiuum dixit, Ne ſimus legibus rei. Apuleius quarto Meta. Iam væcors animi. Sic Amens animi. Virg. 4. AEneidos, Iſque amens animi, & rumore accenſus amaro. Genitiuus videri poteſt pro ablatiuo. Virgil. 10, -aut ego veri Vana feror? Prudens mercaturæ. Salluſtius in Catil. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Virgilius, Quum tibi ſollicito ſecreti. Pſalmographus, Dominus ſollicitus eſt

ani.Regit etiam datiuum rei cui ſollicitudo impenditur.In Euangelio,Nolite eſſe ſollicit animæ veſtræ,neque corpori veſtro.Iuſtinian⁹,Iuris religioſiſſimus. Auſonius in Moſella. -memorabo quietos Agricolas, legúmque catos, fandique potentes.Expers ad aliam regulam pertinet. Ouidius,Vidimus aſſiduis expertes pacis in armis.Regit etiã ablatiuũ,vt patebit. Tacitus,Pollione proauo clarus,neque morum ſpernendus habebatur.Idem,Vt lætitiæ ita mœroris immodicus. Perſius,Es modicus voti, preſſo lare,dulcis amicis. Tacitus,Ambiguus conſilij.Idem,Paulinus ſtrenuus militiæ. Apuleius lib. 4,Vir ſublimis animi virtutíſque præcipu⁹.Sillius lib.2, -omnia Pœnum Armenti vigilẽ patrio de more ſequuntur.Vigilem armenti,id eſt ſtudioſe & magna vigilia cuſtodientem armentum.Idem lib. 5,Nec fati melior Mamercus corpore toto Exoluit pœnas.In eodem,Ille quidem cruda mẽte & viridiſſim⁹ iræ Ibat.Sillius lib.9, -flauúſque comarũ Curio. In eodem,Heu patria,heu plebes ſcelerata & praua fauoris.Idem lib.10, -pro degener altæ Virtutis patrũ. Tacitus,Nec ipſe inglorius militiæ. Sillius 12,Inglorius auſi.id eſt nequiens efficere quod tentabat. Idem 14,Pigra pericli. Idem 15,Quorũ ſerpit Arar per rura pigerrimus vndæ.Hoc dicit,quia leniter fluit.Statius ſecundo Thebaidos,Macte animi.Idem 6.Thebaidos,Feſtinus voti pater.Idem 7.Thebaidos, -fidei pacíſque ſequeſtra Mater eras.Idem 11, -irrita voti Cuſpis in obliquis inuenit vulnera coſtis. Fertilis tritici terra,Fertilis regio auri,apud doctos legi.Lucanus tamen per accuſatiuũ cum præpoſitione dixit libro nono,Fertilis in mortes.Claudianus in quarto Conſulatu Honorij,Munificus laudis,ſed non es prodigus auri. Tacitus, Veſpaſianus acer militiæ anteire agmen, locum caſtris capere.id eſt anteibat & capiebat. Tacitus,Gregarius miles futuri ſocors & ignobilitate tutior præſtabat. Apuleius tertio Metamorphoſeos,Sui periclitabunda. Liuius 32,Inſontem culpæ.Gel.lib.19.capite tertio, Tenebat amicos noſtros homo ille fandi dulciſſimus.In quibuſdam iam dictis poſſet loco genitiui ablatiuus poni:vt Macte animo,Modicus voto,Flauus comis,&c.niſi(vt in aliquibus fecit Badius)differentiam ponas:vt ſit Flauus comarum,qui ſibi per artem flauas comas facit. Flauus comis, qui ipſe per naturam flaueſcit comam. Oriundus,id eſt originem trahens ab aliquo,vnde tamen ortus nõ eſt:vt Ortus ſum in Flandria,oriundus ab Hannonia:quia pater fuit Hannonienſis.Oriundus regit aliquando genitiuum.Boetius in 1.de Conſolatione,Cuius oriundus ſis patriæ,reminiſcaris.

Religioſus Cat⁹. Expers Spernendus. Modicus. Immodicus. Ambiguus. Strenuus. Præcipuus. Vigil. Melior Viridis. Flau⁹ Degener. Inglorius. Piger. Mact⁹. Feſtinus. Sequeſter. Irritus. Fertilis. Munificus. Acer. Socors Periclitabũdus. Inſons. Dulcis. Oriundus. Deſpauterij origo.

QVOTVPLICEM conſtructionem habet oriundus? Triplicem. Primo regit genitiuum, ídque rariſſime:vt Cuius oriundus patriæ?

Secundo regit ablatiuum ſine præpoſitione.Apuleius 10,Oriundus patria Corintho,quod caput eſt totius Achaiæ.Florus,Corintho oriundus. Liuius octauo,Cumis erant oriundi.Cumani Chalcide Euboica originem trahunt.Columella lib.1,Liberis parentibus oriundus.pro ortus dixit,teſte Calepino. Ambroſius contra aliorum morem oriundus pro naſciturus dixit,teſte eodem,Quomodo ſol viuendi vſum miniſtrat oriundis?id eſt naſcituris.

Tertio capit ablatiuum cum præpoſitione à vel ab,& quandoque ex. Liuius,Nati Carthagine, ſed oriundi à Syracuſis.Pſeudocurtius,Sumus ex eadem patria oriundi.ornatius ab dixiſſet.

REGVLA SEPTIMA.

Affinis,ſimilis,communis,par,propriúſque,
Finitimus,fidus,conterminus,atque ſuperſtes,
Conſcius & ſocius,conformis,ſiue propinquus,
Et vicinus,amicus,habet iungi his alienus:
Hæc caſum ternum donabunt ſiue ſecundum:
Cætera quæ damnum ſignabitur vtilitáſve,
Cum terno ponas. Armis fer & aptus ad arma.

Quædam adiectiua regunt genitiuum vel datiuum:vt Affinis ſenectutis vel ſenectuti.Similis patris vel patri.Commune omnium vel omnibus,Par tui vel tibi.Proprius hominis vel homini.Finitimus fluuij vel fluuio.Fidus amici vel amico.Conterminus fontis vel fonti.Superſtes dignitatis paternæ vel dignitati. Conſcius deliciarum vel delicijs. Socius belli vel bello. Conformis imaginis vel imagini. Propinquus vrbis vel vrbi. Vicinus oppidi vel oppido. Amicus ſopni vel ſopno. Alienus conſilij vel conſilio.

Affinis. Similis.

Súntne plura talia? Non auſim negare:ego certe non notaui plura. Siquis apud probatos authores plura inuenerit, his adijciat. Terentius in Heaut.Qui æquum eſſe cenſent,nos iam à pueris ilico naſci ſenes: Neque illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia. Affines ſubſtantiue, ſunt viri & vxoris cognati.

Quæ eſt differentia inter Similis tui & Similis tibi? Nulla:etſi Diomedes dicat,Sum ſimilis tui moribus,& ſimilis tibi figura:quia vtrunque indifferenter reperitur.Cicero actione quarta in Verrem,Si aliqua in re Verri ſimilis fuero.de moribus loquitur.Idem lib.5.de finibus,Non video cur non po-

Similis tui & tibi.

tuerit patri eſſe ſimilis filius. nõ loquitur de figura, ſed de moribus, & doctrina, ingenióque Nicomachi
filij Ariſtotelis. Liuius 1. ab vrbe, Fratri ſimilior quàm patri. de moribus loquitur. De figura in geniti-
uo, Plautus in Menæhmis, Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) vſquã ſimilius eſt, quàm hic tui
eſt, túque huius. Sæpius tamen per genitiuũ mores ſignificamus. Terentius, Saluus ſit filius: ſpero ſi-
milis eſt maiorũ ſuorum. Ouidius, Similis nõ fuit ille tibi. Plautus, Eſſe illorum ſimiles expetunt. Ab-
Abſimilis. ſimilis, id eſt multũ diſſimilis, ponitur ſæpiſſime cũ negatione: vt Non abſimilis, Haud abſimilis, id eſt
Similo. multũ & planè ſimilis. A ſimilis eſt verbũ ſimilo, quod quidam ſordidũ cenſent: vtitur eo Boetius in
3. de Conſolatione, Expertus ſortis periculorũ tyrannus, regni metus pendentis ſupra verticem gladij
terrori ſimilauit. Et Calepinus apud Martialẽ putat reperiri: ſed multi eo loci legunt per quintã voca-
lem in ſecunda ſyllaba ſimulent: Quũ ſint eruta tibi, ſimulẽt quę cornua Lunæ. Iuſtinianus, Ius iſtud
non ſolum humani generis propriũ eſt, ſed & omnium animaliũ. Idem, Ius gentium cõmune huma-
no generi. Donatus, Commune trium. Lucanus lib. 1, Quem metuis, par eius erat. Sillius 4, AEtatis,
mentiſque pares. Græcanice pro ablatiuo dixit: quia ſum tibi par ætate recte dicimus. Virgilius 2. AE-
neidos, Par leuibus ventis, volucríque ſimillima ſopno. Seruius dicit datiuũ pro genitiuo poni: tanquã
per genitiuum honeſtior ſit locutio. Dicimus par eſt, id eſt decet & æquum eſt. Plinius 37. cap. 2, Nero,
Comparo. vt par erat principem, vicit omnes ccc. ſeſterijs capidem vnam comparando. Nota comparo pro emo:
Finitimus. quia nonnulli putarunt eſſe opicum. Finitimus, id eſt propinquus. Iuſtinus 44, Chalybes fluuij hu-
Fidus, ius finitimi appellati. Cicero 1. de oratore, Eſt finitimus oratori poeta. Fidus. Virgilius in 12, Præterea
regina tui fidiſſima dextra Occidit ipſa ſua. ergo fidus regit genitiuũ, teſte Priſciano. Sæpius datiuũ
Cõterminus habet. Ouidius 2. Metamorp. -tu tantũ fida ſorori Eſſe velis. Cõterminus, id eſt confinis & proxi-
mus. Apuleius ſexto Metamorphoſeos, Quum primum prædicti iugi conterminos locos appulit, vi-
det rei letalem difficultatem. Sæpius datiuũ habet. Ouidius, Ardua morus erat gelido contermina fon
Superſtes. ti. Superſtes cum datiuo paſſim reperies, cum genitiuo rarenter. Florus de bello Cæſaris & Pompeij,
Superſtes dignitatis ſuæ vixiſſet. Conſcius in præcedenti lectione patuit. Socius additur à doctiſſimo
Conformis. Badio. Iob 30, Socius ſtruthionum. Cõformis cum genitiuo legitur apud diuum Hieronymum, Cõ-
formes fieri imaginis filij Dei. Propinquus, vicinus, & amicus iunguntur à Nebriſſenſi: ſed adiectiue
ſumpta ſæpius datiuum habẽt. Horatius in ſermonibus, -niſi nos vicina triuici Villula cepiſſet. De
datiuo, Ouidius, Mala ſunt vicina bonis. Plinius, Calx eſt frumento inimiciſſima. Salluſtius in Catili-
Alienus. nario, Ille eos in domum Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena conſilij propter Sem-
proniam. Seneca, Alienus ambitioni. Cicero, Aliena rationi noſtræ. Dices etiam Alienus à conſilio. Ci-
cero, Non alienus à Scæuolæ ſtudijs.

Adiectiua datiuum regentia. CAETERA ques damnum, &c. Cætera adiectiua quibus ſignificatur quæpiam vtilitas, vel dam-
num, regunt datiuum: vt Album eſt nigro contrarium. Hyems eſt nobis grauis. Vir moleſtus omni-
bus. Infeſtus hoſti. id eſt valde moleſtus. Infenſus diſcipulo. id eſt vehemẽter iratus. Dulcis amicis, A-
Infeſtus. ſper populo, Gratus agricolæ imber, Iucundus omnibus cantor, &c.

Infenſus. QVOTVPLICIA ſunt adiectiua huius regulæ? Quintuplicia.

PRIMO Adiectiua aduerſitatis ſiue contrarietatis. Ouidius, Qui color albus erat, nunc eſt contra-
Contrarior. rius albo. Hinc verbum contrarior apud doctos nunquã legi: etſi apud philoſophaſtros ſit frequens.
Aduerſor. Fortuna eſt mihi aduerſa. id eſt contraria. Hinc verbum Aduerſor, aduerſaris, id eſt aduerſus ſum: & re
git datiuum, Neque tuæ libidini aduerſabor.

Aduerſus. Quotuplex inuenitur aduerſus? Triplex. Aduerſus nomen, id eſt cõtrarius: vt Ventus eſt nautæ ad-
uerſus. Aduerſus participium ab aduertor, id eſt à fronte: vt Aduerſa Chriſti vulnera. id eſt quæ an-
Auerſus. tè ſunt. Aduerſis vulneribus Catilina occubuit. Huic contrariũ eſt auerſus ab auertor: vt Auerſa vul-
Auerſor. nera, quæ dãtur à tergo, quod eſt ignominioſum. hinc auerſor, auerſaris, cum accuſatiuo, id eſt ſperno.
Boetius, Auerſamini igitur vitia, colite virtutes. Tertio aduerſus vel aduerſum, eſt præpoſitio de-
ſeruiens accuſatiuo caſui. capitúrque tam in bonam quàm in malam partem. Huius ordinis eſt etiam
grauis. Iuuenalis, Iam grauis es nobis, & ſæpe emungeris, exi. Vir grauis, id eſt moratus & conſtans.
Leuis. Huic contrarium eſt leuis: vt Vir leuis, id eſt nequam & nihili. Læuis priore longa, aut diphthongata,
Læuis. id eſt planus, non aſper: vnde læuor, vel læuitas, aut læuitudo, læuigo, complano & polio. Lenis cum
Læuor. n, id eſt mitis, & minime aſper, ad animum refertur. Nulli volo eſſe iniurius. Rebellis magiſtro. Hinc
Lenis. rebello etiam cum datiuo: vt Rebellas præceptori. ſic alia quædam contrarietatis verba: vt Bos obluctа
Rebellis. tur trahenti, Piſcis renititur flumini. Plinius, Difficilius eſt voluptati repugnare, quàm iræ.

Proximus. SECVNDO, Adiectiua proximitatis. Cato, Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere. dicimus etiam
cum accuſatiuo, Proximus deum, vt pòſt declarabo. Confinis agro noſtro, Familiaris Petro, hoc poteſt
genitiuum habere, ſed tum magis ſubſtantiue capitur. Intimus mihi es, &c. Reducuntur huc propè &
iuxtà loco nominũ poſita vel aduerbiaſcentia: vt Propè eſt dominus timentibus ſe. Multa verba pro-
ximitatis regunt datiuum: vt Propinquo, Adhæreo, &c. & Solini verbum Proximo, quod vt alia, pro
datiuo poteſt habere accuſatiuum cũ præpoſitione ad. Solinus, Geloni ad hos proximant. Idem, Gelo-
nis agathyrſi collimitantur.

TERTIO, Verbalia in bilis paſſiuæ ſignificationis. Horatius, Hic tibi ſit potius, quàm tu mirabilis

q.j.

illi. Virgilius,Nec viſu facilis,nec dictu affabilis vlli. Sillius 1,Superiſque habitabile ſaxum. Horatius, Nulli flebilior quàm tibi. Virgilius, Hoc ſcutum nullis ſagittis eſt penetrabile. Riſibilis, Hinnibilis & cætera neotericorum figmenta datiuum non regunt. Poſſibilis ne penitus opicum habeatur. Apuleius 1.Metamorphoſeos,Nihil impoſſibile arbitror. Poſſibile.

QVARTO,Verbalia nomina in dus. Ouidius,Sæpe tibi pater eſt,ſæpe legẽdus auus. Statius,Legẽdus fratri inuẽctus Thebane iaceres. Ouidius,Pauper amet caute,timeat maledicere pauper: Multáque diuitibus non patienda ferat. Horatius,Si vis me flere,dolendum eſt primùm ipſi tibi.nomen eſt aut nominatiui caſus gerundium,quod placet. Legendus nomen,id eſt dignus legi,aut qui debet legi. Legendus participium,id eſt qui legetur. ita dices in reliquis.

QVINTO,Plurima de quibus non datur certa lex:quæ ſemper ex ſe,vel ex adiuncto commodum vel incommodum,damnum vel vtilitatem important. In ſacris, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Dilectus meus mihi,& ego illi. Vir ſanguinis eſt exoſus deo.id eſt odio habetur. Columella, Terra pulla vinetis eſt habilis. Fidus amico,Fidelis domino,frequens differentia,nõ perpetua. Intentus ſtudijs,Maleuolus bono,Vtilis virtuti,Inuidus patri: Audiens dicto,nomẽ eſt,teſte Diomede. Poteſt huic addi ſecũdus datiuus. Liuius 7.Decadis quartæ,Dicto audiens eſſet flamen pontifici. Sic cum datiuo leges,Gratus,Ingratus,Iucundus,Iniucũdus,Perfidus,Infidus,Dulcis,Amarus,Cõgruus,Proſper,Secundus,Dexter,Obnoxius,id eſt ſubiectus & obligatus,&c. Peſtifer,Exitialis,Letalis,Odioſus, Malus, Nequam,&c. Virg. Sis bonus ô fœlixque tuis. Sapiens,Qui ſibi nequam,cui bonus? Petrarcha,Infamis mulier,multis infauſta maritis.id eſt infortunata. Seneca,Cunctis eſto benignus,nulli blãdus, paucis familiaris,omnibus æquus. Deus omnibus idem. In hymno, Nunc nobis ſancte ſpiritus vnũ patri cum filio. (vnum)ſubſtantiuũ eſt. Potus ægroto ſaluber,Aer incolis inſaluber. Plinius,Fideliſſimi ante omnia homini canes,& equi. Literæ tuæ fuerunt mihi iucundæ & gratæ.id eſt vtiles cum voluptate. Gratus eſt cum vtilitate,Iucundus lætitiam afferens,Lætus qui lætitiam in ſe habet,Iucundus qui lætitiam alteri affert,etiam ſi triſtis fuerit. Item gratus,id eſt beneficij memor. Ingratus,beneficij immemor. Obuiꝰ mihi,Inuius homini,Peruius nulli. Poeta,Inuia virtuti nulla eſt via. Amori deditus. Cato, Sopno ne deditus eſto. Æqualis illi,Concolor coruo,Cognominis Paulo. Abſonus fidei apud Liuiũ libro primo,infidelis. Dicimus etiam per ablatiuum,Abſonus voce,cui inepta & diſſona vox eſt. Cicero,Sunt quidam aut lingua ita hæſitantes,aut ita voce abſoni. Dic etiam cum præpoſitione,Abſonus à voce.id eſt diſcordans. Liuius libro ſeptimo,Abſoni à voce motus erant. Gratus. Iucundus. Lætus. Abſonus.

Quot modis conſtruitur Secundus? Tribus: Primo cum datiuo pro proſper:vt Fortuna eſt mihi ſecunda. Secundo cum datiuo,vt eſt numerale:potius dignitatem,quàm ordinem indicans. Virgilius 11,Turnus ego haud vlli veterum virtute ſecundus. Sic iſte nulli cãtandi arte eſt ſecundus.id eſt muſicorum eſt facilè princeps. Tertio pro eodem dicimus, Secundus ab illo.id eſt poſt illum facile primus.author eſt Seruius. Secundo ſecũdas, id eſt proſpero:vt Dij cœpta ſecundent. Secundus. Secundo.

ARMIS fer,& aptus ad arma.id eſt quædam pro datiuo poſſunt accuſatiuum habere cum præpoſitione ad. Horatius,Infirmo capiti fons aptus idoneus aluo. Plautus in Pœnulo,Tot quidẽ non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. Iuuenalis,Si facis vt patriæ ſit idoneus, vtilis agris. Plautus in Epidico,Quem hominem inuenimus ad eam rem vtilem.

REGVLA OCTAVA DE PARTITIVIS.

Partitiua volunt genitiuum:vt ſigna,gradúſque,
Pronomen,numerus duplex,aduerbia quædam.

Dictio partitiua poſtulat genitiuũ pluralẽ nominis non collectiui,vel ſingularẽ collectiui:vt Quiſque hominũ,Aliquis diſcipulorũ,Quis virorũ,Vter horũ,Nigrę lanarũ,Fortior manuũ eſt dextera,Doctiſſimus poetarũ,Optimus plebis,Hæc volucrũ,Duo iſtorũ,Milleſimus hominũ, Maxime omnium.

Quomodo declaratur genitiuus huius regulæ? Per accuſatiuum cum inter,aut ablatiuum cum de, ex,vel in,pro inter:vt Vnus iſtorum. id eſt vnus inter iſtos,de,vel ex iſtis,vel in iſtis. Licètne nobis per accuſatiuum vel ablatiuum ſic loqui? Optimè,caueam tamen nequid nimis. Cæſar 1.Commentariorum,Pauci de noſtris cadunt. In eodem,Animaduertit Cæſar vnos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere. Multa his ſimilia apud doctiſſimos reperies.

QVID EST dictio partitiua? Adiectiuum vel ex eo aduerbium multitudinis partem indicans:vt Quiſque maior,Maximus,Maximè,&c. Debèntne adiectiuum partitiuum cum genitiuo in aliquo accidente concordare? Etiam:quia debet eſſe eiuſdem generis:vt Vnus fratrum,Vna ſororum:non vna fratrum,&c. Da regulam. Dictio partitiua.

Sit conforme genus,partitio quando notatur:
Ni collectiuum vel vox heteroclita detur.
Rectè etiam dices,Quid agis dulciſſime rerum?

Adiectiuũ partitiuum cõuenit cum genitiuo in genere:vt Quiſque virorum,Quæque fœminarum. Genus partitiui.

Quot ſunt ab hac regula exceptiones? Tres. Prima in collectiuis: vt Optimus plebis. Secunda in heteroclitis: vt Infimum cælorum lunam continet. Tertia vbi adiectiuum præcedens reſpicit. Terētius, Eſt genus hominum qui ſe primos omnium rerum eſſe volunt. Boetius, Confitemur deum omnium rerum eſſe præſtantiſſimum. Horatius, Quid agis dulciſſime rerum? Badius vir doctiſſimus notat ruſtice dici, Quid agis dulciſſima res? nec vellem dicere, Quid agis dulciſſima rerum? ad virū. Leo eſt fortiſſimum animaliū, grammaticè dicitur. Leo eſt fortiſſimus animalium, Latine proferes: vbi adiectiuum ad præcedens refertur. Plinius libro 11. cap. 37, Villoſiſſimus animalium lepus. Pomponius

Solus animalium. Mela, AEtna præcipuo montium. Plinius libro 8. naturalis hiſtoriæ cap. 33. de chamæleonte, Solus animalium nec cibo, nec potu ſemper alitur, nec alio quàm aeris alimento. In eodem libro cap. 45, Boues animalium ſoli & retro ambulantes paſcuntur. Ibidem de tauro, Solus animalium eo ſtimulo ardeſcens. Tacitus, Peſſimi ſeruitiorum prodere vltro dites dominos. id eſt prodebant. Optime ergo dixit diuus Hieronymus, Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Item, Eſt enim patientia virtus maxima omnium morum: nec eſt talis oratio nobis prohibita, vt male dicunt grammatiſtæ. re-

Vna dierum. cte dixit Terentius, An quiſquam gentium eſt æque miſer vt ego? gens enim collectiuū eſt. Vna dierum non laudo. Libentius dicam, Vno dierum, aut quodam die: licet in ſacris dicatur, Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum. quod per ſubauditionem excuſatur: quia ſubintelligitur die. Vna parentum, & vnum epularum apud grammatiſtas ſolum inueni. Domus aliud tectum, aliud fundamentum. Quantitatis aliud continuum, aliud diſcretum. non eſt regimen partitionis, quia aliud capitur ſubſtantiue. Non imitabimur quod Terentius dixit, Hunc oculis ſuis nunquam quiſquam noſtrarum nouit. olim recte dicebatur: quia quis erat communis generis. Plautus in Aulularia,

Quis. Quis ea eſt quam vis vxorem ducere? Vna anſerum, Vna camelorum, licenter per Syntheſin poſſet parciſſimè vſurpari. In ſacris, Fides, ſpes, charitas: maior horum charitas, vix Latine dicitur: nec imitandum eſt, vt poſtea dicam. In vita ſanctæ Luciæ, Contingit Luciam nobiliſſimam Syracuſanorum ſimul pergere: non damno, quia reſpicitur præcedens, quod in pluribus contingit.

An recte dicimus, Hos amo, quorum alter eſt Petrus, altera Helena? Etiam: Quia ita locutus eſt Cicero in 1. Officiorū, Propter ſummam & doctoris authoritatem, & vrbis: quorum alter te ſcientia augere poteſt: altera exemplis.

QVOTVPLICES dictiones regunt genitiuum per regimen partitionis? Quintuplices.

Primo, Signa vniuerſalia quædam: vt Quicūque hominum peccauerit punietur. Vterque parentum eſt mortuus. Nemo noſtrum ſedet. Particularia verò: vt Surripuit commilitonum aliquis librū meum. Alter horum, &c. Interrogatiua: vt Quis horum mecum ibit? Vter veſtrum ſcit Latine?

Signum. Quid eſt ſignum? Dictio per ſe nullius rei ſignificatiua, quæ alteri adiecta ſignificationem eius dirigit: vt Ad, apud, &, atque, &c. ſed in propoſito noſcenda ſunt nomina quæ ſigna ſunt, vt Omnis, nullus, alter, vter, &c. vt Nullus noſtrū. Dicimúſne Nullus noſtri? Non: quia genitiuus per regimē partitionis actiue ſignificare debet. Quid eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum? Quod ſingulis quicquam diſtribuit vel aufert, vt Omnis, nullus, nemo, quiſque, vterque, neuter.

Omnis. Pone Omnis cum genitiuo per regimen partitionis. In ſingulari nō poteſt. In plurali cum genitiuo reperitur: ſed raro. Plinius 11. naturalis hiſtoriæ cap. 37, Non omnibus animaliū hi. ſupple, oculi ſunt. Quid eſt ſignum particulare? Quod alicui quicquam dat vel aufert, vt Aliquis, quiſquam, alter, non omnis. Signum particulare negatiuum nullum eſt ſimplex: ſed ipſum fit ex negatione, & ſequēti ſigno vniuerſali. Virgilius, Non omnia poſſumus omnes. id eſt aliqui aliqua non poſſumus. Signa diſtributiua etiam dicuntur diuidua.

SECVNDO, Caſum huius regulæ petunt gradus comparationis. Poſitiuus quidem: vt Pauci hominum. Multi virorum. Plinius lib. 11. cap. 37, In capite paucis animalium niſi volucribus apices. Idem lib. 10. cap. 6, Vulturum præualent nigri. Et alibi, Lanarum nigræ nullum colorem bibūt. Canum degeneres caudam ſub aluum reflectunt. Paucis auium. Et lib. 21. cap. 31, Præſentaneum remediū ad dentium mobiles firmandos. Idem 17. cap. 5, Terrarum amaram ſiue macram ſiquis probare velit. In ſacris, Sicut nouellæ oliuarum. In Ariſtotele, Corporum ſimplicia.

Comparatiuus: vt Fortior manuū eſt dextera. De ſuperlatiuo: vt Doctiſſimus poetarū. Optimus plebis. Quomodo dicis cōparatiuum regere genitiuū? Nónne eſt contra Donatū, qui dicit habere ablatiuum? Donatus intelligit quādo comparatiuus tenetur comparatiue, & declaratur per quàm: vt Doctior illo, id eſt quàm ille. Vbi vero tenetur partitiue, & declaratur per de, vel ex, vel inter, habet genitiuū: vt Dextera eſt fortior manuum. id eſt inter manus, vel de manibus. Quid neceſſarium eſt comparatiuo vt regat genitiuum per hoc regimē? Debet fieri cōparatio inter duos eiuſdem generis. Da regulā.

Res ſimilis generis medius gradus atque ſupremus
Poſcunt: ille duas, hic plures vſque duabus.

Comparatiuus & ſuperlatiuus, vt regant genitiuū per regimen partitionis, requirunt cōparationem inter res eiuſdem generis, vel naturæ. Cōparatiuus facit cōparationem inter duo: ſuperlatiuus inter plura duobus: vt Dextera eſt fortior manuū, bene dicitur: quia fit comparatio inter duas res, ſcilicet dex-

teram & ſiniſtrã:& ſunt eiuſdem generis vel naturæ:quia ambæ ſunt manus. Dextera eſt fortior digitorum,male dicitur:quia ſunt plures res quàm duæ,nec ſunt eiuſdẽ generis:quia dextera non eſt digitus. Pollex eſt fortiſſimus digitorum,recte dicitur:quia fit comparatio inter res plures duabus:quia inter pollicem & cæteros digitos:& hæ res ſunt eiuſdem generis vel naturæ:quia pollex eſt digitus. Ideo male dicimus, Hector eſt fortiſſimus Græcorum:quia non fit cõparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis:quum Hector non ſit Græcus,ſed Troianus.

Siquis dicat, Hector & Græci continentur ſub eodem genere,ſcilicet ſub animali:ergo ſunt eiuſdem generis. Reſpondeo, Eſſe eiuſdem generis,non eſt contineri ſub eodem genere logico:ſed eſt rem excedentem ſignificari per caſum comparatiui vel ſuperlatiui:vt Hector fuit Troianorum fortiſſimus: ideo non eſt bona comparatio. Anna eſt caſtiſſima ſororum ſuarum:quia Anna non eſt ſoror ſua. Similiter, Leo eſt fortiſſimus plebis:quia leo non eſt vnus è plebe. ſimiliter inepta eſt, Fortiſſimus eſt leo lyncum:quia leo non lynx.

Vbi comparatio non fit inter res eiuſdem generis vel naturæ,quomodo loquendum eſt? Per comparatiuum cum ablatiuo:vt Hector fuit fortior quouis Græco: Leo eſt fortior lynce: Penelope eſt caſtior ſororibus ſuis. Da regulam.

COMPARATIVI REGVLA.

Sin minus iſta aderunt,medio gradui dato ſextum.

Vbi comparatio non fit inter duo eiuſdem generis,comparatiuus habebit ablatiuum:vt Doctior illo,vel doctior illis. Horatius, Vilius argentum eſt auro,virtutibus aurum.

TERTIO, Omne fere pronomen regit genitiuum huius regulæ:vt Hæc volucrum, Illa ſororum. Multi ſunt pauperes,quorum ego vix quotidianum victum queo lucrari. Malos habemus ſeruos,quorum meus cæteris nequitia præſtat. In Ethicis Ariſtotelis, Laudamus quidem iuuenum eos, qui ſunt verecundi.

Vnus.

QVARTO, Duplex numerus regit caſum huius regulæ. Numerus cardinalis,id eſt principalis,quo vulgo numeramus,duo,tres,quatuor,quinque,&c. vt Duo iſtorum: Centum virorum. Et numerus ordinalis,quo ordinem indicamus:vt Primus omnium, Septimus ſapientum,&c. Vnus,vna,vnum,nõ numerus eſt,ſed numeri principium:& regit etiam genitiuum per regimen partitionis:vt Diſcipulorum vnus. Capitur vnus eleganter pro ſolus:idque etiam in plurali. Philelphus 7. epiſt. Eſtis vni omnium cautiſſimi. Plinius Iunior, Regulus eſt vnus bipedum omnium nequiſſimus. Raro ponitur ſic ſine ſuperlatiuo. Plinius, Caluitium vni tantum animalium homini. Solus etiam caſum huius regulæ petit:vt Solus animalium in Plinio. Vnus raro vtimur niſi ad cæterorum diſcretionem ſignificandam:vt Audiui è magiſtro grammaticæ doctiſſimo. nihil neceſſe eſt addere vno. Terentius in Andria, Vnam aſpicio adoleſcentulam. Donatus, Vnam ex conſuetudine dicit. Tolle vnam,ſenſui nihil deerit: ſed conſuetudo mirantis non erit expreſſa. hæc Donatus. Quot,quotus,tot,vltimus,ad numeros pertinent:ideo genitiuos per hanc regulam regunt. Iuuenalis, Regum vltimus ille bonorum. Terentius, Quot hominum illic litigant?

Solus.

QVINTO, Aduerbia quædam regunt caſum huius regulæ:vt Vbique locorum. Nuſquam ſcripturarum. Omnium dulciſſime canit Philomela. Plinius, Lynces clariſſime omniũ quadrupedum cernũt.

Argumentor, Nomina ſubſtantiua tam propria quàm appellatiua,regunt caſum per regimen partitionis:ergo ponendus eſt ſextus modus. Plinius libro naturalis hiſtoriæ 11. cap. 36, Quadrupedũ talpis viſus non eſt. Boetius, Quorum Baſilius olim regio miniſterio depulſus. Solinus, Maximi in ea amnes Ganges & Indus: Quorũ Gangem quidam fontibus incertis naſci,& Nili modo exundare perhibent.

Reſpondeo, Non regunt hunc caſum niſi per ſubauditionem adiectiui partitiui:vt Quadrupedum talpis,ſubaudi, ſolis. Quorum Baſilius,ſubaudi vnus:vt ſit, Quorum vnus Baſilius:& ita habent quidam libri. Quorum Gangem, Quorum vnum,ſcilicet Gangem. Alexander, E duo corripiunt,quorum peto vi facit & tum. Quorum vnum,ſcilicet peto. His cognitis,poteris ad aliam regulam accedere,relinquens quæ ſequuntur diſputanda,& vbi videbitur,ediſcenda.

CIRCA SIGNA QVAESTIVNCVLAE.

Quis. Vter.

QVIS ET VTER quomodo differunt? Quis quærit de pluribus quàm de duobus,& aliquando ſolum de duobus. Vter ſolũ de duobus interrogat:vt Quis digitorum eſt longiſſimus? Vtra manuũ eſt fortior? Exemplũ vbi Quis ſolũ de duobus quærit. Perſius de Ioue & Staio, -an ſcilicet hæres? Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis? Sic, Quiſque pro vterque. Ouidius de Pyramo & Thiſbe, -partique dedere Oſcula quiſque ſuæ non peruenientia contra. Bene dixiſſet, Oſcula vterque ſuæ. Id apud probatiſſimos authores perrarum eſt;ideo nollem niſi rariſſime imitari. nã in ſacris ſæpe quis pro vter ponitur. vt in Euangelio, Quis maior eſt,qui recumbit,an qui miniſtrat? &c. Eandem differentiam habent omnia à quis & vterque compoſita.

Vterque.

Vterque pro duobus diſtribuit. Omnis & quiſque pro pluribus. Neuter pro duobus. Nullus pro multis. Vterlibet,vteruis duorum ſunt. Quilibet,quiuis plurium,&c.

Quiſque.

Quomodo differunt Quiſque & quiſquis? Vtrunque eſt vniuerſale:ſed Quiſque vnico verbo con-

Quiſquis.

tentum eſt: Ditiſſimus quiſque eſt ſuperbus. id eſt omnis diues. Quiſquis ſignificat quicunque, & duo verba petit: quia per relatiuũ declaratur quiſquis. id eſt omnis qui: vt Saluabitur quiſquis mandata dei fideliter ſeruauerit. Iuuencus impropriè quiſque pro quiſquis cœpit, dicens, Quiſque cupit celſam cœli conſcendere ſedem. Aliqui legunt quiſquis, & interimunt s. Hic nota bonam regulam, Interrogatiuum cum (que) cõiunctione compoſitum, fit vniuerſale vnico verbo contentum: compoſitum vero cum ſeipſo exponitur per (cũque): vt Quiſquis, quicunque, qualiſqualis, id eſt qualiſcunque. Terentius, Vbi vbi erit, diu latēre non poterit. id eſt vbicunque. Plautus in Amphitryone, Vt vt es facturus, hoc quidem hercule haud reticebo. In ſacris, Quotquot eum receperunt, & cætera. id eſt quotcunque.

Regula de ſignis geminatis.

Vtercunque.

Quantuluſcunque.

Vtercunque, id eſt ſiue hic, ſiue ille. Cicero ad Torquatum, Vt vtercunque vicerit, non ſit mirum futurum. Quintilianus vtrãcunque linguam dixit, pro vtranque, ſi Lanciloto credimus. Quantuluſcunque rectè dicitur: quia Suetonius quantulocunque actu dicit. Vtrum rectè dicitur, Vter noſtrum duorum? Multum raro. Cicero ad Atticum, Brutus quidem vter de duobus, ô rem miſeram. Terentius in Heauton. Harum duarum conditionum nũc vtram malis? Vterque Franciſcus & Petrus, bene dicitur. Non Vterque ex Franciſco & Petro. Terentius in Eunucho, Apud Antiphonem vterque pater & mater quaſi dedita opera domi erant. Varro, Multa nomina habemus ab vtroque pecore, maiore & minore. Suet. in Tyberio, Obijt vtroque liberorum ſuperſtite Tyberio Druſóque Neronibus. Idem in Claudio, Quem vtraque & cophina & ligera aliquando fecerunt. Virgilius, -quibus actus vterque Europæ atque Aſiæ fatis concurrerit orbis. Vter veſtrorum pro veſtrum, Plautinum eſt.

Ambo & vterque.

Quomodo differunt Vterque & ambo? Vtrunque feciſſe dicimus, ſi & hic & ille fecerit diuiſim: vt Vterque fecit domum: ergo duæ domus factæ ſunt. Ambos feciſſe dicimus, ſi duo coniunctim aliquid fecerint: vt Ambo ſibi monumentum conſtituerunt. hoc eſt vnum monumentum commune. Cicero, Quorum vterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. Quintilianus, Quum enim vterque alteri obijciat, palàm eſt vtrunque feciſſe. Terentius, Vterque vtrique eſt cordi. Ambo alterũ verberauerũt, & Ambos ambo verberauerunt, pro vterque ruſticè diceres: niſi ambo ſe mutuò verberauerint.

Vterque & vtrique.

Quomodo differunt nominatiui Vterque & vtrique? Vterque ſolum duo ſignificat: vt Vterque exercitus ſolum duos exercitus ſignificat. Vtrique duo ſignificat: ſed ſic vt in ſingulis plura intelligas: vt Vtrique exercitus ſignificat vtriuſque ducis cõpluſculos exercitus. Hæc ex arte dicuntur, quam confundit plerunque authoritas. Virgilius enim, -ſuper vtraque quaſſat Tẽpora, dixit: pro ſuper vtrunque tempus. Hæc ex diuo Auguſtino.

Particularia ſigna.

Elegantiæ regula.

Da ſignũ particulare, ſimplex, negatiuũ. Nõ poſſum: quia ſemper fit ex vniuerſali præcedẽte negatione in numero impari: vt Nõ omnis, id eſt aliquis nõ. Quæ eſt hic elegantiæ regula? Adiectiuũ vel aduerbiũ cũ negatione præcedente pulchrè pro contrario capitur: vt Nõ illepidus, id eſt lepidus. Non parũ, id eſt multũ. Nonnullus, id eſt aliquis. Minus inſipiens, id eſt ſapiens. Nõ minimũ, id eſt plurimũ. Nõnihil, id eſt aliquid. Nõ omnia poſſumus omnes, multo venuſtiꝰ eſt, ꝗ Aliqui aliqua nõ poſſumus.

Quilibet, quiſque, vterlibet, vterque

Quomodo differũt Quilibet, quiuis, vterlibet, vteruis, ab vterque, quiſque? Quiſque & vterque ſunt diſtributiua vel vniuerſalia. Quilibet, quiuis, vterlibet, vteruis ſunt particularia, & ſignificant vnũ ſub optione ad cætera: ideo hæc enũtiatio particularis eſt, Quilibet librorũ meorũ erit tuus. id eſt vnus erit tuus quicũque ex omnibus eligetur. Horatius, Ilia & AEgeria eſt: do nomẽ quodlibet illi. id eſt quodcũque placet: non tamẽ do omne nomẽ. Idem, -pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Diuus Hieronymus, Adducetur ad Aaron vel ad quemlibet filiorum ipſius. non ad omnem filium ſignificat, ſed ad vnum quicunque ille fuerit. Quintilianus, Periculoſum & cum cura intuendum genus, quòd ſi in proponendo vnum quemlibet amiſerimus. Iuſtinianus Inſtitutis de hæredibus inſtituendis, Si plures conditiones in inſtitutionibus aſcriptæ ſunt: ſiquidem coniunctim, vtputa, ſi illud & illud factum fuerit, omnibus parendum. Si ſeparatim, veluti ſi illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt. Hæc ille. Pone cuique pro cuilibet, totum ſenſum peruertes. Terẽtius in Andriæ prologo, Qui vtranuis rectè norit, ambas nouerit. loquitur de duabus comœdijs Menandri, Andria & Perinthia. Pone pro vtranuis, vtranque, & inſulſiſſimus erit ſenſus. Ex his patet multum errare neotericos dialecticos veræ Latinitatis ignaros, ſumẽtes quilibet, pro quiſque: vteruis, pro vterque, &c. Cauſa erroris eſt, quòd hæc cum verbis præſentis temporis, indicatiui modi parũ differunt: vt Quilibet homo eſt auarus: vera non eſt, niſi omnis homo ſit auarus. Ouidius, Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. rectè hic dixiſſet quiſque, ſecus eſt de futuris: vt Quilibet librorum erit tuus, & cætera. Suetonius in Tyberio, Non ceſſauit efflagitare aliquem cuiuſlibet ordinis cuſtodem factis atque dictis ſuis. Similiter differunt Vbique, vbiuis, quilibet, &c.

Vllus.

Dicimúſne aptè, Vllus homo ante ædes ambulat? Minimè. Cur? Nam licet Vllus ſignificat aliquis: tamen nunquam affirmatiuè ponitur.

Nullus.

Quot modis vtimur vllus? Tribus, Primo negatiuè: vt Non eſt vllus qui currat. Secundo interrogatiuè: vt Me vocat vllus? Tertio ſubiunctiuè: vt Si me vllus vocauerit, ilico adero. hinc fit nullus, quod comicè pro non capitur: vt Nullus faciam.

Vtrum.

An aduerbium vel coniunctio (vtrum) ſolum de duobus quærit, vt nomen vter? Minimè. Seneca in libris de ira, Intereſt vtrũ quis feruidi ſit ingenij, an frigidi, an humidi. Hic ponit quis pro aliquis. Dici-

mus etiam vtrumnam. In ſacris, Conſuluerunt poſt hæc dominum, vtrumnam venturus eſſet illuc.

Nemo & nullus.

Nemo & nullus quomodo differunt? Nemo proprie tãtum ad homines pertinet: quia interpretatur nec homo. Nullus generaliter ad omnia. ita dicit Seruius ad plures. Quare dixiſti proprie? Quia interdum minus proprie pro nullus capitur: & de alijs, quàm hominibus dicitur. Virgilius, Turne quod optanti diuûm promittere nemo Auderet. Titus Liuius tertio ab vrbe, Nemo deorũ. Idem 8. ab vrbe, Nemo deorum verecundiam habeat.

Nemo.

Argumentor per rationem Lanciloti, probando (nemo) nõ eſſe etymon, nec interpretari (nec homo) quia tũc fruſtra & nugatorie diceremus, Nemo homo: quia ſenſus eſſet, Nec homo homo. bene autem dicimus nemo homo: ergo (nemo) non ſignificat nullus homo, vel nec homo. Liuius 8. ab vrbe, Nemo hominũ. Terentius in Phormione, Hominẽ callidiorem vidi neminem quàm Phormionem. In eodem actu, Nemo homo eſt. Cicero prima in Verrem, Hominem arbitror eſſe neminem. Salluſtius, Quo nemo vir melior nec præſtantior. Cicero primo de natura deorum, Homo nemo velit niſi homini ſimilis eſſe. Terentius in eunucho, Nemo homo eſt. Reſpondeo, Hæc ratio Lãciloti & Perotti, pluriúmque nihil cõcludit debitè: quia regula eſt, Quoties dictio æquiualet duabus dictionibus, ſi vna earũ illi addatur, ea dictio habebitur ſolũ pro reliqua: vt Egredior, ſignificat gradior extra: vt Egredior domum. ſi extra addatur verbo egredior, tunc ſolũ ſignificat gradior: vt Egredior extra domum. Cicero, Extra hos cancellos egredi conabor. ſic Nemo ſignificat nec homo, vel nullus homo. Si verò homo iungatur dictioni nemo, tũc nemo capitur ſolum pro nullus, per regulam, A Equiualens geminis: quam in accuſatiui regimine plenè declarabo, deo duce. bene dicimus, Non nemo, pro aliquis. quia ſæpe ita loquitur Cicero. Recte etiam dices, Alius nemo, & nemo vnus. Terẽtius in Adelphis, Alius nemo reſpicit nos. Liuius lib. 3, Neminem vnum eſſe, cuius magis opera putet rempublicam reſtitutam. Nemo rarius in fœminino genere vtimur. Plautus in Caſina, Vicinam neminem amo merito magis quàm te. Terentius in Andria, Scio neminem peperiſſe hic.

Nemo de fœmina.

Nemo quiſquam.

Cæteri vatum, Reliqui ſociorum, Singuli eorum, in ſignis vniuerſalibus cõtinentur. Dicimus etiam bene, Nemo quiſquam. Suetonius in Caligula, Omnes Germanico corporis animíque virtutes, & quãtas nemini cuiquam contigiſſe ſatis conſtat.

Alter. Alius.

Alter & alius quid diſcriminis habent? Alter vnam duarum rerum vel partium ſignificat: vt Hannibal in tranſitu Alpium alterum oculum amiſit. Suetonius, Nec ceſſauit ex eo alterum alter criminari. Exemplum de partibus. Cicero, Duplices ſimilitudines eſſe debent: vnæ rerum, alteræ verborum. Virgilius, Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Vnus aut alter.

Vnꝰ & alter.

Alius de pluribus dicitur: vt Alij virtutẽ præponunt, alij voluptatẽ, alij indolentiã. Interdum tamen Alius de duobꝰ dicitur, vbi diuerſa cõceduntur: vt Alia eſt facies mea, alia tua. Dubitatur vter excellat, Liuius an Salluſtius: & alius alium præponit. Hic aliter loqui nõ liceret, teſte Valla. Item alter ſignificat ſecundũ: vt Hic eſt alter annus belli Punici. id eſt ſecundus Punici belli origine. Quãdoque alter duo ſignificat: vt Vnus aut alter, id eſt vnus aut duo hoc eſt pauci: duos enim paucos dicimꝰ. Perſius, Vel duo, vel nemo. Plinius ad Iuliũ, Ex omnibus qui ſe nunc philoſophos vocant, vix vnum aut alterum inuenies tanta ſynceritate, &c. Alter quãdoque tertium ſignificat, teſte Donato in illud Andriæ, Poſtquam acceſſit amans pretium pollicens, vnus & item alter. Nã tres ſimul aderant. Ouidius in epiſtola Sapphus, Verſus vnus & alter erat. Virgilius, Alter ab vndecimo. id eſt tertiuſdecimus, vt cũ Donato ſentit Lancilotus. Alter aliquando capitur pro alius. Plinius, Tabulas plures pinxit, è quibus vnam in foro, alterã in comitijs, duas in Põpeij porticibus videmus. In augurijs altera auis pro nõ proſpera dicitur. Recte dicimus, Homo inuidet alter alteri. Columella, Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Alteruter.

Alteruter quiuis è duobus: ſiue vterlibet vel alter ex duobus. Cicero in Verrem, Video neceſſe eſſe alterutrum. In ſacris minus bene capitur alterutrum pro mutuò, vel viciſſim, teſte Valla. vt ad Romanos, Deus autem patientiæ & ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum. Et in epiſtola Iacobi, Cõfitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem. Sic transferendũ erat (inquit Valla) Confitemini mutuò peccata veſtra, & orate pro vobis mutuó. Idem ait in illud ad Romanos, Ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra. Pulchrius dixiſſet, Alius alterius. Idem ait, Quiſputas, pro quiſnam, non ſatis Latine dici, neque vnus poſt vnum. vt in Iohanne, Audientes autem vnus poſt vnum exibant: ſed viritim, ſingulatim, ſeparatim.

Quis. Qui.

Quomodo differũt nominatiui ſingulares Quis & qui? Quis interrogatiue aut infinite ponitur, nũquam relatiue. Interrogatiue: vt Quis fecit? Infinite: Plin. Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurrauit. Qui ponitur interrogatiue & relatiue. Interrogatiue: Liuius 3. ab vrbe, Qui finis erit diſcordiarum? id eſt quis. Idem quiquam pro quiſquam dixit Cicero, Qui deus appellandus eſt. Idem, Qui locus. Idem, Qui cõcurſus ex oppidis finitimis vndique. Sic idem in orationibus Qui pro quis interrogatiue vtitur. Relatiue: vt Diligo diſcipulum, qui literis diligenter operam nauat. Quis poſt ſi & interrogatiuum an, num, &c. pro aliquis capitur: vt ſiquis, an quis. Quis datiui & ablatiui caſus interrogat & refert. Quî aduerbiũ pro quomodo venuſtum eſt. Cicero, Quî fieri poterat? Et pro quemadmodum. Terentius in Andria, Nunc ſiquid potes, aut tu, aut hic Birria, facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Et pro vt. Idem in eadem, Non qui argumentum narret, ſed qui veteris poetæ maledictis reſpondeat. Et pro

vtinam. Idem in Phormione, Qui illũ dij omnes perdant. Et pro vnde. Idem in Andria, Qui iſthæc tibi incidit ſuſpicio? id eſt vnde. Et pro cur. Cicero libro quinto Tuſculanarũ, Qui enim beatior Epicurus, quòd in patria viuebat: quàm Metrodorꝰ ꝙ Athenis? Sed nõ inepte poſſet hîc capi pro quomodo.

Quę vel qua. Quomodo differũt nominatiui & accuſatiui Quæ & qua, vt generis fœminini quæ & qua, &c.? Quæ vtimur in compoſitione, vt Quædam: & extra compoſitionem, vt Quæ hæc impudentia? Qua nominatiui & accuſatiui caſus, ſolum in compoſitione vtimur: vt Aliqua, ſiqua. Cicero tamen pro Cæcinna, Alia ſiquæ forte eſt: dixit pro Siqua. Et alibi, Nunquæ pro nunqua. vt Plautus in Captiuis, Nunquæ cauſa eſt, quin ſi ille huc non redeat, viginti minas mihi des pro illo? Sed hæc rariora ſunt, quàm quæ velim imitari: niſi forſan parciſſime. Idem libro 8. ad Atticum dicit, Ecquæ pacifica perſona deſyderetur? vbi eſt Ecquæ pro ecqua. Plautus verò dixit Nequa vt aliqua.

Siquæ. Ecquæ.

Quod. Quid. Quomodo differũt Quod & quid? Quod cũ ſuis compoſitis eſt adiectiuum: vt Quod pomũ, quodcunque donum. Quid cum ſuis eſt ſubſtantiuũ: vt Quid negotij, quid cauſæ, quid pomi: non quod pomi. ideo dices, Optimum quidque, non quodque: ne duo adiectiua cõnectantur: niſi ſubaudiatur ſubſtãtiuum: hoc pacto, Reliquit mihi pater multa prædia, quorum optimum quodque mihi ſublatũ eſt. ſubauditur prædium. Quod quærit & refert. Quid quærit tãtum, aut infinite ponitur. Item Quid ponitur pro cur. Ouidius, Quid mãdas ſemina arenæ? id eſt cur fruſtra laboras? Plautus in Amphit. Haud quiſquam quæret qui ſiem, aut quid venerim. Quid eleganter ſumitur pro in quo, vt Nihil pro in nullo: & his duobus modis eſt quid aduerbium. Cicero in Lælio, Quid enim indigens Aphricanus mei? Quintilianus, Quid tibi tantum malum feci? quid offendi? Similiter apud Lucam, Et ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Quis nat in æquore? Piſcis. Dicimúſne apte, Quis nat in æquore? Piſcis. Quis bonus eſt aratro? Bos. Nõ ſi Vallæ credimus: quia Quis per ſe de viro quærit, Quæ de fœmina. Ideo quum quæritur, Quis nat in æquore? Reſpondendũ eſt Petrus, aut Paulus, &c. aut nemo. De alijs ab homine ſi cupias quærere, per neutrum id facies: Quid nat in æquore? Piſcis. Docet hæc contra Priſcianum Valla, cui refragatur Auſonius in monoſyllabis (vt notauit Langimercius meus) Dic ceſſante cibo, ſopno quis opimior eſt? Glis.

Quidam, aliquis, quiſquã, quiſpiã. Quomodo differt Quidam ab aliquis, quiſquam, quiſpiam? Quidam dicit perſonam certam, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare. Aliquis, quiſquam, quiſpiam, dicũt perſonam incertam: vt Quodã tempore natus ſum, aliquo moriar. Hieronymus (quidã) pro (aliquis) poſuiſſe videtur: ſed Valla reijcit culpam in librarios. vt in pluribꝰ: veluti, Foras, inde, inſertus, retro: pro extra, illac, inſitus, poſt, &c. Eodem modo differunt ab his deducta aduerbia, vt quodam, aliquo. Aliquando. Ab aliquis fit aliquando, id eſt quandoque: & eleganter ponitur pro tandem. Salluſt. Vt aliquando pacem quàm bellũ malles. Dicemus etiam, tandem aliquando, & aliquando tandem, vt probat late Philelphus lib. 26. epiſtolarum.

Quidã quaſi de incerto. Eraſmus in opere de copia rerum & verborum, vult contra Vallam Quidam nonnunquam incertam perſonam ſignificare, vt quando aut contemptum, aut tranſlationem habet: vt Iſidorum mihi quendã citabat: perinde ac ſi dicas, Iſidorum neſcio quem. Lachrymas emiſit quendam animi ſanguinem. id eſt veluti ſanguinem. Seditio morbus eſt quidam ciuitatis. Idem ait, Quiſpiam tam certam quàm incertã ſignificare perſonam: aliquis ſolum incertam.

QVIS VEL QVI, quæ pars orationis? Nomen. Quale nomen? Infinitum. Cur? Quia certas non recipit perſonas.

Quis, qui, quæ pars orationis? Argumentor, Donatus dicit quis vel qui eſſe pronomen: ergo falſè concedis eſſe nomen. Reſpondeo, Donatus loquitur ſecundum opinionem eorum, qui putarũt omne relatiuum, & interrogatiuum eſſe pronomen: quam falſam eſſe docet Priſcianus. quia proprium eſt pronominis certam ſignificare perſonam: nec vnquam interrogare, ſed ſolum referre vel demonſtrare.

Argumentor, Varro vocat quis vel qui articulos: articuli autẽ non ſunt alicuius partis orationis: ergo male dicis quis vel qui eſſe nomẽ. Reſpondeo, Articuli ſunt duplices, vni qui perpetuo dictionibus adhærent in certo caſu, vel tẽpore, aut perſona, &c. quos nõ propter pueros finximus vt declinare ſciãt, ſed quibus neceſſariò in orationibꝰ vtimur, vt quales in Græca lingua plurimi ſunt: & in Teutonica & Gallica, *de, den, der, des, le, la, les*, &c. hi non ſunt alicuius partis orationis. Eiuſmodi articulis Latinus ſermo caret vt bene docet Quintilianus. Nam hic, huius, huic, hũc, ô, hoc, & cæteri articuli ficti ſunt puerorũ gratia: licet enim nomina cũ his declinemus, tamẽ loquendo omittimus. vnde patet nõ veros ſed cõmẽtitios articulos eſſe, & carere potuiſſeꝰ. Neque enim nomẽ ideo maſculinũ eſt, quia præponitur hic: ſed ideo præponitur hic, quia maſculinũ eſt. Alteri ſunt articuli dictiones quædã cæteris adminiculantes, nec per ſe quicquã ſignificãtes: quæ tamen ipſæ caſus regũt, aut alia ſibi vendicant, quæ veris articulis negantur: & ſic articuli ſunt, teſte Varrone non ſolũ quis vel qui, ſed etiã omnia ſyncategoremata, omnia pronomina, omnes cõiunctiones, omnes præpoſitiones. Hæc nãque in oratione, tanquã articuli, nomina & verba cõnectunt, aut ipſis adminiculãtur. Eiuſmodi articuli bene ſunt alicuius partis orationis: quia Varro ponit pronomina, præpoſitiones, &c. vt Hic, iſte: & idẽ dicit, hic, iſte, quis, &c. eſſe articulos. Ideo friuola eſt diputatio eius, qui ex Lanciloto & Varrone voluit oſtendere, quis vel qui, nec nomen, nec pronomen eſſe. Nam ſi velit ſibi conſtare, debebit etiam negare pronomina eſſe, iſte, hic, ipſe, is, & multa alia, in quibus ſibi contradiceret: quod ipſum nõ ſani eſſe hominis, nõ ſanus iuret Oreſtes.

DE COMPARATIVO ET SVPERLATIVO.

Comparatio fit quinque modis.

QVOT MODIS fit comparatio? Quinque. Primo ab vno ad plures ſui generis:& tunc ſuperlatiuo eſt vtendum,ſi illi plures ſint impares: vt Medius eſt digitorum longiſſimus. Si verò pares fuerint, comparatiuo eſt vtẽdum:vt Hoc vas eſt cæteris capacius,ſi quatuor ſint vaſa:tria quidem æque capacia,quartum capacius. Secundo fit comparatio ab vno ad plures diuerſi generis,& comparatiuo vtimur:vt Leo eſt fortior equis. Ego Gallus ſum fortior Italis. Tertio fit comparatio ab vno ad vnum, per caſum ſignificantem vtrunque : & ſic comparatiuus habet genitiuum:vt Dextera eſt fortior manuum. Fit comparatio à dextera ad læuam per genitiuum manuum, ſignificantem & dexteram & ſiniſtram: vel fit comparatio ab vno ad vnum ſine caſu vtrunque ſignificante:vt Dextera eſt fortior ſiniſtra. Quarto fit comparatio à pluribus ad vnum:vt Socij mei ſunt doctiores me. Quinto fit cõparatio à pluribus ad plures:vt Sumus fortiores vobis.

Comparatio duplex.

QVOTVPLEX eſt comparatio? Duplex. Propria & impropria vel abuſiua. Quid eſt comparatio propria? In qua excedens & exceſſum conueniunt in forma,in qua fit cõparatio:vt Plumbum eſt grauius argento. Quid eſt comparatio impropria vel abuſiua? In qua forma,in qua fit comparatio, excedenti tantum conuenit:vt Deus eſt melior dæmone. Infimus beatorum eſt fœlicior reprobis omnibus:quia reprobi nullo modo ſunt fœlices. Vel nec excedenti nec exceſſo conuenit,& tum comparatiuus capitur pro contrario cum aduerbio minus:vt Mare Ponticum eſt dulcius quàm cætera. id eſt minus amarum. Melius eſt amittere rem quàm famam. id eſt minus malum.

Abuſio comparatiui triplex.

Inferior veſtri.

QVOT MODIS fit abuſio in comparatiuis? Tribus. Primo conſtructione, vbi proprium non regit caſum:vt Fides,ſpes,charitas,tria hæc:maior horum charitas. horum pro his dixit:quia Græce fuit genitiuus. nos hoc nõ imitabimur:quia Græci cum ablatiuo careant,neceſſariò dant genitiuum comparatiuo:nos ablatiuum dabimus,ſi velimus Latine loqui. In Iob, Neque ſum inferior veſtri, Græcanice pro vobis dicitur,nec imitabimur:vt neque illud in lib. Sapientiæ, Vt ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapiẽtia. Et in Daniele, Quòd eſſet honorabilior omnium. pro omnibus. Aut comparatiuus pro ſuperlatiuo ponitur,quod nimis fit ſæpe in ſacris:nec debemus imitari:vt Minor diſcipulorum. pro minimus,&c. Secundo fit abuſio formatione,vbi fit à ſubſtantiuis vel pronomine:vt Neronior, ipſiſſimus. Tertio ſignificatione,vt vbi pro abſoluto ſiue poſitiuo capitur:vt Senior pro ſenex. Aut minus ſignificat:vt Triſtior,id eſt parum triſtis. Aut contrarium ſignificat: vt Dulcius,id eſt minus amarum. hæc Aldus. Da authoritatem de Dulcius,pro minus amarum. Curtius lib. 5, Mare Caſpium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit.

Quinque neceſſaria in cõparatione.

Tria in comparatione.

QVOT NECESSARIA ſunt ad bonam,propriam,& perfectam comparationem? Quinque teſte Sulpitio. Primo res comparata. Secundo res cui cõparatur. Tertio aliquid in quo fit cõparatio. Quarto quòd vterque terminus de accidente,in quo fit còmparatio,participet. Quinto quòd alter terminorum magis participet,vel participare intelligatur:vt Rex eſt ditior comite. Rex eſt res comparata, Comes res cui comparatur. Accidens ſiue id in quo comparatio fit,diuitiæ ſunt,de quibus participant Rex & Comes: magis autem Rex. Aliter,& in idem recidit. Quot neceſſaria ad perfectam comparationem ſunt? Tria: Excedens,exceſſum,& forma,in qua fit comparatio,quæ vtrique conuenire debet:ſed excedenti copioſius.

Cõparatiuus regit ſextuplicem caſum.

Cuiquam inferior.

Opinione ditior: Solito triſtior,&c.

Tua laus eſt maior patre tuo.

QVOTVPLICEM caſum regit comparatiuus? Sextuplicem. Primo genitiuum per regimen partitionis:vt Debilior manuum eſt læua. Secũdo comparatiue captus regit ablatiuum:vt Doctior illo. Tertio abuſiue regit genitiuũ pro ablatiuo,quod non eſt imitandum: vt Inferior veſtri,pro vobis. Aut datiuum pro ablatiuo,quod licet parciſſime imitari:ſed ſolum in eo cõparatiuo in quo inuenitur. Salluſt. lib. 2. hiſt. Nulla arte cuiquam inferior. pro quoquam. Propter hoc dicit Raphael Volaterranus ſtulte reprehẽdi à Valla Hieronymũ,quòd dixerit, Maior horũ charitas. pro ex his tribus. Addam ipſe aliquid ex Plinij lib. 3. nat. hiſt. cap. 15. de Pado, Nulli amniũ claritate inferior. Quarto comparatiuus regit caſum ſui poſitiui:vt Doctior pilæ: Gratior regi: Craſſior collũ: Clarior progenie. Quinto mẽſuram exceſſus:vt Sũ longior te quatuor digitis. Sexto pulchre regit hos ablatiuos, Opinione, fide, iuſto, æquo, ſolito, dicto:qui nõ ſignificant rem exceſſam:vt Sum ditior opinione hominum. id eſt quàm homines opinãtur. Cic. Maiorem opinione hominũ cæpi dolorẽ. Citius dicto venit mors. id eſt quàm dici poſſet. Virg. Sic ait,& dicto citius tumida æquora placat. Gellius lib. 1, Loquacior impendio. id eſt plus ꝗ decet. Cur triſtior es ſolito? id eſt quàm ſoles. Sum fœlicior ſpe. id eſt quàm fore ſperauerã. Iratior iuſto aut æquo. id eſt quàm iuſtũ aut æquum eſt iraſci. Iuuen. Ponamus nimios gemitus: flagrãtior æquo Nõ debet dolor eſſe viri. Hic maior eſt inuidia. id eſt quàm cui quis inuideat. Maior prætoria cognitione ſumma eſt. id eſt quàm ea quã prætores cognoſcere debeant. Eiuſmodi plures inuenies magna cum venere dici. Vtrum horũ elegãtius eſt, Tu maiorem laudem aſſecutus es patre tuo, tuiſque maioribus: an, Tua laus eſt maior patre tuo? Prius eſt venuſtius, vbi per accuſatiuum fit locutio: poſterius per nominatiuum. Valla vix auderet dicere: tamen ſolemus aliquando ſic vti, inquit. vt Virgilius lib. 8, Non ſecus ignipotens, nec tempore ſegnior illo. Quintilianus de apibus pauperis, Vnum rogo ne cui minor veſtra dignitate videatur cauſa litis meæ. Et in lib. 3. Inſti. Maior prætoria cognitione ſumma eſt. Ab hoc genere non diſſimile illud eſt, Sum maior viginti annis. pro, Sum maioris ætatis quàm

ea quæ eſt 20. annorum, vel maioris ætatis 20. annorũ. Nam licet etiã dicere, Sum maior 20. annorum. id eſt ætate tali. vel Sum ætatis maioris ætate 20. annorum.

Iunior quàm cui.

Dicitúrne bene, Iſte eſt nimis iuuenis ad imponendum ſibi tantum onus? Minime: ſed ſi venuſte loqui velis, ita dices, Iſte eſt iunior, quàm cui tãtum oneris imponatur. Res notior eſt, quàm quæ multis exponi debeat, vel quàm vt probetur. Quintilianus, Sed hoc apertius eſt, quàm vt probandum ſit. Similiter ruſtice dixeris, Hic gerit nimis magnam veſtem pro corpore ſuo. Ornate verò ſic, Maiorem gerit veſtem, quàm pro habitu corporis. Curt. lib. 5, Ventus maiorem quàm pro flatu ſonum edebat.

Cõparatiuus neutri generis.

Quo in genere comparatiuo elegantiſſime vtimur? In neutro: vt elegantius dixeris, Nihil tuo patre generoſius, Nihil Virgilio ſuauius, Nihil matre tua caſtius: quàm, Nullus patre tuo generoſior. docet hoc Valla. & ex doctiſſimorum lectione ipſe facile cognoſces.

Caſum comparatiui non ſemper exponi per quàm.

VTRVM ablatiuus cõparatiui ſignificans rem exceſſam, ſemper poteſt exponi per aduerbiũ quàm? Nõ: vt Franciſcus nullo veſtrum eſt doctior. nõ poteſt exponi, quàm nullus veſtrũ: quia negatio debet in grammatica reſolutionẽ præcedere. Quot modis id contingit? Duobus. Priore quum ablatiuus eſt dictio negatiua: vt Nemine tu es fortior. nõ Fortior quàm nemo: negatio enim debet præcedere. Poſteriore modo vbi ablatiuus eſt relatiuum qui, quæ, quod: vt Video Lucanum, quo ſum iunior: nõ quàm qui: ne relatiuum (qui) amittat copulatiuam vim.

Magis cũ poſitiuo.

Vtrum in comparatiuis licet loqui per quàm, vbi poſſes per ablatiuum loqui? vt Sum doctior illo: & Sum magis doctus illo: Etiam. Fabius lib. 8, Quærunt quid ſit magis antiquum. Suetonius, Operam honeſtam dedit magis quàm aſſiduam. Mela, Quanto anguſtior, tanto magis pernix.

Quàm eleganter connectit duos comparatiuos: vt Es doctior, quàm moratior. Quintilianus, Sítque ſalubrior ſtudijs, quàm dulcior. Columella lib. vlt. iunxit cõparatiuo poſitiuum, dicẽs, Idcirco reddit timidiorem, quàm virilem pluribus.

Mage pro magis, poeticum eſt: aliquando oratorium. Virgil. lib. 10, Aſpice num mage ſit noſtrũ penetrabile telum. Cicero in frumentaria, Mage condemnatum hominem in iudicium adducere nõ poſſe. notauit hoc in dictũ Virgilij verſum Seruius. Dicimúſne, Nullus eſt ſocietatis meæ doctiſſimus? Minime, teſte Lanciloto. Cur? Quia negatiua dictio comparatiuum ſolum exigit. Cicero, Omnium ſocietatum nulla eſt præſtantior, nulla firmior, quàm cum viri boni moribus ſimiles ſint familiariter cõiuncti. Hic (omniũ) à (nulla) regitur, non à cõparatiuo.

Aliter ſentit Badius.

Badius. Iuuen. ſat. 1, Nemo repẽte fuit turpiſſimus. Sic ſi in claſſe tua ſunt doctiores, cur non dicam, Nullus claſſis meæ eſt doctiſſimus?

Magis.

Quomodo reſoluitur comparatiuus? In poſitiuum & aduerbium magis: vt Doctior, magis doctus. ipſum (magis) nõ reſoluitur, vt neque (valde). Magis cõparatiui gradus eſt, cuius ſuperlatiuus eſt maxime: & fit à magnus vt Valla & plurimi volunt. Lancilotus dicit primarium eſſe, teſtibus Varrone & Plinio. Præterea, vt Lancilotus ait, Plinius putauit magis potius coniunctionem eſſe, quàm aduerbiũ.

Caſus poſt quàm nõ regitur à cõparatiuo.

Vtrum caſus ſequens quàm, veluti Sum doctior quàm tu: regitur à cõparatiuo? Minime. Quia ſemper ſubauditur verbum vnde regitur: vt Sum doctior quàm tu. ſubaudi es. Ouid. Mitius inueni, quàm te genus omne ferarum. quàm te ſupple inueni mitem. Cic. ad Luceium, Fortiorẽ me puto quàm te. ſupple putem. Illud autem Virgilij, Aut grauiora timet, quàm morte Sichæi: conciſum eſt; pro Grauiora timet quàm ea quæ morte Sichæi acciderunt: vel quàm abundat, vt ait Seruius. Quis enim dicerer, Amo Catonem meliorem quàm Cæſare? Hæc doctiſſimus grammaticus Aldus.

Cõparatiuus capitur quadrupliciter.

QVOT MODIS capitur comparatiuus? Quatuor. Primo mere adiectiue: vt Doctiores viri ita ſentiunt: & ita nullum regit poſt ſe caſum, ſed cum ſubſtantiuo concordat in genere, caſu, numero. Secundo capitur poſitiue: & ita regit caſum poſitiui: vt Doctior grammaticæ, Infeſtior hoſti, Albior facie, Dignior laude. Capitur etiam pro poſitiuo: vt Sum infirmior, id eſt infirmus. Interdũ vrbanior, & modeſtior eſt per comparatiuum locutio: vt Es in dicendo loquacior, liberior, ſuperbior, &c. vbi ſubaudiri

Ocyus.

videtur, paulo quàm decet, aut quàm æquum eſt. Perſius, Ocyus adſit huc aliquis. id eſt ocyter, cito, ilico, extemplo.

Minus.

Minus aliquando nec comparatiue, nec pro poſitiuo capitur: ſed eſt mera negatio: vt Quo minus, id eſt vt non. Sin minus, id eſt ſi non. Sic Quo ſecius, pro vt nõ. Aliquando Minus comparatiuus eſt à paruum: vt Hoc lignũ minus eſt illo. Quandoque à parum: vt Habeo minus pecuniæ quàm tu.

Natu.

Maior natu, pro antiquior, elegãter dicitur. Eſt autẽ natu poſitiui gradus: quia dicimus magnus natu, & maximus natu. Vt comparatiuus pro poſitiuo capitur, ita poſitiuus pro cõparatiuo: ſed in Sacris, nec velim imitari: vt Bonum eſt ſperare in domino, quàm in principibus. id eſt melius. Aliquando etiam pro ſuperlatiuo: vt Saturnia magna dearũ. pro maxima. Boetius 3. de Cõſolatione, Dul-

Mage dulcior.

cior eſt apium mage labor. licenter dicit pro magis dulcis. nollem imitari. Tertio comparatiuus capitur comparatiue, & regit ablatiuũ vtriuſque numeri: vt Doctior illo, vel illis. Quarto capitur partitiue cum genitiuo: vt Fortior manuum eſt dextera.

Quot neceſſaria ſunt, vt comparatiuus regat genitiuum per regimen partitionis? Tria. Primum debet comparatio ſolum inter duo fieri: ideo non dicitur, Fortior digitorum eſt pollex: ſed bene, Fortior manuum dextera. Secundum, debet eſſe conuenientia comparatiui & genitiui in genere: ideo male dicitur, Fides, ſpes, charitas: maior horum charitas: quia dicendum maxima harum: nam & primum defuit. Tertium debet eſſe comparatio inter res eiuſdem generis vel naturæ: ideo non dicitur, Duorum

pedum manus dextera eſt fortior.

Cóparatiuus interdũ minus ſignificat quàm poſitiuus.

VTRVM bene dicit Priſcianus, Comparatiuum aliquando minus ſignificare quàm poſitiuũ? Etiã. vt apud Virgilium de Charonte, Iam ſenior: ſed cruda deo viridíſque ſenectus. Senior dixit, pro ex parte ſenex: quod ipſe Virgilius declarat: quia ſubdit, Cruda deo viridiſque ſenect⁹. hoc eſt adulta: ſed Cruda & viridis, id eſt incipiens. Virgilius I. Æneidos, Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. id eſt ex parte triſtis aut ſubtriſtis, teſte Priſciano. Opinio Priſciani non placet Laurentio Vallæ, cui refragatur doctiſſimus grãmaticus Antonius Nebriſſenſis: nec iniuria. Nam quod ex Ouidio affert Valla, Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes, & olim Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex: nihil contra Priſcianum facit: quia ſeniore hic proprie capitur. fit enim cõparatio ſenioris ad ſenem: quia ſenſus eſt, Senex filius regat olim hoc imperium cum ſeniore, quàm ipſe erit, patre. Priſcianus autẽ cum Seruio, & Varrone, & Plinio, volunt comparatiuum pro poſitiuo ſumi: aut etiam minus ſignificare, vbi ad alterum non fit comparatio, nec ad ſeipſum. Vt apud Quintilianum de Iſocrate, Eóque iam ſeniore. octauum enim & nonageſimum compleuit annum. manifeſtum eſt Iſocratem iam ſeniorem comparari ſibipſi ſeni: vt ſi dicat ſenex, Ad decẽ annos ſum futurus ſenior. hæc Nebriſſenſis. Cui veritas me cogit concinere: licet inuitiſſimus Vallæ refragari ſoleam. Sũmus fuit, homo tamen. Senior pro ſenex, & pro valde ſenex aliquando capitur, vt probare nititur in Lima Mancinellus.

Superlatiuus capitur quatuor modis.

QVOT MODIS capitur ſuperlatiuus? Quatuor. Primo mere adiectiue, vt concordet cũ ſubſtantiuo in genere, numero, caſu: vt Maria optimã partem elegit. & ita exponitur per valde, & poſitiuum: vt optimam, id eſt valde bonam. Hoc pacto recte diximus maxima, & minima: etiam vbi de duobus tantum loquimur: vt bello Ciuili Pompeij, & Cæſaris: Maxima pars Quintum ſequebatur Pompeiũ, minima Cæſarem. ſi capias pro valde magna, & valde parua. author Valla. Secundo capitur ſubſtantiue in neutro genere: vt Summũ domus. Frigidiſſimum hominis eſt cerebrum. id eſt frigidiſſima pars.

Tertio capitur poſitiue, quãtum ad regimen: quia quemcunque caſum regit poſitiuus, eundẽ regũt cõparatiuus & ſuperlatiuus: vt Ditiſſimus agri, Gratiſſimus deo, Albiſſimus cutẽ, Digniſſimus laude.

Quomodo cognoſces vtrum caſum regat ſuperlatiuus, aut comparatiuus ex ſua ſignificatione, & vtrum regat ex natura poſitiui? Cognoſcam per reſolutionem in quàm, vel inter: nam caſus his adhærens, regitur per naturam comparatiui, aut ſuperlatiui, vt reliqui per naturam poſitiui: vt Sum ditior Iohanne auro: ſic reſoluitur, Sum ditior auro, quàm Iohannes. ecce Iohannes poſt quàm: ergo Iohanne fuit caſus comparatiui, auro caſus poſitiui. Sum agricolarum nemorum ditiſſimus. id eſt Sum inter agricolas nemorum ditiſſimus. ecce agricolas cum inter: ergo agricolarũ fuit caſus ſuperlatiui, nemorum caſus poſitiui. Potes etiam cognoſcere exponendo comparatiuum per magis, ſuperlatiuũ per maxime, vbi poſitiuo ſuus caſus adhærebit, magis caſus comparatiui, & maxime caſus ſuperlatiui: vt Sum te ditior auro. id eſt Sum diues auro magis te. Sum agricolarum nemorum ditiſſimus. id eſt Sum diues nemorum maxime agricolarum. Quarto capitur partitiue, & exponitur per maxime: vt Optimus plebis, Doctiſſimus poetarum.

Superlatiuus vt regat genitiuũ, tria neceſſaria.

Quot ſunt neceſſaria vt ſuperlatiuus regat genitiuum partitiue? Tria. Primo comparatio debet fieri inter plura duobus: ideo male dicitur, Pedum meorum dexter eſt tardiſſimus: quia dicendum eſt tardior. Secundo, Comparatio debet fieri inter ea quæ ſunt eiuſdem generis vel naturæ: nam male dicitur, Hector, Troianus fuit fortiſſimus Græcorum: quia Hector non fuit Græcus. Tertio, Genitiuus debet cum ſuperlatiuo conuenire in genere fere ſemper: vt Leo eſt fortiſſima beſtiarum. Cur dixiſti fere ſemper? Quia apud doctiſſimos interim aliter inuenitur. Plin. Villoſiſſimus animalium lepus.

Comparatiui à ſuperlatiuo differentia.

QVAE EST differentia inter comparatiuum & ſuperlatiuũ? Superlatiuus facit cõparationem inter plura duobus eiuſdem generis vel naturæ. Comparatiuus partitiue regens genitiuum, facit comparationem inter duo eiuſdem generis. vbicunque hæc abſunt, comparatiuus locum habet cum ablatiuo. Exemplum, vt Virgilius fuit doctiſſimus poetarum: quia plures fuerunt poetæ quàm duo, & Virgilius fuit poeta. ideo inepte diceres, Virgilius fuit doctior poetis, pro doctiſſimus poetarũ. ideò male dixit Pogius, teſte Valla, Ariſtoteles dixit democratiam omnibus peiorem. Dicendum fuerat, omniũ peſſimam: vt Hic homo eſt omniũ peſſimus. nõ, omnibus peior: ne ſeipſo peior eſſe dicatur. Exemplum ſecũdi, Dextera eſt manuũ fortior. Exemplũ tertij, Petrus eſt doctior ſocijs ſuis, &c. Quum diximus comparationem fieri inter duo, non intelleximus ſolum inter duas res, ſed etiam inter duas partes.. Vt in bello ciuili Pompeij, & Cæſaris: Maior pars Quiritum ſequebatur Pompeiũ, minor verò Cæſarem. At tempore triumuirali maxima pars Quiritum ſequebatur Octauiũ. Pars maxima legionũ erat cum Lepido. Maxima pars nauiũ erat cum Antonio. Oportet præterea, vbi plura duobus ſunt, eſſe nõ pauciores tribus gradibus. nam ſi ſolũ duo gradus fuerint, vt ſi vnum excellat, reliqua ſint æqualia, comparatiuo vtemur: vt hic, Paulus eſt longior cæteris, ſi cæteri ſint æquales. hæc ẽ Vallæ præcepta collegi. Quæ vt magis luceãt, argumentabor contra Vallam; non illius carpendi, ſed defendendi cauſa: ſicubi poteſt defendi contra Mancinellum, Lancilotum, pluréſque.

DICTORVM NONNVLLAE OPPVGNATIONES.

PRIMO, Dicit Macrobius curioſiſſimus in loquendo, & recõditiſſimæ ſciẽtiæ, in Saturnalibus, Age Serui non ſolum adoleſcentum, qui tibi æquæui ſunt, ſed ſenum quoque omnium doctiſſimus. quod

tale eſt ac ſi dicas, Seruius adoleſcens eſt omnium ſenum doctiſſimus. vbi fit comparatio inter multa diuerſi generis: quia Seruius adoleſcens non eſt ſenex: ergo ſecundum dicta, omnibus ſenibus doctior debuiſſet dicere. Iam aliter dixit, & videtur dignus quem imitemur: ergo differentia comparatiui & ſuperlatiui eſt falſa. Reſpondeo, Macrobius inter claſſicos non eſt habendus, ſi Vallæ credimus: quia in dicta oratione errauit, teſte Valla, ponendo ſuperlatiuum pro cōparatiuo: licet alioqui in loquendo fuerit curioſiſſimus, teſte Valla.

SECVNDO, Dicit Seneca epiſt. 74, Inter bonos non eſt melior qui locupletior: nō magis, quàm inter duos quibus par ſcientia regendi gubernaculū eſt. Hîc fit comparatio bonorum ad bonos, qui plurês duobus ſunt: & tamen vtitur comparatiuo, quod eſt contra Vallam, qui diceret, Inter bonos non eſt optimus qui locupletiſſimus. Reſpondeo, Seneca vult cōparationē eſſe inter duos bonos ſolū, quorum alter ditior eſt: quia liber, quem vidi, habet inter duos: & ſubdit, Nō magis quàm inter duos, &c. & ita recte vſus eſt cōparatiuo. & licet non fieret cōparatio inter duos ſolū, facile poſſet intelligi ablatiuus alijs: vt ſenſus ſit, Inter bonos non eſt melior alijs qui locupletior. & ita recte comparatiuo vtitur: quia nō dicimus, Hic eſt aliorum optimus, ſed alijs melior: quia genitiuus aliorum non cōprehendit rem excedentē: ideo non fit cōparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis. nam comparationē fieri inter ea quæ ſunt eiuſdē generis, non eſt aliud (vt egò ſentio, neſcio an ſolus) quàm rem excedentē contineri in caſu comparatiui vel ſuperlatiui. Valla autem ſemper intelligit quoties comparatio fit ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis. ideo Neſtor, Sulpitius, Mancinellus, Aldus, Lancilotus, multa ridicule contra Vallam tela compararunt obtuſiſſima, & penitus irrita. Quintil. Tranſeo plurimos, Lycurgum, Ariſtogitona, & his priores, Iſæum, Antiphonem. Quid AEſchines? Nónne his latior & excelſior? Putat hoc eſſe cōtra Vallam verboſus Lācilotus: nec eſt quia (his) res exceſſas tantum ſignificat non excedentem. ideo non eſt comparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis, non magis, quàm ſi dicas, Penelope eſt caſtior ſororibus ſuis. Ecce ſi dicam, Sum doctior his (demōſtrans per (his) aliquos de quorum numero nō ſum) bene dico: quia (his) ſolum ſignificat res exceſſas. at ſi per (his) me cum alijs monſtrē aut ſignificē, male loquar: quia iam per caſum comparatiui ſignificatur excedens & exceſſum: & hoc eſt comparationem fieri inter ea quæ ſunt eiuſdem generis. ideo dicendum fuerat, Sum horum doctiſſimus: quia vnus horum, & plures ſumus quàm duo. Cic. ad Pætū, Cognouimus enim Cneum Carbonē & eius fratrem Scurram. quid his improbius? non eſt contra Vallam: ideo delirat Lancilotus. vt neque illud Quintiliani, Theopompus prædictis minor. nec illud Columellæ lib. 6, Nonnunquā etiam in olea vnus ramus cæteris aliquanto lætior eſt: niſi reciderīs, arbor tota fiet retorrida: nam cæteris non continet rem exceſſam. ideo non iuſte videtur mihi reprehenſus à Valla Lactantius, dicēs, Omnes Sibyllæ vnum deū prædicant, maxime tamen Erithræa: quæ celebrior & nobilior inter cæteras habetur. quia non potuit dicere, ſaltem per genititum, Celeberrima cæterarū: quo modo tamē ſemel loqui videtur ipſe Plinius lib. 34. nat. hiſt. cap. 10, Oſtracitis tota nigra, & cæterarum fortiſſima: vulneribus maxime vtilis. ſed rariſſimū loquendi genus, rariſſime ſcito imitandum. Quintil. Pars rationalis eſt quum ad examinationem dicendi tanto cæteris huberior, quanto maiore ſpiritu. contra Vallam non eſt. nec illud Suetonij in Galba, Multo præter cæteras altiorem. nec illud Curtij, Mare Caſpium dulcius cæteris. ſubaudi, maribus. nec illud Plinij de alabaſtrite, Naſcitur circa Thebas AEgyptias, & Damaſcum Syriæ: hic cæteris candidior. Nec illud eiuſdem de Pyramidibus, Tertia prædictis minor. Nec illud Virgilij, Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. id eſt omnibus alijs immanior. Nihil enim hæc & ſimilia ſunt contra Vallam: quia non fit comparatiô inter ea quæ ſunt eiuſdem generis, id eſt quæ ſimul comprehenduntur in caſu comparatiui aut ſuperlatiui: nec quicquam eſt aliud apud Vallam eſſe eiuſdem generis: vt apud Plinium 18, Hordeum frugum omnium nobiliſſimum. & Solinum, Taurutius mathematicorum nobiliſſimus. & Terentiū, Hominum homo ſtultiſſime. & in multis alijs quæ pueriliter contra Vallam affert Lancilotus, maiore ferula dignus, quàm qua dignabatur Vallam. Nam hordeū eſt è numero frugum. Taurutius vnus fuit mathematicorū: & hoc eſt comparationem fieri inter ea quæ ſunt eiuſdem generis. Vlterius an fruges aut mathematici inter ſe genere diſtent, nihil ad Vallam. Miror itaque identidem non ſine riſu Mancinelli, Lanciloti, & plurium temeritatem, tam ſtudioſè Vallā morſiculātium hominem de lingua Latina optime meritum, per quem omnes Latine didicimus: cuius plumis ingratiſſimæ corniculæ paſſim ſuperbiunt, & malūt in furto deprehēdi, quàm profiteri per quē profecerint.

Eiuſdem generis eſſe.

Valla à multis inepte reprehenſus.

Cæterarū fortiſſima.

Vallæ laus.

TERTIO dicit Stati⁹ 8. Thebaid. -ſed pectora flectas, Et melior ſis quæſō deis. hic Amphiaraus orat Plutonem, vt ſibi ſit melior reliquis dijs, qui ſinebant ſe à terra abſorberi. hîc fit comparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis. Nam Pluto deorum vnus eſt: ergo carpēdus eſt Papinius: aut quod potius credendum eſt, Valla: ſecundum quem diceret, Optimus ſis quæſo deorum. Reſpondeo, Nō fit comparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis: quia teſte doctiſſimo Badio ſubauditur ablatiuus (reliquis aut cæteris): vt ſit ſenſus, Et melior ſis quæſo cæteris deis. per hanc ſubtilitatem Badianā ſoluuntur quæcunque Sulpitius, Mancinellus, Aldus, Lancilotus, &c. putarunt eſſe contra Vallam. Valerius Max. lib. 4. cap. 13, Idem ſenſit Fabritius Licinius, honoribus & authoritate omni ciue temporibus ſuis maior. ſubauditur, reliquo: vt Maior omni reliquo ciue. Ouid. 2. Metamorph. de Herſe virgine, Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe. omnibus, ſupple reliquis. Martial. Hic totus volo rideat libel-

lus, Et ſit nequior omnibus libellis. ſubaudi, reliquis. Plinius de marmoribus, Pretioſiſſimi quidē generis Lacedæmonium viride cunctiſque hilarius. ſupple, reliquis. Læander Ouidianus, Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt. ſubaudi, reliquis aut cæteris. Virg. 8. AEneid. Mirabárque duces Teucros, mirabar & ipſum Laomedōtiadē: ſed cūctis altior ibat Anchiſes. ſupple, reliquis. Gellius, Hortēſius omnibus ferme oratoribus ſuæ ætatis niſi Marco Tullio clarior. ſubaudi, cæteris. Idem dices vbi in cōparatiuo ſine caſu intelligitur cæteris, reliquis, aut alijs. Apul. 3. de Aſino, vbi de tribꝰ latronibus inquit, Vnus idémque manu prōptior, & corpore vaſtior, his affectibus cæteros incitabat. vaſtior, ſupple cæteris. Titus Liu. lib. 1, Sextus filius eius, qui minor ex tribus erat, tranſfugit ex compoſito Gabios. id eſt qui ex tribus erat, cæteris minor. Capella de Sophia virgine, Intemeratior cunctis, pulchriórque virginibus. ſubaudi, cæteris. Plin. in Panægyrico ad Traianū, Maior omnibus eras. ſubaudi, reliquis. Plinius de obeliſcis, Diuus Claudius aliquot per annos aſſeruatū quem C. Cæſar importauerat, omnibus quæ vnquam in mari viſa ſunt, mirabiliorem Puteolis ex puluere ædificatis perductū Hoſtiam, portus gratia merſit. Omnibus, ſubaudi, reliquis vel alijs. ita ad ſimilia reſpondebis.

Candidior Atlātidum.

QVARTO, Dicit Martianus Capella in Philologia, Cādidior Atlantidum Iouis compreſſu pignoríſque culmine profecta ſuperuenit. hic comparatiuus Candidior, regit genitiuum Atlantidū: & fit cōparatio inter eiuſdem generis plura duobus: quia inter ſeptem Atlantides quæ Pleiades ſunt. ergo male dicit Valla cōparatiuum ſolum inter duo comparationem exigere vbi genitiuum regit: ſecundum quem debuiſſet dicere Candidiſſima Atlantidum. Reſpondeo, Martianus non eſt tantæ authoritatis, vt non potius ſit carpendus in hac conſtructione quàm imitandus: præſertim quum vetuſtiores, & longe eloquentiores à Valla interim reprehendantur. Itaque nihil contra Vallam. Idem Martianus dixit oſcinū mitior, pro mitiſſima. Quum dixit Columella de oliuis, Maior ad eſcam, minor eſt oleo aptior: intelligitur ablatiuus (alijs) in vtroque comparatiuo.

Maior omnium.

QVINTO, dicit Qu. Curtius lib. 8, In oculis duo maiora omnium nauigia ſubmerſa ſunt. hic comparatiuus regit genitiuū partitionis, vbi fit comparatio inter plura duobus. nam ſecundū Vallæ præcepta dicendum fuerat, Maxima omnium aut maiora cæteris. Sic apud eundem libro 6, Cleander priores eorum intromitti iubet. pro primos eorum: ergo præcepta Vallæ non ſunt catholice vera. Reſpōdeo, Licet Curtius facundus ſcriptor fuerit: tamen Valla non putat eum in omnibus imitandum eſſe, vt in perquam: itaque ſi Valla animaduertiſſet prædictos locos, carpendos potius quàm imitādos duxiſſet: & ſane rariores ſunt, quàm quos imitari velim. Lācilotus cōtra Vallam eſſe credit illud Quintiliani in gladiatore, Qui inter nos, vt apparet, fortior fuit. quod contra Vallam non eſt: quia Valla ait hoc recte dici, vt inter nos in ablatiuum mutetur, Fortior nobis: non in genitiuum, Fortior noſtrum.

Fortior inter nos.

Animalium fortiora.

SEXTO, Dicit Plinius lib. 11. nat. hiſt. cap. 38, Animaliū fortiora, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: at quibus nullus, hebetia. Hic comparatiuus genitiuū partitionis habet facta comparatione inter plura duobus: nec potes dicere Plinium à Valla carpendū fuiſſe, ſi Valla hæc animaduertiſſet: quia Valla Pliniū inter eloquentiſſimos ſemper habuit vtrunque. quod ex duobus locis præcipue oſtenditur, ex capite 17. lib. 3. vbi ait, Pro lege accipio quicquid magnis authoribus placuit: quorum in primis eſt Plinius. loquitur de eo qui naturalem hiſtoriam condidit. Et ex capite 93. eiuſdem libri, vbi ait de memoriter teneo, Apud Plinium tantum ad Romulum lego, Tu facillime iudicabis, qui tam memoriter tenes, vt cum hac conferre poſſis. ſi recte ſic ſcriptum eſt (inquit Valla) recte ſic dici iudicabo. Reſpondeo, Dicta Vallæ intelliguntur vbi genitiuus non ponitur abrupte pro diuiſo: quia ſic comparatiuis & ſuperlatiuis contingit. & ponitur talis genitiuus pene abſolute pro accuſatiuo cum inter: & cum hoc genitiuo poſſet (vt opinor) comparatiuus ablatiuum habere: ſic, Animalium fortiora alijs ſunt, quibus ſanguis craſſior: ſapientiora alia, quibus tenuior, &c. ſed is ablatiuus venuſtius ſubticetur. Hanc excogitaui pro Valla euaſionem. Miror neminem ante me (quantum ſcire potui) hanc authoritatem Plinij, contra Vallam aduocaſſe: nec eam quā modo ſubijciam. Plinius lib. 11. cap. 39, Hoc exemplo libidinoſiores hominum quoque hirtos colligens. poteſt hoc ſolui ſimiliter, Aut hominum cum hirtos ordinari, aut comparatiuum libidinoſiores capi poſitiue, pro valde libidinoſos: & regere genitiuum more poſitiui, vt Vulturum nigri: non enim fit ad alios comparatio. Ex quibus liquet Vallam optime ſenſiſſe, & fruſtra à vitilitigatoribꝰ carpi. Itaque quoties fit comparatio ad ea quæ ſunt eiuſdem generis, cōparatiuo genitiuum damus, ſi fiat comparatio inter duo: ſuperlatiuo, ſi inter plura duobus: vt Aiacum fuit fortior Thelamonius. Horat. O maior iuuenū. duo fuere Piſones iuuenes. Similiter cōparatiuus erit, licet genitiuus omittatur: aut ſi ponatur caſus in quem genitiuus reſoluitur. Ouid. in perſona Medeæ, quæ duos filios habuit, Quum minor ex pueris iuſſus ſtudióque videndi Cōſtitit ad geminæ limina prima foris. Cæſar, Ex duobus filijs maior. Ideo dicimus, Maior Aiax. ſcilicet Oilei filius. Minor Aiax. ſcilicet Thelamonius. Maior, & minor Atrides. ille Agamemnon, hic Menelaus. Maior Cato & minor. Maior & minor Scipio. de duobus Aphricanis. Maior Cyrus & minor: ſiue ſuperior, & poſterior: nam tempus ſignificamus nō dignitatem. De malis tamen non maior, non minor dicimus: vt Superior Dionyſius, & Dionyſius inferior: qui numerus quum ſuperat, non per comparatiuum, ſed per poſitiuum, aut ſuperlatiuum loquimur. vt Magnus Alexander, Magnus Pompeius, Fabius Maximus, Valerius maximus: hæc etiam Græci ſemper obſeruāt. Nam ad

Plinij laus.

Maior. Minor. Superior. Inferior.

vnum ſui generis vtuntur comparatiuo, ad plures ſuperlatiuo. vbi hæc locum non habent, adhuc neceſſariò dant comparatiuo genitiuum: quia ablatiuo carent. Eccleſiaſtici dant comparatiuo genitiuum, etiam vbi plura duobus ſunt: vt Maior diſcipulorum. Minor fratrum. nos Maximus & minimus dicemus. Qui vult inter vos maior eſſe, ſit veſter miniſter. maior pro maximus dixit. Nunc manẽt fides,

Maior horũ charitas.

ſpes, charitas: tria hæc. maior horum eſt charitas. pro maximũ horum, vel maxima harum. vbi cõparatiuus inepte pro ſuperlatiuo ponitur: & inepte à genitiuo diſcordat in genere. Imitatus autem eſt interpres Græcos, vnde traduxit: non veteres illos, è quibus grãmatica confirmatur. Lancilotus vndique ſtudet doctiſſimo Laurentio obſtrepere nimis ridicule: quia ſuam ſtultitiam centies prodit: Laurentiũ vix ſemel iuſte carpit. quod hinc patet vel maxime, Illud fides, ſpes, charitas: maior horum eſt charitas: Latine dictum eſt. vel Ciceronis exemplo (inquit Lancilotus) qui in oratore ait, Virtus habet plures partes, quarũ alia eſt ad laudationẽ aptior. Quid ais bone vir? an credis hæc ſimilia eſſe? At minime ſunt. nam apud Ciceronem genitiuus quarum, non regitur à comparatiuo aptior, ſed ab adiectiuo alia: & in aptior intelligitur ablatiuus reliquis, quorum nihil fieri poteſt in illo, Maior horum charitas. In eodem luto hæſitat Mancinellus in illo Plinij lib. 7. cap. 21, Nullum omnium præſtantius, &c. vbi putat genitiuũ (omnium) regi à præſtãtius, quum regatur à nullum. Itaque nos cõparatiuo demus ablatiuum, vbicunque inter ea quæ diuerſi generis ſunt, fit comparatio: licet Græci dant genitiuum: quia multa aliter dicuntur à Græcis, aliter à Latinis: vt in idiomatis oſtendit Diomedes: & ſtultitia eſt ita græciſſare, vt Latinitatem relinquas.

Vter comparatiuo datur. Quis ſuperlatiuo datur.

AN VTER ſemper comparatiuo dãdum, & Quis ſuperlatiuo, vt voluiſſe videtur Valla? Etiam, vbi fit comparatio inter ea quæ ſunt eiuſdem generis: vt Vter eſt horum fortior? Quis eſt digitorum longiſſimus? Apud Ciceronem & Quintilianum aliter non memini inuenire. apud alios interim quis pro vter reperi. Lactantius in ſecundo libro Inſtitutionum, Vt poſſis dubitare quos dicas potiſſimũ ſtultiores: illóſne qui falſam religionem ſuſcipiunt, an qui nullam. quos pro vtros dixit: etſi Laurentio credimus potiſſimum pro potius, veluti apud eundem in ſeptimo, Vt ea ipſa quæ dicerem nõ noſtris, ſed aliorum potiſſimum literis confirmarem. Hoc loco Valla iniuſte carpit Lactantium in dictione potiſ-

Potiſſimum.

ſimum, vt bene docet Lancilotus: per potiſſimum enim hic nulla fit comparatio: ſed per ſe profertur. vt ſi dicas, Hic ornatiſſime legit. Plin. ad Voconium, Quam curam tibi potiſſimum iniungo, ante omnia vel præcipue. plura bene adducit Lancilotus, quibus ſuperſedeo. Idem rurſus pueriliter cõtra Vallam putat eſſe illud Ciceronis in 3. de Oratore, Quis doctior illis? Et in Bruto, Quis omnium doctior? Quis acutior? Quis in rebus inueniendis vel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? quia Valla intelligit cõparatiuum vter habere, dum tenetur partitiue: & dum nõ regit ablatiuum, ne implicite quidem. Quod addo propter illud Ciceronis in partitionibus, Exoritur aliud quoddam diſputandi genus. Non enim ſimpliciter ſolum quæritur, Quid honeſtum ſit, quid vtile, quid æquum: ſed etiam ex comparatione, Quid vtilius? quid honeſtius? quid æquius: atque etiam, Quid honeſtiſſimum, quid vtiliſſimũ, quid æquiſſimum. Quid vtilius? ſubaudi, cæteris. Plinius 29, Quid enim venenorum fertilius? ſubaudi, illo eſt.

Quis.

Hæc & multa alia nequicquam cõtra Vallam collegit Lancilotus. Rectius attuliſſet illud Perſij, Quis potior iudex? Boetius 2. de Conſolatione, Quid earũ potius? aurúmne, an vis congeſtæ pecuniæ? Quid, id eſt vtrum. Idem in 4, Quis horum velocior exiſtimari poteſt? pro vter. loquitur enim de duobus, ſcilicet ambulante pedibus, & ambulante manibus. Hæc rariora ſunt, quàm quæ imitari velim. Plaut. in Aulularia, Vter veſtrorum eſt celerior? id eſt veſtrum: frequens ſermo apud veteres. Quintil. Ita nõ tantum vtrum ſit melius, ſed quid ſit optimũ quæritur. Iterum, Ex duobus, vter dignior: ex pluribus, quis digniſſimus. Cic. Quum quærere videtur orator, vtrum potius, aut quid potiſſimum dicamus. Tamen aliquando damus quid etiã comparatiuo, vt Valla teſtatur. Teſtimonia quæ ipſe omiſit, nos ſuprà po-

Potiſſime.

ſuimus. Potiſſime pro potiſſimum Valla negat recte dici: ſed male, vt opinor. Cic. 2. de oratore, Nõ potiſſime confirmo. ſic ſæpius apud eundem inuenies.

Prior. Primus.

QVOMODO differunt Prior & primus? Vbi prior partitiue capitur, ſemper inter duo tantum comparationem facit: primus inter plura duobus, & aliquãdo inter duo tantum: vt Vter fuit prior? Numa an Pythagoras? Quis fuit poetarum primus? Exemplum vbi primus de duobus tantum dicitur. Cice-

Superlatiuus inter duo.

ro ad Seruium, Duo quidem te nominatim rogo: primum vt ſiquid ſatiſdandum erit, amplius eo nomine non peti cures, vt ſatiſdem fide mea, &c. Suet. in Auguſto, Ad modum priſtinum & ſplendorem redegit duabus lectionibus: prima ipſorum arbitratu, quo vir virũ legit: ſecunda ſuo & Agrippæ. Sunt hæc contra Vallam & Priſcianum, pluréſque: vera tamen, vt bene notauit Lancilotus. Idem nititur oſtendere prior de pluribus quàm duobus dici. Apul. Flo: 2, Hippias numero ſophiſtarum, & artiũ multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecũdus. ſed non capitur hic partitiue: nec eſt vllo modo cõtra Vallam: quia prior omnibus, ſubauditur, reliquis: vt in multis quæ cõtra Vallam putauit eſſe Lancilotus, grammaticus ſanequam diligens, & peracutus: niſi interim carpẽdi auiditate cæcutiret. vt cum putat contra Vallam eſſe illud Ciceronis ad Brutum de Segulio, Dij iſti malefaciant homini nequiſſimo omnium qui ſunt, fuerunt, qui futuri ſunt. Hic putat Lancilotus eſſe comparationem inter ea quæ diuerſi generis ſunt, ſed fallitur: quia res excedens continetur in caſu ſuperlatiui non copulatiue, ſed copulatim, vt cum logicis loquar. & hoc ſufficit adeſſe eiuſdẽ generis, vt ſæpe dixi. Idem dicito de Ca-

tulliano illo ad Ciceronem, Diſertiſſime Romuli nepotum, Quot ſunt, quótque fuere Marce Tulli, Quótque pôſt alijs erunt in annis.

Superlatiui expoſitio.

Superlatiuus quot modis exponitur? Duobus. Affirmatiue: vt Deus eſt omnium optimus. id eſt omni alio melior. Et negatiue: vt Es omniū doctiſſimus. id eſt te nemo eſt doctior. Sic declaratur illud, Maria peperit primogenitum. id eſt ante quem nullum alium peperit: nō poſt quē alij fuerint. Nunc videamus quæ legitime gradui cuique aptentur.

Quiſque. Omnis. Cunctus.

QVISQVE, omnis, cunctus, quibus comparationis gradibus funguntur? Quiſque ſuperlatiuo eleganter datur, & numero ordinali. Omnis & cunctus poſitiuo & comparatiuo: vt Pauperrimus quiſque contemnitur. Tertio quoque verbo loqueris barbare. non omni tertio verbo. Quarto quoque anno eſt biſſextus. non, omni quarto anno. Omnis diues honoratur. Cunctus doctus irridetur. Petrus aſportauit cuncta vtiliora. Quintilianus, Rus, ſeruulos, penates, & omnia vtiliora properanti feſtinatione parentis addixi. Nec oportet ſuperlatiuum in eodem poni caſu: quia recte dicitur, Maximo quiſque animo diuitias deſpicit. Valentiſſimi quiſque corporis longe abeſt à ſapientia.

Strenuiſſimꝰ & pijſſimus.

Quid ſi nomen ſuperlatiuo caret? Tū poteris poſitiuo dare Omnis vel Quiſque, teſte Valla: vt Idoneus quiſque, vel Omnis idoneus. Strenuus ſuperlatiuū habet ſtrenuiſſimꝰ, & pius pijſſimus: licet Ciceroni barbarū viſum eſt: alij nō abhorruerūt. ideo Valla libentius diceret, Strenuiſſimus quiſque, pijſſimus quiſque: quàm ſtrenuus & pius quiſque. Salluſt. in Catil. Nā ſtrenuiſſimus quiſque aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus diſceſſerat. ita video quoſdā libros habere. Idémque fecit Valla. Curtius 8, O fidiſſimi pijſſimíque ciuiū. Apud Auſoniū pijſſimus frequēs eſt. ſed afferamus politioris teſtimoniū. Titus Liu. quinto ab vrbe, Pijſſime tum apparari poterat. Plin. lib. 18. cap. 5, Fortiſſimi viri, & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur. Tacitus, Bellum etiam ab ignauis ſtrenuiſſimi cuiuſque periculo geri. id eſt gerebatur. Apul. in 11, Pijſſimis ſacrorum arcanis. Gellius lib. 3. cap. 7, In exercitu viros habuit ſtrenuiſſimos.

Singularis quiſque. Quiſque cū poſitiuo aut cōparatiuo.

Singularis quiſque: quia ſuperlatiuo caret ſingularis, vt Vnicus & vnus. Quiſque caret genitiuo plurali: ideo dicimus, Optimi cuiuſque animus, pro omniū bonorum animus. Debet autem quiſque poſtponi, niſi præcederet vt vel quo, &c. veluti, Vt quiſque ditiſſimus eſt, ita maxime honoratur. Inueníturne quiſque cum poſitiuo & comparatiuo? Etiam: ſed minus eleganter, teſte Valla. Vegetius, Honeſtiores quique milites. Lactantius de opificio, Placidiora quæque animalia. Tacitus, Vt quiſque Vitellio fidus: ita pacem, & conditiones abnuebant. Iuſtinus libro primo, Cognitione quæque digna excerpſi. Boetius primo de Cōſolatione, Sceleratus quiſque. Idem, Flagitioſum quenque. Pſeudocurtius, Quiſque infandus. Tacitus, Inualidus quiſque obtritus. Suetonius de Othone, Ferebatur vagari noctibus ſolitus: atque inualidum quenque obuiorum, vel potulentum corripere, ac diſtracto ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus, Certatim vt quiſque animo ignauus. Superlatiuꝰ igitur aſciſcit ſibi quiſque eleganter. quod tamen qui poſitiuo iunxerit, nō inepte loqui cenſebitur, ſi modo id parce fecerit.

Quiſque cōparatiuo quādo apte quadrat.

Eſtne quando quiſque comparatiuo eleganter iungitur? Etiam: vt ſi comparatiuus habeat quo vel quanto. Quintilianus 2, Erit ergo etiā obſcurior, quo quiſque deterior. Plin. ad Tacitū, Ita bonus liber quiſque melior eſt, quo maior. Seneca in libro de Ira, Iſto modo quo melior quiſque, hoc iracundior erit. Quo, id eſt quanto. Hoc vel eo, id eſt tanto, lepidæ dictiunculæ. In eodem, Non vis admoneam, quo diligentior quiſque ſit, ipſe circunſpiciat. Cicero pro Roſcio, Quo quiſque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.

Omnis cum ſuperlatiuo.

Priſcianus dixit, Omnium iudicio eruditiſſimorum. Valla non iniuria maluiſſet dicere eruditiſſimi cuiuſque iudicio. ita enim ſæpius loquuntur politiſſimi. nec tamen barbare locutus eſt Priſcianus. Terentius in Eunucho, Quem infra ego omnes infimos puto eſſe homines. Cicero ad Trebatium, Qui fuiſti cum in omni gradu ampliſſimo digniſſimus, tum facile ordinis tui certe princeps. Notauit hoc Lancilotus contra Vallā. Redeo ad ordinalia. Cicero pro Rabirio, Tertio quoque verbo excitabatur. ruſticus diceret, Omni tertio verbo. Quinquageſimo quoque anno Iudæi agūt Iubilæū. Decimā quanque ouem tibi dabo. id eſt ex decē vndique vnā, quæcūque ſit illa.

Quotꝰ quiſque.

Quiſque etiam poſtponitur quotus interrogatiuo numeri ordinalis, & tum locū habet cū quiſque: quum ſignificare volumus quidpiam à nullo aut à pauciſſimis fieri: vt Quotus quiſque hoc diceret? quaſi dicat, aut nulli, aut pauciſſimi. ſic, Quotus quiſque diues ſuperbia vacat? id eſt Quot diuites ſuperbia vacant? Capitur quotus pro quot. Ouidius de arte, Forma dei munus, forma quota quæque ſuperbit? Quaſi dicat, rara aut nulla. Curt. 5, Quota pars noſtri tot obire terras poteſt? Quaſi dicat, rara aut nulla. & capitur hîc quotus pro quot ſiue quiſque. Idem ſeptimo, Quoto cuique lorica eſt? Martialis, Dic quotus es, quāti cupias cœnare: nec vnum Addideris verbū: cœna parata tibi eſt. Id eſt dic quot eſtis. Quotus vis cœnare? Volo tertius cœnare. id eſt volumus tres cœnare.

Vnuſquiſq;.

Vnuſquiſque cui gradui iungitur? Poſitiuo: vt Vnuſquiſque doctus. Quia vnum vim quandam ac naturam ſuperlatiui obtinet: ideo non facile patitur ſuperlatiuum, inquit Valla. Notanter inquit, non facilè: quia ſciuit reperiri cum ſuperlatiuo, licet perrarò & minus eleganter. Valerius Maximus libro 4. cap. 3. de Fabritio, Cenſu par vnicuique pauperrimo. Badius excuſat: quia credit ſubaudiri etiā: ſic, Cenſu par vnicuique, etiam pauperrimo. & ita ſuperlatiuum non adhærebit vnicuique.

Vt, Ita.

VT ET ITA quibus gradibus dantur? Semper ſimilibus, & potiſſimū ſuperlatiuis. Quintilianus,

Quod vt longè optimum, ita difficillimum. Idem, Non vt quidque primum dicendum, ita primum
occurrit. Cic. Vt enim quiſque optimè dixit, ita maximè dicendi difficultatem varióſque euentus ora-
tionis expectationémque hominum pertimeſcit. Idem in oratore, Vt quiſque optimè Græce ſciret, ita
eſſe nequiſſimum. Hic quiſque bene præponitur ſuperlatiuo, alioqui poſtponēdum. Eundē ſenſum fa-
Tam, quàm. ciunt tam & quàm. Varro lib. 2. de canibus loquens, Quàm paucisſimos relinques, tam optimi in alen-
do fient. Cato de re ruſtica, Quàm paucisſima olea erit dum oleum facies, tam oleum optimū erit. In
habentibus vim ſuperlatiuam, omittimus ſuperlatiuum. Cic. in Catone Maiore, Vt quiſque ætate an-
In primis. tecedit, ita ſententiæ principatum obtinet. Hac ratione dicimus Homo in primis doctus, non in primis
Inter primos doctiſſimus: ne duas res ſuperlationem habentes coniungamus. Idem ſentio (inquit Valla) de inter pri
mos, cum primis, quæ poſitiuum volunt: licet Salluſtius (ſi modo codex non ſit mendoſus) aliter di-
xerit. At ſane (quod difficillimum eſt) in primis & prælio ſtrenuiſſimus erat & bonus conſilio. Similia
Inter paucos his ſunt, In paucis, cum paucis, inter paucos, ſuper omnes, ante alios, præter cæteros. Sed hæc etſi poſi-
tiuo frequentius gaudeant: tamen nonnunquam patiuntur ſuperlatiuum. ante alios & præter cæteros
etiam comparatiuum. Plin. lib. 26. de vſu abſynthij, Conuenit dicere herbæ facillimæ, atque inter pau-
Ante alios. cas vtiliſſimæ. Virgil. in 7, -petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis atauíſq; potēs. Idem
Præter cæteras. in primo, Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Suetonius in Galba, Præter cæteras altiorem,
& dealbatam crucem ſtatui iuſſit.

Vt quiſque miſer eſt, ita ſenior videtur. Contra elegantiam de (vt) & (ita) peccauit Donatus, dicens in Eunuchū Terentij, Vt quiſque miſer
eſt, ita ſenior videtur. Vbi non aptè ſatis dedit quiſque poſitiuo: & ineptius confuſionem fecit ex poſi-
tiuo & comparatiuo. hæc igitur oratio Donati ſic corrigenda eſt, Vt quiſque maxime miſer eſt, ita ma-
xime ſenex videtur. Aut, Vt quiſque miſerrimus eſt, ita annoſiſſimus videtur. Aut, Vt quiſque miſerri-
mus eſt, ita maxime ſenex videtur. Aut per comparatiuū: ſic, Quo quiſque miſerior, eo ſenior videtur.
Calepin⁹ indoctè obſtrepit Vallæ. Aut, Quo quiſque magis miſer, hoc magis ſenex videtur. Nā ſimili modo doctiſſimi loquuntur. Quin-
tilianus, Quo quiſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur. Calepinus cu-
pit Vallæ obſtrepere. ait itaque, Licet quidam præceperint in hac iunctura Ita & Vt ſemper reſponde-
re gradus: Ouidius tamē libro hero. dixit, Vt ferus eſt: multóque ſuis truculentior Euris, Spectaſſet ſic-
cis vulnera noſtra genis. non enim ſiccioribus dixit. Sed contra Vallam non eſt, quia abeſt ita: nec ſit
comparatio qualis apud Vallam. Iuſtinus tamen ſiue Trogus (inquit Valla) ſuperlatiuum cum cōpa-
Vt locupletiſſimus, ita plures. ratiuo miſcuit, inquiens lib. 11, Locupletiſſimus vt quiſque eſt, ita plures equites in bello ſuo regi præ-
bet. Ego dicerem (inquit Valla) plurimos: quin & ita ab illo ſcriptum fuiſſe ſuſpicari libet.

Quanto. Tanto. Quo. Eo. Hoc. QVAE PARTICVLAE comparatiuo ferè dantur? Quo, eo, vel hoc, quāto, tanto, multo, paulo,
aliquanto, & multo: etiam ſuperlatiuo dantur. Cic. Quanto maior es, tanto te geras ſummiſſius. Idem
5. Tuſcul. Tanto miſerior, quanto ſibi videtur beatior. Seneca in naturali quæſtio. Quanto celerior de-
bet fieri in ſtellis congreſſio, tanto in minoribus. Horatius primo Serm. Quanto perditior quiſque eſt,
tanto acrius vrget. Quo, id eſt quanto: Eo vel hoc, id eſt tanto: vt Quo ditior, eo vel hoc ſuperbior. Hæc
in o poſitiuis non iunguntur: ı o præter morem oratorum teſte Valla, dixit Lactantius, Quanto fre-
quenter impellitur, tanto firmiter roboratur. Et Boetius in Dialecticis, Paulo æquales. Dicendum fue-
rat, Quanto frequentius impellitur, tanto firmius roboratur. & Paulum æquales. Nam poſitiuis dan-
tur aduerbia in um: vt Multum doctus. & verbis: vt Quantum potes, tantum elabora. Lācilotus vbi-
cunque poteſt, Vallam carpit: ſolidam ex ea re gloriam adepturus ſcilicet. vult ergo Lancilotus, Lactan
tium recte dixiſſe per ſubauditionem: quia ſenſus eſt, Quanto motu vel impetu firmiter, &c. Id contra
Vallam non eſt: quia dicit Lactantium præter morē oratorum locutum, ſi quāto, tanto aduerbia ſunt:
& ita ſenſus melior eſt, quàm is quem attulit Lancilotus, vt contra Vallam aliquid garriret. Solomon,
Multo melius eſt non vouere, quàm vota non reddere. De ſuperlatiuo: Catullus, Tanto peſſimus om-
nium poeta, Quanto tu optimus omniū patronus. Terentius in Eunucho, Hic quæſtus multo hu-
berrimus. Cicero pro Pompeio, Magna ac multo maxima parte. Idem alibi, Conſpectus veſter mul-
Quantum. Tantum. Multum. to iucundiſſimus. Salluſtius in Catilinā, Multo pulcherrimum. Illa in um quantum, multū, &c. ali-
quando comparatiuo dantur: ſed minus eleganter: nec facile imitaberis, ſi Vallæ politiſſimo auſcultare
velis. Iuuenalis, Deſpiciam qui ſit quantum ſublimior Atlas. Terentius, Eius frater aliquantulū eſt ad
rem auidior. Quintilianus, Negotia paulum ad dicendum tenuiora. poteris hos parcè imitari. Illa in o
iunguntur etiā dictionibus Alius, aliter, ſecus, ante, poſt, præſto, malo, antecedo, excello, & ſimilibus ſu-
perlatiuā vim habentibus. Terēt. Verū aliter euenire multo intelligit. Cic. Multo ſecus euenit. Quin-
tilianus, At quantum alius fuit ille infœliciſſimi iuuenis affectus. Poſt alius, aliter, & (quod idem eſt)
ſecus, ponimus ac, atque, quàm: quæ idem ſignificant: vt Euenit paulo ſecus atque putaram. Salluſtius,
Multo præſtat. Multo præſtat beneficij quàm maleficij memorem eſſe. Eſt autem præſtat verbum elegans pro melius
eſt: vt Multo præſtat inuidioſum eſſe quàm miſerādum. Paulò ante veni quàm tu. Multo antè. In his
habent etiam locum in um, præſertim in verbis. Cicero 5. de finibus, Multum excelluit. Ibidem, Longe
multúmque præſtet mens atque ratio. ſic, Paulo, vel paulum poſthabui mea negotia tuis. Item ali-
Minime. quantulum, minimum, &c. Minimū, id eſt valde parum. Minimè penitus negatio eſt, id eſt nullo mo-
do. Minimum doctus, qui parum ſcit: Minimè doctus, qui nihil. Eſt quando venuſtè & interim neceſ-

ſariò in eadem oratione connectimus in o,& in um aduerbia. Virgilius in 12,O præſtās animi iuuenis, quantum ipſe feroci Virtute exuperas,tanto me impenſius æquum eſt Conſulere. Quintilianus in primo,Quid autem in noſtris legionibus cornua,& tubæ faciunt,quorum concentus quanto eſt vehementior,tantum Romana in bellis gloria cæteris præſtet?quod non licuiſſet aliter dicere,inquit Valla. In quo videtur ſibi contrarius:quia antè dixerat rectè dici Multo præſtat. Ouid. quanto dux milite maior, Tātum ego te ſupero. Titus Liuius primo ab vrbe,quo pro quanto poſitiuo iunxit,ſi non ſit mēdum:ſed rarius,id eſt quàm vt imitari velim. Romani ouātes ac gratulantes,Horatium accipiunt eo maiore cum gaudio,quo prope metum res fuerat. Lancilotus dixit Ciceronem dixiſſe, Paulo ſalubribus. & id quoque rarius eſt,quàm quod imitari velim.

Quo pro quanto propius.

QVAE PARTICVLAE poſitiuo gaudent?Valde,per,& perquam,oppidò,oppidoquam,ſane,ſanequam,nimiſquam,in primis,cum primis,inter primos,præter cæteros,cum paucis,inter paucos,ante alios,apprime,admodum,admodumquam,mirum in modum,& quàm pro quātum. vt Valde ſuauis, perdoctus,perquam literatus,oppido elegans,&c.& corripit ſecūdam contra ineptulos. Cicero,Quàm moroſi ſunt qui amant.ſic,Quàm doctus tibi videtur qui prope nihil nouit. Ponitur fere exprobrādi deridendíque cauſa.interdum aliter:veluti,Quàm doctus fuerit Cicero,orationes eius indicant. Terentius in Andria, Reiecit ſe in eum flens,quàm familiariter. id eſt ò quantum familiariter. In Eunucho, Poſt illa tempora tu ſcis quàm intimum te habuerim. intimum poſitiue capitur,vt proximus. Aliter locuti ſunt quidam,ſed non elegātiſſimi:vt Boetius in Ciceronis Topica, Noſti oblatrātis morſus inuidiæ.Noſti quàm facillimè in difficillimis cauſis liuor iudiciū ferat.mallē dixiſſe (inquit Valla) quàm facile. Priſcianus 18,Vt docerem quàm frequentiſſime hac conſtructione vſi ſunt authores eloquentiæ Latinæ. Latinius erat Quàm frequenter vſi ſunt,vel quàm pro valde.ſic quàm frequentiſſimè vſos. Lactantius lib.6,Quàm ſit veriſſimum, Trimegiſtus Hermes idoneus teſtis eſt. dicēdum erat,quàm verum. Aliter interdum reperies, quàm Valla præcipit: quod nequis Vallam ignoraſſe credat,illius verba ſummopere notanda hìc ſubieci: Neque ſiquid aliter penes authores reperiatur, mihi obeſſe debet, qui non legem ſcribo,quaſi nunquam aliter factum ſit:ſed quod frequentiſſimè factitatum eſt,præſertim à M. Tullio,Marcóque Fabio: apud quos ſiquando reperiatur quàm cum poſitiuo pro valde, aut cum ſuperlatiuo pro quantum,auſim affirmare mendoſè ſcriptum,vt in procemio de Oratore, Quàm boni perdiu nulli. pro boni perquam diu nulli. Idem 4.actione in Verrem,Quot & quammaximis in rebus teneare,non vides?neſcio an mēdum ſit,pro quàm magnis.ipſe ita loqui non auderē.De quàm pro valde pòſt dicam. Plinius(per)ſuperlatiuo dedit,niſi ſit mēdum,quod credere malim. vt in ſecundo nat.hiſt.cap.56,Perplurimum refert,vnde venerint flumina,& quo conceſſerint. Abſurdius loqui videtur Mela de India,Alit formicas non minus maximas canibus. De perquam cum ſuperlatiuo, Boetius in cōmentarijs logicæ breuioribus,Apud ſcriptores quidem Græcos perquam rariſſimos. Pōponius de origine iuris, Nam antè cum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuiſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit. Curtius lib.4,Beſſum quoque Bactrianorum ducē, perquam maximo poſſet exercitu coacto,deſcendere ad ſe iubet. ſed huiuſmodi exempla,inquit Valla,tam rara ſunt,vt dubitem an librariorum ſit culpa. Certe ipſe ſic loqui non auſim. Lancilotus magno labore conquiſiuit adhuc duos locos, vbi per & perquam ſuperlatiuo dantur: propter quos nihilo magis à Valla defecero. Columel.in 4,Adhuc perpauciſſimis agricolis cōtigerit. Apul.2.de Aſino,Tucetū perquam ſapidiſſimum. Cicero 4.in Verrem,In primis ſuperlatiuo iunxit,Homini in primis glorioſiſſimo reſpōdet. At raro dictum,rarenter imitare. Bene dices Quàm valde. In eadem actione, Videte quàm valde malitiæ ſuæ confidat. Permagis dixit Plautus in Bacchidibus,Permagis me iuuare. Idem vtitur præquam,pro perquam:& in quibuſdam præ pro per leges:vt Prædurus,prædiues,præclarus. Per & perquā etiam verbis iunguntur: vt Peruelim,perquam velim,perplacet. Inter per,& quàm aliquando quicquam ponitur. Terentius,Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores.quod ſic reſoluitur,Pol perquam paucos. Perpol Latinum non eſt,teſte Donato,contra Sypōtinum & Bergomatem.

Per. Oppido. Sane. Nimiſquam. Quàm pro quantum.

Quàm pro quantū cum ſuperlatiuo. Vallæ verbū ſummè notandum.

Per & perquam cū ſuperlatiuo.

In primis cū ſuperlatiuo. Permagis. Perquam.

Perpol.

ESTNE QVANDO quàm pro quantum licite ſuperlatiuo datur? Etiam,vt ſi ponatur cum verbis poſſum,queo,valeo,aut conformi,vt licet. Nam tum poſitiuum vel ſuperlatiuum licite habet:veluti,Scribas quàm benè potes:vel,quamoptimè potes.verum ne hic quidem quàm pro quantum ſuperlatiuo dabitur,ſi caute ordinare velimus:ſed ipſi verbo potius,teſte Valla:ſic,Scribas optime quàm potes. Venito quamprimum licet,id eſt venito primum: hoc eſt valde cito. Quàm licet,id eſt quantū licet. Cæſar 1.comment. Re frumentaria quàm celerrimè potuit cōparata. Et lib.7,Quàm mitiſſimè poteſt,legatos appellat. Salluſtius in Iugurtha, Iugurtha quàm maximas poteſt copias armat. Plaut.in Captiuis,Quamprimum poſſis redeas. Liuius 10,Ad montes proximos quàm poſſet occultiſſime,circunducere iubet. Cicero in Salluſtium,Iam dabo operam,quàm maxime potero. Idem 8.ad Atticum, Exquiras quàm diligentiſſime poteris. Pro quàm poteſt cum dictis verbis poni vt cum ita,vel ſine ita, Quintilianus in 12, Non omittenda pars hæc orationis: ſed exigenda,vt optime poſſumus . Cicero in Philippicis,Quas vt honorificentiſſimis verbis ipſe conſequi potero,complectar mea ſentētia. Idem de oratore,Hæc vt breuiſſime dici potuere,ita à me dicta ſunt. De poſitiuo in Philippicis apud eundē,Sed reliquum curſum vitæ,quàm quidem poſſum breuiter perſtringam:& vt potui,breuiter perſtrinxi. Nō

Quàm pro quātum licite cū ſuperlatiuo.

Vt pro quàm.

poſſis pro hoc breuius comparatiuum ponere, teſte Valla: nec cum aliſs verbis, quàm cum ſuperlatiuo:quia male diceres, Scio quàm optime ſcribas. Plautus, Vt faſtidit glorioſus! id eſt quantum:veluti, Vt ſeuerus eſt, &c. ornate ita loquêris.

Quamprimũ
Quũ primũ.

DICITVRNE apte, Quamprimum nauem intraui, exorta tempeſtas eſt? Minime. Cur? Quia Quãprimum ſignificat valde cito & ilico, éſtque vnico verbo contentũ:nam quàm pro valde, iungitur hic ſuperlatiuo. Quomodo dicendum eſt? Quum primũ nauem intraui, exorta tempeſtas eſt. Quid differentiæ eſt inter Quamprimum & Quum primum? Quãprimum, id eſt mox, ilico:& vnico verbo contentum eſt:vt Scribito ad me quamprimũ quid agere decreueris. Veniam ad te quamprimum. Quum primum eſt quod coci dicunt, tam cito:quod & duo verba neceſſariò habet:vt Quum primum te videbo, cognoſces omnia. Pro eodem dices, Vt primum, vbi primum. Aliter inueni ſemel apud Plinium libro 21. cap. 13, Quamprimum aſpiciatur eo anno tolli iubentes. vereor ne mendum ſit, pro Quum primum. non auſim certe imitari. Cum poſſum, valeo, queo (quamprimum) pro (vt primum) poni poſſe oſtendit in Captiuis Plautus, Quamprimum poſſis, redeas. Et in Perſa, Recipe te quamprimum potes. ergo benedicitur, licet neget Valla, Quamprimum potero, nauem intrabo. Mallem tamen, Vt primum potero, nauem intrabo.

Quamprimũ pro quũ primum.

Quàm.

QVAM cui gradui comparationis iungitur? Primo quàm pro quantum poſitiuum petit:vt Quàm moroſi ſunt qui amant. & cum queo, poſſum, valeo, etiam ſuperlatiuum, & poteſt pro eo poni quantum:vt Dicam quambreuiſſime potero: vel Dicam quanta maxima breuitate potero. Cicero de amicitia, Tanta eſt inter eos, quãta maxima poteſt, morum ſtudiorúmque diſtantia. Fabius in 2, Quum aliquid adhibitáque, quanta maxima poteſt cura, diligenter elimauerit.

Quàm pro quanto.
Tã & quàm.

SECVNDO, Quàm capit pro quãto, & cõparatiuo datur:quod rato vſu venit. Virg. Tam magis illa tremẽs, & triſtibus effera flãmis, Quàm magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ. Tã, id eſt tanto. Cui gradui ſeruiunt tam & quàm coniuncta? Cuilibet. Poſituo: vt Es tam bonus quàm doctus. id eſt tantum bonus, quantum doctus. Cõparatiuo, quod rarius cõtingit:vt Tam melior, quàm doctior. Superlatiuo ſæpiſſime, teſte Valla. vt Tam hic eſt omnium optimus, quàm nobiliſſimus. Terentius, Nanque adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit, Tam facillime patris pacẽ in leges conficiet ſuas. Sallust. Quàm quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Poſſes hic ponere vt & ita. Ponitur ſæpe tam ſine quàm. & contrà, in ſignificatione vehementiæ. Cum ſuperlatiuo: Cicero, In tam optima cauſa non debeo timere. Id eſt in tam valde bona. Cum ſuperlatiuo & cum poſitiuo: Idem, Nondum erat noſtris tam grauiſſimis, támque multis iudicijs, ignominijſque cõciſus. De quàm: Tu es homo quàm iucundiſſimus. Id eſt valde iucundus. de hoc modo dicam plura.

Quàm pro valde cũ poſitiuo.

TERTIO, Quàm pro valde elegantiſſime ſuperlatiuo datur, & interdũ poſitiuo:vt Literæ tuæ fuere mihi quamgratiſſimæ. id eſt valde gratæ:non autem quàm gratæ, ſi Vallæ credamus. Sed aut Valla fallitur, aut mendoſi ſunt omnes omnium doctiſſimorum libri. nam præter ea quæ contra Vallam afferunt Mancinellus & Lancilotus, ipſe plura notaui in optimis ſeculi noſtri impreſſionibus, vtpote Aldinis & Badianis. Cicero 5. epiſtolarum familiarium ad Luceium, Me ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quàm celeriter rumores noſtros monumentis commendari tuis. Cælius Ciceroni, libro octauo epiſt. Te videre & omnia intima conferre diſcupio: habeo autem quammulta. Sic in orationibus Ciceronis bis quammulta, pro quàm plurima inuenies. Cic. ad Atticum, Suam operam in Senatu authoritatémque quammagni æſtimat. Plinius 5. epiſtolarum, Quàm multum intereſt, quid à quoque fiat. Apuleius in apoph. Quàm multum à me remota. Idem in Aſino, Quàm probe veſte contectus. pro valde probe. Cicero ad Atticum, Itaque quàm ſeuerè M. Curtius nos accuſat. Et alibi, Scribit ad me quam honorifice de reſtitutione Sexti Clodij. Quintilianus, Quammulta pene omnia tradidit Varro. Senec. epiſt. 47, Dominus Calixtũ vendidit, ſed domino quammulta Calixtus. Cæſar, Quàm magnũ numerum iumẽtorum atque hominum intercipiunt. Plin. lib. 33, Niſi vt quammulti eas cõſerui inferrent. Gellius, Immo inquam potius nos q̃ audaces, quámque licentes ſumus, qui frontẽ indocte improbéque non virili genere dicimus. Cæſar 4. de bel. Gal. Vt quàm celerem atque inſtabilem motum haberet. Sillius, -magnis quàm læta fronte ſacerdos Exceptos hoſpes tectis inducit Ariſbas. Cicero in Lælio, Quàm multa enim, quæ noſtra cauſa nunquã faceremus, facimus cauſa amicorũ. hæc notauimus ego & Mãcinellus & Lancilotus. quæ mẽdoſa ſi non ſint, iniuſte reprehenſus eſt à Laurẽtio Lactantius libro 1. Inſti. dicens, Et quàm multa de deo noſtris hominibus locutus eſt ſimilia. Vtcunque eſt, mallem quàm pro valde ſuperlatiuo dare, quàm poſitiuo:& multo minus comparatiuo. ideo non dicimus quamplures, teſte Valla, ſed multo plures: aut per compoſitionem complures. & ego ita rectius dici opinor, licet perſæpe aliter inueni: quia forſitan mendoſi ſunt plurimi libri, vt in quàm cum poſitiuo. nam ſi verum eſt Ciceronis doctiſſimo ſeculo, libros mendoſos fuiſſe, quod ipſe Cicero conqueritur: quid de hoc ſeculo, & aliquot præteritis dicemus, in quibus non libri modo corrupti, ſed tota ferme lingua Latina interijt? Ergo (vt ad inſtitutum redeam) aut plurimi libri mendoſi ſunt, aut recte dicitur quamplures pro multis, aut valde multis. Plautus in Caſin. Quàm plura ſunt mihi quæ velim. Gellius libro primo, cap. ſeptimo, Videbatur quampluribus. Idem libro vndecimo, cap. primo, complurima dixit in ſuperlatiuo: & Valla ait recte dici complurimum, pro plerunque aduerbialiter.

Quàm celeriter, pro valde celeriter.

Quãplures.
Complures.

Plinius lib.27.cap.9, Cuius ex vna radice quamplures exeũt filices. Cæſar lib.1.de bello ciuili, Hæ permanſerunt aquæ dies quãplures. Et lib.2.de bello ciuili, Hæc generis atque eiuſmodi quãplura. Cic.5. Tuſcul. Abacos quamplures ornauit argento auróque. Seneca epiſtola 78, Conuocauit quamplures amicos. Cic.2.ad Heren. Admonuimus cauſas eſſe quamplures. Et alibi, Cæteras quamplures tabulas pinxit. Quidam per quàm ineptiſſime ſic loquuntur, Rogo vt quàm cito facias, pro quàm primum. decepit hos (quod plerunque vſu venit) ſpecies recti: nam videntur bonum authorem habere, Q. Curtium in epiſtolis, quod opus titulo tenus bonum eſt. Dicũtur enim hæ epiſtolæ eſſe Latiniſſimi hiſtorici Q. Curtij, cuius proculdubio non ſunt, vt in nominatiui regimine oſtẽdi. Et licet crediderã me primùm è Curtij familia has epiſtolas abigendas iure cenſuiſſe: tamen inueni, qui idem antè ſenſerit. Is eſt doctiſſimus Quintianus dicens in quarta epographia, Quintianum Caput eum in quibuſdam reperi epiſtolis, quæ perperam Q. Curtio tribuũtur: quarum ſtylum non approbo, nedũ ſuſpicio. hoc ſiquis rimatur, noſtræ proculdubio adhærebit opinioni. Hæc ille. Hic ergo non Curtius, ſed Pſeudocurtius in epiſtolis ſuis ait, Vigilabo vt quàm cito reliquum perſoluam, quãtum tibi obligor. Preces effundo, vt quàm cito videamus prouinciam, & nobis à Senatu aliquod auxilium dari. Parabis te quàm cito profecturum Syriam. Quare me quàm cito de voluntate tua certiorem redde. Niſi quàm cito prouideatur nobis, vereor ne omnis ſenatus & ſtatus reipub. euertatur. Cuperem quàm cito te rediturum, vt me iuuares: aliqui excuſarent: quia quàm cum poſitiuo reperitur pro valde: ſed meo iudicio venia caret, qui tam licenter adeò ſæpe loquitur. Verus Curtius nunquam quàm cito dixiſſet: ſed quàm primum. vt in lib.7, Cupit eam quàm primum dedi. Et lib.9, Corpori nominique quàm primũ iuſta ſoluamus. Pſeudocurtius, Pergratiſſimum fuit abs te fieri certior perprius de intentione Senatus. ſcatet hæc oratiuncula barbarie: nam vt omittam pergratiſſimum, pro pergratum: vt antè perplurimum, pro valde multum: nunquid tolerandum eſt, Pergratiſſimũ fuit abs te fieri certior? Ego me fieri certiorem dixiſſem. Tum illud perprius quid ſibi velit, non intelligo. Vbi ſuperlatiuo iũgitur quàm, non additur genitiuus: quia non dicimus omnium quàm doctiſſimus. Author Valla.

Quàm cito ineptum pro quamprimũ. Curtij non ſunt quæ ei tribuuntur epiſtolæ.

LONGE, facile, nimirum, quibus gradibus dantur? Cõparatiuo & ſuperlatiuo, horúmque vim habentibus, ante, poſt, alius, ſecus, princeps, præſtat, & ſimilibus. Virgil. At pedibus longe melior Lycus. id eſt multo melior. Quintil. Longe omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantiſſimus Domitius Apher. Cic. Principi longe omnium in dicendo grauiſſimo & eloquentiſſimo Platoni. Idem pro Rabirio, Virum vnum totius Græciæ facile doctiſſimum Platonem. facile, id eſt indubie. & nota recte dici, Plato eſt totius Græciæ doctiſſimus. pro omnium Græcorum. Gel. libro 6.cap.12, Vir ætatis ſuæ doctiſſimus. Quintil. Sed eum longe præcedunt ingenia viuentium. Idem, Nouem Lyricorum facile Pindarus princeps. Cicero, Nobilitate facile princeps. Sic Longe, ante, vel poſt, longe ſecus, longe alius, &c. Longe vincit, ſuperat, excellit. Sic, Longe alienus & diuerſus, longe diſſimilis, &c. Inuenitur longe cum poſitiuis excellens & præſtabilis: quia ſuperlationis vim quandã habent, vt verba vnde deſcendunt. Apuleius de dęmonio Socratis, Calchas autem longe præſtabilis hariolus. Apuleius in Floridis, Longe ante cæteros excellens. Vir nimirum doctiſſimus. id eſt valde doctus: nimirum reuerendus: quia reuerendiſſimus non dicitur. Facile præcipuus, facile ſummus: quia hæc ſuperlatiuis carent: & regunt tamen vt ſuperlatiuus genitiuum. Iuuenalis, Præcipuus tamẽ eſt horum qui ſæpius exul. Lucanus, O ſummos hominum, quorum fortuna per orbem Signa dedit. Longe vel facile primus, Longe vel facile ſecundus, non reſpicit ordinem, ſed dignitatem. Tu es facile à rege ſecundus. id eſt, haud dubie poſt regem primus. Virgilius dixit, Sequimur te ſancte deorũ. &, Saturnia magna dearum. pro ſanctiſſime & maxima. nollem id in proſa imitari: nec in verſu, niſi parciſſime.

Longe. Facile. Nimirum.

A comparatiuis diminutiua fiunt in uſculus, a, um: vt compluſculus, maiuſculus, melluſculus, quę (ſi affectatio abſit) magnã gratiam habent, & regunt ablatiuum, vt primitiua: veluti, Sum te maiuſculus. In Geneſi, Properate quantocyus venientes. aut mendoſum eſt, aut ineptum, pro quàm primum. Malo ſanitatem diuitijs, recte dicitur: quia malo ſignificat magis volo.

Perdoctus non ita comparabitur, Perdoctus, perdoctior, perdoctiſſimus: ſed perdoctus, multo doctior, quàm doctiſſimus, vel longe doctiſſimus. ita iudicabis de reliquis. Badius, Quod autem dictum eſt ſuperlatiuum cum quam non regere genitiuum, intellige de proprio: nam poſitiui regit: vt Vir quàm ditiſſimus argenti. De pronomine alibi diſputaui, & pòſt nonnulla dicentur: ideo de numeris nunc dicam.

NVMERI.

NVMERVS quid eſt? Vnitatũ collectio: vt Duo, tria, &c. Vnitas, numerus non eſt: ſed numeri principium. Numeri ſpecies quot ſunt? Quatuor. Quę? Numerus cardinalis, ordinalis, põderalis, ſiue multiplicatiuus, & numerus diſtributiuus, & qui ex his fit aduerbialis.

Numerus.

CARDINALIS.

CARDINALIS numerus, eſt principalis numerus è quo cæteri oriũtur: vt Vnus, a, um, quod principium numeri rectius ꝙ numerus dicitur. duo, duæ, duo, tres, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſexdecim, ſeptemdecim, octodecim, nouemdecim, viginti, vigintiunus, &c. Triginta, quadraginta, quinquaginta, ſexaginta, ſeptua-

ginta,octoginta. nunquam dices octuaginta,nonaginta. centum,centum & vnum,&c. bis centum,ter centum,&c. vel declinabiliter per compoſitionem ducenti, ducentæ, ducenta, trecenti,quadringenti, quingenti,ſexcenti,ſeptingenti,octingenti,nongenti vel noningenti. Mille,mille & vnus,&c.bis mille, ter mille, &c. non autem duo centum,duo mille: quia adiectiua duo ſunt, quæ inepte connectuntur. In cõpoſitis à centũ in omni ſpecie numeri poſt n,c mutatur in g, vt quadringẽti:vbi etiã t in d mutatur,quadringenteſimus,quadringenteni,&c. Omnia hic nota ſunt præter mille & millia:ideo quæro,

QVOTVPLEX inuenitur mille? Duplex, Adiectiuum & ſubſtantiuum. Mille adiectiuum,eſt nomen indeclinabile pluralis numeri: vt Mille viri,mille mulieres,&c. Mille ſubſtantiuum,eſt in ſingulari indeclinabile,teſte Varrone:in plurali declinatur, Millia,millium,millibus. Apud veteres etiam declinabatur in ſingulari:quod probat Macrobius: quia ablatiuus eſt milli, aut potius vnico l,mili: quia Georgius Valla mile ſubſtantiuum vnico l,ſcribi dicit. Lucilius 15, Hunc mili paſſum qui vicerit atque duobus. Idem libro nono, Tu mili nummûm potes vno quærere centum. Gellius ſic. Lucil.8, Mile die nummûm potes vno quærere centum. Cum dicimus Mile nummûm, genitiuus eſt pro nummorum: vt mile denariûm. Cicero in Philippicis, Inuẽtus eſt qui L. Antonio mile nummûm ferret expẽſum. Idem pro Milone, Mile hominum verſabatur. Quadrigarius 4. annalium, Vbi occiditur mile hominum. Sic in plurali Milia hominum, non milia homines,teſte Valla. licet in ſacris legamus, Duodecim milia drachmas, quod per appoſitionem excuſatur: quia ſenſus eſt, Drachmas entes duodecim milia:& ita in reliquis. Georgius Valla vult milia aliquando eſſe adiectiuum: vt Duodecim milia libri,drachmæ,talenta. Id verum non eſt: quia ſic diceremus, Tres milia libri,non tria milia: quod vtque falſum eſt. Titus Liuius libro ab vrbe condita decimo, Samnitium cæſi tria milia trecenti: capti quatuor milia. Itaque milia ſemper ſubſtantiuum eſt. Quapropter hoc ſolum ſoluendum reſtat, an duodecim milia ſignati non habuerit egregios authores,quibus ſe defendere poſſit. Quæro igitur,

Millia. Mili. *Mile nummûm.*

AN HAEC oratio ſit bene Latina, Ex tribu Dan duodecim milia ſignati? Etiam(quamuis elegantius teſte Valla,dicamus duodecim milia ſignatorum) quia hic eſt appoſitio, Homines ſignati duodecim milia. id eſt entes duodecim milia, aut numero duodecim milia, vel ſignati ad duodecim vſque milia. Da authoritatem vt oſtendas tales orationes frequentiores eſſe quàm Valla putauerit. Plinius libro 21. cap.7, Ancus Martius rex ſalis modia ſex milia in congiario dedit populis. Modia neutro genere etiam apud Ciceronem leges. Oppius de bello Hiſpanico, Sunt interfecti hominum milia XXII. Paulus Oroſius lib.1, Anni duo milia XV. Idem libro tertio, Sexcenta milia modia frumenti acceperunt. Iuſtinus duodecimo, Trecentis milibus mulieribus. Florus de bello ciuili Macedonico, Duo milia electi,qui mori iuberentur. Boetius ſecundo de Conſolatione, Vnius mora momenti, ſi decem milibus cõferatur annis. Liuius 45, Duodecim milia pedites. Cicero act.3. in Verrẽ, Tritici modios quinque milia, & acceſſionem aſcripſiſſet. In eadem, Tritici medimnas duo milia. Curtius libro quarto, Duo milia crucibus affixi. Sic Pſeudocurtius, Mortui ſunt viri circiter tria milia. Hieronymus in libro Iudicum, Occiderunt quinque milia viros. Et tertio Regum, Locutus eſt Solomon tria milia parabolas. Hinc patet male docuiſſe Placentinum milia aliquando eſſe adiectiuum. hæc conſtructio in ſacris nimium frequens eſt. hæc ex authoribus non è grammaticis ipſe erui. adducit plura Georgius Valla Placentinus, libro 31. cap. 17. Plinius octauo nat. hiſt. Milia tempeſtatum præſagia. Virgilius, -tot milia gentes Arma ferant Italæ. Diuus Hieronymus in Rufinum, Sex milibus autem libris (quos ab eo lectos eſſe confingis) quis credet? Et iterum, Si Origenes ſex milia ſcripſiſſet libros. Et rurſum, Sex milia Origenis libros. Marinus Becichemus Scodrenſis ſuffragatur Georgio Vallæ: quia Liuius dixit libro quarto, Et Philippei nũmi aurei quatuordecim milia, quingẽti XIIII. Et Cic. pro Rabirio, Quid vociferare decem milia talenta Gabinio eſſe promiſſa? Concedamus ergo recte dici illud Matthæi, Oblatus eſt ei vnus qui debebat decem milia talenta,& duodecim milia ſignati: nóſque interim ita loquamur,ſed parce:quia elegantius dicere licet, Decem milia talentorũ,drachmarum,&c.

Duodecim milia ſignati. *Modia.*

Sine controuerſia recte dicimus, Duo milia pondo argenti: quia pondo tam genitiui caſus poteſt eſſe quàm nominatiui. Recte quoque illud effertur, Decem milia quingenti pedites: quod Valla ita intelligit, Decem milia peditum quingenti pedites. Titus Liuius libro nono, Duo milia & quingenti capti. hoc aliter dicere non licet teſte Valla: & ita loquitur Liuius frequentiſſime. Per ſubauditionem etiam ſubauditur illud, Quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo. ſubintelliguntur milia paſſuum: alioqui teſte Valla, dixiſſet alios duos: vel potius alios bis mile. Philelphus etiam dixit milibus venenis, milibus rixis. Interrogatiuum numeri cardinalis eſt Quot. Calepinus dicit Quantus etiam ad numerum referri: ſed nullum affert teſtimonium. Hieronymus Quanti pro Quot vtitur,dicens ad Paulinũ, Quanti hodie putant ſe noſſe literas? Non auſim ſic loqui, niſi apud veteres inuenerim Quanti pro Quot.

Quanti.

ORDINALIS.

ORDINALIS numerus eſt,quo ordinem ſeriémque rerum notificamus: vt Primus,ſecundus,tertius,quartus,quintus,ſextus,ſeptimus,octauus,nonus,decimus, vndecimus,duodecimus, tertiuſdecimus,quartuſdecim⁹,&c.vel decimuſtertius,decimuſquart⁹,&c. Viceſimus vel vigeſimus,vigeſimuſpri

mus,&c. Trigeſimus,quadrageſimus,quinquageſimus,ſexageſimus,ſeptuageſimus,octogeſimus,nũquam octuageſimus:nonageſimus,centeſimus,duceteſimus,treceteſimus,quadringẽteſimus,quingenteſimus,ſexcenteſimus,ſeptingenteſimus,octingenteſimus, nongenteſimus, vel noningenteſimus, milleſimus. Quòd autem dicimus rectè tertiuſdecimus,&c.probat Scodrenſis. Plin. Tertiodecimo plantæ arborum peregrinarum. Cic. Quintuſdecimus locus. Gel.lib.10.cap.28, Ab anno ſeptimodecimo. Liuius, Sextodecimo. ſic cæteri frequenter.

[Tertiuſdecimus.]

Quid ſignificant eiuſmodi nomina, Primus,ſecundus,tertius,&c? Vltimum ex eo numero: vt decimus,id eſt è decem vltimus. Primus tamen excipitur:quia principium numeri potius eſt,q̃ numerus. Primus intraui nauem,quia ante me nemo. Primùm intraui:quia ego nunquam antea. ſic facile declarabis, Prior intraui,& prius intraui. Ouidiana Laodamia, Inter mille rates tua ſit milleſima puppis. id eſt è mille vltima. Perſius, Hoc ſatis:an deceat pulmonem rumpere ventis
Stemmate,q Thuſco ramum milleſime ducis?id eſt vltime è mille. Aliquando ſignificant vnũ quenuis è tali numero. Suet. in Caligula, Ducenteſimã auctionem Italiæ remiſit. ſic, Centeſimã partem bonorum patris aſſecutus ſum. id eſt, vnam è centũ. Tertio capitur pro cardinali is numerus. Seneca in lib. de Ira, Iacebat conuiua cẽteſimus. id eſt iacebant centũ cõuiuæ, teſte Lãciloto. Quarto ſignificant bis tantũ, ter tantũ, centies tantũ,&c. vt Ager hic cẽteſimum fructũ attulit. id eſt centies tantum, quantum ſemẽtis acceperat. Hoc modo appellata eſt quadrageſima, quòd quadraginta dies contineat: quo vocabulo eloquentiſſimi noſtræ religionis viri vtuntur. Decima capitur ſubſtãtiue pro decima parte. Plautus, Vt decimã ſolueret Herculi. Decimare, eſt decimã partem detrahere. In Euãgelio, Væh vobis, qui decimatis mẽtam & omne holus. Quotus de ordine quærit: vt, Quota eſt hora? non Quæ. Cicero ad Heren. Qua die, quota hora noctis factũ eſſe dicatur. Georgius Valla notauit in hoc numero aliquàndo ſyncopã fieri, vt duceſimus, triceſimus, quadringeſimus, quingeſimus,&c. pro ducenteſimus, trecenteſimus,&c. Liuius 29, Anno quingeſimo.

[Secundus, tertius, &c. capitur quadrupliciter.]
[Quadrageſima.]
[Decima.]
[Decimo.]
[Quotus.]
[Quingeſimꝰ,]

MVLTIPLICATIVVS.

MVLTIPLICATIVVS numerus eſt, qui duplicationem aut multiplicationem rerum denotat, vt Duplum, bis tantum. Duplex, cui duæ ſunt partes. Centenarius lapis, id eſt centum ponderum. Ergo multiplicatiuus numerus eſt triplex, in plus,pla,plum: in plex:& in arius,a,um.

NVMERI IN PLVS, PLA, PLVM.

IN PLVS, pla,plũ, ſunt Simplus,duplus,triplus,quadruplꝰ,quintuplus,ſextuplus,ſeptuplus,octuplus,noncuplus,decuplus,vndecuplus,duodecuplꝰ,decupluſtriplus,&c. vigecuplus,trigecuplus,quadragecuplus,quinquagecuplus,ſexagecuplus,ſeptuagecuplus,octogecuplus,nonagecuplus,cẽtuplus, ducẽtuplus,trecẽtuplus,quadringentuplus,quingentuplus,ſexcentuplus,ſeptingentuplus,octingẽtuplus,nongẽtuplus,millecuplus. Raro vtimur his, in maſculino aut fœminino genere: ſæpiſſime vero in neutro. Interrogatiuũ horum grãmatici dicũt eſſe quotuplũ. Et ſignificant iſti numeri ſemel tantũ, bis tantũ, ter tãtum,&c. Plinius de elephãto, Pulmo quadruplo maior quàm bubulo. Quintil. 7, Duo fratres pecuniam abſtulerunt: diſputãt an quadruplũ, an duplum debeatur. ſic, Fur quadruplum ſoluat. Ager meus reddidit centuplum, quotuplum optabam. Duplũ Græci dicunt διπλοῦν ἀπὸ τοῦ διπλόω. id eſt, à diploo, quod ſignificat duplico: vnde diplomata, codicili, tabellæ, vel principales libelli: vulgo bullæ dicuntur. Cicero in Piſonem, Mitto diplomata in tota prouincia paſſim data.

[Duplum.]
[Diploma.]

IN PLEX.

IN PLEX, vt ſimplex,duplex, triplex, &c. eodem modo vt præcedentia eunt, ponendo plex pro plus:& ſignificant multiplicationem materiæ vel generum: vt, Veſtis eſt duplex. Dictiones ſunt octuplices. Aliquando capimus pro cardinali. Suet. Teſtamẽtum duplex ante biennium fecerat, alterũ ſua, alterum liberti manu. id eſt duo teſtamenta. Virg. - duplices tendens ad ſydera palmas. id eſt duas, vel ambas potius. Valerius, Proxima iocinoris duplex caput, id eſt duo capita. ſic iungitur carentibus plurali: veluti, Duplex aurum. Item duplices, triplices,&c. per ſe dicuntur tabellæ à duabus chartis, vel tribus,&c. Sexcuplex, vno dimidio minus quàm duplex. Simpliciter, dupliciter, & cætera, aduerbia ſunt. veteres dicebant, ſimplicitus, &c.

[Sextuplex.]

IN ARIVS, ARIA, ARIVM.

IN ARIVS ſic eunt, vnarius,binarius,ternarius,quaternarius,quinarius,ſenarius, ſeptenarꝰ,octonarius, nonarius,denarius,vndenarius,duodenarius, &c. vicenarius, tricenarꝰ, vel trigenarius,quadragenarius,quinquagenarius,ſexagenarius,ſeptuagenarius, octogenarius,nonagenarius,centenarius,ducentenarius,&c. millenarius. Hæc ſignificant numerum aliarũ rerum, quæ non nominantur: veluti, Lapis centenarius, id eſt centum librarum. ſic in alijs menſuratis, Homo quadragenarius, id eſt quadraginta annorum. ſic in reliquis vbi ætatem inquirimus. Grex centenarius, id eſt centum capitum. ſic in ſimilibus. Centenarius numerus rectè dicitur: quia numerus omnia complectitur: non autem dices millenarium annum, aut centenaria pondo ſed millenarius numerus annorum, &c.

DISTRIBVTIVVS VEL DIVIDVVS.

DISTRIBVTIVVS numerus eſt, qui pluribus aliquid diuidit, & per ſignum vniuerſale declaratur, ſi proprie ſumas: vt, Dedi diſcipulis bina poma, id eſt cuique diſcipulorũ duo. Dedi ad Petrum &

Paulũ binas epiſtolas.i.ad vtrunque duas. Hi numeri ſic eunt, Singuli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, vndeni, duodeni, ternideni, aut deniterni, &c. Viceni, viceni ſinguli, &c. Triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni, trecenteni, quadringenteni, quingẽteni, ſexcenteni, ſeptingenteni, octingenteni, noningenteni, vel nongenteni, milleni. A triginta triceni dicimus, g in c verſa, vt viceni pro vigeni, à viginti. Compoſita à centum in hac ſpecie poſſunt ſyncopari, vt duceni, treceni, quadringeni, quingeni, ſexceni, ſeptingeni, octingeni, nongeni, pro ducenteni, &c. Centeni & milleni, cum reliquis in hac ſpecie nunquam ſyncopantur: raro vtimur his numeralibus ſingulariter. Quandoque pro primitiuis vtimur etiam in ſingulari. Virgil. Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet amnis. id eſt ſeptem gurgitibus. Idem, Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra. id eſt per duodecim aſtra. Plin. Prodigioſa ſunt, quæ circa hoc tradit Theophraſtus author alioqui grauis: Septuageno coitu durare libidinem contactu eius. id eſt, ſeptuaginta coitibus. Sæpius, præſertim apud oratores, diſtributiue, ſumuntur: vt, Creabãtur olim bini Conſules. id eſt per ſingulos annos duo. Accepimus à Deo quinos ſenſus: id eſt, ſinguli quinque. Male credũt Legulei, bina ſignificare quatuor, denaviginti. Ite bini, id eſt in vnoquoque ordine duo. In ſacris tamen dicitur, Leuitæ bini & bini.

Vbi numerus diſtributiuus neceſſariò pro cardinali capitur, nec cardinali tamen vti poſſumus? In ſingulari carentibus: vt Binæ literæ, id eſt duæ epiſtolæ. Terna arma, &c. In his pluraliter vni, vnæ, vna, dicimus potius q̃ ſinguli: vt Vnæ nuptiæ, ſcalæ, &c. Cato duas ſcalas dixit: quia ſcala ſingulariter pro inſtrumẽto mobili legitur. Litera pro epiſtola ſingulariter, poeticũ eſt. Ouid. Quã legis à rapta Bryſeide litera venit. Sall. in Catil. Hi poſtquam in vna mœnia cõuenere. Idem in Iug. Vbi vnæ & alteræ ſcalæ comminutæ ſunt. Digeſtis, De damno infecto: lege, Si ædibus. Et ſi vnas ædes cõmunes. Codicilli ſingulari caret, teſte Valla: licet Iuſtinianus ſingulariter vtatur pro teſtamẽti quodam genere. Sic Binæ deliciæ, epulæ, nundinæ, &c. Vbi ſingulare diuerſum eſt: Duos liberos. etſi recte dici ait Valla, & tres liberos: quorũ vnus, alter, &c. quia intelligi ſolet filius: non autẽ, Ternas accepi literas, quarum vnã, &c. ſed quarũ vnas, &c. Quoteni Priſcianus vult eſſe interrogatiuũ numeri diſtributiui: vt Quoteni boues arant? Lancilotus dicit ſolum capi pro quot. Colum. lib. 6. cap. 2, Quotena ſemina iugerum in ternos pedes, inde in denos pedes diſpoſita recipiat? id eſt quot. Cic. ad Atticũ, lib. 12, In ripa neſcio quotenorũ iugerũ, vt certa pretia conſtitueret. id eſt quot. Ideo male dicitur, inquit Lancilotus, Boues arãt bini, quoteni equi: non enim ita doctiſſimi loquuntur, ſed grãmatici id fingũt. Iam Plotij verbum eſt, Non licet grammatico ſe verborum authorem facere: ſiquidem alienis verbis illum gloſſulas facere profeſſio cogit. In ſacris, Neque duas tunicas habeatis. Latinius binas dixiſſet. Primanus, id eſt primæ cohortis: ſic ſunt alia in (anus) vt ſecundanus, &c. Trinus pro tres ſæpiſſime capitur. Diomedes, Trino libello, pro tribus libellis. Sueton. in Nerone, Per trinas perſonas. Tacitus, Quatuor principes perempti. Trina bella ciuilia, plura externa, atque plerunque permixta. Plin. 2. nat. hiſt. Trinos ſoles antiqui ſæpe videre. Cæſar 1. comment. Trinis catenis vinctus. Hirtius de bello Africo, Trino præſidio relicto. Tit. Liuius libro 10, pro ternis accepit dicens: Trinis caſtris exuti. Et Cic. pro Murena, Trinos ludos ædiles fecerant. Inuenitur quadrinus pro quatuor. Plin. lib. 20. cap. 9, Quadrinis diebus ſoluta.

Scala. Litera. AEdes. Liberi. Quoteni. Primanus. Trinus.

ADVERBIALIS NVMERVS.

ADVERBIALIS numerus, eſt aduerbium numeri. nec eſt diſtincta ſpecies: quia aliquãdo eſt numerus cardinalis, vt ſemel, bis, ter. Nonnunquã ordinis, vt Primo, ſecundo, tertio. Interim multiplicationẽ dicit, vt dupliciter, tripliciter, &c. Aduerbia numeri ſic eunt. Semel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, nouies, cũ (v) vocali, decies, vndecies, duodecies, tredecies, quatuordecies, quindecies, ſexdecies, ſeptemdecies, duodeuicies, vndeuicies, vicies, vicies ſemel, &c. Tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies. Centies, ducenties, trecenties, quadringẽties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, noningenties, vel nongenties, millies. In his nec ante vicies, nec poſt centies fit ſyncopa. In reliquis vtimur ſæpiſſime ſyncopa: vicies, pro viginties: tricies, pro triginties, &c. At barbara ſunt vigeſies, centeſies, milleſies, &c. In Plinio mendoſe legitur lib. 9. cap. 35, Quindringeſies ſeſtertiûm. Hermolaus emendat quadringenties. Ouid. Et per quod nouies ſæpius iſſet iter. Plin. ſecund. nat. hiſt. quindecies ponit. Et in lib. 3. cap. 7, quatuordecies.

Interrogatiuum huius ſpeciei eſt quoties ſine (n) teſte Capro.

Quoties. Quoties bibiſti? Ter. Vix auſim dicere, Tertia vice, nec vna vice, ſed ſemel: nec prima, ſed primũ: nec alia vice, ſed aliás. In ſacris perſæpe leges prima vice, tribus vicibus, altera vice, &c. nec poſſunt hæ locutiones penitus damnari, quia parcè vti poteris. Plin. lib. 36. cap. 19, Dulci vino reſtringitur, & hoc tribus vicibus. Sic Pſeudocurtius, Quotque vicibus me diræ horribilique torturæ dederunt, numerum explicare nequeo. Mallem dicere, ter quoties: & nunc, quàm iſta vice. tunc, quàm illa vice, & cætera.

Vicib9 tribus

Duode. Vnde. Duode, id eſt duobus dẽptis: vnde, id eſt vno dempto: in cõpoſitione ſolum vtimur, duntaxat ſupra decẽ, vbicũque octonarius & nouenarius numerus eſt: idq; fit in omni ſpecie numeri, vt duodeuicies, id eſt decies & octies: vndeuicies, id eſt decies & nouies. ſic duodeuiginti, vndeuiginti, duodeuiceſimus, vndeuiceſimus, &c. Vndetriginta, duodequadraginta, &c. Veteres dicebant duo & vigeſimo anno,

Tertio regit ablatiuum cum præpoſitione à vel ab. Immunes ab illis malis erant.

Pauper. Pauper auri vel auro. Horat. Horum ſemper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum.

Inanis. Inanis veri aut vero. Ouid. Sanguinis atque animæ corpus inane fuit. Perſius, O curuæ in terras animæ & cæleſtium inanes. Plautus in Sticho, Omnium me exilem, atque inanem fecit ægritudinũ. Hic exilis etiam genitiuum regit.

Sterilis. Sterilis, id eſt infœcundus, ſæpius genitiuum habet. Tacitus, Non tamen adeò virtutum ſterile ſeculum, vt non & bona exẽpla ediderit. Perſius, Heu ſteriles veri, quibus vna Quiritẽ Vertigo facit. Terra ſterilis frugum, vel in ablatiuo frugibus. Lancilotus dicit eſſe datiuum: cui non credo. Apul. 1. Metam. Ad aquas ſterilem.

Potens. Potens pro abundans, ablatiuum etiam regit: pro potentiam habens, genitiuum. Virg. Nymborúmque facis tempeſtatúmque potentem. Idem, Terra antiqua, potens armis atque hubere glebæ.

Inops. Amens. Væcors. Inops mentis vel mente: ſic Amens & væcors. Ouid. Quis matrem niſi mentis inops in funere nati Flere vetat? nõ hoc illa monẽda loco eſt. Cic. in Oratore, Inops verbis. Apul. 3. Meta. Væcors animi.

QVAE ADIECTIVA ſæpius ablatiuum quàm genitiuum habent? Truncus, oneratus, orbus, orbatus, dignus, indignus, viduus, vacuus, contentus, ſaucius, lapſus, miſer, ſanus, & plura, ſi authorum ſcripta diligenter euolueris.

Truncus. Truncus manuum vel manibus, id eſt carens. Virg. 4. Georg. Trunca pedum primo. Sil. 6, Atque artus trũci capitũ, fractúſq; iacebat Oſſibus in duris enſis. Ouid. 15, Et generat trũcas pedib⁹.

Oneratus. Oneratus tritici ager eſt, vel potius Onerat⁹ tritico. Pacuuius apud Marcellũ, Oneratus frugũ & florum. Onero cum ablatiuo tantũ inueni: ideo oneratus cum genitiuo nomen eſt: & ſic rariſſime vtar.

Orbus. Orbus parentis vel parẽte. Sil. 13, Deiecit viſus orbus. Genitiuus eſt viſus. Plaut. in Rudente, Orbas auxilij opúmque. At cum ablatiuo longe frequentius leges. Stat. 1. Theb. Orbum viſu regníſque carentem. Ouid. Orba parente ſuo quicunque volumina cernis, His ſaltem veſtra detur in vrbe locus.

Orbatus. Orbatus oculi, & ſæpius Orbatus oculo, prius reperi apud paruæ authoritatis virum Pſeudocurtiũ dicentem, Orbata ſum parentum.

Dignus. Indignus. Dignus, indignus ſalutis, & ſæpi⁹ ſalute. Virg. -te quoque dignũ Finge deo. Sic Cicero, Quintilianus, & alij propè omnes. De genitiuo rarius occurret teſtimoniũ: & poſſumus parce imitari. Virg. AEneid. 12, Deſcẽdam magnorum haud vnquã indignus auorũ. Plautus in Trinũmo, Non ego ſum dignus ſalutis? alij tamen libri habent in ablatiuo ſalute. id eſt, Non ſum dignus ſalutationę. Ouid. Militia eſt operis altera digna tui. Idem per ablatiuum, Simplicitas digna fauore fuit. Cicero pro Aruſpicũ reſpõſis, Dignum eius imperij. Suet. in Othone, Succeſſionis imperij dignum. Nimis ſæpe id in ſacris fit, Facite fructum dignum pœnitẽtiæ. Indignos iudicaſtis vos æternæ vitæ, &c. Tertio Regum, Quantum digna eſt. aduerbium eſt quantum. Tobiæ 3. videtur datiuum pro ablatiuo habere: nec imitabor: Aut ego indigna ſui illis, aut illi forſitan mihi fuere digni. Nos cum ablatiuo rectius ponemus. vt Cicero, Indigna homine quæſtio. Et in ſacris, Dignus eſt mercenarius mercede ſua.

Viduus. Viduus teli vel telo, id eſt carens. Sil. 2, Viduus teli. Horat. Viduus pharetra riſit Apollo.

Vacuus. Vacuus rationis vel ratione. Valerius Maximus lib. 7, Vacua rationis anima. Tacitus, Vacuos honoris menſes aperiret. Boet. 2. de Conſolatione, Totius ponderis vacua. Sil. 10, Et tamen haud iræ vacuus. Ouid. 1. de arte, Vacuas cædis habete manus. Horat. 2. ſerm. Sic vacuum cerebri populũ phæaca putauit. Salluſtius in Iugurtha, Ager autem aridus & vacuus frugum. Plautus in Bacchidibus, Afflictat me vacuum virium. Tantos tótq; viros & linguæ Latinę principes non verebor imitari. De ablatiuo: Cicero 1. Offic. Quum ſumus neceſſarijs negotijs curíſque vacui. Quot modis Vacuus conſtruitur? Tribus. Primo cum genitiuo: vt Vacuus conſilij. Secundo cum ablatiuo ſine præpoſitione: vt Vacuus negotijs. Tertio cum ablatiuo intercedente præpoſitione à vel ab. Salluſtius in Catil. Ab odio amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet.

Contentus. Contentus libertatis actiue videtur capi pro continens & cuſtodiens. Titus Liuius 34, Nec iam libertatis contentos eſſe. In vulgata ſignificatione ſolum ablatiuum habet. Lucanus, Terra ſuis contenta bonis non indiga mercis Externæ.

Saucius. Saucius. Sum ſaucius itineris vel itinere. Apul. 2. Metam. Mihi vero fatigationis heſternæ etiam nũc ſaucio da veniam, maturius concedam cubitum.

Lapſus. Lapſus animi vel animo. Plautus in Ciſtel. Ita me amor lapſum animi ludificat.

Miſer. Miſer animi. Plautus in Ciſtel. Petulantia mea me animi miſeram habet.

Sanus. Sanus mentis vel mente. Plautus in Trinummo, Satin' tu ſanus mentis, aut animi tui? Quædã declarata ſunt in regula, Actiue ſignans: vt Fœlix, infœlix, feſſus, amens, largus, & plura.

Pollens. Suſpenſus. Abiectus. Confirmatus. Plaut. in Curg. Vini pollens. Idem 8, Suſpenſos animi habetis. Et lib. 9, Abiectiores animi. Apul. in nono, Confirmatum animi.

Captus. Captus animi, & ſæpius Captus animo, id eſt vacuus & carens. Tacitus, Segnis & velut captus animi. Virg. Atque oculis capti fodère cubilia talpæ. Captus oculis, auribus, pedibus, mente, membris: id eſt carens horum vſu. Captus item, id eſt detentus: vt Captus auaritia vel amore. Captus amœnitate loci, id eſt delectatus. Capior verbum genitiuum reſpuit: vt Capior amore, non amoris, dicitur.

Et 35, Totam Siciliam impleret nominis ſui. Et 45, Quem extemplo ſpei impleuit. Non verebor Titũ Liuium imitari, licet grammatiſtæ reclament. Itaque bene dicit Hieronymus, Et implebo mõtes eius occiſorum ſuorum. Impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Virgilius, Impleuítque mero pateram. Addimus aliquando præpoſitionem de. Lact. lib. 4, Et inſuper duodecim cophini de reſiduis fragminibus impleti. Sic Impleui nauem de omni genere frumenti.

Refercio. Et Referſi apothecam de varia natura vinorum. Vix auſim, inquit Valla, præpoſitionem hic omittere: quia non eſt nauis repleta omni genere frumenti: ſed frumento omnis generis. Neque apotheca referta eſt omni natura vinorum: ſed vino omnis naturæ. Mart. lib. 15, Hos niſi de flaua loculos implere moneta

Non decet, argentum vilia ligna ferant. Cic. 1. de Oratore, De nugis referti libri.

Compleo. Compleo te metus vel metu. Cic. 6. in Verrem, Cõpletus iam mercatorũ carcer eſſet. Plaut. in Amphit. Erroris ambo ego illos & dementiæ cõplebo. Gel. Ventus à latere ſæuiens nauẽ vndis cõpleuerat.

Abundo. Abundo tritici vel tritico. genitiuus tantum apud veteres reperitur. Lucilius Satyra 6, Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Terent. in Phorm. Amore abũdas Antipho. Dic etiam, Hæc res abundat. Virgilius 4. Georg. Rurſus abundabat fluidus liquor. Auguſt. lib. confeſſio. Id furatus ſum quod mihi abundat.

Affluo. Eodem modo dicimus, Affluis amore, & Affluit tibi amor. Plautus in Pſeud. Atque adeò vt frumento affluam. Ouidius 1. de Remedio amoris, Affluit incautis deſidioſus amor.

Diſcrucio. Excrucio. Crucio crucias, punio, plecto, & valde moleſto. Compoſita habet duo, diſcrucio & excrucio, quæ genitiuum vel ablatiuũ habere inueniuntur. Plautus in Aulularia, Diſcrucior animi: quia ab domo abeundum eſt mihi. Dicimus etiam, teſte Diomede, ſed raro, Diſcrucior animum. Terentius in Phorm. Me excruciat animi. Plaut. in Milite, Ne illam animi excrucies.

Pendeo. Pendeo animi & animo, id eſt dubito. Cicero octauo ad Atticum, Pendeo animi. ſæpiſſime ſic loquitur Cicero, quem intrepidus imitare. Idem in Tuſcu. Aliquod malum metuit: exanimatus pendet animi. Plautus in Mercatore, Nimis diu animi pendeo. id eſt dubius & ſollicitus ſum, vel anxius.

Lætor. Lætor hac re: rariſſime Lætor huius rei. Virgilius in ſexto, Apud ſuperos furto lætatus inani. Idem vndecimo, Nec veterum memini, lætórve malorum. hîc Græcanice lætor genitiuum habet, teſte Seruio. Non imitabor niſi parciſſime in magno opere.

Ango. Ango me animi & animo. Terẽtius in Heautont. Animíque ſeſe angebat. Plautus in Epidico, Abſurde facis, qui angas te animi. Dic etiam, Hæc res angit animum meum. Terẽtius in Phormione, Cura hæc angeret animum. Gellius libro primo, Ea res animum eius anxit. Rarum eſt præteritum.

Deſipio. Deſipio mentis & mente. Plautus in Epidico, Deſipiebam mentis, quum illas ſcriptas mittebã tibi.

Abſtineo. Abſtineo iræ & ira. Terentius, Riſus abſtine. Horatius libro tertio Carminum, Mox vbi luſit ſatis: abſtineto, dixit, irarum calidæque rixæ. Ouidius, Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis. Quotuplicem conſtructionem habet abſtineo? Quadruplicem. Primo regit genitiuum. Terentius, Abſtineo riſus. Secundo ablatiuum ſine præpoſitione, vt Abſtine ira. & aliquãdo cum ablatiuo accuſatiuum habet. Diomedes, Abſtine te cibo. Plautus in Rudente, Potin' vt me abſtineas manum? Liuius libro ſeptimo, Romano bello fortuna Alexandrum Magnum abſtinuit. Sine accuſatiuo: Iuſtinus libro primo, Contenti victoria, imperio abſtinebant. Tertio regit ablatiuum interceſſu præpoſitionis à vel ab vel de. Lucanus libro quarto, A trepido vix abſtinet ira magiſtro. Et additur aliquãdo accuſatiuus. Plaut. in Amphitryone, Qui poſſum huic videri fortis, à me vt abſtineat manũ? Quãdoque hic ablatiuus intelligitur. Terentius, Non manum abſtines maſtigia? Liuius 8, Bellum ab innoxio populo abſtineat. Plautus in Moſtel. Abſtineo iam ſermonem de iſtis rebus. Quarto regit datiuum pro ablatiuo. Plautus in Truculẽto, Abſtine iſti hanc tu manum. id eſt ab iſto. Abſtinemus ab alijs nulli iniuriam inferentes: continemus à voluptatibus. Epictetus philoſophus, Patere & abſtine.

Potior. Potior pro teneo, & quaſi in poteſtate habeo, ita fere genitiuum habet, teſte Calepino. adijcit vnicum exemplum è Salluſtio, Cui fatum foret vrbis potiri. Secundo ſignificat, obtineo & in poteſtatem vendico. Sic ablatiuum ſæpius habet: vt Cæſar tandem potitus eſt Gallia. Tertio ſignificat frui cum ablatiuo, & quandoque cum accuſatiuo: vt Voluptatibus potior. Terentius in Adelph. Patria potitur commoda. Quot modis conſtruitur potior? Tribus. Primo cum genitiuo. Cicero, Rerum potiri volunt. hic aliqui ſubaudiunt imperio: & eſt ornata locutio, Potior rerum. Cicero 4. de repub. Noſter autem populus ſocijs defendẽdis terrarum omnium iam potitus eſt. Salluſtius in Iugurtha, Priuſquam legatos cõueniret, Adherbalis potiretur. In eodem, Si eius oppidi potitus foret. In eodem, Romani ſignorum & armorum potiti ſunt. Plautus in Amphit. Vt ſalui potiremur domi. aliqui libri in accuſatiuo domum habent. Curtius libro tertio, Aſiæ potiturum. In eodem, Cuius potitus. Et libro quarto, Potitus Peluſij. Et in quinto, Si regionis potiri contigiſſet. Plautus in Epidico, Eductam perdidi: hoſtium eſt potita. id eſt ab hoſtibus capta. Cicero 1. Epiſtolarum familiarium, Illius regni potiri. Sillius 15, Votíque potitus. Plautus in Captiuis, Meus rex eſt potitus hoſtium. ſic idem ſæpius. Liuius 44, Huius potitus loci conſul. Gel. lib. 6. cap. 17, Xerxes Athenarum potitus. Secundo regit ablatiuum. Virgilius AEneid. 1, Egreſſi optata Troes potiuntur arena. Ouidius 13. Metam. Túque tuis armis nos te poteremur Achille. Tertio vetuſte regit accuſatiuum. Terentius, Hic potitur gau-

dia. Gellius lib.13.cap.1, Mortem per vim potita eſt.

Alo te cibo: vetuſtiſſimi cum genitiuo vtebantur. vt apud Ciceronem quidam veterum dicit, Hunc cuſtodem mœſti cruciatus alo. id eſt mœſto cruciatu, vt multi dicunt. iam non imitabimur. notauit hoc Lancilotus. Alo.

Indoleo hac re, & aliquando huius rei. Ouidius 2. Metam. -ſucceſſorúmque Mineruæ Indoluit. Indoleo.

Recreo me animi vel animo. Apuleius 2. de Aſino, Recreabar animi. Recreo.

Gero pro accuſatiuo genitiuum habet apud Varronem, Vt pontium geſſerint. notat id Marcellus: nollem imitari. Gero.

Regno populorum. Seruius ita locutum putat Horatium in tertio Carm. Et quæ pauper aquæ Daunus agreſtium regnauit populorum. Quidam codices habent regnator populorum. Regno populum, id eſt rego. hinc regnator, id eſt rector. Plautus, Meus pater regnator deorum. ideo nollem iam verbo Regno aliquẽ caſum dare. Olim dicebant Regno illorum. Nunc Regno abſolutũ eſt, pro Regnum poſſideo. Cic. In libera ciuitate nemo debet regnare. Regno.

Fallor animi vel animo. Plautus in Epidico, Nec ſatis exaudiebam, nec ſermonis fallebar tamen. Fallor.

Deſino cum genitiuo apud Horatium ſolum reperio, ſdque ſemel libro ſecundo Carm. Ode 9, Deſine mollium tandem querelarum. id eſt deſine molliter conqueri. Deſino.

Participo te auro vel auri. Plautus, Paternum ſeruum ſui participat conſilij. Idem, Nam ille non potuit, quin aliquem familiarem ſuo ſermone participauerit. Apuleius 9. Metam. Dominum meum comis hoſpes opiparo prandio participat. Participo pœnam, id eſt in pœna fio particeps. Cicero, Qui alteri exitium parat, hunc ſcire oportet ſibi paratam peſtem vt participet parem. Dic etiam, Participo tibi hanc rem, id eſt tribuo. Hieron. Tunc erit eius fructus, quum ei Chriſtus dominus cælorum regna participauerit. Participo.

Scateo hac re, & aliquando Scateo huius rei, id eſt ebullio, affluo, & plenus ſum. Gellius libro primo, cap.15, Videas quoſdã ſcatere verbis. In eodem libro, cap.17, Irarum & moleſtiarum muliebrium per diem pérque noctem ſcatebat. Scateo.

Dat patrium aut quartum faſtidio: ſed mage quartum. Faſtidio hanc rem, per accuſatiuum nunc dicimus. Olim etiam Faſtidio huius rei. Virgilius, Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis. Plautus in Aulularia, Abijt, neque me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil.6.Saty. Triſtes, difficiles ſumus: faſtidimus bonorum. ſic plures antiquorum teſte Nonio. Male ergo Valla putauit nuſquam cum genitiuo reperiri. Male Raudẽſis de accuſatiuo tacuit. Lucretius dixit, Nec me animi fallit. pro nec ignoro. ſed de hoc verbo paulo antè plura dixi. Faſtidio.

REGVLA DECIMA.

Dic ſatago rerum, patrium aut dantem miſereri,
Sed mage vult patrium. Dominor dat rite datiuum,
In ſacris etiam patrium: velut auxiliari.
Grammaticæ leges plerunque eccleſia ſpreuit.
Tu viuendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

Satago regit genitiuum rerum. Miſereor vult genitiuum vel datiuum: ſed melius genitiuum. Dominor & auxilior datiuum regunt apud omnes eccleſiaſticos, qui cum genitiuo etiam conſtruunt. Cæterum, ſi rectè viuere velimus, ſanctos imitabimur etiam indoctiſſimos: ſi venuſte cupiamus ſcribere aut loqui, linguæ Latinæ doctos imitari ſtudebimus, licet Nerone peiores: vt Satago rerum mearum. id eſt anxius & ſolicitus res meas curo. Miſerere mei deus. In ſacris, Nõ miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Lancilotus dicit Satagit tantum in tertia perſona eſſe in vſu, & ſignificat anxium & ſollicitum eſſe, & ſatis habere quod quis agat. Terentius in Heaut. Nam hic Clinia, etſi quoque rerum ſuarum ſatagit: attamen habet bene & pudice eductam, ignarã artis meretriciæ. Sæpe ſine caſu ponitur. In euang. Martha ſatagebat circa frequens miniſteriũ. id eſt diligens & ſollicita erat. Cæſar in cõmentarijs, Qui ſatagentibus celeriter occurrant. Etiam ſignificat niti: vt Conditori nos placare ſatage. Gel. Satiſagens dicit, vt lib.18, Plorantibus omnibus noſtris, atque in ſentina ſatiſagẽtibus. Satago.

Miſereor tui. Virgilius, Nil noſtri miſerere, mori me denique cogis. Plautus, Neminis miſereri certũ: quia mei miſeret nemo. antique dixit miſeret, pro miſeretur: aut nemo, pro neminem. & genitiuus neminis rarus eſt. Cicero pro Cælio, Neminis nomen detuliſſet. Miſereor datiuum raro habet apud doctiſſimos. In ſacris nimis ſæpe: quia ſynonymum verbum datiuum habet apud Græcos. Cicero 2. Tuſcul. Perge, aude nate: illachryma, patris peſtibus miſerere: gentes noſtras flebunt miſerias. Seneca de vita beata, Hunc promereor: illi credo: huic ſuccurro: huic miſereor: illum inſtruo. Eſdræ 4, Miſerere illis, qui conuerſionem faciunt. Miſereor neminis. Miſeret.

Quod verbum comprehenditur ſub Miſereor? Illi ſynonymum miſereſco. Statius primo Theb. Et generis miſereſce tui. Virgilius, Miſereſcite regis. Boetius quarto de Conſolatione, Dilige iure bo- Miſereſco.

nos,& miſereſce malis.hic datiuū habet. Virgilius 2. AEneidos, His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro.Hic explicite nullum caſum habet,vt neque apud Sillium 2,Miſereſcere neſcius hoſtis.quia nominatiuus eſt hoſtis. Miſereor aliquādo accuſatiuū regit:niſi mendoſi ſint libri. Gel. lib. 7.cap.5, Fratris reliquias ferens Electra cōploret,miſereatur interitum eius. Noli imitari: quia videtur mihi mendum miſereatur,pro miſeretur,à miſeror: quēadmodum apud Curtium culpa librariorum miſeratus pro miſertus legitur. Curt.lib.5,Ille non fortunæ ſolum eorum: ſed etiam pœnitentiæ miſeratus, terna milia denariûm ſingulis dari iuſſit. Calepinus dixit miſereſco etiam regere accuſatiuum

Commodū. propter illud Apuleianum,Commodum omnes miſereſcimus. ſed fallitur: quia cōmodum aduerbiū eſt pro iam. Idem,Commodum limen euaſerant. Cic.13.ad Atti. Cōmodum ad te miſeram Demeam, quum heros ad nos venit.

Miſereor. Miſeror. Quomodo differunt miſereor & miſeror? Miſereor eſt ſecundæ coniugationis regens genitiuum,& quandoque datiuum: ſignificátque ex alicuius miſeria corde anxium eſſe, & miſerum ſubleuare. Veteres dicebant miſereo. Ennius in Hecuba, Miſerete,manus date ferrū, vt me anima priuem. Miſeror miſeraris,primæ cōiugationis, ſemper regens accuſatiuū,eſt aliena incommoda ex miſericordia conqueri,lamentari,deflere, deplorare. Stat.11. Theb. -plangunt ſua damna coloni: Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas. Suet.in Claud. Miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquam eſſet:ac diu publico abſtinuit. id eſt defleuit. Ceſar 1.comment. Cum familiaribus ſuis commune malum miſerabantur. Et 2.de bel. Ciui. Suam mortem miſerabantur. id eſt lamētabantur. Iuſti.11,Innoxij ſenis filijque caſum miſerantes. Virg.4. AEneid. Num lachrymas victus dedit,aut miſeratus amantem eſt? Veteres miſero miſeras,dixere. Actius, Miſerarent mala.

Auxilior. Auxilior miſeris,dominor victo. In Sacris cum genitiuo legitur. Hiero.in Iſaia, In die ſalutis auxiliatus ſum tui. Idem in Eccleſiaſtico,Et dominatus eſt beſtiarum. Nos hanc cōſtructionem non imitabimur:licet verba ſynonyma apud Græcos regant genitiuum,pro quo datiuus ponendus erat:quia nec verbo verbum curabis reddere fidus interpres.

Dominor? Quotuplicem conſtructionē habet dominor? Quadruplicem. Primo regit datiuum. Virg. Victis dominabitur Argis. Secundo accuſatiuū cum præpoſitione in. Ouid.1. Metam. Sanctius his animal mētiſque capacius altæ Deerat adhuc,& quod dominari in cætera poſſet. Cic. Fœlix ſenectus ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominabitur in ſuos. Tertio regit ablatiuū interceſſu præpoſitionis in. Salluſt. Fortuna in omni re dominatur. Seruius Sulp. Ciceroni, Caſus & natura in boois dominantur. Virg.2. AEneid. Incenſa Danai dominantur in vrbe. Quarto regit genitiuum,quod non eſt imitandum:vt Quis dominatur tui in dijs domine? Principes gentium dominantur eorum,&c. Dominor aliquando paſſiue capitur. Cic.1. Offic. O domus antiqua quàm diſpari domino dominaris.

REGVLA XI.

+ Accuſo, damno, moneo,contraria,laudo,
Criminis aut pœnæ vel laudis habento ſecundum,
Aut ſextum:ſed Valla dedit tantummodo ſexto
Altero,& ambobus neutro vel vtro vel vtroque.

Verba accuſandi,damnandi,monendi,laudandi,& his contraria: vt excuſandi,abſoluendi, vituperandi,regunt genitiuum vel ablatiuum criminis,pœnæ,admoniti,laudis,vituperij: vt Accuſo te furti, vel furto. Incuſo te negligentiæ,vel negligentia. Arguo te mendacij,vel mendacio. Admoneo te debiti,vel debito. Laudo te virtutis,vel virtute. Abſoluo te iniuriarum,vel iniurijs,&c. Omnia pœne genitiuum frequētius habent quàm ablatiuum,demptis quinque ablatiuis, altero,ambobus,&c. quia per genitiuum hic loqui non licet,teſte Valla:vt Vtro accuſatus es,furti,an homicidij? nō vtrius. Neutro accuſatus ſum,non neutrius. cuius cauſa non alia eſt,quàm authorum aſſiduus vſus. Nam qua ratione in altero poſſet intelligi vitio: ita in alterius intelligeretur genitiuus vitij. Philelphus, Se vitij damnat,vitium qui laudibus effert.

Accuſandi verba. Damnandi verba. Laudandi. DA ACCVSANDI verba. Accuſo,incuſo,ago,poſtulo,arceſſo,inſimulo,arguo, noto, alligo,aſtringo,corripio,reprehēdo,criminor,& ſiqua ſunt ſimilia. Da his contraria. Excuſo,purgo,&c. Da damnandi. Damno,condemno,multo,admulto,punio,plecto,conuinco,redarguo,&c. Da his contraria. Abſoluo,libero,&c. Da monendi. Moneo,admoneo,commoneo,commemoro, cōmonefacio, conſulo,&c. Da laudandi. Laudo,miror,probo,commendo,&c.

Accuſo. Accuſo quotuplicem conſtructionem habet? Quadruplicem. Primo regit accuſatiuum cum genitiuo. Tullius pro Sylla,Qui alterum coniurationis accuſet. Secundo accuſatiuum cum ablatiuo ſine præpoſitione:vt Accuſo te furto. in paſſiuis accuſatiuus omittitur. AEmilius Probus, Accuſatus hoc crimine. Tertio ablatiuum cum præpoſitione de: vt Accuſo te de furto. Gel.lib.17.cap.3, Qua Timarchum de pudicitia grauiter inſignitérque accuſaret. Dicimus etiam Accuſo te iudici,vel apud iudicem,vel coram iudice. Qui alia accuſandi verba ſimiliter conſtruxerit,non errabit,vt ego opinor. Elegātius dices,Accuſo te capitis,quàm capite. AEmilius Probus de Pauſania,Accuſatus capitis abſoluitur. Quarto Accuſo regit accuſatiuū criminis: vt Accuſo furtū tuum. Cic.1.de Oratore,Nam

Multo. Multo, id eſt lacero, mutilo, verbero. Terent. in Adel. Ipſum dominũ atque omnem familiam multauit vſque ad mortem. Hieronymus conſtruit cum duobus accuſatiuis: Multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.

Punio. Plecto. Punio & Plecto te falſitatis, & falſitate. Aug. de ciuitate dei, Si omne peccatum nunc manifeſta plecteret poena, nihil vltimo iudicio reſeruare putaretur.

Conuinco. Conuinco te furti aut furto. Cic. Maleficiorum multorum conuictam.

Abſoluo. Abſoluo te capitis, furti: aut capite, furto, &c. Cic. 2. ad Herennium, Cæcilius iudex abſoluit iniuriarum illum, qui Lucium Actium poetam in ſcena nominatim læſebat.

Libero. Libero te voti, & ſæpius libero te voto. Liuius 5. ab vrbe, Voti liberaretur. Ad accuſationem vel damnationem pertinent etiam Defero, teneo, interrogo, cado, increpito, periclitor, pecco, perdo.

Defero. Defero te furti, aut furto. id eſt accuſo. Corn. Tacitus, Maieſtatis delatus eſt. Delator, eſt occultus accuſator.

Teneo. Teneo te mendacij vel mendacio. Plaut. in Truculento, Mendacij te teneo. Corn. Tacitus, Repetundarum tenerentur.

Interrogo. Cado. Interrogo te furti. Tacitus, Capitonem repetundarum interrogant. Idem, Qui repetundarum criminibus ſub Claudio & Nerone ceciderant.

Increpito. Increpo vel increpito te negligentiæ. Sillius 8, Ergo alacer Fabiúmque moræ increpitare profeſſus, Ad vulgum in patres, & ouantia verba ferebat.

Periclitor. Periclitor capitis. Apuleius 8, Hic ego me potiſſimum capitis periclitatum memini.

Pecco. Pecco parricidij. Quint. in 6. decla. In vtroque parricidij peccas.

Perdo. Perdo te capitis. Plaut. in Milite, Quem ego capitis perdam.

Moneo. Admoneo. Commoneo Moneo, & admoneo, & commoneo, quotuplicem conſtructionem habent? Quadruplicem. Primo pro memorem facio, regunt genitiuum: vt Moneo te debiti. Salluſt. in Iurg. Sed quoniam tanti viri tempus admonuit. Quintil. Grammaticos ſui officij commonemus. Plinius in epiſt. Rei admoneor. Ouid. 1. triſt. Otia delectent, admoneántque mei. Tibul. Admonuit domini, deſtituítque Venus. Liuius 5, Aduerſæ res admonuerunt religionum. Salluſt. in Catil. Admonebat alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuæ. Secundo ablatiuum ſine præpoſitione: vt Admoneo te debito, teſte Mancinello. Tertio ablatiuum cum præpoſitione de. Tul. 4. epiſt. Putaui ea de te te eſſe admonendum. Quarto pro hortor, duos accuſatiuos. Terent. Ridiculum eſt te iſtud me admonere Clitipho.

Cõmemoro. Commemoro pro admoneo, cum genitiuo apud ſolum Boetium inueni, de Conſol. lib. 3, Me horum iam ſecundo commemoras. Idem noue cum datiuo poſuit (damno) niſi mendoſus ſit codex, in libro 1. de Conſolatione, Morti proſcriptioníque damnamur.

Conſulo. Conſulo te boni dixit Macrobius.

Laudo. Laudo te virtutis, aut virtute. Miror te iuſtitiæ, aut iuſtitia. Commendo te pietatis, aut pietate. Probo te honeſtatis, aut honeſtate. Hiero. Laudauit dominus villicum iniquitatis. Iuſtinianus Inſtitut. de legi. ag. ſuc. Laudamus prætores ſuæ humanitatis. Sillius lib. 1, Fœlix heu nemorum, & vitæ laudãdus opacæ. Idem libro 4, Laudabat læti iuuenem. Idem lib. 5. -laudande laborum
Quiſquis es, haud alia decuit te occumbere dextra.

Miror. Miror. Virg. 11. AEneid, -fama ingens, ingentior armis,
Vir Troiane quibus cælo te laudibus æquem?
Iuſtitiæne prius mirer, bellíne laborũ? Iuſtitiæne prius mirer, ſupple, te. Vt enim recte dicimus, Laudo te iuſtitiæ, pro Laudo iuſtitiam tuam: ita etiam venuſte cum Virgilio dixeris, Miror te iuſtitiæ. Seruius putat figuram eſſe græcam. Calepinus vult (miror) aliquando datiuum habere: ſed nullum affert exemplum.

Satiſdo. Ad hanc regulam pertinet Do poenas: vt Dat poenas maioris aquæ. & Satiſdo. Cic. in Verrem, Satiſdet damni infecti.

REGVLA XII.

Verba volunt ſexto pretium. ponas ſine fixo
In patrio pluris, tanti, quanti, atque minoris:
Cum fixo in ſexto. raro quartum valeo vult.
Vilius & melius, peius, vel carius emi,
Valla negat recte dici per nomina poſſe.

Omne verbum cuius actus aliquo pretio conſtat, poteſt regere poſt ſe nomen pretij vel valoris in ablatiuo: exceptis quatuor ſine ſubſtantiuis in genitiuo ſemper ponendis, Tanti, quãti, cum natis, tantilibet, tantidem, quantiuis, &c. & pluris, atque minoris: quæ cum ſubſtantiuis in ablatiuo ponuntur, vt cætera: vt Emi abs te equũ decem aureis. Doceo diſcipulum paruo, aut vili. id eſt quod barbari dicunt, bono foro. Triticum venditur magno, aut multo. Quanti mercatus es hunc librũ? non quanto,

nec pro quanto:quia ablatiuo pretij nunquam additur præpoſitio pro. Ideo dices, Quanti pranſus
es?aut quanto pretio: non pro quanto. Sicubi aliter inuenitur, mendum eſt. vt in decima declamatio-
ne Quintiliani, Si ad nos admouiſſes, quintuplo vendidiſſes. ſine præpoſitione emendatiores libri ha-
bent, vbi aliqui male legunt pro quintuplo. Et in Ariſtot. Politicis mendoſe legitur, Vendit pro pecu-
nia. pro vendit pecunia. Dicito igitur, Quanti cupis cœnare? Quanti habitas? Quanti portat nuntius
epiſtolã? Quanti huc aduectus es? Quanti licitaris librũ? Quanti æſtimas triticũ? &c. non pro quanto,
nec quãto: niſi addas pretio. Nã falſus eſt verſiculus, Quanti vel quanto res cõſtat, quærere debes, &c.
Bene tamẽ dixeris, Quantũ dare vis pro libro? quia hic (pro) nõ additur pretio. Terẽt. in Eun. Minas Pro.
viginti pro ambobus dedi. id eſt x x. minis ambos emi. Pluris opinione librum emi. Quãticunque cõ-
paraueris, dignus eſt. Emi Ciceronem v i. libellis, quas Pariſiẽſes vulgo appellant, & ego tãtidem. Hoc
per ablatiuum dicere non poſſumus: quia tantidem ablatiuo caret.

Argumentor, In hac oratione, Quanti emiſti, Tribus ſolidis: Interrogatiuum à reſponſiuo diſcor-
dat in caſu: & hic per coniunctionem copulata ſunt diuerſorum caſuum. Emi librum duobus aureis,
& pluris. ergo ſunt orationes ineptæ: quia peccant contra regulam, Conſimiles optant caſus, &c.

Reſpondeo, Non peccant contra dictam regulam: quia intelligitur regula, niſi dictio neceſſariò re-
gat diuerſos caſus: ideo additur, Si non regimen varietur.

Genitiui tanti, quanti, pluris, minoris ſunt nomina ſubſtantiua hic, teſte Lanciloto, nec intelligitur
pretij: quia male dicitur, Quãti pretij emiſti? Inuenio tamẽ ſæpe talem orationem, Ille eſt magni pre-
tij. Terentius, Videtur eſſe quantiuis pretij. Plautus in Epidico, Fateor me eſſe minimi pretij. Liuius Quantiuis
lib. 8. de ſecundo bello Punico, Octo milia hominũ eſſe maioris pretij. Plautus, Mortuus pluris pre- pretij.
tij eſt quàm ego. Salluſt. in Iugurtha, Exiſtimate, facta an dicta pluris ſint pretij. Terentius in Hecyra,
Meam herus eſſe operam deputat parui pretij. Cicero in Paradoxis, Areas quaſdã magni pretij æſti-
mant. ſubaudi, infinitiuum eſſe. Ideo nunquam dixero, Quanti pretij emiſti? Vendidi pluris pretij, &c.
recte autem dicimus, Oleum pluris pretij, per primam regulam genitiui. Varro in re ruſtica, Plus red-
dant muſti & olei & pluris pretij. ſubaudi, muſtum & oleum. Ne eum Lanciloto dicas, pluris pretij
regi à verbo reddant.

Emi totidem non dices, vt ſit genitiuus contra Synthenium. ſed bene, Emi librum totidem aureis.
id eſt tam multis, &c. In quibuſdam ſolum aduerbialiter loqui licet, teſte Valla: vt Emo vilius &
melius. id eſt quod barbari dicunt, pro meliore foro: Latini, Emo minoris. Emo peius aut carius, id
eſt pluris.

DA VERBA HVIVS REGVLAE. Emo, comparo, mercor, vendo, vænũdo, diſtraho, væneo,
loco, conduco, taxo, liceo, liceor, addico, metior, fœneror, paciſcor, mutuor, ſto, conſto, ſum, valeo, redi-
mo, ædifico, impleo, calceo, doceo, ago, &c. Quanti emiſti librum? id eſt quanto pretio. hic exponens
& expoſitum non poſſunt eſſe eiuſdem caſus.

Virg. Magno mercentur Atridæ. id eſt emant. Hinc mercatus. Plinius, Delos inſula Græcorum Mercor.
mercatu celebrata eſt. Plaut. in Moſtellaria, Num nimio tibi emptæ videntur. Horatius, Quanti em-
ptæ? Paruo. Quanti ergo? Octuſſibus, Heu, heu.

Virg. Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles. Paraui librum vili. Vendo.

Tanti emi, quanti voluiſti. ſubauditur pulchre vendere. Ruſticus diceret, Tanti emi, quantum vo- Paro.
luiſti. ſubaudi, habere. Cic. lib. 3. Offic. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Plautus, Emo.
Emo tanti, quanti poſcit. Gel. lib. 1, Tres reliquos mercatur nihilo minore pretio.

Comparo, pro emo Latiniſſimi dicunt: licet beatus Hieronymus derideat Rufinum tãquam parum Comparo.
Latine locutum: quòd comparatum codicem pro emptum dixerit. Suet. in Cæſare, Vndique familia
comparata. Cato de re ruſtica, Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Idem, Reli-
qua quæ comparanda ſunt, ſiquid deſit, in annum vti comparentur: quæ ſuperſint, væneant. Suet. in
Calig. Carius pecudes compararentur. Liu. lib. 2, Annonæ in primis habita cura, & ad frumentũ com-
parandum miſſi, alij in Volſcos, alij in Cumas. Nemo itaque eſt qui incuria non aliquando labatur.

Terent. Quanti eſt ſapere? id eſt valet. Romulus, -non eſt mihi copia tanti, Vt ſeruus fieri vẽtris Eſt.
amore velim. Plautus in Trinummo, Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem.

Suetonius in Veſpaſiano, Interrogauit quanti calceaſſet. Calceo.

Varro 1. de re ruſt. AEdificantur magno: implentur magno. Quanti ædificaſti hanc domum? AEdifico.

Terent. Quid agas? niſi vt te redimas captum, quàm queas minimo: & ſi nequeas paulo, at quanti Impleo.
queas. Hic neceſſario copulantur diuerſi caſus. Redimo, id eſt libero, quaſi iterum emo. Liu. lib. 2. de- Redimo.
cadis tertiæ, Hic miles magis placuit, quũ pretio minore redimendi captiuos copia fieret. hic (quum)
aduerbium eſt, per præpoſitionem barbare, Emi hunc equum cum multa pecunia. Cic. Non vendo
pluris, quàm alij: fortaſſe etiam minoris.

Quanti indicas hunc porcum? id eſt quod vulgus dicit, Quantum vis habere pro porco? Plaut. in Indico.
Perſa, Sciam quanti indicet. Plin. lib. 28. cap. 13, Emi lienem vituli, quanti indicatus ſit: iubent magi,
nulla pretij contagione.

Taxo, id eſt pretio æſtimo. Plin. lib. 18, Illos qui frugiferas tanti taxauerant. Taxo.

Docco. Plin.lib.35, Docuit neminem minoris talento. Iuuen. Chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quãti.
Ago. Idem, Atque ideo pluris, quàm Coſſus, Paulus agebat. Sic, Quanti locaſti, aut conduxiſti domum?
Conſtat. Quanti conſtat:& pro eodem, Quãti ſtat tibi hic liber? id eſt, Quanti emiſti, aut acquiſiuiſti, &c. Iu-
Stat. uenalis, Tanti vna venefica conſtat. Idem, Quanticunque domus conſtet. Seneca, Paruo fames cõſtat,
magno faſtidium. Liu.23, Multo ſanguine, ac vulneribus ea Poenis victoria ſtetit. Quintilianus, Quã-
ti ſteterint. Virg.10, -haud illi ſtabunt AEneia paruo Hoſpitia.

Vænui In Euang. Duo paſſeres aſſe væneunt. id eſt venduntur. hinc Habeo vænui, id eſt vænale. Apul.8.
habeo. Metam. Eum rogauit vnus è noſtris, haberétne vænui lacte. id eſt lac. Subijcio vænui, id eſt expono vt
vendatur. Apul.9. Metam. Altera die productum me rurſum voce præconis vænui ſubiecerunt.

Liceor. Liceor, id eſt pretiũ defero vendẽti, & proprie in auctione. Perſius, Et centum Græcos curto centuſ-
Licitor. ſe licetur. Plaut. in Sticho, Iocos ridiculos vendo: age licemini. Licitor. Idem in Curg. Licitamini ho
Licitus. ſtium capita. A liceor eſt licitus: à licitor, licitatus. prius Calepinus nuſquã legit. Ego vero ſæpe in Ci-
cerone, vt actione quarta in Verrem, Vtrum eſt æquius, eum qui manu quæſierit, an eum qui digito
Liceo. licitus ſit, poſſidere? Plaut. in Menæh. licebunt pro licebuntur, dixit. Liceo proprie eſt neutrum paſ-
ſiuum, & ſignificat æſtimor. & verus eſt plebeius verſiculus, Non licet aſſe mihi, qui me non aſſe lice-
tur. licet Tardiuus derideat. Marti. Paruo cum pretio diu liceret. id eſt æſtimaretur.

Valeo. Valeo huc pertinet: vt Quanti valet hæc vacca? Decem florenis, vt nunc loquuntur. Digeſtis ad le-
gem Aquiliam, Quãti valeret. Ibidem, Quaſi minimo valeret hæreditas. ff. Ad legem Iuliam, Quanto
pluris hæreditas valeret. Plin.34. cap.3, Ita vt ſcrupulum valeret ſeſtertijs vicenis. In Geneſi, Terra, quã
poſtulas, quadringentis ſiclis valet. Aliquando hoc verbũ regit pretium in accuſatiuo. Quintil.9, Idem
ſignificent, atque idem valeant. Cic.1. ad Herennium, Plus valet ſanctio promiſſione. Varro 1. de lin-
gua Latina, Denarij, quòd denos æris valebant: quinarij, quòd quinos.

REGVLA XIII.

De verbis plures genitiuos regentibus.

AEſtimo, curo, puto, facio, cum conſulo, duco,
Pendo, habeo, refert, eſt, inter, & eſt bene iungo:
Ante dabunt rectos patrios cum plurimi & æqui,
Et parui, nihili, nauci, floccíque, boníque:
Magni, infiniti, maioris, maximi, & aſſis,
Et minimi, multi. Quædam bene ponito ſexto.

Verba æſtimandi, vt AEſtimo, exiſtimo, curo, puto, facio, conſulo, duco, pendo, & habeo, præter ge-
nitiuos tanti, quanti, pluris, minoris, regunt etiam genitiuos plurimi, æqui, parui, nihili, nauci, flocci,
boni, &c. quibus additur pili: & forſan plures. pro quibuſdam poſſunt habere ablatiuum: vt Parui te
æſtimo. & ſignificant omnia hæc verba æſtimare. Terent. Quid de me fiat, parui curas. Ego hanc rem
nihili duco. Semper te plurimi feci. Cicero 3. epiſt. Demõſtrauit me à te plurimi fieri. Apul.1. Metam.
Iſtud quidem quod polliceris, æqui boníque facio. Idem libro ſexto, Optimi conſule. id eſt æſtima, iu-
dica. Quintil. Conſul à conſulendo, id eſt iudicando: vnde eſt, Rogat vt boni conſulas. Ouid. ſexto de
Ponto, Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni. id eſt Iudica, & in bonam partem accipe nugas no-
ſtras. Boni conſule, quæſo.

Flocci. Flocci non facio, aut pendo, aut curo, &c. parui æſtimo, flocci facio: id eſt Penitus nihili æſtimo.
Flocci, ſunt lanarũ particulæ diuiſæ à velleribus inutiliter euolãtes. Flocculi, parui flocci. Plaut. in Ru
dente, Minacias ego iſtas flocci non facio tuas. hic flocci ſeparatur à facio. ideo Magni facio, Flocci pẽ-
Nihili. do, Nihili curo, &c. orationes melius dicuntur, quàm verba compoſitæ figuræ. Plaut. in Curg. Reſpi-
cio vos nihili meam gratiam facere.

Sumpti Dicimus etiam lucrifacio, pro lucror: Sumpti facio, pro expendo. Plaut. Si nunc me ſuſpendam,
facio. meam operam luſerim: & præter operam, reſtim ſumpti fecerim.

Nauci. Nauci, eſt putamen nucis, minimi certe pretij. Ergo Nauci facio, id eſt Contemno, nihili æſtimo.

Magni. Magni refert, vel intereſt poſtea patebit.

Pluris. Ouidius, Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis annis. Horat. Fiet, erítque tuus nummorum
millibus octo.

Aſſis. Virg. Non aſſis faciunt. Catul. Omnes vnius æſtimemus aſſis. Aſſifacio, id eſt Parui æſtimo. com-
Aſſifacio. poſitum verbum eſt.

AEſtimo. Recte etiã dixeris, AEſtimo te aſſe: vt AEſtimo magni vel magno, id eſt taxo: ab æs, & timeo times,
id eſt pretiũ, quaſi ære taxo, teſte Valla. Boetius in prologo Topicorum, Paruo æſtimare videretur.
Hieronymus in Leuitico dixit, Tanto æſtimabitur. mallem tanti dicere. Val. lib.5, Magno vbique pre-
tio virtus æſtimatur. Seneca, Data magno æſtimas, accepta paruo. Cic. in Acad. Alia pluris eſſe æſti-

manda,alia minoris.

Exiſtimo.

Ab æſtimo,fit exiſtimo,id eſt iudico:& plus eſt quàm æſtimo. Prius enim æſtimamus, id eſt cõſyderamus:quàm exiſtimamus,id eſt iudicamus: & habet eãdem cõſtructionem quam æſtimo. Suet. Nec tulerat tam moleſte,tam magno exiſtimari honorem cœnæ ſuæ. Cic. in Tuſcul. Glorioſa ſapiẽtia non magno exiſtimanda eſt. In his ablatiuum habet. De genitiuo:Colum. Magni enim exiſtimabat.

Puto.

Noli grammaticam parui putare. Cic. 1. epiſt. fam. A me minimi putabantur. Catullus ad Furiũ, Noli ſpernere,nec putare parui. Idem dixit ad Coloniam, Nec pili facit. Cic. pro Plancio, Honores magni non putemus. Ibidem, Malueris deſyderare id quod minoris putaris. Idem pro Murena, Quanti putas eſſe ad famam hominum?

Teruncij.

Plautus dicit in Captiuis, Teruncij faciunt. pro nihili pendunt.

Infiniti.

Boetius libro tertio de Conſolatione, Quanti tu æſtimabis, ſi bonum ipſum quid ſit, agnoueris? Infiniti inquam.

Pluris.

Cicero in 5. Philip. Pluris habetur.

Pro nihilo.

Idem ſæpe dicit Pro nihilo habeo, pro nihilo duco, id eſt nihili æſtimo. ſic Pro nihilo eſt. Sil. 2, Cerno equidem,nec pro nihilo eſt mihi fœdera rumpi. Non dicã tamen, Habeo hunc librum pro nihilo, niſi ſignificem me eum contemnere. alioqui dicendum eſſet, Habeo librum gratis: aut, Liber datus eſt mihi,&c.

REGVLA XIIII.

Pauca recordandi patrium, quartúmve requirunt.
Vt memini, memoror: ſic obliuiſcor habetur.

Pauca verba recordandi, vt Recordor, memini, memoror, reminiſcor, & hoc verbum obliuiſcor, regunt genitiuum vel accuſatiuum. De genitiuo:vt Recordor pueritiæ, Memini nuptiarũ ſororis, Memoror beneficiorum à te mihi nuper collatorum, Reminiſcor hiſtoriæ, Obliuiſcor carminis.

Da exempla de accuſatiuo. Recordor pueritiam, Memini lectionem heſternam, Memoror nouiſſima mea, Reminiſcor acta mea, Obliuiſcor hiſtoriam.

Memini.

Da authoritatem de genitiuo. Plautus in Captiuis, Faciã vt huius diei, locíque, meíque ſemper meminerit, qui mihi in curſu obſtiterit. Melius dicitur, Memento mei, quàm me. Horatius, Vt valet, vt meminit noſtri.

Reminiſcor.

Terentius, Eius reminiſcor. Eſt autem Reminiſci, rem obliuioni traditam, ad memoriam reuocare.

Oblitus.

Virg. Oblitúſve ſui eſt Ithacus. Caper, Oblitúſne ſis noſtri. non autem, Oblitúſne ſis nos. Oblitus ab oblino, mediam corripit:Eſt oblita dei meretrix, atque oblita ſorde.

Memoror.

Memoror Valla negat apud claſſicos cum genitiuo reperiri, niſi fortè apud aliquem vetuſtiſſimum. Ideo non probat illud, Memorari teſtamenti ſui ſancti. At ego inueni Memoror cũ genitiuo apud eloquentiæ Latinæ parentem Ciceronem : actione quarta in Catilinam, Sui oblitus alij memoretur. id eſt alius. vt alibi, Nulli conſilij, pro nullius, dixit. Itaque bene dixit diuus Auguſtinus, Memoraberis domini dei tui:quia ipſe tibi dat fortitudinem. Sic hinc compoſitũ Commemoror. Hieron. in Eccleſiaſten, In die tribulationis commemorabitur tui.

Cõmemoror.

Recolo.

Recolo, pro recordor, cum genitiuo apud diuum Gregorium tantum reperio: Quum prioris vitæ recolo, quaſi poſt tergum oculis ductis ſuſpiro. Reliqui, quos imitaberis, cum accuſatiuo ponunt, pro reputo, repeto, meditor, & mente tracto. Diomedes, Supereſt vt ſingula recolendo memoriæ tenus mandentur, ne fruſtra cum tempore euaneſcant.

Obliuiſci.

Obliuia.

Bene dixit Cicero, Proprium eſt ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Hinc obliuia obliuiorum, id eſt obliuio. Horat. in Sermo. Iucundæ obliuia vitæ. Sil. lib. 13, Nec edunt obliuia laudem. Stat. lib. 5. Theb. Infandis venere obliuia curæ. Sic Ouidi⁹ & cæteri. Ne dicas cũ Tardiuo eſſe balbicũ.

Recordor de hac re.

Da authoritatem de accuſatiuo. Virg. Numeros memini ſi verba tenerem. Cic. Omnia, quæ curant ſenes, meminerunt. Solomon, Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Cic. Bella à ſe geſta triumphóſque recordẽtur. Dic etiam Recordor de hac re, & Memini de hac re. Cic. pro Plancio, De illis recordor. & dicitur quaſi rurſus in cor reuoco: vel iterum rem cordi do. Cic. pro L. Flacco, De vi, de manu, de armis, de copijs memineritis. id eſt recordemini. Virg. Dulces reminiſcitur Argos. Idem 2. AEneid. Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Stat. lib. 12, Veteres reminiſcitur actus. id eſt acta aut geſta.

Actus.

Memini.

MEMINI QVANDO accuſatiuo non iungitur? Quũ ſignificat mentionem facio. Quem tunc caſum petit? Genitiuum vel ablatiuũ cum præpoſitione (de). Suet. in Cæſare, Meminerunt huius cõiurationis. Quintil. Neque omnino meminit huius rei poeta ipſe. Idem, De quibus multi meminerũt.

Memini vidére aut vidiſſe.

Memini cuius temporis infinitiuo iũgitur? Tam præteriti quàm præſentis: quicquid dicant Agretius, Raudenſis, Valla: vt Memini audire à patre, vel Audiuiſſe à patre. Da authoritatem de præſenti. Terent. in Andria, Ego illam vidi virginem. forma bona memini videre. Cicero actione 5. in Verrem, Hoc me memini dicere. Virg. De cælo tactas memini prędicere quercus. Cic. 1. de legibus, Iuri ſtu

dere te memini. Gel. lib. 11. cap. vlti. Memini legere me in libro Ariſtonis. Plinius libro ſecundo Epiſt. Ita certe ex Quintiliano præceptore meo audire memini. Ergo male negat Valla præſenti iungi verbum Memini.

Memini cũ præterito.

Da authoritatẽ de præterito. Virg. in Georg. Nanque ſub OEbaliæ memini me turribus altis Corycíũ vidiſſe ſenem. Excuſat hoc Agretius: quia videre propter metrum dicere non potuit. At nugatur Agretius. Perſius, Nec in bicipiti ſopniaſſe Parnaſſo memini. Stat. lib. iij. Theb. Méque ipſum memini (necdum apta doloribus ætas) Fleſſe tamen, gemitúque meos æquaſſe parentes. Potuiſſent ſaluo metro dicere ſopniare, flere, æquare. nec poetæ ſoli ita loquuntur. Gel. lib. 13. cap. 28, Memini Quadrigarium dixiſſe. Cic. pro Balbo, Meminimus poſt roſtra inciſum, & inſcriptum fuiſſe. Et pro Sextio, Meminiſſem patrem huius vitam exhauſiſſe. Ibidem, Memineràm Marium ſenile corpus paludibus occultaſſe. Et act. 3. in Catil. Fuiſſe meminiſtis. Et act. 3. in Verrem, Memini me non ſumpſiſſe quem accuſarem: ſed recepiſſe quem defenderem. Idem in quarto Acad. Memini Antiochum ſententia deſtitiſſe. Et in 1. de legibus, Memini ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra viros. Valeat ergo Agretius cum ratiuncula ſua, Memini ſermo totus eſt præteriti: ergo præterirũ non admittit, &c. Plin. lib. 1. Epiſt. Memini quidẽ te iã quædã adnotaſſe. ſic idẽ ſæpius. Fab. lib. 12, Memini narraſſe mihi ſecundum.

Memoria & memoriter teneo.

Quomodo dicendũ eſt, Memoria teneo, an Memoriter teneo? Vtroque modo: ſed elegãtius Memoria teneo. Cic. Memoria teneo. Plin. ad Romanum, Tu facillimè iudicabis, qui tam memoriter tenes omnes: & conferre cum hac, dum hanc ſolam legis, poſſis. Hieron. in Deut. Memoriter teneant, & ore decantent. Quid ſignificat Memoriter? Quòd indocti dicunt, De extra, mẽtetenus, aut cordetenus, vt Scio memoriter, nõ cordetenus. Quid ſignificat cordetenus? Vſque ad cor: vt Vulneratus ſum cordetenus. Mẽtetenus, vſque ad mentẽ. Oretenus, vſque ad os. vt Sto in aquis oretenus: nõ autem, Diſco oretenus. Item Pronuntio memoriter, non memoria. At Repeto, & complector memoria, & memoriter. author Valla. Item Memini memoria vel memoriter. Plautus in Capti. Hem iſtud ſi potes memoriter meminiſſe, meſt ſpes nobis in hac aſtutia. Idem, Facile memoria memini.

Memini memoria & memoriter.

Memoror. Memoro.

MEMOROR QVOTVPLEX reperitur? Duplex. Memoror deponens, id eſt recordor: & memoror paſſiuum à memoro. Quomodo differunt memoro & memoror? Memoror deponens, id eſt recordor, regit genitiuum vel accuſatiuũ: vt Memoror mortis vel mortẽ. Memoro, id eſt ad memoriam reduco, narro, expono, recito: ſolum accuſatiuum regit, nunquam genitiuum. Virg. Muſa mihi cauſas memora. Sic Memora nobis fabulã. Non eſt hoc memoratu dignum. Egregiũ facinus & memorabile.

Cõmemoro

Commemoro & rememoro, idem. Cic. in Catone, Quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, cõmemoro veſperi. Exprobrat, qui beneficium, cui fecit, commemorat. Terentius, Nam iſta commemoratio quaſi, exprobratio eſt immemoris beneficij.

In mentem venit.

IN MENTEM venit heſternæ cœnæ, dicitúrne Latine? Etiam & eleganter quidem. Argumentor: Ibi verbũ perſonale (venit) habet ante ſe genitiuum pro nominatiuo: ergo eſt oratio incongrua, non ſecus quàm ſiquis dicat, Hominis ambulat. Reſpondeo, Genitiuus nõ regitur à (venit) ſed à nominatiuo venuſte ſubaudito (memoria) & ſenſus eſt, In mẽtem venit memoria, aut recordatio heſternæ cœnæ. ſed venuſtius nominatiuus ſubauditur, vt patet ex doctiſſimorũ vſu. Cic. actione tertia in Verrem, Vobis totius triennij veniat in mentem. id eſt Diligenter conſyderate, & recogitate totum triennium. Idem in quinto de finibus, Venit Platonis in mentem. Idem pro Sylla, Quum matronarum & virginum veniebat in mentem. Idem pro Quintio, Non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis, quàm æquitatis tuæ. Sæpiſſime ita: & rariſſime aliter loquitur Cicero. Terentius, Quum eius aduenti mihi venit in mentem. Vetuſte aduenti, pro huius aduentus dixit. Cicero, Quum eius temporis mihi in mentem venit. Hieronymus, Quum huius diei mihi in mentem venit, quo ante ſummum iudicem ſtatuar, non ſolum commoueor: verum etiam toto corpore perhorreſco. Male dicit Zenderus ſic nobis non eſſe loquendum.

In mentem venit de illa re, & illa res.

Bene dicimus In mentem venit de illa re. Plautus in Moſtel. Vt lepide atque aſtute in mentem venit de ſpeculo. Nec male dixeris, Venit mihi in mentem verbum tuum. Cicero libro 14. ad Atticum, Multa veniunt in mentem in vtranque partem. Idem in Verrem, Venit tibi in mentem nunquã P. R. dignitas. Liuius lib. 5. ab vrbe, Quotieſcunque patria in mentem venerat.

Subit mihi vel me.

QVOMODO differunt In mentem venit & ſubit? Vbicunque ponitur In mentem venit, poteſt poni ſubit, & non contrà. nam (ſubit) ad miſerationẽ pertinet: non in mentẽ venit. author Valla. Quintilianus, Nobis vero non natura aduerſus exanimes ingenuit non ſolum miſerationem (quæ cogitationi noſtræ ſubijt) ſed etiam religionem. Hic poſitum non decuit In mentem venit, aut (quod idem eſt) occurrit, ſuccurrit. Virg. Subijt chari genitoris imago. Subijt deſerta Creuſa. vbi nequaquam decuiſſet In mentem venit de charo genitore, & de Creuſa deſerta.

Quem caſum regit Subit? Datiuũ vel accuſatiuum. Quintil. Cogitationi noſtræ ſubijt. Nũquam ſubibunt mihi tuorum beneficiorum obliuia. Curtius lib. 3, Sera pœnitentia ſubijt regem. Titus Liuius in ſexto quartæ decadis, Cogitatio ſubit animum. Curtius in quinto, Subijt regem verecundia. In eodem, Subijt animũ memoria. Et libro ſexto, Horum cogitatio ſubibat exercitũ. Sæpiſſime ita loquitur: & tu ita recte loquêris. Plin. 5. Epiſt. Me recordantẽ cogitatio ſubit. ſic apud Ciceronẽ inuenies. Aliquando cũ infinitiuo ponuntur, In mentẽ venit & ſubit. Cicero, In mentem tibi nõ venit cauſam

publicam ſuſtinere.id eſt non cogitas. Plinius libro 35,Subit antiquitatem mirari.

REGVLA XV.

Refert,inter & eſt,eſt,ſignans commoditatem,
Officiúmve,petit quoſuis patrios,niſi ſeptem.
Refert,inter & eſt noſtráque meáque referto
Cum reliquis,capiet cuia vel cuius vtrunque.
Eſt noſtrum,veſtrúmque,meúmque,tuúmque,ſuúmque.

Hæc tria verba Refert,intereſt,& eſt,ad alicuius rei commoditatem vel vtilitatem,vel officium pertinentia,regunt quoſuis genitiuos præter ſeptem primitiuæ ſpeciei mei,tui,ſui,noſtri,veſtri,noſtrum, & veſtrum.pro quibus refert & intereſt,regunt ablatiuos mea,tua,ſua,noſtra,veſtra:quibus iungitur cuia.Eſt vero capit nominatiuos meum,tuum,ſuum,noſtrum,veſtrum. Eſt.

Da exempla vt hæc verba regunt genitiuum. Vxoris refert, quid rerum gerat maritus, noſſe. Boni ſcholaſtici intereſt diligenter ſtudere. Boni præceptoris eſt breuem eſſe. Da authoritatem. Tullius, Intereſt omnium recte agere.id eſt omnium officium eſt,vel ad omnes pertinet : teſtibus Mancinello & Nebriſſenſi: licet Lancilotus derideat hanc per verbū (pertinet) declarationem. Aut intereſt,id eſt vtile eſt. Liuius,Si nihil intereſt regis,peto vt dum dico,vinculis liberer. Ciceró,Cuius conſilij magni referebat te intereſſe. Idem, Iudicis eſt in cauſa ſemper verum ſequi. Idem, Adoleſcentis eſt maiores natu vereri.Idem,Barbarorum eſt in diem viuere. ſic Moris,iuris,officij,&c.ad morem,&c. pertinet. Nobis moris eſt.id eſt nos ſolemus. Mart. Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus. Quintil.lib.1. Inſtit.Sicut pleriſque moris eſt. id eſt Sicut plerique ſolent.dic etiam, Mos eſt mihi.pro, Ego ſoleo. Tacitus,Mos eſt regibus,quoties in ſocietatem coeunt,applicare dexteras.

Da exempla de Refert & intereſt cum mea,tua,ſua,noſtra,veſtra,cuia:vt Cuia intereſt fures ſuſpēdere? Carnificis. vel Cuius intereſt. Tua intereſt concionari. Mea refert auſcultare. Da authoritatem. Terentius in Hecyra, Tua quod nihil refert, percunctari deſinas. Cicero,Id quod tua nihil referebat. Refert. Boetius libro ſecundo de Conſolatione,Si natura pulchra ſunt,quid id tua refert? Cic. ad Curionem, Aut noſtra,aut ipſorum intereſt.hic coniunctio habet diuerſos caſus:nec eſt contra regulam,Conſimiles optant caſus:quia variatur regimen.ſic in reſponſiuo & interrogatiuo,Cuius intereſt? Mea.aut, Cuia intereſt? Petri. Cicero pro Murena,Ea cædes potiſſimum crimini datur ei,cuia interfuit:non ei, cuia nihil interfuit.Ad (cuia intereſt) Badius credit non inepte reſponderi per poſſeſſiuum Virgiliana, id eſt Virgilij.

Da exempla de (eſt) cum meum,tuum,&c.vt Meum eſt te,ſiquid pecces,punire. Tuum eſt parēti parēre.Non lateat hominem,ſuum eſſe deo auſcultare.Haud noſtrū eſt gulæ operam dare. Veſtrum eſt ô tyrunculi temporis rationem habere. Da authoritatem. Tul.pro L.Cornel.Neque enim meum Eſt meum. eſt contra authoritatem Senatus dicere.Idem ad Marcellum,Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati,& vitæ,& fortunis tuis. Terēt.in Heaut.Noſtrū eſt intelligere.Plaut.in Pœnulo,Eia haud veſtrum eſt iracundos eſſe.In ſacris,Non eſt veſtrum noſſe momenta & tempora,quæ deus poſuit in poteſtate ſua. Et ſedere ad dexteram vel ad ſiniſtram,non eſt meum dare vobis. Virg. Non noſtrum inter vos tantas componere lites.Valla videtur voluiſſe dicendum eſſe,Mea eſt,tua eſt.pro Meum eſt, tuum eſt,&c.ſed nulla affert teſtimonia:nec enim ita loquendum eſt.

Quæ figura eſt hic,inter & eſt? Tmeſis,interpoſitio particulæ,cauſa metri.Horatius,Quo me cunque rapit tempeſtas,deferor hoſpes. Tmeſis,eſt dictio diſſyllaba, cōtra ineptos dicentes Temeſis: nec Tmeſis. eſt figura vitioſa,ſi debitè fiat. Inuenitúrne in proſa? Ita aliquando. Cæſar 2.de bel.Gallico, Séxque centos obſides popoſcit.Gellius cap.vlti.libri 20,In quas res cunque inciderant. Tmeſis,eſt locutionis figura contra nullam congruitatis regulam peccans.

REFERT & intereſt habéntne aliquando genitiuum non ſignificantem rem cuius intereſt? Etiā, vt Magni mea intereſt.Qui ſunt illi genitiui? Tanti, quanti, magni,parui. In reliquis ſæpius habent vel nomina,vel aduerbia Multum, plus, plurimū, magis,minus,parum,paululum,maxime,minime, pauxillulum,nihil,aliquid,quid,ſiquid,& ſiqua ſunt ſimilia. ita docet Valla. Val.Maximus,Nihil intereſt,an humi,an ſublime putreſcam. Cicero, Permagni intereſt quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit.Minimum intereſt, id eſt pauxillū. Minime refert,id eſt nihil.Multum intereſt vnde quis gaudeat.id eſt multum differt. Terentius,Quid tua(malum)id refert? id eſt Quid ad te id attinet? & malum eſt interiectio.Reſpōdet alter,Magni.Calepinus cepit (intereſt) pro obeſt,minus bene,vt ego opinor.Colum.libro octauo de canibus, Non multum refert an villatici corporibus graues & parum veloces ſint.Plautus in Rudente, Quomodo habeas id,refert:iure an iniuria. Cicero,Siquid mea minus intereſt,id te fortè magis delectat. Terentius,Mea nihil refert dum potiar modo. Horatius,Intererit multum Dauúſne loquatur,herúſne. Iuuenalis,Plurimum enim intererit quibus artibus,& quibus hunc tu Moribus inſtituas.

REFERT, INTEREST, eſt, vt regunt genitiuos, qualia verba ſunt, an perſonalia an imperſonalia? Vbi infinitiuum habent, dicuntur imperſonalia non ſatis propriè: quia infinitiuum habent loco nominatiui. Plin. in principio de mũdo loquens, Huius extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Aliquando plane perſonalia ſunt. Cic. lib. 3. ad Atticum, Mea intereſſet loci natura. Quod tua non intereſt, deſine percunctari, &c.

Intereſt ad laudem. NOTANDVM eſt quòd pulchre dicimus, Intereſt ad laudem meam. pro, Intereſt laudis meæ. id eſt Vtile, vel magni ponderis eſt. Tullius libro Epiſt. 5. ad Lucceium, Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe: ſed ad properationem meam intereſt non te expectare, dum ad locum venias. Idem pro Plancio, Quantũ intereſſe vis ad rationem petendam? Item Ad hanc rem eſt, id eſt pertinet. Terent. in Phorm. Omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt.

Ad hanc rem eſt.

Intereſt vnde cõponit. INTEREST vnde componitur? Diſtinguo. Nam quando ſignificat vtile eſſe, vel ad rem pertinere, componitur ab in re eſt, & vocalitatis gratia pro re dicitur ter: vt Virginis intereſt pudicè loqui. id eſt in re virginis eſt. ſic regit quencunque genitiuum præter Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum, veſtrum: pro quibus habet mea, tua, &c. Et quandoque ponitur ſine caſu pro vtile eſſe. Plinius libro 9, Seri etiam radices illitas fimo intereſt. Secundò Intereſt componitur ab inter & eſt, & cõiugatur Interſum, interes, intereſt, &c. & ſignificat præſentem eſſe, regítque datiuum. Valerius Maximus, Quo facilius laboribus & periculis intereſſet. Cicero libro 11. Epiſt. fam. ad Brutum, Qui noſtro ſermoni interfuit. Secundò pro hoc ſignificato regit mediãte præpoſitione In ablatiuum. Cic. lib. 10. Epiſt. fam. ad Plancum, Siquid erit in quo intereſſe neceſſe ſit, nunquam deero.

Tertiò accuſatiuum mediante In. Cic. in Rhetoricis, Siquo die Romæ iſta cædes facta eſt, ego Athenis eo die fui, intereſſe in cædem non potui.

Intereſt. Quot modis capitur, Intereſt, quando componitur ex inter & eſt? Quatuor. Primò pro præſens eſt: vt Interſum lectioni. Quem caſum tunc vult? Datiuum, aut cum In accuſatiuum vel ablatiuum: vt Interſum concioni, in concione, vel in concionem. Secundò pro in medio eſſe. Liuius de ſecundo bel. Pun. Id morari victoriã rati, quòd intereſſet amnis. Colum. Arbores quæ interſunt, ablaqueabuntur. Tertiò Intereſt ſignificat differre: Inter doctum & indoctum multum intereſt. Quẽ tunc caſum vult? Accuſatiuum cum præpoſitione Inter. Cicero, Inter hominem & beluam hoc maxime intereſt. Aut ſine inter, accuſatiuum. Seneca de vita beata, Nihil intereſt hos & illa. id eſt nihil eſt inter hos & illa. & nihil differunt hi & illa. Aut regit ablatiuum cum præpoſitione à vel ab, aut datiuum: vt Sapiens intereſt à ſtulto, vel intereſt ſtulto. id eſt differt à ſtulto. Terentius, Homo homini quid præſtat! ſtulto intelligens quid intereſt! Aut ponitur ſine caſu poſt ſe. Terentius in Adelphis, Hoc pater, hoc dominus intereſt. Quartò capitur Intereſt pro diſtat: vt Hinc ad forum interſunt viginti paſſus.

Refert. REFERT vnde componitur? Diſtinguo. Nam ſi ad commoditatem & officium rei ſpectat, componitur ex ablatiuo re, & verbo fero, fers, fert: & requirit quencunque genitiuũ præter ſeptẽ: pro quibus habet mea, tua, &c. vt Reginæ refert caſtè viuere. Tua refert diligenter ſtudere. nec longe hinc eſt quod Plinius ait, Infinitum refert lunaris ratio. id eſt valet in infinito. Plinius lib. 16, Nec terræ tantum natura circa has refert. id eſt vtile eſt. Virgilius libro ſecundo Georg. Neque enim numero comprendere refert. id eſt vtile aut neceſſe eſt. hoc modo re producitur ſemper in (refert). Si autẽ ſignificet Reportor, retraho, dico, & corripiatur re, tunc componitur à præpoſitione inſeparabili re, & verbo fero. Virgilius, Pedémque refert quaſi tactus ab angui. id eſt retrahit. Refer nobis aliquid noui. id eſt narra. Refer arma domum. id eſt reporta. Referam tibi gratiam. id eſt par reddam. Boetius, Hæccine præmia referimus tibi obſequentes? id eſt recipimus. De hoc verbo in regimine datiui & accuſatiui plura. ideo nunc ſuperſedeo. Tam intereſt quàm refert compoſita cum nomine re ſignificant aliquando differre: vt Multũ intereſt aut refert. Iuue. -paruo diſcrimine refert, Quo geſtu lepores aut quo gallina ſecetur. Plautus in Moſtel. Pluma haud intereſt patronus an cliens tuat
Homini, cui nulla in pectore eſt audacia.

Refert mea non mei. QVARE NON dicimus Intereſt, refert, eſt mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum, veſtrum? Quia ita nunquam Latini locuti ſunt. hæc ratio pueris ſufficientiſſima eſt. nam veterum authoritas nobis pro ratione eſt: & ad eam tanquam ad anchoram confugimus. Cæterum quia acutiores ſcholaſtici libenter argutas rationes ediſcunt: ideo pro ingenioſioribus quæro,

Quare non dicimus Intereſt, refert, eſt mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum, veſtrum? Reſpondeo, Quia intereſt & refert componuntur ex ablatiuo re: vt Intereſt, id eſt in re eſt. Refert, pro res fert: id eſt vtile eſt, vel ad rem pertinet. iam non dicimus in re mei, tui, &c. pro re mei, tui, &c. Cur non? Quia res ſignificat poſſeſſum aut habitum: ergo ei non iungimus genitiuos paſſiue ſignificantes, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri: per regulam, Poſſeſſum ſpernit, &c. Cur non dicimus Intereſt, refert noſtrum, veſtrum? Quia noſtrum, veſtrum, ex vſu doctiſſimorum vix aliter quàm partitiue ponuntur: vt Aliquis noſtrum, &c. & cum omnium, duorum, &c. vt Intereſt omnium noſtrum. hæc eſt ratio Peroti, quam alij laudant, quibus ſuffragor. Valla aliter dixit, & in idem recidit, ſi bene conſyderes: quia hæc verba, Refert, intereſt, dicunt officium & commoditatem: ideo requirunt genitiuum actiue ſignifican-

tem. Cur ablatiuum? Quia Latinorum proprius eſt. Cur fœmininum? Quia ſuauius eſt. Verum clarior & probabilior eſt ratio Perotti, & eam ampleſtendam cenſeo. Perottus dicit refert, id eſt res fert: ſed ita poſceret nominatiuos mea, tua, &c. Ideo melius dicit Badius refert, quaſi fert pro re, id eſt vtilitate & commodo. Cur non dicimus Eſt mei, tui, &c? Hic certe non includitur nomen res. quia in (eſt) ſubauditur nomẽ neutri generis munus vel officiũ. Iam propter regulã, poſſeſſum ſpernit, &c. Non dicimus Officium mei, ſed Officiũ meum, tuum, ſuum: ideo (eſt) vult in neutro genere meum, tuum, &c. Dicimúſne apte pro intereſt, in re eſt? Etiam: vt In re tua eſt diligenter ſtudere. id eſt tibi vtile eſt. Da authoritatem. Terẽtius in Andria, Si in re vtrique eſt vt fiat, accerſi iube. Plautus, Veniat nécne, nihil in re eſt mea. Poteſtne hoc per accuſatiuum dici? Poteſt: vt In rem meam eſt. Da authoritatem. Plaut. in Amph. Nuntiem quæ maxime in rem veſtram communem ſient. Idem in Aul. In rem hoc tuam eſt. Terentius in Hecyra, Dij deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Salluſtius in Catil. Multa cum ſingulis ſæpe egerat: tum in rem ſore credens vniuerſos appellare. Liuius lib. 27, Imperat quæ in rem ſunt.

In re, vel in rem eſt.

AN LATINE dicimus Intereſt vel refert mea hominis, deo parẽre? Eſt tuum Chriſtiani Chriſtum imitari? Non. Cur? Quia regula eſt Laurentij Vallæ, Primitiua mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, & pro his poſſeſſiua meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, nullos admittunt genitiuos niſi quintuplices. ſed vtendum eſt relatiuo, qui, quæ, quod: vt non dicimus, Miſerere mei peccatoris, ſed Miſerere mei qui ſum peccator. Nec legis librum meum Deſpauterij: ſed Legis librum meum, qui ſum Deſpauterius. Ideo male dixit Priſcianus, Eges mei Priſciani: licet enim dicamus, Ego Priſcianus, mihi Priſciano, &c. non tamen mei Priſciani, vt (mei) ſit ab ego. Cur hoc dicis, vt mei ſit ab ego? Quia ſi mei ſit à meus, tui à tuus, &c. bene dices Priſciani mei, ſcilicet amici, ſodalis, aut ſerui, aut filij, &c. Virgil. Siqua tui Corydonis habet te cura, venito. Terent. Cuium puerũ hic appoſuiſti? Veſtri. Cuius veſtri? Pamphili. Itaque dices, Intereſt tua qui es doctus, non Intereſt tua docti: licet aliter ſentiat Sulpitius: quia dictum ſuum authoritate veterum non probat. Doce veterum authoritate loquendum eſſe per relatiuum. Terent. in Adelphis, Id mea minime refert, qui ſum natu maximus. Ouid. Nunc mea verba legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrum. Ne exponas cum indoctis mea. id eſt mei poſſeſſoris: quia poſſeſſoris mei, vt mei ſit ab ego, male Latine dicitur. In libro Iob, Et veſtigia pedum meorum conſyderaſti: qui quaſi putredo conſumendus ſum. In Epiſt. Pauli, Scripta ſunt hæc ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorũ deuenerunt. rectius tamen dixiſſet noſtri: quia paſſiua ſignificatio eſt. Terent. in Andria, Omnes laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. laudare, id eſt laudabant.

Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri: & pro his meus, &c. quos genitiuos admittant,

An hæc eſt Latina, Audis verba mea, qui ſum præceptor tuus? Etiam. Quare? Quia relatiuum qui, refert antecedens mea pro primitiuo mis, quod eſt maſculini generis.

Argumẽtor, Mea eſt hic pluralis numeri, neutri generis: ergo diſcordat à relatiuo (qui) in genere & numero. Reſpondeo, Licet mea extrinſecus gratia rei poſſeſſæ ſit neutri generis: tamen gratia primitiui intrinſecus eſt omnis generis. iam fiebat relatio pro re poſſidente. alioqui diceremus, Audis verba mea, quæ bona ſunt, & ita nulla fuit incongruitas.

Quotuplicem perſonam includunt poſſeſſiua Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter? Duplicem. Perſonam poſſeſſam, & intrinſecus perſonam poſſidentem, quæ ſignificatur per mis, tis, ſis: ſed in vſu non ſunt, & noſtrum, veſtrum, quæ partitionis regimen ferè ſemper ſibi vendicant. Gratia primitiuorum fit ad deriuatiua ſępe relatio: & genitiuus interdum additur: vt Mea ſolius opera. nec vlla eſt ineptia. Quid cauſæ eſt, cur non dicamus, Eges mei Priſciani, pro, qui ſum Priſcianus? Aſſiduus doctiſſimorũ vſus, hoc dicentium, illud reſpuentium. Cur reſpuunt? Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas. Conijcio tamen id factum ambiguitatis tollendæ gratia: nam mei Priſciani, ſi ab ego recte diceretur, ſæpe dubium eſſet, an de me, an de meo loquerer, &c.

Argumentor, Dicit Hieronymus in Epiſtola Pauli ad Corinth. Salutatio manu mea Pauli: pro, qui ſum Paulus. ergo ſimiliter licet dicere, Intereſt mea Petri vel magiſtri, &c. Reſpondeo, Interpres tranſtulit ſic de verbo ad verbum ex Græco: in qua re nõ eſt imitandus, vt neque in multis alijs, quia Græci non habent hanc elegantiam de mei, tui, ſui, &c. quam Latini. quæ res decepit interpretem: niſi ex induſtria voluerit linguam Latinam relinquere, quod non facies, ſi vis Latine loqui. Nec illud imitandum eſt, Tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis: quia meus, tuus, &c. recipiunt genitiuos participiorum ſine ſubſtantiuis duntaxat. Ideo illud Boetij non eſt imitandum, Solantur mœſti nunc mea fata ſenis. Boetius valde doctus fuit: tamen à Valla aliquando iure carpitur.

Mea Pauli.

Meo ancillæ.

Mea ſenis.

Argumentor, Dicit Terentius in Heautont. Inopis te nunc miſereſcat mei. pro, mei qui ſum inops. Ergo ſimiliter licet dicere, Miſerere mei pauperis, indocti, peccatoris, &c. Reſpondeo, Hoc tam rarum eſt, vt nolim imitari: & vnicum contra Vallam teſtimonium non debet Vallæ regulam abrogare. Nam Valla de eo quod frequentiſſime factitatum eſt, loquitur: cui non debet obeſſe, ſi ſemel aliter factum ſit.

Mei inopis.

Quotuplices genitiui iunguntur genitiuis mei, tui, ſui, noſtri, veſtri: & primitiuis meus, tuus, ſuus, noſter, veſter? Quintuplices. Primò genitiui numerorum cardinalium: vt Noſtra duorum opera liberatus es. Veſtro quatuor auxilio euaſi. Titus Liuius lib. 8. ab vrbe, Noſter duorum euentus oſtendat

Qui genitiui iũgãtur mei, tui, &c. & me⁹, tu⁹, &c.

vtra gens bello ſit melior. Secundò genitiui vniuerſalium & particularium, vt ſunt cuiuſque, omnium: quibus addantur paucorum, multorum: veluti, Veſter paucorum labor me ſeruauit. Cic. lib. 3. de Oratore, Voluntati veſtræ omnium parui. hic rectè dixiſſet veſtrum, vt patet ex his quæ dicta ſunt in regulam, Poſſeſſum ſpernit, &c. Brutus ad Ciceronem, Qui veſtris paucorum reſpõdeat laudibus. Sic, Noſter cuiuſque animus, &c. Tertiò genitiui tres, Vnius, ſolius, ipſius: & horum genitiui plurales. Cic. Dico mea vnius opera Rempublicam eſſe liberatam. Idem ad Att. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idem, Ex tuo ipſius animo coniecturam ceperis. Non dixit mei vnius, mei ſolius, tui ipſius: quia male dicitur, mei opera vel peccatum, tui animus. Illud autem eiuſdem, Eam autem vnius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido: à librarijs deprauatum eſt, teſte Valla: quia ſynceri codices tuo à tuum habent: licet ſimile videri poſſet Horatiano illi, Nec ſtudio noſtri pecces. id eſt fauore, gratia, vel amore. vbi ſtudium paſſiue ſignificat. Sic dicimus, Habe mei ſolius curam. non autem meam. At contrà, Mea ſolius cura cuſtoditus es. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius doloris. propter hæc, coniunctio aliquando neceſſariò habet diuerſos caſus. Terent. Saluus ſum meo præſidio, atque hoſpitis. Quartò genitiui participiorũ. Ouid. lib. 1. Amorum, -ſæpe rogabis Vt mea defunctæ molliter oſſa cubent. Cic. ad Lentulum, Quocunque tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit. In ſacris, Audi Deus vocem meam loquentis. Et, Exaudi vocem meam clamantis ad te. Ouidius in Heroidibus, Et fleſti: & noſtros vidiſti flentis ocellos. In proſa hoc non toleraretur, teſte Valla: quia ſi liceret primitiuum exprimere, poneretur numerus pro numero. Sic, Vidiſti ocellos noſtrum vel noſtri flentis, pro flentium. Quintò genitiui gerundiorum vel gerundiuorum. Ouid. Copia placandæ ſit modo parua tui. hic tui à tu eſt fœminini generis. Sic, Venio iſtuc mea ſoror tui videndæ gratia. Nuſquam in his modis addes genitiuis ſubſtantiua: quia male diceres, Audio verba tua docẽtis magiſtri, &c. Tullius in Orat. Lucium Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contuliſſe.

REGVLA XVI.

Pœnitet & tædet, miſeret, pudet, & piget, optant
Accuſatiuum patientem cum genitiuo.

Hæc quinque impersonalia actiuæ vocis Pœnitet, tædet, miſeret, pudet, piget, regunt accuſatiuum patientis rei cum genitiuo agentis: vt Pœnitet me peccati, Tædet te vitæ, Miſeret Chriſtum peccatoris, Pudet te probri, Piget illum laboris. Sub (miſeret) comprehenditur (miſereſcit): ſub alijs, compoſita, vt pertædet, diſpudet, &c.

Pœnitens. Da authoritatem. Suet. in Vitel. Non multo poſt pœnitens facti. Poteſtne hoc aliter dici? Etiã, vt Pœnitens de facto. Suet. in Clau. Pœnitẽtis de matrimonio Agrippinæ. ſed aliqui dicunt, Pœnitẽs nomen eſſe, non participiũ. Actius apud Marcel. Quod ſi procedit, neque te, neque quenquam arbitror **Pœniturũ.** pœniturũ tuæ laudis: quã vt ſerues, vide. Hoc etſi peruetuſtũ eſt, tamen nõ diſſuaſerim vti. Terent. in **Pœnitet.** Phorm. Omnes noſtrimet nos pœnitet. Pœnitet nos, quum quod fecimus, diſplicet: & volunt dici quaſi pœna tenet. Capit pro genitiuo ſæpe infinitiuum præteriti tẽporis: vt Pœnitet me feciſſe hominem. Secundò Pœnitet capitur pro parum videri, pro tædere & pudere: & ſic capit interdũ præſentis temporis infinitiuum. Virg. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. Cic. Pœnitet defendere. Fab. Pœnitet reſpicere plura teſtimonia. Cic. in Catone, Num igitur, ſi centeſimũ vixiſſet annum, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? id eſt tæderet. Liu. lib. 1, Nec me eorum ſententiæ eſſe pœnitet. id eſt pudet. **Pœnitẽdus nomen.** Terent. in Heaut. Quãtum hic operis fiat, pœnitet. id eſt parum videtur. A Pœnitet fit nomen pœnitẽdus, id eſt pudendus & parui æſtimandus. Liu. lib. 1. ab vrbe, Sub haud pœnitendo magiſtro. Colum. Itaque hic ager ſiue exercetur, ſiue ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus. **Pœnitẽdum gerundium.** Impœnitendus, id eſt magni æſtimandus. Apul. Impœnitendæ pauperiei. Pœnitendũ gerundium legitur: vt Non eſt huius præceptoris pœnitendum. Salluſt. in Iug. Num eorum pœnitendum ſit? Gellius perſonaliter dixit, Id pœnitet. Olim certe perſonalia erant in vſu Pœniteo, tædeo, miſereo, pudeo, pigeo. In ſacris legitur Pœniteo, & deponens pœniteor. vt in Eccleſiaſtico, Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Et in Actis Apoſtol. Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.

Tædet. TAEDET in præterito? Tæduit. Hieron. in Eccleſiaſtico, Idcirco tæduit me vitæ meæ. Habétne e- **Tæduit.** tiam pertæſum eſt vel fuit? Non proprie: nam pertæſum, eſt à verbo pertædet, licet Seruius putauit eſ- **Pertædet.** ſe ſine verbo. Gel. lib. 15. cap. 20, Matrimonij pertædebat. hoc in præterito habet pertæduit, aut pertæſum eſt vel fuit: quod etiam dicitur eſſe præteritum verbi tædet: quia tæduit eſt in raro vſu. Gel. lib. 1. cap. 2, Has ille inanes cum flaret glorias, iámque omnes finem cuperent, verbíſque eius fatigati pertæduiſſent. id eſt valde tæduiſſent. Virgilius AEneid. quarto, Si non pertæſum thalami tædæque fuiſſet. Potes dicere Pertæſum eſt me matrimonij. Corn. Nepos in vita Attici, Nuſquam ſuſcepti operis eum pertæſum eſt. Vetuſtiſſimi per datiuum dixere, Pertæſum eſt mihi. Gracchus in L. Metellum, Vſque adeo pertæſum mihi eſſe. teſtis eſt Diomedes.

Pertæſus. Pertæſus quæ pars orationis? Diſtinguo. Nam quandoque regit genitiuum, vt verbum pertædet, & ſic eſt participium: vt Pertæſus ſum ignauiæ. Sæpiſſime regit figurate accuſatiuum, & ſic nomen eſt:

quia non regit caſum verbi ſui. Suetonius in Cæſare, Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil tum à ſe memorabile actum eſſet. Ambroſius lib. Hexá. Turtur vbi iugalis proprij fuerit amiſſione viduata, pertæſa thalamos & nomen habere coniugij, eo quòd primus amor feſellerit eam. Hîc turtur eſt fœmininum: quia intelligitur auis. Docet ſic de (pertæſus) Aldus.

Diſtædet. Domi.

Diſtædet, id eſt valde & varie tædet. Plautus in Amph. Tui me neque domi diſtædeat. hîc domi regitur.

Miſeret. Miſereſcit. Miſeretur.

MISERET in præterito? Miſertum eſt vel fuit. miſeruit vix inuenies. Plautus, Aliorum te miſeret. Tui te nec miſeret, nec pudet. Cicero, Miſeret me infœlicis familiæ. Terentius in Heaut. duos accuſatiuos dedit huic verbo, dicens, Ita me Dij ament: vt nunc Menedemi vicem miſeret me. In eadem comœdia, Sic me Dij amabunt, vt me tuarum miſertum eſt fortunarum. Sub Miſeret comprehendito Miſereſcit. Terēt. Te nunc inopis miſereſcat mei. Inuenitur ſæpe Miſereſco perſonale. Virgilius, Miſereſcite regis. de hoc antè ſatis dixi. Miſeretur paſſiuæ vocis, imperſonale etiam inuenitur. Cicero pro Ligario, Cauete fratrum pro fratris ſalute precantium vos miſereatur. Craſſus, Neque minus veſtri, quàm mei miſerebitur. Hîc imperſonale eſſe Calepinus aſſerit.

Pudet. Piget.

PVDET & Piget quomodo differūt? Pudere, verecundiæ eſt: Pigere, pœnitentiæ. Pudere, ad dedecus: Pigere, ad dolorem refertur. Terentius in Adelphis, Fratris me quidem pudet pigétque. Ouidius ſecūdo Metam. Sors mea principijs fuit irrequieta, pigètque Actorū ſine fine mihi ſine honore laborum. Ordina, Piget me laborum actorum mihi: id eſt à me ſine fine, & ſine honore. Ita non habet Piget datiuum, contra Calepinum & plures: vt neque Pudet hîc, Quis pudeat certare ſenes. quia quis datiuus à (certare) regitur, pro eum quibus, contra quendam oppidò doctū. Salluſtius in Iugurtha, Nam poſtea quæ fecerit, incertum habeo pudeat, an pigeat magis. Depudet, valde pudet: Suppudet, parum pudet: Diſpudet, varie & multum pudet. Terent. in Eunu. Ah ſceleſta ouem lupo cōmiſiſti: diſpudet. Pudefacio, pudorem iniicio. Pudeſio, verecundor.

Puditum. Puditurum. Pigendus. Pudendus. Pigitum.

Regítne aliquando Pudet alium caſum, quàm genitiuum vel accuſatiuum? Etiam. Quem? Ablatiuum, ſed rariſſime imitabimur: quia ſemel tantum apud Plautum inueni in Bacchidibus, Neque me, neque te tuis intus puditum eſt factis, quæ facis. Pudet in præterito habet puduit, aut puditum eſt vel fuit. Sil. lib. 10, Mens abijt, puduítque fugæ. Recte dicimus puditurum. Plin. lib. 36. cap. 15, Quum puderet viuos, tanquam puditurum eſſet extinctos. Pudendum, pigendum, gerundia ſunt; vnde nomina pigendus, pudendus. Cic. 1. de Orat. Nōn enim pudendo, ſed non faciendo, &c. Gel. Neque pudenda dico aut pœnitenda. Ouidius, Adde fidem, nulla parte pigendus erit. Piget in præterito? Piguit, aut pigitum eſt vel fuit. Stat. lib. 7, Nec pigitum paruóſque lares humilèſque ſubire.

Licétne nobis vti perſonaliter his verbis Pudet & Piget? Licet profecto in tertia perſona, in alijs raro: frequentius tamen vtimur eis imperſonaliter. Luca. lib. 8, —ſemper metuit quem ſæua pudebunt Supplicia. Terent. in Adel. Hei mihi non te hæc pudent? Plautus in Epidico, Plerique homines, quum nihil refert, pudent: vbi pudendum eſt, ibi eos deſerit pudor. Idem in Caſina, Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo. Mart. lib. 8, Nulli Thai negas, ſed ſi te non pudet iſtud, Hoc ſaltē pudeat Thai negare nihil. Plaut. in Pſeudolo, Id quod pudet, facilius fertur, quàm id quod piget. Terētius in Phorm. Quare obſecro ne plus minúſve faxit, quod nos poſtea pigeat. Cicero pro Archia, Me autem quid pudeat. ſed quid, pro qua re forſan capitur. Terentius in Heautont. Neque ſe id pigere.

Cœpit illum pœnitere.

Vtrum melius dicitur, Cœpit illum pœnitere, an Ille cœpit pœnitere? Cœpit illum pœnitere. Cur? Quia Valla dixit hæc verba melius cum imperſonalibus conſtrui, vt ex doctiſſimorum vſu facile oſtendi poteſt. Quid ſiquis aliter loquatur? Non cenſebitur ineptus. Iuſtin. lib. 11, Athenienſes ſicuti primi defecerunt, ita primi pœnitere cœperunt. Item, Me incipit tædere vigiliæ. ſic, Mihi deſinit placere, ſtudere: ornatius dices, quàm Incipio tædere vigiliæ, &c. Hæc autem verba Incipit, deſinit, debet, ſolet, poteſt, cum infinitiuis verborum imperſonalium, dicuntur imperſonalia ex adiuncto, quibus male additur VVLT à quibuſdam alioqui doctiſſimis: inter quos Sulpitius: quia nuſquam reperiri puto tale quid, Me vult tædere vitæ, &c.

Vult.

Veretur.

Quod eſt verbum imperſonale paſſiuæ vocis, regens genitiuum cum accuſatiuo, vt pœnitet? Veretur, id eſt pudet. Actius apud Nonium, Veretur te progenitoris. Cicero ſecundo de finibus, Primum Ariſtippi Cyrenaicorúmque omnium, quos non eſt veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine ſenſum moueret, ſummum bonum ponere: & ſi hoc vetus eſt, attamen repudiandum minime cenſeo.

Dicimúſne recte, Pœnitet me hanc rem? Minime. Argumentor, Georgius Valla & Marinus Becichemus dicunt Latinum eſſe: ergo bene ſic loquimur: & probo vt ipſi ex Cicerone in 2. Rheto. Deinde vtrum id facinus ſit, quod pœnitere fuerit neceſſe. vbi Victorinus ait, Notanda eſt noua locutio.

Reſpōdeo, Ego opinor hîc (pœnitere) perſonaliter capi, vt (pudet) aliquādo. Terent. Non te hæc pudent? &c. Sic, Ne facias quod pudere ſit neceſſe, aut pœnitere. Hinc vt non concludimus recte dici, Pudet me hanc rem: ſic neque dicimus, Pœnitet me hanc rem. vſitatius tamen dicimus, Nequid faciamus, cuius pœnitere ſit neceſſe.

REGVLA DECIMASEPTIMA.

De tenus,ac obiter de aliis præpoſitionibus.

Sæpe tenus patrium numero præeunte carentem,
Aut res ſignantem geminas,vult Valla tenere.
Vult Ad cum ſociis quartum,velut abſque Latinum:
Sub,ſuper,in,ſubter,caſu iunguntur vtrique
In vario ſenſu:facilis docet omnia proſa.

Tenus. Tenus præpoſitio petit genitiuum pluralem res geminas ſignificantem,aut numero ſingulari carentem:alioqui vult ablatiuum, in plurali etiam quandoque genitiuum. Da exemplum vbi res ſunt geminæ:vt Sto in aquis aurium tenus. Sum armatus crurum tenus. id eſt vſque ad aures vel crura: nam Tenus ſignificat vſque ad,aut non vltra. Da authoritatem. Quintil. in lib.12,Aurium tenus in vſum lingua præcepit. Virg. in Georg. Et crurũ tenus à mento palearia pendent. Idem lib.10. AEneid. Exterrent freta cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert. Apuleius in lib.11,Humeris depẽdebat pone tergum talorum tenus pretioſa chlamyda. Sic Pedum,manuũ,brachiorũ,narium, oculorum tenus,&c. recte dices:quia res ſunt geminæ. & licet Græce videatur genitiuus pro ablatiuo poni,teſtibus Diomede & Priſciano:tamen omnibus licet per genitiuum loqui:& elegantior eſt oratio,vt ego opinor cum Laurentio Valla. Da exemplum de ſingulari carentibus:vt Nuptiarum tenus ſoror mea colluſit pueris. Da authoritatem. Cælius,Illi rumores de comitijs Tranſpadanorum, Cumarum tenus caluerũt. Da exemplũ vbi Tenus habet genitiuum pluralem,nec res geminas ſignificantem,nec ſingulari carentem: vt Olympus attollitur nubium tenus. Temerarius miles ſolus penetrauit hoſtium tenus. Da authoritatẽ. Apul. in Flori. lib.1,Quum ſe aquila nubiũ tenus altiſſime ſublimauit. Idem lib.9. de Aſi. Coſtas perpetua caſtigatione oſſium tenus renudati. Plin. lib.34. cap. 8,Ipſe tamen corporum tenus curioſus animi ſenſus non expreſſit. loquitur de quodam pictore aut ſtatuario. dignus profecto eſt Plinius quẽ imitemur.

Vallæ & Curtij loc⁹. Valla citat ad hanc rem Curtiũ,Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portũ. nactus erat opinor mendoſum codicem. Nam in emendatis non legitur tenus,nec portũ:ſed Porũ pro rege Indiæ ſuperato ab Alexandro. Itaque vera lectio eſt apud Curtiũ lib.7,Pauci tamen hoſtiũ exacti penetrauere ad Porum acerrime pugnã cientem. Da exempla de Tenus cum ablatiuo plurali:vt Coſtis ten⁹,capillis tenus,&c. Da authoritatẽ. Ouid. 5. Metam. Pectoribúſque tenus molles erect⁹ in auras. Corn. Celſus lib.1. cap.3,Huic abũde eſt loco tepido demittere ſe inguinibus tenus in aquã calidam. Da exemplũ de Tenus cũ ablatiuo ſingulari: vt Stolide vitam egiſti ſenectute tenus. id eſt vſque ad ſenectutẽ. Vulneratus ſum corde tenus. Sto in aquis pube tenus. Sic, AEthiopia tenus, Nilo tenus, Titulo tenus. id eſt vſque ad, vel nõ vltra:nã & hoc aliquãdo ſignificat: vt Hic eſt epiſcopus titulo tenus, Hic geſſit conſulatũ titulo ten⁹, Docti ſunt ſophiſtæ titulo tenus, Es magiſter nomine tenus. Da authoritatem. Iuuenalis, Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet. Tacitus, Hic Græca doctrina ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Sic legitur. Neſcio an emendatius foret imbuerat. Sic, Multi ſunt ore tenus iuſti. id eſt de iuſtitia probe loquuntur ipſi iniuſti. Apuleius, Pallio tenus philoſophos imitaretur. id eſt non vltra pallium. Sic, Multi ſunt cucullo tenus religioſi. Debet autem tenus poſtponi, licet aliter fecit Oroſius lib.1. dicens, Tenus ſcythico mari. Virg. Et lateri capulo tenus abdidit enſem. Apud Diomedem quidam codices habent memoriæ tenus, pro memoria tenus.

Tenus cum accuſatiuo. Tenus reperitúrne cum alio caſu, quàm cum genitiuo vel ablatiuo? Etiam accuſatiuo iungitur, ſed rariſſime. Flaccus in Argo. Et Tanaim tenus immenſo deſcendit ab Euro. Florus de bello Thracio, Curio Daciam tenus venit. Apud Horatiũ nonnulli legũt, Eſt quiddã prodire tenus. ſic (tenus) eſſet aduerbium. Alij legunt, Eſt quodã prodire tenus, ſi nõ datur vltra. id eſt, eſt laudabile prodire quodã tenus, vſque ad quiddã. Si non datur, id eſt conceditur vltra progredi. Seruius, Pube tenus, vmbilico tenus, & ſimilia, diuerſis accentibus proferantur: quia orationes ſunt. Ouid. Summa pedũ talóque tenus veſtigia fixit. ſic hac tenus, vbi oratio eſt: ſed plerũque aduerbia ſunt

Hactenus. Hactenus, quatenus, eatenus: & ſic antepenultimam acuunt, & ſignificant hucuſque, inquantum, intantum. Hactenus adeò aliquãdo ſignificat. Suet. in Nerone, Hactenus excanduit, vt malum ijs qui deſciſſent, minaretur.

Tenus nomen. Quotuplex Tenus inuenitur? Duplex. Tenus præpoſitio, & Tenus, teni, nomen, id eſt extrema pars arcus, aut potius laqueus. Plautus in Bacchid. Pendebit hodie ita pulchre, intẽdit tenus. Tenus præpoſitio vnde dicitur? A teneo vel tendo (ſi grammaticis credimus) quia ſignificat vſque ad: & ita propinquitatem quandam & extenſionem.

VVLT AD CVM SOCIIS QVARTVM. Ad, apud, &c. quæ ſimul ponuntur in Donato, regunt accuſatiuum caſum, vt Ad patrem, apud villam, &c.

VELVT ABSQVE LATINVM. A, ab, abs, & quæ cũ his ponũtur in Donato, regũt Latinũ qui

ablatiuus eſt:vt A domo,ab homine, &c.

SVB, SVPER, IN, SVBTER. Quatuor ſunt præpoſitiones accuſatiuum vel ablatiuum regentes,In,ſub,ſuper,& ſubter:ſed plerunque in diuerſo ſenſu,vt Sum in templo. Vado in forum.

Quando accuſatiuo caſui ſeruiunt? Vide Donatũ. Clam & Procul etiam communes reperiũtur,vt pòſt probabo. Poteſt præceptor,ſi videatur ad aliam regulam accedere,& hanc longam gloſſam relinquere,& declarare paulatim,vt diſputando eam ſcholaſtici diſcant.

DE PRAEPOSITIONIBVS GENERALIA QVAEDAM.

Præpoſitio.

PRAEPOSITIO quot modis in oratione ponitur? Duobus,per appoſitionẽ & compoſitionem.

Quando per appoſitionem dicitur poni? Quum caſum regit:nec compoſitam dictionem efficit.

Per appoſitionem præpoſitio quibus additur.

Quot orationis partibus per appoſitionem iungitur? Tribus. Nomini,pronomini,participio:vt Ad magiſtrum,Per me,A legente. Reliquis partibus ſic non additur, teſtibus Donato & Seruio. ideo nõ dicimus Ab antea,in antea,in plurimum,à poſt,pro nunc,à primo, ab extra,ab intra, de foris,ex tũc, ex nunc: licet in ſacris reperiantur,de ſero,de mane:niſi cum adiectiuo,vt nomen eſſe ſignificetur, A ſummo mane:quia dicimus Mane nouum. nec dicimus,Venio de illinc,&c.

Præpoſitione per compoſitionem quando vtimur.

Præpoſitione per compoſitionem quando vtimur? Quum vnicam dictionem compoſitæ figuræ cum altera dictione facit,vt Adduco. Quot orationis partibus per compoſitionem iungitur præpoſitio? Septem. Nomini,vt indoctus: Pronomini,vt hactenus,eatenus: Verbo, vt perlego: Aduerbio,vt derepente,deſurſum,deſubito,dehinc temporis non loci,exinde:decætero apud Curtiũ,& alios quoſdam nõ protritæ ſcientiæ viros. Amodo in Apuleio,quo raro vtar. hæc & ſiqua alia reperiantur,vſurpanda ſunt:nec ad horum exempla ipſi alia poſſumus fingere. Participio,vt illæſus:ſed totum ſic nomen efficitur. Coniunctioni,vt abſque. Præpoſitioni,vt deſuper,circuncirca,inſuper: ſed totũ efficitur aduerbium:nec alia fingere poſſumus:ſed inuentis ſolum vti. Apul. 2. Metam. Etiam nos circumſecus aſtantes. Aduerſus tamen compoſita eſt præpoſitio.

Præpoſitiones inſeparabiles.

Licétne omnibus præpoſitionibus per appoſitionem vti? Non. Quibus non licet ſic vti? Septẽ inſeparabilibus, Di,dis,re,ſe,am,co,con: his per cõpoſitionem ſolũ vtimur:ideo inſeparabiles ſunt,quia à compoſitione ſeparari non poſſunt:vt Diduco,diſtraho,reduco,ſeduco, amplector,coeo,conduco.

Licétne omnibus præpoſitionibus vti per compoſitionem? Minime. Quibus non? Apud & penes, pone,ſecundum,clam,& paucis alijs.

Præpoſitio in cõpoſitione quot officia habet? Tria. Quomodo? Quia aut complet,vt perdoctus,id eſt valde doctus. Aut mutat,vt indoctus,id eſt nõ doctus. Aut minuit,vt ſubtriſtis,id eſt parũ triſtis.

Præpoſitioni quot accidunt? Vnum principaliter, quod eſt caſus: & duo minus principaliter, figura & ordo. Figura: vt Abs,abſque. Ordo:quia aliquando præponitur,vt Per forum,perdoctus:aliquando poſtponitur,vt Pubetenus,tantiſper.

Quot caſus præpoſitioni accidunt? Tres: Genitiuus,accuſatiuus,ablatiuus, vt Aurium tenus: licet nonnulli voluerint tunc eſſe aduerbium. Ad patrem, A domo. Plautus cum datiuo Apud huic dixit: ſed tam rarum,& tam vetuſtum eſt hoc,vt nec annumerandum,nec imitandum opinemur.

Quot figuræ præpoſitioni ſæpe contingunt? Tres. Quæ? Anaſtrophe, archaiſmos, & protheſeos parallage.

Anaſtrophe.

Anaſtrophe quid eſt? Dictionum præpoſterus ordo. Virg. Tranſtra per & remos. Idem, Italiam contra. Idem, Maria omnia circum. Raro vtimur Anaſtrophe in proſa: & interpretatur inuerſio vel reuerſio. Anaſtrepho,id eſt reuertor. In proſa melius quicum, quibuſcum dicimus, quàm cum quo. Cicero aliquando dicit,quo de,pro,de quo,&c.

Archaiſmos.

Archaiſmos quid eſt? In præpoſitione caſus pro caſu poſitio. Virg. Lõgo poſt tempore venit. id eſt poſt longum tempus. ſed in Virgilio poſt rectius aduerbium dicitur,vt docebo: ſicut prope vbi datiuum habet: veluti, Propè eſt dominus omnibus inuocantibus cum.

Protheſeos parallage.

Protheſeos parallage quid eſt? Præpoſitionis pro præpoſitione poſitio. Virg. Cui tantũ de te licuit. id eſt in te. Sic, Super Priamo. id eſt de Priamo. Protheſeos parallage,id eſt præpoſitionis mutatio vel viciſſitudo. Protheſis,præpoſitio eſt: parallage,mutatio.

PRAEPOSITIONES ACCVSATIVI CASVS.

Retro.

PRAEPOSITIONES accuſatiui caſus quot ſunt? xxx. ſecundum Donatum, quibus Valla adijcit verſus. Debétne adiungi retro, vt in Marco, Vade retro me Sathana. id eſt poſt? Minime. Quia cum accuſatiuo apud Latinos nunquam reperies. In ſacris autem multa mendoſe leguntur vitio librariorum, vt Foras ciuitatem, pro extra, &c. ſic retro pro poſt: ne ergo addas cum Zendero præpoſitionibus.

Pridie. Poſtridie.

Pridie & poſtridie, Nebriſſenſis & plures præpoſitionibus annumerãt,quibus non adhæreo,quia ſolum per ſubauditionem præpoſitionum poſt & ante,accuſatiuum habent: vt Pridie Calendas. id eſt priori die ante Calendas,&c.

Ad capitur modis tredecim.

AD,id eſt iuxta,tam per appoſitionem,quàm per compoſitionẽ:vt Sto ad ignem,aſſideo. Curt. lib. 3, Caſtris ad Babyloniam poſitis. Et alibi, Erat ad ripam fluminis ingens arbor. Cic. de Senect. Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus quum attuliſſent Samnites,repudiati ſunt. Idem lib. 10. ad Atticum, Fuit ad me ſane diu. id eſt iuxta vel apud. Et alibi, Decẽ fiſcos ad Senatorem quendã relictos.

Idem, Ad Marcum Leccam te habitare velle dixiſti. loquitur ſic Cicero ſæpiſſime, & recte ita loquêris. Virgilius, Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis. In ſacris, Stabat Petrus ad ignem. Titus Liuius, Dum hæc ad Veios gerũtur. Idem, Ad portas ſedenti Imperatori. Idem, Ad Senam caſtra alterius conſulis erant. Idem, Habes hortos ad Tyberim. Et Hannibal ad portas eſſet. Et Ad regem remanſit. Et Ad Capuam caſtra locant. Et Hannibal ſedet ad Cannas. Sic alibi ſæpiſſime, contra ſuperſtitioſos, qui dicere non audent, Hic habitat ad ædem diui Petri.

Apud & Ad differunt. Differtne Apud ab Ad? Etiã: quia (ad) tam motus quàm quietis verbũ admittit vt Vado ad Petrũ. Sto ad ignem. Apud ſolum quietis verbum deſyderat, aut ſaltem non exterioris motus: vt Sedeo apud Petrum: non autẽ, Veni apud me, ſed Veni ad me. Secundo (ad) innuit motũ ad quancunque rem: vt Vado ad forum. Concedo ad patrem. Tertio ſignificat circiter: vt Scripſi hæc ad Nonas Martias. Cicero ad Atticum libro 10, Dormit ad horas tres. Idem tertia in Verrem, Ad horam octauam præſto eſt. Idem ad Att. lib. 6, Accepi tuas literas ad quintum miliare. Ad duo milia hominum occiſa ſunt. id eſt circiter. Frequẽter ſic loquitur Liuius. Hirtius vel Oppius de bello Africo, Quũ iam ad ſolis occaſum eſſet. id eſt circiter vel prope. Quarto ſignificat contra, vt Ad illum mihi pugna eſt. Cicero, Ne ad ea meditere: imparatum te offendam. Quinto ſignificat comparationem & ſimilitudinem. Terentius, Pulchra quidem, ſed nihil ad noſtram hanc. id eſt, ſed noſtræ non comparanda aut æquanda. Cæ-

Ad vnguem. ſar, Nihil ad equitatũ tuum. Hinc ad vnguem, id eſt perfecte. trãſlatum à marmorarijs, qui læuorem & iuncturas vnguibus probãt. Horatius, Ad vnguem factus homo. Sexto (ad) ſignificat cauſam: vt

Ad hæc vel ad hoc. Amice, ad quid veniſti? Septimo (ad) accipitur pro præter, vt in compoſitis adhæc vel adhoc, id eſt præterea. Octauo (ad) id eſt ſuper. Terent. in Andria, Tum ſiquis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. hic (ad) ſuper ſignificat. quum dicitur Ad eam rem: ſubaudi, amorem. author Donatus. Nono (ad) id eſt ante. Virgil. Cunctantem ad limina templi. Sueton. Ad pedes ſtare paſſus eſt. Decimo, quidam volunt aliquãdo poſt

Ad tempus. ſignificare: vt Adhæc. nos capimus hic pro præter. Vndecimo capitur pro vſque: vt Ad tempus.

Quot modis capitur ad tempus? Duobus: Priore modo pro donec opportunũ fuerit. Quintilianus, Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifeſtam imprudẽter comprobare. Secundo ad tempus, id eſt vſque ad ſpatium temporis & paululum. Varro, Qui quum ad tempus latitaſſet, tandem ſub ſponda iacens inuentus eſt. Apuleius, Ad montem eum comitatus ſum. id eſt vſque ad.

Ad diem. Cic. Cum amicis ad diem venit in caſtellum. id eſt die præſtituto. Duodecimo (ad) ſignificat in, teſte Lanciloto: vt Ad aures venit ſonus. Tertiodecimo (ad) innuit nihil excipi: vt Ad vnum. id eſt omne ſine exceptione: vt Deus bonos ad vnum diligit. Virgil. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſus

Ad vnum. ad vnum Troianos. Quandoque dicimus Ad vnum omnes. Liuius libro 3, Conſul Romanus in Algido conſecutus ad vnum omnes occidit. Ad Dianæ: ſubaudi, templum, antè patuit. In compoſitione varie ſignificat, vt adhuc, id eſt hucuſque: quoad, inquantum, quouſque: quoad eius. Adeo, vſ-

Quoad. queadeo, vſque eo, id eſt intantum. Quoad non capit poſt ſe accuſatiuum, teſte Valla in Pogium. vt male dixeris, Quoad animum: quia dicendum, Quantum ad animum: licet quoad eius per ſubauditio-

Adedo. nem videatur dici, quaſi Quoad eius facultatem. Adedo, id eſt totum edo. &c. Aduerſus contra verſus, vt per appoſitionem Ad hoſtem. Pomponius, Ad hoſtem furibundus prodit.

Apud. Penes. APVD ET PENES quomodo differunt? Apud abſolute innuit locum aut perſonam: vt Vidi te apud forum. Cœnaui apud Pompeium. Fui apud te. id eſt tecum vel domi tuæ. Penes plerunque poteſtatem ſignificat, & commodum vel incommodum. Ouidius 1. Faſt. Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mũdi. id eſt in poteſtate vel dominio meo. Cicero, Penes quos laus adhuc fuit. Varro, Seruorum cura penes dominos fit. Liuius, Penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. Aliquando ſine dominio pro (apud) (penes) abſolute ponitur: vt Fides penes authores eſt. Cic. ad Heren. Ita petulans es atque acer, vt ne ad ſolarium quidem, vt mihi videtur, ſed penes ſcenã, & in eiuſmodi exercitatus ſis locis. Apud etiam pro (in) capitur: vt Apud Platonem legi. id eſt in libris Platonis. Cicero Tuſcul. 5, Huius ſententiæ grauitas à Platonis authoritate repetitur: apud quem ſæpe hæc oratio vſurpata eſt. Apud forum hæc ſcripſi. id eſt in foro, vel prope forum. Apuleius, Apud forum eum conueni. id eſt in foro. Veni apud me, non dici recte teſtatus ſum. Apud, id eſt à. Cicero, Apud maiores noſtros factitata. id eſt à maioribus.

Ante. Post. Ante & Poſt contraria [illegible] Ante me, Poſt me. Ante & Poſt vbicunque præpoſitiones ſunt, accuſatiuum habent. Vbi [illegible]us abeſt, aduerbia ſunt pro antea, poſtea. Virgil. Longo poſt tempo-

Lapſis dieb⁹. re venit. Cic. 4. in Verrem, [illegible]dimus paucis pòſt menſibus. Et in 10. Philip. Lapſis paucis pòſt diebus. Nota Lapſis diebus: quia nonnulli crediderunt barbare dici. Iuſtinus lib. 4, Breui poſt tempore. Suet. in Cæſare, Quanto pòſt die aliud largiſſimum præbuit. Cicero, Paucis antè annis emerat. Secundo Machabæorum, Paruo pòſt tempore. Qui probas hic aduerbia eſſe? Quia horum loco inuenies antea, poſtea: quæ nullo modo præpoſitiones ſunt. Cicero pro Cluentio, Paucis poſtea menſibus. id eſt poſtea intra paucos meſes. Similiter aduerbia ſunt ſi dicas, Multo ante veni quàm tu. Et dicimus, Multo ante vel poſt: aut Ante vel poſt multo: contra quoſdam præcipientes, Multo ante, non multum: & Ante multum dici, non multo. Liuius ſecundo quartæ Decadis, Poſt paulo. Cicero ad Plãcum 10. Epiſt.

Antè aliquanto quàm tu natus eſſes. Salluſt. in Catil. Poſt paulo. Cæſar, Poſt paulo, teſte Mancinello. Virgilius in Bucolicis, Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui. id eſt antea. Idem primo AEneidos, Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. id eſt poſtea. Ante & Poſt per compoſitionem ſæpe vtimur, vt Antecedo, poſthabeo, &c.

Quomodo differunt Antea & Antehác, Poſtea & Poſthac? Antea & poſtea, id eſt ante & poſt illud tēpus: Antehac & poſthac, id eſt ante & poſt hoc tēpus: nōnunquā etiam poſt illud tēpus. Terent. in Andria, Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. id eſt ante hoc tēpus. Salluſt. Sic erat accēſa libidine, vt ſępius peteret viros quàm peteretur: ſed ea ſæpe antehac fidem perdiderat. id eſt ante illud tempus. & ſunt Antehac, Poſthac aduerbia, vt poſtquā, poſteaquā, antequam, anteaquam: licet interdū ſeparentur ante & quam, &c. Pro poſthac, Curtius decætero dixit libro 4. vbi ad Darium ſic ſcribit Alexander, Decætero quum mihi ſcribes, memento non ſolum regi te, ſed etiam tuo ſcribere. *Antehac. Poſthac. Decætero.*

Aduerſus vel aduerſum, id eſt contra vel erga, capitur tam in bonum, q̄ in malum. Terēt. in And. Id aduerſum te fuiſſe gratū, habeo gratiā. id eſt, id tibi placuiſſe gaudeo. Aduerſum vel aduorſum aduerbium, id eſt obuiam. Plaut. in Menæhmis, Veniam aduorſum tempori. id eſt obuiam, tempeſtiue. *Aduerſum.*

Exaduerſum vna dictio, id eſt ex oppoſito, è regione. Terentius in Phormione, Ei loco exaduerſum tonſtrina erat quædam. *Exaduerſum.*

Cis & citra, id eſt ex iſta parte, nihil differūt teſte Gellio, niſi quòd Cis antiquius eſt: nā teſte Gellio, vetuſtiſſimi cis & vls Tyberim dixere: quod nos vltra Tyberim, citra Tyberim: ſed vls penit⁹ exoleuit: cis adhuc frequens eſt cùm nominibus fluuiorum & montium: vt Cis alpes, cis Rhenum: nec tamen male dixeris Citra Rhenum. Cæſar 6. de bel. Gallico, Qui ſunt citra Rhenum. Oroſius lib. 4, Citra Tagum flumen. Dic etiam Cis Calendas & citra. Item Citra & cis montem. Liuius 10. quartæ Decadis, Cis montes caſtra Ligurum erant, Ita Cis natalem Chriſtianum, &c. *Cis. Citra. Vls.*

Cis & citra ſignificant etiam minus quàm: vt Cis vel citra naturæ leges. id eſt minus quàm naturæ leges patiantur. Item Citra, id eſt ſine: vt Citra virtutem nemo eſt nobilis. Columella, In agricultura voluntas facultáſque citra ſcientiam ſæpe magnam dominis afferunt iacturam. Seneca, Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Citra, id eſt ante: vt Citra Calendas. Suetonius in Auguſt. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſiquando quid inuſitatum dignúmque cognitu. Cis Tyberim, aliquando ſignificat vltra Tyberim, teſte Marcello. Vtrunque compoſitionem ingreditur, vt Citramarinus, ciſalpinus, &c. Citra pro minus aduerbium ſæpe eſt: vt Te citra, quàm debeo, diligo. Sic Vltra quàm, ſupra quàm, & præter quàm, pro magis quàm, eleganter dicimus.

Circum, id eſt in circuitu, locum denotat: vt Circum muros: & aduerbiaſcit. Virgilius, Anna vides toto properari littore circum. Compoſitionem ingreditur, vt Circunfero, circunforaneus, &c. Vltimam extra compoſitionem acuit, vt à nomine differat. *Circum.*

Circa & Circiter, id eſt iuxta & prope. Circa locum & tempus ſignificat: vt Circa forum. Circa horā tertiam. Apul. in Aſin. Aliquantiſper vigilo: deinde circa tertiam vigiliam conniueo. *Circa.*

Circiter ad tēpus numerúmque refertur. Plautus in Moſtel. Redito huc circiter meridiem. Curtius, Multi eo bello capti, circiter duo milia deſyderati. Aliquādo etiam locū dicit: vt Lapis circiter in medio quadratus. Bene etiam dicitur Circa Petrum eſt ingens ſolitudo. Circiter ſæpe aduerbiaſcit, vt Circiter in medio. Altitudo circiter pedum trium. id eſt fere. Venit hora circiter tertia, &c. Itaque hæc præpoſitio (circiter) non ſeruit cuilibet caſui, vt male credit Georgius Valla, lib. 33. cap. 4. Pro (circiter) vel fere non dicā quaſi, licet videatur aliquando ſic inueniri, vt ante dixi. nam id fit nimis ſæpe in ſacris: vt Incipiens quaſi annorum duodecim. pro circiter, aut ferme. *Circiter.*

Circa componitur, vt Quocirca: id eſt ideo, quamobrem. Circuncirca, id eſt ex omni parte, per totū. *Circa.*

Contra & Erga quomodo differunt? Contra in malam partem capitur, niſi ſignificet è regione, ex oppoſito: vt Contra hoſtes inuenta ſunt arma. Habito contra Iohannem. id eſt è regione Iohannis. *Contra.*

Erga ſępiſſime in bonā partem capitur: aliquādo etiam in malam: vt Pius erga parentes. Da authoritatem vbi Erga ſignificat cōtra, in malam partem. Cornelius Tacitus, Simul odiorum inuidiæque erga Fabium Valentem ammonebatur. Idem, Id vero erga populum ſuperbum, erga principem contumelioſum: quòd in manu ſua fuiſſe imperium, donatúmque Veſpaſiano iactabat. Plaut. in Aul. Erga te imprudens peccaui. Idem in Caſi. Erga Venerem inique fecerim. Liuius lib. ſexto quartæ Decadis, Caſtigati tantum verbis Bœotij ob ingratum in tantis, támque recentibus beneficijs animū erga Romanos. Erga ad perſonam refertur: ideo teſte Valla nō bene Latine dicitur, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Dicēdum fuerat circa. Nebriſſenſis dicit ſe notaſſe ſemel (erga) ſignificare loci propinquitatem, Digeſtis de verb. ſignificatione, lege Statuę. Contrà ſæpe fit aduerbium pro è regione, ex oppoſito. Virgil. Contrà elata mari reſpondet Gnoſia tellus. Sic quando eſt præpoſitio: vt Carthago Italiam contra, &c. ſic Habito contra Petrum, &c. Contrà aduerbium etiam ſignificat viciſſim, econtrario, ediuerſo. Virg. AEneid. 1, Sic Venus & Veneris contrà ſic filius orſus. *Erga in malā partem etiam capitur.*

Ecōtrà Latine non dicitur: licet in Tacito, Apuleio, & plurib⁹ ipſe legerim, & Lācilotus aſſerat recte dici quia apud Quintilianū & Senecā inuenit. Ego puto in omnibus mendum eſſe (econtrà) pro (contrà) & quū tot annotationes editæ ſint, potuit & hoc iure pro mendoſo annotari: quia in nullis poetis *Econtrà.*

reperiri poteſt. apud quos an mendum eſſet, facile oſtenderet ratio metri. Dicam itaque ſemper contrà, nunquam econtrà. non ideo, quia duæ præpoſitiones nunquam cohæreant: nam id falſum eſſe oſtendunt inſuper, circunſecus, &c. ſed quia apud Latinos in emẽdatis codicibus credo non reperiri: vulgus Econuerſo. econuerſo dicit: docti nunquam. ſed econtrario, contrà, ediuerſo: vt Contra Regium diſputauit Scodrenſis. Contra eundem dicit male dici, Cernimus fuiſſe: quia dicendum eſt accepimus. Contra compoſitionem ingreditur, vt Contradico, & a in o verſa, controuerſia.

Extra. Extra & Intra aduerſantur. Horatius, Iliacos intra muros peccatur & extra. Auiculæ meæ extra vnam omnes mortuæ ſunt. id eſt præter vnam. Extra fit aduerbium. Perſius, Quæſiueris extra. Compoſitionem ingreditur, vt Extraordinarius.

Inter. Inter ferè ſignificat aliquorum mediũ: vt Inter te & me eſt murus. Inter reges. Inter vicinos. Aliquando ſignificat in eum locum. Cicero, Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios. id eſt illuc vbi erant falcarij. Pueri inter ſe amant. id eſt mutuo. Inter nos amamus. Ruſtice exprimeretur ſecundum nos. Sic Inter vos amatis. Compoſitionem ingreditur, vt Interea, interhæc, interim, quæ idem ſigniInterim. ficant. Interim etiam ſignificat aliquando. Quintilianus, Interim excuſantur hæc vitia. Interdiu, id eſt Interdiu. in die, &c.

Intra. Intra, id eſt non extra, cum affirmatione tamen: vt Intra mœnia, intra oppidum, intra Calendas, &c. Lucanus, Intra caſtrorũ timuit tentoria ductor. Intra cubiculum, id eſt in cubiculo. Aliquando ſignificat citra. Cic. Modice hoc faciã, aut etiam intra modum. modice, cum modo, intra modum, citra modum, & minus quàm modice. Cui contrarium eſt Vltra modum. Sic Intra famam, id eſt citra opinionem, aut minus quàm homines putant. Contrarium eſt Vltra famam. Quintilianus, Hortenſij ſcripta intra famam ſunt. Intra tres horas hæc ſcripſi. Pro hoc male ponitur vulgo Infra: vt Veniam infra Infra horam. horam. vbi diceretur, Intra horam. Calepinus vult hoc defendere. Plinius 11, Oua infra decem dies edita. Ego puto mendam eſſe Hermolai annotatione dignã, Infra pro intra. Auguſtinus de Petri cathedra, Quum infra quadrageſimæ dies hæc ſolennitas venerit. Vitio librariorum male legitur infra pro intra. Sic apud Boetium in primo de Conſolatione, Edixit vt niſi infra præſcriptum diem à Rauenna vrbe diſcederent, per notas inſigniti frontibus pellerentur. Badius ait, Legendum eſt intra, vel infra, pro ante: quaſi dicat, Si aliter accipias, non erit imitandum. Ideo inepte dixit Pſeudocurtius, Sperant infallibiliter deditionem infra menſem. Idem, Si infra x i i. Calendas Octobris. Sic adhuc ſæpius. Et quanuis excuſaui, vt infra pro ante caperetur: nollem tamen ſic loqui, ſed libentius dicerem ante vel citra. Intra nunquam aduerbiaſcit, quia dicimus intus vel intro.

Infra. Infra locum ſignificat: vt Infra tectum. & ad dignitatem refertur: vt Infra dignitatem meam eſt. id eſt minus quàm dignitatem meam decet. Sic Infra nobilitatem, magiſtratum, &c. Terẽt. in Eunucho, Ego te eſſe infra omnes infimos puto. id eſt inter viliſſimos viliſſimum. Aliquando aduerbiaſcit: vt Sedemus, tu ſupra, ego infra. Infra horam reuertar, male dici patet in Intra.

Iuxta. Iuxta, id eſt apud, prope. Plaut9, Iuxta te ſum: tu pie tuearis oportet. Item iuxta, id eſt ſimul. Varro, Quũ interea lucubrãdo faceret iuxta ancillas lanam. id eſt vnà cum ancillis. Fit aduerbium: & in ſacris datiuum habet: vt Iuxta eſt dominus omnibus inuocãtibus eum. id eſt prope. Apud eloquentiſſimos (iuxta) aduerbium ſignificat ſimiliter, æque, eodem modo. Plaut. in Aul. Dixit tibi mater, iuxta mecũ rem tenes. id eſt tam bene ſcis quàm ego. Salluſt. in Catil. Cuncti ſuæ hoſtiúmque vitæ iuxta pepercerant. Datiuus regitur à verbo (pepercerant) non à (iuxta) vt minus bene credidit Theſſalienſis. Salluſt. in Iugur. Hyemem atque æſtatem iuxta pati. Et in Catil. Eorum ego vitam mortémque iuxta æſtimo. quoniam de vtraque ſiletur. Plinius lib. 6. nat. hiſt. cap. 3, Capillus iuxta fœminis viríſq; in probro exiſtimatur. Ornata eſt hæc locutio, & diligenter notanda. Iuxta pro apud doctiſſimi etiam aduerbiaIuxtim. liter vtuntur. Mela, Iuxta Thyrſagetæ Turcæque vaſtas ſyluas occupant. Hinc iuxtim aduerbium, id eſt prope. Sueton. in Tyberio, Aſſidebátque iuxtim vel ex aduerſo in parte primori. Perottus iuxta credit à iuſtus dici: & debere recte iuſta ſcribi per ſt, vt iuſtus.

Ob. Ob, id eſt per, vel pro, aut propter: vt Ob virtutem te amo. Et ad. Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cicero Pæto, Cuius ob os Graij ora obuertebant ſua. Et ante. Liuius tertiæ Decadis, lib. 8, Fœda mors ob oculos erat. In compoſitione modo contra ſignificat, vt Oppono: aliquando circum, vt Obambulo: & ad, vt Obeo, &c.

Pone. Pone, id eſt poſt: vt Pone nos recede, ait Plautus in Pœnulo. Nebriſſenſis putat ſolum aduerbium eſſe, admirans Donatum præpoſitionibus annumeraſſe. Ego vehementer miror Nebriſſenſem tam excellentis ingenij virum hoc ſcripſiſſe: quum pone præpoſitio ſit apud doctiſſimos non ſemel aut bis, ſed perſæpe. Plautus in Pœnulo, Faciunt ſcurræ quod conſueuerunt: pone ſeſe homines locant. Et alibi, I tu præ virgo: nequeo quod pone me eſt, ſeruare. Idem, Pone ædẽ Caſtoris. Suetonius in Tyberio, Capillo pone occipitium ſummiſſiore, vt ceruicem etiam obtegeret. Idem in Nerone, Pone verticem. Et in Domit. Domitianum ferũt ſophiaſſe gibbam ſibi pone ceruicem aureã enatam. Tacitus, Tuta pone tergum Achaia. Idem, Florentiſſimis pone tergum municipijs. Idem, Vinctæ tergum pone manus. Idem, Reſpexit pone tergum è primoribus AEgyptiorum nomine Baſilydem. Titus Liuius 10. bel. Maced. Pone caſtra vtrique pabulatũ & lignatum ibant. Apul. 2. de Aſin. Pone ipſum lectulum

editiorem quendam lapidem inſiſtens: cuncta curioſis oculis arbitrabar. Sic idem alibi ſæpiſſime. Plinius quarto nat.hiſt.cap.12, Pone eos montes, vltráque Aquilonem gens fœlix(ſi credimus)quos hyperboreos appellauere,annoſo degit æuo. Papin.9.Theb. Auſus erat furto dextrã iniectare Leonteus Pone viros atque arma latens. Sæpiſſime Pone aduerbium eſt pro à tergo,aut poſt.Virgilius, Pone ſubit coniux,ferimur per opaca locorum.

Per capitur modis vndecim.

Per primò conuenit loco:vt Per forum ambulo. Secundò tempori:vt apud Ciceronem libro 7.ad Atticum,Tenuiſti prouinciam per decem annos. Tertiò perſonæ. Virgilius,Per medios ruit ac morientes nomine clamat. Quartò iurandi eſt:vt Per deum. Ouidius,Pérque nouem iuro numina noſtra deas.In hoc verbo(per)pulchre ſubauditur,vt in nauigo & verro: veluti Iuro ſolem, verro terrã, nauigo æquor.author Seruius in illud Virgilij AEneid. 1, Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.Idem lib.12,Hæc eadem AEnea,terram,mare,ſydera iuro. Quintò obteſtandi & deprecãdi eſt. Virgil.Per te,per qui te talem genuere parentes. Sextò,interceſſorem ſignificat:vt Id per amicos obtinui.Cicero,Quòd per me certior fias.id eſt me operante.Per te viuo.id eſt te auſpice,& tuo auxilio.

Iuro.

Septimò,cauſam ſignificat:vt Per te ſtetit,quominus profecerim.id eſt tu in cauſa fuiſti.& eleganter ſic loquimur. Per me non ſtetit, quominus doctior euaſeris. Cornelius Tacit. de orat. Nolo Coruinum inſequi,quia per ipſum non ſtetit,quo minus exprimeret. Octauo,particula eſt ſeparandi excludendíque:vt Per me notaui.Martial.Hoc per me didici dicere Cæſar aue.Fabius,Præcepta citra exercitationem per ſe nihil proſunt.id eſt ſola. Cato in re ruſtica, Contento in mortario per ſe vtrunque. id eſt ſeparatim vtrunque. Nonò ſignificat inter. Virgilius primo Georg.Circum pérque duas in morem fluminis arctos.id eſt inter duas,teſte Nebriſſenſi. Decimò ſignificat in, teſte Lanciloto: vt Per agros creſcit herba.& eſt elegãtia,vt ait. Vndecimò ſimulandi vim habet:vt Per cauſam,per ſpeciem: id eſt ſimulate.Titus Liuius 4,Vt quum appropinquaret ianuæ rex, per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret à tergo agmen. Idem,Hi priuſquam aliquid mouerent,colloquendum cum Hannibale rati,nocte per ſpeciem venandi vrbe egreſſi ad eum proficiſcũtur.Hos notaui modos de(per)extra compoſitionem.inueniet diligentior plures:neque inuideo.

Per in cõpoſitione capitur modis quinque.

Per in compoſitione varie ſignificat.Primò per, id eſt valde: vt Perdoctus, perplacet, percupio. In quibuſdam pro(per) vtimur præ:vt Prædiues,prædulcis,præfulgeo,præclarus,prædurus, præcultus, prælongus,præferox,præcupidus,præualens,præproſper,prælautus,præpinguis,præaltus,&c. Secundò ſignificat trans,vel per medium: vt Perfluo,perluceo aut pelluceo,perſpicuum,per cuius medium videmus,vt cryſtallus. Tertiò perfectionem ſignificat. Lactãt.Si legit,perlegat.id eſt vſque ad finem legat.Cicero,Nuntius qui literas accepit,non pertulit. Seneca, Leue eſt miſerias ferre: perferre graue. Martial.Nam vigilare leue eſt:peruigilare graue. Agit reum,qui accũſat:peragit,qui conuincit: multi ſuadent,pauci perſuadent. id eſt ſuadendo credere,& quod conſulitur, agere cogunt. Idem facit aliquãdo ex,vt oro,exoro.Perſequor capitur in bonũ & in malum. Quartò per negat:vt Perfidus,periurus,qui fidem & iuſiurandum fregit. Quintò ſignificat nimis vehementer: vt Pertinax, qui nimis tenax eſt,durus & inexorabilis:& ſæpe in malum capitur:vt Perdo,pereo,&c.

Peragere reũ

Prope.

Prope,id eſt apud,iuxta:vt Prope te ſedeo.fit aduerbium:vt Propè eſt exercitus:& ſignificat ſæpe ferè:vt Propè cecidi. Compoſitionem ingreditur,vt Propediem, id eſt cito:quaſi prope eſt dies quando hoc fiet. Terentius,Et illum tibi ſaluum affuturum eſſe hic cõfido propediem. Propemodum,id eſt ferè,pene:quaſi prope menſuram.De Prope aliquando legitur.

Propter.

Propter primò cauſam innuit: vt Propter te hæc patior. Secundò ſignificat prope & iuxta,tam in proſa,quàm in carmine.Virgilius,Et viridi in campo templum de marmore ponam
Proprer aquam. Terent.in Adelph.Nimium iſtoc abiſti:hic propter hunc aſſiſte.Præpoſitio eſt, non aduerbium,contra Calepinum.Cicero ſecundo Rhetoricorum,Fluuius Eurotas is qui propter Lacedæmonem fluit.Idem in Piſonem, Mihi hic vir clariſſimus,qui propter te ſedet. Gellius libro 19.cap. 4, Propter ignem diutius ſtetit. Apuleius octauo Metamorph. Ignem propter aſſidens. Audeto ergo puer hoc loquendi modo vt pereleganti vti , citra affectationem tamen . Propter compoſitionem ingreditur,vt Propterea,quapropter,&c.

Secũdum capitur ſeptem modis.

Secundum primò ſignificat iuxta : vt Secundum fores cubat canis . Nam quod ſecundo loco eſt, propè eſt. Seru.Sulpitius,Duo vulnera accepiſſe:vnum in ſtomacho,alterum in capite ſecundum aurem. Secundò ſecundum,id eſt poſt,quaſi ſecundo loco. Cicero,Proxime autem & ſecundum deos, homines hominibus maxime vtiles eſſe poſſunt. Sic, Secundum deum te maxime diligo. Tertio ſignificat pro:vt Secundum te litem do.Gellius,Secundum me lis data fuerit. Quartò ſignificat in: vt Secundum quietem videbar mihi tecum diſputare. id eſt in quiete, vel ſopno. Suetonius in Auguſt. Affirmauit ipſum eſſe cuius imago ſecundum quietem ſibi obuerſata ſit. Quintò ſignificat ſuper. Salluſtius in Iugur.Secundum ea vti deliberetis vere. Sextò ad æmulationem:vt Secundum Franciſcum viuo.id eſt ſimiliter Franciſco, æmulando eum pro viribus. Septimò ſignificat iuxta ſententiã: vt Secundum Solonem ante mortem beatus dicendus eſt nemo. id eſt iuxta ſententiam Solonis . Fit aduerbium ſecundùm pro pòſt.Plautus in Amphit.Age tu,ſecundùm ſequor. Poſt,vide ante.

Trans.

Trans,id eſt vltra:& tam motus,quàm quietis verbo datur contra quoſdam. Horatius,Cælum non

animum mutant qui trans mare currunt. Virgilius in Georgic. Illas ducit amor trans Gargara tránſ-
que ſonantem Aſcanium. Quintil. de paſtu cadauerum, Ergo vt vidimus ſalutē publicam trans ma-
re petendam. Ingreditur plerunque compoſitionem, vt tranſeo. Amittit ns, in trado, traduco, traijcio,
trano. Veteres tamen tranſdo, tranſduco dixere: quia tranſduco legi in Cicerone, & tranſdo in Terētio.
Contrà nunc dicimus, Tranſmitto, tranſlatū, tranſpono. Veteres, teſte Donato, tramitto, tralatum, &c.
dixere. Et ipſe apud Ciceronem legi tramittebam, tralatitium.

Vltra. Vltra præpoſitio eſt: vt Vltra AEthiopiam. Vltra Sauromatas fugere hinc libet. Et aduerbium: vt
Quid vltra faciam, neſcio. id eſt plus. Vltraquam, id eſt plus quàm. Vltra famam, id eſt plus quàm ho
mines opinentur.

Supra. Supra præpoſitio eſt. Virgilius, Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Aliquando ſignificat vltra:
vt Supra morem, ſupra modum, ſupra iuſtum. id eſt plus quàm iuſtum eſt. Virgil. 2. Georg. Rara ſit
an ſupra morem ſi denſa requiras. Veteres ſupera & infera dixere: pro ſupra, infra. Cic. in Arato,

Supera. Huic ſupera duplices humeros affixa videtur
Stella micans. Tres ſupra viginti, id eſt viginti tres. Ceciderunt in hoc bello ſupra duo milia hominū.
id eſt plus quàm. Sæpe aduerbiaſcit: vt Ego infra ſedeo, tu ſupra. Diligo te ſuprà quàm cuiquam eſt
credibile. id eſt plus quàm. Salluſtius, Corpus patiens inediæ, algoris, & vigiliæ, ſuprà quàm cuiquam
credibile eſt. Supra & ſuper fiunt à Græca præpoſitione hyper: aſpiratione enim in ſ verſa, & y in u, fit
ſuper: hinc ſupra. Sic ab hypnus, id eſt ſopnus fieret ſupnus: ſed u aliquando in o vertitur. Hinc dici-
Sopnus. mus ſopnus per p ſine m: non ſomnus, nec ſompnus, ſi recte ſcribere velimus. Græco vtitur Martialis
dicens, Hypne quid expectas, &c? Habui hoc primum ex Philelpho, deinde ex Gellio, libro 13. cap. 9. di-
cente, Quod item illi hypnos, nos primo ſypnus: deinde per y Græcæ Latinæque o literæ cognationē,
Gellij locus. ſopnus: male vulgo imprimitur in Gellio Symnus ſomnus, pro ſypnus ſopnus.

Supra & ſuper differūt. Quomodo differunt ſuper & ſupra? Super ſignificat contiguum: Supra vero non: vt Sedeo ſuper la
pidem. Volat ſupra me auis. Eodem modo differunt, infra & ſubter. Nam ſubter ſignificat cōtiguum:
Infra. Infra vero non. Seruatúrne ſemper differētia? Non ſemper: ſed ſæpiſſime. Auguſtinus libro ſexto con
Subter. feſſ. Nec ita erat ſuper mentem meā, ſicut oleum ſuper aquam, nec ſicut cælum ſuper terram. Mallem
dicere cælum ſupra terram. Liuius libro 44, Vbi circa muros ſupra ſubtérque terram per dies x x v.
pugnatum eſt.

Præter. Præter primò exceptionem ſignificat: vt Nullum timeo præter deum. id eſt excepto deo. Gel. lib. 17.
cap. 21, Galli Romam præter Capitolium ceperunt. id eſt totam Romam excepto Capitolio. ſic recte
vbi de toto integrali loquimur, & partē excipimus, loquemur: nec oportebit addere totū, aut ſignum
vniuerſale: vt Domus mea præter cubiculum meum combuſta eſt. Vbi de toto integrali non loque-
ris, addito ſignum vniuerſale: vt Omne animal præter hominem brutum eſt. Præter patrem, neminem
vereor. male autem, Homo præter Iohannem ambulat. Secundò ſignificat Vltra. Quintilianus, Mul
ta erant præter hæc, quæ obijci merito potuiſſent. Plinius libro 10, Præter hominem ſopniare equos, ca
nes, boues, pecora, capras, palàm eſt. Mittam aurum preter argentum. id eſt & argentum. Tertiò ſi-
gnificat ante. Cicero in Verrem, Præter oculos ſoli ferebant. Quartò ſignificat contra. Terentius in
And. Præter ciuium morem atque legem. ſic Præter rationem, &c. Quintò ſignificat ſine: & inueni-
tur cum ablatiuo. Salluſtius apud Priſcianum libro 18, Præter rerum capitalium condemnatis. Pli-
nius etiam ablatiuum dedit huic præpoſitioni lib. 24. cap. 11, Aduerſatur venenis & venenatis, præter
Preter ſpem. anguibus. id eſt exceptis anguibus. Præter ſpem, præter opinionem. id eſt inſperato, inopinato. Ingre
Præterquam. ditur compoſitionem, vt Prætereo, præterquam, id eſt præter. ſed aduerbium eſt coniungens ſimiles ca
ſus: vt Præterquam deus, timendus eſt nemo: aut Præter deum, timendus eſt nemo. Horatius,
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris. Dicimus bene præterquam quòd, id eſt niſi quòd. Plinius,
Omnia nobis ex voto ſucceſſerunt: præterquam quòd in itinere defunctam matrē audiuimus. Præ-
Præterpropter. terpropter, id eſt præter aliud quàm propter id de quo loquimur: vt Præterpropter virtutem acquiren
dam monachus efficeris. Ennius apud Gellium lib. 19. cap. 10, Præterpropter vitam viuitur. id eſt præ-
ter aliud quàm propter vitam, vtpote voluptatem, aut gloriam, &c. Licet is loquendi modus ſit per-
quam vetus: tamen elegantiam affert, ſi parcè vtaris.

CIRCITER VIDE CIRCA.

Vſque. Vſque innuit continuationem, & finem actus, puta loci, temporis, & huiuſmodi: vt Vſque noctem,
vſque Romam. vel poſtponitur: vt Romam vſque. Cum nominibus vrbium, & pagorum, & rus, do-
mus, ſæpius ſine alia præpoſitione ponitur. Aliquando etiam cū alia præpoſitione: & ſic eſt aduerbiū.
Cicero pro Deiotaro, Vſque ad Numantiam miſit. Sæpe ponitur cum alia præpoſitione: & frequenter
poſtponitur. Apuleius, Iam aduſque amnem perueneramus. Virgil. Vſque ſub extremum brumæ in-
tractabilis imber. Terentius, Ex AEthiopia eſt vſque hæc. Virgilius 11. AEneid. Protei Menelaus aduſ-
que columnas Exulat. Item (vſque) aduerbium, id eſt continuo, diu, multum, aſſidue, ſemper. Plautus
in Sticho, Valuiſtin' vſque? Tibul. Vera cano, ſic vſque ſacras innoxia laurus

Veſcat. Veſcar, & æternum ſit mihi virginitas. Hic (veſcar) accuſatiuum habet. Virgil. libro 6. AEneid. Nec

vidiſſe ſemel ſatis eſt,iuuat vſque morari. Aliquando ſignificat prope. Terentius in Adelph. Me pugnis miſerum,& iſtam pſaltriam vſque occidit. Vſque antehac,id eſt antequam,teſte Donato. Terentius in And. Vt animus in ſpe,atque in timore vſque antehac attentus fuit. Vſquequo,id eſt quàm longe,quandiu:vt Vſquequo ebria eris? Vſquequaque,paſſim,aſſidue,ſemper. Cicero Treb. Vſquequaque ſapere oportet. Vſque eo,vſque adeò,id eſt intantum. Cicero,Vſque eo vt miſereare eius.

Secus.

Secus,id eſt prope: vt Cæcus ſedebat ſecus viam. Caper antiquus grammaticus negat rectè dici,Secus te ſedeo:quia dicendum eſt,inquit,Secundum te ſedeo. Ego opinor etiam rectè dici, Secus te. Plinius libro 24.cap.15,Naſcitur ſecus fluuios folio populi, ſed ampliore. Secus aduerbium, id eſt aliter. Virgilius,Haud ſecus Androgeus viſu tremefactus abibat. Secius,id eſt minus. Apuleius,Nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Significat etiam tardius. Actius, Si fortè Paulo quàm veniam ſecius. Penes,vide Apud.

Secius.

Verſus.

Verſus ſemper poſtponitur. Plautus,Ego portum verſus pergam, & perquiram: quem ſi non inuenero,domum verſus reuertar. Cicero,Arretiũ verſus. Salluſtius,AEgyptum verſus. Iungitur interim alia præpoſitio,& ſic aduerbium efficitur:vt Ad occidentem verſus. Cicero in Lælio,Is primum in forum verſus inſtituit agere cum populo.

PRAEPOSITIONES ABLATIVI CASVS.

A,ab,abs.

A,ab,abs,idem ſignificant. Eſtne aliqua in conſtructione differentia? Etiam.nam à ſolum conſonantibus iungitur:vt à Petro,à domo. Ab vocalibus, & quibuſcunque conſonantibus : ornatius tamen ſ conſonanti,& liquidis l,& r. Abs rariſſime vtimur,& vix aliter quàm ante q,& t:vt Ab Andria,ab duce,ab Ioue,ab lege,ab rege,abs Quinto,abs Tito. Da authoritatem vbi Ab iungitur alijs conſonantibus quàm ſ,l,r. Cicero,Ab ſocijs,ab natura,ab dijs:ſimilia apud eundem plura inuenies. Liuius in diuerſis locis hęc ponit,Ab Tatio,ab dijs,ab ſimili,ab nũtio,ab creditore,ab ſallaci,ab plebe,ab quatuor, ab principibus,& alia his ſimilia ſæpiſſime. Cæſar in cõment. Cõſilio probato ab ducibus. Idem dicit ab nouiſſimis,& ſimilia per omnes ferè conſonantes. Plautus in Aſin. Da puere ab ſummo. Sic alibi multa per omnes fere conſonantes . Ideo parum iuſte in hac re carpit Valla Raudenſem. A,ab,abs, Primò ſignificant perſonam agentem:vt Percutior à præceptore,Defendor ab auo,Oſculor abs te,Audiui à Petro, &c. Secundò motum de loco ſignificant: vt A ſummo ad imum deſcendiſti. Tertiò ſignificãt poſt. Perſius,O Iane à tergo quẽ nulla Siconia pinſit.id eſt poſt tergũ. Plin. Virus equi à coitu ſtatim collectũ.id eſt ſtatim poſt coitũ. Suet.in Cæſare,Plebs ſtatim à funere ad domũ Bruti & Caſſij cum facibus tetendit.id eſt poſt celebratas exequias. Idem in Tyberio,A cõmeatu caſtra repetẽtes. Sic A partu,à cõſulatu,à nuptijs,&c.id eſt poſt partum,&c.cum magno ornatu dicuntur. Quartò ſignificant de. Terent. A villa mercenarium vidi.id eſt de villa. Quintò exponuntur per quàm. Apoſtolus, Exiſtimo me nihil minus feciſſe à magnis apoſtolis. Et paulo pòſt,Nihil minus feci ab iſs, qui ſunt ſupra modum apoſtoli.id eſt quàm magni apoſtoli,quàm ij. Sextò ſignificant pro vel propter: vt Væh mundo à ſcandalis. Septimò ſignificant pro,vbi defenſionis vim habẽt. Cicero in Bruto,M. Cælius talis tribunus fuit,vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentámque dementiã à ſenatu,& à bonorũ cauſa ſteterit cõſtantius.id eſt prò partib9 ſenatus,pro partibus bonorũ. Octauò ſignificant præeſſe:vt Ab epiſtolis,à rationibus,à libellis.id eſt qui præeſt epiſtolis,rationibus,libellis.ſic A ſtudijs,à ſecretis,à batis,qui præeſt mẽſuris. Batus,vaſis genus eſt. A punctis,qui præeſt reditibus aquariorum. A voluptatibus,&c.de quibus multa bene dicit Calepinus: & ego in heteroclitis de his diſputaui. Nonò poſſeſſiui locũ ſumunt. Terent.in And. Dic clarè. M.à vobis.id eſt veſter eſt.

A capit̃ modis duodecim.

Batus.

Decimò ſignificant contra. Virgil. Defendo à frigore myrtos. Vndecimò ſignificant ex. Terent.in Hecyra, Ab ſeſe ſuam voluptatem vt expleat. id eſt ex ſeſe. Duodecimò ſignificant ceſſationem : vt Otium eſt à bello. id eſt non bellatur. Vaco ab opere. id eſt ſum otioſus.

Ab re.

Ab re,id eſt præter rem:hoc eſt indecens,inutile. Suetonius in Auguſt. Et quoniam ad hoc ventum eſt,non ab re fuerit ſubtexere.id eſt non inconueniens,aut non inutile. Liuius,Haud ab re duxi. Terẽt. in Heaut. -tantũne eſt ab re tua otij tibi, Aliena vt cures,eáque,nihil quæ ad te attinẽt? id eſt tantũne otij eſt tibi à rebus tuis, &c. Compoſitionẽ ingrediũtur, vt Amoueo, abeo, abſtineo. Apella è Græco eſt,vt aptotum,&c. Cum Petro ambulo,Cum honore te ſuſcipio,&c.notiſſima ſunt. Inſtrumento(cum)non iungitur:quia,Gladio percutio,non cum gladio dicimus. Aliquãdo euphoniæ cauſa neceſſariò poſtponitur,vt Mecum,tecum,ſecum,nobiſcum, vobiſcum.non cum me,&c. quacum, quocũ,ſeu quicũ,quibuſcum:melius quàm cum qua,cum quo,cum quibus. Cic. Quid dulcius,quàm habere quocum omnia audeas ſic loqui vt tecũ? Quum,id eſt quanuis,vel quando,aduerbium aut coniunctio eſt. Quum optime de te ſim meritus, ſemper oſtendis te eſſe ingratum. Cicero, Nonnihil me conſolatur,quum recordor quanta me complecteris beneuolentia. De hoc(quia quidam per q ſcribũt, quidam aliter)dicam in orthographia. Cum non ingreditur compoſitionem:quia pro(cum)habemus inſeparabiles præpoſitiones co,con.

Cum.

Quum.

Coram.

Coram aduerſatur clam: vt Coram iudice cauſam egi. Sæpe eſt aduerbium. Terent.in Eunuc. Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum? Differunt ante & corã. Nam ante oculos longe

Ante.

intelligi poteſt. Coràm proximitatem ſignificat, vt ex dicta authoritate grammatici colligunt. Redde quæ mihi coràm recepiſti. Coràm eſt, quod minus periti dicunt, præſentialiter. Veteres (ʻcoram) cũ accuſatiuo ponebant. vt Coram præſentes, vel præſentibus. author eſt Donatus in Adelphis. Apuleius ſæpe dicit (ʻincoram) pro palam.

Palam. Quomodo differt Coram à Palam? Coram ad certas perſonas pertinet: Palam ad omnes: & ſere aduerbium eſt pro manifeſtè, in aperto. Terentius, Si falſum aut fictum: continuò palàm eſt. Aliquando præpoſitio eſt, contra Lancilotum. Titus Liuius libro 6. ab vrbe, Rem creditori palam populo ſoluit. Ouid. de morte Druſi, Et fleuit populo Cæſar vtrunque palam. Idem 5. Triſt.

Méque palam tuto de me mala ſæpe loquuntur:

Forſitan obijciunt exiliúmque mihi. Id eſt loquuntur tutò, id eſt tutè: quia eos non intelligo. Sæpe mala de me palam me. id eſt coram me. Hîc nota cõtra differentiam datam (ʻpalam) aliquãdo de certa perſona dici. A (ʻpalam) fit aduerbium propalam, id eſt manifeſte: & verbum Propalo, as, id eſt manifeſto, aperio. Significat etiam in longum creſco, aut potius creſcere facio. Columel. libro tertio, Deinde ex eo ſulco quaſi ramos foſſarum facies, per quos, vt quæque virga poſtulauerit, propaletur: atque ita terra adoperies. In propatulo, id eſt in publico.

Clam. Clam, id eſt ignorante, vel ignorantibus, ſiue occulte: vt Clam patre fugi. id eſt neſciente patre. Clam cuſtodibus exiui carcerem. Clam me eſt. id eſt ignoro. Pro eodem eleganter dicitur, Fugit, fallit, latet, præterit. Capit me hæc res. id eſt ignoro hãc rem. Sine caſu aduerbium eſt apud poetas ſæpius quàm oratores. Virgilius primo AEneid. Clàm ferro incautum ſuperat ſecurus amorũ. Hinc aduerbia idem ſignificantia, perclam, & clanculum. Clam præpoſitio licet ablatiuo ſæpius gaudeat, habet tamen interdum accuſatiuum, vt bene dixit Donatus. Plautus in Mercatore, Ratus clam patrem meum poſſe habere. Sic idem ſæpius. Cicero in Salluſtium, Timens ne facinora eius clam vos eſſent.

De, & à differunt. DE, primò materiam ſignificat: vt Carmen de bello Troiano. id eſt, cuius materia eſt bellum Troianum. Annulus de auro factus. A nunquam materiam innuit, ſed efficientem cauſam: & ita patet differentia inter (ʻde) & (ʻà). Plin. in epiſt. Liber tam ineptus, vt non de puero, ſed à puero factum eſſe credas. itaque (ʻà) pro (ʻde) non capitur, vbi materiam ſignificamus: ſed contrà (ʻde) pro (ʻà) capitur. vt Emi de Petro, pro à Petro: vt patebit. ergo male dicitur, Quid hoc à te audio? pro, Quid hoc de te dicunt, &c. dicendum eſt, Quid hoc de te audio? Cicero ſcripſit de Officijs. non ab Officijs. Liber Donati de octo partibus orationis. non ab octo, &c. quia in hís & ſimilibus materia ſignificatur, non cauſa efficiens. vti etiam hic, De te bene merui. Et templum de marmore ponam. id eſt marmoreum. Secundò DE capitur pro à, vel ab: vt Emi de Petro librum. Audiui de patre meo. Cato de re ruſtica, De domino bono colono, bonóque ædificatore melius emitur. Cicero epiſt. lib. 5. ad Lentulum, De Craſſo domum emiſſem. Plautus in Pœnulo, De te quidem didici hæc omnia. Idem in Curg. De illo emi virginem. Cicero pro Cluentio, Mulierem quum emiſſet de ſectoribus. Tertiò DE, id eſt propter. Terent. in Eunu. Ecquid nos amas de fidicina hac? Quartò locum ſignificat: vt De cælo venit, &c. In compoſitione ſæpe ſignificat deorſum, vt Deſcendo, demitto. Aliquando ſignificat valde, vt Deamo, demiror. Interdum diminuit, vt Decreſco, deferueſco. Quãdoque negat, vt Deſpero, demens, dedecet. Significat & alia in compoſitione, quibus ſuperſedeo. DE olim aduerbium erat pro deorſum. Vnde

Súſque, déq; fero. adhuc habemus Súſque déque fero. id eſt parui facio. quaſi an ſurſum, an deorſum res feratur, flocci-pendo. Sus pro ſurſum vetus eſt. Hieronymus Dehabeo, pro non habeõ, dixit ad Euſtochium: Ita ille moderatur vniuerſa: vt nemo quid poſtulet, nemo dehabeat.

E, & ex, ſeptẽ modis. E & EX idem ſignificant: ſed (ʻE) conſonãtibus tantum iungitur: vt E iure, è republica. EX tam vocalibus quàm cõſonantibus iungitur: vt Ex arbore, ex dignitate. E & EX primò ſignificant materiã: vt Culter fit ex, vel è ferro. Secũdò E vel EX, id eſt à: vt Audiui è patre, ex auo. Tertiò ſignificãt extra & de: vt Ex vrbe pulſus. Ex naſo ſtillat humor. E cælo deſcendit. E regione longinqua piper portatur. Eregione vna dictio, id eſt ex aduerſo, ex oppoſito: vt Eregione domus meæ habitat ſutor. Quartò E vel EX, id eſt ad vel pro: vt Ex dignitate, ex vſu, ex vtilitate. id eſt pro dignitate, vel ad dignitatem, &c. E re tua, id eſt ad vtilitatem tuam. E republica, ad vtilitatem reipublicæ. Quintò ſignificant ſecundum: vt Ex Platonis ſententia. Sextò in. Cicero, E renibus laborabat. id eſt morbum patiebatur in renibus. Sermo eſt elegantiſſimus. Sic Laboro è pectore, capite, &c. Septimò ſignificant poſt. Stat. primo Syl. Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes. id eſt poſt illud tempus: quod inepte dicitur Extunc. Curtius 5, Inſtituit quærere quotus dies eſſet, ex quo Nichomachus ad eum detuliſſet indiciũ. pro ex quo bene dicimus. vt Idem libro 6, Quintus dies erat, vt in eam regionem peruenerat. id eſt poſtquam. Alia exemplis declarabo.

Extempore. Extempore, id eſt ex improuiſo. hinc Extẽporalis & extemporarius: vt Orator extẽporalis, qui ſubito ſine præmeditatione dicit. Extempotale carmen, &c. Item Extempore, id eſt pro temporis conditione. Cicero, Ex tempore officium quæritur.

Ex vinculis. Ex vinculis cauſam dicere, eſt vinctum reſpondere criminibus.

Ex ſentẽtia aliquid habere, id eſt ad votum & deſyderium noſtrum. Quintilianus, Habéſne vxorem ex animi tui ſententia?

Ex compoſito,id eſt dedita opera,& ex conuentione.
Ex collo pendet pharetra.id eſt à collo,aut iuxta collum. Vinum ex ſpongia apud Celſum.id eſt vi-
no madefacta ſpongia. Panis ex aqua,è iure,quem vulgo offas dicunt. Pharmacum liquatur ex roſa.
Quomodo differunt Ex amphitheatro venio,& ab amphitheatro venio? Ex amphitheatro venit,qui
in illo fuit. Ab amphitheatro venit,qui in loco fuit proximo amphitheatro. Sic Surgit ex fonte aqua,ſi
in illo fuit. Surgit à fonte,id eſt à loco fonti proximo. Eodem modo Ad tribunal venit litigator.id eſt
ad locum tribunali proximũ. In tribunal venit iudex,quia illud intrat.ita dic in reliquis. E Pãphilo gra
uida eſt Glycerium.non à Pamphilo. Abs te abeo,non ex te. Ille eſt ex vrbe,id eſt extra vrbem. In com
poſitione priuant,vt Elinguis,exanguis:& augent,vt Exoro,id eſt orando impetro.& ſignificãt extra:
vt Educo,extraho. Excurſim,id eſt excurſitatione. Plautus in Aſinaria, Non vides me excurſim anhe Excurſim.
litum ducere? Excogito,cogito,reperio,&c.

Pro,primò ſignificat cauſam:vt Pro te rogaui. id eſt tua cauſa. Secũdò ſignificat ante. Salluſtius, Pro ſeptẽ mo
Pro curia ſignum dat. Suetonius,Religato pro foribus cane. Tertio pro,id eſt loco & vice alicuius. dis capitur.
Terentius in Andria, Ea lege, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam. Sic Audacia pro muro ha-
betur. Quartò ſignificat propter,nec multum differt à primo modo:vt Pro teſtimonio adductus.id
eſt,propter exhibẽdum teſtimonium. Dedi pecuniam pro prædio.id eſt propter prædium. Pro iniuria
quam accepi.id eſt propter iniuriam. Hoc Cato dixit pro ſcapulis:quia ſerui ſcapulis vapulãt,dum ma
le faciunt,aut dicunt. In hoc modo contineri poteſt hic loquendi modus: Sto pro turribus.id eſt pro-
pter,vel ad turres defendẽdas. Terent. Nam niſi hæc ita eſſent,pro illo haud ſtares. Virgilius lib.9,Pro
turribus aſtant. Quintò Pro,id eſt ad vel ſecundum:vt Pro meis viribus. huc reducitur illud,Pro ſe
quiſque viri.id eſt pro viribus ſuis quiſque:aut propter ſe quiſque. Pro Platonis ſentẽtia.id eſt ſecun-
dum Platonis ſententiam. Sextò Pro,id eſt in:vt Pro roſtris:Pro tribunali. Sueton. in Cæſare,Defun
ctam laudauit è more pro roſtris. Septimò authoritatem innuit:vt Tribuni plebis pro poteſtate in-
terceſſerunt. id eſt authoritate poteſtatis ſuæ. Sub horum aliquo modo eſt quicquid ſubijciam, Pro
valuis fixi literas.id eſt in valuis. Gratiam retuli pro meritis.id eſt ſecundum merita. Non iraſceris pro
materia.id eſt ſecundum exigentiam,aut qualitatem materiæ. Ouidius, -grauius Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe. Silius 8,Incipit,& blandas addit pro tempore voces.id eſt,ſecundum
temporis conditionem aut poſtulationem. Terentius,Hoc tibi pro ſeruitio debeo.id eſt cauſa ſeruitij,
aut ſecundum ſeruitutis legem. Pro indiuiſo,id eſt nulla habita aut facta diuiſione: verbum iuriſcon-
ſultorum eſt. Ne dicas, Commoda mihi librum pro hora: ſed in horam. Nec,Hoc maxima pro parte
falſum eſt:ſed ex maxima parte,licet in Boetio de cõſolatione 3.legamus, Pro maxima parte terrarum
videatur inglorius. Pro interiectio antè patuit. Componitur Pro:vt Promitto,prouideo,prodeo,&c.

Præ primò ſignificat ante. Gualterus,O fœlix mortale genus, ſi ſemper haberes Æternũ præ men Præ.
te bonum,finémque timeres. Et aliquando eſt aduerbium. Terentius,I præ,ſequar. Liuius libro 1,Præ
ſe armentum agens.id eſt ante ſe. Ablatiuus eſt ſe, non accuſatiuus contra Calepinum. Præ cũctis
honorandus.id eſt ante cunctos: & ergo plus quàm cæteri. Secundò Præ, id eſt propter, vel ab: vt
Præ timore tremo. Terentius in Eunucho, Vt ſit miſera præ amore. Idem, Præ ſtudio dum id effi-
cias quod cupis. Apuleius,Præ luxuria cuncta profuderat. Tertio ſignificat comparationem. Terẽt.
in Eunu. Hic ego illum contempſi præ me.id eſt ad comparationem mei. Liuius,Paruam Albam præ
ea vrbe quæ conderetur fore. Huc reducitur loquendi modus, vbi (præ) videtur exceptiua pro præter.
Cicero pro Amerino, Videtis vt omnes deſpiciat:vt hominem præ ſe neminem putet. id eſt præter ſe
aut ad comparationem ſui. Gellius libro 1,Præ ſe vno cæteros omnes rudes eſſe prædicabat. Interdum
ablatiuus ſubauditur. Plautus in Perſa,Immo res omnes relictas habeo,præ quod tu velis.præ ſupple
eo:id eſt,reſpectu eius quod tu velis. Hinc fit aduerbium præquã. Plautus in Aulul. Hoc etiam pul Præquam.
chrum eſt,præquam vbi ſumptus petunt. Idem in Pœnulo dixit præ ſibi,in datiuo,id eſt ad ſuum ge
nium amœnadum, vt Baptiſta Pius ait. Præut,id eſt præquam: & quod vulgus diceret, ſecundum Præut.
quod. Terentius,Ludũ dices præut huius rabies quæ dabit. Præter,vnde Catullus,Dicebas quondã
ſolum te noſſe Catullũ Leſbia:nec præ me velle tenere Iouem. Sic præ illis nugæ erãt omnia. In cõ-
poſitis varie ſignificat,vt Præfero,præclarus,&c. Præ & quæcunque inde ſunt, diphthongon habent:
vt Præterhac,id eſt poſthac:apud Plautum vox elegans. Plautus in Rudente, Si præterhac verbum Præterhac.
faxis hodie,ego tibi diminuam caput.

Ornate dicimus,Præ me fero,præ te fers,&c.id eſt dicto aut facto indico,& profiteor. Quintilian⁹, Præ me fero.
Fiduciam igitur præ ſe ferat orator,ſempérque ita dicat,tanquam de cauſa optime ſentiat. Sic,Iohan-
nes lætitiam præ ſe fert.id eſt apparet lætus. Hoc carmen præ ſe fert miram poetæ ſubtilitatem. Tuæ
literæ multum præ ſe ferunt ornatum. Dic etiam per compoſitionem,Præfero lætitiam,&c. Præfero.

Sine & Abſque idem ſignificãt:neutrum cõpoſitionem ingreditur,vt neque vltra,clam,pone,& plu
res. Sine etiam imperatiui modi verbum eſt à ſino. Syncerus non eſt à ſine:ſed à ſyn,id eſt con. Sine.

Abſque Calepinus aduerbium eſſe vult apud Terentium pro niſi. Verba Terentij ſunt in Hecyra, Aſque.
Quàm fortunatus cæteris ſum rebus: abſque vna hac foret, Hanc matrẽ habens.vbi potius legetur,
teſte Calepino in nominatiuo Abſque vna hæc foret, quàm in ablatiuo hac foret. Nam ſenſus eſt,

Abſque,id eſt niſi hæc vna, ſcilicet res,videlicet coniunx ex alieno(vt tunc putabat)pariens eſſet.

Tenus,vide lectionis huius principium.

Procul.

Procul,id eſt longe,ablatiuum plerunque regit, & raro accuſatiuum: ideo præpoſitionibus iure annumeratur. Da authoritatem de ablatiuo. Tacitus,Nec procul cæde aberant. id eſt propè interficiebantur.Curtius,Iam ventum procul mari quod Hiberniam inſulam ſpectat. Et libro octauo,Procul muro.Sic alibi ſæpe. Da authoritatem de accuſatiuo. Curtius, Procul vrbem. Plinius nono naturalis hiſtoriæ, Villa eſt Campaniæ, haud procul Neapolim. Titus Liuius 31, Locus procul muros ſatis æquus agendis vineis fuit. Procul ſæpiſſime eſt aduerbium : vt Procul ô procul eſte prophani. Ouidius,Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.

Procul vrbē.

PRAEPOSITIONES COMMVNES.

In eum accuſatiuo octo modis.

IN accuſatiuo iungitur. Primò vbicunque ad locum motum ſignificamus:vt Curro in forum,in campum.id eſt ad. Tamen differunt aliquantulum,Venio in tribunal,& Venio ad tribunal:vt dixi in præpoſitione ex.Itaque In caſtellū eo.id eſt intro caſtellum. Ad caſtellum eo. id eſt ad locum caſtello proximum.teſtes ſunt Diomedes & Donatus.Virgilius,Quò te via ducit in vrbem?Idem,Impulit in latus.Redeo in gratiam.

Secundò In pro contra vel erga,accuſatiuum habet. De contra: vt Crudelis in priuignum nouerca. Inuehor in æmulum.Virgilius,Quid meus AEneas in te committere tãtum, Quid Troes potuere? Lex lata eſt in adulterum & deſertorem.De erga:vt Mitis in diſcipulos præceptor. Virgilius, Accipit in Teucros animum mentémque benignam.

Tertiò accuſatiuum habet(in)vbicunque declaratur per ad,vel vſque ad,vel intra: Feci in tuam ſalutem.Plinius,Ita eſt profecto:multis fortuna parcit in pœnam.In rem tuam eſt.id eſt ad rem tuam. In re tua eſt:pro re tua.Vide Intereſt.Liuius,Bellum in triceſimum diem indixerãt. Bibo in lucem.id eſt vſque ad lucem.Martialis,Heſterno fœtere mero qui credit Acerram,

Fallitur:in lucem ſemper Acerra bibit.Omitto hæc in aliud tēpus.id eſt ad.Dico in aurem.id eſt ad aurem inſuſurro.Iuſti in perpetuum viuent.id eſt vſque ad perpetuum. Dabo te in caueam.id eſt ad caueam.& Mittam te in carcerem.Vacas in damnum tuum.In ſacris,Qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam.id eſt ad vitā æternam.Defecit in ſalutare tuum anima mea. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.Commoda mihi Virgilium tuum in hunc diem. Liuius libro primo,Vix in fundamenta ſuppeditauere.id eſt ad fundamenta. Celebremus hunc diem in honorem diuæ virginis Mariæ.id eſt ad honorē. Accepit eum Symeon in vlnas ſuas.In manus tuas commendo ſpiritum meum. Do tibi in manus. id eſt intra.eſt motus latens ad locum: & ita ad primum modum reduceretur. Plaut.in Trinum.E manibus dedit ipſe mihi in manus. Terent.Dic quid velis tibi dari in manum,vt herus his deſiſtat litibus.Dare in manum,eſt propriè dare ſeparatim ſine arbitro,aut interprete:vt quum præuaricator aut iudex corruptus accipit pecuniam.In diem addico.id eſt ad diem:hoc eſt,rem ita vendo, vt niſi alius ad præſtitutum diem magis obtulerit, illius ſit qui primo obtulit.Potens in pugnam.id eſt ad.Ille in Venerem eſt putris. Credo in deum,ad hunc modū adiecit Gulielmus Zenderus.Credo in deum,id eſt(vt ipſe ait)credendo tendo ad deū.Cæterum nugatur, ſi Vallæ credimus : qui in Iohannem dicit nihil diſtare Credo in deum , & Credo in deo: ſed vterque modus Latinis eſt inauditus. Apud Græcos accuſatiuus eſt,quem nunc per accuſatiuum, nunc per ablatiuum noſtri tranſtulere. magis affectatè quàm ſeuere, inquit Valla. De accuſatiuo in Iohanne, Omnis qui credit in eum non pereat. Et mox, Qui credit in eum, non iudicatur. De ablatiuo in Iohanne,Qui credunt in nomine eius.Et omnis qui credit in ipſo,non pereat.In act.apoſt.Multi crediderunt in domino.

Credo in deū

Quarto vbicunque ſignificatur diuiſio,mutatio,aut cōuerſio,IN accuſatiuū habebit:vt Vxor Loth verſa eſt in ſtatuam ſalis. Troia verſa eſt in cineres.Daphne mutata eſt in laurum,Lycaon in lupum, Actæon in ceruum,&c.Ouid.Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro. Refero in melius.id eſt conuerto. Hoc reducito, Accipias in bonam partem. Virgilius, Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.Animal in varias ſpecies diuiditur.Partior in ſocios panem.Virgilius, -ſocios partitur in omnes Vina.Apuleius primo Metamorph. Offulam grādiorem in conuiuas æmulos contruncare geſtio.elegantes ſunt orationes.

Quintò vbi ad ſimilitudinem,formámve alterius quid fieri ſignificamus, (in) accuſatiuum habebit: vt Lapis exciſus in antrum.id eſt in formā antri. Virgilius, Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum, id eſt in ſimilitudinem arcus,teſte Seruio.Idem,Tum vero in numerum Faunóſque feráſque videres Ludere.id eſt ad ſimilitudinem numeri:hoc eſt,cantilenæ & rhythmi,ait Seruius.Sic Figulus fingit lutum in ciconiam,in monachum, in morionem. Apuleius libro ſecundo Metamorph. Lapis parius in Dianam factus.Idem libro tertio,In aſini faciem fœna rodebamus.id eſt habentes figuram aſini.Sedet in amicum.id eſt ſimilitudinem amici:aut ſicut amicus,teſte diuo Auguſtino.

Sextò vbi ſignificat apud vel à.Cicero in Paradoxis,Non probantur in vulgus.Idem de vniuerſitate,Indicari in vulgus nefas. Et libro ix.ad Atticū, Alter religioſus nunc dies,alter in vulgus ignotus.

Curtius 4, Edita in vulgus AEgyptiorum reſponſa. Liuius 23, Milite in vulgus læto. Tacitus, Celebrata in vulgus Celſi laus. Idem, Crebræ in vulgus mortes. ſimiliter loquêris ornatiſſime.

Septimò pro Super: vt Multa in eam rem ſum locutus. Seruius in Donatum, Ambroſius in Lucã, Lyra in Iohãnem. id eſt ſuper. ſic loquemur, quoties commentatores allegamus. Ipſos verò authores, aut qui è Græco tranſtulerunt, per ablatiuum ſignificabimus: vt Donatus in libello de octo partibus. Terentius in Andria. Hieronymus in Geneſi: quia ipſe tranſtulit. Si autẽ allegamus aliquid quod Hieronymus ſcripſerit ſuper Geneſim, dicemus, Hieronymus in Geneſim. Item (in) ſignificat ſuper, quum dicimus, Dormis in aurem, Dormio in latus, Felis cadit in pedes, &c.

Octauò In accuſatiuum habet, vbi ſignificat qualitatem ordinatiuam: vt Opus in dies creſcit. Amor tuus creſcit mihi in horas. Virg. Inque dies auidum caput altius effert. id eſt de hora in horam, de die in diem: aut per ſingulas horas, per ſingulos dies. Virg. Gallo cuius amor tantũ mihi creſcit in horas, Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Plinius in epiſt. Expectantem in horas, dixit.

Quomodo differunt In dies, & in diem: ſimiliter, In horas, & in horam? In dies & in horas, ſignificãt quotidie, per ſingulos dies, per ſingulas horas: & ferè ſemper comparatiuo aut verbo incrementi iunguntur: vt In dies doctior, In horas crudelior. Peſtis in dies vel in horas creſcit. In diem & in horam, notant vnumquẽlibet diem non habendo rationem futuri: vt Prodigus in diem viuit, in horam viuit. Da authoritatem de (in dies). Liuiu. Creſcente in dies multitudine. Cicero, Quum id malum ſerperet in dies magis. Pro eodem recte dices Quotidie, aut in dies ſingulos. Cicero pro Marcello, Tua iuſtitia, & lenitas animi floreſcit quotidie magis. Idem ad Atticum, Quotidie vel potius in dies ſingulos breuiores ad te literas mitto. Cur dixiſti fere ſemper? Quia aliquando (in dies) ſine comparatiuo & ſine dictione crementi legitur. Salluſtius in Iugurtha, Itinera profectúſque in dies mutate. id eſt mutabat. Ornatius ponitur cum dictione crementi.

In dies.
In diem.
In horas.
In horam.
Quotidie.

Quomodo differũt ergo Quotidie & in dies? Quotidie rarius cõſtruitur cum dictione incremẽti: In dies ferè ſemper. Melius tamen (quotidie) cum incremento efferes, quàm (in dies) ſine incremẽto. Cic. quarto de finibus oſtendit vtrunque, dicens, Hi curatione adhibita leuãtur in dies: alter valet plus quotidie. ergo non male dixit Pſeudocurtius, Fio in dies frequẽs. Liuius lib. 6. tertiæ Deca. Patriæ occaſum cum ſuo exitio in dies expectabant. Da authoritatem de In diem, & in horã. Quintil. Non vt fere volucres præſentis modo cibi memores in diem viuũt: duraturus hyeme reponitur victus. Cic. in Philip. Hæc quæ in horam viuunt, non modo de fortunis bonis ciuium, ſed ne de vtilitate quidem ſua cogitauerunt. Raro cum alio verbo quàm (viuo) ponũtur in diem, & in horam. Salluſt. in Iugur. Panem in diem mercari. id eſt mercabatur. ita legit Valla: licet aliqui libri habeãt in dies. Extra hos modos plerunque ablatiuum habet, vt vbi ad locum motus non ſignificatur: vt In campo curro, ſi ſum in illo. In campum curro, ſi non ſum in illo: ſed ad illum curro. Sto in foro. Sum in vrbe. Secundò pro Inter. Quintilianus, Neque enim tuburcinabundum & lurchinabundum iam in nobis quiſquam dixerit. id eſt inter nos. Suetonius in Cæſare, Præ turba eliſi exanimatíque ſunt plurimi: & in his duo Senatores. id eſt inter hos. In ſacris, Non fuit in vobis qui reuerteretur ad me. In vrbe erro. id eſt per vrbem. Veho in equo. id eſt ſuper equum ſedens. Gellius, Vehens in equo. Item pro Ante. Curtius, In oculis duo maiora omnium nauigia ſubmerſa ſunt. Item in ſacris, Locutus eſt nobis in filio. id eſt per filium. Sunt & alij modi tam accuſatiui quàm ablatiui, ſiquis velit valde ſtudioſè cuncta percontari. Ponam iam tumultuariè aliqua, quorum nonnulla ſub prædictis modis continentur. Terẽtius, Vereor te in os laudare. id eſt ad os, in conſpectu tuo. Calepinus dicit hic accuſatiuum pro ablatiuo poni. vt apud eundem, In quem exempla fient: pro in quo. neutrum tamen verebor imitari. Cõtrà inuenies ablatiuum pro accuſatiuo: vt Gratior eſt pulchro veniẽs in corpore virtus. Sic legit Calepinus: ſed mẽdoſe: quia in epiſtola 67. Senecæ habetur, Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus. Cõduntur in aluo, vel in aluum. ſed hoc antiquum eſt, teſte Capro. Liuius tertio ab vrbe, Peſſima decemuirorum in vulgus fama eſt. id eſt apud vulgus, vel inter vulgus. ornata locutio, vt dixi.

Quotidie.
In dies.
In cum ablatiuo.
In cum accuſatiuo vel ablatiuo.
In os laudare

Incido in æs lepidiſſime dicimus: aliquando etiam Incido in ære. Liuius libro 3. ab vrbe, Leges in æs inciſas in publico propoſuerũt. Da authoritatem de ablatiuo cõtra Vallam. Cicero act. 5. in Verrem, In ære inciſum nobis tradiderunt. Plinius iunior de laudibus Traiani, Incidenda in ære cenſuiſtis. Sic pro eodem dicemus, Includo in carcerem, & in carcere. Cicero act. ſexta in Verrem, Includuntur in carcerem condemnati. Ibidem, In paucis villis incluſas eſſe videtis. Similiter In rem meam eſt: & In re mea eſt. id eſt mihi vtile eſt. Iuſtinus libro decimotertio, In rem viſum eſt ab AEgypto incipere. In eodem libro ait, Epiſtolas in Græciam ſcripſerat. id eſt ad Græcos. Lepidè ſimiles orationes poteris in vſum trahere. Oroſius lib. 7, Nero virum in vxorem duxit. Loquere ſimiliter. Apuleius 1. Metam. Deuotionibus ſepulchralibus in ſcrobem procuratis. Et vndecimo, Omnes in me populi fabulantur. id eſt de me. Loquere ſimiliter. Tacitus, Ante ædem diui Iulij iacuit primo ictu in poplitem: mox à Iulio Cario legionario milite in vtrunque latus tranſuerberatus. Idem, Militem in verba Veſpaſiani adegit. Idem, Cætera in commune ſita ſunt. Idem, Nec cohibere parietibus deos: neque in vllam humani oris ſpeciem aſſimulare ex magnitudine cæleſtium arbitrantur. Idem, In contrarium diſputes. Idem, In contrarium accingi. Plautus in Aulularia, Multò prius me collocaui in arborem. Et in

In æs vel in ære incido.

Curg. Talos poſcit ſibi in manum:prouocat me in aleam. Gellius libro ſecundo,cap.29,Amici iſti magnam in partem ceſſatores ſunt. id eſt magna ex parte:aut(vt vulgus loquitur)pro magna parte. Cicero 1.de natura deorũ,Homines morte deletos reponere in deos. Sudo in humorem. Valerius Maximus,In Sicilia duo ſcuta in ſanguinem inſudaſſe. Hæc omnia per accuſatiuum dicta ſunt. Notato omnia diligenter,vt ſimiliter loquaris.

Ceſſo in vota Ceſſo in vota, id eſt tardus ſum ad facienda vota. Ceſſo in votis,id eſt tardus ſum,dum vota facio. Sic Ceſſo in rem,ceſſo in re.ponit hoc Badius.

In mentẽ fuit In poteſtatẽ fuit. Fuit mihi in mentem,per accuſatiuum aliquando dicimus. Plautus in Amphit. Mihi in mentẽ fuit. ſic recte dici teſtatur Gellius lib.1.cap.7.Cicero apud Gellium,In prędonum fuiſſe poteſtatem ſciatis. poteſt etiam hoc per ablatiuum dici,In mente fuit,I[illegible]teſtate fuiſſe.

In medium relinquo. In medium relinquo,per accuſatiuum eleganter dic[illegible] vulgus In medio relinquo,per ablatiuũ dicat.author Gellius lib.17.cap.2.Quintus Claudius,No[illegible]nemus.id eſt de hac re nihil iam decernemus,iudicabimus,&c. Latine etiam per accuſatiuum dicimus,teſte Gellio in eodem capite,Pono in medium.teſtimonium nullum citat.Poſſumus per ablatiuum dicere,Pono in medio.Cicero act.6.in Verrem,Rem in medio ponam.Et in primo de natura deorum,Ponam in medio ſententias. Compoſitionem ingreſſa,plerunque intra ſignificat:vt Includo,ingredior,&c.Sæpe negat:vt Indoctus,&c.Ab in,fit inde,hinc Deinde,perinde,ſubinde.

Perinde. Perinde tanquam,vel eo modo tanquam:vt Cuſtodi domum meam perinde acſi tua eſſet. Aliquando ſignificat valde.Suetonius,Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Et Adeo: Idem,Nulla re perinde motus quàm reſponſo Mathematicorum.In vtroque citra negationem claudicaret.

Proinde. Subinde. Proinde, id eſt ideo, quapropter. Subinde, id eſt deinde, & ſtatim atque frequenter cum quodam interuallo: vt Abiens ſubinde reſpicit.

Sub cũ accuſatiuo quinque modis. Sub,accuſatiuum habet: Primò vbi ad locum,motum ſignificamus:vt Eo ſub tectum. Virgilius, -poſteſque ſub ipſos Nituntur gradibus.

Secundò pro Paulo ante vel circa .Ouid.Sub noctem dixere vale.Suetonius in Auguſto,Sub natalem ſuum plerunque languebat. In eodem,Sub horam pugnæ tam arcto repente ſopno deuictus: vt ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. id eſt circa horam,&c. Virgilius 1.Georgic. Sub ipſum arcturum.id eſt circa vel paulo ante.Horat. -occultam febrem ſub tempus edendi Diſſimulas.id eſt circa.Virgilius,Sub lucem exportant calathis.id eſt circa lucem,adueniente die.

Tertiò pro Per. Tit. Liuius lib.1,Legati ferè ſub idem tempus ad res repetendas miſſi.id eſt ferè per idem tempus. Virgil. Vincit atrox Iuno, & ſub noctem cura recurſat. Quartò pro Statim poſt: vt Sub hæc verba.Cicero Planco,Sub eas autem redditæ ſunt. Quintò pro Iuxta,vt quidam volunt:veluti,Stetit ſub oratorium. Et pro Intra: vt Abdidit pugionem ſub illa. Plautus in Milite, Negotium omne ſuccedit ſub manus.id eſt ad vel intra manus:hoc eſt,negotium bene procedit.

Sub cũ ablatiuo ſex modis, Sub ablatiuum primò habet,vbi opponitur ſupra, & motus ad locũ non ſignificatur: vt Terra ſub pedibus eſt. Secundò ſub, pro Ante vel coram: vt Cadens ſub iudice morum. Apuleius 2.Metam. Sub iſtis oculis miſer iugulatus eſt. Tertiò ſub,id eſt prope.Virgilius, -quo deinde ſub ipſo Ecce volat. Quartò ſub, id eſt cum:vt Sub ſarcinis. Quintò pro In. Virgil. Nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.Item,Eſtque ſub inuentis gloria nulla meis.id eſt in, vel de inuẽtis meis. -Sexto Propter , vt dicunt quidam. veluti, Ille ſub vitijs vadit ad interitum.Et pro Poſt : vt Latitas ſub foribus, -Sub quinto modo continetur.Sub conticinio vrbem inuaſerunt.Sub nocte ſilenti.id eſt in conticinio, in nocte. Frequens locutio apud poetas . Sub manu, id eſt in manu, & prompte. vel Sub manu, id eſt ſtatim & de manu ad manum. Seneca libro decimo Epiſt. ad Lucilium, Conſilium naſci ſub die debet.Et hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu quoque(quod aiunt)conſilium naſcatur. Suetonius in Auguſto; Et quo celerius, ac ſub manu annuntiari cognoſcíque poſſet. Compoſita varie ſignificant,vt Subtriſtis,ſubeo,&c.quibus ſuperſedeo.

Super cũ accuſatiuo quinque modis. Super cũ accuſatino ſæpius legitur,vt quando aduerſatur præpoſitioni(ſubter):vt Super aera æther eſt. Secundò pro Vltra:vt -ſuper Garamantas & Indos Proferet imperium. Apuleius,Iam enim ſuper oppidum profectus nos citra reliquerat. Studui ſuper mediam noctem: bona locutio eſt, teſte Seruio. Virgilius hoc etiam per ablatiuum dixit,Nocte ſuper media. Tertiò pro Supra:vt Quod ſignum vidiſti ſuper natum regem? Hunc modum ponit Zenderus addens Quartum pro contrà: vt Eo ſuper hoſtem. Et Quintum pro iuxta : vt Sedimus in lachrymis ſuper flumen Babylonis.

Super cũ ablatiuo quatuor modis. Super ablatiuum habet primò pro De, vbi de re aliqua mentionem facimus. Virgilius,Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa.id eſt de Priamo & de Hectore.Cicero 17.ad Atticum,Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio.id eſt ex illa vrbe. Sic dices,Super fratre tuo ſcribam ad te Gandauo,&c. Iohannes interrogauit me ſuper valetudine tua. Tacitus,Multus ea ſuper re variúſque rumor. Idem, Conſulendum tali ſuper re principem reſpondit. Sillius ſecundo,Conſultant bello ſuper. Gellius libro ſecundo, cap.23,Maritus ſenex ſuper vxore diuite atque deformi querebatur.Sic dices,Doce me ſuper hac re.Idem libro 3.cap.primo,Is à Fauorino rogatus, ecquid haberet ſuper ea re dicere. pro De ea re, vel in eam rem. Sic recte dicitur, vt opinor, Habéſne aliquid ſuper hoc verſu dicendum? Sic Seruius

t.ij.

ſuper Virgilio:licet non negauerim recte dici per accuſatiuum, Seruius ſuper Virgilium. Vti quod per ablatiuum potuiſſet dicere: per accuſatiuum Plautus maluit dicere in Aulul. Iuxta rem mecum tenes ſuper Euclionis filiam. Secundò pro in. Virgil. Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. In ſacris, Salus deo noſtro ſedenti ſuper throno & agno. id eſt in throno. Virg. Plena ſuper arbore ſidūt. In Exodo, Altare de terra facietis mihi:& offeretis ſuper eo holocauſtū. In eodē, Adoleuit ſuper eo incenſum aromatum. Eſdrę 4, Ego ſedebam ſuper quercu. Qui in ſimilibus accuſatiuo vti velit, non peius loquitur, vt opinor, quàm per ablatiuum:vt in eo quod in Marco dicitur, Mittētes ſortes ſuper eis quis tolleret. Et in pſalterio, Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua. Tertiò ſuper, id eſt Pro vel propter:vt Super hac re non moueor. Virgil. Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem. Quemque laborare oportet ſuper ſama tuenda. id eſt pro. In ſacris, Maius gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore. id eſt propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem, &c. vel ex vno peccatore, &c. Erant Ioſeph & Maria mirantes ſuper his quæ dicebantur de puero. id eſt de his, aut propter hæc, &c. Stupebant autem qui audiebant eum, ſuper prudentia & reſponſis eius. Multum laboraui ſuper promotione tui. Quartò pro præter (ſi Zendero credimus):vt Super his donis ſuperaddam alia. Nonnulla hic bene collegit:in multis tamē errauit. vt quū dixit Sub pro Ante accuſatiuum habere:vt Sub noctem dixere vale. id eſt paulo ante noctem. Hinc mendoſe colligit recte dici, Sacerdos ſtat ſub altare. pro Ante altare.

Super aduerbium.

Super efficitur aduerbium, vbi caſum deſierit habere. Plaut. Hinc atque hinc ſuper ſubterq; premor anguſtijs. Capitur pro deſuper. Virg. Et ſuper è vallo proſpectant Troes. Et Valde. Idem, His accenſa ſuper. id eſt accenſa valde propter hæc. Ponitur pro ſupereſt. Idem, Nec fuga iam ſuper. ſupple, eſt. Et pro Inſuper, & amplius. Idem, Cui neque apud Danaos vſquam locus:& ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Compoſitionem ingreditur, vt Superſedeo, &c.

Subter.

Subter accuſatiuum ferè ſemper habet, ſiue quies fuerit, ſiue motus. Stathius,
Deſilit in campos qui ſubter mœnia nudos Aſſeruat manes. In lib. 3. Regum, Helias quum ſederit ſubter vnam iuniperum. Poeticè ablatiuum habet. Virgilius, -quum tamen omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Aduerbiaſcit apud Plautum, vt patet in Super.

Subtus.

Subtus, id eſt ſubter. Alexāder putat vtrique caſui ſeruire, vt Subter. Valla dicit (ſubtus) ſolùm aduerbium eſſe. Et in ſacris, vbi videtur præpoſitio eſſe, dicit vitio ſcriptorū (ſubtus) pro (ſubter) poni, vt retro pro poſt, foras pro extra, &c. vt in 2. lib. Regum, Dilatabis greſſus meos ſubtus me. Sic in Biblijs ſæpius. Si vera eſt Vallæ ſententia, non dubium quin mendum ſit in Tacito dicente, Obliquis ſubtus vndas ſaxis exterrita. Et in Seneca in Conſolatione ad Martiam, Subtus tot maria.

INSEPARABILES.

Di & dis.

DI & DIS ſeparandi vim habent:& componitur Di cum d,g,l,m,& i, atque u, conſonantibus: vt Diduco, digero, diluo, dimitto, dijudico, diuerto. Cum reliquis componitur Dis, vt Diſcupio, diſpono, &c. & cum i, vt Diſiungo. Ante f, mutatur ſ in f:vt Difficilis, diffindo, diffido. In (dirimo) mutatur ſ in r. Sed de mutationibus (deo fauente) in Orthographia dicam. Dis primò ſeparat, vt Diſiungo. Secundò negat, vt Difficilis, diffido. Tertiò diuerſitatem notat, vt Diſſideo, diſcordo.

Dis capitur ſex modis.

Quartò ſignificat valde, vt Diſcrucior, diſcupio, diſpicio. Cælius Ciceroni, Omnia intima conferre diſcupio. Quintò ſignificat in diuerſas partes:vt Diſpono, diſſemino. Sextò Dis, id eſt male:vt Diſpereo. Di Græca dictio, id eſt duo aut bis, vt Dijambus.

Re capit. vndecim modis

Re per apocopen à Retro fit. Primò ſignificat retro : vt Reſpicio , regredior. Secundò ſignificat iterum, & iterum, ſæpéque : vt Reputo, renouo. Tertiò perfectionem ſignificat : vt Recognoſco. Quartò reciprocationem : vt Redamo. Quintò contrà: vt Reluctor, repugno, reſiſto. Sextò inde : vt Remoueo. Septimò valde : vt Redundo. Octauò longe. Virgilius libro tertio AEneidos, Italiam petere, & terras tentare repoſtas. Seruius ait repoſtas, id eſt longe poſitas. Nonò contrarietatem ſimplicis: vt Retego, quod tectum erat, denudo. Reſigno, quod ſignatum erat, aperio. Recludo, clauſum patefacio. Decimò diuerſam à ſimplici ſignificationem habet, non contrariā:vt Sciſco, id eſt ſcio aut cognoſco. Reſciſco non ſignificat iterum ſciſco, neque ignoro:ſed occultius factum cognoſco & aduerto. Vndecimò nihil mutat: vt Repræſento, id eſt præſento. Ante vocalem interponitur d, vocalitatis gratia:vt Redeo, redamo. Sic in Pro:vt Prodeo, prodigo.

Reſciſco.

Am.

Am, id eſt circum:vt Amplector, amburo; vbi euphoniæ cauſa interponitur b. ſic in Ambages, ambio, ambeſus, &c.

Co, con.

Co & con idem ſignificant, ſcilicet cum & ſimul:vt Cōiungo, cohortor. aliquādo con pro contra capitur:vt Contendo. Tertio pro valde: vt Concrepo. Caſus præpoſitionis nonnunquam ſubauditur. Horat. Ventum erat ad Veſtæ. ſubaudi, templum. Primo Machab. Ceciderunt Nicanoris. ſubaudi, de exercitu, &c. Niger ait, Præpoſitio ſemper vult caſum præpoſitionis cuius officio fungitur. Non auſim aſſerere hoc præceptum eſſe catholicè verum.

De poſt fœtantes.

AN RECTE dicamus de poſt fœtantes, de ſub pede, de prope fontes? Licet nolim frequenter ſic loqui: tamē minime eiuſmodi locutiones barbaras eſſe cenſuerim: quia ſimiliter loquuntur nonnulli magnæ authoritatis viri . Florus de bello Liguſtico , Sic de ſub alpibus . id eſt de ſub ipſis Italiæ fauci-

bus gentes,&c.Cic.oratione 1.in Catilinam,Contuliſſe in ante diem quintum Calendarum Nouembrium. Vituperatur & ille loquendi modus:licet in ſacris habeatur & apud Oroſium,Præter hodie vſque ad nunc,ab hen,à deorſum,&c.Recte tamen dices cum Cicerone Ad pridie Calēdas.Sub poſteaquā veni,&c. Cic.lib.2.ad Atti. Ibi volo eſſe vſque ad pridie Calendas Maias. Sæpiſſime ſimiliter loquitur.Balbus Ciceroni lib.9.ad Atticum,Sub poſteaquam noſtras rationes cum Oppio ad te dedi.

REGVLA VLTIMA DE GENITIVO, ET OBITER de aliis caſibus pro aduerbiis loci,quā carentiā rectoris vocat Alexander.

Quæſtio ſi fiat per vbi,nomēnque prioris
Sit numeri,& proprium ſeu primæ ſiue ſecundæ:
In patrio dabo,quando locum deſigno minorem.
Militiæ,belli,atque domi,ſic ponis humíque.
Addimus interdum dictis,terræque togæque.

Propria nomina pagorum,& oppidorum(quæ minora loca dicuntur) primæ vel ſecundæ declinationis,ſingularis numeri,cum appellatiuis Militiæ,belli,domi,humi,terræ,& togæ,cum verbo vel participio,vbi quæſtio fieret per Vbi,ponentur in genitiuo pro aduerbijs loci.vt ſi quæreretur,Vbi eſt papa?Optime reſpondebis,Papa eſt Romæ. Vbi ſtuduiſti?Studui Gandaui,Louanij,Mechliniæ,Antuerpiæ,&c.Vbi eſt ſegnis?Domi.Vbi eſt temerarius?Militiæ. Sic Poma iacent humi. id eſt ſuper terram. Cōdo corpus terræ.id eſt in terra.Gratus principi belli togæque.id eſt in bello & in pace. Da authoritatem.Horatius in epiſt.Me primis vrbis belli placuiſſe domíque.Sillius octauo de Varrone conſule temerario,Idem vt turbarum ſator atque attendere ſolers
Inuidiam prauúſque togæ,ſic debilis arte Belligera. id eſt,teſte Marſo interprete, vt erat prauus domi:ſic erat ineptus foris,& rei militaris penitus ignarus.

Toga.

Toga veſtis erat, qua Romani vtebantur in pace tantum.ideo pro pace capitur:vt Ille præſtās eſt belli togæque.hoc per ablatiuum dicere poſſes. Plinius,Vt dubium ſit togáne an bello,præſtantior fuerit.

Nūtiatur Romæ aut Romam.

Nuntiatum eſt Romæ Gallos rebellare, per hanc regulam recte dicitur. Poteſt idem per accuſatiuum dici:quia motus ad locum latitat in verbo(nuntio).Per genitiuum,Nuntio Romæ. Tit. Liuius lib.5,Romæ eſt nuntiatum. De accuſatiuo. Idem lib.4,Nuntiatur Romam.Idem lib.1,Hæc nuntiant domum Albani.ſæpiſſime ita loquitur.Salluſtius in Catil.Domi,militiæque,mari atque terra præclara facinora fecit.Mari atque terra,vel terra maríque:id eſt per mare & terram. Frequēs apud doctos,& elegans locutio eſt.Sic Tota vrbe,toto foro:pro Per totam vrbem,&c.Liuius libro 2,Manat tota vrbe rumor.Ruſticus diceret,Per totam vrbem loquuntur de hoc.

Cur dixiſti in regula propria nomina? Quia appellatiua ponuntur cum præpoſitione in ablatiuo:vt Vbi oras?In templo.Herba creſcit in agro.Auia mea moratur in pago,auus in oppido.

Cur dixiſti propria oppidorum & pagorum? Quia propria aliorum locorum,vt regionum,&c. ſtabunt in ablatiuo cum præpoſitione in:vt Petrus ſtudet in Francia.Bellū eſt in AEgypto,&c. Argumentor,Dicit Cicero 1.de legibus,Cretæ in cupreſſetis Gnoſiorum & ſpatijs ſylueſtribus crebrò inſiſtens. & Vitruuius,Naſcitur Cretæ.ergo appellatiua carēt in genitiuo rectore, ſiue vice aduerbiorū ponuntur. Reſpondeo,Iſta exempla ſunt admodum rara:& regula datur de frequentiori authorū vſu.

Cretæ naſcitur.

Sami.

Argumentor,Dicit Cicero actione ſecunda in Verrem,Fuiſſe vnà cum iſto Sami.hic Sami in genitiuo loco aduerbij ponitur: & tamen Samos eſt nomen inſulæ. Reſpondeo, Licet Samos ſit nomen inſulæ,tamen Samum etiam eſt oppidum in ea inſula: quia in eadem actione dicitur oppidum Samū. Sic Rhodos,Gelria,Theſſalia:& plura alia ſunt regionum & oppidorū nomina: & ſecundum hoc diuerſo modo conſtruuntur.

Cur dixiſti primæ vel ſecundæ declinationis? Quia ſi eſſent tertiæ declinationis,ponerentur in datiuo vel in ablatiuo:vt Natus Carthagini,& aliquando Natus Carthagine.

Cur dixiſti numeri ſingularis? Quia ſi eſſent pluralis numeri,in datiuo vel ablatiuo ponerentur: vt Natus Athenis.Studet Parrhiſijs.

Cur dixiſti vbi quæſtio fieret per Vbi?Quia ſi fieret quæſtio per Quo,qua,vel vnde,non reſponderetur in genitiuo : vt Quo vadis? Vado Romam, non Romæ, &c. Argumentor, Vbi quæſtio fit per Vbi,non reſpōdemus ſemper ſolū in genitiuo,etiam in proprijs oppidorū primæ vel ſecūdæ,&c. nam ſiquis roget,Vbi habitas?recte dicimus,Habito Romæ,aut Habito Romā.Similiter,Vbi condidiſti aurum?bene reſpōdemus,Condidi domi:vel per accuſatiuū,Condidi domū. Plaut.in Aulul. Ibo,& hoc condā,domum.Si ordines,Ibo domū,vt hoc condam:aliud afferā ex eadē comœdia,Credo iam illum inaudiuiſſe mihi eſſe theſaurū domū.id eſt domi. Reſpondeo, Habito genitiuū habere poteſt per hāc regulā:vt Habitat ſoror mea Gādaui.& accuſatiuū per regimē:quia eſt frequentatiuū ab Habeo.ſed ſic melius interrogamus,Quam vrbē habitas?Romā,Gandauū,&c. Ad exēpla vel teſtimonia ex Plauto

reſpondeo, Illa perquam vetuſta ſunt, nec niſi parciſſime imitanda. ideo contra regulam non ſunt, quæ datur de frequentiori doctiſſimorũ vſu. Poſſet contra regulam formari argumẽtatio de (humi): quia reſponderi poſſe videtur ad interrogationẽ factã per Quo: vt Deiecit humi vultũ. ſed cõcedimus Humi, in genitiuo etiam locũ habere, vbi ad locum motum ſignificamus: ſed non poſſunt omnia tradi verſu.

Habito quotuplicem cõſtructionem habet? Quadruplicem. Primò habet caſum per carentiã rectoris: vt Petrus habitat domi meæ. Paulus habitat ruri. Cic. pro Sexto Roſcio, Ruri ſemper habitarit. Sic Habito Romæ, Habito Tyburi, &c. Secũdo regit accuſatiuũ, vt primitiuũ Habeo. Varro, Hoc modo antiquos ſecundis rebus Cumas habitaſſe. Virg. Habitarũt dij quoque ſyluas. Idem, O tantum libeat mecum tibi ſordida rura, Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos. Seruius ait ſic rectius dici, quàm In caſis. Tertio hàbet ablatiuum cum præpoſitione in. Cic. pro M. Cælio, In ædiculis habitet.

Habito Romæ aut Romam.

Quartò ablatiuũ capit per ſubauditionẽ præpoſitionis in. Virg. Lucis habitamus opacis. hoc eſt in lucis. Hæc ſubauditio in nõnullis alijs reperitur. Iuſtinus lib. 6, Cypro exulabat. id eſt in Cypro. Cicero pro domo ſua, Domo me cõtineo. id eſt in domo. Virg. 3. Georg. Hũc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis Deficit, abde domo. Serui⁹ ait Abde domo, id eſt in domo. Nã ſi aduerbialiter vellet loqui, domi diceret. Suet. in Domit. Natus eſt regione vrbis ſexta. id eſt in regione. Ouid. Suſtinet inuidia triſtia ſigna domo. id eſt in domo. Tale eſt, teſte Seruio, illud Virgilij 4. AEneid. Nõ Libyę, nõ antẽ Tyro deſpectus Hiarbas. Idem in 1, Regna Tyri germanus habebat. hic Tyri aduerbium eſt teſte Seruio: aut nomẽ loco aduerbij, vt ego ſentio. Cæterũ pace Seruij Tyro nõ eſt ablatiuus, pro in Tyro: ſed datiuus rectus à deſpect⁹: vt Deſpectus Libyæ & Tyro. id eſt à Libya & à Tyro: hoc eſt à Libyb⁹ & Tyrijs. veluti, Neronem odit Roma. id eſt oderunt Romani. Sic docti dicunt, Virgilius primo AEneidos, &c. pro in primo: licet Regius derideat. Similiter excuſatur, licet nolim imitari illud de Paulo in actibus apoſt. Natus Tharſo Ciliciæ: nutritus autem in iſta ciuitate. id eſt in Tharſo.

Domo, pro in domo.

Humi quotuplicem conſtructionem habet? Duplicem. Prius cum verbo quietis aut motus non exterioris capitur pro in humo, vel ſuper humũ, vel intra humum: vt Semino triticum humi. id eſt in humo, vel intra humum. Colum. Cumulíſque exaggeruntur, vt latius ſeſe frutex humi diffundat. id eſt intra humum. Aliquando per ablatiuum loquimur: quia ſubauditur (in) ſed fere cum adiectiuo: & ſic per genitiuũ non liceret loqui. Columel. Nec denſa naſcitur humo. Idem, Non vt pinguiſſima vel macerrima iacitur humo. De genitiuo iterum Virgilius, Qui legitis flores, & humi naſcẽtia fraga. Horat. Serpit humi tutus nimium, timidúſque procellæ. id eſt ſuper vel per humum. Nec dicã tamen Trãſeo humi, teſte Lanciloto. Secundò (humi) cõſtruitur cum verbo motus ad locum. Boetius primo de Conſolatione, Deiecit humi mœſtior vultum. Virgil. 1. AEneidos, Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Et alibi, Procumbit humi bos. Iuuenal. Satyra 8, Stratus humi palmes viduas deſyderat vlmos. Statius, Sternet humi populos, miſerúmque exhauriet orbem. Dicimus ergo, Iacimus humi, & Iacio ſemen in humum. Ouid. Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos. Curtius, Plura in humum innoxia cadebant. Tacitus, Proiectos in humum.

Quomodo dicendum eſt, Vado humi, an Vado humum? Neutrum dicendum eſt, vt ego opinor: quia licet ponatur humi cum Sternit, deiecit, & paucis forſan alijs: non tamẽ cum Vado, venio, & alijs multis: quia vſus authorum non approbat. Humum autem per accuſatiuum, & humo per ablatiuum carere rectore ex doctis probare nequeo: licet Alexander aſſerat. Sic militiæ in ſolo genitiuo, rectore caret, teſte Sulpitio. Nec habeo quicquã cur illi refrager. dic ergo Vado ad humũ, Proficiſcor in militiã.

Quæ eſt differentia inter Condo terræ, & Condo terra? Differentia teſte Badio eſt hæc: Condo terræ, id eſt Intra terram, in ipſo elemento. Condo terra, vbicunque, etiam in ſummo aere. Virgilius, Condidimus terræ, &c.

Condo terræ

Domi & domus genitiui quomodo differũt? Domi locum ſignificat vbi domus locatur, & fere ſemper caret rectore: vt Sum domi. Domus ædificium ipſum ſignificat, nec vnquã loco aduerbij ponitur: vt Feneſtra domus: Fregit tectum domus. Domus meæ imperiũ teneo. id eſt familiæ meæ. Domi meæ imperio egent. id eſt in domo mea. Domus pro familia aut tota gente aliquando capi, ſunt qui negẽt: quos errare Calepinus oſtendit. Item Sum domi, non autem Sum domus. Domi aliquando ſignificat in vrbe, aut in pace. Cicero circa finem ſecundi Offic. Præterea quibuſcunque rebus vel belli, vel domi poterunt, rempublicam augeant imperio, agris vectigalibus.

Domi & domus.

Cur dixiſti domi ferè ſemper rectore carere? Dixi ferè, quia aliquando regitur. Terẽtius in Eunucho, Sanga (vt fortes decet milites) domi focíque fac viciſſim memineris. Plautus in Trinummo, Non fugitiuus hic homo commeminit domi. In Amphit. Vt ſalui potiremur domi. In eadem, Tui me neque domi diſtædeat. his inuentis vtemur. Non tamen dicemus, Feneſtra domi, ſed feneſtra domus, &c.

Domi aliquã do regitur.

Quid eſt Carere rectore? Eſt nomen ſine prępoſitione etiam ſubaudita pro aduerbio loci poni: vt Viuo Gandaui. Romæ quid faciam? Contineo me ruri. Vado domum, &c. Vtrum carentia rectore nomina dicenda ſunt, an aduerbia? Nomina aliquid de aduerbiorũ natura retinentia. Qui id doces? Nam admittunt adiectiua: vt Sum domi meæ: Viuo Athenis tuis. id mera aduerbia nunquam facerent. nec admittunt quæcunque adiectiua: quia non dicimus, Sum domi pulchræ: ergo non ſunt mera nomina. ſed media quædam inter nomina & aduerbia. Cõcinit mihi cum Valla Calepinus. Donatus & Seruius

Carere rectore.

Carentia rectore manẽt nomina.

negant quoquam modo dici nomina. Illi ſuam habẽt opinionem, nos noſtram. quæ adiectiua his iungantur, pòſt dicam.

Si ternæ nomen fuerit, numerívε ſecundi,
Cum ruri dabitur terno aut ſexto: mage terno.

Nomina propria oppidorum aut pagorum tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, vbi quæſtio fieret per Vbi, ponuntur pro aduerbijs loci in datiuo vel ablatiuo: elegantius autem in datiuo cum appellatiuo Ruri: vt Terẽtius natus eſt Carthagine: & elegantius, Carthagini. Ille ſtudet Tyburi. per datiuum elegãter: nec inepte Tybure per ablatiuum. Sic Exercitus eſt Vernoni, aut Vernone, &c. Studes Athenis. Tarquinius vixit Gabijs, &c. Iohannes eſt ruri, multo melius quàm per ablatiuum eſt rure.

Quomodo probas elegantiorem locutionem eſſe per datiuum? Quia Seruius Grammaticus doctiſſimus dicit apud Horatium ablatiuũ pro datiuo poni, Romæ Tybur amem, ventoſus Tybure Romã. & apud Virgilium, Aulide iuraui. & apud Ciceronem, Quum tu Narbone menſas hoſpitum conuomeres. Quid ſi Seruius errauerit, vt in pluribus, vt Beroaldus oſtendit? In hoc præcepto Seruium non erraſſe, probo authoritate doctiſſimorũ, qui per datiuum perſæpe loquuntur. Suet. Lẽtulus Getulicus Tyberi genitũ ſcribit. Plin. Quũ ſpectare antiqui moris ſuppliciũ Tyburi concupiſceret. Apul. in Flo. Igitur nemo Carthagini procõſulũ diutius fuit. Plaut. in prol. Caſ. Aio hoc fieri in Græcia & Carthagini. Copulantur hic diuerſi caſus: quia regimẽ variatur. Si adiectiuũ apponatur, potius per ablatiuũ loquar. vt Virg. 4. AEneid. -Tyria Carthagine qui nunc . Expectat. Seruius ait Carthagine pro Carthagini. Ego etiã in proſa nollem dicere Tyria Carthagine expectat. Amplius de datiuo. Plaut. in Ciſt. Fuẽre Sicyoni iãdiu Dionyſia. Cic. 17. ad Attic. Conuento Antonio Tyburi. In eodem, Sextum nuntiauit cum vna ſolùm legione fuiſſe Carthagini. Idem pro lege agraria, Arbitrabãtur Corinthi & Carthagini non defore qui illa reſtituerẽt. Hic diuerſi caſus copulãtur: quia regimen variatur. Liu. 21, Quæ Romæ, quæque Carthagini acta. Idem lib. 5, Neglectum Anxuri præſidium. Terent. Ruri ſeſe continet. Colum. Ruri moretur. Licétne dicere, Petrus natus eſt Tybure, Pater eſt rure, per ablatiuum? Licet certe: ſed elegantior cenſetur loquẽs per datiuum. Da authoritatem de ablatiuo. Dabo primò de ablatiuo Rure. Tit. Liu. 38, Scipio vitam Literni egit ſine deſyderio vrbis: morientem rure eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt. Idem libro 7, Rure & procul coetu hominum iuuentutẽ egiſſet. Columella, Iam eo rure, quod paſcuo caret, poteſt contineri. Perſius, -rure paterno

Sum rure. Eſt tibi far modicum. Neutrũ propter adiectiuum vellem aliter dicere. Horat. Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum. Cicero 13. ad Attic. circa finem, Quam equidem rure eſſe arbitror.

Propria tertiæ in e ablatiui. De proprijs in ablatiuo vbi quęſtio fieret per Vbi. Cic. de Senectute, Lacedæmone eſſe honeſtiſſimũ domicilium ſenectutis. Idem tertio de natura deorũ, Sepultos eſſe dicit Lacedæmone. Põpeius ad Ciceronẽ lib. 8. ad Atti. Partum Sulmone collocauit. Suet. in Aug. Octauũ & decimum Tarracone iniit. Plin. lib. 35. cap. 10, Effectum eſt Sicyone primùm: deinde & in tota Græcia. Cæſar 7. de bello Gal. Ipſe Bibracte hyemare conſtituit. Plin. lib. 9. cap. 8, Puerũ Alexãder Magnus Babylone Neptuni ſacerdotio præfecit. Idem lib. 2. cap. 78, Primus horologium quod appellant Sciotericon, Lacedæmone oſtendit. Idem lib. 13. cap. 22, Babylone ſeritur. Iuſtinus lib. 5, Nunciatur Lacedæmonẽ in bellum Athenienſes exarſiſſe. Liuius, Nati Carthagine, ſed oriundi à Syracuſis. Idem, Crotone nec conſilium vnum inter populos erat, nec voluntas. Idem, Morari Carthagine ſtatuerat. Et Quoad Carthagine morati ſunt. Diutius ibi quàm Carthagine vixerũt. Idem, Nuntiatũ Fruſinone infantẽ natum quadrimo parem. Et Concilium de ijs Carthagine erat. Et Sicyone datum ijs eſt conſilium. Et Nolite ad veſtras leges atque inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Sic alibi ſæpiſſime apud eundem inuenies: vtrunque ergo rectum eſt, Terẽtius natus Carthagini, & natus Carthagine. Demus tamen doctiſſimo Seruio per datiuum locutionem eſſe lepidiorem.

Tempori. Luci. Veſperi. Quædam in datiuo ponuntur pro aduerbijs temporis: aut verius ſunt aduerbia temporis. Tempori, id eſt tempeſtiué. Luci, id eſt per diem. Veſperi, id eſt veſpere, circiter noctem. Terẽt. in Heaut. Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer Fodere. In hymno, Te mane laudum carmine, te deprecemur veſperi. Huic ſi adiectiuũ iungas, adhuc in I poteſt deſinere. Plin. 6. epiſt. Summo veſperi abeuntibus nobis. Plaut. in Amphit. Non ſatis tempori. Et in Captiuis, Venturus tempori. Ibidem, Venias tempori. Gel. lib. 11. cap. vlt. Si modo id luci feciſſent.

Sunt qui dicãt Veſperi in dictis orationibus eſſe genitiui caſus: ſunt qui datiui. ego puto aduerbium eſſe Veſperi & veſpere, vt Heri & here. Et ſi nomen eſſe velis: potius erit datiui caſus, vt tẽpori, quàm genitiui: quia per tertiam hic veſper veſperis, tam pro ſtella, quàm pro tempore dicimus. Plin. lib. 2. nat. hiſto. Suus quidem cuique color eſt: Saturno candidus, Marti igneus, Lucifero candens, Veſperi refulgens.

Sorti. Simile his eſt Sorti, pro per ſortem. Virgil. Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti. Aduerbium eſt vt Veſperi, teſte etiam Georgio Valla, libro 32. cap. 19. Plaut. in Caſi. Sorti ſum victus. Nota bene, vt ſimiliter loquaris.

Veſpere Sabbathi. Cuius caſus eſt Veſpere apud diuum Matthæum, Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum? Ablatiui, aut aduerbium: antecedens autem relatiui (quæ) ſubauditur ſic, teſte Badio: Veſpere autem

Sabbathi eius diei,quæ luceſcit. Alexander & Nicolaus Lyra dicunt Veſpere eſſe genitiui caſus : quod mihi non placet.

Tu ſextum caſum,ſiquando per vnde rogaris,
Aut qua,reſponde. Si per quo,ponito quartum
In propriis:quibus vſque cupit rus cum domus addi.

Nomina propria oppidorum aut pagorum, vbi quæſtio fieret per vnde, aut per qua, ponuntur pro aduerbijs loci in ablatiuo ſine præpoſitione,cum duobus appellatiuis Rus & Domus: vt Vnde venis? Venio Roma, Tybure,Lutetia,Lugduno,rure,domo. Terẽtius, Timeo ne pater iam rure redierit. Qua ibis Gandauum? Neoportu, Cortraco. Qua ibis Romam? Colonia,&c. Sed hic per præpoſitionem ſæpius loquimur propter amphibologiam vitandam.

SI PER quo, ponito quartũ. Senſus eſt, Nomina propria oppidorũ vel pagorum, vbi quæſtio fieret per quo, ponentur ſine præpoſitione in accuſatiuo cum appellatiuis rus & domus: vt Quo vadis? Vado Gandauũ,Brugas,Bergas,Remos,Parrhiſios. Declinabis hæc,ſi recte velis loqui,vt in heteroclitis probaui. Apud Cæſarem Parrhiſij & Remi dicuntur ipſi homines. oppidum Parrhiſiorum eſt Lu tetia. Cæſar 6. de bel. Gal. Conſilium in Lutetiam Parrhiſiorum trãſfert. Idem 2. de bel. Gal. Remi qui proximi Galliæ in Belgis ſunt. Ibidem, Loctius Remus,id eſt Remenſis. Lutetia.

Cur dixiſti propria oppidorum aut pagorum? Quia appellatiua aut propria regionum ponuntur in accuſatiuo cum præpoſitione Ad: vt Vado ad vrbem, ad Aſiam,&c. Argumentor, Et oppidorum propria cum præpoſitione recte ponuntur: vt Vado ad Romam: & appellatiua & regionum nomina ſine præpoſitione: ergo tota regula eſt friuola. Primùm probo per Ciceronem, Eo die Verres ad Meſſanam venturus erat. Secundùm probo per Apuleium 2. Metamorph. Hoſpitium defeſſi rediremus. pro ad hoſpitium. Tertiùm probo per Virgilium, Italiam fato profugus Lauináque venit Littora.

Reſpondeo, Regula noſtra datur de arte, & de frequentiori doctiſſimorum vſu: ſed artem plerũque confundit authoritas, teſte Seruio. Vnde ait in illud AEneidos 1, Italiam fato profugus Lauináq; venit Littora. Ars exigit vt ciuitatum nominibus præpoſitionẽ non ponamus: reliquis autem ponamus: ſed plerunque vſurpant authores contrarium. Nam & Cicero, Eo die Verres ad Meſſanam venturus erat, dixit: & hic Maro Italiam, & non ad Italiam. hæc Seruius. Sic Virgilius in Bucolicis,

At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidũ Cretæ veniemus Oaxem.

Suet. in Auguſto, Ab Actio quum Samũ inſulã in hiberna ſe recepiſſet. Apul. 7. Metam. Læti & gaudentes ciuitatem reuenimus. Et lib. 8, Ciuitatẽ quandam populoſam & nobilem iam feſſi peruenimus. Cæſar 2. de bel. ciu. Varro quum itinere conuerſo ſe Italiam venturum promiſiſſet. De proprijs cum præpoſitionibus iamiam dicam.

Barbarus haud fies apponens præpoſituras.

Siquis contra regulas dictas, doctiſſimos parce imitetur, vbi vſurpauerunt contrariũ: aut præpoſitionem omittendo vbi regula exigit addi: aut addendo vbi regula exigit vt omittatur: non cenſebitur barbarus, verbi gratia regula exigit, Vado domum. Virgil. Ite domum ſaturæ, venit heſperus, ite capellæ. Terent. Ego cum filio rus ibo. Ouid. Quo ruitis? veſtras quiſque redite domos. Sic non dicitur, Venimus domibus, nec Sumus domorũ, aut domuum. nec Imus rura, &c. Aliquando tamẽ teſte Valla, inuenimus, Vado ad domũ: vt Sum in domo. pro Sum domi. hoc, inquit, grãmaticum eſt. illud Latinitatis & elegãtiæ. Quint. lib. 5, In domo furtum factũ ab eo qui domi non fuit. Solent indocti, quicquid contra grãmaticorum regulas reperitur, tanquam aconitũ aſpernari: & ſiquid contra regulam afferatur, dicunt valde rarum eſſe, & licenter dictũ. Hanc euaſiunculam vix habere iam poterunt, quia valde multa notaui: quæ nec aſpernaberis, nec affectabis: ſed parce vtêris his & ſimilibus. Sulpitius ad Cice- Propria oppi
ronem, Quũ ab Athenis proficiſci in animo haberem. Liuius de bel. Maced. Ab Lariſſa deceſſit ad De- dorũ cũ præ-
metriadem. Gellius in principio deciminoni, Nauigabamus à Caſſiopea ad Brunduſium mare Ioniũ. poſitionibus.
Hirtius de bel. Gal. Ab oppido Bibracti proficiſcitur. hoc excuſatur, quia cõnectitur appellatiuum. Et ſic tamen etiam ſine præpoſitione reperio. Iuſtinus 13, Pictuam vrbem conceſſit. Liuius, A Præneſte profectos. Idem in ablatiuo per ſecundam vocalem chære dixit. Idem lib. 2, Pedum cepit, poſtremum ad vrbem à Pedo ducit. Et libro 4, Legati ab Ardea veniunt. Et libro 6, Profectus ad Sutrium. Idem alibi, Ad Soram inde reditum. Ad Fregellas pergit, ad Longulã peruenit, ad Meuaniam perrexit, ad Romuleam pergunt, ad Luceriam ducere legiones, à Delphis Romam redijt, ad Lacedæmonem ducere, à Corintho veniens, Iulium ad Demetriadem præmiſit, receſſit ad Demetriadẽ, ad Demetriadem profectus, ad Limneum ire placuit, Legatus ab Roma venit, ad Pergamum ducit. Cicero act. ſexta in Verrem, Ad Meſſanam tranſire poſſent. Idem primo Academic. Veniſſe eum de Roma. Idem libro octauo ad Atticum, Ad Capuam vel ad Luceriam iturus putabatur. Salluſtius in Iugur. Ad Thalam proficiſcitur. In eodem, Ad Thalã perueniunt, Idem, Tendere ad Capſam, & portas obſidere iubet. Idem, Marius ad Zamam peruenit. Plaut. in Capt. Vendidit in Aulide. Recte igitur dicitur, Eo ad Romam, Venio de Roma, &c. ſed frequentius, Eo Romam, Venio Roma. maxime autẽ addicere poſſumus, vbi

locum proximum ſignificamus, vt Hoſtes venerunt ad Gandauum. id eſt ad locum Gandauo proximum: non autem Intrauerunt Gandauum: & ſic frequenter in exemplis Liuij capitur præpoſitio (ad). Vbi præpoſitio abeſt. Iuſti. lib. 6, Lacedæmona proficiſcũtur. Notetur in proſa accuſatiuus Græcus. Liuius, Romã quum ſcripſiſſet. Sic, Scripſi Louanium ad amicum meum. Peto forum, templum, Romam, &c. Regimen eſt.

Inficias. Suppetias. Inferias.

Simile carẽtiæ rectoris eſt, Eo inficias. id eſt nego. Venio ſuppetias. id eſt ad auxilium. Hirtius de bello Africo, Suis ſuppetias occurrit. In eodem & in Cæſare inuenies, Suppetias mittit. id eſt venit, &c. Virg. Viuentes rapit inferias, quos immolet vmbris.

Compoſitum nomen nolunt rectore carere.

Grammatiſtæ negãt nomen compoſitæ figuræ poſſe ſine præpoſitione poni pro aduerbio loci: quia male dici putant, Iohãnes iuit Montempeſſulanum, Gerardimontem, &c. Ego vero rectiſſime dici aſſero: quia ſi vera eſſet grammatiſtarum regula, non tacuiſſet de hac re Priſcianus, Donatus, Seruius, &c. nec ipſe Alexander. Præterea in Græcis manifeſte hoc falſum eſt, vt Neapolis, Nicopolis, Conſtantinopolis, &c. Præterea apud doctiſſimos inuenio nomina Latina compoſitæ figuræ, aut orationes carere rectore: vt ſunt noua Carthago, Theanum ſidicinum, Nouum comum, & plura. Cic. lib. 8. ad Atti. Capuam veni eo ipſo die quo tu Theano ſidicino es profectus. In eodẽ, Theanum ſidicinũ veniſſem. Suet. in Cæſare, Retulit etiam vt coloriis, quos rogatione Vatinia Nouum comum duxiſſet, ciuitas admerectur. Idem in Galba, Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit. Titus Liu. Carthaginem nouã in hiberna eſt deductus. Idem, Legione Theanum ſidicinum præmiſſa. Sic Lancilotus recte dixit, Quorum multi ſunt Regij lepidi. Dicimus autem, Regium lepidum ex duobus rectis, authore Cornelio Tacito clariſſimo rerum Romanarum ſcriptore, aut Regium lepidi ex recto & obliquo: authoribus Plinio & Ptolemæo. Teſtis eſt huius rei Lancilotus in præfatione operis ſui.

Regium lepidũ, & Regium lepidi.

Rectore carentibus vix adiectiua iũguntur.

VTRVM NOMINIBVS carentibus rectore liceat adiectiua iungere? Vix, niſi domi domum domo: cui recte adduntur Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, alienus: vt Paraſitus libẽtius cœnat domi alienæ quàm ſuæ. Bene etiam dices, Venio domo Petri, &c. in reliquis rariſſime adiectiua iungimus. Cic. ad Atti. lib. 16, Malo cũ timore domi eſſe, quàm ſine timore Athenis tuis. Florus in primo epitomate, Succeſſit Romulo Numa Põpilius, quem Curibus Sabinis agentẽ vltro petiuere ob inclytam viri religionem. Tit. Liu. lib. 23, Capuam flectit iter luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ. Ouid. Atque aliquis doctas iam nunc eat inquit Athenas. ſed hoc excuſari ſolet propter verſum, vt apud Virgilium, Sitientes ibimus Afros. Propertius præpoſitionem adiecit, Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Ergo licet recte dicamus, Sum domi tuæ: non tamen, Sum domi pulchræ, &c. Cicero, Nónne malis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Plautus, Quid tibi negotij eſt domi meæ?

Rectore carens refertur apte à relatiuo nomine aut pronomine.

FITNE APTE relatio per nomen aut pronomen relatiuum ad nomina carentia rectore? Etiam: vt Sum Romæ, quæ vrbium excellentiſſima eſt. Cicero ad Lentulũ, Tecum claſſe atque exercitu proficiſci Alexandriam: vt eam cum pace præſidiiſque firmaris. Lentulus Ciceroni de Dolobella, Nulla alia re confiſus Laodiceam, quæ eſt in Syria, ad mare ſe contulit. Nunc de aduerbijs loci dicendum eſt: de quibus nonnihil in rudimentis diximus.

INTERROGATIVA LOCORVM.

Quo. Qua. Vbi. Vnde. Quorſum. Quouſque.

Quid quærit Quo? Ad quem locũ. Quid Qua? Per quem locum? Quid Vbi? In quo loco. Quid Vnde? De quo loco, vel à quo loco. Quid Quorſum? Quẽ locum verſus. Quid Quouſque? Vſque ad quem locum, & quàm longe: vtque vulgus loquitur, quàm remoté.

Quot modis capitur quo, Qua, vbi, & vnde? Tribus. Primo interrogatiue: vt Quo iter eſt tibi? Gandauum. Cicero libro 3. ad Atticum, Nobis iter eſt in Aſiam. Qua itur ad forum? Per cœmeterium diui Martini. Vbi eſt deus? Cũ bonis. Vnde aduehitur nobis piper? Ex India. Secundò relatiue, vt Vado illuc, quo abijt Petrus. Ibo qua tu. Illic deus eſt, vbi pax eſt. Venio foris, vnde & tu. Tertio infinite: vt Neſcio quo abijt homo, &c.

Quot modis reſpondemus ad Quo, qua, vbi, & vnde? Tribus, & quarto modo ſolum ad Quo.

Primò per regulam carentiæ: Quo vadis? Gandauum. Qua? Cortraco. Vbi habitas? Cominij. Vnde venis? Louanio.

Secundò per nomina ſine carentia: vt Quo abis? Ad fontem. Qua? Per pratum. Vnde? Ab vrbe. Vbi eſt fons? In pede montis.

Tertiò per aduerbia: vt Quo fugis? Huc. Qua ibis? Hac. Vbi es? Hic. Vnde venis? Hinc.

Quartò ad Quo reſpondemus per ſupinum vel per gerundium, aliquando etiam per infinitiuum: ſed minus apte: vt Quo vadis? Piſcatum, aut ad piſcandum. Et in ſacris, Vado piſcari. Nónne ad Vnde reſpondetur ſupinum in u? vt Vnde venis? Lectu. Vix: aliquando tamen videntur docti ſic loqui: ſed nondum auſim imitari: ideo illum modum omiſi. Poſſũtne hæc totidem modis referre? Etiam. Exẽpla facile fient: vt Vado Gandauum, quo præceſſit pater. Qua itur Aloſtum? Vbi habitat ſoror mea?

Vnde tu venis? Virgilius, Inferrétque deos Latio, genus vnde Latinū. id eſt à quo Latio. Et Suetonius in Auguſto, Obſeſſa Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, breui potitus eſt. Cicero pro Rabirio, Venire in eum locum, vbi parendum eſt. Idem, Noſti fundum quo venimus. Virgilius lib. 6, Dirigite in lucos, vbi pinguem diues opacat Ramus humum. Nec loci nomen ſolum referūt, ſed etiam nomen perſonæ. Terentius in Eunucho, Mercator hoc addebat, è prædonibus vnde emerat, ſe audiſſe. id eſt à quibus emerat. Horatius, Contra Leuinum Valeri genus, vnde ſuperbus Tarquinius. id eſt à quo genere.

Quo ſex modis.

Quot modis capitur Quo? Sex. Primò eſt aduerbium loci: vt Quo vadis? Capitur autem tripliciter: Interrogatiue, relatiue, & infinite, vt dictum eſt. Secundò Quo ſignificat quanto: vt Quò ditior, eò ſuperbior. Tertiò pro (vt) coniunctio eſt. Plinius, Neque enim id feci quò tibi moleſtus eſſem.

Quartò aduerbium eſt pro Quare, teſte Donato. Terentius, Quo æquior ſum Pamphilo. Quintò Quo aduerbium, id eſt ad quid, vel in quem vſum. Horatius, Quo mihi fortunam, ſi non conceditur vti? In Iſaia, Quo mihi multitudinem victimarū veſtrarum? Sextò Quo eſt ablatiuus: vt Non eſt baculus, quo te feriam.

Qua quatuor modis.

Quot modis capitur Qua? Quatuor. Primò eſt aduerbium loci, & capitur Interrogatiue, relatiue, & infinite. Virgilius, Dic mihi qua ſit iter. Secundò Qua aduerbium, id eſt inquantum. Seneca, Hominem quippe qua animal eſt, moueri ſenſu oportet. Tertiò partim, vt apud Plautum in Aſinaria, teſte Baptiſta Pio: Qua me, qua vxorem, qua tu ſeruum Saureā circunduce, &c. id eſt partim me, &c. Plin. Medium tempus diſtentum impeditúmque, qua officijs maximis, qua amicitia principum egiſſe. Quartò eſt ablatiuus: vt Qua ratione potes hoc defendere?

Vbi tribus modis.

Quot modis capitur Vbi? Tribus. Primò eſt aduerbiū loci, & capitur interrogatiue, relatiue, & infinite: vt Vbi audiſti? Habito vbi indoctorum detractione miſere vexor. Scio vbi tu perpetraſti ſcelus.

Secundò eſt aduerbium temporis pro Poſtquam. Virgilius, Hæc vbi dicta dedit. Tertiò eſt aduerbium temporis pro Quando. Terentius in Andria, Vbi voles, accerſe.

Vnde quatuor modis.

Quot modis capitur Vnde? Quatuor. Primò Vnde eſt aduerbium loci, & capitur interrogatiue, relatiue, infinite: vt Vnde venis? De foro. Vnde nuper veniſti? Scio vnde venias. Secundò Vnde, id eſt à quo, & iungitur ſine medio ablatiuo. Virgilius lib. 8, Qui genus, vnde domo? id eſt ex qua domo. Seneca in Conſolatione ad Albinam, Vnde domo quæque ſit, quære. Q. Sidonius, Hæc relinquamus, ſdque vnde cauſa ſermocinemur. id eſt à qua cauſa. Tertiò Vnde, id eſt ad quid. Terent. in Eunuc. Vnde petitur aurum. Quartò Vnde, id eſt quo iure, teſte Lāciloto. Virg. Vnde etiam templo triuiæ lucíſque ſacratis Cornipedes arcentur equi? In compoſitione cum numeris ſignificat vno dempto: vt Vndeuiginti, id eſt vno dempto de viginti, ſcilicet nouemdecim: & poteſt eſſe quintus modus.

ADVERBIA AD LOCVM.

QVAE ADVERBIA reſpondentur ad Quo? Huc, illuc, iſtuc, intro, foras, eo, eodem, alio, aliquo, quoquo, quolibet, quouis: quæ differunt vt quiſque, quiuis, quilibet: veluti quodam, aliquo, quopiam, vt quidam, aliquis, quiſquam. Ita dices de omnibus ſimiliter compoſitis, ſiue reſpondentur ad Quo, ſiue ad qua, ſiue vbi, ſiue vnde, vltro, citro, peregre, vſquam, nuſquam, quoquo, quocunque, ſupra, infra, vel ſuperius, inferius: vt Quo abis? Quo aufugis? Quo ſe nunc proripit ille? In Luca, Amice aſcende ſuperius. Veni huc. id eſt ad me. Eamus ad me: pro ad domum meam, pulchre dicitur. Terent. in And. Egomet continuo ad Chremetem. id eſt ad domū Chremetis. Idē, Eamus nunc intro. male diceretur, Eamus intra, aut intus. Idē, Exi foras ſceleſte. Ne dicas Vade extra, nec Vade foris, nec Vade ad foras. Sicut nō dicitur, Venio de foris, ſed Venio foris: licet in Biblijs aliter legatur. Donatus, De intus, & de foris ſic nō dicitur: quomodo Ad foras & In foras. Debet legi ſine interrogatione (quomodo) id eſt quēadmodum non dicimus Ad foras, vel In foras. Seneca dixit pro Intus aut intra, intro: niſi ſit mendum in lib. 2. de ira, Qualem intrò putas eſſe animum eius, cuius extrà imago tam fœda eſt?

Ades huc.

Adſum aliquādo ſignificat accedo: & ſic dicimus Ades huc. Virg. Huc ades ô formoſe puer. Georg. Valla vult antiptoſin eſſe: licet tamen omnibus: & ſic ornate loquemur. Terent. in Adelp. Dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum aliquo abeam. Ornatius dixit, quàm ſiquis diceret, Interea in angulum aliquem abeam.

Vltro citróque. Peregre.

Vltro citróque, huc illuc. Quint. Iuuenis ſolet vltro citróque commeare. Iungimus etiam verbis quietis. Cicero, Multis verbis vltro citróque habitis: ille nobis conſumptus eſt dies: ibo alio. id eſt ad alium locum, nuſquam, vſquam. Peregre etiam ſignificat in loco, & de loco. Forſan etiam per locū. In euang. Homo quidam peregre proficiſcens. id eſt longe extra patriam ſuam. Plautus, Quia nos eramus peregre, tutatus eſt domū. Idem, Herus aduenit peregre. Pro Huc, poetice hoc dicimus. Virg. lib. 8. AEneid. Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto. Sic & iſto pro iſtuc. Plaut. Neque iſto redire his octo poſſem menſibus. Sic iſtuc rei poeticum eſt, vt iſthic, iſthæc, iſthoc. Illo pro illuc etiam oratores dicunt. Cic. lib. 1. Epiſt. fam. Illò ſi veneris. Tacitus, Illò propinqua veſpera tribunus venit. Lancilotus dicit Subtus ſignificare ad locum, in loco, per locū, & de loco. Vtroque, neutro, ad locum ſignificant teſte Sulpitio: non tamen Vtro pro ad vtrum locum dicimus, teſte Lanciloto: nec nullo, pro ad nullum locum, ſed nuſquam.

Hoc, iſto, illo.

ADVERBIA PER LOCVM.

QVAE ADVERBIA reſpondentur ad Qua? Hac, illac, iſtac, vſquã, nuſquam, intus, foris, recta: & compoſita à Qua: vt quaqua, quaque, qualibet, ſiqua, nequa, aliqua, cum alia, vtraque, teſte Sulpitio: non tamen neutra, ſi Lanciloto credimus. Terent. Sequere me hac ocyus. Plautus, Is deriſui eſt, quaqua incedit, omnibus. Terentius, Cur non recta introiſti? Cicero, Recta venit ad me. Bene dices etiam Qua via ibis? Regia, publica. In libro Numerorum, Via regia gradiemur. ne dicas niſi vt ſit nomen

Nulla. Nullá: quia nunquam aduerbium eſt, vt Curius notat.

ADVERBIA IN LOCO.

QVAE ADVERBIA reſpondentur ad Vbi? Hic, illic, iſtic, ibi, alibi, aliubi, ibidem, vbique, vbilibet, vbiuis, ſicubi, necubi, nuncubi, paſſim, vulgo, inibi, vſquam, nuſquam, peregre, alicubi, intus, foris, ſuperius, inferius vel infra, ſupra, non tamen interius pro intus.

Nullibi. Nullibi vtuntur Politianus, Beroaldus, Lancilotus, Calepinus: ego cum Quintiano nuſquam inuenire quiui: ideo cum Valla cenſeo eſſe barbarum. Siquis diſſentiat, oſtendat ſaltem apud vnum inter veteres probatum. Virg. Vulgo naſcetur amomum. id eſt ferme vbique. vulgo dicitur, Ferme vbique, vel ab omnibus: non autem communiter. Strata iacent paſſim poma ſub arboribus. id eſt fere vbique. Hic & illic, quaſi per ſingulos paſſus. Lactantius teſte Valla, non ſatis propriè cepit pro vndique. Alibi dicit Virgilius lib. 1. Georg. id eſt In alio loco.

Aliubi. Plinius fere ſemper dicit Aliubi, quem venuſte imitabimur. Aliubi propter tres breues Virgilius dicere non potuit. Plin. lib. 8. cap. 38, Nec aliubi naſcens, quàm vbi leo gignitur. aliubi dixit per quatuor ſyllabas. Sic ſæpiſſime in alijs libris.

Inibi. Plautus in Captiuis, Inibi emit. id eſt in eodem loco. Interibi, id eſt interea.

Vtrobi. **Neutrobi.** Vtrobi, in vtro loco: neutrobi, id eſt in neutra re, vel in neutro loco. Lancilotus male cenſuit eſſe barbara: quia vtrobi in digeſtis legitur. Plautus in Aulularia, Neutrobi habeam ſtabile regnum. Vtrobique apud Gellium leges. Neutrobique nuſquam inuení: nec etiam alterubi, alterutrobi.

Nuſquam. **Necubi.** Quomodo differunt nuſquã & necubi? Nuſquam, id eſt in nullo loco, vel ad nullũ locum, per nullum locũ, aut de nullo loco: & vnico verbo contentum eſt: vt Nuſquã eo, nuſquã tuta fides. Necubi, id eſt ne in aliquo loco, ferè ſemper duo verba poſcit: vt Iuſſi necubi mihi preſto ſis. id eſt ne in vllo loco. & cum vnico verbo prohibendo: vt Necubi hodie comes me inſcio. Rariſſime pro nuſquã capitur. Liuius lib. 3. de 2. bello Pun. Hiſpanos & Afros, & omne quod veterani erat robur exercitus, admixtis ipſorum impedimentis necubi conſiſtere coactis. Vide ne mendum ſit conſiſtere, pro conſiſterent: ne neceſſaria ad vſus deeſſent, primos ire iuſſit.

Nequo. Idem de Nequo dices, quod duo verba petit, niſi prohibendo ponas. Cato in re ruſt. Villicus ne ſit ambulator: ſobrius ſiet ſemper: ad cœnam nequo eat: familiam exerceat. Propter hæc non probatur mihi Pſeudocurtius, qui necubi pro nuſquam ſemper capit. Necubi gentium inuenies. Et Octauij memoria necubi reperiatur. Idem male alibi pro aliquo dixit. Neceſſe eſt me alibi proficiſci. Et, Neceſſe eſt tibi alibi proficiſci. Apuleius libro 9. Metam. Vbi pro quo poſuit (niſi ſit mendũ) dicens, Vbi ducis aſinum iſtum? In hac re nõ eſt vllo modo imitandus. propterea dixit Valla, Apuleius interim non tam loqui quàm rudere videtur: nec imitabor illud: Duxerunt eum ad Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcribæ & ſeniores conuenerant. ego dixiſſem Quo, non vbi.

ADVERBIA DE LOCO.

QVAE ADVERBIA reſpondentur ad Vnde? Hinc, illinc, iſtinc, intus, foris, intrinſecus, extrinſecus, vtrinſecus, forinſecus, nuſquam, inde, peregre, ſuperne, inferne, ſtirpitus, humanitus, radicitus, cælitus, vndeunde, vndecunque, vndelibet, aliunde, alicunde, ſicunde, &c. Cominus, eminus, quæ ad locum quoque ſignificãt. Horatius, Mulier formoſa ſuperne. Lucanus, Defendit Titareſus aquas lapſúſque ſuperne. Cato, Vtrinſecus cupam materia vlmea, aut fagina factura. id eſt tam ab exteriori quàm ab interiori. Forinſecus legitur apud Plinium. Abſtineto barbaris, qualia ſunt, teſte Lanciloto, Vtrinde, alterunde, alterinde, neutrinde, nulliũde, alteratrinde, vtrindeuis, &c. nec dices Venio abhinc, vel dehinc, deillinc. Cicero tamen dixit Vſque iſtinc.

Dehinc. Dehinc non loci, ſed ordinis aduerbium eſt pro poſthac.

Abhinc. Abhinc temporis eſt, non loci, pro ab hoc tempore.

ADVERBIA LOCVM VERSVS.

QVAE ADVERBIA reſpondẽtur ad Quorſum? Horſum, iſtorſum, illorſum, ſurſum, deorſum, antorſum cum r, non ante, ſed poſt o: dextrorſum, læuorſum, ſiniſtrorſum, retrorſum, aliorſum, quoquouerſus, id eſt circuncirca, ratione habita à centro. Colum. lib. 6, Si viginti duo quoquouerſus inter quaternos pedes vinea erit. Seneca etiam quorſus dicit. Et Apuleius in 9, Quorſus hæc noua? & Plin.

Quorſus. lib. 6. Epiſt. Quorſus hæc?

ADVERBIA VSQVE AD LOCVM.

Huc. QVAE reſpondentur ad Quouſque? Hucuſque, iſtucuſque, illucuſque, hactenus, &c.

Iſtuc. QVOMODO DIFFERVNT huc, iſtuc, illuc? Similiter hac, illac, iſtac, &c? Huc ſignificat locum

Illuc. vbi ego ſum: ſic hac, hic, hinc, horſum. Iſtuc ſignificat locum vbi tu es: ſic iſtac, iſtic, iſtinc, iſtorſum.

Illuc ſignificat locũ vbi eſt de quo loquimur: ſic illac, illic, illinc, illorſum: vt Veni huc, aut cũ magno malo tuo veniã iſtuc. Siquid iſtuc noui eſt, facito vt ſciã. Pro Hoc barbare diceres Hic aut illic. Cic. ad Lentulũ, Qui iſtinc veniunt, aiunt te ſuperbiorẽ eſſe factũ. id eſt Qui ab iſta prouincia, in qua agis, veniunt. Idem ad Valerium, Ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis: quàm iſtic, vbi ſolus ſapere videare. Poetæ Hic pro Illic ſæpe ponũt teſte Seruio in illud, Hic illius arma, Hic currus fuit. aliquando Hic capitur pro Tunc. Terentius, Hic ego illum contempſi præ me.

Vnde ſumitur dicta differentia? Ab hic, ille, iſte. Quomodo differunt hic, ille, iſte? Hic me ſignificat aut meum, aut quod eſt vbi ego ſum, vel habito, aut de quo loquor. Iſte ſignificat te aut tuũ, aut quod eſt vbi habitas, vel de quo loqueris. Ille neutrum ſignificat, ſed tertium quiddam: vt Huic amico meo cum tuo iſto familiari magna eſt contentio. Maturiorem ſane futurum ſuſpicor tuum in hanc vrbem aduentum, quàm in iſtam meum. Cicero in Antonium, Remoue paulisper iſtos gladios. hoc eſt tuos. Idem in eundem, Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus. hoc eſt tuis. Idem alibi, Hoc tuum factum: recte dixit. hoc ſcilicet de quo loquor. Plautus, Quis eſt quem videmus venientem pannoſum ac ſqualidum? Iléne eſt noſter Syrus? Plinius, Hæc omnia ad vos ex illa prouincia comportantur: illinc ſucci, illinc odores, illinc extremo orbe quæſitæ luxuriæ opes. Terent. Vidén' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit, hic ſane prudens appellandus. id eſt talis, vel is. Hic, ille, iſte.

Ante Qui, quæ, quod, melius is, ea, id ponitur, quàm hic, teſte Valla, præſertim in proſa: & per compoſitionem etiam ſic loquimur, Quæcũque mulier adultera, eadem venefica eſt. Poetæ ille pro IS ſæpe ponunt. Si duas res velis referre, per Hic referes poſteriorem, & priorem per Ille: vt Seneca & Nero ſtuduerunt: hic luxuriæ, ille virtuti. Differentiam prius poſitam oſtendit Cicero ad Curionem, Putaréſne vnquam accidere poſſe: vt mihi verba deeſſent, non ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hæc etiam leuia noſtratia? Calepinus dicit Ciceronem (iſte) pro (hic) aliquãdo capere. Verum id perrarum eſt: ideo differentiam vſque obſeruato. Is, ea, id.

DATIVI REGIMEN.

Regula prima.

Fixa dabunt ternum ſubſtantiuo, mediante
Verbo: quod per habet contingit ſæpe reſolui.

Omne nomen ſubſtantiuum poteſt regere aliud ſubſtantiuum in datiuo, mediante verbo ſubſtantiuo: vt Mihi liber eſt, tibi pecunia. & exponitur per habeo, mutando datiuum in nominatiuum, & nominatiuum in accuſatiuum: vt Mihi liber eſt, Ego librum habeo. & ſunt tales orationes multo pulchriores, quàm orationes de Habeo. Perſius, Velle ſuum cuique eſt. id eſt Quiſque habet velle ſuum. Virg. Eſt mihi nãque domi pater, eſt iniuſta nouerca. Et, ‑ſunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Sunt mihi bis ſeptem præſtãti corpore Nymphæ. Ludite ſecuri quibus eſt æs ſemper in arca. Horat. Vos, quibus eſt virtus, muliebrẽ pellite luctũ. Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater. Dic etiã, Mihi bene eſt. id eſt bene habeo: bene valeo. Liber eſt Iohannis. Hoc ſine verbo Liber Iohannis recte dicitur. Liber eſt Iohanni. Si verbum omiſeris, male loquêris. Sum tibi pater. id eſt ſum pater tuus. Sum tibi loco patris. id eſt tui curam habeo, tanquam eſſem pater. Eccleſiaſtici dicunt, Sum tibi in patrem. quæ locutio apud Latinos inuſitata eſt. Datiuus regitur ex vi acquiſitionis, & melius ex vi voluntatis doctiſſimorum: per regulam, Quæ tenti vires, &c. Quæ obiter de datiuo dicta ſunt, non repetam. Et ſunt de hei & væh. Opus eſt mihi libro. id eſt opus habeo. datiuum habet per primã regulam datiui, Affinis, ſimilis, &c. Dominor, &c. Datiuus carens rectore. Hæc ſumma eſt: ideo pergamus. Eſt cum datiuo, pro habeo.

REGVLA SECVNDA.

Tertium pro quarto aut ſexto cum præpoſituris
Ponimus: it clamor cælo, mihi filia curæ eſt.
Cur tibi deſpicior? nunc omnibus itur ad aurum.

Datiuus ponitur ſæpe pro accuſatiuo vel ablatiuo cum præpoſitione: vt It clamor cælo. id eſt ad, vel in cælum. Inferrétque deos Latio. id eſt in Latiũ. Tu es mihi viſus. id eſt à me. Filia eſt mihi curæ. id eſt ad curam. Curritur omnibus ad aurum. id eſt ab omnibus. Pugno tibi, id eſt tecum: ſed nunc ſingula apertius dicam.

QVOT MODIS datiuus ponitur pro accuſatiuo vel ablatiuo cum præpoſitione? Quatuor. Primo datiuus pro accuſatiuo locali. Virgilius, It clamor cælo. Idem, Inferrétque deos Latio. Idem, Cõpellere hibiſco. id eſt ad hibiſcum. Idem, Obuertunt pelago proras. id eſt pelagus verſus: vel ad, aut in pelagus. Hunc caſum quidam non datiuum, ſed octauum eſſe volunt, teſte Seruio in Donatum: ſed parui refert an datiuus, an octauus dicatur: quum datiuo nunquam terminatione ſit abſimilis. Sic Subeo muro, Applico litori. pro ad murum, ad litus, &c. Secundò datiuus non localis ponitur pro Octauus caſus.

accuſatiuo cum præpoſitione(ad):vt Natus ſum laudi. pro ad laudem. Poſco te pœnæ. id eſt ad pœnam. Sum tibi deriſui. id eſt Tu habes me ad deriſum. Es mihi curæ, id eſt ad curam: & ſic aliquando

Verba cum duobus datiuis.

verbum regit duos datiuos. Ideo quæro, Eſt hæc congrua, Bonus filius eſt patri honori? Etiã. Quia hic nomen ſubſtantiuum regit alterum ſubſtantiuum in datiuo, mediante verbo ſubſtantiuo: per regulam, Fixa dabunt ternum. & ſecundus datiuus pro accuſatiuo ponitur cum præpoſitione (ad) per regulam, Ternum pro quarto, &c. Da ſimiles orationes. Curæ mihi eſt doctor. Miſeriæ mihi eſt labor. Sum tibi moræ. Gloriæ mihi eſt patria. Infamiæ mihi eſt amor. Vitio eſt tibi concubina. Teſtimonio tibi ſum. Sum tibi auxilio, præſidio, conſilio, commodo. Aduerſarius mihi odio eſt. Bono mihi eſt veritas. Argumento mihi eſt probitas. Oneri mihi eſt hæc res. Cordi mihi eſt amicitia. Dolori & terrori mihi eſt iudicium. Vſui ſum tibi. Riſui mihi eſt hoc. Quæſtui mihi hæc res eſt. Ex Diomede hæc exempla deprompſi. Sic, Ouibus ſua lana decori eſt. Salus tua mihi curæ eſt. Literæ tuæ fuere mihi voluptati. Hic liber non eſt mihi vſui. id eſt non eſt mihi vtilis. Orationes hæ ſunt elegãtiſſimæ. Da authoritatem. Cicero, Fuiſti mihi præſidio triſtiſſimis meis tẽporibus. Virgilius, Phœbo mea carmina curæ. Terentius, Sunt hæ tibi nuptiæ cordi? id eſt Placéntne tibi hæ nuptiæ? Non placet mihi, cordi eſſe adiectiuum indeclinabile: quia Hominis cordi, ab homine cordi, &c. non puto reperiri, quicquid dicat Senenſis. Tacit. Orta ſeditio propè vrbi excidio fuit.

Regitúrne talis datiuus ab alijs verbis quàm à ſubſtantiuis? Etiam: vt Do tibi hanc rem vitio. Muneri tibi do librum. Pignori tibi do veſtem. Hic vnus datiuus regitur ex natura verbi: alter pro accuſatiuo cum præpoſitione: Honori ducitur apud nos hæc res. Natus ſum laudi, opprobrio, ludibrio, ornamento, oſtentui, &c. Soror mea datur tibi nuptui. Cano militibus receptui. Verto tibi vitio. Accingo me operi. Da authoritatem. Gellius lib. 4, Arborem ſuã vineámque habuerat derelictui. Idem lib. 17. cap. 19, Siquis hæc duo verba cordi habeat. Idem lib. 18, Authoritates verborum cordi habeatis. Sil. lib. 1, Poſcendum pœnæ iuuenem. id eſt ad pœnam, teſte Marſo. Idem lib. 2, Armatum Hannibalem pœnæ petit impia tellus. Idem lib. 8, Deſpectus tædæ regnis ſe imponit Hiarbas. id eſt ad tædam & connubium, teſte Petro Marſo. Plaut. in Menæhmis, Bene merentem tibi habes deſpicatui. Ibidem, Aliam poſthac inuenito, quã habeas fruſtratui. Horat. Nec timuit ſibi, ne vitio quis verteret olim. Sic, Paro me bello. Do tibi fiſtulam dono. Do tibi hanc rem doti vel dotem. Plaut. in Trinummo, Eſt ager hic nobis ſub vrbe: eum dabo dotem ſorori. Sic, Sum tibi ſcandalo vel ſcandalum: & documento vel documentum. Hieron. Sicut enim abſcindendos & eradicandos infideles & perfidos homines, qui ſcandalum ſunt corpori eccleſiæ, dominus præcepit. Curtius lib. 7, Obtriti pedibus elephantorum cæteris, vt parcius inſtarent, fuere documentum. Datiuum eiuſmodi quidam aduerbium eſſe credunt: quia nominis naturam videtur relinquere, vt Sorti cum capitur pro per ſortem. Sil. lib. 7, Quas tunc cecidit cuſtodia ſorti Horrere. id eſt, Horrebãt quibus cuſtodia cecidit per ſortem. Tertio datiuus ponitur pro ablatiuo verbi paſſiui aut imperſonalis paſſiuæ vocis. Virg. Neque cernitur vlli. id eſt ab vllo. Idem, Deſpectus tibi ſum. id eſt à te. Cic. Non deſpero probatum iri Varroni. id eſt à Varrone.

De imperſonali: Clamatur omnibus. pro ab omnibus. Sæpius cum ablatiuo inuenitur. Quarto datiuus ponitur pro ablatiuo cum præpoſitione in vel cum: vt Infixus pectori. id eſt in pectore. Virgilius ablatiuũ ſine præpoſitione poſuit metri gratia. vt quarto AEneidos, Hærent infixi pectore vultus. Pugno tibi, id eſt tecum. Virgilius in quarto AEneidos, Placidóne etiam pugnabis amori? Et in Bucol. Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas. Et in 1. AEneid. Impar congreſſus Achilli. pro

Pugno in hoſtem.

cum Achille, cõtra Achillem, vel in Achillem. Dicimus autem lepidè, teſte Gellio, lib. 17. cap. 2, Pugno in hoſtem. Q. Claud. Poſtquam nuntiatum eſt, vt pugnatum eſſet in Gallos, id ciuitas grauiter tulit. In Gallos (inquit Gellius) mundius ſubtiliúſque eſt, quàm cum Gallis, aut contra Gallos. Nam pinguiora hæc obſoletioráque ſunt. T. Liu. lib. 8, Extra ordinem in hoſtem pugnaſti. Dicimus etiã Differo & diſſideo tibi. pro à te. Horat. in arte, Nec ſic enitar tragico differre cothurno. Et alibi, Scire volo quantum ſimplex hilariſque nepoti Diſcrepet, & quantum diſcordet parcus auaro.

VERBORVM DIVISIONES.

QVONIAM IN TOTO regimine datiui accuſatiui & ablatiui fere vbique de verborum ſyntaxi agemus: ideo non ab re fuerit hîc verborum diuiſiones declarare. Quæro igitur,

Quotuplex eſt verbum? Duplex. Perſonale & imperſonale. Perſonale quid eſt? Quod ante ſe petit explicite vel implicite nominatiuum, vt Inſit, forem.

Imperſonale quid eſt? Quod ante ſe, nec explicite, nec implicite nominatiuum deſyderat: vt Statur, pœnitet. Vnde dicitur imperſonale? Ab in, pro ſine & perſona: non quòd nullam, ſed quia non certam ſignificat perſonam niſi determinetur: vt Statur à me. Diomedes ait ſic dici: quia ſine perſonis pronominis intelligi non poteſt. Quotuplex eſt verbum imperſonale? Duplex. Actiuæ vocis in t, vt Miſeret: & paſſiuæ vocis in tur, vt Statur.

Quotuplex eſt imperſonale actiuæ vocis? Sextuplex: regens genitiuum tantum, vt intereſt, refert, eſt: exceptis mei, tui, &c. regens datiuum, vt contingit, reſtat, &c. regens accuſatiuum tantum, vt decet, oportet, &c. regens datiuum, & cum præpoſitione à vel ab ablatiuum: vt Malefit, benefit, ſatiſfit tibi à deo. Sine caſu cum infinitiuo imperſonalis: vt Incipit pœnitere Iohannem matrimonij. & talia dicũ-

tur imperſonalia ex adiuncto.

Impersonalium paſſiuæ vocis conſtructio. Amatur.

Vnde formatur imperſonale paſſiuæ vocis? Maxime à neutris non paſſiue ſignificantibus: vt à ſedeo, ſedetur: aliquando etiam ab actiuis, vt amatur: raro à deponentibus, vt lamentatur. Cur dicis non paſſiue ſignificantibus? Propter vapulo, exulo: è quibus imperſonalia non fiunt. Plaut. in Pſeud. Quid agitur Calliodore? Amatur, atque egetur acriter. Antonius Nebriſſenſis negaret amatur eſſe ab amo, vt actiuum eſt: quia negat ab vllo actiuo, vt actiuũ eſt, imperſonale paſſiuæ vocis formari. Cur dicis vt actiuum eſt? Quia actiua (quæ vt actiua ſunt, poſt ſe accuſatiuum regunt, veluti Amo deũ) aliquando ſine accuſatiuo abſolute capiuntur: vt Amo, id eſt amore capior, aut afficior: vt Et ſiquid faciam, nunc quoque quæris, amo. Diſputo de hac re, Vindico de te, Ago de illa re. & ſic imperſonalia faciunt. Cauſa Nebriſſenſis eſt, vt opinor: quia ſi ab actiuis eſſent, accuſatiuum regerent. quod falſum eſt: quia male dicitur, Legitur librum, teſte Nebriſſenſi. Mihi cum Diomede, Donato, Priſciano, cæteriſque placet aliquando ab actiuis fieri imperſonalia paſſiuæ vocis: neque ideo debent regere accuſatiuum non magis, quàm ſupina in u ablatiuũ cum præpoſitione. Id autem cur non fiat, pro ratione eſt contrarius doctiſſimorum perpetuus vſus: & an accuſatiuum regant, magnum dubium eſt inter doctos. Concedo tamen admodum rara eſſe apud authores ab actiuis imperſonalia eiuſmodi. Quia teſtibus Diomede & Phoca formantur ferè à neutris aut datiuum regentibus, vt Statur, ridetur, ſedetur, &c. Apul. lib. 4. Metam. Mœretur, fletur, lamentatur. Durum eſt imperſonale lamentatur à deponenti: ſicuti caletur & placetur, à calet & placet. Plautus in Capt. Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent. Cyprianus, Si hominibus placetur, dominus offenditur. Perſius, Tibi luditur. Canitur receptui.

Lamentatur imperſonale.

Quædam videntur eſſe imperſonalia, nec ſunt. Virg. lib. 1. AEneid. -cur dextram iungere dextræ Nõ datur? hic datur perſonale eſt, habens infinitiuũ loco nominatiui. Idem in 11. AEneid. -coeant in fœdera dextræ, Qua datur. ſupple, coire. & hoc pro nominatiuo ponitur. Cic. in Epiſt. De pantheris agitur diligenter. ſupple, res & negotium. Sic apud Virgilium lib. 8. AEneid. Stipitibus duris agitur, ſudibúſve præuſtis. ſubaudi, res. Quod Cicero expreſſit dicens, Res agitur per eoſdem creditores.

Imperſonale paſſiuum.

Quẽ caſum regit imperſonale paſſiuæ vocis? Omne imperſonale paſſiuæ vocis regit præter caſum ſui verbi, ablatiuum cum præpoſitione à vel ab: vel loco illius datiuum. Cic. ad Lentulum, Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. id eſt omnes reclamarunt orationi eius. Mart. Nõ bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico: Sit liber domin⁹ qui volet eſſe meus. Hic ſeruitur regit ſolum caſum ſui verbi. An omne imperſonale regit caſum ſui verbi? Vix: quia ſi ab actiuo deſcendat, accuſatiuum vix auſim dare: vt Legitur Matthæum aut poetam, non libenter vſurpabo: quia melius paſſiue loquar, Legitur Matthæus aut poetà: Si aliter inueniatur, perrarũ eſt & vetuſtũ. Quomodo ſignificat imperſonale paſſiuæ vocis? Actiue cum generalitate: quia ad omnes refertur: vt Curritur. id eſt omnes currunt. Sic declarat Seruius, cui libentius aſſentior, quàm vulgo dicenti, Legitur. id eſt lectio fit. etſi Lancilotus quoque ſic dicat. Virg. in Bucol. Non equidem inuideo, miror magis vndique totis Vſque adeo turbatur agris. id eſt Omnes turbãt, & ita nos turbamur. Seruius dicit veteres codices habere turbamur: quod rectius poneretur quàm turbatur, licet ita Quintilianus legerit. Teſtis eſt Nebriſſenſis. Satiſfit ſub paſſiuæ vocis imperſonalibus comprehendatur: quia actiue declaratur. id eſt, omnes ſatiſfaciunt. Satiſfit mihi ab omnibus. Vtrum imperſonale paſſiuæ vocis retineat ſemper generalitatem ſuam? Non: quia poteſt per datiuum vel ablatiuum reſtringi, quicquid dicat Nebriſſenſis. Cic. Et quanquam à te quidem cumulatè ſatiſfit mihi. Cæſar 1. de bel. ciu. Ne qui inuitus ſacramento dicere cogatur, à Cæſare cauetur. id eſt Cæſar cauet. Tacitus, Trepidabatur à Cæſare. Cic. lib. 3. Epiſt. Quum ad me aditum erat ab iſs, qui dicerent à ſe intolerabilia tributa exigi. Et lib. 6, Nihil eſt à me inſeruitum temporis cauſa. Et lib. 14. ad vxorem, Minus eſt erratum à nobis. Dolobella Ciceroni, Satiſfactum eſt à te. Seneca Epiſt. 85, Sapienti nocetur non à paupertate, non à dolore. Cic. ad Atticum, Mihi vero deliberatum eſt. Cæſar 3. de bello Gal. Quum ab hoſtibus conſtanter & non timide pugnaretur. Et lib. 5, A noſtris reſiſtitur. Tul. 1. Offic. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis. Sic plerique alij, & ferè à neutris.

Matthæum legitur.

An imperſonale paſſiuæ vocis ab actiuo formatum regat aliquando accuſatiuum rei patientis, vt A me legitur Matthæum? Poteſt quidem aliquando, ſed tam rarum eſt, vt nollem niſi rariſſime imitari: & conuenientius per paſſiuũ ſic loquar, Matthæus legitur. Deus amatur, &c. Qui dicunt imperſonale in tur regere accuſatiuum? Alexander & Georgius Valla cum filio ſuo Iohanne Petro Valla. Georgius libro 23, multa teſtimonia citat: quorũ nonnulla friuola eſſe oſtendam. Da authoritatem vbi imperſonale in tur regat accuſatiuum. Quintilianus libro ſecundo Inſtitutionum, Effeciſtque illum qualis hic fuit luctando, pugnando, quem vtroque certamine coronabatur inuictum. Cicero primo Officiorum, Quos cuique viſum eſt, ad eorum ſtudia inſtitutáque impellimur. Stathius quarto Thebaidos, de Tireſia vate ſacrificiјs manes ciente, Principio largos fontes tellure cauata Inclinat Bacchi latices, & munera verni Lactis, & actæos imbres, ſuadúmque cruorẽ: Manibus aggeritur quantum bibit arida tellus. Hæc citat Georgius Valla. In eadem opinione eſt Scodrenſis, plura áfferens teſtimonia. Tu tamen, inquit, abſtineas eiuſmodi locutione quæ ab vſu cecidit. & Tiberga

teſtatur nos rectius poſſe per paſſiuum loqui. Georg. Valla adducit plura teſtimonia,ſed ſuſpecta aut falſa. Plaut. in Aulul. Si opulento ſit petitum pauperioris gratiam, pauper metuit congredi. Hic imperſonale(petitũ ſit)videtur regere accuſatiuum gratiã: ſed non eſt ita: quia mendoſa eſt lectio hæc, vt in Plauto alia propè plurima. Syncera lectio, teſte Baptiſta Pio in poſterioribus annotat. eſt hæc, Si opulentos it petitum pauperioris gratiam,pauper metuit congredi. Hic opulentos pro opulentus dicitur ritu priſco. Sic optimus ſenſus eſt: & ideo Baptiſtæ hac in re omnino aſſentior. Lancilotus peruerſè ordinauit partes huius orationis ne diceret imperſonale accuſatiuum regere. Aldus propter hunc locum ait rectè ſecundum accuſatiuum regere imperſonalia verborum doceo,peto,&c. vt licet non rectè dicatur, Docetur Iohannem: bene tamen dicitur Docetur grammaticam. ſed pulcherrima Baptiſtæ annotatio & his & mihi ſilentium imponit. A me docetur viuere, non libentius dicã,quàm à me docetur vitam:quia Viuere accuſatiui loco ponitur: ſecus eſt nominatiui loco. Redeo ad Georgij teſtimonia. Plin. Locuſtas pennarum & feminum attritu ſanare creditur. Hic accuſatiuus ab infinitiuo regitur,& ſenſus eſt, Creditur quòd locuſtæ ſanant,&c. Sic apud eundem in octauo, Qualem fuiſſe creditur Quinti Sertorij ceruam. Et apud Quintilianum in 5, Inde ſcientiam in teſtibus,& religionem eſſe in argumentis dicitur. Horat. in Epiſt. Nunc ſatyrum,nunc agreſtem cyclopa mouetur. paſſiuum ante ſe nominatiuum(qui)habet: præcedit enim vt qui,quod Placẽtinus non animaduertit: & poſt ſe figuratè accuſatiuum per ſynecdochen. vt apud Virgilium in 5. AEneid. Tum vero in curas animũ diducitur omnes. Et apud Papiniũ in principio 7, -Parrhaſis ignẽ Nubibus hibernis & noſtro paſcitur imbri. Cic. in Off. Si exiſtimabitur coniunctã cum iuſtitia ſapientiam. ſubauditur,eſſe:aut mendoſe legitur, teſte Lanciloto,exiſtimabitur pro exiſtimabimus. Mela, Ad Anconam tranſitur Rauennam, Ariminum, Piſaurum. non eſt accuſatiuus rei patientis, ſed loci. Ningitur, pluitur, pro, Nix aut pluuia generatur, Apuleius vtitur. Volo à me amari, imperſonaliter. id eſt volo amare, perfecta oratio eſt. Sic, Volo à me ſederi, teſtis Priſcianus. Cæterum raro ita loquimur, Volo amari à me,paſſiue. id eſt volo vt ametur à me. ſubaudi, Petrus aut Paulus, &c. Sermo imperfectus eſt. Ad perſonale bene reſpondetur imperſonale: vt Quid agitur hic? Statur. Pulchre autem dicimus, Bene tecum agitur. Ruſticus diceret, Bene agis res tuas, aut negotiũ tuum. author Valla lib. 1. logicæ, cap. 10. Bene dicimus, Quid factũ eſt pallio,& Quid factum eſt de pallio, contra Georgium Vallam. Terent. in Andria, Nunc audio primùm quid de illo factum. Cic. lib. 2. in Verrem, Quid de illo myoparone factum ſit. Plaut. in Caſi. Quid tuo factum eſt pallio. Priſcianus vult aliquẽ nominatiuum imperſonalia ante ſe habere: nam inquit, Quum dico Curritur, curſus intelligitur: & Sedetur, ſeſſio,&c. poſſunt enim habere nominatiuum imperſonalia ipſius rei,quæ in verbo intelligitur. De hac oratione & ſimilibus, Pſalmos legendum eſt, in gerundiorum conſtructione videbimus. nunc ad alias verborum diuiſiones tranſeamus.

Adiectiuum verbum & tranſitiuũ.

Quotuplex eſt perſonale? Triplex: Subſtãtiuum, vocatiuum,& adiectiuum. Quod eſt adiectiuum? Quod proprietatem rei inhærentem aut adiacentem ſignificat: vt Amo, ſedeo, armo, &c. Quotuplex eſt verbum adiectiuum? Duplex: Trãſitiuum,& abſolutum. Quod eſt tranſitiuum? Quod poſt ſe aliquem caſum vt proprium petit: vt Amo, ſtudeo, miſereor, vtor: ſed proprie tranſitiuum eſt, quod duos accuſatiuos diuerſos petit: vt Doceo.

Quotuplex eſt tranſitiuum? Triplex: Debilis tranſitionis, vehementis & vehementiſſimæ. Quod eſt verbum debilis tranſitionis? Quod vt proprium caſum poſt ſe ſolum capit genitiuum, vel datiuum, vel ablatiuum ſine præpoſitione: vt Miſereor, dominor, fruor.

Quod eſt verbum vehementis tranſitionis? Quod vt proprium caſum poſt ſe capit vnicum accuſatiuum rei patientis: vt Amo, lego.

Quod eſt verbum vehementiſſimæ tranſitionis? Quod vt proprios caſus poſt ſe duos accuſatiuos ſine præpoſitione capit diuerſos: vt Doceo, rogo. Cur dixiſti vt caſum proprium? Propter caſus omnibus verbis communes.

Caſus communes.

Qui ſunt caſus communes? Quanti, tanti, pluris, minoris, cum ablatiuis pretij: quia ab omnibus ferè verbis reguntur, & datiuus vbi ſignificat in honorem, vituperationem, vtilitatem, damnum, fauorem,&c. accuſatiuus & ablatiuus temporis, & ablatiuus inſtrumenti & materiæ atque cauſæ efficientis. hi enim caſus ab omnibus ferè verbis reguntur, vt patebit. Ergo quotieſcũque dicimus aliquod verbum hunc vel illum caſum non regere, intelligendum eſt de caſu proprio. Caſus proprius eſt, qui certis verbis non omnibus datur: vt genitiuus eſt proprius caſus verborum egeo, ſatago, intereſt,&c. datiuus ſtudeo, auxilior,&c. accuſatiuꝰ amo, lego,&c. ablatiuus vtor, careo, priuo,&c.

Verbum abſolutum.

Quod verbum eſt abſolutũ? Quod poſt ſe proprium caſum non petit, vt Sto, curro.

REGVLA III.

Acquiſitiue ſi ponas verba, datiuum
His dato. Communis ferme omnibus eſto datiuus.

Omne verbum acquiſitiue poſitum, regere poteſt datiuum, caſum rei acquirentis, aut cuius cauſa aliquid fit: vt Doce mihi prolem. id eſt ad petitionem aut fauorem meum. Oro te mater, roga magiſtrum mihi veniam. Hic caſus communis eſt omnium ferè verborum,& ſignificat in honorem, vitu-

perationem, vtilitatem, damnum, lætitiam, iucunditatem, fauorem, petitionem, ſimilitudinem. veluti apud Virgilium, It haſta Tago per tempus vtrunque. id eſt in perniciem vel necem Tagi. Idem, -centum cui templa Sabæo Thure calent. id eſt in cuius honorem.

CVM DATIVO ACCVSATIVVM REGENTIA.

ESTNE BENE Latina oratio, Frãge mihi panem, Da mihi caſeum? Etiam. Quia regula eſt, Omne verbum actiuum, acquiſitiue poſitum, regere poteſt cum accuſatiuo datiuum. De accuſatiuo regula eſt, Omne dat actiuum (tolle interdicere) quartum. De datiuo regula eſt, Acquiſitiue ſi ponas verba, &c. Quomodo cognoſcitur vter accuſatiuus eſſe debeat, vter datiuus? Accuſatiuus eſt qui in oratione paſſiua fit nominatiuus, datiuus qui illic manet immutatus: vt Do tibi panem: Panis datur tibi. Subduco tibi cibum: Cibus ſubducitur tibi. Virgil. Lac ſubducitur agnis.

Comparandi verba.

Quotuplicia verba regũt datiuum cum accuſatiuo? Decuplicia. Primo, Verba cõparandi: vt Comparo Virgilium Homero: vel per ablatiuum, cum Homero. Et fit minoris cum maiore comparatio potius quàm contra. author Valla. Da comparãdi verba. Comparo, compono, confero, aſſimilo, æquo, exæquo, adæquo. Virg. Sic paruis componere magna ſolebam. Homo non eſt comparandus deo, aut cum deo.

AEquo. AEquiparo.

Quotuplicem conſtructionem habent æquo & æquiparo? Triplicem. Primo accuſatiuum regunt ſine datiuo, pro æqualis ſum. Philel. lib. 13. Epiſt. Hac in re æquabo te, vel fortaſſe etiam ſuperabo. Cic. Nemo eſt qui me factis æquiparare queat. Virg. in Buc. Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum. ideo male dixit Alexander, Prædictis æquiparantes. Secundò ſignificant æqualem facio: & regunt datiuum cum accuſatiuo. Titus Liuius lib. 4, AEquantes eum Romulo. Sil. lib. 4, Hannibal æquatus ſuperis. Suet. in Domit. Vt fratri ſe & opibus & dignatione adæquaret. Gel. lib. 14. cap. 1, Siqui, quæ euentura ſunt, prouideant, æquiparent Ioui. id eſt æquales faciant vel æſtiment. ſubaudi, eos. Cic. lib. 1. Offic. Illis ſe fere æquabunt. Suet. in Tybe. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinẽ, ante omnia vt æquarentur ſtipendio prætoriani Germaniani. Tertiò regunt accuſatiuum ſine præpoſitione, cum accuſatiuo intercedente præpoſitione (ad). Plaut. in Milite, Tum bellator Mars haud auſit dicere, neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas. Per ſecũdum modum dicimus, AEquo domum ſolo. id eſt æqualem facio. ſupple, deijciendo & deſtruendo eam. AEquo ludum nocti. id eſt cõtinuo, & æqualem facio, tãdiu ludendo, quàm nox eſt. Virg. -fœlix ſi protinus illũ AEquaſſet nocti ludũ.

Secundò dandi & reddendi verba: vt Do vel reddo tibi librum. Da verba dandi. Do, dono, impertior vel impertio, partior, impendo, diuido, diſtribuo, præbeo, lego legas, exhibeo, cõcedo, mutuo, commodo, fœnero, ſtipulor, addico, & ſimilia.

Dandi & reddendi verba. Do.

Da verba reddendi, Reddo, reſtituo, reſigno, retribuo, repẽdo, repono, refero, &c. Do quam elegantiam habet? Variam ſane, exemplis indicandam. Do te morti. id eſt interficio te. Plaut. in Mercat. Me toxico morti dabo. Toxico, id eſt veneno. Do tibi operam. id eſt iuuo te, vel te auſculto. Plautus in Capt. Do tibi operam, ſiquid eſt quod me velis. id eſt auſculto ſiquid vis. Do operam pecuniæ. id eſt ſtudeo. Do rem memoriæ. id eſt commendo, trado vel ſcribo. Gellius, Cretenſes quoque prælia ingredi ſolitos, memoriæ datũ eſt. id eſt legitur. Do, id eſt offero, obijcio. Terent. in Hecyra, -profecto hoc ſi eſt, vt puto, Omnibus nobis vt res dãt ſeſe, ita magni atque humiles ſumus. Da te mihi. id eſt Accommoda te meæ voluntati. apud Terentium in Adelphis. Do veniam, ignoſco. Do me in diſciplinam, diſco. Ambroſius, Relictis omnibus, ſe in diſciplinam propheticam daret. Do conſilium. id eſt conſulo. Plaut. in Epidico, Si æquum ſit me plus ſapere quàm vos, dederim vobis conſilium cautum, quod laudetis. Do tibi panem à piſtore. Plaut. in Capt. Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi, eadem opera à prætore ſumas ſyngraphum.

Mitto.

Quomodo differunt Do tibi epiſtolam, & Do ad te epiſtolam? Do tibi epiſtolam, vt feras ad aliquem. Do ad te epiſtolam, vt legas. Cic. Dedi illi ad te literas. Picus, Literas per tabellarium ad te Florentiam dedi. Pulchre dixit, Florentiam dedi. Súntne in quibus pro eodem dicimus tibi vel ad te? Etiam: vt Mitto tibi, vel ad te literas. Scribo tibi, vel ad te literas. Reſpondeo quæſtioni, vel ad quæſtionem. Plinius libro ſecundo, Quum ad eos breuiſſime reſpondiſſem. Cic. lib. 1. Epiſt. fam. Rogas vt tibi mea ſcripta mittam. ſic idem perſæpe. Frequentius tamen, Mitto ad te. Do multos ſignificatus habet, quibus ſuperſedeo.

Quæ eſt differentia inter Fidem do, & fidem habeo? Fidem do, id eſt ſanctè promitto. Fidem habeo, id eſt credo. Virg. Accipe, dáque fidem. Terent. in Hecyra, Si mihi fidem das te tacituram, dicam. Dabo rem paucis. id eſt breuiter dicam.

Auxilium fero.

Auxilium opémque fero. Dicimus opem fero, non do opem. Hinc opitulor, author Valla. Cic. lib. 2. in Catil. Auxilium eſſe laturos. Et lib. 3. in Catil. Auxilium nobis tulerunt.

Dono.

Dono duplicem conſtructionem habet. Quia per datiuum & accuſatiuum dicimus, Dono tibi equum: & per accuſatiuum & ablatiuum, Dono te equo. & eſt hæc oratio multum elegans, Dono te ciuitate id eſt efficio te ciuem.

Impertio. Impertior.

Quod eſt huic ſimile? Impertio vel impertior: vt Impertior tibi ſalutem, vel Impertior te ſalute. Terentius in Adel. Cur ceſſo heram his malis impertiri? Idem in Eun. Plurima ſalute Parmenonem

ſummum ſuum impertit Gnato. Cicero, Huic rei aliquid temporis impertias. Hic a in e vertitur: nam ſimplex eſt partio vel partior. Virg. -ſocios partitur in omnes Vina. id eſt diſtribuit. Plaut. in Aſin. Hanc, quam nactus ſum prædã, cum illis partiam. Salluſt. Prouincias inter ſe partiuerant. Dic etiam, Impertio tibi de hac re. Cicero lib. 2. Offic. Sæpe idoneis hominibus & indigentibus de re familiari impertiendum eſt. Subauditur nomẽ (aliquid): quia nollem dicere Impertior tibi de equo. Donamus gratis & beneuolentiæ aut liberalitatis conciliandæ gratia. Damus quocunque modo. Do tibi dono. id eſt in donum. Virg. Fiſtula Damœtas dono mihi quam dedit olim.

Reddo. Reddo aliquando ſignificat do: vt Reddo tibi literas, quas mihi Cicero ad te dedit. Significat etiam facio: vt Reddo te certiorem. Oroſius libro ſexto, Poſtquam de conſenſu Galliæ totius certior redditus eſt. Pſeudocurtius, Me certiorem redde. Calepinus recte ſic dici aſſerit: vellem probaſſet. Oroſius certe & Pſeudocurtius non ſunt claſſici: ideo cum Quintiano puto multo melius dici, Facio certiorem, quàm reddo.

Iubendi & prohibendi verba. Tertio iubendi & prohibendi verba: vt Impero populo pecuniam. Prohibeo tibi aquam. Da iubendi. Iubeo, præcipio, mando, impero, iniungo, committo, edico, &c. Da prohibendi. Veto, prohibeo, nego, denego, interdico, &c.

Prohibeo. Iubeo. Iubeo tibi hanc rem & Iubeo te ſaluere. id eſt volo, ſeu cupio te ſaluum eſſe. Virg. Infandum regina iubes renouare dolorem. Populus iuſſit. id eſt decreuit. Quint. accuſatiuum pro datiuo dedit, Pater me iuſſit. ſed ſubaudiri videtur facere. Terẽt. in Heaut. Imo filium iube potius. Plaut. in Aul. Si reſpexeris donec ego te iuſſero. Diomedes, Præcipio tibi, iubeo famulũ.

Aliquando duos accuſatiuos habet. Tul. ad Seruium Sulp. Nõ quia te aliquid iuberem. De datiuo. Macrob. 1. Sat. Sacrorum cuſtodibus iuſſit ne mulierem intereſſe permitterent.

Iubeor. Paſſiuũ eſt iubeor. hinc iuſſus, iuſſa, iuſſum: licet Serui⁹ neget (iubeor) inueniri. Suet. in Tyber. Facere iubebatur. Idem in Calig. Quum occidi iuberentur. Cic. lib. 3. ad Heren. Tantum inter ſingula interualla ſpatij conſumere iubemur. Sene. 2. Decla. Omnibus iſtis tanquam Senatoribus tacere iubeor. Virgilius in 10, Hæc ait: & ſocij requierunt æquore iuſſo. Fabius, Mare iuſſus intraui.

Impero. Impero, quaſi prorſus paro: nam (in) aliquãdo auget. Quint. Hoc mihi imperaret. Curt. lib. 3, Naues ſocijs imperat.

Imperor. paſſiuũ Imperor rarũ eſt. Horat. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & nõ inuitus.

Prohibeo. Prohibeo tibi domum, & Prohibeo te domo. Plautus in Milite, Damna multa mulierum me vxore prohibent. Prohibeo ignem à nauibus. id eſt auerto. Virg. Prohibe infandos à nauibus ignes. Prohibeo ante & poſt rem inceptam. Inhibeo, id eſt pergere aut procedere veto.

Præcipio. Præcipio tibi hanc rem. id eſt iubeo. Præcepta, ſunt iuſſa. Secundo præcipio cum datiuo. id eſt doceo. Cicero lib. 1. Epiſt. fam. Vt tu mihi præcepiſti. id eſt vt me docuiſti, teſte Clerico. hinc præceptor. Tertio Præcipio cum accuſatiuo, id eſt præoccupo, præuenio, antecapio. Virgilius, Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus Vt nuper, fruſtra preſſabimus hubera palmis. Quarto cum accuſatiuo ſignificat antè videre. Virgilius, Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.

Interdico. Interdico quoruplicem conſtructionem habet? Quadruplicem. Primo elegantiſſime & frequentiſſime regit datiuum cum ablatiuo: vt Interdico tibi domo mea. Suet. in Aug. Alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & prouincijs interdixit. Sic imperſonaliter recte dicimus, Interdicitur tibi aqua & igni. Cicero in Catone, Male rem gerẽtibus, patrijs bonis interdici ſolet. Plinius lib. 3. Epiſt. Priſco in biennium Italia interdictum. Idem lib. 4, Quibus aqua & igni interdictum eſt. Paſſiuum ablatiuum regit: ſic, Interdicor aqua & igni: aut datiuum ſic, Aqua & ignis interdicuntur mihi. Cicero ad pontifices pro domo ſua, Veluti iubeatis vt Marco Tullio aqua & igni interdicatur. Suet. in Claudio, Hi quibus magiſtratus prouinciæ interdicerentur. Secundo regit accuſatiuũ cum datiuo; ſed rarius: vt Interdico tibi libros meos. Suet. in Domit. Interdixit hiſtrionibus ſcenam. Titus Liuius 34, Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus. Iuſtinus libro 5, Cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant. Idem lib. 41, Fœminis non cõuiuia tantum virorum, verum etiam conſpectum interdicunt. Seneca Epiſt. 67, Interdices mihi inſpectionem rerum naturæ. Sic apud eundem in epiſtolis ſæpius inuenies. Ouid. 6. Metam. -cui quondam regia coniunx Orbẽ interdixit. Suet. in Neron. Et cum interdixiſſet vſum amethyſtini ac tyrij coloris, præcluſit cunctos negotiatores. Seneca libro 3. de ira, Si iubes Cæſar, ſtatim illi domum meam interdicam. Tertio (quod rariſſimum eſt) inuenitur accuſatiuum cum ablatiuo habere: vt Interdico te domo mea. Cæſar libro 1. de bello Gal. Omni Gallia Romanos interdixiſſet. Quarto Interdico pro obſto, regit vnicum datiuum. Cicero quarto in Verrem, Pater improbus cui nemo interdicere poſſit. Notandum eſt diligenter verbum tam elegans.

Nuntiandi & declarãdi verba. Quarto verba nuntiandi & declarandi: vt Nuntio tibi pacem, Declaro tibi Virgilium, Dico hiſtoriam Petro. Da indicandi, nuntiandi, declarandi. Indico, nuntio, declaro, annuntio, inſinuo, manifeſto, reuelo, recludo, refero, patefacio, aperio, monſtro, oſtendo, ſignifico, lego, interpretor, ſuggero, dico, prædico, exprimo, narro, enarro, memoro, recenſeo, recito, repeto, refero, fari, loqui, &c.

Indico. Indico tibi veritatẽ, primæ coniugationis ſecundã corripit. Indico ventri bellum. id eſt denuntio, tertiæ eſt: & ſecundam producit. Indictũ eſt bellum Anglis. Indictus nomen, id eſt nõ dictus. Horatius in arte, Rectius Iliacum carmẽ deducis in actum: Quàm ſi proferres ignota indictáque primus.

Dico tibi,ad te,& erga te. Plaut. in Aſina. Si quicquã falſi erga me hodie dixeris. Repræſẽto me illi. Dico.

Nuntio patri & ad patrem. Plautus in Capt. Nunquid aliud vis patri nuntiari? Ibidem, Præcipe Nuntio. quæ ad patrem vis nuntiari. Dico tibi diem,id eſt tempus conſtituo.

Loquor tibi verba: Loquor ad te veritatem: Loquor tecum arcana: Loquor tecum verba honeſta: Loquor. & Loquor tecum verbis honeſtis. Ouidius lib. 1. de Arte, Nec dubites illi verba ſecunda loqui. Idem primo de Ponto, Et modo cum chara coniuge multa loquar. Suetonius in Claud. Etiam heroicis locutus eſt verſibus. Plautus in Mercatore, Decide caput,ſi falſum ad te loquar.

Alloquor & affor non regunt datiuum niſi communem: vt Alloquere mihi Petrum. Dicimus autem Alloquor. Alloquor te verba amœna: vel verbis amœnis. Lucilius lib. 2, Alloquitur tacitas veneranda voce cohortes. Virgilius lib. 6. AEneid. Extremum fato quod te alloquor.

Colloquor tibi,neſcio an rectè dicatur: quia ſemper inueni Colloquor tecum: aut antiquè Collo- Colloquor. quor te. Suetonius in Claud. Collocutus ſum cum Tyberio, vt mandaſti mea Liuia. Plautus in Perſa, Vbi cum lenone me videbis colloqui. De accuſatiuo Plautus in Menæch. Hunc volo etiam colloqui. In Amphit. Te volo vxor etiam colloqui. ſic alibi ſæpiſſime.

Refero tibi hanc rem. id eſt dico, narro. Refero ad te. id eſt in conſultationem fero. Quintilianus, Refero. Non retulit ad matrem: nõ propinquos conſuluit: non amicos. De his referam ad Senatum: potius, quàm Hæc referam ad Senatum. Refero, id eſt reporto. Quintil. Ad parentem arma non retulit. Cicero, Si ad vnum omnia referenda ſunt. id eſt conferenda, & vni aſcribenda. Refero te in hunc numerum. id eſt aſcribo. Refero in melius. id eſt conuerto. Refero tibi acceptum. id eſt fateor me accepiſſe abs te. Cicero, Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Impenſum tibi refero. id eſt de expenſis rationem facio vel reddo.

Intimo tibi. id eſt ſignifico. Titus Liuius libro 4, Intimaſſe filio vt milites ſcriberet. Intimo.

Inſinuo tibi hanc rem. id eſt oſtendo. Hieron. ad Ruſt. Totum quod inſinuare tibi cupio. Proprie Inſinuo. ſignificat immittere, imponere, influere. Iuſtin. Cui ſe celeriter officiȷ́ comitate, & obſequendi gratia inſinuauit. Plura videbis apud alios. Quinto, Vendicandi verba: vt Vendico mihi hunc librum. id Vendicandi verba. eſt meum eſſe dico. Aſcribo mihi honorem. Sic Vſurpo, occupo, addico, acquiro, adipiſcor, &c. non idem: ſed ſimile quiddam notantia. Sexto, Mittendi verba: vt Mitto tibi literas. Sæpius Mitto ad te, Mittendi verba. Scribo ad te: quàm tibi dicimus. Legauit rex ad nos decem oratores.

Deſtino tibi literas, pro Mitto, raro legitur. nec tamen cenſeo eſſe barbarũ: ſed melius, Deſtino ad te: quàm tibi, dices. Suet. in Gal. Legionẽ ad prætorianos cum mandatis deſtinauerunt. Iuuen. Deſtinat hoc monſtrum cymbæ linique magiſter Pontifici ſummo. Secundo & proprie deſtino ſignificat aſſigno, deputo, delibero, deſigno, cõſtituo. Virg, Et me deſtinat aræ. Sueton. in Cæſare, Flamen dialis deſtinatus. Tertio deſtino, id eſt alligo. Apul. lib. 4. Metam. Arreptum me loro quàm valido ad anſulam quandam deſtinatum. Quarto ſignificat emo. Lucil. Facio ab lenone tribus vt libertatem millibus deſtinet. Plautus in Rud. Minis triginta ſibi puellam deſtinat. Septimo opponendi verba, vt oppono, obijcio, offero, &c. Octauo promittendi: veluti ſpondeo, deſpondeo. Promitto rogatus: Polliceor vltro, pollicitor.

Recipio, id eſt faciendum ſuſcipio: & cum obligatione promitto. Cicero Craſſo, Quæ tibi promit- Recipio. to ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturum. Sic, Redde quæ coràm recepiſti mihi. id eſt promiſiſti. Recipio te, notum eſt. Nono verba ſubiugandi: vt Rex ſubiugauit ſibi hoſtes. Sic Subijcio, ſummitto, ſupero, debello, &c. Decimo plurima de quibus non eſt certa regula: vt Præfero vinum ceruiſiæ. Præpono te illi. Antepono te Paulo. Addixi me morti. Impingo caput parieti. Virgilius, Impingiſque agmina muris.

Tollis mihi laborem. id eſt aufers. Tollis mihi librum. id eſt ſurripis aut furaris. hinc Tollij, id eſt Tollo. fures apud Senecam. Tollo è terra lignum. id eſt leuo. Tollo filium, id eſt nutrio. Tollo matrem. id eſt aufero è mundo, & interficio. vnde eſt carmen apud Suetonium ex amphibolo mordax,

Quis neget AEneæ natum de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem: ſuſtulit ille patrem.

Perſuadeo tibi hoc. Suadeo tibi religioſam vitam. Suadeo tibi legere: aut Suadeo te legere. Virgilius, Suadeo. Iuturnam miſero (fateor) ſuccurrere fratri, Suaſi. Iuturnam ordinãdus eſt cum infinitiuo ſuccurrere, & bene accuſatiuo vſus eſt ad ambiguitatem tollendam. Macrobius figuratam dicit eſſe orationem, cum ſolitum ſit dici Iuturnæ ſuaſi. Vtcunque eſt, Virgilius eleganter loquitur.

Emo tibi librum. Emo.

Oro tibi veniam. id eſt pro te. Oro.

Bibo tibi. Plautus in Sticho, Bibat tibi. Bibo.

Pendo tibi pœnas. id eſt punior. Virgilius, —cui pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Pendo.

Renuntio tibi hanc rẽ. id eſt aperte nuntio, & ſignifico. Renũtio liti. id eſt renuo, & nolo litigare. Renuntio.

Commodo tibi librum: quia idem reddetur. Mutuo: quia idem ad me non reuertetur. Commodo.

Credo tibi rem. id eſt committo. Virgilius, Auſus ſe credere cælo. Credo.

Imprecor arma armis. Imprecor. Apto pedibus, vel ad pedes calceos: Apto.

Defendo. Defendo tibi vel à te frigus.

Poſtfero. Sillius libro ſecundo, Audite ô gentes, neu rumpite fœdera pacis: Nec regnis poſtferte fidem.

Luceo. Plautus in Caſ. Lucebis nouæ nuptæ facem. In Curg. Luces cereum.

Minor. Sillius lib. 1, Scintillat ſydus, terræque extrema minatur. Cicero pro Milone, Quorum vtrique mortem eſt minitatus. Interminor tibi. id eſt minor.

Impono. Impono vel Indo tibi nomen. Tacitus, Cui vt degeneri pſeudophilippi vocabulum impoſitum. Impono tibi onus. Impono vrbem monti. Impono tibi, id eſt decipio te. ſubaudiri videtur dolum, aut fraudem. Iuuenalis Satyra 4, Difficile eſt barbato imponere regi. Dic etiam Impono in te. Plautus in Bacch. In te ergo hoc onus omne impono.

Gratulor. Cicero 1. in Verrem, Et voce maxima victoriam gratulatur.

Adigo. Titus Liuius lib. 9, Omnes iuniores ſacramento adigit. id eſt iurare cogit.

Inuergo. Virgilius, Fronti inuergit vina ſacerdos. id eſt infundit.

Deuoueo. Deuoueo tibi hoc opus. id eſt dedico, conſecro, in nomine tuo edere decreui, &c. Sic loquitur Seruius ad Albinũ in centimetro, & Priſcianus ad Iulianum: & ego ita loquor in præfatione Verſificatoriæ. Valla & Lancelotus reprehendunt; quia Deuoueo in malum capitur, pro malum opto diris imprecationibus. Ouidius, Deuoueo capiti triſtia bella tuo. Idem, Illum deuoueo, quem mens intelligit Ibin. Aliquãdo etiam in bonum capitur. Ouidius lib. 1. Faſt. Huic tibi deuoto numine dexter ades. Itaque non male loquitur Priſcianus: quia ſic etiam in proſa oratione inuenitur. Curtius libro octauo, Gloriæ me vni deuoui. verbum eſt Alexandri magni.

Inuideo. Inuideo quotuplicem conſtructionem habet? Quintuplicem. Primo, regit datiuum ſolum. Mart. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Secundo datiuum cum accuſatiuo: vt Inuideo tibi diuitias, vxorem, ſcientiam. Quintilianus videtur hanc conſtructionem vt nimis antiquam damnare: verum quum apud Latiniſſimos ſæpiſſime legatur: eleganter ita loquêris, teſte Seruio in illud AEneid. 8, -effœta ſenectus Inuidet imperium. Et alibi, Liber pampineas inuidit collibus vuas. Cic. Optimam nobis naturã inuidiſſe videantur. Plin. Neque ego, vt multi, inuideo alijs bonũ, quo ipſe careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Liuius lib. 2, Nõ inuiderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani. Curt. 8, Ne inuiderent ſibi laudem. Tertio regit datiuũ cum ablatiuo ſine præpoſitione, & eſt rara locutio: vt Inuideo tibi honore. id eſt propter honorẽ. Lucan. lib. 7, Inuidet igne rogi miſeris. Quarto datiuũ cum ablatiuo intercedẽte præpoſitione (de) vel (in): vt Inuideo tibi de gloria, vel in gloria: aut etiam (vt opinor) recte, Inuideo tibi propter gloriam. Cic. pro L. Flacco, Purpuram Tyriam in qua tibi inuideo. Quinto habet veterem conſtructionem, quam non auſim imitari: vt cum datiuo & genitiuo, Inuideo tibi gloriæ, teſte Diomede. Plautus in Moſtel. Nec eorum quiſquam inuiderit commodi. Et eum accuſatiuo pro datiuo. Inuideo gloriam tuam, vt probat Marcellus.

Inuideor. Paſſiuo Inuideor tam oratores, quàm poetæ vtuntur. Horat. -ego cur acquirere pauca Si poſſum, inuideor? Plinius, Nónne ſi inuidêris, maior es eo qui inuidet? Sæpius tamen imperſonaliter Inuidetur mihi, dicimus.

Confero. Confero tibi beneficium. id eſt do. Confero te Iohanni. id eſt comparo. Confero me ad villam, vel in villam. id eſt eo: ſed Confero me ad hominem, non in hominẽ. Bene autem, Confero in hominem beneficium. author Valla.

Accõmodo. Accommodo lateri enſem, vel ad latus. id eſt apto vel adiungo. Virgilius 2. AEneid. Laterique Argiuûm accommodat enſem. Cicero de Oratore libro 2, Coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodant. propter datiuum (ſibi) melius ponitur accuſatiuus, quàm datiuus. Tertio Accommodo in hanc rem. Fabius in 4, Quod in plures caſus accommodari poteſt.

Adhibeo. Adhibeo caſtris ſocios, vel ad caſtra.

Adijcio. Adijcio authoritatem illi, vel ad illum.

Adiungo. Adiungo dolori inimicitias, vel ad dolorem.

Addo. Addo officio gloriam, vel ad officium: & Addo manus in vincula.

Admoueo. Admoueo machinas turri & ad turrim.

Affero. Affero tibi opem, & ad te. teſtimonia ſunt inuentu facilia: ſi pigeat authores legere, adito theſaurum Mancinelli, ille ſatiſfaciet.

Amolior. Amolior tibi onus, vel à te. Lucanus libro quinto, -humeris iam pondere feſſis Amolitur onus. id eſt amouet, aut abijcere tentat.

Aſcribo. Aſcribo te numero oratorum, vel in numerum. Horatius libro tertio Carm. Aſcribi quietis ordinibus patiar deorum. Cicero Philip. 2, Tu vero aſcribe me in talem numerum.

Aſſueſco. Aſſueſco bellis animum, vel animo bella. Aſſueſco manus labori, vel ad laborẽ. id eſt aſſuefacio. Virgilius lib. 6, Ne pueri, ne tãta animis aſſueſcite bella. Idem Georg. 3, -vbi libera colla Seruitio aſſuerunt. Cæſar 6. comment. Aſſueſcere ad homines & manſuefieri ne paruuli quidem poſſunt. Aſſueſco poeſi. id eſt aſſuefio. Ouidius, Aſſuetus ſtudijs. id eſt aſſuefactus. In multis, teſte Priſciano, datiuus ponitur pro ablatiuo cum præpoſitione; vt Aufero, amoueo, eripio, ſubtraho, ſurripio, adimo tibi laborem, vel abs te. aliquando de te. Teſtimonia inuentu facilia ſunt: & in theſauro Mãcinelli reperies.

Miſceo.

Miſceo aquam vino, aut cum vino, aut in vino. Lucillius libro 6, Turbę ſed mixtus inerti. Serenus, Aut cruor ex Progne mixtus cū polline iuris. Virgilius libro quinto, -craſſúmque cruorem Ore reiectantem, mixtóſque in ſanguine dentes. Ouidius lib. 4. Metam. præpoſitionē omiſit, -quæ ſanguine mixta recenti Coxerat ære cauo.

Defero.

Defero tibi honorem, id eſt honoro te. Defero te, id eſt accuſo. Delator, id eſt accuſator.

Satiſfacio.

Satiſfacio tibi debitum & debito: teſtis Lancilotus. Cato in re ruſtica, Quin pecuniam ſatiſfecerit. Satiſfacio de Cæſare. id eſt pro Cæſaris debito. Seneca, Lachrymas ſollicita mater abſtergit, cui de pædagogo ſatiſfactum eſt. Liber erit, ſi omnia velim exequi. Nam datiuum cum accuſatiuo regūt, Porto, fero, gero, dedico, voueo, dedo, conſecro, adiudico, ſuadeo, perſuadeo, credo, committo, diuido, appello, applico, propinquo, aſſocio, conglutino, vnio, deuincio, obligo, impignero, fœnero, gigno, pario, facio, ago, edo, educo, produco, effero, genero, acquiro, conquiro, conſequor, impetro, imploro, & alia propè innumerabilia.

VERBA DATIVVM VT PROPRIVM caſum regentia.

Tertius eſt verbis proprius natis fore, ſum, fit,
Atque manente facit: ab ad & con ſæpe: quibus do
Occurro, faueo, ſtudeo, medeórque, & adulor,
Auxilior, famulor, noceo: ſed dat iuuo quartum.
Pareo, præſideo, pugno cum parcere, grator,
Quæque frequenter erunt imperſonalia, iunge
Contingit, reſtat, placet, euenit, accidit, & fit,
Sufficit, & conſtat, libet, & liquet, & dolet: adde
His vacat & conducit & expedit & licet, atque
Conuenit & præſtat: ſed dicito, pertinet ad me.
Attinet & ſpectat rectè coniungimus iſti.
Multa regunt ternum, quibus haud eſt regula certa.

Datiuum vt proprium caſum regunt verba vndeuigecuplicia.

Compoſita à fore,

PRIMO, Compoſita à fore: vt Spero mihi hæc profore. Vtinam Iohannes afforet nobis. id eſt adeſſet. Cicero Sulpitio, Maior mihi ratio affore nulla poteſt, quàm coniunctio conſuetudinis ſermonúmque noſtrorum.

Compoſita à ſum. Adſum, vel Aſſum.

SECVNDO, Compoſita à ſum: vt Adſum pugnæ. Præſum exercitui. Deſum nuptijs. Obſum tibi, &c. Cicero in Philip. Omnibus his pugnis Dolabella affuit. Dicimúſne quandoque aliter? Etiam: vt Adſum in pugna. Cicero de Orat. lib. 2, In Pauli pugna nō affuerat. Et Adſum ad pugnam. Cato, Mulier ne ad rem diuinam adſiet. Cicero ad Atticum, Ad quos adero.

Deſum.

Deſum nunquid ſolum datiuum habet? Non: ſed etiam ablatiuum intercedente præpoſitione: vt Deſum nuptijs, & in nuptijs. Ouidius in Ibin, Cauſáque non deſit, deſit tibi copia mortis. Tullius libro 13. Epiſt. ad Q. Valerium, Nam nec honoribus meis laboribúſque vnquam defuerunt.

Inſum.

Quid Inſum? Similiter conſtruitur: vt Dulcedo ineſt fonti, vel in fonte. Suet. in Tito, Cui non minus authoritatis ineſſet. Terentius in Eunucho, In amore omnia hæc inſunt mala.

Proſum.

Rectè dices, Hæc herba prodeſt mihi ad ſanitatem. Plinius libro 9. cap. 26, Allium ad multa cruris præcipue medicamenta prodeſſe creditur.

Abſum.

Abſum quem caſum regit? Aliquando datiuum, & ſæpiſſime ablatiuum cum præpoſitione à vel ab: vt Abſum vrbi & ab vrbe. Ouidius, Vir mihi ſemper abeſt. Idem, Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis. Idem, Adde quòd inſidiæ ſacris à vatibus abſunt. Luca. in 6, Abſumus à votis. Abſum Italia vel ab Italia. Suetonius in Cæſare, Italia abeſſet.

Abſento.

Abſento, abſentas, pro abeſſe facio, non eſt penitus barbarum. Claudiauus, -quæri quæ tale receſſu Maluerit damnare decus, vetitámque dearum Colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

Superſum.

Superſum labori. id eſt non vincor à labore, aut non opprimor. Superſum tibi ingenio. id eſt anteeo. Item longinquius & diutius adſum. Virg. Primus ego in patriam mecum modo vita ſuperſit. Item ſuperfluo & reſto. de hoc plura Gellius. Diomedes ait, Quid te futurum eſt? Veteres autem, Quid tibi futurum eſt? Terent. in Heaut. Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedent? Plautus in Moſtel. Quid illis futurum eſt cæteris, qui te amant? Ego Diomedi non aſſentior: quia nollem dicere, Quid te futurum eſt. Nec hic loquendi modus ex Terentio habetur: quia intelligitur ſic, Quid te futurum eſſe cenſes? vt ſi dicas, Quid te eſſe cenſes?

Compoſita à facio & fio.

TERTIO, Compoſita à facio & fio, vbi facio non mutat a in i: vt Satiſfacio tibi, ſatiſfit tibi. Malefacio, benefacio patri. Deſit mihi æs. Virgilius, Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit. Sic Bene cupio, vel opto tibi. Et Male volo tibi. Ennius, Non bene tibi vult, qui te falsò criminatur. Terentius, Ipſi bene cupio Glycerio.

Foreſacio.

Forefacio tibi, barbare dici opinor.

Ad & con in compoſitione.

QVARTO, Verba plurima, cum præpoſitione (ad) compoſita, & aliqua cum præpoſitione (con) regunt datiuum: vt Annuo tibi, acclamo illi. Sic Aſſueſco, aſto, acquieſco, &c. Condormio Petro. Conſonat veritati, &c. Concolor coruo, Cognominis Paulo, nomina ſunt.

Occurrendi verba.

QVINTO, Verba occurrēdi: vt Occurro tibi. ſic Obuio, obſto, obſiſto, occurſo, obuenio. Virgilius, Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto, Dic etiam, Occurro ad te. Terentius in Phormione, Puer ad me occurrit.

Obuio.

Obuio obuias, in raro vſu eſt. Salluſtius, Obuiatum eſt. Hieronymus dicit obuiaſſe. & obuio aliquādo ſignificat obſiſto vel reſiſto. Salluſtius in Iugurtha, Tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiatū.

Obuius obuia obuiū, id eſt obuians: & obuiam aduerbium, ſimiliter datiuum regunt: vt Sum tibi obuius. Veniam tibi obuiam. Obuio, quaſi contra viam eo: vnde & deuio, & quod datiuum regit præuius, id eſt præcedens. Ouidius, Præuius auroræ Lucifer ortus erat.

Fauendi verba.

SEXTO, Verba fauendi: Faueo amico. Annuo tibi. Sic Arrideo, ſubſcribo, conſentio, aſſentior, hæreo, adhæreo, aſtipulor, concino, ſuffragor, accedo, acquieſco, &c.

Aſſentior.

Dicimus Aſſentio vel aſſentior: ſed melius deponentaliter aſſentior, teſte Quintiliano. Cicero in Epiſt. Senatus mihi aſſenſus eſt. Quandoque regit accuſatiuum cum datiuo. Cicero lib. 1. de Oratore, Cætera aſſentior Craſſo. Idem in 2, Quare tibi Antoni vtrunque aſſentior. Idem, Nam neque ego aſſentior illud Theophraſto. Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.

Aſpiro.

Aſpiret deus cœptis tuis. id eſt faueat, & auxilietur. Quot modis cōſtruitur Aſpiro? Quatuor. Primo regit datiuum. Virgilius, Aſpirat primo fortuna labori. id eſt fauet, & auxiliatur. Ouid. Dij cœptis aſpirate meis. Inuenitur pro inceſſo. De diuo Vincentio, Quum apud Cæſarauguſtanam ciuitatem Daciano cuidam præſidi ſæuiendi in Chriſtianos rabies aſpiraſſet. Secundo intercedente (ad) capit accuſatiuum pro incumbere, & toto ſpiritu intētum eſſe: vt Scipio aſpirat ad cōſulatum. ſic plerunque cum negatione ponitur. Cicero, Ad hanc laudem aſpirare non poſſunt. id eſt de hac laude acquirenda ne ſperare quidem poſſunt. In hac conſtructione etiam ſignificat iuxtà accedere. Gellius libro 2, Ad horum autem ſynceritatem veritatémque verborum, an aſpirauerit Cæcilius, conſyderemus.

Tertio regit accuſatiuum cum præpoſitione (in) pro afflo. Virgilius, Aſpirant auræ in noctem.

Quarto regit accuſatiuum ſine præpoſitione pro olere. Ambroſius ſuper Lucam, Bonum odorem ſanctionis aſpirant.

Accedo.

Accedo tibi, id eſt aſſentior. Apuleius lib. 1. de Aſino, Accedis huic fabulæ.

Quotuplicem conſtructionem habet Accedo? Quadruplicem. Primo accuſatiuum ſine præpoſitione, aut cum præpoſitione (ad) regit, pro appropinquo, aduenio: quaſi iuxta eo: vt Accedo forum, vel ad forum. Virgilius, Vos & Scyllæam rabiem, penitúſque ſonātes Acceſtis ſcopulos. Terentius, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Hinc acceſſus, id eſt aditio, appropinquatio. & Acceſſio, id eſt acceſſus. Plautus in Trinummo, Quid tibi interpellatio, aut in conſilium huc acceſſio eſt? Cicero, Eorum neque acceſſione vitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem.

Acceſſio.

Secundo regit datiuum, vel cum præpoſitione (ad) accuſatiuum pro adiungo, addo: ſed ferè in tertia perſona: vt Hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum acceſſit. Ouidius libro ſecundo Metam. -poſtquam ſolitas acceſſit ad iras Cauſa recens. Hinc acceſſio, id eſt incrementum, additio. Seneca, Magna rebus noſtris facta erit acceſſio.

Tertio pro adiungo regit datiuum cum ablatiuo intercedente præpoſitione (à) vel (ab). Liuius, Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Quarto Accedo pro faueo aſſentiórque, regit datiuum ſolum: vt Accedo ſententiæ tuæ. Fabius, Nec accedo Celſo.

Studendi verba.

SEPTIMO, Verba ſtudendi, & diligentiam adhibendi: vt Studeo grammaticæ. Inuigilo pecuniæ. Incumbo laudi. Da ſtudendi verba. Studeo, incumbo, incubo, attendo, indulgeo, inſiſto, inſto, inhio, inſudo, inuigilo, indormio, innitor, vaco, inhæreo, operam do, impendo, nauo, adhibeo, &c.

Studeo.

Studeo quotuplicem conſtructionem habet? Quadruplicem. Primo regit datiuum, pro magnam rei diligentiam adhibere, ſiue pro operam dare, & pro fauere. Fabius libro 7, Abdicatus medicinæ ſtuduit. Ouidius, Cui ſtudeat deus omnis habet. id eſt cui faueat. Secūdo pro operam dare, regit accuſatiuū cum præpoſitione (in). Fabius lib. 10, Poetæ & pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris & lineis ſciant. Tertio pro operam dare, regit intercedente præpoſitione (in) ablatiuum. Gellius lib. 10. cap. 2, Siquis in ea re ſtudebat. Quarto regit accuſatiuū ſine præpoſitione, & ſignificat vehementer cupere aut velle. Cic. libro 5. Epiſt. Qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit. Terent. in Hecyra, Vt omnes mulieres æque eadē ſtudeant, nolíntque omnia. Plaut. in Milite, Si ſic alijs mœchis fiat, minus hìc mœchorū fiet: magis metuāt, minus has res ſtudeāt. id eſt velint, cupiāt, affectēt. Terēt. in And. Horū ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. id eſt affectabat. Sic in Heaut. Id dū ſtuduiſti.

Et, Quid ſtudes Antiphila? Cicero in 6. Philip. Vnum ſentitis: vnū omnes ſtudetis. Titinnius in Pſaltria, Ferentinatis populus Græcas res ſtudet. id eſt Græcorū res, carmina, &c. audire geſtit. Ex his non colligitur recte dici, Studeo grammaticam, rhetoricam, &c. Ego claſſicos nunquam ſic locutos notaui: quia dicendum eſt, Studeo grammaticæ: licet quidam refragentur. Si aliter ſenſerit Senenſis, non imitabor: quia non attulit teſtimonium: nec ipſe author eſt, ſed neotericus authoritatis indigens.

Incumbo.

Incumbo quot modis conſtruitur? Quatuor. Primo regit datiuum: vt Incumbo grammaticæ. id eſt obnixè operam do. ſic etiam ſignificat inhæreo, & innitor. Virgilius, Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Idem, Validis incumbite remis. Hoc dicere non poſſumus, teſte Valla, Incumbite ad remos, vel in remos: licet recte non dicamus, Incumbo ad vel in laudem, dignitatem, &c. vt iam patebit. Aduerſantur Vallæ Mancinellus & Calepinus: verum ſine teſtibus. Ideo Vallæ hæreo. Secundo cum præpoſitione (ad) petit accuſatiuum: vt Incumbo ad Grammaticam. Tullius libro decimo Epiſt. Mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Et alibi, Ad illud bellum incumbite. Idem, Quare incūbamus ô noſter Tite ad illa præclara ſtudia. Tertio regit intercedēte (in) accuſatiuum: vt Incumbo in bonas literas. Cicero libro nono Epiſt. Vt in rempub. omni cogitatione curáque incumberes. Ibidem, Incumbe per deos immortales in eam curam, & cogitationem, quæ tibi dignitatem & laudem afferat. Et alibi, Pergite adoleſcentes: & in hæc ſtudia, in quibus eſtis, incumbite. Capitur Incumbo in malam partem aliquando. Cicero, Marco Catoni incumbenti ad eius perniciem.

Aliquando ſignificat irruo. Fabius libro quinto, Magna vis venti in mare incubuit. Virgilius per datiuum dixit, Incumbere mari. Incumbo thoro, id eſt ſuperiaceo. Virgilius, Incubuítque thoro, dixítque nouiſſima verba. Incubo etiam datiuum regit. Virgilius, Ponto nox incubat atra. Incumbere in ſpongiam, eſt deleri. Suetonius in Aug. Quærentibúſque amicis quidnam Aiax ageret, reſpondit Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe. Quarto cum præpoſitione (in) habet ablatiuū: ſed perraro. Cicero, Tota mente omníque animi impetu in repub. incumbas. id eſt toto pectore innitaris. poteſt autem Innitor datiuum habere.

Nauo.

Nauo nauas, id eſt ſtudioſè infero, vel confero. tractum à nautis, qui ſtudioſiſſimè ſocijs ſunt auxilio. Cicero lib. 2. de Orat. Iam mihi videor nauaſſe operam, quòd huc venerim.

Indulgeo.

Indulgeo quotuplicem caſum regit? Duplicem. Prius datiuum: vt Indulgeo literis. id eſt vehementer incumbo. Indulgeo vētri aut gulæ. id eſt nimis tribuo, nimis obſequor. Cato, Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica eſt. Hinc indulgentia, id eſt nimia & immoderata in aliquem obſequela. Quintilianus, Mollis illa educatio, quam indulgēiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Eccleſiaſtici pro veniam do, capiunt Indulgeo: & pro venia, indulgētiam. Ambroſius, Vide quàm bonus deus, & facilis indulgere peccatis. nos ſic non loquemur, teſte Valla.

Secundo Indulgeo accuſatiuū apud veteres, quos in hoc vix licet imitari. Lucil. apud Marcel. Tu, qui iram indulges nimis, manus abſtinere à muliere melius eſt. Terentius in Eun. Nimis me indulgeo. Hieron. Miſericordia eſt: quia indulget peccata noſtra. id eſt dimittit. nos ſic non loquemur.

Attendo.

Attendo iuri, vel ius. Suetonius in Gal. Inter liberales diſciplinas attendit & iuri. Plin. lib. 6. Epiſt. Noſti facetias hominis: quas velim attendas. Diom. Attendo te oculis: Attendo tibi mente. Idem, Attendo legentem veteres dixerunt: nos Attendo legenti.

Impendo. Impendeo.

Impendo operā huic rei, & in hanc rem. Terent. in Phorm. Tanta te mala impendent. per duos accuſatiuos dixit, teſte Donato: & ita loquebantur veteres: ſed hoc eſt ab Impēdeo ſecūdæ cōiugationis.

Inſiſto.

Inſiſto huic rei, id eſt operam do. Quot modis conſtruitur Inſiſto? Tribus. Primo cum datiuo. Plautus in Milite, Inſiſte huic negotio ſapienter. Fabius libro primo, Ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigijs inſiſterem. id eſt inniterer. Secūdo regit accuſatiuū ſine præpoſitione. Plaut. in Capt. Omnes itinera inſiſtant ſua. Idem in Milite, Quam inſiſtas viam. Inſiſto oſtium. Sto ſuper oſtium. Virg. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. Tertio habet accuſatiuum cum præpoſitione (in). Plaut. in Milite, Age nunc iam inſiſte in dolos.

Inſto.

Inſto operi. id eſt diligenter inſiſto. Inſto opus. id eſt aggredior & facio. Virg. lib. 1. AEneid. Inſtans operi, regníſque futuris. Idem AEneid. 8, Parte alia Martis currúmque rotáſque volucres Inſtabant. id eſt inſtanter faciebāt, teſte Nebriſſenſi. Tibi à me mors inſtat. id eſt propinquat, futura eſt. Plautus in Perſa, Tibi multa bona inſtant à me. Virg. lib. 8, Heu quantæ miſeris cædes Laurentibus inſtant. Plautus per accuſatiuum ſine præpoſitione dixit in Aſin. Rectam inſtas viam. id eſt recte procedis, & obtines rectam viam. Sic in hymno, Præmium mortis ſacræ perennis inſtet gloria. Aliquando ſignificat vrgeo etiam cum accuſatiuo. Plautus in Curg. Si magis me inſtabunt, ad prætorē ſufferam.

Medeor. Medicor.

OCTAVO, Medeor, & medicor medicaris, & ſiqua ſūt his ſignificatione cōformia. Virg. Semb9 medicantur anhelis. Lactan. lib. 6, Circunſpice conſcientiam tuam, & iniquitatū medere vulneribus. Legitur vtrunque cum accuſatiuo. Terent. in Phorm. Quas cum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſis. Virg. lib. 11. AEneid. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictū Eualuit. Dicitur etiā ſed rarius, Medico medicas. Idem 1. Georg. Semina vidi equidem multos medicare ſerētes. Seruius ſic ait, Medicare pro medicari, metri fecit neceſſitas. Medicor teſte eodem, melius accuſatiuum regit. Medeor vero datiuum. Hieronymus medeor cum genitiuo poſuit in Ieremiam, Quis medebitur tui? id nollem imitari.

Adulor. Adulo. NONO, Adulandi verba: vt Adulor diuiti, Blandior matri, Aſſentior nobili, &c. Adulor cum accuſatiuo aliquando legitur. Tacitus, Tigillinum, aut quem alium potentium adulatus eſt. Inuẽtum eſt Adulo, adulas. Valerius Max. Si Dionyſium non adulares, iſta nõ eſſes. Hinc paſſiuum Adulor, adularis, quod etiam raro legitur. Cic. lib. 1. Offic. Nec adulari nos ſinamus. dicitur à Dulos, id eſt ſeruus: quia adulari ſeruile eſt: vel ab (ad) & aula: quia adulari aulicorũ eſt. Ouid. Agmen adulātum media procedit ab aula. Nunquam gemino dd ſcribendum eſt contra ſopnum Calepini. Lucret. Longe alio pacto gannitu vocis adulant. Indoctis applaudit plebecula.

Lenocinor. Plin. Libro nouitas lenocinetur, & applaudat. Idem, Quum illi neceſſitas lenocinetur. id eſt blandiatur. Cicero, Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur.

Palpor. Palpor, palparis, id eſt adulor: deponens, datiuum regit. Plaut. in Amphi. Obſeruatote, quàm blandæ mulieri palpabitur. Horat. Cui male ſi palpere, recalcitrat vndique tutus.

Palpo. Palpo palpas, idem: ſed accuſatiuum regit. Iuuen. Quem munere palpat.

Aſſentor. Aſſentor, id eſt conciliandæ vtilitatis, aut amicitiæ gratia effuſius & plerunque falsò laudando adulor: vt Paraſitus aſſentatur glorioſo.

Auxiliandi verba. DECIMO, Verba auxiliandi: vt Auxilior tibi, Subuenio pauperi. Sic Adminiculor, opitulor, patrocinor, ſuccurro, commodo.

Commodo. Apuleius lib. 2. Floridorum, Beneficio multis commodaſti, & exemplo omnibus profuiſti.

Incõmodo. Incommodo, id eſt noceo. Cic. pro Quintio, Nihil alteri ſcientes incommodarint. Terent. in And. Magis vt incommodet mihi, quàm vt obſequatur gnato. Dicimus etiam, Commoda mihi librum. ſed commodamus quando eadem redduntur: alioquin mutuamus, teſte Diomede. In ſacris male ponitur Commoda, pro mutua: vt In palam, pro In apertum, &c. teſte Valla, in nouum teſtamentum. Proſpicio & prouideo tibi. Auxilior in ſacris genitiuum habet: ſed non imitabimur.

Subeo. Subeo rebus, id eſt ſuccurro. Sillius lib. 1, Orant defeſſis ſubeant rebus.

Suffragor. Suffragor, id eſt puncto & ſententia ſubuenio. Cicero libro 1. de legibus, Mihi enim videris fratrem laudando, ſuffragari tibi.

Refragor. Refragor, eſt eiſdem modis alicui aduerſari, & regit datiuum: quia eſt verbũ nocendi. olim vtrunque regebat accuſatiuum, teſte Marcello.

Iuuo. Iuuo, nunc accuſatiuum habet: olim etiam datiuum. Plautus in Ciſtel. Quando ita tibi iuuat, vale atque ſalue. Gel. lib. 2. cap. 29, Roges veniãt, operámque mutuã dent, & meſſem hanc nobis adiuuẽt.

Famulandi verba. Seruio. Inſeruio. VNDECIMO, Famulãdi verba: vt Famulor diuiti. ſic Ancillor, ſeruio, inſeruio, &c. Seruimus tyranno & domino coacti: Inſeruimus amico, & alicui ſponte morem gerimus, vt placeamus. vulgo male pro Inſeruire capitur Seruire. Seruitor pro cliens. Sil. lib. 8, Nigro forte Ioui cui tertia regna laborant, id eſt ſeruiunt.

Nocendi verba. DVODECIMO, Nocendi verba: vt Noceo nemini, Reſiſto potenti. Sic Inimicor, reluctor, obnitor, inſidior, obloquor, detraho, ſuccenſeo, indignor, iraſcor, inſurgo, derogo, obtrecto, incommodo, officio, renitor, iniurior, aduerſor, abnuo, obſiſto, obſto, renuntio, diſſentio, refragor, inuideo, reſto.

Noceo. Plautus in Milite, Iuro per Venerem & Martem me nociturum nemini. olim etiam accuſatiuum rexit. In eadem, Iura te non nociturum eſſe hominem de hac re neminem. Sic in Pſalmo, Iudica domine nocentes me. Nunc datiuum habebit. paſſiuum erat noceor: quia Apul. Met. 1, Multa nocerẽtur, dixit. vt Lucretius officiuntur, ab officior paſſiue. quod in vſu non eſt.

Reſto. Sillius lib. 6, Reſtando aduerſis. id eſt reſiſtendo.

Luctor. Idem 10, Luctatur morti.

Præuaricor. Cicero pro Cluentio, Præuaricari accuſationi videbatur.

Caput dolet mihi: hoc pòſt declarabo.

Succenſeo. Plaut. in Bacchid. Id nunc ſuccenſet mihi. ſubauditur, Propter. Quod ſæpe cõtingit, teſte Donato.

Operam do. Terentius in Andria, Id operam do. id eſt propter id.

Triumpho. Idem in Eunucho, Id vero ſerio triumpho. id eſt ob id.

Iraſcor. Titus Liuius lib. 34, Ne vicem noſtram iraſcatur. id eſt propter vicem noſtram.

Abrenuntio tibi & te. Calepinus.

Derogo. Derogo tibi, vel de te. Lucanus lib. 9, Inuidus annoſo qui famam derogat æuo. Cicero libro ſecũdo Rhetoricorum veterum, Indignum eſt de lege aliquid derogari, aut legem abrogari.

Detraho. Detraho tibi & de te. id eſt obloquor, incommodo. Ouid. lib. 5. triſt. Detrahet authori multum fortuna licebit: Tu tamẽ ingenio clara ferere meo. Tul. lib. 3. Epiſt. Ego ſi in prouincia detrahere de tua fama vnquam cogitaſſem. Idem ad Atticum, Ille in Achaia non ceſſat de nobis detrahere. Detraho tibi honorem. id eſt aufero.

AEmulor. AEmulor illi, id eſt inuideo. Fab. lib. 3, Et conſummati iam patroni veteribus æmulantur. AEmulor illum, id eſt imitor. Terentius in And. Quorum æmulari exoptat negligentiam. In ſacris dicitur, Noli æmulari in malignantibus.

Excanto. Excanto tibi nunc dicimus: veteres autem, excanto illum. author Diomedes.

Illudo. Illudo, inſulto illi, vel illum. Virg. lib. 2. AEneid. Certántque illudere capto. & alibi, I nunc, & verbis

Inſulto.

virtutem illude ſuperbis. Terent. Satin' ſuperbè illuditis me? id eſt per cauillationem & luſum deridetis. Illudo tibi: veteres autē Illudo te. Diomedes. Salluſt. Multos à pueritia bonos inſultauerat. Seruius ait, Inſulto tibi, pro irrideo, melius dicimus: quia apud Salluſtium videtur capi pro impetum facere. Inſulto ſolo, inſulto fores & foribus, &c. Illudo in illo. Terent. in And. Adeò videmur eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Virg. Neu variæ illudant peſtes. id eſt noceant.

Lædo.

Lædo illi, per datiuum veteres dixere: nunc vero Lædo illum. Terēt. in Adelph. Nulli lædere os, ridere omnibus. id eſt arridere, pro deridere. Dicendum eſt, ridere omnes.

Obtrecto.

Obtrecto ſocio, id eſt detraho. Cicero in Tuſcul. Obtrectare vero alteri, &c. cum accuſatiuo ſignificat contra ſententiam tractare. Valerius Maximus lib. 7, Quum ſtultum & inutile ſit eas obtrectare vires, quibus ipſe fauerit.

Obſtrepo.

Obſtrepo & obſtrigilo tibi, id eſt contradico, ac etiam reprehendo. Tit. Liuius lib. 1, Vterque vociferari & certatim alter alteri obſtrepere.

Obœdiendi verba.

TERTIODECIMO, Verba parendi ſiue obœdiendi: vt Pareo magiſtro. Obœdio patri. Sic Obtēpero, acquieſco, morigeror, obſequor, geniculor, ſupplico, audio, auſculto.

Audio.

Audio tibi, id eſt obœdio: apud ſolum Plautum reperio in Captiuis, Quum dicto haud audiebat, facto nunc lædat licet. Idem Inſeruio accuſatiuum dedit in Moſtel. Hoc vnum facito cogites, ſi illum inſeruibis ſolum. Ibidem dicit, Soluam militem, pro militi. Audiens dicto ſæpiſſime legimus: ſed hic audiens nomen eſt, teſte Diomede. Cæſar 5. de bel. Gal. Dicto audientes non fuerunt. Audio te, id eſt obœdio, vel auribus percipio.

Auſculto.

Vtrum pro obœdio melius dicitur, Audio tibi, an Audio te? Per accuſatiuum Audio te: quia audio cum datiuo apud ſolum Plautū legitur, & qui antiquiores aut eiuſdem ſeculi ſunt. Alij omnes Audio te, per accuſatiuum dicunt. Priſcian. Noſtri (audio) accuſatiuo dant: Auſculto accuſatiuo vel datiuo. Cic. lib. 2. Epiſt. fam. ad Thermum, Si me audies, vitabis inimicitias. Phileticus ait, id eſt ſi mihi auſcultabis, etſi verbis meis audiēs fueris. nec auſim dicere (inquit) Si meis verbis audies: licet in Capt. Plautus dixerit, Haud audiebat dicto. Terentius in Heaut. Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? Et in Adel. Vin' tu huic ſeni auſcultare? Alij legunt auſcultarier: quia auſcultor deponens quandoque lectum eſt. Plaut. in Trinummo, Niſi me auſcultas, atque hoc quod dico, facis.

Inaudio tibi pro obœdio etiam quandoque legitur.

Obœditum.

Obœdio ſupinum obœditum facit contra quoſdam negantes ei ſupinum. Tit. Liu. lib. 4, Vtrinque obnixè obœditum dictatori. Fit ex obaudio, au in œ verſa, teſte Neſtore.

Obaudio.

Obaudio pro obœdio cum datiuo legitur. Diuus Aug. Et præcepto vtrique obaudire cupientis. pro non audio, aut obœdire contemno. Bebelius Latine negat dici.

Geniculor victori. id eſt genu flecto. Supplico iudici.

Pareo.

Pareo inuenitur cum datiuo accuſatiuum habere. Papin. libro primo Achil. Non adeò parebimus omnia matri.

DECIMOQVARTO, Verba præſidendi. Auſonius, Præſedi imperio, dum prætextatus in oſtro. ſic præſum, &c.

Pugnandi verba.

DECIMOQVINTO, Pugnandi verba poeticè datiuum regunt. apud oratores & hiſtoricos ablatiuum habent intercedente (cum): elegantiſſimè vero accuſatiuum cum præpoſitione (in): vt Pugno tibi, vel tecum, vel in te. Sic Certo, digladior, concurro, congredior, &c. Virg. Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas. Idem, Impar congreſſus Achilli. Idem, Placidóne etiam pugnabis amori? Idem, Tu dic mecum quo pignore certes. Helena ad Paridem, Dum nouus eſt, etiam cœpto pugnemus amori. Ouid. 12. Metam. -& quoniam concurrere comminus hoſti Non datur. In proſa, Pugno tecum, &c. dicimus, teſte Seruio: Viſne mecum certare literis? &c.

Ignoſco.

DECIMOSEXTO, Verba parcendi & veniam dandi: vt Parce mihi domine. Ignoſce mihi bone magiſter. Plautus in Moſtel. Stultitiæ adoleſcentiæque eius ignoſcas. Olim accuſatiuum pro datiuo habebat, teſte Marcello. Plautus in Amphit. Orant ignoſcamus peccatum ſuum. Poteſt habere accuſatiuum cum datiuo. Plautus in Milite, Nunc hoc mihi ignoſcas, quæſo. Hinc Ignoſcendus participium: licet Ignoſcor vix vſquam legatur. ideo dixit Seruius participiū eſſe ſine verbo. In declamatiunculis quæ Fabio aſcribuntur, per accuſatiuum ſic legitur, Ignoſcite malorum periculorum metus: ignoſcite humana diſcrimina.

Parco.

Parco quotuplicem caſum regit? Triplicē. Primo datiuum ſolum: vt Parco tibi. id eſt veniam do, ignoſco: & quod idem eſt, condono. Parce peccatis meis. Virg. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Cum datiuo etiam ſignificat abſtineo: vt Parce lachrymis, iniuriæ, vindictæ, metui, &c. id eſt abſtine à lachrymis, &c. vel Noli lachrymari, &c. Virg. Parce metu. pro metui, antiquus datiuus eſt: quo cum verbo (parco) eleganter vtemur. Dicimus etiā per in finitiuum, Parce lachrymari, &c. Virgilius, Parce pias ſcelerare manus. Secundo pro abſtineo, habet accuſatiuum cum præpoſitione (in). Apul. lib. 1. Metam. Alter exorto cachinno, Parce (inquit) in verba iſta, hæc tam abſurda, támque immania mentiendo. Tertio pro conſeruo regit datiuum cum accuſatiuo: vt Cui parcis hæc auare? Virgilius, -multa talenta Natis parce tuis.

Gratulor. Grator.

DECIMOSEPTIMO, Verba gratulandi: vt Gratulor amico. Grator ſorori. Gratulor & grator, id eſt propter alterius, vel meam ſecundam fortunam gaudere me dico vel oſtendo. Ouidius, Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis. Virgilius, Inueni germana viam, gratare ſorori. Mihi & nobis ſæpius ſubaudiuntur. Ouidius, Priſca iuuent alios: ego me nunc denique natum

Gratulor. ſubauditur, mihi. Quintilian. Gratulemur iam, quòd nulla ciuitas laborat. Subintelligitur (nobis) cum accuſatiuo gratulor. id eſt gratum habeo. Terentius in Eunu. Salutãt, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Plaut. in Capt. Vbi quiſquam videt: eunt obuiam, gratulantúrque eam rem. id eſt gratam habẽt. Gratulor, tam oratorum, quàm poetarum eſt. Grator poetarum ſolum & hiſtoricorum. Vtrunque ſignificat etiam gratias agere: ſed ferè deo aut diuis: & ferè idem eſt quod ſupplico. Item dicimus, Gratulor tibi hanc rem, hac re, & de hac re. Cic. Gratulor ei victoriam. Plaut. in Sticho,

Succenſeo.

Ibo intro, & gratulabor veſtrum aduentum filijs. Videtur hic ſubaudiri ob vel propter: vt in Succenſeo apud Terentium in And. Si id ſuccenſeat nunc. Idem in Heaut. Nihil ſuccenſeo, nec tibi, nec huic. Idem in Phorm. An tu id ſuccenſeas nunc illi? Cic. lib. 1. epiſt. Quòd mihi de Italia gratularis, agnoſco humanitatem tuam. Et libro octauo epiſt. Gratulor tibi affinitate viri mediuſſidius optimi.

Gratulor & gaudeo differunt.

Quomodo differt gratulari à gaudere? Gaudet, qui lætitiam & gaudium in ſe habet. Gratulatur, qui gaudere ſe indicat, vel ſimulat ſua vel alterius cauſa. Itaque ſæpe verè dolet qui gratulatur, vt fictus amicus. Apuleius videtur gratulor pro gaudeo dixiſſe: ſed Valla carpit.

Gratificor. Gratū facio.

Gratificor tibi, id eſt beneficus ſum tibi. Quomodo differunt gratificari & gratum facere? Gratum facere, teſte Valla, eſt quiddam minus, & propè idem quod obſequi & inſeruire. Cicero, Si hunc iuueris, gratiſſimum mihi feceris. Gratificari, eſt quiddam maius. Vnde Deum gratificari hominibus dicimus, non autem gratum facere: quaſi idem ſit quod beneficia conferre.

DECIMOOCTAVO, Quædam verba cum infinitiuo imperſonalia, ſine eo perſonalia: ſed raro aliter quàm in tertia perſona regunt datiuum: vt Contingit, reſtat: & quæ in litera ſequuntur: veluti, Contingit mihi legere. Reſtat tibi potare, &c.

Contingit.

De perſonali: Contingit mihi virtus. Horat. Quod ſatis eſt, cui cõtingit, nil amplius optet. id eſt cui euenit, aut accidit, aut qui habet, &c. Ouid. de morte Druſi, Omnis cui virtus contigit, vnus eras.

Quotuplicẽ conſtructionem habet Contingit? Quadruplicẽ. Primò habet cum infinitiuo datiuũ: vt Contingit mihi eſſe pauperi. Secundò ante ſe nominatiuum habet, poſt ſe datiuum: vt Hoc mihi ſæpe contingit. Interdum datiuus ſubauditur. Terentius, Hanc mihi expetiui: contigit, conueniũt mores. Tertio pro datiuo habet ablatiuum cum præpoſitione In. Cicero primo Offic. Atque in magnis animis ingeniiſque id plerunque cõtingit. Quartò, Contingit, id eſt tangit, accuſatiuum regit. Virgilius, Funémque manu contingere gaudent. Hoc contingit omnes. id eſt ad omnes pertinet. Ouidius de morte Druſi, Hei mihi quàm facile eſt, quanuis hoc contigit omnes,

Alterius luctu fortia verba loqui. In Euangelio dicitur, Da mihi portionem ſubſtãtiæ, quæ me contingit, accuſatiuus eſt. Hieronymus ad Damaſum per datiuum dixit, Pater, da mihi portionem ſubſtãtiæ, quæ mihi contingit. Per datiuum mallem hic loqui.

Obtingit.

Obtingit, & obuenit datiuum regunt. Terent. Neſcis quid mihi obtigerit. Donatus, Obtingit mihi debito vel ſorte. Contingit caſu.

Reſtat. Superat.

Reſtat, id eſt reliquum eſt, ſuperat, & ſupereſt, quæ ſimiliter cum datiuo leguntur: vt Reſtat, reliquum eſt, ſuperat, ſupereſt mihi legere. Reſto etiã ſignificat reſiſto: vt Reſto aduerſis. Item Reſtat mihi. id eſt futurum eſt, manet me. Virgilius ſeptimo AEneid.

Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant. Placet, ſic perplacet & diſplicet. Euenit, ſic obuenit.

Accidit.

Accidit quot modis conſtruitur? Quinque. Primò cum infinitiuo regit datiuum. Quintilianus lib. tertio, An illi accidat viro bono eſſe vel malo? Secũdò habet ante ſe nominatiuũ, & poſt ſe datiuum: vt Caſus accidit nomini. Iuriſconſulti capiũt pro mori: vt Siquid filio meo acciderit, Titius hæres eſto. id eſt ſi filius moriatur. Tertiò pro cõtingit, regit ablatiuum cum præpoſitione In. Cicero de prouincijs conſularibus, Neque ſolum ſummo in viro, ſed etiã in mediocri homine ne accidat, prouidendum.

Quartò regit intercedente (in) accuſatiuum. Terent. Iſtud verbum in te accidit. id eſt contra te. accuſatiuus eſt teſte Mancinello. Quintò vltra datiuum, accuſatiuum cum (ad) capit. Suetonius in Cæſare, Ad genua vltro ſibi accideret. Salluſtius ſine præpoſitione dixit, Quo accidam.

Fit.

Fit mihi interdum magno dolore affici. id eſt contingit. Et ſine infinitiuo. Cicero 1. Offic. Fit autem interdum, vt nonnulli omiſſa imitatione maiorum ſuorum quoddam inſtitutum cõſequantur. ſic per V T plura imperſonaliter poni poſſunt. Sic Qui fit, caſu fit, conſilio fit, &c.

Sufficit.

Sufficit mihi, quid deo placeat, ſcire. Hieronymus ad Euſto. Nec ſufficit ſcire quod bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentius quod electum eſt.

Quotuplicem cõſtructionem habet Sufficit? Quintuplicem. Primò cum infinitiuo datiuum habet: vt Sufficit tibi deo placere. id eſt ſatis eſt tibi. Secundò ante capit nominatiuũ: poſt ſe vero datiuum pro ſatis eſt: vt Sufficit tibi gratia mea. Lucanus nono, Suffecítque omnibus vnda. Stath. primo Syl. Vade puer, tantíſque enixus ſuffice donis. Aliquando infinitiuum capit. Virgilius quinto AEneidos,

Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus. Idem lib. 11, -nec ſufficit vmbo Ictibus. id eſt non ſufficit ad reſiſtendum, vel non durat cōtra ictus. Tertiò regit datiuum cum accuſatiuo pro ſubminiſtro. Virgilius, Ipſe pater Danais animos viréſque ſecundas Sufficit: atque deos in Dardana ſuſcitat arma. Sic Suffice tela mihi. Et ſecundo Georg. Ipſa ſatis tellus, quum dente recluditur vnco, Sufficit humorem. Quartò regit accuſatiuum ſolum. Virgilius ſecundo Georg. Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. id eſt ſubſtitue. Regit etiam accuſatiuū pro Inficio, teſte Calepino. Quintò pro Satis eſt, Sufficit, accuſatiuum cum præpoſitione (ad) capit. Fabius lib. 1, Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſa ſufficiat.

Conſtat mihi te dixiſſe. id eſt liquet, & manifeſtum eſt. Conſtat tibi, id eſt ſis conſtans. Conſtat.

Libet vel lubet mihi ſcire quid agas. i. placet & deſydero. Collibet, idem. Libido eſt ſcire. id eſt libet. Libet.

Liquet mihi. id eſt certum & manifeſtum eſt. quæ enim liquefiunt, manifeſtant, ſiquid in eis latuit. Liquet.
Terentius in Eunu. Illum liquet mihi deierare his menſibus ſex non vidiſſe proximis.

Dolet mihi ita inhoneſte viuere. Quotuplicem conſtructionem habet Dolet? Sextuplicem. Primò cum datiuo & infinitiuo pro Dolorem affert: vt Dolet mihi nihil te ſtudere. Secundò datiuum cum nominatiuo ante ſe regit, pro Dolorem affert: vt Dolent mihi pedes. Terent. Si iſtuc itidem doleret tibi, vt mihi dolet. Tertiò per ſynecdochen accuſatiuum vel ablatiuum: vt Doleo caput vel capite. Quartò accuſatiuum ſolum pro ægrefero, aut dolore afficior: & intelligitur Propter: vt Doleo vicem tuam. Doléſne miſeriā meam? Salluſt. Quaſi dolens eius caſum. Sulpit. ad Ciceronē, An illius vicem credo doles? Ouid. Tu vero tu damna dole. eleganter ſic loquêris. Quintò ablatiuum cauſæ efficientis ſine præpoſitione regit: vt Doleo tuis rebus aduerſis. id eſt propter tuas res aduerſas. Titus Liuius 34, Tuis iniurijs doleo. Sextò ornatè habet ablatiuū intercedente præpoſitione A vel A B in hūc modum, Doleo ab animo, ab oculis, à latere, ab ægritudine, &c. Loquitur ita Plautus in Moſtellaria. Dolet.

Non vacat mihi audire fabulam, id eſt non eſt mihi otium vel tempus. Vacat quot modis conſtruitur? Sex. Primò imperſonaliter cū infinitiuo & datiuo. Ouid. Non vacat exiguis rebus adeſſe Ioui. id eſt non otium eſt. Perſæpe datiuus ſubticetur. Virgilius, Si vacet annales noſtrorum audire laborū. &c. Idem, Hactenus indulſiſſe vacat. id eſt licet, teſte Lanciloto. Quintil. Tunc elegiam vacabit in manus ſumere: cuius princeps habetur Callimachus. id eſt otium erit aut placebit. Secūdò pro operam do, ante ſe nominatiuum habet, poſt ſe vero datiuum: vt Vaco virtuti. Valerius, Satius eſt fauorabili quàm inuiſæ rei vacare. Tertiò pro operam do, capit accuſatiuum intercedente Ad: vt Vaco ad fabulam. id eſt ſtudeo fabulæ: aut otium eſt ad fabulam audiendam. Seneca, Non vaco ad iſtas ineptias. Vacat.

Quartò cum I N accuſatiuum habet pro Operam do. Naſo primo de Ponto, In nullum mea mens grande vacabit opus. Quintò pro careo, aut vacuus ſum, regit ablatiuum ſine præpoſitione. Cicero, Nullum eſt tempus quod iuſtitia vacare debeat. Interdum ablatiuus ſubauditur. In Exodo, Vacant enim & ideirco vociferantur. id eſt vacant opere aut labore. Capitur etiam pro ſuperfluum eſſe ſine caſu. ſed ferè in tertia perſona. Auguſt. libro 4. confeſſ. Non vacant tempora, nec otioſè voluuntur per ſenſus noſtros. Sextò pro Careo aut ceſſo, capit ablatiuum cum A vel A B, præſertim vbi qualitatem & actionem quandam ſignificamus: vt Vaco à labore: id eſt non laboro. Vaco à componendo: id eſt non compono. ſic Vaco à culpa, ab agricultura, &c. Cicero lib. 7. epiſt. Vacare à culpa magnum eſt ſolatium. Seneca epiſtola 98, Nulla ætas vacauit à culpa.

Conducit tibi ſtudere bonis literis. id eſt vtile eſt. Quot modis conſtruitur Conducit? Quinque. Conducit.
Primò imperſonaliter cum datiuo: vt Conducit ſcholaſtico habere quicum frequenter audita repetat & diſputet. id eſt vtile eſt. Secundò perſonaliter pro vtile eſt, regit datiuum. Col. lib. 1, Id minime conducit agricolæ. Tertiò regit pro (vtile eſt) accuſatiuum cum Ad. Plaut. in Capt. Ad victū conducunt. Quartò pro Vtile eſt capit accuſatiuum cum I N. Plaut. in Capt. In rem tuam conducunt. Verum nota, non habere Conducit accuſatiuū cum I N vel A D, vbi hominem ſignificamus: quia male dicitur, Hæc potio conducit in ægrum. Bene autem, Hæc potio conducit in vel ad febrē, &c. Hoc conducit reipublicæ, vel ad rempublicā. Cic. Lentulo, Et reipublicæ rationibus putem conducere. hinc conducibilis, id eſt vtilis. Quintò regit accuſatiuum ſine præpoſitione, pro Accipio aliquid pretio: vt Cōduxi domum. Qui pretio ad tempus aliquid concedit, is locare rem dicitur: vt Plautus locauit operam ſuam piſtori. plura ſignificat vbi accuſatiuum regit, quibus ſuperſedeo: quia idem manet regimen.

Expedit tibi vapulare. id eſt vtile eſt. Expedio te vinculis. id eſt libero. Paucis expedi. id eſt eloquere. Expedit.

Licet tibi eſſe ſacerdoti. id eſt fas & licitum eſt. Capitur perſonaliter: vt Licet tibi plus quàm par eſt. Licet.
Ornatè dicimus, Non licet mihi per te hinc abire. id eſt non pateris me hinc abire. Lepidè etiam dicimus, Licet cernere, licet videre. pro facile eſt videre, aut quiuis poteſt videre. Cicero, Licet videre nonnullos tam ſtultos, vt nihil differāt à natura brutorum. Idem, Licet ora ipſa cernere iratorum, &c. pro Licet cernere, aut videre, ornatè dices, Cernere eſt, ſine caſu. Virgilius 6. AEneidos, Cernere erat. id eſt omnes poterant videre.

Quotuplex inuenitur Licet? Triplex: Licet verbum, licet coniunctio, id eſt quamuis: licet aduerbium concedentis: id eſt eſto. Virgilius, -licet ingens ianitor antro
AEternùm latrans exangues terreat vmbras. A Licet fit licentia, de quo nomine alibi dicam.

Conuenit. Conuenit tibi diſcere. id eſt vtile & conueniens eſt. Quot modis conſtruitur Conuenit? Quinque. Primò impersonaliter cum datiuo: vt Non cõuenit ſeruo ſuperbè loqui. Secundò perſonaliter cum datiuo: Hæc veſtis virgini non conuenit. Additur cum datiuo bene ablatiuus interceſſu præpoſitionis (cum): aut accuſatiuus cum (inter): ſed hoc ſecundo modo ferè impersonaliter capitur. Cic. quinto de finibus, Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. id eſt de hoc non eſt mihi cum fratre tuo controuerſia. Iuuenalis, Sæuis inter ſe conuenit vrſis. Terentius, Hæc fratri mecum non conueniunt. Aliquando datiuus ſubauditur. Plautus in Capt. Nunc ita conuenit inter me atque hunc. Sic dicimus, De pretio conuenit. id eſt concordes ſumus. Tertiò pro datiuo interdum eleganter habet accuſatiuum cum præpoſitione In. Cic. pro Sexto Roſcio, Non in omnes arbitror omnia conuenire. Quartò accuſatiuum capit ſine præpoſitione: vt Conuenio te, id eſt adeo alloquendi gratia, & in iudicium voco. Terentius, Conueni hominem, &c. Quintò abſolute capitur. Liuius, Poſtera die arma capiunt: quo miſſi erant, conueniunt. id eſt coeunt, congregantur.

Præſtat. Præſtat mihi ridere, quàm flere. id eſt melius eſt. ornate ſic loquimur. Quotuplicem conſtructionem habet Præſtat? Quintuplicem. Primò cum datiuo impersonaliter pro melius eſt: vt Præſtat furi hîc ſuſpendi, quàm apud inferos ardere. raro datiuus exprimitur. Salluſtius, Nónne emori per virtutem præſtat, quàm vitam per dedecus amittere? Secundò perſonaliter pro melius eſt, vel antecellit, & regit datiuum. Terentius in Eunuch. Homo homini quid præſtat! Cicero in Lælio, Hoc præſtat amicitia propinquitati. id eſt, tanto melior eſt, vel antecellit. Salluſtius, Omnes homines qui ſeſe ſtudẽt præſtare cæteris animãtibus. Datiuus eſt quicquid dicat Calepinus. & Præſtare, id eſt antecellere. Tertiò regit datiuum rei quæ ſuperatur, & ablatiuum rei in qua quis excellit: vt Præſto tibi ſcientia. Cicero, Tanto ille ſuperiores gloria vicerat, quanto omnibus tu præſtitiſti. Fabius primo, Eloquentia cæteris præſtet. Quartò pro antecello, accuſatiuum cum ablatiuo regit. Fabius, Præſtat ingenio alius alium. Gellius, Menedemus & Theophraſtus ingenio atque doctrina cæteros præſtabant. Titus Liuius libro quinto, Vt nuntiare domum poſſint, quantum Galli virtute cæteros mortales præſtarent. Virgilius ablatiuum ſubticuit dicens, Ibo animis contrà, vel magnum præſtet Achillem. id eſt antecellat: vel (vt quidam volunt) repræſentet, exhibeat, vel æqualis ſit. Quintò regit datiuum cum accuſatiuo. Plinius, Plura hic mihi præſtitit, quàm parẽtes. id eſt fecit. Capitur pluribus modis, vt pro cautionem dare, &c. & abſolute pro valere. Cicero ſecundo ad Herennium, Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu, quæ iure præſtare dicuntur.

Suppetit. Suppetit mihi legere, impersonaliter quidam dicunt. Sulpitio id non placet. Suppeto tamẽ & competo perſonaliter cum datiuo leges. Plautus in Aſinaria, Non ſuppetunt dictis data.

Prodeſt tibi ſtudere. Patet mihi te luſiſſe.

Sedet. Inſideo. Reſideo. Sedet tibi pila ludere. id eſt placet. Nocet tibi ambulare. Quidam hæc noſtris addunt, Sedet pro placet. Perſonaliter Virgilius dixit libro quinto, Idq; pio ſedet AEneæ, probat author Aceſtes. Sic cum datiuo leguntur inſideo, reſideo: vt Inſideo equo. Nobis melior ſententia reſedit, dicit Iuſtinianus, Inſtit. de vſucap. in principio.

Stat. Stat impersonaliter legitur: ſed datiuũ non admittit teſte Lãciloto. Virg. Stat caſus renouare omnes.

Pertinet. Attinet. Spectat. Pertinet, attinet, ſpectat ad me: non autem mihi, dicendum eſt: vt Liber pertinet ad Iohannem, non Iohanni. Quintilianus 4, Pertinere ad cauſam puto quicquid ad dicentem pertinet. Habet (in) cum accuſatiuo. Idem, Pertinet in vtranque partem. Attinet, id eſt pertinet. Terentius, Iámne me vis dicere quod ad te attinet? Quandoque præpoſitio ſubticetur. Cicero, Neque quenquam attinebat accuſare. Item attineo, id eſt iuxtà, & in manibus teneo. Plautus in Capt. Nunc ſenex eſt in tonſtrina: nunc iam cultros attinet. ita legit Calepinus in accuſatiuo, ſcilicet cultros. ſimiliter legunt interpretes Plauti, Petrus Valla, & Bernardus Saracenus: Mancinellus vero in datiuo legit cultro.

DECIMONONO, Multa regunt datiuum de quibus certa non conſtat regula: vt Sto iudicio tuo. Renuntio liti. Cano receptui. Cano progreſſui. id eſt vt milites à pugna redeant: vel ad pugnam progrediantur. Sillius ſeptimo, Per ſubitum membris venit vigor. Diffido vxori. Perſius, Quod ſatis eſt, ſapio mihi. Hieronymus, Paucorum culpa non præiudicat religioni. Perſius, Tibi luditur. Terentius, Siquid peccat filius, mihi peccat. Sic, Siquid perdo, mihi perdo. In Iſaia, Puer natus eſt nobis. In eodem, Omnes iſti congregati ſunt, & venerunt tibi. Paulus, Vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. Idem, Quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo enim domino ſtat aut cadit. Cicero in epiſt. Quicquid erit, tibi erit. Liber eſt mihi. Sunt qui dicunt hic datiuum à nomine regi mediante verbo ſubſtãtiuo. Sunt qui dicant regi ab ipſo verbo. Dic vt vis. Horatius epiſtola tertia, Quid mihi Celſus agit? hic datiuus expletiuè ponitur: quia ad nihil refertur, teſte Valla: ſed è medio ſumpta eſt oratio: vt Hic mihi gloriatur ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe. Tu mihi ſemper dormis. Ille mihi aſſiduè ſedet. Crepuit tibi oſtium. Licet datiuus non multum hîc agat: tamen pronomen eſſe non deſinit: quia de ignoto non

Gloriatur mihi. dicam, Quid mihi agit ille? pro, quid agit. nec Gloriatur mihi, ſi nunquam apud me glorietur. nec Crepuit tibi oſtium, ſi id ad te nihil pertineat, &c. Si dicimus, Videas, pro Quiuis videre poſſit. Perſius,

Hîc neque more probo videas, nec voce ſerena
Ingentes trepidare Titos. Cicero, Itaque videas iuſtos iniuſtis rebus maxime dolere.

Leonardus mihi vehementer afficitur. id eſt me valde amat. Afficior tibi non vulgariter. id eſt multum te amo. loquitur hoc modo Philelphus in epiſtolis frequentiſſime. Afficitur.

Curtius libro quinto, Dignus eſt omni malo, qui erubeſcit fortunæ. Idem libro nono, Eo quòd maior pars eorum decreuerit, ſtetur. Erubeſco.

Sillius libro tertio, Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori. Dicimus Deſueui illum, pro Deſueſeci, teſte Nonio. Regunt etiam datiuum Obumbro, moderor, dominor, & multa alia. Subnectã quædam ordine abecedario. Deſueſco.

VARIA CONSTRVCTIO ORDINE ALPHABETICO.

ABIT mihi ſpes, vel abeo ſpe. Lucanus tertio, Spes victis telluris abit. Suetonius in Auguſto, Honore abijt ſuffecto alio in locum ſuum. Abeo.

Adhæreo muro, in muro, vel ad murum. Apul. 8, Caſtris adhærens. Ouid. 4. Metam. Iunctóque in corpore adhærens. Plautus in Pœnulo, Ne ad fundas viſcus adhæreſceret. vtrunque Mancinelli eſt. Adhæreo.

Abrogo tei fidem. id eſt aufero. Cicero primo ad Herennium, Quæ res fidem abrogat orationi. Abrogatur lex, id eſt infirmatur: quod etiam dicitur Abrogatur legi. Cicero ad Herennium, Cui legi abrogatum vel derogatum ſit. Abrogo.

Appropinquo vrbi, vrbem, & ad vrbem. Cæſar lib. 4. de bel Gal. Quum appropinquarent Britãniæ. Hirtius 5. de bello Afric. Donec ad ipſas portas ac muros appropinquaret. Idem ſine præpoſitione dixit, Quum portam appropinquaſſent, ſigno dato ab oppidanis ſunt recepti. Appropiquo

Idem ſine præpoſitione dixit, Pauci oppidum ſe reciperent. pro in oppidum. Recipio.

Et, Aduerſarij bene multis vulneribus affecti oppidum ſe contulerunt. Confero.

Aduerto tibi, veteres Aduerto te. Diomedes. Aduerto.

Antecello, antecedo, anteeo, anteſto illi vel illum doctrina. Cicero pro Archia, Antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Et pro Cornelio, Qui eloquentia cæteris antecellis. De accuſatiuo memini legere: ſed non occurrit nunc teſtimonium. Antecello.

Cicero primo Offic. Quantũ natura hominis pecudibus, reliquiſque beſtijs antecedat. Suetonius in Auguſto, Magnificentia omnes anteceſſit. Multo & multum antecedo, vtrunque recte dici ex commentarijs Cæſaris noſces. Antecedo.

Plautus in Amphit. Virtus omnibus rebus anteit. Tacitus, Nobilitate cæteros anteiret. Salluſtius in Iugurtha, Et quum omnes gloria anteiret. Anteeo.

Apuleius lib. 4, Sed animi robore cæteris anteſtaret. Idem, Robore cæteros anteſtabat. Anteſto.

Anteuerto tibi, & aliquãdo anteuerto te. Plautus in Capt. Mœrores mihi anteuertunt gaudijs. Terentius in Eunu. Miror vbi ego huic anteuorterim. id eſt hanc præceſſerim. Sic, Tibi præuerto apud Ciceronem inuenies. Ambroſius, Iniquitas vero operæ cognitionem anteuertit. Anteuerto.

Aſſideat tibi & te honor. Diomedes, Aſſido ſocio, veteres aſſido ſocium. Aſſideo. Diomedes, Aſto tibi & circa te. Aſſido. Aſto in foro. Aſto illum locum, & illo loco. Priſcianus libro 18. Aſto.

BENEDICO, maledico tibi Latiniſſimi dicunt. Eccleſiaſtici etiam benedico, & maledico te. Benedico.

CAVEO tibi, id eſt proſpicio, prouideo. Lege cautum eſt. id eſt prouiſum. Caueo te, id eſt fugio. Suetonius in Tito, Securitati ſatis cauit. Idem in Galba, Caueret periculum. Stat. 6. Theb. Mille cauet lapſus circum caua tempora mortes. Caueo à te, vel de te. id eſt caueo ne mihi noceas. Idem in Calig. Vt à Caſſio caueret. Plaut. in Menæh. De illis verbis caue tibi. Item Caueo à te, id eſt cautus fio. Cicero de claris Orat. At vero inquam tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cauero. Caue facias, vel ne facias. Plaut. Caue faxis. Horatius, Vade, vale, caue ne titubes, mandatáque frangas. Caueo.

Conſulo tibi, id eſt do tibi conſilium. Lucanus libro 4, Conſulite extremis anguſto tempore rebus. Conſulo honori, aut famæ, id eſt prouideo. Conſulo Petrum, id eſt conſilium peto à Petro. Addi poteſt cum DE ablatiuus. Lucanus libro 8, Rectorémque ratis de cunctis conſulit aſtris. id eſt percunctatur. Suetonius in Auguſto, Sanxit ergo vt de bellis triumphíſque conſuleretur hic Senatus. Apud vetuſtiores duos accuſatiuos habet diuerſos, vt Rogo. Plautus in Menæh. Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant. Dic etiam, Conſulo in illum. Terentius in Heaut. Peſſime iſtuc in te atque illum conſulis. Conſulo rem boni. id eſt æſtimo, iudico. Seneca epiſt. 123, Hanc coqui ac piſtoris moram boni conſulo. Plautus, Quid me conſultas? id eſt mihi conſulis. Conſulo.

Commendo te regi, id eſt committo. Commendo te apud regem, id eſt laudo. Commendo.

Cedo tibi, id eſt cõcedo, & locum do. Superbus nulli vult cedere. Plaut. Cedamus imbri. id eſt diſcedamus à pluuia. Virgilius, Cedo locis. Dicimus, Cedo à tecto. pro recedo. Lucil. Quandoque pudor ex pectore ceſſit. Cedo iure, aut bonis, in ablatiuo. id eſt diſcedo à bonis, & à iure. Cedunt mihi hæc bona. id eſt in ius meum veniunt. Cedit in lucrum meum. id eſt, eſt mihi lucro. Cedit mihi victoria. id eſt ego vinco. Virgilius, Ceſſerit Auſonio ſi ſors victoria Turno. id eſt ſi contigerit. Idem, Cedere terga. id eſt fugere. Cædo te. id eſt percutio, occido, &c. per æ diphthongon. Cedo.

Concedo tibi meritis, datiuus eſt cum ablatiuo. Concedo fato, id eſt morior. Concedo naturæ, idem. Salluſt. in Iugur. Pater (vti neceſſe erat) naturæ conceſſit. Sillius, Meritis non conceſſere Camillo. Concedo.

Confert huic rei, & ad hanc rem. id eſt vtile eſt. Fabius libro tertio, Interim confert admirationi mul Confert.

tum etiam infirmitas. Idem in ſecundo, Scio quæri etiam, naturáne plus ad eloquentiam conferat an doctrina. Confero in pauca. id eſt paucis concludo. Plautus, Nunc verba in pauca conferam.

Confido. Confido illi:& vbi perſonam non ſignificamus, per ablatiuum, Confido illa re. Cæſar lib. 3. de bello ciuili, Cui maxime confidebat. Idem 3. de bello Gallico, Multum natura loci confidebant. Et in 3. de bello ciuili, Cæſar confiſus fama rerũ geſtarum. Cic. Qua maxime arte confideret. Cæſar & plures ita ſæpiſſime loquuntur, & recte (vt bene contra Seruium Lancilotus ſenſit) ita loquemur. Inuenitur cum accuſatiuo. Stathius 2. Theb. -Martíſque ex ſemine Thiron
Terrigenas confiſus auo. ita legit Priſcianus. Inuenio in quibuſdam libris cõfeſſus auos, non cõfiſus.

Debeo. DEBEO tibi, id eſt obligor. Plautus, Diues ſum ſi non reddo eis, quibus debeo.

Depono. Depono tibi, apud doctos nunquam inueni: Bene autem, De grege non auſim quicquam deponere tecum.

Excello. EXCELLO ſocijs. id eſt ſum excellentior. Cicero pro Pompeio, Miremur hunc hominem tantum excellere cæteris. Et in Rhet. de Zeuſi, Qui tam longe excellere cæteris pictoribus exiſtimabatur.

Eripio. Eripio tibi, id eſt à te. Eripio te, id eſt libero.

Fatur. FATVR mihi, & ad me. Virgilius primo AEneidos, Hic tibi (fabor enim, quando hæc te cura remordet). Lucanus libro octauo, Et ad ſuperos obſcuráque ſydera fatur.

Fido. Fido huic rei, & hac re, vt confido. Virgilius libro nono, Et fidere nocti. Et libro ſeptimo, Moliri iam tecta videt, iam fidere terra.

Figo. Figo haſtam terræ, vel in terra. Lucanus libro ſeptimo, Pars terræ figere tela. Virgilius libro ſexto, Ramúmque aduerſo in limine figit.

Formido. Metuo. Timeo. Formido, metuo, timeo, nequid mali tibi contingat. Metuo, formido, timeo te, nequid mali mihi facias. Plautus in Aulularia, Auro formidat Euclio. Terentius in Phorm. Ei nunc timeo. In Andria, Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. hîc vtraque conſtructio eſt. Timeo de te. id eſt ſiue tibi, ſiue te. Tullius lib. quinto epiſt. ad Treb. Valde mehercule de te timueram. Lucanus lib. 7, De ſuperis ingrate times. Item metuo à te. Terent. in Andria, Hei metui à Chryſide. Tullius libro 5. epiſt. A me inſidias metuunt. Plaut. in Menæch. Iam abs te metuo de verbis tuis.

Gaudeo. GAVDEO mihi, vel mecum. De hoc verbo in ablatiui regimine dicam.

Hæreo. HAERENT parietibus, vel ad parietes ſcalæ. prius notũ eſt: de poſteriore Varro, Ad quem hæreat. Hæreo in hanc rem. Naſo libro ſecundo Metam. Pluma erat, ínque cutem radices hæſerat imas. ita legit Mancinellus. Ego opinor emendatos libros habere egerat, non hæſerat.

Illuminor. ILLVMINOR tibi in ſacris legitur: vt Illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Valla in Lucam dicit eſſe inſolentem ſermonem.

Immineo. Imminet illi & in illum. Ouidius primo Metamorph. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Cicero in Philip. In noſtras fortunas imminent.

Inceſſo. Inceſſit mihi, & in me. Virgilius quarto Georg. Regibus inceſſit magno diſcordia motu. Curtius libro 3, Cupido inceſſit animo. Liuius libro 4, Grauior cura patribus inceſſit. propter quod miror Seruium dicere figuratum eſſe, regibus inceſſit. Nam Inceſſit reges dicimus, inquit. Nos putamus per datiuum etiam recte dici tam in proſa quàm in carmine. Valerius Maximus, Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. De accuſatiuo. Liuius libro ſecundo, Magnus plebem metus inceſſit. id eſt inuaſit. Et libro primo, Timor deinde patres inceſſit. Curtius libro 3, Non mediocris omnium animos formido inceſſerat. Terẽtius in Andria præpoſitionem IN adiecit, Noua nunc religio vnde in te iſtæc inceſſit, cedò? Item Inceſſo te, id eſt laceſſo, & ad iram concito: vt Inceſſo te maledictis. Sillius libro 5,
Tum præceps ruit in medium, telúmque fatigat,
Flaminium inceſſens. Hieron. Aliquo modo vel aliquando expugnatur quod vndique inceſſitur. id eſt impetitur. Inceſſit mihi vel me, pro inuaſit, rectius ab incedo dicetur eſſe, quàm ab inceſſo.

Inuado. Inuadit timor animis & animos. Varro apud Marcellum, Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum pleriſque. Dic etiam, Inuado in animum. Salluſtius in Catil. Tanta vis auaritiæ in animos eorum veluti tabes inuaſerat. Vbi non ad animum, ſed ad corpus reſpicimus: non datiuo, ſed accuſatiuo locus erit. Salluſtius in Iugur. Milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt. Virgilius, Inuadunt vrbem ſopno vinóque ſepultam. Et cũ præpoſitione. Cicero, Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. id eſt ingredi. Idem pro Sexto Roſcio, Accuſant hi qui in fortunas huius inuaſerunt.

Induco. Induco animum rei, & rem in animum. Terentius in Andria, Ne illis animum inducas. Idem in Heaut. Iſtuc in animum inducas.

Infit. Infit illis, & ad illos. Apuleius libro quinto, Ea nocte ad ſuam Pſychen ſic infit maritus.

Inhæreo. Inhæreo huic rei, vel in hac re: & aliquando ſine præpoſitione per accuſatiuum, Inhæreo hanc rem. Columel. Oliuæ ſicut matri inhærẽt. Cicero tertio de nat. deorum, In viſco inhæreſcet. Apuleius in 7, Nequicquam fruſtra timorem illum ſatis inanem perfuncti, longe peiores inhæſimus laqueos.

Inſideo. Inſido. Inſideo, vel inſido illi. id eſt ſuper eum ſto, teſte Lanciloto. Virgilius, Inſideat quantus miſeræ deus. Idem, Floribus inſidunt varijs. Inſidet in animo. id eſt placet. Tullius pro L. Cornelio, Sed in animis omnium penitus inſederit. id eſt omnibus placuerit. Inſideo ramis, equo, &c. id eſt Sedeo, aut ſto ſuper

eam rem.Inſideo in hac re.id eſt firmiter inhæreo. Cicero 4.Tuſc. Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit,& tanquam in venis medulliſque inſederit. Inſideo locum,vel loco.id eſt obſideo. Liuius libro ſecundo de bello Punic. Mago locum demonſtrabit,quem inſideatis. Virgilius vndecimo AEneidos,Arripuitque locum, & ſyluis inſedit iniquis. Liuius libro nono, Inſeſſis omnibus vijs,per quas commeatus ex Samnio ſubuehebatur. Inſido,id eſt ad intus habitandum vado.datiuum regit, & aliquando accuſatiuum. Lactantius libro ſexto,Nequid vitiorum pectoribus inſidat. Virgilius 10. AEneidos,Viam inſidere.

Inſidior,id eſt inſidias tendo.datiuum tantum vult:vt Latro inſidiatur mercatori. Inſidior.

Inſilio naui,& in nauim. Lucanus 10, -ſed cæca nocte carinis Inſiluit Cæſar. Et lib.3,Inſiluit ſolo nociturus pondere puppi. Plautus in Rudente,Ambæ in ſcapham inſiluimus. Inſilio.

Immitto ori,& in os. Hieronymus,Immiſit in os meum canticum nouum. Immitto.

Inhio huic rei,& hanc rem.id eſt cor appono,& valde deſydero.Nam quod multum cupimus,hiantes inſpectare ſolemus. Auguſt. lib.tertio de ciuitate dei,Hic aliquid agerent dij heluones,atque nebulones ſacrificiorum,adipibus inhiantes.Virgilius ſecundo Georg. Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes. Plaut in Aulul.Credo illum iam audiſſe mihi eſſe theſaurum domi:id inhiant. Gellius lib. primo,Dum eius mortem inhio,egomet viuo mortuus inter viuos. Inhio.

Inſuſurro tibi.id eſt in aurem dico.Macrobius, Vale dicenti hoc tantum inſuſurrauit,Non putabã me tibi tantum familiarem. Inſuſurro.

Intendo vires.id eſt extendo & augeo.Intendo animum ſtudijs.id eſt do operam ſtudijs. Horatius, Si non intendes animum ſtudijs & rebus honeſtis, Inuidia vel amore vigil torquebere. Virgilius, -& ſtupea vincula collo Intendunt. id eſt illigant,innectunt. Salluſtius in Iugur. In regnum Adherbalis animum intendit. Intendo.

LATET me hæc res:aliquãdo etiam, Latet mihi.id eſt hanc rem ignoro. Virgil.1.AEneidos, Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Lucanus libro primo, -at mihi ſemper
Tu quæcũque moues tã crebros cauſa meat⁎, Vt ſuperi voluere,lates. Plaut.in Trin. Mihi latitabat. Lateo.

MANET te,& tibi ſupplicium.id eſt inſtat, futurum eſt:ſed(manet te)eſt vſitatius. Virgil. Qui te cunque manent iſto certamine caſus. Idem, Hæc eadem matrique tuæ,generique manebunt. Maneo.

Moderor tibi,id eſt modum tibi impono: Moderor te,id eſt rego. Salluſtius,Cuius libido gentibus moderatur. Plautus in Curg. Linguæ moderandum eſt. Cicero pro M. Cælio,Pudor tuus moderatur orationi meæ. Suetonius in Auguſto, Nec ſucceſſu victoriæ moderatus eſt. Cicero pro Balbo,Neque eſſe inconſtantis puto , ſententiam aliquam , tanquam aliquod nauigium , ex reipublicæ tempeſtate moderari. Lectum eſt Modero moderas. Moderor.

NITOR haſtæ,vel in haſta,vel in haſtam:& Nitor ad hanc rem. Virgil. libro 6.AEneid. Ille vides,pura iuuenis qui nititur haſta. Fabius 1, Altius tamen ibunt,qui ad ſumma nitentur. Nitor.

Nubo illi,& cum illo. Terentius,Natam inueni nuptam cum filio tuo. Do filiam nuptum,aut nuptam,aut nuptui,aut nuptu illi. Terentius in Andria,Datúrne illa Pamphilo hodie nuptum? Valerius libro quarto,Filiã ei nuptui dedit. Iuſtinus libro 17, Virgines nuptu finitimis regibus tradidit. Liuius 30,Filiam ei nuptam dederit. Nubor paſſiuè olim dicebant. Et in Euangelio legitur,In cælo neque nubent,neque nubentur. Nubo. Nuptum do

OBIVRGO tibi:veteres etiam Obiurgo te. Diomedes, At ego per accuſatiuum,Obiurgo te,ſæpius inuenio,quàm Obiurgo tibi. Cicero pro Cælio,Mulierẽ obiurget. Idem tertio ad Atticum,Quòd me tam ſæpe & tam vehementer obiurgas. Sic idem ſæpius. Terentius in Phorm. Quo ore illum obiurgabis,reſponde mihi. ſic idem ſemper. Sic perſæpe Seneca & alij. Obiurgatio, eſt poſt turpe factum inclamatio & reprehenſio. Caſtigatio,ante commiſſum monitio,teſte Feſto. Obiurgo. Obiurgatio. Caſtigatio.

Occumbo neci,& in necem,Mãcinellus teſtis eſt. Virg.2.AEneid. Seu certe occumbere morti. Suet. in Aug. Voluntariam occubuiſſet in necem. Aliqui libri non habent præpoſitionem. Dicimus etiam, Occumbo morte,per ablatiuum. Liuius lib.1,Fidem paſtorum nequicquã inuocans,morte occubuit. Occumbo.

Offendo tibi. Stathius in quinto, -iámque offendere carinæ Littoribus.id eſt appulſæ ſunt. Offendo.

PEPIGI tibi.id eſt promiſi. Pepigi tecum.id eſt pactus ſum. Suet.in Cæſare,Et petitoribus non alios adiuuare, aut ad honorem nati peruenire , quàm qui ſibi pepigiſſent propugnaturos abſentiam ſuam. Ibidem, Cum aduerſarijs pepigit. Paciſcor & pepigi rem tecum decem philippæis, &c. Pepigi.

Præniteo tibi fide. Horatius 1.Carm. Cur tibi iunior læſa præniteat fide? Præniteo.

Præcurro tibi ingenio. Cicero in Catilinam,Mihi ſtudio pene præcurritis. Præcurro te, notum eſt. Plinius ſexto epiſt. Præcurrere aduentum meum in Campaniam poſſes. Præcurro.

Præcedo tibi,id eſt antecello. Plautus in Aſinaria, Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Libane longe. Præcedo te. Lucanus tertio,Letum præcedere nati. Præcedo te ſcientia. id eſt vinco,antecedo. Cæſar primo de bello Gal. lib. Heluetij reliquos Gallos virtute præcedunt. Præcedo.

Præeo tibi,& aliquando Præeo te. Ambroſius in Offic. Ne vnquam præiret mihi. Val. Max. lib.4, Solenni ei precationis carmine præiret. Gellius 14. cap. ſecundo, Si de omni iudicio iudicis præire tibi me vis. Cicero pro Milone,Incitati ſunt, vt vobis voce præirent. Quintilianus 2. ait doctores non ſemper Præeo.

poſſe præire ſingulis legentibus. Præire propriè eſt prælegere, vt reliqui mox concinant. De accuſatiuo. Liuius libro 8, Agedum pontifex publicus Po.Ro. præi verba quibus me pro legionibus deuoueam. Suetonius in Claud. Aut in Capitolio viſa obſecratio haberetur: eámq; ipſe iure maximi pontificis cõmonito pro roſtris populo præiret. Hîc (præiret) accuſatiuũ habet, eámque præiret. (populo) ablatiuus eſt, in qua re errauit vir alioqui diligentiſſimus Antonius Mancinellus, credens (præiret) hic regere datiuum populo. Præeo te honore. Boetius 3. de Conſol. Præire cæteros honore cupis.

Præpõdero. Præpondero tibi. id eſt pluris ſum, aut valeo. Ambroſius, Præponderant futuris præſentia.

Præſtolor. Præſtolor tibi. id eſt præſto ſum. Cicero primo in Catil. Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Sic legũt Mãcinellus, Calepinus, & reliqui. In libro meo habetur præſtolor te. In accuſatiuo Præſtolor te. id eſt expecto. Cicero libro ſecũdo ad Atticum, Te præſtolor vſque ad tertium nonas Maias. Cæſar lib. 2. de bello ciuili, Huius aduentum præſtolans. Terẽtius in Eunucho, Quem præſtolare Parmeno? Plautus in Epidico, Præſtolabantur illum apud portam. Sic leges ſæpiſſime: ideo pro expecto, mallem per accuſatiuũ dicere Præſtolor te, quàm tibi: licet Diomedes dicat, Præſtolor tibi: veteres autem, Præſtolor te.

Proſpicio. Proſpicio tibi. id eſt prouideo. Proſpicio te. id eſt procul video: vt AEneas ceruos proſpicit errantes.

Propinquo. Propinquo vrbi, & ad vrbem, facile reperies. id eſt propinquus fio. Propinquo tibi gladiũ, leges: ſed raro. Sillius libro ſecundo, Haud tamen abſtiterim, mortem licet arma propinquent. id eſt non ceſſabo, licet interficerent me. Virgilius lib. 10. AEneidos, -tu rite propinques Augurium.

Queror. QVEROR te, tecum, & tibi: pro Apud te. Virg. in Bucol. Dum queror & diuos. Badius, Diuos regitur à verbo alloquor. Naſo Metam. 1, Cum Ioue viſa queri. Iuuen. Satyra 2, Nec quereris patri.

Recedo. RECEDO tibi, & à te. Virgilius ſecundo AEneid. Noſtri tibi cura receſſit.

Reſpondeo. Reſpondeo quæſtioni, & ad quæſtionem. Terentius in Andria, Iam tu hoc reſpondè mihi. Plinius, Quum ad eos breuiſſime reſpondiſſem. In eadem conſtructione ſignificat conuenire, & parem eſſe. Plinius 36, Structuram ad normam & libellam, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Virgilius primo AEneid. Dictis reſpondent cætera matris. id eſt conſentiunt, conformia ſunt. Cicero in Tuſcul. Nec tamen ſiqui magnus ingenijs in eo genere extiterunt, Græcorum gloriæ reſponderũt. id eſt pares fuerunt. Hieronymus ad Furiam, Et quibus nati ſunt liberi, ſuo generi reſponderunt. id eſt ſimiles fuerunt. Cicero Trebatio, Cui quidem amori vtinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo. id eſt ſatiſfaciam, vel par ero. Virgilius, Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ. id eſt ſatiſfacit. Cicero ad Attic. Tamen fit vt ſæpe ij, qui debeant, non reſpondeant ad tempus. id eſt ſatiſfaciant. Virgilius ſexto AEneid. Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus. id eſt reſpicit, & contra poſita eſt.

Soluo. SOLVO tibi nummos, nũc dicimus. olim Soluo te, pro ſatiſfacio tibi. Sic Exoluo & abſoluo. Plaut. in Bacchid. Ad forum hinc ibo, vt ſoluam militem. Terentius in Adelph. Ad forum ibo, vt hunc abſoluam. Abſoluo, ſoluo, & exoluo pro libero, accuſatiuum tantum regunt: vt Solue captum. id eſt libera vinculis.

Tempero. TEMPERO mihi, id eſt contraho & cohibeo me nequid indecens agam. Plinius 8. epiſt. Temperare mihi no poſſum. Plaut. in Rudente, Linguæ tempera. Tẽpero iram. id eſt ſedo. Virgil. primo AEneid. Ille regit dictis animos, ac temperat iras. Tempero ſtylum, vinum. id eſt ſuo ordine adminiſtro. Tempero à lachrymis. id eſt abſtineo. Virgilius AEneid. 2, -quis talia fando
Temperet à lachrymis?

Plurima adhuc datiuum regunt: verum pulcherrima quæque aut declarata ſunt, aut in ſequentibus

Deficio. obiter referabuntur. Deficit mihi æs. id eſt deeſt. Deficit me oratio. id eſt deſtituit. Subeo, ſuboleo, &c.

ACCVSATIVI REGIMINIS REGVLA PRIMA.

Antè volunt quartum verba infinita ſuorum
Poſt caſum. Præ nulla ſupina, gerundia nulla
Dant caſum. dabitur recte poſt caſus agentis,
Ni ſit in u. Pòſt nil capit hoc, vult mobile præ ſe.
Pòſt etiam ſequitur ſua participans bene verba.
Nam regimen ſit idem, ſi ſignificatio par ſit.

Omne verbum perſonale infinitiui modi regit ante ſe accuſatiuum, poſt ſe autem caſum verbi à quo deſcẽdit: vt Hominem parere deo æquum eſt. hic infinitiuus (parere) ante ſe accuſatiuum (hominem) regit. poſt ſe datiuum (deo) vt Pareo. Cur dixiſti perſonale? Quia imperſonale ante ſe accuſatiuum non habebit, vt Intereſſe ſederi.

Accuſatiui reſolutio ante infinitum. Quomodo declaratur accuſatiuus quem ante ſe regit infinitiuus? Accuſatiuus ante infinitiuum mutatur in nominatiuum, & infinitiuus in verbum finiti modi præcedente particula quòd, vt, quia, aut

ſimili:vt Tyrannos viuere malum eſt.id eſt, quòd tyranni viuunt malum eſt. Terentius,Meum gnatum rumor eſt amare. id eſt, rumor eſt quòd gnatus meus amet. Idem, Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo,id eſt quòd vxor non daretur filio ſuo.Non dubito regẽ venire.id eſt quin rex veniat. Lætor Iohãnem affore.id eſt quia Iohannes aderit,&c. Sed multo pulchrius loquimur per infinitiuum, quàm per Quòd,quia, &c. licet propter pueros ita declaremus. Virgilius,

Malo me Galathea petit laſciua puella,

Et fugit ad ſalices,& ſe cupit antè videri. In ſacris,Miſſum eſt tria millia,& eo amplius infantes adduci.id eſt miſſum eſt vt adducerẽtur,&c. Tullius,Hi arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi eos locupletent quacunque ratione. In ſacris,Domine quid me vis facere? In poetis Facere ſubauditur:vt Quid me vis? Virgilius,Phyllida amo ante alias,nam me diſcedere fleuit. Vbi accuſatiuus infinitiui in bono ſenſu non vertitur in nominatiuum,non regitur à fronte,ſed à tergo: vt Cupio te literas diſcere. Non eſt bonus ſenſus,Cupio quòd literæ diſcant te,ſed quòd tu diſcas literas:ideo("literas) regebatur à tergo. Sic Volo te vinum bibere. Vbi vtrinque eſſet bonus ſenſus, ad vitandam ambiguitatem,paſſiue loquemur:vt Audiui Petrum te verberaſſe. id eſt,quòd Petrus te verberauit,aut quòd tu Petrum verberaſti. ideo dicam, Audiui Petrum abs te vapulaſſe,vel Audiui te à Petro percuſſum eſſe: melius quàm Audiui quòd Petrus te percuſſit. Id verum eſt,niſi quis ex induſtria velit orationem eſſe ambiguam:vt Apollo ille verſipellis, Aio te AEacida Romanos vincere poſſe. Eſt hic verſus apud Ciceronem in ſecundo de diuinat. vbi diſputatur id nunquam dictum fuiſſe ab Apolline: quia nunquam Apollo Latine loquebatur, &c. Vtrum boni authores ſemper vitant hanc ambiguitatem? Non. Terentius in Heautontim. Iubeo te illum amare. Sulpitius ad Ciceronem quarto libro epiſt. Vidimus aliquoties ſecundam pulcherrimè te fortunam ferre. Pſeudocurtius, ſed paruæ authoritatis eſt, Audiui te illum adoraſſe. Tu ſemper vitato ambiguitatem, niſi conſtiterit tibi, te facile intellectum iri ab eo cui loqueris aut ſcribis: & ita non erit ambiguitas. Quintilianus in octauo vitandas dicit tales orationes, Vidi hominem librum ſcribentem, aut ſcribere. Nam etiamſi librum ab homine ſcribi pateat, male tamen ſic loquens compoſuerat,fecerátque ambiguum,quantum in ipſo fuit, hæc aut ſimilia Fabius,quæ docti non ſemper obſeruant,vt dixi.

PRAE NVLLA SVPINA, gerundia nulla. Nec ſupinum, nec gerundium regit ante ſe vllum caſum,ſed poſt ſe regit caſum agentis: hoc eſt quencunque regit verbum, præter caſum patientis, videlicet ablatiuum cum præpoſitione à vel ab. Supinum tamen in u, nec poſt ſe quidem vllum habet caſum: ſed ante ſe recipit adiectiuum: vt non dicimus,Scribentem habendum eſt pennam. Tempus eſt Petrum legendi hiſtoriam,&c. ſed Scribenti habenda eſt penna. Tempus eſt Petrum legere hiſtoriam. Exemplum de caſu à tergo recto:vt ſicut dicimus Lego hiſtoriam:ita Venio huc cauſa legendi hiſtoriam. Vado lectum hiſtoriam. Cur dixiſti caſum agentis? Quia gerundium & ſupinum,teſte Valla,non regunt,vbi paſſiue capiuntur,ablatiuum cum à vel ab. vt male dicitur, Iſte liber eſt difficilis ad intelligendum à nobis. Non venio vapulatum à te. Cur ſic non loquimur? Quia non eſt doctiſſimorum vſus:quia ſemper ablatiuum talem ſubticent. Virgilius, Alitur vitium, creſcitque tegendo. Idem, AEgreſcitque medendo. Idem, -vritque videndo Fœmina. Quintil. Sed memoria excolendo,ſicut omnia alia,augetur. id eſt dum tegitur,medetur,videtur,excolitur. Refragantur Vallæ Sulpitius & Calepinus:verum ipſi exempla fingunt,nulla è doctis afferunt:ideo non ipſis,ſed Vallæ hæreo. Eſto,ſubaudiatur ablatiuus,non continuo exprimam:quia pleraque venuſtius ſubaudiuntur,vt in fine nominatiui regiminis dictum eſt. Male ergo dicitur, Sum aptus docendo Rhetoricam à præceptore,contra Calepinum:nam Sum aptus docendo, pro ad docendum,ſiue vt doceam,ſiue vt docear, putamus inauditum eſſe: quia nullum eſt gerundium datiui caſus:ſed bene gerundiuum. Siquis contra me ſentiat,afferat è veterum aliquo contra me teſtimoniũ:ſecus nugas egerit. Difficilis dictu. id eſt vt dicatur. Iucundum auditu,&c.

Argumentor, Dicit Hieronymus in pſalterio, In conueniendo populos in vnum. In deficiẽdo ex me ſpiritum meum. hic gerundium regit ante ſe accuſatiuum: ergo male dicis nunquam regere accuſatiuum ante ſe. Reſpondeo, Siue Hieronymus, ſiue alius quantumuis ſanctus, ſic è Græco tranſtulit, non Latine tranſtulit,vt bene dicit Valla:quia licet Græce fuerit accuſatiuus & infinitiuum,tamen ſic non erat transferendũ:quia Græci hoc loco habent articulum τῷ;quo caremus: ideo dixiſſet interpres, Conuenientibus populis in vnum, deficiente ex me ſpiritu. vel Dum conuenirent populi in vnum, &c. Nec illud imitandum eſt, In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Lancilotus vult("dominus) pro("domine) antiquum vocatiuum eſſe,& captiuitatem regi à("conſolati):quia recte dicimus, Solor labores. Virgilius, Hoc equidem occaſum Troiæ triſtíſque ruinas Solabar,fatis contraria fata rependens. Vtcunque excuſetur,nollem imitari. Valla ſic tranſtuliſſet, Conuertente domino captiuitatem Sion,&c. Itaque non dicam, Me dolendum eſt:ſed cum Horatio, Si vis me flere,dolendum eſt primum ipſi tibi. Offenduntur piæ indoctorum aures,quotieſcunque diuus Hieronymus, aut quiſpiam alius magnæ ſanctitatis vir carpitur. Verum iniuſte offenduntur: quia ex ipſo Hieronymo probaui ſacram ſcripturam aliquando barbare eſſe tranſlatam. Annectam nunc verba Baptiſtæ Pij in cap.144. poſteriorum annotationum dicentis, Nolim afferri mihi Hieronymum &

Gerundiũ ante ſe nullũ caſum regit.

In cõuertendo dominus.

Hieronymũ & Auguſtinũ non ſemper ſatis Latinè loqui.

Auguſtinum quos religionis orthodoxæ maximos antiſtites , non Latinitatis ſemper authores ſuſpicio & veneror. Illis enim maior aliquando cura fuit, pinguiter loqui & religioſè, quàm nitide & irreligioſe . Quin & Hieronymus, nedum Auguſtinus, identidem ſciens prudénſque barbariſſat. In ſacris dicitur,Quum tempus Elizabeth pariendi completum eſſet:excuſatur:quia(Elizabeth)genitiuus regitur à(tempus).

POST ETIAM ſequitur ſua participãs,&c.Omne participium regit poſt ſe caſum verbi ſui.vt ſicut dicimus, Amo deum: ita Amans & amaturus deum. vt Amor à deo : ita Amatus & amandus à deo. ſic Seruiens deo,Vapulans à magiſtro, &c. Oſculans te, non à te.quia à communibus participia in ans,& in ens, & in rus ſolum actiuè ſignificãt.In dus ſolum paſſiue. In tus vtroque modo,de qua re ſunt verſiculi,

Verbum commune quanuis agat & patiatur,
Sola per ans,ens,rus:tamen actio ſignificatur.
Dus ſolum patitur.ſed præteritum dat vtrunque.

Quæ eſt ratio cur Infinita,gerundia,ſupina,participia regant caſus verborum,à quibus deſcendunt? Quia eſt nobis regula,

NAM REGIMEN FIT idem,&c. Vbi ſignificatio eſt eadem,regimen erit idem:vt Amo regit accuſatiuum:ergo etiam Ardeo,pro(vehementer amo)regit accuſatiuum:vt Ardeo Chriſtum. Virgil. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Sic Rideo te,pro Derideo. Idem,Nec vox hominem ſonat . id eſt ſono indicat. Oles ceruiſiam . id eſt odore repræſentas : ſic vbicunque neutum pro actiuo capitur:vt Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Obuiam tibi,ſimiliter illi:vt Obuius,ſimilis. Doctior pilæ,vt Doctus,&c. Declarabuntur omnia proliхè. Poterit præceptor accedere ad ſecundã regulam, & quæ ſequuntur,pueros particulatim edocere per diſputationes intra compluſculos dies.

INFINITIVI CONSTRVCTIO,

QVOT MODIS capitur infinitiuus? Septem. Primò in propria natura:vt Virtuti ſtudere Chriſtianum oportet. Volo legere. Secundò pro indicatiuo. Terẽt. -inuidere mihi omnes: Mordere clanculum:ego non floccipendere.id eſt inuidebant,floccipendebam. In quotidiano ſermone & in epiſtolis raro ita loquemur. Tertiò loco nominis:vt Furari vetitum eſt. id eſt furtum. Tædet me viuere. id eſt vitæ. Dominus dedit mihi ſapere. id eſt ſapientiam . Opus eſt ſacerdoti peccata cognoſcere. id eſt peccatorum cognitione. Quartò capitur pro gerundio in di:vt Tẽpus eſt cantare:eamus. id eſt cantandi. In Euang. Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere & dimittere te? id eſt crucifigendi & dimittendi te. Virgilius AEneid. 2, Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. id eſt cognoſcendi & per gerundium hic rectius loqueremur, teſte Seruio, cui ſuffragatur Valla. Ne ergo ſic frequenter vtaris infinitiuo, niſi accuſatiuus præcedat. Virg. Et iam tempus equûm ſumantia ſoluere colla. Certus ire, id eſt eundi, optime dixeris. Quintò capitur pro gerũdio in dum:vt Paratus cantare. id eſt ad cantandũ. & cum verbo Græcanicè, quod vitandum eſt. Vt in ſacris, Sedit populus manducare, & ſurrexerunt ludere. id eſt ad manducandum, ad ludendum. Docti ſic non loquuntur: quia inepte dicitur Sto cantare, ſedeo legere, &c. Sextò pro ſupino in um, vel gerundio in dum:vt Vado piſcari. id eſt piſcatum. In Euangelio, Vado parare vobis locũ. Dum irent emere. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Latiniſſimi ſic nunquam loquuntur, nec tu ita loquêris. Hieronymus infinitiuum poſuit:quia Græce erat infinitiuus: ſed cum articulo quo nos caremus. Certe fidi interpretis eſt non ſemper verbum verbo reddere:multa aliter Græce dicuntur, quàm Latine dici poſſent, vt ſæpe antè dixi. Septimò pro participio, vt quidam volunt. Virgil. Phyllida amo ante alias, nam me diſcedere fleuit. id eſt me diſcedente fleuit.

Infinitiuus quib9 verbis iungitur. Habeo. Molior.

INFINITIVVS quibus verbis datur? His & ſimilibus & contrariis, Volo, cupio, opto, habeo, debeo, molior, iubeo, audeo, poſſum, nitor, tento, dignor, ſcio, moneo, incipio, tædet, piget, mereor, propero, gaudeo, delectat, pœnitet, vrgeo, paro, diſco, decet, licet, ſolet, &c. vt Volo ire, cupio habere, &c. Cicero, Tantum tibi habeo polliceri. Gellius, Et quid habet ſuper ea re dicere. id eſt poſſum & poteſt, teſte Aldo. elegans ſermo.

Cicero de vniuerſitate, Qui aliquod munus efficere molitur. Ibidem, Quamobrem mundum efficere moliens deus. Plin. Vt obiicere moliar Catullum cõterraneum meum. hæc affert Scodrenſis contra quoſdam, qui negarunt Molior recte infinitiuo iungi. Habeo iter Romam. id eſt ire debeo. hoc eleganter quoque dicitur, Eſt mihi iter. Cic. ad Att. Iter illud Brunduſium, de quo dubitabam, ſublatum videtur. Volo eſt verbum prohæreticum. id eſt ad animi electionem pertinens.

Infinitiuum & gerũdium aut alterutrũ poſcentia.

Multa admittunt infinitiuum, accuſatiuo intercedente:vt Iubeo te ſaluere, Iubeo te arare: non ad arandum. vt Cogito inſidiari, Timeo ædificare:non ad inſidiandum, ædificandum. At Hortor te ſtudere, & ad ſtudendum: Flagitor reſpondere, & ad reſpondendum. Sed hæc rara ſunt. Spero & ſoleo vix ab infinitiuo ſeparantur. Habeo in animo ire Romam, & aliquando eundi: & intelligitur(propoſitum): ſed raro ſic loquimur. Cicero primo de diuinatione, Haberétque in animo nauem conſcendere . Idem ad vxorem, Quum in animo haberet nauigandi. Non eſt mihi opus reſpondendi: durè & aſpere dicitur, teſte Valla : quia

reſpondere dicendum eſt. Sic Optima res eſt ſtudere,non ſtudendi: quia ſenſus eſt,Studere eſt optima res. Contrà dices,Habeo mandatum à patre conueniendi te:non conuenire te.quia Mandatum hic nomen eſt, cui rectius gerundium iungitur quàm infinitiuus. Mandatum eſt mihi à patre conuenire te: non conueniendi.quia Mandatum hic participium eſt,cui gerundium non iungitur. Rogo te venire. id eſt vt venias,aliquando poſſet dici. Virg. Iāpridem à me illos abducere Theſtylis orat. Præcipio tibi,vel te legere,&c. Infinitiuus aliquando venuſte ſubauditur:vt Scio fidibus,ſcilicet canere aut ludere. Scio Latinè,ſcilicet loqui. Rogo venias,recte dicitur:quia ſubauditur(vt). Niſi enim aliquid ſubintelligeretur,non liceret duo verba ſine medio connectere:niſi alterū eſſet infinitiui modi. Cic. Caue dubites. Terent. Pater adeſt,caue te triſtem ſentiat. Sil. Moneo ocyus vrbe faceſſas. In Euangelio,Volo, mundare,duæ orationes ſunt. vt Chriſtus leproſo roganti, Domine,ſi vis, potes me mundare: dicat, Volo.deinde imperet,Mundare.id eſt ſis mundus.vide Lucæ quintum caput.

TIMIDVS mori dicitúrne bene Latine? Etiā & eleganter quidē. Quia infinitiuus iungitur pulchre quibuſdam adiectiuis:vt Tu es dignus cædi,Paratus cantare,&c. Da talia adiectiua. Aptus,ineptus, audax,bonus,malus,celer,dignus,indignus,facilis,difficilis,doctus, indoctus,habilis,nauus,piger,potens,peritus,timidus,par,certus,paratus,& ſimilia. Da authoritatē. Virgilius,Dido certa mori. Idem, Et cantare pares,& reſpōdere parati. Gualterus,Non eſt apta legi,quæ non maturuit herba. Horatius, Audax omnia perpeti, Gens humana ruit per vetitum nefas. Stat. Ille quidem diſco bonus & contendere curſu. Horat. Celer ſequi. Virg. Et erat tum dignus amari. Lucanus, -facilis ſed vertere mentē Terror erat. Virgilius,Soli cantare periti. Horatius,Codrus pro patria non timidus mori. Sillius,Nauus abire timor. Sic in Stathio,Fortis peruertere turmas,&c. Dicimus etiam Certus eundi, vel certus ire:ſic Timens,cupiens,timidus,cupidus,doctus,certus,promptus,peritus,conſuetus,auidus,&c. cantare,aut cantandi. Pleraque capiunt gerundium in dum,cum(ad):vt Vtilis ad cantādum. Sic Bonus, commodus,malus,incommodus,&c. Quædam vtrunque capiunt: vt Paratus,aptus, idoneus ſcribere,& ad ſcribendum.

Infinitiuo quæ adiectiua iungūtur.

QVOMODO differunt Amatum ire, & Amaturum eſſe? Differunt ſic,vt bene ſenſit Valla. Nam Amatū ire,eſt oratio pręſentis tēporis,& ſignificat in via eſſe ad amādum:vt Scio te amatū ire,lectum ire,&c.id eſt Scio quòd is amatum,lectum,&c.nec poſſumus per ſupinum & ire circunloqui futurū infinitiui: quia inepte dicitur,Credimus Antichriſtum prædicatum ire contra Chriſtum.dicendum eſt Credimus Antichriſtum prædicaturum contra Chriſtum. Amaturum eſſe eſt futuri temporis.

Infinitiui verbi futurum.

Argumentor,Diomedes,Donatus,Priſcianus,cæteríque grammatici dicunt Amatū ire,lectum ire, eſſe futura infinitiui:ergo etiam ſunt futura,ab authoritate affirmatiue. Reſpōdeo,Locus ab authoritate grammaticorum,nec affirmatiue,nec negatiue valet:niſi fulciatur authoritate oratorum,poetarum,hiſtoricorum,aut aliorum ſcriptorum veterum:neque enim grammaticorum eſt quippiam in lingua Latina effingere:ſed quæ alij dixerunt,diligēter oſtendere & cuſtodire. Grāmatici enim, teſte Seneca,ſermonis Latini cuſtodes ſunt,non authores. At nullus veterū tale quid dixit, Audiui hunc amatū ire,pro Audiui quòd amabit. Siquis diſſentiat,redarguat nos veterum authoritate: ſecus nugas egerit. Non eſt igitur futurum Amatum ire. Suffragantur mihi Laurentius Valla,Curius, Lancilotus. Vnde Diomedes,Donatus,Priſcianus in hoc decepti ſunt ſimilitudine,vt opinor:quia inuenerunt in paſſiuis Amatum iri,lectum iri,&c.eſſe futura:ergo ſimiliter etiam eſſe putabāt in actiuis, quum minime ſit ſimile.nam Amatum iri,authoritate recte dici oſtenditur,pro Amādum eſſe: non ſic quimus probare Amatum ire,pro Amaturū eſſe:ergo vnum dicēdum eſt,alterū repudiandum. Cur veteres Amatum iri dixere,aut ſimilia, non amatū ire pro futuro? Neſcio profecto rationē:pro ratione ſufficit mihi eorum voluntas. Amatum iri vnde fit? Ex ſupino(amatum)& imperſonali(iri): non quòd ſignificetur iri quoquam, ſed ne ſine verbo motus ponatur ſupinum in tum: vt Audiui AEneida Virgilianā lectum iri à Fauſto. id eſt Audiui quòd à Fauſto legetur AEneis. Ne dicas per fœmineum,aut plurale Lectam iri,lectos iri,&c. Da authoritatem. Terentius,Qui poſtquā audierat non datum iri filio vxorem ſuo. Hic accuſatiuus(vxorem) regitur à fronte à(datum iri):ergo Amatum iri, eſt verum futurum huius verbi (amor): non ſolum imperſonalis verbi (amatur) contra Nebriſſenſem. Cicero in ſecundo Rhetoric. Deinde cæteros à virtutis ſtudio repulſum iri. Et ambigua viſum iri. Sic cæteri frequentiſſime.

Vtrum vt Amatum iri,ſic etiam & amaturum eſſe ſine genere & numero dicatur? Etiam apud Latiniſſimos:ſed ſine(eſſe). Cicero 5. in Verrē, Quocunque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum.ita legit Gellius,& venuſte ita loquemur,teſte Gellio,cui ſuffragantur Nebriſſenſis, Lācilotus, Aldus: nec refragor,licet non negem etiā recte dici,Spero mihi hanc rem præſidio futuram eſſe. Audiui Italos profecturos eſſe in Græciam,&c.

Amaturum ſine genere ac numero.

Da plura teſtimonia vbi Amaturum, occiſurum, dicturum, aut ſimilia ſine genere & numero dicantur. Gracchus, Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Quadrigarius ; Dum hi conciderentur hoſtium copias ibi occupatas futurum. Idem,Speremus deos bonis benefacturum. Valerius Antias, Aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum. Plautus in Caſina, de puella loquens , Etiámne habet Caſina gladium? Habet,ſed duos, quibus altero te occiſurum ait, altero villicum. Laberius

Futurum in rū ſine genere & numero

in gemellis, Non putauit hoc eam facturum. hæc ex Gellio lib. 1. cap. 7. Frequẽtius nunc dicimus, Audiui Annam ituram eſſe Romã: Gallos pugnaturos eſſe in Britannos, &c. quàm Annam iturum, Gallos pugnaturum, vt docet Valla.

Exulatum iri male dicitur.

Quomodo dicẽdum eſt, Aiunt Petrum exulatum ire, an exulatum iri: pro eo quod eſt, Aiunt quòd Petrus exulabit? Neutrum recte dici opinor: licet Pogius exulatum iri dixerit. Valla autem Exulatum ire. ſed dicam, Aiunt Petrum exulaturum. Sic Vapulaturum. Iuſtinus, Illæ quaſi in perpetuum cum viris exulaturæ.

GERVNDIORVM NATVRA ET CONSTRVCTIO.

Gerũdia verba ſunt.

Supina verba

GERVNDIVM quid eſt? Verbum in di, do, dum, cum ſignificatione verbi ſui conſtructionem agentis gerens: vt Amandi, amando, amandum. Vnde dicitur gerundium? A gerendo: quia verbi conſtructionem gerit.

Gerũdium quæ pars orationis eſt? Verbum, teſtibus Probo, Diomede, Donato, cæteriſque antiquis: Sic ſupina, teſte Quintiliano, & recte profecto: quia gerundia in o, vt cætera verba corripiunt vltimam. Iuuen. Plurimus hic æger moritur, vigilando ſed illum. Et ille, Vt vitæ dubius varios renouando dolores. Plurima teſtimonia in Verſificatoria noſtra reperies. Lancilotus parui facit hanc probationem: quia multæ ſyllabæ ſunt ancipites: ſed nugatur: quia licet multæ ſyllabæ ſunt communes, non tamen vlla nomina, pronomina, aut participia ablatiui caſus in o. Præterea gerũdia regunt caſus verborum: quod in nominibus non inuenies: niſi figuratè aut apud vetuſtiſſimos: vt Populabũdus agros. Quid tibi me tactio eſt, &c? Priſcianus (cui ſuffragantur Lancilotus & Mãcinellus, pluréſq;) nomina eſſe vult gerundia. ille ſuam habeat opinionem: nos pro viribus noſtram tutabimur. Seruius opinioni noſtræ concinit, quia in Donatum dicit gerundium eſſe modum verbi: ego etiam verbum. Supina omnino verba ſunt, qui caſus nullo modo habẽt: contra Sulpitium, qui male credidit ſupinum in um eſſe accuſatiui caſus, in u vero ablatiui. Nebriſſenſis dixit gerundium & ſupinum eſſe duas orationis partes, ab alijs octo diſtinctas. Valla ſenſit gerundia poſſe dici participia præſentis temporis: quia per verbũ præſentis temporis fere declarantur tam gerundia quàm gerundiua: vt Iuſiurandum, &c.

OBIECTIONES IVCVNDAE.

ARGVMENTOR, Verba omnia ſignificant ſine caſu, ſed gerundia ſunt alicuius caſus, di genitiui: do, ablatiui: dum, nominatiui vel accuſatiui: ergo gerundia non ſunt verba. Reſpondeo, Quũ Donatus dicit, Verbum eſt pars orationis ſine caſu, intelligendum eſt ſine caſu cui genus accidit: iam gerundia ſunt ſine caſu cui genus accidit: quia nullius generis ſunt: vt genus in nomine capitur: & ita diffinitio verbi gerũdijs bene cõuenit: nullo autem modo nomina ſunt: quia nec adiectiua, nec ſubſtãtiua, nec genus recipiunt, &c. ſed verba ſunt: vt ex Boetio probat Ferettus, dicens nullius eſſe caſus, niſi voce tantum: quia cum dico, Ad amandum, (ad) inquit, aduerbiaſcit pro (vt): quia ſenſus eſt, Sedeo ad legendum. id eſt vt legam. Secundò argumentor, Omne verbum eſt alicuius perſonæ, vt patet ex diffinitione Donati: ſimiliter alicuius numeri, modi, tẽporis, &c. Sed hæc omnia deſunt gerundijs & ſupinis. Nõ ſunt igitur gerundia & ſupina verba. Reſpõdeo, Licet gerundia & ſupina determinatè & per ſe non ſunt alicuius perſonæ, numeri, temporis, modi, &c. tamen ſunt alicuius perſonæ, numeri, modi indeterminate vel ex adiuncto: vt ſi Amandi per ſe efferas, determinatam perſonam non dabis. At ſi dicas, Occaſio amandi te fuit mihi virtus tua. Iam (amandi) manifeſte primæ perſonæ eſt, ſingularis numeri, præteriti imperfecti temporis, cõiunctiui modi. Cur ita? Quia per tale verbum declaratur: ſic, Occaſio, vt te amarem, fuit mihi virtus tua. Ita dic in ſimilibus de perſona & numero. Similiter reſpondetur in verbis imperſonalibus, & in verbis infinitiui modi. Tertiò argumentor, Gerundia habent genera & caſus in vtroque numero: vt Venio cauſa legendi libri: audiendæ hiſtoriæ: ad ſalutãdos fratres, &c. teſte Valla: ergo male negaſti gerundia genera habere. Reſpondeo, Valla large capit gerundia pro gerundijs & gerundiuis: nos ſolum de veris gerundijs loquimur, verbi conſtructionem retinentibus.

Gerundium eſt quod in di, do, dum deſinens, verbi conſtructionem gerit. Gerũdiuum eſt adiectiuum nomen ex gerundio ductum: vt Legendus, legenda, legendum: quod eodem modo declaratur vt gerundium. veluti, Venio cauſa audiendæ hiſtoriæ. id eſt vt audiam hiſtoriam. Cur dicis, declaratur vt gerundiũ? Quia ſi aliter declararetur, non eſſet gerundium: vt Honorandus: id eſt dignus honorari. hoc per magis comparatur: vt magis honorandus. gerundium ne per magis quidem comparare poſſumus. Itaque Donatus, Sulpitius, alij́que dicentes gerundium ſolum tres terminationes habere di, do, dum, ſeparant gerundium à gerundiuo. Valla, Perottus, cæteríque dicentes gerundia numeros & genera & omnes caſus habere, generali vocabulo gerundij comprehendunt gerundiuum. Hæc autem diuiſio gerundiorum quoddam gerundium eſt, quoddam gerundiuum fit per regulam topicam. Si alteri ſpeciei nomen deſit, generis nomen capito: vt rerum quædam corpora ſunt, alia non corpora: non corpora autem res dicuntur, quia aliud nomen eis deeſt: niſi ſic eſſet, inepte diceret Donatus, Nomen eſt pars orationis, corpus aut rem, &c. idem vſu venit in proprio, in vſucapione, &c.

Quomodo differunt participia in dus à gerundiuis? Participia in dus ſunt futuri temporis: & per relatiuum declarantur & verbum futuri temporis: vt Vidi latronem cras decollandum. id eſt

qui cras decollabitur. Gerundium & gerundiuum determinatè nullius temporis eſt, nec declaratur per relatiuum, ſed per(vt): veluti Sedeo ad cœnandum. id eſt vt cœnem. Tui liberandi cauſa multa patior. id eſt vt te liberem. vel per Dum, &c. vt In legendo librum, aut In legẽdis libris tempus conſumo. id eſt dum lego libros. Si participium eſſet, ſenſus foret, Tempus conſumo in legendis libris. id eſt in libris qui legẽtur. quod rectè dixerit librorum compactor, aut bibliopola: licet nullum librum legat. Valla dicit, quod diximus planè, paulo obſcurius, Gerundia ſignificãt rei adminiſtrationem ſine tempore: participia tempus ſine rei adminiſtratione, &c. Da exempla de gerundiuis: vt Tenet me occupatio iuris dicendi. at participium eſt, Tenet me cura dotis numerandæ. id eſt quæ numerabitur.

GERVNDIORVM caſus quot ſunt? Quatuor, Nominatiuus in um, vt Petendum: genitiuus in di, vt Petendi. accuſatiuus in dum, vt Petendum: ablatiuus in do, vt Petendo. Calepinus addit datiuum in o: vt Aptus docendo hiſtoriam, ipſe ſibi ſopnia fingit. Crederem Calepino ſi è veterum aliquo tale exemplum erueret. Virgilius, Pacémque ab rege petendum. hic Petendum gerundium eſt, teſte Seruio, nominatiui caſus. Valla vult eſſe participium aut nomen neutrum, rectè: neque enim participium eſt: quia omne participium in dus, da, dum, eſt futuri tẽporis paſſiuæ ſignificationis: quod de Petendũ dici non poteſt. Nec nomen eſt: quia nullius generis eſt, & verbi caſum citra figuram regit. Quomodo declaratur gerũdium nominatiui caſus? Per Oportet, vel Opus eſt. Da exemplũ. Iuuen. Viuendum eſt rectè quum propter plurima, tũ de his Præcipue cauſis. id eſt oportet vt viuatur, vel oportet viuere rectè, &c. Plin. 2, Græcis vtendum erit vocabulis. id eſt opus erit vti Græcis vocabulis. Viuendus, viuenda, viuendum, non dicitur: ideo viuendum, teſte Lanciloto, gerundium eſt.

Petendum pacem.

Gerundium nominatiui caſus.

AN GERVNDIVM nominatiui caſus regat accuſatiuum poſt ſe: vt Legendum eſt pſalmos? Ita: ſed venuſtius & vſitatius paſſiuè loquimur: vt Legendi ſunt pſalmi. id eſt legi debent pſalmi. Aldus ait optime dici Legendũ pſalmos eſt, &c. Nec dicit inuſitatum eſſe, nec inuenuſtum. Priſcianus ait rectè dici, Legẽdum eſt, erit, fuit poetã, orationem, carmen. Da authoritatem. Lucret. Externas quoniam pœnas in morte timendum. venuſte ſubauditur(eſt). Virgil. Pacémque Troiano ab rege petendum.

Pſalmos eſt legendum.

Per gerundiuũ diceremus, Petẽda eſt pax. Seruius ait, Participialiter dicemus, Petendus eſt codex. id eſt per nomen participio non abſimile. Per gerundium teſte eodem, dicimus, Petendum eſt equum, codicem, &c. Ait hæc Seruius in illud 10. AEneid. Cui Iuno illachrymans, quid ſi quæ voce grauaris, Mente dares. Nebriſſenſis multis modis nititur euadere, ne concedat gerundiũ nominatiui caſus eſſe, tandem in ſententiam noſtram labitur, dicens, Quid ſi potius contra omnes grammaticos antiquos & iuniores, dixerimus gerundiũ ſubſtantiuum etiam in genitiuo reperiri? Da plura teſtimonia. Varro lib. 3, Colligendum eas in vas aliquod. Et lib. 2, Frenos ſuſpendendum. Et lib. 3, Singulis vbi pariunt, faciendum haras quadratas. Et alibi, Faciendum ſæpta ſecreta ab alijs. Idem, In fœtura dandum potius hordeaceos panes quàm triticeos. venuſte ſubauditur Eſt. Hæc collegit diligenter Lancilotus, Columella, vt notauit Aldus. Vt poeticis numeris explerem Georgici carminis omiſſas partes, quas poſt ſe memorandum reliquit, hic accuſatiuus eſt: nec tamen minus notanda oratio, quàm ſi gerundium nominatiui caſus eſſet. vt apud Gellium libro 2. cap. 7, Omnia eſſe quæ pater iuſſerit parendum. Ibidem, Media ſententia optima atque tutiſſima viſa eſt. Quædam eſſe parendum, quædam non obſequendum. Sed ad nominatiuũ redeo. Cic. lib. 14. ad Attic. Iterandũ eadem iſta mihi. ſubauditur(eſt): hoc ego notaui. ſic tam aliorum quàm Badij diligẽtia impreſſi libri habent: eſt autem principium epiſtolæ vndecimæ. Macrob. lib. Satur. 3. cap. 7, Mirandum eſt huius poetæ & circa noſtra, & circa externa ſacra, doctrinã. Ferettus negat accuſatiuos hos cum gerundijs locandos eſſe: vellem dixiſſet ad quid referẽdi ſunt. Ferettus, ni fallor, dat ſine mente ſonum. De alijs caſibus nemini dubium, quin gerundium nominatiui caſus regat eos, quos verbum eius. Ouidius, Vtendum eſt ætate: cito pede labitur ætas. Seruiendum eſt deo, ſi vis ſaluus eſſe. Iam de reliquis caſibus dicendum eſt.

GERVNDIA in di quot modis capiuntur? Duobus. Actiue & paſſiue. Actiue ſæpiſſime: vt Cauſa diſcendi iſtuc venio. id eſt vt diſcam. Paſſiue valde raro: vt Miſi filium Coloniam erudiendi cauſa. id eſt vt erudiretur. & licet Valla reprehendat, Vrbs eſt in periculo capiẽdi. id eſt vt capiatur. Da authoritatẽ. Iuſtinus vel Trogus lib. 17, Athenas erudiendi gratia miſſus, quanto doctior maioribus ſuis, tanto & gratior populo fuit. id eſt vt erudiretur. Idem lib. 1, Quod ad te nõ tam cognoſcẽdi, quàm emendandi cauſa tranſmiſi. hoc poſſet actiue declarari: Non tam vt cognoſceres, quàm vt emendares.

Gerũdia in di

Gerundium in di non inuenuſte habebit interim genitiuum pro accuſatiuo, præſertim in plurali: licet Valla neget vitio carere: vt Cõpoſui hunc librum inſtituendi pueros gratia. Sic grãmaticus diceret, Orator etiã, inſtituendi puerorum gratia. Plinius, Quum illorum videndi gratia me in forum contuliſſem. Liuius 21, Non vereor nequis me hoc veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet ipſum, aliter animo affectum eſſe. Plautus, Nominandi iſtorum tibi erit magis quàm edundi copia hic apud me. Terentius in proſogo Heaut. Date creſcendi copiam nouarum. Cicero in libro de diuinat. Dolebas tantum Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. pro irridẽdi ſe. & capitur actiue Irridendi, non paſſiue, contra quendam. Suet. in Auguſt. Exacta iocandi licentia diripiendíque pomorum & obſoniorum rerúmque miſſilium. ſimilis locutio eſt illi Plautinæ nominandi iſtorum, vt notauerunt Beroaldus & Sabellicus. Cæſar libro 7. de bello Gallico, Vſque eo, vt qui ſub valle tenderent

Irridendi ſui.

mercatores,recipiendi ſui non haberent poteſtatem. Taliter etiam antè locutum inuenies. Hirtius de bello Gallico,Bellouaci tale conſilium ſui recipiendi ceperunt. Et paulo pòſt,Romani equorum inſidias veriti,liberam facultatem ſui recipiendi Bellouacis dederunt.

Quibus iunguntur gerundia in di. Nominibus ſubſtantiuis:vt Amor habendi,cauſa pereundi,occaſio dicendi,tempus tacendi,locus vleiſcendi. Sic ratio,gratia,opportunitas,copia,poteſtas,ars,mos conſuetudo,venia,voluntas,deſyderium,cupido,libido,auiditas, licentia,libertas, &c. Licentia ferè in malum capitur. Terent. Deteriores omnes ſumus licentia. Quintilianus, Quæ in alijs libertas,in alijs licentia vocatur. Cicero in Offic. Vt pueris non omnem licentiam ludendi damus,ſed eam quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena. hîc etiam in bonum capitur. libentius tamen dicamus,Scholaſtici habent commeatum aut ludendi copiam,quàm licentiam. Subſtantiuum aliquando intelligitur. Salluſt. Patrandi belli cognouit. ſubauditur,cauſam. In ſacris,Qui habet aures audiendi. inſolens ſermo eſt, teſte Valla. Gerundium in di etiam nonnullis adiectiuis datur. Virgilius, AEneas celſa in puppi iam certus eundi.

Licentia.

Eundi.

Eſſendi.

Eſſendi,do,dum,Valla barbara eſſe dicit: quia male dicitur,Studeo cauſa eſſendi preſbyter,&c. Cicero tamen eſſendi dixit: niſi Gellius mendoſus ſit libro 18.cap. 7.vbi de hoc nomine(concio)agit, dicit Tullium dixiſſe in oratione contra concionem Q. Metelli,Eſſendi in concione concurſus eſt populi factus. ſenſus eſt,Concurſus populi eſſendi in concione factus eſt. id eſt vt eſſet in concione.

Gerundia in dum.

Gerundia in dum ſæpiſſime actiue ſignificant,aut neutraliter:vt Inter legendum hoc notaui.id eſt dum legi. Paſſiue rarò ſignificant:vt Perſij carmen ad intelligendum eſt difficile. In Geneſi,Animalia ſuauia ad veſcendū. Salluſtius in Iug. Pauca ſuprà repetam,quoad cognoſcendū omnia illuſtria magis magiſque in aperto ſint. Idem,Quū ad imperandū vocaretur. id eſt vt ipſi imperaretur. Sæpe ponitur in dum gerundiū cū Ad,ob,propter,& aliquando cū ante:ſed fere ſine regimine. Virg. —ante domandū Ingentes tollent animos. Cū(in)diceremus,Vado in capiēdum aues:ſed raro ita legitur. Elegantiſſime tamen cū(inter)ponitur: & exponitur per(dū). Virgil. —inter agendū Occurſare capro(cornu ferit ille)caueto. id eſt dum ages. Inter cœnandū audiui fabulā. Inter eundū ortus eſt de te ſermo,&c.

Gerundia in do.

Gerūdia in do ablatiui caſus ſunt,aliquando actiue ſignificant:vt Diſcendo proficio. Virgilius AEneidos 2,Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomē Palamedis,& inclyta fama. id eſt dum aliquid fatus es cum alijs,& fabulando cum alijs:& ita dum dictum eſt aliquid. Ouid. Fando aliquem Hippolytum,&c. Hos occidendo,illos accuſando,totam ciuitatem labefactaſti. Significat etiam paſſiue:vt Memoria excolendo augetur. Frigidus in pratis cantādo rūpitur anguis. Iungitur præpoſitio:vt In tribuendo ſuū cuique. De componendo epiſtolas hæc dicta ſunt. Cic.7.ad Att. Tu quid cogites,de transeūdo in Epeirum,ſcire ſane velim. Amicitia ab amando dicitur. Vaco à ſcribendo. Ex defendēdo quàm accuſando vberior gloria cōparatur. Quint. Ratio recte ſcribendi iūcta cū loquēdo eſt.

Soluendo.

Soluendo non ſum,id eſt non ſum ſufficiens ad ſoluendum:dubitari poteſt,inquit Valla,datiuúſne ſit,an ablatiuus,iūgimus ei datiuum. Quintilianus,Pauperi ſoluendo non ſumus. aliquando iungitur genitiuus. Idem,Maximi tamen virorum,& quibus artis ſuæ ſoluendo nō ſit humanitas. Nebriſſenſis vult ſoluendo datiuum eſſe: vt nubendo in Apuleio,Quumprimum charitate nubendo maturuiſſet. Et in Oratore Tullij inficiando, Quum eſt inficiando accuſatori reus,duo primo ſunt. Vtcunque eſt, gerundia datiui caſus rariſſime inuenies,præſertim cum verbi regimine.

GERVNDIVA NOMINA.

Gerūdiua elegātiora ſūt gerundijs.

ORNATIVS per gerundiua loquimur,quàm per gerundia: vt elegantius dicitur,Cauſa habendæ pecuniæ tibi famulor:quàm cauſa habendi pecuniā. Da gerundiua nominatiui caſus aut vocatiui. Rara ſunt. Virgilius,Voluenda dies en attulit vltro. id eſt dies quæ voluitur,non quæ voluetur. Sic vocatiuo exemplum foret tale,Voluēdi dies omnia conſumitis. Quæ eſt gerundiuorum regula? Quoties habueris gerundij orationem,mutabis eleganter in gerundiuum eiuſdem caſus, & caſum gerundij in eundem caſum,eius ſeruando genus & numerum:vt Venio cauſa vidēdi matrem. Venio cauſa videndæ matris. Ouidius,Sit modo placandæ copia parua tui. Cicero,L. Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contuliſſe. Sū tui videndi cupidus. Terētius,Id faciebat eius redimendi cauſa. Virg. Tantus amor florū & generandi gloria mellis. Sic venuſtius loquimur,quàm,Sit copia te placādi,&c.

De datiuo. Vaco agro colendo,vineæ paſtinandæ,nemori ſuccidendo,&c. venuſtius eſt,quàm Vaco in colendo agrum,&c. Male autem dicitur,teſte Valla,Do operam colendo agrum:quia gerundium datiui caſus nullum eſt,niſi forſan ſoluendo & nubendo:ſed bene gerundiuum.

De accuſatiuo. Veni ad ſalutandos fratres: ad ſalutandam matrem,&c. venuſtius eſt,quàm Ad ſalutandum fratres,&c. Gerundiua accuſatiui caſus pulchre ponūtur cum verbis Loco,conduco,mando, curo,habeo, pro debeo:& ſiqua ſunt ſimilia:vt Locaui faciēdam ſepulturam. Conduxi columnā faciēdam. Mandaui furem capiendū. Curaui lapides iaciendos. Curaui literas mittendas. quod ruſtici dicūt, Feci mittere literas. Habeo Petrum conſolandū. omnium teſtimonia è doctis affert doctiſſimus Valla.

De ablatiuo. Laboraui in colendo agro,in conficienda epiſtola. Sine præpoſitione magis plurali vtimur. Cicero,Orationem autem Latinam profecto legendis noſtris efficies pleniorem. venuſte dixit,pro legendo noſtra. Cauendum, inquit Valla, ne verbum ſignificet motum de loco : quia non dicitur,

Venio ab arando agrum, vel ab agro arando: ſed ab aratione agri, &c. Eſtne vbi per gerundiuũ non recte loquimur? Etiam, teſte Valla: vt quoties oportet per relatiuum loqui. veluti, Hic dies attulit initium dicendi quæ vellem, non autem, dicendorum quæ vellem. Cicero, Equidem efferor ſtudio patres veſtros (quos colui & dilexi) videndi. Nam durum fuerat futurum, Studio videndorum patrum veſtrorum quos colui & dilexi.

SVPINVM.

SVPINVM vnde dicitur? A ſupinus, ſupina, ſupinum. id eſt iacens ventre & facie cælum verſus: vt enim talis videt ſupra ſe cælum, &c. ita ſupinũ quod in verbi cõiugatione eſt vltimum, videt ſupra ſe totam coniugationem. Et ſi dicas, participium rectius ſupinum diceretur: quia poſt ſupinum poſitur. — *Supinum.*

Reſpondeo, Participiũ non ponitur tanquam pars coniugationis, quum ipſum nõn ſit verbum: ſed ſupinum eſt verbũ & cõiugationis vltimum. Lancilotus vult dici quaſi ſub inum: quia ſine tẽporibus ſupina ex verbo ſubeũt ad participia, vel quaſi ſupereũtia. Ferettus dicit ſupina quaſi ſuprema, & in calce verborum ab inuentoribus clariſſimis deducta: vel quia vident ſupra ſe totam verbi cõiugationem.

Supinum quid eſt? Verbum in um, vel in u, ſine caſu: & determinatè ſine numeris & perſonis. Terminationes duæ ſunt, um & u: vt Lectum, lectu. — *Supinum in um.*

Supinum in um conſtruitur cum verbo aut participio motus ſaltem latentis: vt Eo cantatũ. id eſt ad cantandum. Eo factum: vt Factum iri audio illi iniuriã. id eſt intelligo operam dari ad faciendã illi contumeliã, vt fiat iniuria. Cato dixit; Factum itur iniuria mihi. De qua oratione diſputat Gellius. Exemplum de motu latente. Horat. Spectatũ admiſſi riſum teneatis amici. Do filiã nuptũ, Conductus ſum cantatum, lectum, &c. ad cantandum, &c. Plaut. in Aulul. Heu ſenex pro vapulando hercle ego abs te mercedẽ petam: Coctum ego non vapulatum dudum conductus ſum. Supinum in um ſignificat idem quod gerundium in dum cum ad: ſed in hoc differentia eſt, quòd gerundium etiam ſine verbo motus conſtruitur: vt Sedeo ad manducandum. Supinũ verò minime: quia male dicitur, Mane ſeſſum: ſedeo cantatum. Exceptio videtur in verbis imperſonalibus: vt Seſſum eſt vel fuit. nam ſupinum hîc ſeſſum eſt, teſte Diomede. Scribito autẽ vnam dictionem Amatum eſt, vel amatum fuit: ne videatur eſſe oratio. Do venum, etiam motus latens eſt. Supina in um actiue aut neutraliter ſignificant omnia præter ea quæ à neutris paſſiuis ſunt, vt Exulatum, vapulatum, &c.

Quæ in u deſinunt, omnia paſſiue ſignificant, vbicunque adiectiuis adhærent: vt Rarum inuentu. Miſerabile viſu. Dignum auditu, &c. id eſt vt inueniatur, videatur, audiatur, &c. Magna eſt differentia inter nomina Viſu, cultu, ornatu, &c. & ſupina Viſu, cultu, &c. quia nomina reguntur, & actionem ſignificant. Supinum in u nunquam regitur: vt Dulce in ſenſu meo. nomen eſt, &c. Diomedes putat ſupinum in u etiam actiue ſignificare: vt Lectu proficit. id eſt dum legit. vellem adduxiſſet aliquã veterum authoritatem: ſed nulla eſt vt opinor. Ideo puto inepte dici, Iſte lectu proficit: niſi lectu ſit nomen, pro (lectione). dicam ergo, Legendo proficit. Nec recte dicitur, Quid eſt hoc dictu? pro Quid eſt dicere. aut Quid hoc ſibi vult, &c? Si aliter vel Lãcilotus vel Capidurus loquatur, non imitaberis: quia veterum authoritate caret. Sunt qui putent recte dici Lectu venio, vbi Lectu actiue ſignificat. ideo dixi vbicunque adiectiuis adhærent. — *Supinũ in ũ. Lectu ꝓficit?*

An Latinè dicitur, Lectu venio? Etiam. Quia ſupinum in u, conſtruitur aliquando cum verbo motus de loco, teſtibus Priſciano, Aldo Manutio, & Lanciloto contra Vallam. Priſcianus libro ſeptimo, Venio venatu, ſupinum eſt, inquit: Libentius tamen per nomina loquar, veluti Ab aratione, à lectione venio, quàm Aratu venio, &c. Plaut. in Menæch. Obſonatu redeo. Stathius primo Achil. — *Lectu venio?*

Et tunc venatu rediturum in limine primo Operiens. Cato in re ruſtica, Primus cubitu reſurgat, poſtremus cubitum eat. Nebriſſenſis vult hîc (cubitu) pro (cubatione) nomen eſſe: vt Venatu pro Venatione, &c. Et certe ego mallem per nomina loqui, ꝙ per ſupina. Priſcianus ait recte dici, Miſertum tui venio. Miſertu tui doleo. Nocitum tibi propero. Nocitu tibi gaudeo. vt ſupina ſint, pro in nocẽdo, &c. Errat in hoc proculdubio Priſcianus: quia in u ſupina apud Latinorum neminem talem conſtructionem habent. elegantiſſime conſtruuntur ſine vllo regimine cum adiectiuis. Terentius in Hecyra, Sum extra noxam: ſed non eſt facile purgatu. Apuleius ſecundo Metamorph. Facilis haūritu. pro (hauſtu). Ouidius, Turpe quidem dictu: ſed ſi modo vera fatemur,

Vulgus amicitias vtilitate probat. Virgil. Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli. Cicero, Non facile eſt dictu, quantopere conciliet animos comitas affabilitáſque ſermonis. Salluſtius, Optimum factu ratus fortunam bello tentare. Idem, Quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo ſuſcipit. Sic Nefas dictu: quia pro adiectiuo capitur. & loquitur ita Valla 2. ad Corinthios. Plinius, Acipẽſer piſcis rarus inuentu. Dignus cultu, ambiguus ſermo eſt: quia tam nomen quàm ſupinum eſſe poteſt. Sic Gubernatu, viſu, ornatu, &c.

PARTICIPIA.

PARTICIPIIS figuram Cariſius non dat, nec formam: quia vtranque perpetuo talem habent, qualem verbum. Species participio non datur: quia accidens datur cum variatur. omne autem participium eſt deriuatiuæ ſpeciei. Donatus figurã dat propter pueros, quibus non omnia ſubtiliter tradenda ſunt. hæc ex Lanciloto.

Participium quare inuentū.

Quare inuentū eſt participiū? Breuitatis & elegantiæ gratia: quia breuius & elegantius dicimus, Mulieres ornāt ſe, ne videntes eas derideant: q̃ mulieres ornant ſe, ne qui videant eas derideant. Valla putat hic neceſſitatis cauſa participiū poni: quia ridiculus eſſet ſermo, Mulieres ornant ſe ne homines videāt eas, & ne derideāt eas. Neque enim ideo ſe ornāt, ne videantur: quia cupiūt videri. Sed non eſt ita: quia non debet ea oratio ſic declarari: ſed vt ego expoſui. Suffragatur opinioni meæ doctiſſimus Aldus.

Participiorū deſinentiæ.

Participiorum deſinentiæ ſunt Ans, ens, præſentis temporis: Tus, ſus, xus, præteriti temporis. ſic uus in vnico mortuus: quod diuus Auguſtinus nomen eſſe dicit. Rus & dus, futuri temporis. Studiturus non dicitur: quia ſtuditum Diomedes negat inueniri. Fruens Cicero dixit. Sibila pro ſibilantia participium eſt, teſte Seruio: id eſt nomen fūgens officio participij. Virgil. Sibila lābebant linguis vibrantibus ora. Sic fata quæ dij loquūtur. Idem ſecundo AEneidos, Et ſi fata deûm, ſi mens non læua fuiſſet. Stathius, Et vocem fata loquuntur.

Participia præſentis tēporis actiue aut neutraliter ſignificant, niſi exulans, &c. & ſiquādo poetæ Græcos imitantur. Virgil. Voluentia plauſtra. id eſt quæ voluuntur. Apud Latinos paſſiua præſentis temporis participijs carent: vt actiua præteritis: niſi prandeo, pranſus ſum, & pauca alia. propter hæc aliquando præſentibus pro præteritis vtimur. Cicero in Bruto, Quum è Sicilia decedens Rhodum veniſſem. A Proficiſcor non proficiſcens hoc loco dixiſſet: ſed Profectus: vt 3. Offic. Si exempli cauſa vir bonus Alexandria profectus, magnum frumenti numerum Rhodum aduexerit. hæc Valla.

Participiorū reſolutio.

Quomodo reſoluitur participium? In relatiuum & verbū: vt Iuueni diligenter ſtudenti faueo. id eſt qui ſtudet. Ouid. Vēturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ. id eſt quæ veniet. Virg. Poſt aliquod mea regna vidēs mirabor ariſtas. id eſt qui videbo. & (vt dixi) pulchrior ſermo eſt per participiū: vt Bonus vir vitia fugiens, virtuti ſtudendo cælum lucratur. Vbi (ens) eſſet, nec per ipſum, nec per relatiuum loquar: ſed vtrumuis lepidius ſubaudiam. vt Virum liberalē laudant omnes: non virum entem liberalem, nec virum qui eſt liberalis, &c. licet ita ſit in vernacula lingua. Reſoluitur ſecundò participium in Si, dum, vel quia: vt Sole lucente dies eſt. id eſt dum ſol lucet, dies eſt. De hoc in fine regiminis ablatiui. Item, Te virgis cæſum dabo in caueam. Apprehenſum capillis, humi ſternens, in luto volutauit.

Participio quando vti non licet.

Vbi participio vti non licet? Quum in nominatiuo eſſe relatiuū non poteſt: vt Ego quo tu gaudes, ſum pauperior Codro. Grammatice, quam doctus fuiſti à me, erit tibi honori. Petrus, cui inſeruiui, eſt ingratus. Similiter non vteris participio, ſicubi nullū reperiatur: vt Petrus qui poſcitur à me veniam, inexorabilis mihi videtur.

Participiorū formatio.

ᴺˢ, fit bam, vel bar, in ɴ s verſa: præter iens & quiens. Præteritum à ſupino adiecta s, vt Lectu, lectus. Addita rus fit futurū: vt Lectu, lecturus. vel à priore ſupino dempta ᴍ, & adiecta rus. Dus fit à genitiuo præſentis, verſa tis in dus: vt Amantis, amandus. In tertia & quarta undus, pro endus veteres dixere: vt Diuidundus, gerundus, faciundus, herciſcundus, experiundus, &c.

Participia cōmunia.

Cœnatus, pranſus, potus, auſus, actiuè, & interim paſſiue capiūtur: vt Homo pranſus, potus, &c. Holus pranſum. Aqua pota, &c. Horatius actiue dixit, Ne pranſæ lamiæ viuum puerum extrahat aluo. Lamiæ dicuntur pueros comeſſe.

Participia præteriti à neutris.

E neutris leguntur nonnunquam participia præteriti temporis: vt Euaſus, diſceſſus, occaſus, obitus, interitus, ſenectus, decretus, excretus, exoletus. id eſt qui euaſit, &c. Liuius 22, Exercitum, inquit, cæſum, ſeque euaſum eſſe. Cæcilius, Cuſtodibus diſceſſis multi interficerentur. Lucilius, quæ horis ſublata duabus Omnia ſunt ſole occaſo. Liuius Andro. Cupidus miſero obito. Quadrigarius, Acriter commiſſa pugna multis interitis. Salluſtius, Omnibus quibus ſenecto corpore virtus militaris erat. à ſeneſco. Andronicus, Nocte diéque decretum & auctum. Cicero 16. epiſtolarum familiarium, Omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa. id eſt ſucceſſiſſe. Iniuratus, qui non iurauit. nomen eſt. Sic Imprenſus, inauſus, &c.

Participium pro infinitiuo.

Participiū præteriti temporis pro infinitiuo, licet (eſſe) ſubaudiatur, ponitur elegāter cum oportuit. Cicero, Ita factum non oportuit. id eſt feciſſe. Terent. Nónne prædictum? nónne communicatum oportuit? Plaut. in Menæh. Quid ſtatis? quid dubitatis? iam ſublimem raptum oportuit. Lancilotus negat participia eſſe: quia dicimus aduentum, & reditum oportuit. pro Adueniſſe, rediſſe. nec vſquam legitur participium aduentus, aut reditus. Ego Lanciloto refragor: quia ſi infinita verba, aut ſupina eſſent: nec numerum, nec genus reciperent. vtrunque falſum eſt. Terentius in Heauton. Non relictas oportuit. Cicero, Totam rem illi ſeruatam oportuit. Plautus in Aulularia, Tu illam ſcibas non tuam eſſe: non attactam oportuit. ſubauditur eſſe vel fuiſſe. quod Cicero pro Cluentio expreſſit, Hac lege accuſatum fuiſſe oportuit. Terentius aliter dixit, Nónne oportuit me præſciſſe ante? non obeſt autem quod Plautus in Perſa ait, Dum ſtas, reditum oportuit. quia aut impersonaliter reditum eſſe, à reditur

Obitus. Obeo.

eſt, aut olim reditus, redita, reditum dicebant: vt Inuentum eſt obitus, abitus, &c. pro Qui obijt & abijt. vnde Morte obita, pro Poſt mortem. Virgilius, Morte obita quales fama eſt volitare figuras. Lucretius, Morte obita quorum tellus complectitur oſſa. Sillius 2, Morte obita Libyæ gremio captiua iacebo. Obeo ab ob, pro Ad: vt Ob os, pro Ad os.

Participiū ablatiui caſus cum Opus.

Participium præteriti temporis eleganter datur verbis Volo, facio, habeo, curo: vt Rogatum te habeo. id eſt rogo. Miſſa faciamus hæc. id eſt dimittamus. Terentius, Iam inuentum tibi curabo, & addu

ctum tuum Pamphilum.id eſt inuenire & adducere,aut inuentum eſſe,&c.

Præteritũ ablatiui caſus neutri generis eleganter pro infinitiuo iungitur nominibus Opus & Vſus. Salluſtius,Prius quàm incipias,conſulto:& vbi conſulueris,maturè facto opus eſt. id eſt conſulere & facere.Quod parato opus eſt,para. Tullius, Tacito quum opus eſt,clamas: quum tibi loqui cõuenit, obmuteſcis. Plautus in Menæh.Ibo domum,vt parentur quibus paratis opus eſt. Idem in Amphitr. Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitũ: citius quod non facto vſus ſit,quàm quod facto eſt opus. Oppugnati reſiſtimus.id eſt dum oppugnamur. præteritum pro præſenti:quia præſens in paſſiuis deeſt.

PARTICIPIVM FVTVRI TEMPORIS.

In Rus. Saturus.

FVTVRVS à ſio etiam eſſe dicunt non voce,ſed ſenſu.Oraturus venio,pro oratum venio,lepidus ſermo. Saturus à Sero Phocas negat dici:apud Plinium tamen legitur Faſſurus.Ouidius,Et non faſſuræ niſi cogeret vltimus ardor. Lancilotus crediderat non inueniri. Eſt quando futurum in rus per relatiuũ non declaretur. Valerius Maximus de Craſſo,Ducturus erat à Carrhis aduerſus Parthos exercitum.id eſt paratus ducere.

Dus à deponentibus & neutris.

Dus non ſolum verba paſſiui generis aut communis faciunt,ſed omnia ferè deponentia:nam fuerũt olim communia vt ſequẽdus,imitãdus,&c.& quædam neutra,vt Vigilãdus.Authoritate opus eſt.Tibullus,Cũ fletu nox vigilanda venit.Sic Vigilatus.Iuuen.Frange miſer calamos,vigilataq; prælia dele. Ouidius,Virque mihi dẽpto fine carendus abeſt.Idem,Quæ venit indigne pœna dolenda venit. Lucanus,Vix famulis audenda parat. Mancinellus hæc nomina eſſe dicit: vt Pudendus,pœnitendus,&c. Salluſtius, Non eorum pœnitendum ſit. Deponentia plurima communia fuiſſe docent Priſcianus, Neſtor, Nebriſſenſis,&c.Virgilius primo AEneid.Ipſe vno graditur comitatus Achate. Ouidius nono Metamorph.Nec abeſt imitata voluptas.Stathius ſecundo Achil.Confeſſúmque tenens,& habentem nomina Pyrrhum Pendebat coniunx . paſſiue dicit pro Quem mater Deidamia iam confitebatur.Ouidius,Pauper amet caute,timeat maledicere pauper:

Multáque diuitibus non patienda ferat. Idem,Non tibi ſic dices,Phylli ſequendus eram. Priſcianus nomen eſſe dicit, pro quem ſequi debemus,&c. Cicero, Ab his derelictus eſt, à quibus tuendus erat. Ennius apud Nonium,Audibo,atque aures contra tibi vtendas dabo. Ouidius,Multa rogant vtenda dari:data reddere nolunt.Idem,Decolor & factis inficiãda tuis.Idem,Arcus & arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ.Et,Sunt tantum euentu dura fatenda meo.Idem dicit Profitenda,tuenda,&c. Horatius 4.Carm.Prælia coniugibus loquenda.Idem,Fidibus modulanda Latinis.

Futurũ futuro iunctum.

Vtrum participium futuri temporis poteſt iungi verbo futuri temporis:vt Dicturus ero? Poteſt:ſed parcè.Cicero in Rhetor. Demonſtraturi erimus. Ouid. Tunc procul abſenti cura futurus eris. Idem 13.Metamor. -ſiquis tamen Hercule, ſiquis Forte deûm doliturus erit. Propertius,Et ſiquid doliturus eris,ſum teſtibus illis. Martialis,Mergite me fluctus,quum rediturus ero.Ouidius, Enſifer orion aſpiciendus erit. Idem,Huic pater ante oculos durus habendus erit.Cicero primo de Oratore,Erit acturus.Sic agendus erit,& ſimilia ſæpe leges.

Fore.

Fore futuri temporis eſt, nullum participium admittens cuiuſcunque temporis: licet Oroſius dixerit,Acturum fore.ideo non dicitur,Spero Henricum amantem fratres fore:ſed per nomen amantẽ fratrum.Et,Spero te acceptum illis fore.non ab illis:vt nomẽ ſit,non participiũ. Cic.Spero amicitiam noſtram notam poſteritati fore.non dixit à poſteritate. Spero hunc puerũ admirandum virum fore.id eſt admiratione dignum, nomen eſt. Ratio cur participio non iungitur: quia apud doctiſſimos ſic nunquam inuenitur,teſte Valla. Perottus,Lãcilotus,Calepinus,pluréſque glorioſum putãtes Vallæ obſtrepere,dicunt Fore reperiri cùm participio apud Cæſarem:Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant,quum caſtra moueri,aut ſigna ferri iuſſiſſet,non fore dicto audientes milites.Verum falluntur:quia quum

Audientes fore.

dicimus,Audiens dicto,nomen eſt (audiens), teſte Diomede. nec obſtat quod Audio dicto legatur: quia Obœdiens cum datiuo non ſolum participium,ſed etiam nomen eſſe poſſe comparatio indicat. Liuius in ſexto,Imperijs obœdientiſſimum.ſic etiam Audiens dicto,&c. Tullius 3.epiſt.ad Appiũ,Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi expetẽdum aliquando ſtudiũ tuum. Badius ordinat Fore cum Diuinarem:& in (expetẽdum) ſubaudit (eſſe).Ego tamen inueni ſemel Fore cum futuro.Cicero quinto ad Atticum,Addis ſiquid ſecus,te ad me fore venturum.

Participium tranſit in nomen.

QVOT modis participium tranſit in nomen? Quinque. Primo conſtructione:quum alium quàm verbum regit caſum:vt Situs vadorũ: Acceptus tibi. Secundò comparatione: vt Amans nomen eſt, quum facit comparatiuum Amantior.In participio bene fit comparatio per Magis, vt in verbo:veluti,Magis amo,maxime amo.Sic Amans deum:magis amans deum, &c. Tertiò compoſitione:quoties aliter componitur, quàm verbum, vt Illæſus,innocens,indecens,indiligens,incautus,incontinens, indoctus,inornatus,& ſimilia nomina ſunt: quia non dicimus Illædo,ſed illido: nec innoceo,indecet, indiligo, &c. Quartò amiſſione temporis: vt Palleat omnis amans: beatus pro diuite, &c. Quintò amiſſione ſignificationis:vt Indictus pro non dictus:quia indico non ſignificat nõ dico: Sic Inauditus pro non auditus:ingenitus,pro non genitus,nomina ſunt. Similiter Amandus,pro dignus amari,&c. Putaui ad te ſcribẽdum. Exiſtimaui hanc rem tractandam.Cẽſui tibi illud ſignificandũ,id eſt dignum

ſcribi,tractari,&c.quæ oratio idem valet quod ſcripſi,tractaui,&c. ſed non ſine deliberatione tamen, nec inconſulto,inquit Valla.

Continens. Continens pro continuus nomen eſt: vt Oratio continens,Incendium continens.& Cõtinens pro terra non inſula nomen eſt: vt oriens,occidens,cõſonans,profluens,confluens,antecedens,conſequẽs, accidens,& cætera ſignificationem mutantia:veluti diligens, pro ſtrenuam operam rei dante. Et licet Valla videatur diſſentire,nomina eſſe ſentio cum Lancloto.

Euidens. Euidens pro manifeſto: vt Euidens negotium, quod videtur & clare intelligitur.

Indulgens. Indulgens facies: cui indulgetur. & quæ ſub præterita voce declarantur actiue : vt Argutus,id eſt

Argutus. acutus,ſubtilis : vt Arguta Platonis diſputatio. & ſonorus: vt Arguta auis, Arguta ilex. Virg. Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

Cautus. Cautus,callidus,qui ſcit ſibi cauere: interdum qui cauetur. Cic. Quo res mulieri eſſet cautior.

Contentus. Contentus,qui continet quod animo ſatiſfacit: vt Contentus vxore,cibo,&c.ſic Valla, cui obſtrepit Calepinus,ſed paruifacio. Ne dicas contentor,contentaris.

Circũſpectꝰ. Circunſpectus,ſagax,qui rem callide circunſpicit. Qui circunſpicitur,dicitur conſpicuus.

Cõſyderatꝰ. Conſyderatus,qui agenda bene conſyderat. Huic aduerſatur inconſyderatus.

Defectus. Defectꝰ,qui deficit. Mart. Dulcia defecta modulat̃ carmina lingua Cãtator cygnꝰ funeris ipſe ſui.

Diſertus. Diſertus,qui diſſerit,& differentiam nouit inter elegans & inelegans.

Diſcretus. Diſcretus, prudens, qui rem malam à bona probè diſcernit. ita Neoterici capiunt & diſcretionem pro ſapientia aut prudentia: ſed nos ita non vtemur,ſi Latinos imitari velimus, qui diſcretus pro ſeparatus ſemper capiunt:& diſcretio pro ſeparatio,vel diſtinctio.

Falſus. Falſus,qui fallit: aliquando etiam qui fallitur.& dicimus, Hæc res falſum me habuit. id eſt fefellit me. Terent. Charine,falſus es. id eſt deceptus.

Ignotus. Ignotus aliquando eſt qui ignorat. Quintil. Nequis tamen erret ignotus.

Exoletus. Exoletus,qui adultus eſt. Plaut. Reliqui domi exoletam virginem.

Adultus. Adultus,qui adoleuit.

Excretus. Excretus,hœdus qui excreuit. Complacitus,qui complacet.

Fluxus. Fluxa fortuna,quæ fluit,& inconſtans eſt.

Profuſus. Profuſus,qui profundit, & ſupra modum ſumptuoſus eſt.

Scitus. Scitus,qui ſcit,& elegans atque ſubtilis pulchérque: vt Scita interrogatio,ſcitus puer,ſcitũ dictũ.

Tutus. Tutus,qui defendit,& qui defenditur: vt In tuta vrbe tuti ſumus.

Tacitus. Tacitus,qui tacet. aliquando etiam qui tacetur. Virgilius, Quis te magne Cato tacitum,aut te Coſſe relinquat?

Delibutus. Delibutus, id eſt vnctus, & imbutus . participium eſt à verbo delibuo,vt in 5. libro Grammaticæ meæ oſtendi.

Prægnans participium,à quo verbo ſit neſcio,inquit Valla.

Iuratus,cœnatus,latratus,&c. participia eſſe vult Seruius à iuro,cœno,latro,&c. galeatus,ocreatus, nomina eſſe dicit: quia nulla verba ſunt vnde hæc formari poſſent.

Participia in rus quæ Valla nomina eſſe vult.

Tunicatus participium dici poteſt:quia tunico,tunicas,lectum eſt. Varro, Hæc lanigeras detonderi docuit tunicaréque homulũ. Sunt participia in rus rei qualitatem,& vtilitatẽ magis,quàm tempus indicãtia,nec tamen tẽpore penitus orbata. licet enim nõ quod iam futurũ eſt,ſignificant; tamẽ ſignificant quod futurũ fuerat,niſi aliquid obſtitiſſet:& ita nõ amittitur ratio futuri. ideo participia ſunt talia,non nomina,licet diſſentiat cũ Valla Aldus,vt prætermiſſurus, id eſt talis qui prætermitteret: niſi hoc aut illud obſtaret. & regunt caſus verborum: quod nominibus ſaltem quantũ ad accuſatiuum ſine figura non contingit. Plinius Iunior, Itaque partem oneris tui mihi vendico: & tanquam parens alter puellæ noſtræ confero quinquaginta milia nummûm,plus collaturus niſi à verecundia tua ſola mediocritate munuſculi impetrari poſſe confiderem ne recuſares. Seneca Epiſt. 18. de Mecœnate, Ingenioſus ille vir fuit, magnum eloquentiæ Romanæ daturus exemplum, niſi illum eneruaſſet fœlicitas. Idem de nat. quæſt. Nullam autem mentionem fecit cometarum, non prætermiſſurus, ſiquid explorati apud illos comperiſſet. Quintilianus, Neque omnino huius rei meminit vſquam poeta ipſe, profecto non taciturus de tanta ſua gloria. Ornatè ſic loquemur quoties dicendum fuerit, qui dediſſem,ſcripſiſſem,&c. niſi hoc,aut illud impediſſet. veluti, Rogaui patrem tres aureos, plus petiturus, niſi repulſam timuiſſem.

REGVLA GENERALIS VTILISSIMA.

Nam regimen fit idem,ſi ſignificatio par ſit.

Vbi ſignificatio eſt eadem, eſt & conſtructio eadem : vt comparatiuus ſignificat idem quod poſitiuus: ergo regit caſum poſitiui: vt Doctior pilæ:quia dicimus Doctus pilæ. Si poſitiuus & cõparatiuus idem ſignificant,cur non regit poſitiuus ablatiuum,vt comparatiuus? Quia licet comparatiuus ſignificat id quod poſitiuus, non tamen poſitiuus notat omnia quæ comparatiuus . Vt omnia clarius intelligant pueri,ponam aliquos modos. Itaque quæro,

QVOTVPLICES dictiones regunt caſum per hanc regulã, Nam regimen fit idem? Sextuplices.

Primo, Quencunque caſum regit nominatiuus, illum regunt etiam obliqui: vt Plenus gratiæ, pleni gratiæ, &c.

Secundo, Quencunque caſum regit indicatiuus, illum regunt cæteri modi poſt ſe cum gerundijs, ſupinis, & participio: vt Amo, ama. Vtinam amarem deum, &c.

Tertio, poſitiui caſum regunt comparatiuus & ſuperlatiuus: vt Doctior pilæ, doctiſſimus pilæ. Tullius erat omniũ ciuium iuris peritiſſimus. & ſicut dicimus Maior te, ita Maiuſculus te: quia per hanc regulam diminutiua primitiuorum caſum regunt, vt frequentatiua, meditatiua, &c. regunt caſum verbi perfectæ formæ: vt Scriptito librum: veluti Scribo librum.

Quarto, Aduerbia regunt caſus primitiuorum perſæpe: vt Omnium ſimillime mihi cantas, recte dicitur: quia ſimillimus mihi omnium dicimus. ſic Conuenienter naturæ, vt conueniens naturæ: obuiam tibi, vt obuius tibi. Horatius, Viuere naturæ ſi conuenienter oportet: Nouiſtine locũ potiorem rure beato? Cicero tertio Offic. Summum bonum à Stoicis dicitur conuenienter naturæ viuere. Alibi dixit congruenter naturæ.

Pridie, Poſtridie genitiuum regunt vt dies, & accuſatiuum: quia intelligitur ante vel poſt: vt Pridie vindemias, pridie mortem, &c. Sicut prope aduerbium datiuum regit, ita propius, proxime, & nomina propior, proximus: vt Propius ſtabulis, &c. & ſicut prope præpoſitio accuſatiuum regit: ita etiam propius, proxime, proximus, &c. vt Proxime hoſtem. tamen hic comparatiui, & ſuperlatiui non fiunt propriè à præpoſitione, teſte Lanciloto: quem imitatus ſum in libro comparationũ. Alij dicunt præpoſitionem comparari: nec reprehendo: quia & hoc probabile eſt. Aldus vult recte dici Vlterior & citerior pontem: vt Vltra & citra pontem. nulla affert teſtimonia. ideo cum ipſo ſic non loquar.

Prope. Propius. Proximus.

Quotuplicem conſtructionem habent Propius, proxime, propior, proximus? Triplicem. Primo regunt datiuum. Virgilius lib. 2. Georg. Aut quos Oceano propior gerit India lucos. Idem, Propius ſtabulis armenta tenerent. Salluſt. Proxima Carthagini loca. Secundo venuſte regunt accuſatiuum. Plautus in Pœnulo, Quis pulſat? Qui te proximus eſt. Cic. ad Octauium, Propius vrbem mouẽtur. Idem 3. ad Atticum, Nihil eſſet neceſſe quàm proxime Italiam eſſe. Et 6. ad Atticũ, Exercitum habere quàm proxime hoſtem. Et alibi, Proximus Pompeium ſedebam. ſic idem alibi ſæpiſſime. Apuleius 5. Metam. Proxime ripam. Cæſar 1. comm. Proximi Rhenũ. Et lib. 4, Propius ſolis occaſum, & propius Romanos. ſic idem ſæpiſſime. Oppius, Propius riuum: proxime oppidum. Pomponius Mela, Propius Italiam. Gellius, Proxime viam. Liuius, Propius vrbem, propius inopiam erant. Proximus eum ſteterat. Propius vrbem moueat, ſic legitur ſæpiſſime. Tertio, habent accuſatiuum vel ablatiuum intercedente præpoſitione (ad) vel (à): vt Propior ad te vel à te. Titus Liuius in 1, Ducit exercitum quàm proxime ad hoſtem poteſt. Cicero, Ad eam propius adſum. ſic prope ad te. Seneca epiſtola 14, Prope eſt ad te deus: tecũ eſt, intus eſt. Suetonius in Auguſt. Proximum à dijs immortalibus. ſic vltimus & citimus ab illo recte dicitur. Cicero, Citima à terris luna, & vltima à cælo.

Quinto, Nomina quædam pro participijs verborum caſus regunt, ſed rara ſunt: vt Præſcius ventura. Populabundus agros. id eſt valde populans. Poteris inuentis parce vti. Titus Liuius 25, Vitabundus caſtra hoſtium. Siſenna in 4. hiſto. apud Gellium, Populabundus agros ad oppidum peruenit. Apuleius lib. 3. Metam. Hubertim flebam iam forum & iudicia, ipſum denique carnificem imaginabundus. Et lib. 4, Multi numero mirabundi beſtiam confluebant. Et lib. 11, Manum ſacerdotis oſculabundus. id eſt identidem & multum oſculans: non autem ſimilis oſculanti: vt contra Priſcianum recte docet Valla. Iuſti. libro quinto, Gratulabundus patriæ expirauit.

Populabundus & ſimilia, cum caſu verbi.

Tactio, amatio, &c. olim regebant verborum caſus. Plautus in Aulul. Quid tibi nos mendice homo tactio eſt? Exoſus & peroſus, participia ſunt: vt antè docui.

Tactio.

Sexto, Neutra verba pro actiuis habent actiuorum caſus: vt Ardeo deum: pro valde amo. Sono hominem: pro ſono exhibeo. & ſunt exempla huius modi poetica magis quàm oratoria, quanquam & oratoria & hiſtorica interdum. Virgilius, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. dicimus etiam Ardeo virgine. id eſt propter virginem amore æſtuo. Horat. Ode 4. lib. 2, Arſit Atrides medio in triũpho virgine capta. & Ardeo in illa. Ouidius, Arſit & AEneides in Mænalia Atalanta. Virgilius, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

Neutra pro actiuis. Ardeo.

Idem, Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. id eſt ſtupida admiratur. Cicero de fin. bono. Hæc quum loqueris, Varrones ſtupemus. Stupes vitio. id eſt inſanus factus es vitijs: & tanquam perditis ſenſibus neſcis te in vitijs eſſe. Perſius, Sed ſtupet hic vitio, & fibris increuit opimum Pingue.

Stupeo.

Pereo & Depereo puellam. id eſt inſanè & perditè amo. Plautus in Truculento, Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

Pereo. Depereo.

Demorior te. id eſt vehementiſſime amo. Idem in Milite, Ea demoritur te. In ſacris, Exultat lingua mea iuſtitiam tuam.

Demorior.

Nubes pluant iuſtum. Dicimus Sanguis pluit, & pluit ſanguine. Tibul. 2, Multus & in terra depluerítque lapis. Stat. lib. 7. Theb. Saxa pluunt. Liuius, Nuntiatum eſt in Albano lapidibus pluiſſe. apud eundẽ per accuſatiuum leges, Pluit ſanguinem. Ieſum tremũt barathra: mors cruenta patet. Manet me ſuppliciũ. id eſt expectat, & futurum eſt mihi. Virgilius, Vitam degere more feræ. id eſt agere.

Pluo.

Gemo. Idem, Nunc Amyci caſum gemit. id eſt deflet. Gemo dolore, per ablatiuũ. id eſt propter dolorem.

Calleo. Calleo hanc rem. id eſt optime ſcio. Perſius, Dicẽda tacendáque calles. vbi neutrum manet, ablatiuum regit. Gellius lib. 10. cap. 22, Neceſſe eſt eum rerum omnium eſſe imperitum, quarum vſu calleat oportet, quiſquis honeſtus probúſque eſt futurus. Rideo & ludo te, pro Derideo & deludo, non inuenuſta ſunt. Curro curſum. Viuo vitam. Gaudeo gaudium. Seruio ſeruitutẽ, &c. huc pertinẽt.

Furere. Virgilius libro 12. AEneid. Amplius hunc oro ſine me furere antẽ furorem.

Ludo. Et primo AEneidos, Quid natum toties crudelis tu quoque falſis Ludis imaginibus? id eſt illudis. Ludo aleam, & alea. Sueton. in Auguſt. Luſit aſſidue aleam.

Gaudeo. Stathius nono Thebaidos, Tu dulces lituos, vlulatáque prælia gaudes.

Aſinũ viuit. Boetius lib. 4. de Conſolatione, Segnis ac ſtupidus torpet: aſinum viuit. id eſt viuendo exhibet, & præ ſe fert. Iuuenalis, Qui Curios ſimulant & Bacchanalia viuunt.

Deã ſpirat. Apuleius 5. Metam. Deam ſpirat mulier. id eſt confidit ſe Deam fore. His inuentis contentus eris: quia non dices, Hic viuit diabolum. Bibit vaccam, &c. ſed in modum diaboli, vaccæ, &c. Salue æternum, Longum vale, temporis accuſatiuus eſt: nec hue pertinet. Viuit aſinum. id eſt aſinine, vt multi declarant.

Eo. Eo viam & via. Virgilius AEneid. 4, Longam incomitata videtur ire viam. Terentius in Phorm. Eo recta via equidem illuc. Boetius, Syluas dulci voce ſuſurrat. id eſt ſuſurro replet. Virgilius, Nec vox hominem ſonat. Sic verba ad ſenſus pertinentia ſæpe pro actiuis ſumuntur tam in proſa quàm in carmine.

Oleo. Quintilianus lib. 8, Si fieri poteſt, & verba omnia, & vox huius alumnum vrbis oleant: vt oratio Romana plane videatur non ciuitate donata. Terentius, Olet vnguenta. Horatius, Paſtillos Rufillus olet. Sic In quadrageſima cibus olet oleum. Puls olet aduſtionẽ. Oratio Demoſthenis olet lucernam.

Olo. Olim dicebant per tertiam olo, olis. ſic capitur, teſte Priſciano in Moſtellaria Plauti, Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

Redoleo. Literæ tuæ redolent antiquitatẽ. Virgilius, Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella. Thymo regitur à fragrantia, non à redolent. Cicero in Antonium, Vinum redolentibus. Ouidius inuſitate per ablatiuum dixit, teſte Diomede, Pérque locos ſacros & olentia ſulphure fertur.

Suboleo. Suboleo datiuum pulchre regit: vt Hæc res ſubolet mihi. id eſt hanc rem præſentio, & quaſi odore percipio. Plaut. in Caſ. Subolet hoc iam vxori. Terentius in Phorm. Nunquid patri ſubolet?

Sapio. Epiſtola tua miram ſapit elegantiam. Hæc ſapit eſca fauum. Caro ſapit aduſtionem. Ceruiſia ſapit vas. Verba tua ſapiunt ſtultitiam. Perſius, Quum ſapimus patruos, tunc tunc ignoſcite.

REGVLA ACCVSATIVI SECVNDA.

Omne dat actiuum (tolle interdicere) quartum.
Hoc verbum ſextum pro quarto ſæpius optat.

Omne verbum actiuum regit poſt ſe accuſatiuum rei patientis, qui in oratione paſſiua fit nominatiuus: vt Amo deũ: Deus amatur à me. Cædo hoſtem: Hoſtis cæditur à me. Aras terram: Terra aratur à te. Puer oſculatur matrẽ: Mater oſculatur à puero. Si actiuũ paſſiuo careat, ad ſynonymũ aut ſignificatione proximum recurrendum eſt: vt Loquor verum: Verum dicitur à me. Furaris aurum: Aurum ſurripitur à te, &c. Noſtrates omnes huius regulæ verbum tranſitiuum vocant: quia ſignificat actum in aliquem tranſire, & dicunt, Omne verbum tranſitiuum regit poſt ſe accuſatiuum. Cæterum propriè tranſitiua dicuntur, quæ vltra actiui caſum in ſecundum accuſatiuum tranſeunt: vt Doceo te grammaticam.

Interdico. A regula excipitur Interdico: quia pro accuſatiuo ſæpius ablatiuum habet: vt Interdico tibi domo mea. Domus mea interdicitur tibi. Aliquando etiam Interdico tibi domum meam, vt antè probaui.

Iubeo. Inuideo. Potes etiam excipere Iubeo & inuideo: vt Iubeo & inuideo tibi. Tu iuberis, & inuideris à me. ſic impero. At in multis à paſſiuis abſtinendum eſt, teſte Diomede: quia venuſtius per imperſonale dices, Iubetur & inuidetur mihi. Male dicitur & obijcitur tibi, &c. An ſolum verbum actiui generis ſit actiuum? Minime: Quia deponentia plurima & communia ſunt actiua: vt loquor, oſculor, &c.

Actiui generis verbum. Actiuum verbum. Quomodo differunt verbum actiuum & verbum actiui generis? Verbum actiui generis eſt, quod in o deſinens, accepta r, facit ex ſe paſſiuum, præter (facio) cuius paſſiuum eſt (fio): vt Amo, lego, &c. Verbum actiuum eſt, quod agere vel quaſi agere ſignificat, ſiue in o, ſiue in or deſinat, ante ſe regens nominatiuum pro re agente, aut quaſi agente: poſt ſe vero accuſatiuum pro re patiente vel quaſi patiente: vt Audio, loquor, &c. Cur dixiſti quaſi agere, &c? Propter verba ſenſuũ Video, audio, &c. quæ actiua ſunt: licet pati ſignificent, vt declarant philoſophi: quia ſignificant per modum agendi.

QVOTVPLICIA SVNT VERBA HVIVS REGVLAE?

Quadruplicia.

Actiua quadruplicia. PRIMO, Verba actiui generis: vt Amo, peramo, adamo, aſpicio, peto, ſperno, ſancio, ſcio, fugio, aro, cœno, bibo, comedo, & ſimilia: quæ omnes præter Nebriſſenſem inter neutra poſuere. licet certe de nobis non dicamus, Ego aror, Tu comederis: tamen de inanimatis hæc dicimus. etſi terra à poeta lo-

qui dicatur,poterit dicere, Ab ingratis aror. & vinũ,Ego bibor,&c. & metaphoricῶs pauper à diuite
ſpoliatus recte dicet,Comedor à diuite,&c. Pulſo campanam,Pitiſſo ceruiſiam.
Propitio deum. id eſt ad miſericordiam flecto, & propitium reddo. Plautus in Pœnulo,Illud faciet Propitio.
niſi te propitio.
Fugio hoſtem. paſſiuum rarum eſt. Lucanus, -fœcunda virorum Paupertas fugitur. Fugio.
Actiuum aliquando abſolute ponitur: vt Amo,pro amore capior. Ouidius,Et ſiquid faciam nunc Amo.
quoque quæris:amo.
Supero te doctrina. id eſt vinco. Supero abſolute. id eſt ſuperſum,& adhuc viuo. Virg. Si ſuperant Supero.
fœtus,pariter frumenta ſequuntur. Idē, Quid puer Aſcanius ſuperátne & veſcitur aura AEtherea?
Præcipito te. id eſt deorſum iacio. Præcipito,pro præcipitor,accuſatiuum non regit. Alexander, Dũ Præcipito.
perdit tempus,dum comparat. id eſt comparatur.
Obumbro te. id eſt vmbris obſcuro. Virg. Obumbrant æthera telis. In Matthæo,Nubes lucida ob- Obumbro.
umbrauit eos. Et tueor. Virg. 11, Et magnum reginæ nomen obumbrat. In Euangelio datiuum habet,
Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi.
Scando tectũ,& tecto. Virg. Scandit fatalis machina muros. Manilius,Quod quæris deus eſt,cona- Scando.
ris ſcandere cælo.
Amitto boues. id eſt perdo. Amitto à me illum. id eſt remoueo. Terentius in Phorm. Imò nunc Amitto.
(quod aiunt)auribus teneo lupum:nam neque quo modo à me amittã,inuenio:neque vti retineã,ſcio.
Animaduerto hanc rem. id eſt obſeruo. Animaduerto in furem. id eſt furem punio. Sueto. in Au- Animaduerto.
guſt. Perusia capta animaduertit in plurimos.
Applico litori,& applico ad litus. Aſpicio illum & ad illum. Compeſco inſanientem inſanire,& ne Applico.
inſaniat. hæc & plura in Theſauro probat Mancinellus.
Ago gratias non gratiam. licet aliter vſus ſit Philelphus. Habeo gratiam,& gratias. Refero gratiam, Ago.
non gratias: licet ſemel in Amphitryone Plautus dixerit,Referre ſtudeant gratias. Ago verbo, Habeo Habeo.
animo,Refero facto. Refero.
Acceptum fero. id eſt fateor me accepiſſe,& pro accepto habeo: vt Tibi acceptũ fero ſiquid profeci. Acceptum
Facio iter. id eſt eo. Habeo iter. id eſt ire debeo. Facio viam. id eſt aperio eundi locum vbi non erat. fero.
Facio vitula. ſubauditur venuſte ſacrificium. Virgilius,Quum faciam vitula pro frugibus,ipſe veni- Facio.
to. Facio domum,non ago:quia facere materiam exteriorem requirit,non agere. Facio vitium. id eſt
rem corrumpo. Facio ſementem. id eſt ſemino. Facit vela nauta, vbi exponit nauigationi. Facio
pedem. id eſt funem quo tenditur velum. Virgilius, Vnà omnes fecere pedem. Facio naufragium,
damnum,iacturam. id eſt patior. Facio riſum,ſtomachum,bilem. id eſt moueo. Facio delicias. id eſt de-
lecto,aut iocor. Hieronymus dixit in canticis deliciari. Facio furtum. id eſt furor. Facio ſilentium. Facio & Do
id eſt ſileo. Facio poteſtatē. id eſt permitto. at Do poteſtatē. id eſt rem omnino tuo arbitrio cõmitto. poteſtatem.
Facio ſermonem. id eſt habeo. at Facio verba,non habeo. Facio moram. id eſt moror. Facio miſſa.
id eſt omitto. Facio rem diuinam. id eſt ſacrifico. Facio ad hanc rem. id eſt proſum. Ouid. Non facit
ad lachrymas barbytos vlla meas. Facio mulieri. coeo. Facio finem. id eſt finio. Facio te certiorem,
non certum,niſi poeticé. Virg. Anchiſen facio certum. Certiorem metri ratio non admittit. Ago cer- Certiorem
tiorem nunquam dices. Facio tibi gratum,non ago. Feci fugam. id eſt fugi. Feci timorem. id eſt in- facio.
cuſſi. Feci copiã,non egi,dedi,aut præſtiti. Feci lucrum. non acquiſiui lucrum. Feci vrinã aut ſter-
cus(honor ſit auribus)non emiſi. Feci iniuriam,non do:ſed bene Do damnum. Facio iacturam, &
do malum:non contrà. At Patior infamiam aut contumeliam,non facio.
Afficio te moleſtia,melius quàm Facio tibi moleſtiam. hæc & plura apud Vallam, Lancilotum,reli- Afficio.
quóſque inuenies.
Deficio te. id eſt deſtituo,derelinquo. Horat. -ſectantē læuia nerui Deficiũt. Cic. pro Roſcio,Tē- Deficio.
pus te citius quàm oratio deficeret. Ouid. Deficior prudens artis ab arte mea. Secundò deficio neu-
trum cum datiuo ſignificat deeſſe:vt Deficit his nũmus. Virg. 2. Georg. -arbuta ſacræ Deficerēt ſyl-
uæ. hinc defectus:vt Petrus defectu medici perijt. id eſt quia non habuit medicum. Male capitur pro Defectus.
culpa. Tertio deficio neutrũ recipit accuſatiuum cum præpoſitione ad,& ablatiuum cum præpoſi-
tione à vel ab,pro recedo. Sueto. in Vitel. Qui prius à Galba ad ſenatum defecerat. Hinc defectio,id eſt
receſſio à ſuperiore,aut duce,aut principe,& quædam quaſi rebellio. Quartò deficio hac re. id eſt ca-
reo. Colum. Commode fluunt,nec deficiunt macro ſolo.
Duco diem de die. id eſt in longum protraho. Dico diem. id eſt tempus conſtituo. Duco diem.
Cruento veſtem. id eſt cruore maculo. Virgilius decimo AEneid. Tundit humum expirans infractá- Dico diem.
que tela cruentat. vulgus male dicit Cruento,pro Sanguinem emitto è naſo. Cruento.
Dico & refero grates, poeticum eſt. Idē vndecimo AEneid. O decus Italiæ virgo,quas dicere grates, Refero gra-
Quáſve referre parem? tes.
Vindico te. id eſt vlciſcor. Vindico in te. id eſt punio te. Salluſt. Vindicatum fuit in noxios. Aſſero te Vindico.
ab iniuria. id eſt defendo. Aſſero.
Pecco ſcripturam. id eſt male lego. Plaut. in Bacchid. Librum legeres:ſi vnam peccauiſſes ſyllabam, Pecco.

fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.

Adamo. Adamo, aliquando de honeſto amore dicitur. Cicero libro tertio de Oratore, Oratoris perfecti pulchritudinem adamaſtis. Deamo, valde amo. Colo, cum amore veneror.

Deduco. Deduco nauem. id eſt ex nauali in aquam duco.

Subduco nauem. Subduco nauem. id eſt ad terram duco. Virgilius, Subducite naues.

Ago. Ago oues. id eſt ante me cogendo impello. Ago equum, vel ante me cogo, vel inſidẽdo moderor.

Inchoo. Inchoo hanc rem. id eſt incipio. Virgilius in Georg. Te ſine nil altum mens inchoat. Et ſexto AEneidos, Nocturnas inchoat aras. Inchoo ſcribere, vix vnquam inuenies: ſed incipio ſcribere: quia Inchoo, teſte Lancıloto, vix infinitiuũ admittit.

Incipio. Incipio vix ſine infinitiuo ſaltem ſubaudito ponitur. nec recte dicitur, Liber inchoat: vt bene contra Galeotum docet Merula: licet Quintilianus credatur dixiſſe, Liber inchoat. Mendum certe eſt apud Fabium, vt opinor. Recte tamen dicimus, Liber incipit. Plautus in Capt. Quandiu id factum eſt? Annus incipit vigeſimus.

Ineſco. Ineſco, quaſi eſca decipio. Terentius, Neſcis ineſcare homines Sannio.

Mereo. Mereo, meres, id eſt lucror. Horatius, Hic meret æra liber Soſijs. Suetonius in Nerone, Quorum duces quadraginta milia ſeſtertia merebãt. Mereo ære, cum ablatiuo pretij. id eſt milito. Lucanus, AEre merent paruo. Taceo & ſileo hanc rem, & de hac re.

Exaro. Exaro librum aut epiſtolam. id eſt ſcribo. Cicero libro decimoquinto ad Atticum, Arpinum proficiſcens literas exaraui.

Diſputo. Diſputo, diſcepto hanc rem, & de hac re.

Gelo. Gelat frigus herbam. Seneca in natura, Quas frigus ab ipſa tenuitate facile gelat.

Declino. Declino hanc rem. id eſt deuito. Cicero primo Officiorum, Declinétque ea quæ nocitura videtur. Declino à te. id eſt caueo: ſenſus fere idem eſt. Cicero lib. 4. Tuſcul. A malis, natura declinamus. Idem in Lælio, Declinandum eſt de via. id eſt recedendum aut deflectendum.

Decollo. Decollo, id eſt collum aufero, aut collo ſpolio. Suetonius in Caligula, Miles decollandi artifex quibuſcunque é cuſtodia capita amputabat. Feneſtella lib. 2, Quemadmodum Cæſar à piratis captus ſit: vtque eos poſtea ceperit & decollauerit. Afranius, Nunc Iouem in tuo collo habes: decolles caue. id eſt deponas, & (vt per iocum dicatur) collum ei frangas.

Inclino. Inclino, inflecto. Iuuenalis, Atque ipſos etiam inclinare maritos.

Inclamo. Inclamo, id eſt carpo. Plautus in Sticho, Tuos inclama, tui delinquunt.

Clamo. Clamo te. id eſt voco. Idem, Plaudunt partim, clamitant me vt reuertar. ſæpe eſt abſolutum.

Gero. Gero prætorem, conſulem, &c. id eſt ſum prætor, &c. lepide ſic loquẽris.

Affecto. Affecto rem. id eſt nimio affectu & anxiè quæro. Hinc Affectatus ſermo. id eſt nimium curioſus. & Affectatè loqui. id eſt nimis anxie & curioſe, & quadam cum oſtẽtatione loqui. Interdum pro Afficio capitur. Plaut. Tria flagitia ait damna, quibus patrem, & me, téque, amicóſque omnes affectas.

Capero. Capero frontem. id eſt rugis contraho, & aſperitatem vultus oſtendo. tractum à caprarum frontibus criſpis. & dicimus, Capero frontem, & Caperat mihi frons. Plautus, Quid illud eſt, quòd ille caperat frontem ſeueritudine? Idem in Epidico, Quid illi caperat frons?

Ventilo. Ventilo triticum. Ventilo faciem flabello.

Appeto. Appeto vinum, abſolutè ſignificat appropinquo: vt Nox appetit. Liuius lib. 10, Iam lux appetebat. Et Appetebat tempus comitiorum. ſic in eodem ſæpiſſime. Gellius libro 2. cap. 29, Auicula eſt parua: nomen eſt caſſita. habitat, nidulatúrque in ſegetibus id ferme temporis, vt appetat meſſis. Plinius libro quinto Epiſt. Appetebat iudicij dies.

Pario. Peperi pacem. Silius libro quarto dixit, Et metui peperere manu. hic metui infinitiuus eſt loco accuſatiui, pro ſui metum. Manu, id eſt vi. hoc eſt vi fecerunt vt timerentur.

Reſtauro. Melius Inſtauro, quàm Reſtauro dicimus. Tamen Reſtauro, niſi mẽdum eſt, dixit Titus Liuius libro quinto, Senatuſconſultum facit: fana omnia (quòd ea hoſtis poſſediſſet) reſtaurarentur, terminarentur, expiarentúrque. Oroſius 7, De reſtaurando cultu idolorum. Iuſtinus libro ſecundo, Darius quum bellum reſtauraret, in ipſo apparatu decidit. Et libro tertio, Poſt longam pœnarum patientiam bellum reſtaurant. ſic apud eundem reperies libro 20. & 31.

Obtrecto. Obtrecto hanc rem. id eſt vitupero. Obtrecto tibi. id eſt obſtrigilo & maledico. Silius lib. 11, Dum malus obtrectat facta immortalia liuor. Cicero Dolabellæ, Non tam id laboro: vt ſiqui mihi obtrectent, à te refutentur: quàm intelligi cupio me à te amari. Prolixus foret liber, ſi quæcũque actiui generis verba notatu digna velim declarare. Itaque receptui cano.

Quieſco. SECVNDO, Verba neutri generis actiue ſumpta regunt accuſatiuum: vt Quieſco, pro quietum facio, & pro hoc Requieſco. Plautus, Quieſce tumultum hunc qui eſt ante oſtium. Virgilius, Et mutata ſuos requierũt flumina curſus. Salluſtius, Paulum requietis militibus. participium eſt ſine verbo paſſiuo. Nã quieſcor nuſquã legitur, teſte Seruio. Ardeo, ſapio, oleo, &c. vbi accuſatiuũ habẽt, huc pertinẽt vt multa alia: de quibus in præcedente lectione. Sonuit tertiã horã, & Tertia hora pulſata eſt.

Odi, memini, pepigi huc pertinent.

Coco. Coco neutrum, id eſt conuenio. Coco actiuum, id eſt facio: vt Coco ſocietatem cum Petro. Cicero

in Philip. Cn. Pompei cum C. Cæſare ſocietatem vtinam nunquam coijſſes.

Duro. Duro neutrũ, id eſt durus ſum, aut perſeuero. Virg. Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecũdis. Duro actiuũ, durũ facio; vt Sol durat lutum. Fluit terra lac, in ſacris legitur: vt Stillabũt mõtes dulcedinẽ.

Sudo. Sudo ſanguinem. Liuius libro 22, Duo ſcuta ſanguinem ſudaſſe.

Salio. Salio neutrum, notum eſt. Salio actiuum, id eſt ineo. Ouidius libro ſecundo de Arte, Læta ſalitur ouis. hinc Salax, ſalacitas.

TERTIO, Deponentia: vt Abominor magum, Populor agros, &c.

Grauor. Grauor lucem. id eſt moleſte & ægre patior, ſiue fero: vt Grauor aduentum creditoris, præſentiam hoſtis, &c. Virgilius lib. 10. AEneidos, Cui Iuno illachrymans quid ſiquæ voce grauaris, Mente dares. Suet. in Auguſt. Ampla & operoſa prætoria grauabatur. Sillius libro ſecũdo, -abrumpere vitam Ocyus attoniti quærunt lucémque grauantur.

Grauo. Grauo grauas, id eſt premo, onero, moleſto, actiuum eſt: cuius paſſiuum eſt grauor: vt Grauaris pluma. Virgilius, Nec me labor iſte grauabit. Ouidius lib. 3. Triſt. Illa meos caſus aggrauat, illa leuat.

Dedignor. Dedignor hanc rem. olim etiam hac re, teſte Seruio.

Conqueror. Conqueror hanc rem, ob hanc rem, hac re, & de hac re. Conqueror tibi, & apud te. probat omnia in Theſauro ſuo Mancinellus: vt Indignor hanc rem, & hac re.

Miror. Miror me. id eſt placeo mihi. Sic Miraris te, &c. Cicero dixit per ablatiuum, Admiratus nouitate nominis. id eſt propter nouitatem.

Odoror. Odoror hanc rem. id eſt odore percipio, lectum eſt etiam odoro, odoras.

Vlciſcor. Vlciſcor iniuriam. id eſt facio de iniuria vindictam. Quintilianus, Habet interim lachrymas ex miſeratione eius rei quam vlciſcatur. ſic Vlciſcor te, & Vlciſcor de te. id eſt punio te, aut vindictã de te ſumo. Terentius, Haud de te vlciſci ſinit.

Suauior. Suauior etiam in bonum capitur. Cicero, Atticum noſtrum cupio ſuauiari.

Molior. Molior habenas. id eſt guberno. Molior inſidias tibi. id eſt cogito, paro. Molior arcẽ. i. ædifico, &c.

Ludificor. Ludificor, id eſt per iocos & ludum fallo: vt Fauni per noctem ludificantur mulieres. Aucupor gloriam. Venor famam. ſic Adipiſcor, nanciſcor, &c.

Moror. QVARTO, Communia actiue capta: vt Largior panem, &c. Moror patrem. id eſt expecto. etiam ſignificat in mora teneo. Quintilianus, Quid me adhuc pater retines? Quid moraris abeuntẽ? Capitur etiam pro curo vel æſtimo. Plautus, Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles. Vbi moraris? id eſt habitas. Hortor te ad virtutem, vel de virtute. ſic adhortor. Vide Mancinelli Theſaurum. Hæc pauxillula notaſſe iam ſufficiat. Nam ſiquis plene vellet omnia huius regulæ verba enucleare, hæc vnica regula oppidoquam magnus liber fieret.

REGVLA TERTIA.

Celo, rogo, doceo, geminant vt veſtio, quartos
Diuerſos. dices, veniam bene poſcimus abs te.
Induo veſte Petrum, dic: aut, veſtem induo Petro.
Rem tibi vel de re te celo, dicimus apte.
Te doceo de grammatica, tu dicito parce.

Celo cum verbis rogandi, docendi, veſtiendi, regit duos accuſatiuos pro diuerſis acceptos: vt Celo te arcana mea. Doceo diſcipulos poeſim. Rogo magiſtrum veniã. Veſtio te ſubuculam. Induo te tunicam. Cur dixiſti duos accuſatiuos pro diuerſis acceptos? Quia duos accuſatiuos ad eandem rem pertinentes, aut qui ſignificantur ad eandem rem pertinere, bene regunt alia verba: vt Voco te hominem. Facio te ſacerdotem. Voco te aſinum. Verba huius regulæ dicuntur vehementiſſimæ tranſitionis, vt dictum eſt. oportet autem in neutro accuſatiuo præpoſitionem ſubaudiri: ideo (habeo) non eſt huius regulæ: quia cum dicitur, Id tibi habeo gratiam: ſubauditur, ob vel propter. Gellius lib. 9. cap. 3, Filium mihi genitum ſcito: quod equidem dijs habeo gratiam. Verba paſſiua horum regunt poſteriorem accuſatiuum, qui ferè eſt rei inanimatæ: vt Rogo te veniam. Tu rogaris à me veniam. Salluſtius in Catil. Per legatos cuncta edoctus. Gellius, Græcas literas eruditus. Virgilius lib. 2. AEneidos, -& inutile ferrum Cingitur. Martialis, Neſcit cui dederit Tyriam Criſpinus abollam:
Dum mutat cultus, induitúrque togam.

Defraudo. Defraudo non eſt huius regulæ: quia dicimus Fraudo te pecunia, non pecuniam. Quod autem in euangelio dicitur, Siquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. nihil contra me: quia (ſiquid) capitur aduerbialiter, pro ſi in aliquo: vt Quid te læſi? id eſt in quo. In ſacris etiam legitur, Expoliantes vos veterem hominem. Nos per ablatiuum duntaxat dicimus, Expolio te veſte.

Magiſtro. Magiſtro, magiſtras, id eſt moderor, guberno, doceo, non regit duos accuſatiuos contra Kemponẽ. quia in Catone, Inuenies aliquid quod te vtare magiſtro. vterque accuſatiuus regitur ab vtare. Te quidem à fronte: quod verò à tergo.

Multo. Multo in ſacris duos accuſatiuos habet. vt Eſdræ 3, Multauit gentem argenti talenta cētum, & auri talentum vnū. forſan ſubauditur (vſque ad): vt Multauit gentē vſque ad centū talenta argēti, &c.

Celo. Celo quotuplicem conſtructionem habet? Triplicem. Primo règit duos accuſatiuos: vt Celo te hanc rem. id eſt nolo te ſcire hanc rem. Terentius in Adelpb. Ea ne me celet. Ouidius, Hoc te celauimus vnum. Secundo pro priore accuſatiuo datiuum habet: aut cum à vel ab ablatiuum: vt Celo tibi conſilium meum. Terent. in Phorm. Si hoc celetur patri, in metu ſum. AEmilius Probus de vita Alcibiadis, Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Lucanus, A ſuperis celate diem. Tertio pro poſteriore accuſatiuo habet ablatiuum cum præpoſitione (de). Cicero libro 7. Epiſt. Baſſus noſter de hoc me libro celauit. Cælo pro inſculpo huc non pertinet.

Rogandi verba. Da rogandi verba: Rogo, oro, precor, poſco, poſtulo, obſecro, flagito, exigo, peto, interrogo, percontor, moneo, admoneo: ſub quibus comprehendito Iubeo & conſulo: quia aliquando duos accuſatiuos diuerſos habere docui.

Precor. Quotuplicem cōſtructionem habent verba rogandi? Duplicem. Prius regunt duos accuſatiuos diuerſos. Tulli⁹, Hoc te obſecrat. Virgilius lib. 11 AEneid. -pacem te poſcimus omnes Turne. Precor te hanc rem. Efflagito, id eſt vehementer poſtulo. In libro Regum, Dedit mihi dominus petitionem quam poſtulaui eum. Plautus, Quam tu virginem me repoſcis?

Peto. In ſacris, Si filius petierit patrem ſuum ouum, nunquid dabit ei ſcorpionem? Sic in ſacris ſæpiſſime reperies: apud alios rariſſime: quia per ſequentem modum ſæpius habet ablatiuum cum præpoſitione: vt Peto à te ouum. Inuenitur tamen etiam cum duobus accuſatiuis. Cornelius Tacitus, Experimentis cognitū eſt, barbaros malle Romam petere, reges quàm habere. Plinius lib. 3. cap. 1, Qui Luſitaniā & Tarraconēſem accolūt, iura Cordubā petunt. In Euāg. Interrogabo & ego vos vnū ſermonē.

Plautus in Pſeud. Sunt quæ te volumus percontari.

Precor. Lucanus, Dux etiam votis hoc te fortuna precatur. hoc verbum antiquè cum datiuo nō communi legitur. Virgilius libro octauo, Optime Graiugenum cui me fortuna precari.

Oro. Similiter Oro. Terentius, Credo quòd mihi ſic oret. Sic in ſacris, Poſtulaui patri meo orari. ſed non eſt imitandum. Alia bene reperiuntur cum datiuo communi: vt Poſce mihi magiſtrum veniam. ſic Rogo, &c. Mihi, id eſt pro me. Plautus, Hanc veniam illis ſine te exorem. Rogo tibi nummos. pro rogo te, male dicitur. Martialis, Quum rogo te nummos pro pignore: non habeo, inquis. Tul. Sed vt ego quoque aliquid te admoneam.

Hortor. Idem prima in Catil. Quod te iam dudum hortor.

Exigo. Idem primo de legibus, Te veritatem exigant. ſic Exigo te nummos. Cæcilius, Ego illud minus nihilo exigor portorium. Metellus, Quum ſeſe ſciret in tantum crimen veniſſe: atque ſocios ad Senatum queſtum flentes veniſſe, ſeſe maximas pecunias exactos eſſe.

Supplico. Supplico non eſt rogandi verbum proprie: quia quum dico, Supplico tibi: ſubauditur (genu) aut (poplitem): & ita Rogo. Nam genu aut poplitem plicamus, quū à potētiore magnum aliquid petimus. Terentius in Andria, Ipſum hunc orabo: huic ſupplicabo. ſemper datiuū habet. Priſcianus vult etiam accuſatiuum habere: ſed deſyderamus teſtimonium. Itaque ſynonyma rariſſime aut nunquam diuerſos regunt caſus. Nam Decipio te, Impono tibi, Comedo panē, Veſcor pane, &c. proprie ſynonyma non ſunt: quia Impono tibi. ſubauditur (fraudem). Veſcor, id eſt nutrior, non comedo, &c.

Secundo regunt accuſatiuum, & intercedente præpoſitione ablatiuum: vt Exigo à te, vel de te pecuniam. Peto à te hanc rem, vel ex te, aut de te. Virgilius lib. 11. AEneid. Ipſum obteſtemur, veniámque oremus ab ipſo. Cicero pro Murena, Eadem precor à diis immortalibus. Et alibi, A te peto vt honoris mei cauſa eum expedias.

Quæro. Calepinus iungit verbis rogandi quæro: vt Quæro te hanc rem, vel à te. Ego cum duobus accuſatiuis nondum inueni: nec cum datiuo, more indoctorum, Quæro tibi: ſed intercedente præpoſitione cum ablatiuo. Perſius, -quære ex me, quis mihi quartus Sit pater: haud prōpte dicam. Plautus in Aſin. Redde operam mihi, cur hoc ego ex te quæram. Ibidem videtur datiuum habere, Per dium fidiū quæris: iurato mihi video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges. ſed hic (quæro) datiuum non habet: quia iurato mihi ordinatur cum (neceſſe eſt eloqui). Cicero lib. 2. de fin. Quęro de te. & alibi, Quæro ex te. Quæro à te, & Quæro abs te quam ob cauſam recuſaris. ſic idem ſemper.

Doceo. DA DOCENDI verba. Doceo, dedoceo, perdoceo, erudio, inſtruo. Salluſtius in Ciceronem, Quem Minerua omnes artes edocuit. Plautus, Paupertas omnes artes perdocet. Doceo te de hac re. Salluſtius in Iugurth. Qui Senatum docerent de cæde fratris. Et in Catil. De itinere hoſtium ſenatum docet. Cicero pro Sexto Roſcio, De his rebus Sylla doceatur. Gellius libro 2. cap. 22, Petebamus vt ſuper cæterorum nominibus religionibúſque ipſe nos docere vellet. ſuper, id eſt de. tamen libenter dicerem, Doceo te de hac arte: pro Doceo te hanc artem. dicito etiam, Doceo puerum ire. Iuſtinianus libro quadrageſimoprimo, Equitare & ſagittare magna induſtria docent. Doceo te fidibus. ſubauditur, canere. ſic Scio & diſco fidibus. Cicero ad Pætum, Socratem docuit fidibus nobiliſſimus fidicen. Bene dicimus, Hæc res eſt docenda. Manilius libro 3, Magna eſt ratio breuitérque docenda. Plinius docendæ oratoriæ artis dixit per nomen, teſte Lanciloto.

Subdoceo. Subdoceo cum datiuo, id eſt quod vulgo dicitur, ſubmoneo: vt Quis ſubdocet tibi? id eſt quis eſt tibi hypodidaſcalus, aut vt vulgus dicit, ſubmonitor? Auguſtinus lib. 4. Confeſſionum, Grammatico ſubdoceret vehementer deſyderanti.

Dedoceo. Dedoceo te hanc rem. id eſt oſtendo falſum eſſe quod didiciſti: & contrarium doceo.

Erudio. Erudio te bonas literas: & per ablatiuum, Erudio te bonis literis. Stat. lib. 10. Theb. Et quæ te leges præceptáque fortia belli Erudijt genitrix, nimium didiciſſe queretur. Ouidius, Hortatúſque ſequi, damnoſáſque erudit artes.

Inſtruo. Inſtruo in ſacris tantum, pro doceo legi: Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me. Alij dicerent, Inſtrue me via, per ablatiuum. Cato, Si tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos Inſtrue. Sic Inſtituo & imbuo te bonis literis, nõ bonas literas. vt Iuuenalis, Intererit multum quibus artibus, & quibus hunc tu Moribus inſtituas. Horatius, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ Teſta diu.

Diſco. Diſco, id eſt doctrinam accipio, non eſt docendi verbum. Diſcit diſcipulus: docet magiſter. Virgilius, Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem.

Dediſco. Dediſco, id eſt quod didici, obliuiſcor. Plautus, Haud æquum facit, qui id quod didicit, dediſcit.

Informo. Informo nunquam cum duobus accuſatiuis inueni.

Veſtiendi verba. DA VERBA veſtiendi. Veſtio, induo, cingo: ſic exuo, &c. Primo regunt duos accuſatiuos. In ſacris, Veſtiuit eum ſtolam byſſinam. Induite vos armaturam dei. Induit eum dominus coronam gloriæ. Virgilius, Troianos exue cæſtus. accuſatiui ſunt diuerſi. (Badius non credit: quia ad vnum Darheta loquitur) In Actibus Apoſtolorum, Calcea te caligas tuas. Calceo habet in ſecunda ſyllaba ſecundam vocalem, non tertiam. Secundo regunt datiuum cum accuſatiuo: vt Induo tibi tunicam. Ouidius Metamorp. ſecundo, -iandudum vincula pugnat Exuere ipſe ſibi. Et in Ponto, Dúmque latus ſancti cingat tibi turba ſenatus. Tertio regunt accuſatiuum cum ablatiuo: vt Induo te tunica. Virgilius, Impulit his cingi telis. Ouidius libro primo Metam. Flumináque obliquis cinxit decliuia ripis. Exuo te caſtris. id eſt ſpolio. Coronor. Coronor illam rem, vel illa re. Horatius, Coronari Olympia. notat hoc Priſcianus.

REGVLA QVARTA.

Delectat, decet, atque iuuat, da quarto & oportet.

Delectat. Decet. Iuuat. Oportet. Oporteo. Hæc quatuor verba Delectat, decet, iuuat, oportet accuſatiuum poſt ſe cupiunt: & cum infinitiuo impersonalia dicuntur, cum nominatiuo ante ſe perſonalia: vt Delectat me ſtudere: aut Delectat me ſtudium. Decet te caſte viuere: aut Decet te caſta vita. Iuuat nos aſpicere arua: aut Iuuat nos aſpectus aruorum. id eſt delectat. Oportet te ire. Inuenitur hoc verbum perſonale interdum: ſed ſine vllo caſu poſt ſe. Terentius, Quæ aſſolent, quæque oportent. Varro in re ruſtica, Tertia res eſt nutricatu, quæ obſeruari oporteat. Multum differt Oportet ab Opportunum eſt: quia oportet vnico p, id eſt neceſſe eſt: opportunum gemino pp, id eſt commodum.

Oportet reperitur apud plures perſonaliter. Quintilianus, Diſertos ſatis putat dicere quæ oporteãt. Cæcilius apud Priſcianum, Vt ea quæ oportuerint facta, non ſint. Elegantius dicimus, teſte Valla, actiue, Oportet legere libros. Expedit euoluere authores. Vtile eſt cognoſcere plurima. Operæpretium eſt habere quos imitemur, Neceſſe eſt habere vſum: quàm Oportet legi librum, &c. Seneca Epiſt. 34, Agricolam arbor ad fructum perducta delectat. Oblecto me carmine. Delector hiſtoria. Virgilius, -iuuat arua videre, Deſertóſque locos. Idem, Non omnes arbuſta iuuant.

Deceo. Decet cum datiuo. Ouidius, Lude, decent animos mollia regna tuos. Antiqui ponebant cum datiuo, nec prohibeo ſi quis parcè ſic vtatur. Tacitus, Decere nobis terram viuam. Cicero lib. 3. de Orat. Quandoque id deceat prudentiæ tuæ. Terentius in Adelph. Vt vobis decet. Gellius lib. 9. cap. 15, Introijt adoleſcens, & præfatur arrogantius & elatius quàm ætati eius decebat. Salluſtius, teſte Seruio, in 8. AEneid. Locum editiorem quàm victoribus decebat. Aliter in Iug. Quibus pro magnitudine imperij ius & iniurias omnes curæ eſſe decet. (Quibus) ordinatur cum (eſſe), non cũ (decet) contra Mancinellũ: nec hic aliter loqui poſſes. Decet in illum, puto non male dici: vt Dedecet in illum. id eſt non decet. Tul. lib. primo Offic. Siquid dedeceat in illos, vitemus ipſi. Aldus addit dictis imperſonalibus Lædit & offendit: vt Lædit ſtomachũ ſcribere. Offendit cerebrum indulgere Baccho. Sic poſſent addi Latet, facit, &c. quia infinitiuũ loco nominatiui habere poſſunt: vt Pertinet ad me ſtudere, &c. Quia multa accuſatiuum vel ablatiuũ habẽt gratia præpoſitionis: vt Exeo domũ, vel domo. ideo de hac re volo nũc agere.

REGVLA QVINTA.

Compoſitum quandoque dabit ſibi præpoſituræ
Caſum. Quocirca quartum, ſextúmque dat exit.
Sæpe quidem docti repetunt bene præpoſituram.

Verbum compoſitæ figuræ regit aliquando caſum præpoſitionis cum qua componitur, vt Exeo ab (extra) regit accuſatiuũ. Terent. in Hecyra, Quũ limen exirem. Exeo ab (ex) regit ablatiuũ. Lucan. Exeat Exeat.

aula Qui vult eſſe plus. Sic egredior domũ vel domo. Adeo Petrum. Circunſiſtimus magiſtrum, &c.
Cur dixiſti aliquando? Quia ſæpe verbum non regit caſum præpoſitionis ſuæ: vt Arrideo tibi. Applico litori. Interſum lectioni, &c. ideo authorum vſus magis conſyderandus eſt quàm regula. Sæpe præpoſitio repetitur: vt apud Ciceronem, Extra cancellos egredi conabor. Accedo ad ignem, &c. Nunc plura afferam per præpoſitionum ordinem.

Adeo. Adeo vrbem, ad vrbem, & in vrbem. Adeo patrem, vel ad patrem, non in patrem. Virgilius, Adit oppida paſtor. Tullius 3. epiſt. Ad me adire quoſdam memini. Suetonius in Auguſt. paſſiue dixit, Quo facilius vrbs adiretur. Virgilius, Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Terentius, Adortus eſt fratrem iurgio.

Alluo. Alluo, id eſt ad, vel iuxta aliquid fluo. Curtius, Montem leniter alluet præteriens amnis.

Accolo. Tullius, Gens quæ accolit Nilum. id eſt habitat apud Nilum.

Affor. Affor & alloquor te. Ouidius, Deucalion lachrymis ita Pyrrham affatur obortis.

Aſſilio. Aſſilio illi, vel illum, aut in illum. Sillius 7, Aſſpedem planta currum premit, atque volanti Aſſilit à tergo. Stat. 10. Theb. -nouus aſſilit æthera magnum Clamor. In ſacris, Tetras Phlegethõtis aſſilit tenebras. Sillius 10, Aſſilit in ferrum, & per vulnera colligit hoſtem.

Allatro. Allatro laudem tuam. id eſt obtrecto, carpo, obſtrepo, &c. Titus Liuius libro 34, Cato allatrare Scipionis magnitudinem ſolitus erat. Mart. Allatres licet vſque nos & vſque. Plinius lib. 2. cap. 70, Oceanus interna maria allatrat. id eſt alluit. Rodolphus Agricola cum datiuo dixit, Occurrenti allatras. Et Eraſmus, Canis ignotis omnibus allatrat. Ego libentius dicerem, Canis omnes ignotos allatrat: quia nequiui cum datiuo reperire: & Quintianus putat cum datiuo barbare conſtrui allatro.

Appello. Appello vrbi vel vrbem. Sillius in primo, Fatali Dido Libyes appellitur oræ. Apuleius in 7, Quum litus Actiacũ appuliſſet. Cicero ſexta in Verrẽ, Appellitur nauis Syracuſas. Poteſt hoc carere rectore.

Aſſideo. Aſſideo illi vel illũ, & apud illum cũ datiuo frequentius. Hieronymus ad Auguſt. Languẽti multo tẽpore aſſidemus. Cicero pro Planco, Huic aſſidẽt. pro hoc laborant. Apul. 1. Metam. Aſſidebat pedes vxor. Salluſt. 4. hiſto. paſſiue dixit, Amiſſum oppidũ aſſideri ſine prælio audiebat. Idem in Iug. Hiempſal dextra Atherbalẽ aſſedit. Priſcian⁹ dicit accuſatiuũ regi à (dextra) alij ab (aſſedit) quod mihi placet.

Accubo. Accubo illi vel illum. Suetonius in Cæſare, Theatrum ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Apuleius 2. Metam. Menſulam rogatus accubueram. Et libro 5, Lectum maritus accubans. Plautus in Menæh. Prandi, potaui, ſcortum accubui.

Accumbo. Accumbo etiam accuſatiuũ habet apud Apuleiũ libro 4. Metam. Menſas dapibus largiter inſtru-
Accurro. ctas accumbunt. Cæterũ is author multa dicit ab alijs vix vſurpata. vt in 2, Quadam die percita Fo-
Adſum. tis, ac ſatis trepida me accurrit. Idem lib. 5, Scopulũ iſtum protinus aderunt. Et lib. 6, Pedes eius ad-
Aduoluta. uoluta. Aliter reliqui. Curtius lib. 3, Aduoluta eſt pedibus eius. Apuleius lib. 6, Pſychen accurrit ſuã.
Reſideo. Reſideo apud eundem accuſatiuum habet libro 7, Lumbos meos inſiliens reſidebat. Et in octauo,
Affero. Mulierem quæ dorſum meum reſidebat, repente percuſſit. Aliter in nono ait, Nudæ ſpinæ meæ reſi-
Adijcio. dens. Idem in nono, Auiculæ ſermo talis affertur aures. Plautus in Aſinaria æque inuſitatẽ dixit,
Applico. Nequem oculos adijciat. Et Cicero pro Cluentio, Staleni familiaritatem ſe applicuit. pro affertur auribus, necui adijciat, familiaritati applicuit.

Afflo. Afflat vrbem terror. Florus de bello Mithridatico, Ipſam vrbem Romam regius terror afflabat.

Aduolo. Cicero Attico, Roſtra Cato Aduolat. Dic etiam per datiuum aduolo vrbi, & aduolo ad vrbem, & in vrbem, vt Calepinus probat.

Adequito. Aſſiſto thoro per datiuum, vt Adequito caſtris. Florus, Parthico habitu caſtris adequitat.

Ante raro facit verbum regere accuſatiuum: vt Antecedo, Anteeo te doctrina, per datiuum dicitur, Antegradior, &c.

Circunſto. Circunſto, circunuolo, circunduco, & multa alia accuſatiuum habent gratia præpoſitionis. Ouidius 2. Metam. Talia dicentẽ circunſtant omnia ſolem Numina. In Marco, Circunſpiciens illos cum ira.
Circunſideo Circumiui cœmeterium. Salluſtius, Iugurtha oppidum circunſedit. Virgilius, Sed nox atra caput
Circuuuolo. triſti circũuolat vmbra. Plautus in Moſtel. Circunduce iſtum haſce ædes & conclauia. poſterior accuſatiuus regitur virtute præpoſitionis: prior, virtute verbi. Circunuenio te, id eſt decipio.

Circundo. Circundo ſolum corio, vel Circundo corium ſolo. Virg. Taurino quantum poſſent circundare tergo. Martialis, Qui recitaturus circundat vellera collo, Hic ſe poſſe loqui, poſſe tacere negat.

Circunſilio. Circunſilio puteum, cum accuſatiuo. Sillius 1, Mox inſtaurantis pugnam circunſilit arma.

Ob quandoque facit verbũ regere accuſatiuũ. Cicero, Vt noſtras villas obire poſſis. id eſt circumire. Obeo legationem. id eſt cõpleo, facio, finio. Obeo mortem. id eſt morior. Terentius, Is obijt mortem. Et in ablatiuo, Obeo morte. Suetonius in Auguſt. Morte obijt repentina. Et ſine caſu, Is obijt. id eſt mortuus eſt. Sillius 4, -collapſum poplite flexo Enſis obit. id eſt circundat & interficit.

Obequito. Obequito mœnia, vel mœnibus. Id eſt circumequito. Curtius lib. 3, Quum agmen obequitaret, varia oratione, vt cuiuſque animis aptum erat, milites alloquebatur. Idem lib. 7, Dum obequitabat mœni-
Obambulo. bus, ſagitta ictus eſt. Liuius, Ipſis obequitaret caſtris. Datiuum etiam capit Obambulo, id eſt circumambulo. Idem, Obambulare muris, vt facile noſceretur ab AEtolis, cœpit. Obſideo vrbem.

Obhorreo.
Obhorreo rem. id eſt abominor. Suet. in Aug. Diſtortos obhorrebat.

Obrepo.
Obrepo te, & ſæpius obrepo tibi. Horatius, Operi longo fas eſt obrepere ſopnum. Plautus in Pœnulo, Statim te obrepet fames.

Percurro.
Percurro, perambulo, pererro forum. Virg. Ille fuga ſyluas, ſaltúſque pererrat. Liſa perlabitur Gandauum. Sic veteres, teſte Seruio, honeſte loquebantur. Nos curro per forum. veteres hîc imitare.

Traijcio. Traduco.
Trans facit etiam verbum interdum accuſatiuum regere: vt Tranſeo forum. Traijcio mare. & vbi ſimplex habet accuſatiuum, compoſitum interdum habet duos. Liuius, Traiecit copias Iberum. Cæſar in comment. Cæſar omnem equitatum funditoréſque & ſagittarios pontem traduxit.

Tranſfero.
Tranſgredior mandatum, tranſilio foſſam, tranſfero te forum. In ſacris, Mente polum nos tranſferre ſatage. hæc conſtructio rara eſt, illa vero frequens. Tranſfero hoc ad vſum. Cicero 1. Offic. Mediocritas ad omnem vſum cultúmque vitæ tranſferenda eſt. Lucan. in 10, Nōdum tranſlatos Romana in ſecula luxus. Mos autem ita tranſfertur, vt penes priorem remaneat: ſecus in alijs.

Interluo.
Inter, quod præpoſitum oportuit. Inter quandoque facit verbum regere accuſatiuum: vt Interluo montes, id eſt fluo inter montes. Claudianus, -rapuit confinia mœrens
Victor, & abſciſſos interluit æquore montes. -

Intercedo.
Sæpe verbum alium caſum regit: vt Intercedit tibi mecum amicitia. id eſt amicitia me tibi conciliat. Interceſſit Cato. id eſt medium ſe vi & verbis oppoſuit.

Prætereo.
Præter facit verbum interim accuſatiuum habere. Terent. Cum hæc puto, præterij imprudens villam. Præterlabor cum allabor, cum accuſatiuis reperies.

Aberceo. Abdico.
Aberceo te domo, pro Expello, Plautinū eſt: vt Eam abercet domo. id eſt prohibet aut expellit. Idem, Quid iſtuc eſt negotij, quòd tam ſubito abeas domo? Valerius, Et ſe conſulatu abdicauerunt. Sueto. Curia abſtinuit. Abſum Italia vel ab Italia. vtrunque apud Suetonium notabis.

Deduco.
Deduco morbum corpore. id eſt expello à corpore. Horatius, Non domus & fundus, non æris aceruus & auri, AEgroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas. Plautus præpoſitionē repetit in Curg. Deduco pedes de lecto clàm, miles ne ſentiat. & Hieronym⁹ ad Heliodorum, Ibi quies nō eſt, vbi mens à propoſito ſæpe deducitur. id eſt reuocatur.

Decedo.
Decedo vrbe, ex vrbe, ab vrbe, &c. Suet. Decedere via. Idem, Deceſſit morbo aquæ intercutis. id eſt mortuus eſt. Horat. Deſcende de cælo, & dic age tibia.

Deſiſto.
Deſiſto incœpto. Valerius, Incœpto iuſſit deſiſtere. Deſtituor auxilio. Deuenio locum, pro ad locū, poeticum eſt.

Exeo. Egredior. Effugio.
Ex facit verbum ſæpe ablatiuum regere: plerunque etiam accuſatiuus datur, vt ſit ab Extra. Exeo vrbem, vel vrbe, de vrbe, ex vel ab vrbe. ſic Egredior & Effugio. Stat. Campum exire vetat. Ouidius, Et rogat vt tectis exeat vmbra ſuis. Virgilius, Quanuis multa meis exiret victima ſeptis. Cicero 1. Tuſcul. Exeamus è vita læti. Idem de reſponſis aruſp. De cauea exire iubebant. Exeo hominem. id eſt morior, apud Solinum legitur. Apul. 3. Metam. Exibis aſinum. id eſt exues figuram aſini. Sueton. in Auguſto, Quanuis ſtatuiſſet non egredi tabernaculum. In Tyberio, Non egreſſus eſt villa. Ibidem, Ab vrbe egrediens. Cicero pro Quintio, Extra hos cancellos egredi conabor.

Euado.
Euado hoſtem, & ex hoſte. id eſt effugio. Suetonius in Tyb. Cornelius me euaſit. Tullius pro Sylla, Cuius ex inſidijs euaſeris. Euado gradus, & ad gradus. id eſt aſcendo. Virg. AEneid. 4, Sic fata gradus euaſerat altos. Et lib. 2, Euado ad ſummi faſtigia culminis.

Excedo. Expello.
Excedo Italia, vel ex Italia. Sueton. in Claudio, Italia exceſſiſſet. Valerius, Reſpondit ſe vita malle excedere. id eſt mori. Terētius, Ex iſtoc exceſſerat loco. Sic expello. Luca. lib. 3, Sedibus Elyſijs campíſque expulſa piorum. Et lib. 2, Expulit armatam primis à ſedibus vrbem. Cælius Ciceroni lib. 8. epiſto. Me cum expuliſſet ex Italia Pompeius. Anguilla elabitur manibus, vel è manibus. Hæc res excidit memoria, vel è memoria: vel Memoria huius rei excidit mihi. Terentius, Eijciat oppido. Virgilius, Portáque emittit eburna.

Exigo.
Exigo pro expello elegans eſt. Valerius, Quum Italia Pyrrhum exegiſſet.

Exto.
Exto illum, id eſt longior ſum illo, vel ſupero. Papin. 1. Syl. Quantúmque egomet Nereidas exto. dicit hoc Venus. Idem 10. Thebaid. -ſummáque è margine nidi Extat hians.

Ineo.
In facit verbum ſæpe accuſatiuū regere: vt Ineo pacem, fœdus, ſocietatē, in magnis rebus locū habet. Ineo prandium aut cœnam, vix licet dicere: ſed Incipio. Item ineunte ætate: non ineunte hora, ſed incipiente. Ineo gratiam ab illo. id eſt facio illi rem gratam, Plautus in Aſinaria, A me initis gratiam.

Indo. Incurro.
Indo butyrum in pultem. Cato, In fiſcellam indito. Incurro rem & in rem. Cicero, In odia hominum incurrunt. Cæſar in comment. In Oceanum influit.

Illuceo.
Illuceo illi, & aliquādo illū. Suetonius in Cæſare, Ea nocte cui illuxit dies cædis. id eſt cui ſucceſſit. Titus Liuius 35, Hic ſpecioſus vltimus dies P. Scipioni illuxit. Sil. 10, Sibi triſtius illum illuxiſſe diem. Plautus in Bacchidibus, Vulcanus, ſol, luna, dies, dei quatuor ſcæleſtiorem nullum illuxiſſe alterum.

Incubo.
Incubo hanc rē. id eſt occupo, poſſideo, amplector. Apuleius 4. Metam. Pānoſus alioqui ac ſordidus aureos folles incubabat. Plin. 2. nat. hiſt. Omnia contrarias incubant partes. Incubo illi rei, in datiuo. id eſt Inſto, innitor, inſideo. Virgilius, Ponto nox incubat atra. Gallina incubat ouis, &c. In ſæpe

facit verbum regere datiuum: vt Innitor haſtæ. Inſero me quæſtioni.

Includo. Includo te carceri. Stathius 7. Theb. per ablatiuum dixit, –nunquam hunc animum natura minori Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires.

Incido. Incido in illam rem, & aliquando Incido illi rei. Terentius, In eum incidit. Stat. in principio octaui, At ſubitus vates pallentibus incidit vmbris. vetus locutio eſt per datiuum, teſte Lactantio. Claudius, Heri recedens veſperi Numantinis incidit.

Infero. Infero me foro, vel in forum, & aliquando Infero me forum. Virgilius, Inferrétque deos Latio. Apuleius 2. Metam. Repente me neſcius forum cupedinis intuli.

Subeo. Subeo tectum, tecto, & ad tectum. Virg. –hæc limina victor Alcides ſubijt. Idem, Iámque propinquabant tectis, muróque ſubibant. Idem, –ad tecta ſubibant Pauperis Euandri.

Succedo. Succedo tecto, & ad tectũ. Virg. 3. Georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & vmbræ. Idem 7. AEneid. Noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Sil. 10, Nequicquam armatos auſit ſuccedere muros. Apuleius 5. Metam. Larẽ noſtrum lætæ ſuccedite. Succedo tibi, vel in locum tuũ. Cicero 3. Offic. In eorum locũ ipſe ſuccedat. Auguſt. 4. Confeſſ. Ipſe eſt deus noſter, & non diſcedit: quia nõ ſucceditur ei.

Subrepo. Subrepit illi, vel illum, vel in illum horror. Stat. 11. Theb. Tacitus ſubrepſit fratribus horror. Sill. 15, Pectora ſubrepit terror. Papinius 1. Syl. –feſſos penitus ſubrepſit in artus Inſidioſa quies, & pigræ obliuia vitæ. Subit animum aut animo timor, vt antè docui. Stathius 10. Thebaidos, Vna omnes eadémque ſubit formido.

Superruo. Superruo illum. Apuleius 1. Metamorph. De alto recidens Socratẽ (nam iuxta me iacebat) ſuperruo.

REGVLA SEXTA.

Quàm poſcendo diu quartum vel ponito ſextum,
Cum quouis verbo: ſecus ablatiuus adeſto.

Omne verbum regere poteſt accuſatiuum vel ablatiuum temporis ſine præpoſitione, aut accuſatiuũ cum præpoſitione Per, vbi fieret quæſtio per Quandiu aut quàm dudũ: at quæſtione facta per Quando aut quanto tempore, pro intra quantum tempus, ſolus ablatiuus datur: vt Quandiu habitaſti Lutetiæ? Tres annos, vel tribus annis, vel per tres annos. Quàm dudum obijt pater tuus? Abhinc tres menſes, vel tribus menſibus, & ſæpius quidem hoc per accuſatiuum dicitur. **Quàm dudum. Quàm pridem.** Quàm dudum & quàm pridem, id eſt quod ruſticè dicitur, Quandiu præterijt quòd. ſed Quàm dudũ quærit de re non adeò diu præterita. Quàm pridem, de re ante multos etiam annos facta. Quando veniſti? Hora tertia. Quãto tẽpore hæc ſcripſiſti? Tribus horis. Virgil. 1. AEneid. –vna cũ gente tot annos Bella gero. Cicero, Abfui magnam partem conſulatus tui. Virgilius, Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. In ſacris, Adhuc modicum vobiſcum ſum. id eſt per modicum tempus. Sic, Adhuc modicũ lumen eſt in vobis. Cic. 12. ad Atti. Quòd quæris quandiu hic? Paucos dies, ſed certũ non habeo quandiu. id eſt quàm longo tempore. Cic. 3. in Verrem, Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt. De ablatiuo. Plaut. in Moſtel. Abhinc ſexaginta annis occiſus. Cic. 2. in Verrẽ, Comitijs abhinc triginta diebus habitis. De accuſatiuo cum Per. T. Liuius in procemio, Quæ noſtra per tot annos vidit ætas. Cic. pro Cluentio, Per multos annos quieuit. Suet. in Tyb. Cibo per quatriduũ abſtinuit. In eodem, Huic cognitioni adeò per totos dies deditus. Tacitus, Tot per annos continuum vitæ ordinem nõ deſerendum. Cic. 7. ad Atticum, Tenuiſti prouinciã per decem annos. ſic idẽ ſæpius. ſic Plini9 & alij. In epiſt. Phalaridis cum Ad, Tu verò ad multos annos fœliciter viuas. In Geneſi, Per viginti annos in domo tua ſeruiui. De ablatiuo reſponſo ad Quando. Plin. Omnia plenilunio maria purgantur. In Euangelio, Media nocte clamor factus eſt: hoc poſſumus per accuſatiuũ cum Per dicere. Virg. At pius AEneas per noctem plurima voluens. Tacitus, Quod perditiſſimus quiſque per diem concupiuerit, per tenebras audeat. Additur ablatiuo aliquando præpoſitio de, vel in. Tacitus, Tali in tempore capeſſendæ reipublicæ iter ingreditur. Hirtius de bel. Gal. Inſequẽti nocte equites præmittit. Cic. pro Murena, **De nocte vigilo.** Vigilas tu de nocte. Liuius vigeſimotertio, Cœperunt epulari de die. Cæſar 7. de bel. Gal. Reliquas de media nocte proficiſci imperat. loquitur ita ſæpius. Sueto. in Aug. De nocte ad occaſionem auræ euectus eſt. Et in Veſpaſ. De nocte vigilabat. Cicero 8. ad Att. Obſignata iam epiſtola quam de nocte daturus eram. Curt. 5, De die inibat conuiuium. Horatius, Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones: Vt teipſum ſerues, non expergiſceris. De ablatiuo reſponſo ad (quanto tempore) pro intra quantum. Ouid. Si quoties peccãt homines, ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tẽpore inermis erit. id eſt intra exiguũ tempus. Cic. Superioribus diebus veni in Cumanũ. Idẽ, Qui his diebus paucis põtifex factus eſt. id eſt intra ſuperiores dies, &c. teſte Valla. Dicimus autem Intra decem dies quàm veni, confeci omne negotiũ. vbi venuſte ſubauditur poſt, vt Valla declarat. Additur ablatiuo quandoque in pro intra. Sueton. Ex eo cõtinuo nata ſoboles adeo in paucis adoleuit diebus vt nõ æquipararet modo matrẽ, verũetiam obtegeret. Dimidiata hora cõpoſui triginta verſus. id eſt intra dimidiatã horam.

Dimidius. Dimidiatus. Quæ eſt differẽtia inter Dimidius & dimidiatus? Dimidiatus dicitur quaſi diſmediatus, & in duas partes diuiſus, & additur dictioni totum ſignificanti: vt Dimidiatũ librum legi. id eſt libri dimidium,

Dimidius ſignificat dimidiati partem, fungitúrque huic nomini pars vt: Dimidiam partem libri legi. Aut ſubſtantiue, Dimidium libri, non dimidium librum: nec dimidiatam partem libri. vide Gellium lib. 3. cap. 14. Dictam differentiam non obſeruauit Plinius, niſi mendum ſit: quia lib. 4. epiſt. ait, Egeram horis tribus & dimidia. Et libro 6, Dimidias clepſydras dixit.

Triginta annos natus ſum, Latine dicitur: quia teſte Priſciano, ſubauditur (ante). Terent. in Heaut. Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt conijcio.

Vt figuratè & venuſte dicimus, Puer id ætatis: ita etiam Studui id temporis Louanij. pro Eo tempore. Cicero prima in Catil. Ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. Suet. in Nero. Nunquam poſtea publico ſe illud horæ ſine tribunis commiſit procul & occultè ſubſequẽtibus. Pulchre dixit Philelphus, Ab eo petas, mihi vt commodet in menſem vnum ſextum Empyricum. nõ recte omitteretur hic præpoſitio. Plautus dixit in Milite, Qui mille annorum viuunt ab ſeculo ad ſeculum. Vbi genitiuus pro accuſatiuo vel ablatiuo ponitur, nec eſt imitandum: vel ſubauditur accuſatiuus (ætatem): aut (mille) eſt ſubſtantiuum ſingularis numeri.

Id temporis, pro eo tempore.

QVOMODO differunt accuſatiuus & ablatiuus tẽporis reſponſi ad Quandiu? Nullo modo differunt, licet Nonius Marcellus velit per accuſatiuum ſignificari tempus continuum: per ablatiuũ, non continuum: venuſtius tamen per accuſatiuum loquimur. Plautus in Trin. Rure dum ſum vnos ſex menſes. Oſtende authoritate differentiam Marcelli eſſe falſam. Sueton. in Augu. In lectum inde tranſgreſſus non amplius quum plurimum quàm ſeptem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas: ſed vt in illo quidem temporis ſpatio ter aut quater expergiſceretur. Si per accuſatiuum ſignificaretur tempus continuũ, male proculdubio loqueretur hîc Suetonius Idẽ in Calig. Vixit annis XXIX. Imperauit triennio & decem menſibus, diebúſque octo. hîc per ablatiuum ſine dubio ſignificatur tempus continuum. Varro in re ruſtica, Quatuor menſibus eſt prægnans. Valla vtitur alio argumento. Si per accuſatiuum ſignificaretur tempus continuum, non diceremus, Laboraui ſex totos, aut cõtinuos dies: quo pacto & oratores & poetæ loquuntur. Cic. 2. de natura deorum, Totos dies precabantur. Et in oratione pro reditu ſuo, Qui totos dies de officio, & de virtute diſſerunt. Et alibi, Decem dies continuos. Virg. Hîc iam tercentum totos regnabitur annos. Terentius, Vbi deſedi totum diem. Hanc rationem alij ſoluunt per regulam Alexandri, AEquiualens geminis, &c. Accuſatiuus temporis per ſe continuũ tempus denotat. vbi addideris (totos) aut (continuos), ſolum tempus indicat. Quia de Alexandri regula meminimus, non inutile fuerit eam plenè declarare.

Temporis accuſatiuus ablatiuo nihil differt.

ALEXANDRI THEOPAGITAE REGVLA VTILISSIMA.

AEquiualens geminis harum ſi iungitur vni
Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi.

Quoties dictio æquiualet duabus dictionibus in ſignificando, ſi ipſi altera illarum iungatur, capietur ſolum pro reliqua: vt Egredior domum. id eſt gradior extra. Egredior extra domum. id eſt gradior. ſic declarato Inſum cõcioni, inſum in concione: Adeo te, adeo ad te. ſic Exeo, incurro, & cætera declarata ibi Compoſitum quandoque dabit, &c. ſic nemo, & nemo homo. Cæterũ opus eſt vt exempla huius regulæ ſint ab authoribus non futilibus vſurpata: alioqui eſſet pleonaſmos ſiue nugatio: vt Hic eſt cæcus viſu, non dicam: quia apud bonos authores non reperi. Declarabo itaque ea demum quæ apud probatiſſimos authores leguntur.

Quicquid, id eſt omne quod. Quicquid cum omne, quod ſolum ſignificat. Cic. in Verrem, Omnia quæcunque Carpinatius poſtulabat, facere & decernere ſolebat. Valerius Maximus libro 1, Mox humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutandi, ponè reſpiciens animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentẽ. Boetius in categorijs Ariſtotelis, Quæcũque de eo quod prædicatur, dicuntur, omnia de ſubiecto dicuntur. Hieron. in pſal. Omnia quæcunque faciet, proſperabuntur, &c. Omnia quæcunque voluit, fecit, &c.

Omne quicquid.

Opuſculum, id eſt paruum opus: nec aliud ſignificat (paruũ opuſculum): eſt tamen ſignificãtia vehementior, vt ſit (paruũ opuſculum) valde paruũ. Cic. in Paradoxis, Accipies igitur hoc paruum opuſculum. Ibidem, Minutis paruis interrogatiunculis, id quod propoſuit, effecit. Et alibi, Parua particula. Plaut. in Rud. Curculiunculos minutos fabulare. Cedo, id eſt do locũ. Cedo locũ, id eſt do.

Paruum opuſculum.

Foetet, male olet. Foetet male, id eſt olet. Pneuma, eſt ſpiritus ſolũ, ideo Pneuma ſanctũ huc nõ pertinet. Perhibeo, id eſt teſtimoniũ do. Perhibeo teſtimoniũ, id eſt do. Viſo, id eſt eo viſum. Doctiſſimus, valde doctus. Salto, frequẽter ſalio. Caleſco, incipio calere (vt multi voluere). Redeo, eo retro.

Perlucet, vehemẽter lucet. Præſcire, antè ſcire. In dies, id eſt in dies ſingulos. Abſtemi9, abſtinẽs à vino. Cõcurro, ſimul curro, &c. & tamen per hãc regulã vehementioris ſignificantiæ gratia dicimus, Eo viſere, q̃ doctiſſimus. vbi (doctiſſimus) voce nõ re eſt ſuperlatiu9. Frequẽter ſalto, caleſcere incipio, aut ſimilia, &c. Virg. Maria incipiunt agitata tumeſcere. Idem, Coepit crudeſcere morbus. Plin. de Apelle, Gratior erat Alexandro frequenter in officinam ventitanti. Idem libro 17, Carbo vehementer

perlucet. Virgilius, Aſper acerba tuens retro redit. Idem, Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus Improperata refert. Et lib. 2, -retro ſublapſa referri Spes Danaûm. Terent. Nónne oportuit præſciſſe me antè? Plinius Vini abſtemijs dixit. Terentius in Phorm. Vultíſne eamus viſere? Gel. 19, Pedes tum grauiter ægrum ire viſere. Terentius, Multa ſimul concurrunt. Ad hác regulam potes reducere Plerique, id eſt ferè omnes: vt Plerique omnes.

Retro refero. Præſcio antè. Abſtemius vini. Eo viſere.

REGVLA VLTIMA.

Quantum ſit ſpatium, quarto vel dicito ſexto.
Aſt vbi quid factum, ſexto tantummodo prome.

Verbum eundi & diſtandi regit accuſatiuum vel ablatiuum diſtantiæ aut ſpatij: vt Ambulaui ſeptem milia vel milibus. Colonia abeſt hinc iter vel itinere quatuor dierum. Cicero 15. epiſt. Abeſſémque ab Amano iter vnius diei. Virg. 11, Nec longis inter ſe paſſibus abſunt. Cęſar 2. de bel. ciu. Hic locus abeſt à Clypeis paſſuum XXXII. milia. Curt. 5, AEdificia non ſunt admota muris: ſed fere ſpatium vnius iugeris abſunt.

Patet cũ accuſatiuo. Patet regit caſum huius regulæ. Virg. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tres pateat cæli ſpatiũ non amplius vlnas. Cæſ. in com. Hercyniæ ſyluæ latitudo nouem dierũ iter expedito patet. Idem 2. de bel. ciuili, Patebant hæc quoquouerſus pedes triginta. In Politicis Ariſt. Diſtant hæc loca iter ſemidiei. Aliquando accuſatiuus ſubauditur. Cic. 5. ad Atticum, Nos properabamus in caſtra, quæ aberant bidui. Et Ab quibus aberam bidui. Quũ dicimus, Iui duo milia. ſubauditur genitiuus (paſſuum): quia miliare continet proprie mile paſſus. Continet paſſus quinque pedes. Octaua pars miliarij dicitur ſtadium. Mart. Te tamen vt videam, duo milia non piget ire:

Miliare. Vt te nõ videã, quattuor ire piget. In Actis Apoſt. Et proceſſerũt vicũ vnũ. Primo Machab. Perſecuti eos ſunt viam vnius diei. Leuca & milia barbara ſunt, licet Agricola vtatur: Latine dices miliare vel miliarium: licet Miliare putauerit quidam noſtratium eſſe barbarum. Cic. 6. ad Atti. Accepi tuas literas ad quintum miliare. Hircius vel Oppius de bel. Hiſpa. Quum ad octauum miliarium veniſſet.

AST VBI quid factum, &c. Si vbi quid factum ſit, quæratur, reſpondetur ablatiuus: vt Captus eſt latro ſexto ab vrbe lapide. non ſextum lapidem, &c. ſed opus eſt vt nomen diſtãtiæ ſit: alioqui præpoſitio adderetur: vt Petrus mortuus eſt in carcere. Et hæc de accuſatiui regimine. De ſynecdoche in accuſatiuo, & de præpoſitionibus in genitiui regimine egimus, vt de Ecce, ô, & heu in regimine nominatiui. Sequitur regimen ablatiui, cuius regulas obiter complures declaraui: vt AEger pedibus. Opus eſt mihi libro. Emo duobus Philippæis, &c. Dicta non repetam.

REGIMINIS ABLATIVI REGVLA PRIMA.

Natura faciens regitur ſine præpoſitura
In ſexto à verbis permultis, mobilibúſque.
Sic dabis efficiens quodcunque, modo bene poſſit
Hoc per, præ, propter, reſerare: pudore tacemus,
Te virtute colo, Tardus ſenio, grauis ære,
Rex dono Chriſti, diuino numine præſul.

Omne fere verbũ & plurima adiectiua regere poſſunt ablatiuum cauſæ efficientis, præcipue naturalis ſine præpoſitione: qui ablatiuus declaratur per præpoſitionem Per vel præ aut propter. Da exempla de verbis: Taceo pudore, Rubeſco ignorantia, Tremo metu, Eiulo dolore, Baccharis ebrietate. id eſt propter pudorem, ignorantiam, &c. aut præ pudore, &c. ſic Expergiſcor clamore, Hic ſtupet vitio, Lamentor triſtitia, Pingueſcit glis ſopno, AEgroto labore, Fatigor itinere, Amo te virtute, Fulges virtute, Vapulas à præceptore petulantia. Feci amore tui, cauſa efficiens eſt, non finis. ſic Ieiuno amore dei, Veni gratia tui videndi, Gratia dei ſum, id quod ſum. Auxilio tuo euaſi. id eſt per auxilium tuum. Conſumor cura, Dolore maceror, &c.

Gaudeo. Da authoritatem. Terentius in Hecy. Gaudeo ita me dij ament gnati cauſa. Cicero libro 6. epiſto. ad Baſilium, Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo virtute tua. Pro Gaudeo tibi, etiam dices Gaudeo tecum. Terentius, Vt tacita mecum gaudeam. Dicito Gaudeo gaudium, & Gaudeo hac re, vel propter hanc rem, aut de hac re. Cic. Hortenſius introijt: puto vt ſuum gaudium gauderemus. ſubauditur propter. Idem, Gaudeo mihi de toto hoc oſtento. Apuleius per genitiuũ dixit Voti gaudeo, libro 1. de Aſino. Idem, Propter me aliquid gaudeat. Hic nollem per ablatiuũ loqui: quia nomẽ cauſæ efficientis non ſignificat proprietatem quandam, ſed perſonam potius. per præpoſitiones loquemur: vt Verberor propter Iohannem. Ieiuno propter deum, &c. Lachrymo gaudio vel præ gaudio. Terentius, Lachrymo præ gaudio.

Da exẽpla de adiectiuis. Pallidus morte, Albus frigore, Tardus ſenio, Grauis ære, Superbus honore, &c.

id eſt propter mortem,frigus,&c.Quædam ſubſtantiua,vt dignitatum nomina,regunt ablatiuum effi cientis:vt Dei gratia rex.Diuino auxilio papa,&c. Loquimur ſic Chriſtiani, ſcientes omnem poteſtatem eſſe à deo.

QVAE SVNT HVIVS regulæ verba? Fere omnia,& præcipue neutra ſecundæ cum quibuſdam alijs,quæ effectiua dicuntur:& continentur his verſibus, Verba effectiua.

Effectiua dabunt hæc ſextum iubilat,albet,
Exultat,flagrat,trepidat,tremit,eiulat,alget,
Et calet,& feruet,gaudet,mœret,dolet,horret,
Pallet,ſiue rubet,nigret,ardet:iungito friget,
Floret cum ſplendet,torpet,pollet,viret,aret,
Et ſtupet,& languet,valet,& liquet,& madet:adde
Hiſce verecundor,lætor,triſtor,moriórque,
Glorior,indignor,oblector,de quoque lector.
Sic dabis iraſcor cum pluribus:omnia verſu
Dicere difficile eſt:multis dabo præpoſituram.

Ouid.Flagrátque cupidine currus.Domus flagrat igni,Homo ardet ira,Mulier æſtuat amore, Fons manat aqua,potius quàm aquam,vt Exulto & ſitio iuſtitia,potius quàm iuſtitiam,teſte Valla in illud Matthæi,Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.id eſt propter iuſtitiam.ſic Fragro vnguento. Virg.I. AEneidos,Thymo fragrantia mella. Ambroſius,Peccator quanuis fortis abundet,& delicijs fluat, odoribus fragret,in amaritudine animæ ſuæ vitam exigit.

Glorior meis,de meis,& in meis rebus. Delector his & in his. Mancinellus in Theſauro ſuo teſtimonia affert.Per teipſum facile inuenies.Ouid.Arua rigent auro madidis ſqualētia glebis. Quia poſſumus plerunque præpoſitionem addere,& per ablatiuum ſine præpoſitione loqui:contingit aliquando copulari diuerſos caſus.Plaut.in Aul. Ego me iniuriam filiæ feciſſe fateor tuæ Cereris vigilijs per vinum,atque impulſu adoleſcentiæ.

Quæ ſunt huius regulæ adiectiua? Difficile eſſet omnia enumerare: quæ præcipua ſunt, continentur his verſibus, Adiectiuā effectiua.

Adiectiua regunt ſextum multa efficientem,
Vt vilis,turpis,formoſus,pallidus,albus,
Nobilis,& clarus,inflatus,turgidus,amplus,
Et grauis,& tumidus,feſtinus,pulcher,onuſtus,
Et fœlix,tutus,celeber,velox,generoſus.

Omnia vix multo poſſem tibi tradere verſu.vt Vilis ebrietate,infamia,ſcelere,mendacio. Turpis moribus.Virg.Formoſum paribus nodis atque ære. Pallidus amore,Albus frigore,Nobilis progenie,Clarus ſanguine,Inflatus,turgidus,tumidus,elatus,ſuperbus honore,auro,&c. Amplus honoribus. Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat. Fœcundus prole,ingenio,&c. Feſtinus metu.Pulcher frænis.quam locutionem Seruius honeſtam dicit. Spolijs orientis onuſtus,Fœlix nati pietate , Tutus præſidio,Celeber arte grammatica, Velox timore, Generoſus virtute,natalibus,&c. ſic Honeſtus vita, Conſpicuus pietate.

Plautus,Nobilis ſcelere.Plinius,Nobiles clade Romana Cannenſes.Idem,Vtica Catonis morte nobilis.Idem,Iudæa gens contumelia numinum inſignis.Inuictus viribus,Tardus pigritia, Celer timore,Feruidus ira. Ouidius,Ille celer penna tardos ætate fatigat. Fatigatus & feſſus ſtudio,itinere,curſu, onere,labore.Beatus diuitijs,Ebrius dulci fortuna,Speciosus forma,Pulcher aſpectu,Triſtis morte patris, Clarus probitate,Odioſus malitia,Iucundus ſalibus, Moleſtus litibus, Virtute modeſtus. Talia occurrent innumerabilia. Quia de cauſa efficiente locuti ſumus,ideo quæro, Nobilis.

Quod ſunt cauſæ alicuius rei? Quatuor.Efficiens,materia,forma,finis. Cauſa efficiens eſt, quæ rem facit,vt faber. Materia propriè eſt, ex qua res fit,vt lapides, ligna. Forma eſt, quæ dat eſſe rei, vt in domo figura. Finis eſt,propter quem habendū aliquid fit,vt habitatio,protectio ab iniurijs cæli, &c. Finis ferè ſemper in accuſatiuo mediante præpoſitione regitur:vt Ambulo propter ſanitatē acquirendam.Cauſa efficiens aliquando interna eſt, & regitur ferme in ablatiuo per hanc regulam: vt Pudor tacere cogit.ergo dicimus,Taceo pudore. Aliquādo cauſa efficiens eſt externa:& regitur frequēter in ablatiuo à paſſiuo mediāte præpoſitione:vt Dom⁹ fit à fabro.Materia eſt triplex.Ex qua aliquid fit,vt Ferrū eſt materia,ex qua fit culter.Materia in qua eſt proprietas,vt Diabolus eſt materia ſuperbiæ:dētes ſunt materia in qua eſt albor:hæc materia vocatur ſubiectū inhæſionis: & regitur aliquādo in accuſatiuo vel in ablatiuo per ſynecdochen:vt AEthiops eſt albus dētes vel dētibus,vt dictū eſt in regimine genitiui. Materia circa quā,eſt circa quā res verſatur, & regitur in ablatiuo ſine præpoſitione,vt dicemus in regula tertia:vt laus eſt materia circa quā dignitas aut dignatio fit,veluti Dignus laude,&c. Cauſæ rerū.

REGVLA SECVNDA.

Materies ex qua raro ſine præpoſitura

Ponitur, vt fuluo nummos cudit faber auro.

Materia ex qua aliquid fit, in ablatiuo exprimitur ſæpius cum præpoſitione de, è, vel ex: vt Faber facit ex auro calicem. Homo factus eſt de limo terræ. Aliquando præpoſitio ſubauditur: ſed ferè apud poetas. Virg. Sectáque intexunt abiete coſtas. Idem, Viminibus molliſque paras detexere iunco.

REGVLA TERTIA.

Materiam circa quam proprietas habet eſſe,
Mobile cum verbo ſexto capit, auctus honore,
Lactéque diſtentus: ſic adiectiua dabuntur
Plurima, cum verbis fungor, veſcor, fruor, vtor,
Victito, fraudo, beo, dono, afficio, colo, ſterno,
Cum multis iunges, quæ proſa recludet abunde.

Plurima adiectiua & verba regunt materiam circa quam proprietas verſatur in ablatiuo. Da exempla de adiectiuis: vt Auctus muneribus, Hubet diſtentum lacte, Duplex auro, Vir duplex animo, Fœcundus prole, Fœtus armis. Virgilius, Loca fœta furentibus auſtris. id eſt plena vel abundantia. Fœta proprie, eſt grauida & partu liberata, teſte Seruio. Dignus & indignus laude. Hæc aliquando genitiuũ regunt, vt dictum eſt. Honoratus dignitatibus, Præſtans alijs arte. Nihil prohibet idem aliquando dici cauſam efficientem & materiã circa quam. Immunis crimine. Papinius 6. Thebaidos, Immunẽ furijs. De hoc etiam dictũ eſt, vt de Purus macula & Integer vita. dicimus etiam Integer à vitijs. Tacitus, A coniuratione integri: vt Vacuus curis, & à curis. Oriundus Alba vel ab Alba. Caſtus venerijs & à venerijs. Liuius, Quum omnes ab Alba oriundi ſint. Cicero ad Atticum, Oppidum vacuum à bello. Columella, Caſtus à venerijs. Mundus vita, orbus liberis, nudus veſtibus: ſic cætera adiectiua carentiæ. Virgilius, Nunc caſſum lumine lugent. Extorris patria, liber crimine, exul natali ſolo.

Vagus. Tale non eſt Vagus pelago, contra quoſdam male iungentes vagor & vagus dictionibus carentiæ: de quibus in genitiui regimine multa dixi.

Præditus. Præditus virtute, præditus malitia. Cicero in Verrẽ, Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. Apud eundem ſæpe in malam partem capitur. Lentus gradu, dulcis eloquio, benignus natura, compunctus corde, incircunciſus labijs, velox pedibus, promptus lingua, tardus manu: licet hic etiam ſit materia in qua, tamen etiam poteſt dici materia circa quam. Salluſtius, Lingua quàm manu promptior. Facetus & lepidus ſermone, Tardus inceſſu. Liber erit ſi omnia enumerentur.

DA EXEMPLA de verbis: vt Fungor magiſtratu, Veſcor carne, Fruor amici aſpectu, Vtor nummo, Victito lacte, Fraudo te iure, Beo te diuitijs, Dono te equo, Afficio te honore, Colo te modico munere, Sterno lectum tapetis, Libero te curis, Spolio te veſte, &c. Nunc latius declarabo ſingula.

Fungor. Fungor, id eſt vtor, aut officiũ dignitatemve habeo, aut ago: vt Fungor magiſtratu, Fungor officio boni viri, Fungor legatione, prætura, &c. Fungor vita. id eſt vitam ago. reperitur aliquando cum accuſatiuo. Plautus in Amph. Hic mun9 fungatur ſuum. Et in Menæh. Paraſitus octo hominũ munus facile fungitur. Sueto. in Auguſt. Senatoria munera fungeretur. vet9 & elegãs locutio eſt, teſte Beroaldo.

Defungor, finio, & agere ceſſo: vt Defungor vita. id eſt morior. hinc defunctus etiam ſine ablatiuo pro mortuus. Dicimus aliquando functus vita, pro defunctus. Virgilius, O tandem magnis pelagi defuncte periclis. In ſacris, Ne ſacerdotio fungaris mihi. datiuus communis eſt.

Veſcor. Veſcor, id eſt nutrior, & cibo vtor. Sillius 2, -rabidi ieiunia ventris Inſolitis adigũt veſci. id eſt impellunt, cogũt. Virgilius, Quid puer Aſcanius ſuperátne & veſcitur aura AEtherea? id eſt viuitne. Veteres cum accuſatiuo conſtruebant. Actius apud Marcellum, Facinus oculi veſcuntur. Hieronymus in Leuitico, Afferat pro ſe duos paſſeres, quos veſci licitum eſt. alibi Veſci de carnibus.

Fruor, id eſt delector, & rei inhæreo nõ alterius gratia: vt Fruor amicitia, præſentia amici, &c. Proprie frui diuinis dicimur, quòd ea voluptas ſyncera ſit. Latiniſſimi etiã frui de creaturis dicũt. Participiũ eſt fructus vel fruitus. Cic. in Hortenſio, Et amœnitate ſumma ſemper fructus. Næuius apud Gellium 16. cap. 2, Qui non parcit, apud ſe fruitus eſt. Cic. in Tuſcul. Conſyderet apud ſe fruiturum.

Fruiſcor. Fruiſcor, fruiſceris, id eſt fruor. Metellus, Summa gloria fruiſcor. Cælius accuſatiuo iunxit, Domos ſuas quandoque iubet ire, & omnia ſua fruiſci. nunc ablatiuo potius iungito. Plautus etiam per accuſatiuum dixit, hanc frui.

Fretus. Fretus, id eſt confiſus, nomen eſt, non participium: regit tamen ablatiuum per hanc regulam: vt Tua humanitate fretus.

Vtor. Vtor, id eſt vſum habeo. Cato, Vtere quæſitis ſic, ne videaris abuti. Cicero, Præpoſteris vtimur conſilijs. Inuenitur apud veteres cum accuſatiuo. Plautus, Vtẽns, vt voles, operam meam. Terentius, Mea bona vtantur. Cic. 2. de orat. Si ærarij corpus vtimur ad belli adiumenta & ornamẽta pacis. Gel. lib. 18, Quas voces nõ poſſumus vti. Næuius paſſiue dixit, Supellex multa vtitur, quæ nõ emitur. Abutor,

id eſt male vtor: hinc Abuſus. Item abutor, id eſt vtendo conſumo. & apud Terentium cum accuſatiuo inuenies. Vtor capitur elegantiſſime pro conuerſor. Cic. Fabio viro optimo & homine doctiſſimo familiariſſime vtor. id eſt cum Fabio conuerſor. Hinc Vſus, id eſt conſuetudo, familiaritas, conuerſatio: vt Vſus fuit mihi tecum à puero? Pro eodem dicitur Vſura. Cic. Longa quæ inter nos fuit vſura, hoc efficit. Item vſus, id eſt vtilitas: Vſu venit. id eſt accidere ſolet.

Vſus. *Vſura.*

Vti aduerbium, id eſt vt, priorem corripit, quam producit vtor.

Victito. *Paſcor.*

Victito butyro, lacte, carne, &c. de quotidiano fere victu dicitur. Paſcor etiã ablatiuũ regit per hãc regulam. Verum Paſci ad beſtias fere pertinet: Veſci ad homines. Paſcor herbis, paſſiui generis eſt: quia dicimus Paſco te herbis. Paſſiuũ autem regit omnem caſum actiui præter accuſatiuũ rei patientis. Ouidius in Ibin, Aereas volucres corpore paſce tuo. Paſcor herbas, deponens eſt. Virg. 2. AEneid. Miſeros morſu depaſcitur artus. In eodẽ, Coluber mala gramina paſtus. Dicimus autẽ, Paſcunt boues herbã, Herba paſcit boues, & Boues paſcuntur herba, & Paſcuntur boues herbã. Horat. Muſa cælo beat.

Afficio.

Afficio verbum late patet. Afficio te honore. id eſt honoro. Afficio te vulnere. id eſt vulnero. Afficio te laude, vituperatione, morte, ſepultura, &c. id eſt te laudo, vitupero, interficio, ſepelio, &c. elegantiſſimum verbnm eſt. Sic conſtruuntur Proſequor & cumulo: vt Proſequor te laude. id eſt laudo, &c. Cumulo te honore. id eſt vehemẽter honoro. Viua vox magis afficit. id eſt diſponit & efficacior eſt. Ouid. Fine coli modico forma virilis amat. Spargo domũ floribꝰ. Augeo te diuitijs. Impertior te ſalute.

Muneror. *Dignor.*

Muneror deponentis generis, vel Munero actiui. id eſt dono: vt Muneror te equo. Horatius in Epodo, Certantem & vuã purpuræ: Qua muneretur te Priape. Dignor te laude. id eſt dignum iudico. ſic Indignor, id eſt indignum iudico. Virgilius AEneid. 1, Haud equidem tali me dignor honore. Inuenitur paſſiue. Cicero apud Priſcianum, Dignantur hoc nomine. id eſt digni habentur. Virg. AEneid. 3, Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. id eſt digne habite, teſte Seruio.

Muto.

Muto aurum argento. Horat. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Libero.

Libero te malo, in quo fuiſti. Libero te à malo. id eſt caueo ne in malum incidas. Hæc ſæpe differentia videri poteſt vera: puto aliquando confundi, vt indifferẽter dicamus, Libero te periculo, & à periculo. Terentius, Libera metu me miſerum. Cicero contra Rullum, Periculo liberetis. Seneca in libro de ira, Se à confuſione liberauit.

Viduo.

Peſtis viduauit vrbem ciuibus. id eſt ſpoliauit. Virg. AEneid. 8, Tam multis viduaſſet ciuibus vrbẽ.

Exonero.

Exonero te curis, & ex curis. Terentius in Phorm. Nos quoque amicos eius exoneraſtis metu. Plautus in Epidico, Atque ita profecto, vt eam ex hoc exoneres agro.

Expedio.

Expedio te cura & à cura: ſic in pluribus inuenies præpoſitionẽ additã, vbi ſæpius omittitur. Teren. in Hecyra, Te hoc crimine expedi. Ibidẽ, Qui te citius expedias ex his ęrumnis. Impleo nauẽ frumẽto. ſic oppleo, ſaturo, ſatio, & plura: quorum quædam genitiuum regere docui, & ſine accuſatiuo. Abũdo diuitijs: ſic exũdo, redũdo, afflup, exubero. Refercio librũ nugis. Dito te ſpe. Magnifico te verbis.

Delibuo. *Oblecto.*

Solinus, Vnguentis eum delibuit. id eſt vnxit. hinc delibutus: quod quidam ſine verbo participium eſſe putarunt. Tale regimen habent Nutrio te cibo. & in ſacris, poto: vt Potauerunt me aceto. lacto, educo educas, reficio, tollo, orno, locupleto, & oblecto: vt Oblecto te carmine. vel Carmen meũ te oblectat. Pſeudocurtius male dixit, Tantum voluptates mihi adoleſcenti oblectant. Lacto te verbis. Circumuenio te dolis. Dulcibus eſt verbis alliciendus amor, ſed inſtrumentum potius quàm materia circa quam videtur.

AEquo. *AEquus.*

AEquo te amore. AEquus adiectiuum etiam aliquando ablatiuum habet. Plautus in Bacchid. Plus vidiſſem quàm deceret, quàm me atque illo æquum foret. Et in Rudente, Iureiurando alligatis leno vt ſe æquum eſt: & vt lenonium officium eſſe conſueuit. æquum, id eſt dignum.

Imbuo. *Cõmunico.*

Imbuo, id eſt intingo, immergo, inficio: vt Imbuo lanam liquore. Horatius, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ· Teſta diu. id eſt infecta. Virgil. -illius aram Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. id eſt inficiet, initiabit, madefaciet. Imbuo te literis. id eſt initio, informo, inſtituo, erudio. Cicero 1. Offic. Parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem moréſque deducimur. Imbutus vitijs. id eſt infectus, inquinatus. Inſtituo te moribus. Initio te ſacris. ſic informo, erudio. &c. Participo te prandio. Communico te conſilijs meis. Plautus in Milite, Communicabo te ſemper menſa mea. Inſtruo te armis.

Inficio aut inquino aerem crepitu. Infamo te opere. Laceſſo & prouoco te verbis. inſtrumẽtum videri poteſt. Sic, Supero, vinco, antecedo te doctrina. Suſtineo me arte. Tempero me vino, vel à vino.

Soluo te debito. id eſt libero. Intendo locum ſertis. Palpo te munere. Placo te donis.

Abdico.

Abdico me magiſtratu, prætura, conſulatu, &c. id eſt amoueo & renuntio ijs quæ pertinẽt ad magiſtratum, præturam, &c. Liuius, Dictator magiſtratu ſe abdicauit. Abdico filium, id eſt bonis priuo. capitur etiam pro repudio & nego. Terentius, Generum abdicat. Pacuu. Cõſanguineam eſſe abdicant.

Orbo. *Leuo.* *Elauo.*

Nudo, priuo, ſpolio te bonis. Prohibeo te domo. Orbo parẽte, oculis, amico, id eſt priuo. Fere de re multũ chara dicitur. Emũgo te argẽto. Leuo te faſce, curis, onere. Euacuo animũ vitijs. Infero aures fruge Cleanthea. id eſt bona doctrina, qualẽ docuit Cleanthes. Mũdo domũ ſordibus. Purgo te peccato. Elauo me diuitijs. id eſt ſpolio, denudo. Plaut. in Aſin. Hũc elaui bonis. Caſtro te teſticulis.

Exinanio amphoram vino. ſic Aggrauo,premo,maculo,tego,operio,cooperio,munio,ſpargo,& alia plurima accuſatiuum regunt cum ablatiuo materiæ circa quam. Item, Figo terram haſta, vel Figo haſtam terræ.

Conficior. Conficior mœrore,ſenectute,triſtitia. id eſt conſumor,valde elegans eſt. Vaco patuit,vt careo.

Fruſtro. Fruſtro,aut deponentaliter fruſtror te ſpe. id eſt decipio. Fruſtror expenſas. id eſt fruſtra ago. Fruſtratus apud Gellium cum genitiuo legitur,Captionis verſute excogitatæ fruſtratus eſt.

Luxurio. Exulo patria. Luxurio diuitijs. Virgilius,Luxuriátque thoris animoſum pectus. id eſt laſciuit. Tibullus,Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis. pro eodē dicitur Luxurior. Columella lib.3,Cacumina virgarum ne luxurientur,demutilato. Capitur hoc feré in malam partem,pro furijs luxuriæ agi.

REGVLA QVARTA.

Forma moduſve datur per caſum rite Latinum.

Nomen formæ vel modi regitur in ablatiuo ſine præpoſitione à verbo & adiectiuo nomine:aliquādo etiā à ſubſtantiuo,quotieſcunque apté fieret interrogatio per quomodo:vt Canto alta voce. Aſpicio te toruis oculis. Facies miris modis pallida. Ecce ſiquis quærat,Quomodo cantas? Apte reſpondebis,Submiſſa voce,Graui accētu. Quomodo hic eſt magiſter? Nomine & titulo,nō re. Ouidius, Tres ſumus imbelles numero. Liuius,Plures numero,quàm ipſi erant,ceciderunt. Iuſtus iuſtitia & ſimilia huc reducuntur:vt Caleo calore,& ſiquid tale inueniatur. Nomine Petrus,Cognomine Paulus,Nomine Grammaticus,Re barbarus. Sum tibi natura pater,Præceptor conſilijs,Troianus origine Cæſar, Spe diues,Re pauper. Non iniuria id feci. More meo doceo. Authoritate mea id feci. Iure meo hoc mihi vendico. id eſt conceſſa mihi ab omnibus libertate. Pro iure meo dico. id eſt confidenter. Item Recto dulci prolatione. Summopere deſydero. Magno deſyderio expectatus aduenis. Nullo pacto fieri poteſt. Antiquo inſtituto hoc facio. Sic quæ in aduerbia tranſeunt,Falſò quereris. Auſpicato duxiſti vxorem. Sedulo dabo operam. Haud expectato veniſti tam ſubito abiturus. Inſperato redis. Summa diligentia ſtude. AEquo animo feras aduerſa. Neſcio ſerio an ioco loquaris. Verbis deum amas,factis negas. Vſu venit. Iohanni nomine meo ſalutem dicito. Suſcipito hoc munuſculum hilari fronte. It lento gradu. Dormit ſopore graui. Lepores patentibus dormiunt oculis. Cicero,Secreto hoc audiui. Apoſtolus,Spiritu ambulate. Si ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus. Qua mēte id feciſti? Fide bona poſſideo. Iuſto titulo obtineo. Merito lachrymor. Immerito vapulo. Primus ordine,dignitate,&c. Sæpe etiam per hanc regulam ablatiuum habet,vt ſępenumero:ſed poteſt eſſe vnica dictio,Canto alta voce. id eſt alte:quia ablatiuus huius regulæ ponitur ſæpe loco aduerbij.

REGVLA QVINTA.

Mobile vel verbum menſuram dat ſibi quarto
Vel ſexto,longus treis vlnas,vel tribus vlnis.

Adiectiuum vel verbum regit menſuræ nomen in accuſatiuo,vel in ablatiuo:vt Hic pānus eſt longus treis vlnas,vel tribus vlnis. Da authoritatem de accuſatiuo. Plinius lib.26. cap.8, Caulis palmum vnum altus. Gellius lib.1,Longum pedes ducentos. Plinius lib.6.cap.34,Septem pedes longus. Et alibi de Babylone,Muris ducentos pedes altis,quinquagenos latis. Idem,Septem pedes longus vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Idem,Radices triginta pedes longæ. Idem, Nucleo craſſo ſex digitos. ſic loquitur ſæpius quàm per ablatiuum. Plautus,Comeſſe panem treis pedes latum potes. Cæſar 2. de bello ciuili,Latas tres pedes fecerūt. ſic idem ſæpiſſime loquitur. Da authoritatem de ablatiuo. In ſacris, Erat autem Niniue magna itinere trium dierum. ſic Butyrum eſt graue tribus libris. Perſius,Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Seſqui eſt quid cum dimidio, vt ſeſquihora,ſeſquiannus.

Seſqui.

REGVLA SEXTA.

Menſuram exceſſus verbum,vel mobile ſexto
Optat:vt excedo digito,pede longior vno.

Dictio ſignificans exceſſum,regit ablatiuum qui ſignificat quantitatem exceſſus certam,vel incertam:vt Sum te longior capite. Hoc lignum excedit illud digito. Sum te modico doctior. Multo fortior,&c. Iuuenalis dixit de Pygmęis, Tota cohors pede nō eſt altior vno. Supero te doctrina,non eſt ablatiuus menſuræ,aut qui indicet quantitatē exceſſus:ſed eſt ablatiuus materiæ circa quam. Valerius, Deforme exiſtimans,quos dignitate præſtaret,ab his virtute ſuperari. Multo ante, multo doctior,&c. antè patuerūt:& aduerbia potius nonnullis videntur,quàm ablatiui. Annoſior me es duobus annis. Sū te iunior octiduo,aut nouēdio,nō vltra:nec ſeptidio,ſexdio,quindio:ſed bene quatriduo,triduo,biduo.

Octiduum Nouendiū.

REGVLA SEPTIMA.

Paſſiuis ſextum dabimus cum præpoſitura

A vel ab,accipiens ſic do,diſtans,remouénſque.
Sic alius ponas,& quæ conformia noris.

Omne verbum paſſiuum poteſt regere poſt ſe ablatiuum mediante præpoſitione à vel ab:vt Amor à Petro,Liber legitur à magiſtro,Vapulas à præceptore,Infans oſculatur à matre. Horatius,Laudatur ab his,culpatur ab illis. Eſtne omne paſſiuum paſſiui generis? Minime.Quia Vapulo paſſiuũ eſt, non paſſiui generis.

Quomodo differt paſſiuum à verbo paſſiui generis? Paſſiuum eſt quod pati,aut tanquam pati ſignificat,ſiue in o,ſiue in or deſinat:vt audior,vapulo. Verbum paſſiui generis eſt quod dempta r,redit in actiuum,vt legor lego. Paſſiuum verbum.

Quotuplicia verba regunt caſum huius regulæ? Quadruplicia.Primo verba paſſiui generis:vt Aurum amatur ab auaro.Spolior à latrone veſtibus. Secundo neutropaſſiua:vt Vapulo à præceptore, Homo fit à deo,Ligna væneunt à ruſtico. Plura neutra cum ablatiuo rei agentis non inuenies: nec reperiri poſſe teſtatur Lancilotus:licet Priſcianus,& poſt eum plures dicant,& non probent recte dici, Exulo à principe, Nubit à me filia. Quum igitur inſolitum verbum ſit,vt ſcopulus, fugiendum,ſolum vapulo & fio væneóque conſtruam cum ablatiuo agentis. Quintilianus libro 9,An ab reo fuſtibus vapulaſſet.Et alibi,Fabritius reſpondit ſe à ciue ſpoliari malle,quàm ab hoſte vænire.id eſt vendi. Vapulo.

Exulo Ferrariæ.Sum illic in exilio.Exulo Ferraria vel à Ferraria.id eſt ex eo loco in exilium ire compellor. Terentius in Eunucho,Domo exulo. Macrobius libro Saturnaliũ 7.cap.1,Si propter hoc à cõuiuijs exulabit philoſophia,procul hinc faceſſant & alumnæ eius,honeſtatem dico & modeſtiam:nec minus cum ſobrietate pietatem. Exulo dicitur,quaſi ex ſolo eo. Tertio communia paſſiue capta: vt Oſculor à matre,Gratia largitur nobis à deo,&c. Quarto imperſonalia paſſiuæ vocis:vt Reclamatur ab omnibus,ſub paſſiuis continentur:licet actiue ſignificent. Exulo.

Actiua pro paſſiuis,teſte Seruio,multa leguntur,vt Præcipito,turbo,tondeo,&c.nec tamen regunt ablatiuum paſſiuis proprium.Contrà pro actiuis paſſiua inuenies.Virgilius,Pictis bellantur Amazones armis.Cicero 3. Tuſculanarũ,Multa inimicos & mortuos puniuntur.id eſt puniunt.hæc (inquit Seruius)imitabimur:ſed noua ad illorum exempla non formabimus. Eſt vbi paſſiua in actiua mutare non licet,teſte Seruio:vt Sacerdotes creari,Virgines capi,Linquor & conſternor animo,Deſyderati in prælio,pro mortui. Et contrà,Delecto te,non delector à te. & Mutuo pecuniam,non A me pecunia mutuatur. ſic fœnero:quia mutuor,fœneror,delector,non paſſiua ſunt,ſed deponentia. De his multa Antonius Nebriſſenſis & Lancilotus ex Seruio in illud Virgilij 6.AEneidos,Optato conduntur Tybridis alueo.Cæterum non penitus eis accedo:quia recte dici Sacerdos virginem capit,oſtendit Gellius libro 1.cap.12.vbi dicitur:In libro 1.Fabij pictoris,quæ verba Pontificem Maximum dicere oporteat,quam virginem capit,ſcriptum eſt,&c. Item Afflatus numine, Ictus fulmine,Rumpitur inuidia,Diſcrucior animi,Findor,&c.Hſc vix licet actiuis vti,teſte Lanciloto. Cõtrà actiua multa ſunt, quorum paſſiua rariſſime leges,Applico,æquiparo,ſuccolo,fugio,maneo,occulo,lacto,&c. Actiua pro paſſiuis & contrà. Creari. Capi.

ACCIPIENS ſic do,&c. Verba accipiẽdi,diſtandi,& remouendi,regunt ablatiuum cum præpoſitione à vel ab:vt Accepi literas à Petro.Habeo à Paulo. Audiui à nuntio. Longe diſtat à nobis India. Abſum ab Italia.Remoue à me lapidem.Aufer à me aurũ,&c. Aliquando omittitur præpoſitio.Suetonius in Calig.Cauſa caderent.id eſt litem perderent.Idem in Claudio,Italia ſummouerentur.Et in Domitiano,Philoſophos omnes vrbe Italiáque ſummouit. Tacitus,Italia pellerentur.Idem,Repetũdarum damnatur,atque Italia exigitur. Cado cauſa.

DA ACCIPIENDI verba. Accipio, recipio,audio,diſco, quæro,habeo, intelligo, conduco,&c. Accipio.

Accepi à te literas,melius,quàm recepi:& tamen recte dicitur,Recepi literas cõtra Ferettum. Cicero 4.epiſtol. famil. ad Plancum, Binas à te recepi literas.Idem 12.ad Atticum,A te heri duas epiſtolas accepi.Plinius 5.Epiſtol. Recipies epiſtolas ſteriles. In eodem ad Fabatum,Recepi literas tuas. Sic libro 8.ad Genitorem & ad Geminum,Audiui à,vel è,vel ex,vel de te: id eſt tu dixiſti mihi. Audiui de te, etiam ſignificat, Aliquis dixit mihi de te. In euangelio,Serue nequam quid hoc de te audio? A teipſo hoc habes.Spero & expecto abs te bonum.Intellexi à matre.Conduxi domum à Paulo.Naſcor à nobili.id eſt naturam & originem principiúmque viuendi accipio. Tacitus,Naſci à principibus fortuitum eſt.Sæpius dicimus Orior,& naſcor de,vel ex fœmina:quàm à,vel ab. & elegantiſſime ſine præpoſitione,Naſcor piſtore,obſtetrice,&c.Salluſtius,Catilina nobili genere natus. Virgilius,Nate dea. Patior multa ab æmulis.id eſt accipio damna,vel incommoda. Recipio literas. Naſcor.

Diſco à,vel è,ex,vel de te. Terentius,Diſce ab ijs qui verè ſciunt. Plautus in Pœnulo,De te quidẽ hæc didici omnia.Virgilius 12,Diſce puer virtutẽ ex me verúmque laborem, Fortunã ex alijs. Diſco per te.id eſt à te.Ouidius in remedio,Diſcite ſanari,per quem didiciſtis amare.Diſco hanc rem,& de hac re.Plautus in Sticho,Diſcam de dictis melioribus.Dicimus pulchre,Silentium eſt à turba.pro turba tacet.Cicero in oratore,Ipſe conticuit,& à cæteris ſilentium fuit. Diſco.

Mutuo à te pecuniam.id eſt accipio.Dicimus autem pro eodem mutuo neutraliter,vel deponẽtaliter mutuor.ſic fœnero & fœneror:Mutuo vel mutuor à te argentum,vel tibi argentum:quia ſimile Mutuo. Mutuor.

eſt verbo Dono,teſte Lanciloto.Quintilianus,Vſurã accepiſti,vltro à me mutuatus es. Apuleius,Sub qua ſpecie mutuari cupis?id eſt mutuo accipere.Capitur ſimpliciter pro(accipere)aliquãdo. Cicero in Tuſculanis,Virtus à viris nomẽ eſt mutuata. id eſt accepit.Et in Offic.Craſſus quum eſſet admodum adoleſcens,non aliunde mutuatus eſt:ſed ipſe ſibi peperit maximam laudem.Fabius 12,Quas mutuari ſolemus.Cicero ad Atticum 7,A Cælio mutuabimur.Mutuo vel mutuor tibi ſine accuſatiuo non dicitur,teſte Valla.

Fœnero. Fœneror. Fœnero vel Fœneror tibi. id eſt pecuniam ad vſuram do.Seneca epiſtola 2,Quantum paſcat,aut fœneretur.id eſt ad vſuram det. epiſtola 41,Multum ſerit,multum fœneratur. Hieronymus in eccle.Qui facit miſericordiam,fœneratur proximo.Cicero,Vt enim benefici liberaléſque ſimus, non vt exigamus gratiam.Neque enim beneficium fœneramur,ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus.id eſt fœnori damus. Martialis,Hæc ſapit,hæc omnes fœnerat vna deos. Fœnero aut fœneror abs te.id eſt ad vſuram accipio.vt lib.31.Digeſtorum prope finem,Poteſtatem habeat vendere cohæredi ſuo,& fœnerari ab eo.Emo te ab illo,vel de illo.

DA DISTANDI & remouendi verba. Diſto,differo,abſum,abeo,recedo,alieno,amolior, diuido, ſegrego,arceo,abhorreo,&c. Philelphus,Quod abeſt ab oculis,id quoque abeſſe à corde. Suetoni⁹,Nec abhorret à veritate.id eſt non alienum eſt.Non ſecus abhorres à literis,quàm Sathanas à ſigno crucis. Et ſine caſu.Ambro. lib.1.Offic.Legimus officium dici à nobis poſſe:nec ratio ipſa abhorret.id eſt aliena eſt.

Obhorreo. Abhorreo. Horreo,obhorreo,& abhorreo hanc rem. id eſt abominor & execror,aut miſerè formido. Virgilius,A tergo horrebis Iberos.Sic Horreſco.Idem,Nec tu mẽſarum morſus horreſce futuros. Suetonius,Diſtortos obhorrebat.Lactantius libro 3,Non eſt ſapientia ſi cœtum hominum abhorret.Catul. in Epita.Sæuáque abhorrebas priſci præcepta parentis. Suetonius,Vt obſcœnum oſtentum abhorrentibus.Item Abhorreo à te voluntate. Curtius 7,Nec colore quidem abhorret à cæteris. Horreo crudelitatem tuã:vel Tua mihi crudelitas horret. Lactantius lib.5,Cui enim talia ſacrificia non horreant? Auerte iram tuam à nobis. Aufer à nobis domine iniquitates noſtras.

Diſcedo. Diſcedite à me operarij iniquitatis.Horatius,Viuere ſi recte neſcis,diſcede peritis.datiuus eſt per regulam, Ternum pro quarto,&c.Plautus,Apage illum à me.id eſt abdue,remoue.Ciconiæ auolant ab hac terra.Hæc ciuitas defecit à principe ſuo.Eripe me domine ab homine malo. Caueo à te. Timeo à te.quæ antè patuerunt.A morte perpetua libera nos domine.Martinus migrauit à ſeculo.Ille migrauit ab,vel ex hac vicinia.Terentius,Vos hinc amolimini. id eſt recedite.Abige canem à popina. Arce felem butyro,vel à butyro. Liuius 7,Græcos arcere litoribus iuſſit.In eodem,Nec aſcenſu arcuerit.

Diſcordo. Diſſideo. Diſcordo à te,& aliquando diſcordo tecum.Quintilianus,A ſermone tenui ſublime nitidum diſcordat.Tacitus,vt notauit Lanciſlotus,Cum quas æternum diſcordant. Sic Diſſideo à te,vel tecum:licet Aldus neget Latine dici diſcordo & diſſideo tecum.Valerius Maximus,Armis cum Cinna collega ſuo diſſidens.Aldus putat mendum eſſe,pro à Cinna.Ego credo nullum eſſe mendum:quia Tacitus dixit Cum quas diſcordant.Et Plinius lib.37,Adamas diſſidet cum Magnete lapide intantum,vt iuxtà poſitus,ferrum non patiatur attrahi.

Concordo. Concordo cum illo.id eſt conuenio.Concordor barbarum eſt.

Fugio. Fugio illum,vel ab illo. Iuuen.6,Quæ fugit à ſexu. Virgilius,Quem fugis ah demens. Faceſſe à me. Eripio te malis,& à malis.ſic Abſterreo.Horatius,Aliorum opprobria ſæpe abſterrent vitijs.

Superſedeo. Superſedeo hac re cum ablatiuo ſine præpoſitione ſemper legi. Cicero in Rhetor. Narratione ſuperſedendum eſt.id eſt omittenda eſt narratio. Cæſar 1.de bello Gallico,Prælio ſuperſedere ſtatuit.id eſt omittere prælium elegantiſſimum verbum.Cicero ad Sulpi.Superſedeas hoc labore itineris. id eſt omittas venire. Gellius lib.2.accuſatiuo iunxit,Affines operam,quam dare rogati ſunt,ſuperſederũt. hoc fit,quia(ſuper)vtrique caſui ſeruit. Hieronymus contra Iouinianum iũxit huic verbo infinitiuum: Omnino facere ſuperſederit. Idem huic verbo nouè datiuum dedit contra Pelagianos,dicens,Superſedendum huic labori cenſeo.

SIC ALIVS PONAS,&c. Quædam adiectiua regunt ablatiuum cum à vel ab:vt Alius ab illo. ſic alter,diuerſus,&c. Primus à rege. Secundus à principe. Integer à vitijs. Caſtus à venereis. Oriundus Troia,vel à Troia. Vacuus curis,& à curis,& cætera.

REGVLA . OCTAVA.

Inſtrumenta dabis ſextis ſine præpoſitura.

Quoduis verbum poteſt regere inſtrumentum in ablatiuo:cui nullo modo addi poteſt præpoſitio: licet in vernacula lingua audiatur cum:vt Aro equo.Scindo panẽ cultro. Video oculis. Pugno gladio. Nitor baculo. Ludo alea,pila,trocho,&c.Dicimus etiam per accuſatiuum,Ludo aleam. Suetonius in Cæſa. Troiã luſit.Item,Cædo ferula. Impuli te pugno. Tango manu. Deleo lachrymis. Loquor lingua. Peto te ſtricto gladio.id eſt inſequor. Capitur Peto ſic aliquando in bonũ,vt meminit Seruius.Varro in re ruſtica,Aſinis arant.Virgil.Malo me Galathea petit laſciua puella.Item,Feci iter pedibus. Audiui auribus. Imbribus venti ſopiũtur,ait Plinius. Idẽ,Baſiliſcus alios ſerpentes olfactu necat. Terẽtius,Phaleratis dictis ſeducis me. In Ethicis,Omnia menſurãtur nummo. Virgil.Hi iaculis,illi certãt defendere ſaxis. Prudentius,Impatiénſque moræ ſaxo petit,increpat ore. Terẽtius,

Naribus duxi hunc caſum. ſic Orator verbis vincit, Vir bellicus armis. Dæmonia non armis, ſed morte ſubegit Ieſus. Dic, Ieci lutum in Petrum: non autem Ieci Petrum luto. quia non hominem iacis, ſed aliquid in hominem. In Euange. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. An Latine dicimus, Percuſſi te cum baculo? Non, niſi percuſſeris me, & baculum meum: quia inſtrumento ne implicitè quidē additur (cum) teſte Valla. Ideo quidam male dixit, Gladium quicum ſe percuſſerat, eduxit. dicendū fuerat ſolum (quo). Ideo male dixit Pſeudocurtius, Pugnāt dolo prius quàm cū armis. Et cum quo linguam lauāt. pro (quo ſanguine). Et quod Oroſius lib. 7. dixit, Ipſe imperator cum ſagitta ſaucius. ipſe ſine præpoſitione dicerem, Sagitta ſaucius. Decepit hos, opinor, illud Curtij lib. 5, Rex cum curru vrbem, ac deinde regiam intrauit. ſed hîc Currus non inſtrumentum tantum eſt, ſed etiam comes. Vult enim dicere ipſum etiam currum intraſſe regiam. vtcunque eſt, mallem hîc præpoſitionem omittere: & forſan vitio librariorum menda eſt.

Iacio.

Vbi non inſtrumentum ſignificamus, ſed comitem: licet præpoſitionem addere, teſte Valla: vt Acceptus eſt à nobis cum honore. Magna cum beneuolentia ſcripſit. Cum mira affabilitate me allocutus eſt. Cum dira truculentia me aſpexit. id eſt honore comite, non inſtrumento, &c. Potes ſine præpoſitione etiam dicere, Accepit mé magno honore. id eſt honorifice, &c. Ablatiuum inſtrumenti vocat Priſcianus, quem Quintilianus, Donatus, Seruius, Diomedes, & omnis fere antiquitas ſeptimū caſum vocat. Nam cum dico, Haſta percuſſi: nō vtor natura ablatiui, teſte Quintiliano: nec ſi idem Græcè dicam datiui. Ratio Priſciani eſt, quia præpoſitio addita vel ſubtracta, non mutat naturā caſus. Nebriſſenſis oſtendit hanc rationem nihil valere. Georgius Valla lib. 31. cap. 19. dicit ſeptimum caſum à Priſciano iure repudiatum eſſe. Rurſus ponentes ſeptimum caſum, multum differunt inter ſe. Nam quidam ſolum inſtrumenti caſum ſeptimum eſſe volunt: alij etiam caſus conſequentiæ: vt Me docente diſcis. Donatus in ſecunda editione etiam comparatiui caſum: vt Doctior illo. Diomedes etiam vbi præpoſitio additur: vt In Scipione militaris virtus emicuit, &c. Itaque Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Ego an ſeptimus caſus ſit, ſúſque déque fero: quia ſemper ablatiuo ſimilis eſt: nec aliquid confert ad rectius loquendum. Quocirca hac ſubtilitate perobſcura, & pueris parum vtili ſuperſedēdum cenſeo: quia (vt Cicero ait) hoc vitium ſummopere vitandum eſt, ne nimis magnum ſtudium in res obſcuras, difficiles, & minus neceſſarias conferamus.

Septimus caſus.

REGVLA VLTIMA.

Abſque regente duos ſextos bene pone ſequelæ.
Diſcunt diſcipuli me præceptore docente.

Quoties duæ orationes nominatiui & verbi ſic ſe habent, vt alteri apponatur talis particula Dum, quando, poſtquam, &c. lepidè priorem mutamus in duos ablatiuos, qui non reguntur: ſed abſolute ponuntur in deſignatione ſequelæ: vt pro Dum magiſter legit, diſcipuli ſcribunt: eleganter dicitur, Magiſtro legente, diſcipuli ſcribunt. ſic Magi apertis theſauris ſuis obtulerunt munera. id eſt poſtquam aperuerant, &c. Lectis ſacris reuertor ad poetas. Cœna facta cantamus. Magiſtro recitaturo Petrus iuit in forū. id eſt dum magiſter paratus erat legere. Lucanus, -venturo Cæſare Romam Ignauæ liquere manus. Ad alium ſenſum ſic non loquemur, teſte Lanciloto, Me cantaturo auſcultabis. ſed Me cātante auſcultabis. pro Dum ego cantabo, &c. Dicitur ablatiuus ſequelæ ſiue conſequentiæ: quia aliquid ex altero denotatur ſequi: vt Sole lucente euaneſcunt tenebræ. hi ablatiui non reguntur: quia ſequenti verbo non adhærent, nec ipſum declarant.

QVOTVPLICES ſunt ablatiui poſiti abſolute? Quintuplices. Primo alter ablatiuorum eſt nomē, alter participium: vt Auguſto regnante natus eſt Chriſtus: Tyberio imperante crucifixus. In ſacris, Veniunt ad monumentum orto iam ſole. Creſcente numero apoſtolorum, factus eſt murmur Græcorū. Boetius 2. de Conſo. Nouimus quantas dederit ruinas Vrbe inflammata patribúſque cæſis, &c. Sillius 1, -clauſos acuūt extrema pericli, Et fractis rebus violātur, & vltima virtus. Tacitus, Plebes omiſſis armis per agros palatur. Plinius, Tyberium principem tonante cælo coronari laurę ſolitum ferunt contra fulminum metus. Secundo alter ablatiuorum pronomen eſt, alter participium: vt Me viuente non egebis. Tertio neuter ablatiuorum eſt participium, & ſubauditur (ente). nec vnquam exprimes, niſi declarationis gratia. Ouidius, Me duce carpe viam. Cicerone conſule Catilina damnatus eſt. Sillius lib. 3, Vigili ſtant bella magiſtro. ſtant, id eſt vigent nō dormiente rectore. Iuuen. Credo pudicitiam Saturno rege moratā In terris. Virgilius, Te duce ſiqua manēt ſceleris veſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluent formidine terras. Horatius, Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro. Iuuen. Se iudice nemo nocens abſoluitur. Idem, Me nemo miniſtro fur erit. Quo ſuggeſtore hoc feciſti? Terentius, Me impulſore non fecit. Cicero, O fortunatam natam me conſule Romam. Ne dicas, Iohannes venit ſe tertio: ſed, venit tertius. Horatius, Nudus inópſque domum redeam te vate. Virgiliꝰ 4. Georg. Te matre relinquor. Legati redierunt re infecta. Saluo honore meo nequeo hoc facere. Iohānes abijt hoſpite inſalutato, patre inuito. ſic Neſcio me feciſti. Inconſulto me nupſiſti. Iuuen. Quid enim ſaluis infamia nummis? Saluo honore id fecerim. Quarto alter ablatiuorum ſubauditur: vt Tunc videbi-

Ablatiui abſolute poſiti quintuplices

mus deum facie ad faciẽ.ſupple,ente.raro vtimur hoc modo. Tonante intramus domũ.ſupple,deo vel natura:ſed melius loquimur hîc per dum.ſic,Dũ pluit,intramus domum. Teſtis eſt Badius grãmaticus diligentiſſimus. Quinto ſolum participium præteriti temporis, neutri generis,aut gerundium in do ponitur abſolute:vt Dicto de nomine,agẽdum eſt de verbo. Cantando rumpitur anguis. Iuuencus,Sed Maria audito Chriſtum veniſſe,cucurrit. Salluſtius,Audito regem in Siciliam tendere. rarus ſermo eſt apud doctos,niſi per gerundia,& vbi participio infinitiuus iungitur loco alterius ablatiui. Pulcherrimi autem ſunt primus,ſecũdus,& tertius modi: vt Deficiẽte cauſa,deficit effectus. Quo audito vehementer excandui,&c.

Me legente proficio. Dum lego proficio.

Dicimúſne Latinè,Me legente proficio? Vix:licet Priſcianus aſſerat recte dici:quia ſic nullum Latinum reperi loqui:ſed ſic,Legens proficio. Dicitúrne recte,Dum lego proficio? Vix:quia regula Vallæ eſt, Quoties duorum verborum eſt idem ſuppoſitum, ſiue nominatiuus:prius verbum melius in participium vertitur,niſi eſſet verbum ſubſtantiuum:quod cum participio elegantius omittetur:vt pro Dum lego proficio:dicam,Legens proficio.pro Quia occupabar,venire non potui:dicam,Occupatus venire non potui:non me occupato,&c.ſic,Comedens ſudo: nõ me comedente.Multa tuli puer:nõ Dum fui puer,nec me puero.Ieiunaturus multum comedo,&c.Nec aliter dixit in arte Horatius de ſene, - laudator temporis acti Se puero.quia ſenſus eſt, Tẽporis acti quum ipſe eſſet puer. Valla putauit ſe puero ordinari cum eo quod ſequitur,Cenſor caſtigatórque minorum:quod verum non eſſe adnotauit Badius. Obſeruatúrne ſemper hæc regula? Non:quia elegãtiæ regula eſt,non Latinitatis. Terentius in Eunu. Dum rus eo,cœpi egomet mecum inter vias,

Ita vt fit,vbi quid in animo eſt moleſtiæ,

Aliam rem ex alia cogitare.

De ordine declarationis Grammaticae, et de syntaxi reciprocorum liber IX.

Ordo grammaticæ declarationis.

Optandi debent aduerbia ſiue vocandi
Sumere principium:velut interiectio ſæpe
Ecce,age,& heus.poſt hæc,caſum decet addere quintum.
Hinc rectum ſequitur verbum.Tibi ſit generalis
Regula,Quæ à tergo regitur,vult dictio cuncta
Poſtponi.Siquid declarat,iuris idem ſit.
Siquid ſit tacite poſitum,ſupplere iubebo.

Ordinis grãmaticæ declarationis regulę ſeptẽ.

Regulæ ordinis grammaticæ declarationis ſunt ſeptem. Prima regula,Excitandi particulæ,vt aduerbia optandi,vocandi,demonſtrandi, hortandi,& reſpondendi,& interiectiones plerunque ſumunt principium in ordine grãmaticæ declarationis. Secunda regula,Poſt hæc ſequitur vocatiuus. Tertia,Poſt vocatiuum ſequitur nominatiuus à fronte verbi rectus. Quarta,Poſt nominatiuum ſequitur verbum perſonale finiti modi. Semper intelligo,ſi ſit in oratione:nam ſi hæc abfuerint, ab imperſonali inciperemus: vt Tædet animam meã vitæ meæ. Quinta,Dictio recta à tergo ſequitur dictionem regentem. Itaque poſt verbum perſonale aliquando ſequitur nominatiuus:vt Sum homo.aut genitiuus:vt Miſerere mei.aut datiuus:vt Seruio deo.aut accuſatiuus:vt Amo deũ.vel ablatiuus:vt Careo nummis.Propter eandem regulam aliquando ante nominatiuum ponitur obliquus: vt Hei mihi amore pereo. & ante verbum obliquus:vt Studens virtuti laudatur . ideo diligenter conſyderandum quem quæque dictio caſum regat. Sexta regula, Declarans declarato poſtponitur,vt adiectiuũ ſubſtantiuo,aduerbium verbo,infinitiuus finito. Item infinitiuus,& ſupinum,& gerundium poſtponitur adiectiuo:vt Certus mori,aut moriendi. Turpe dictu,&c. ideo ante verbum finitiui modi aliquando ponitur infinitiuus. Accuſatiuus præponitur infinitiuo ſi à fronte regitur:præpoſitio ſemper regit caſum à tergo:ideo in declaratione præcedit. Præpoſitio cum ſuo caſu poſtponitur verbo per hanc regulam:quia ipſa cum caſu declarat ſignificationem verbi:vt Vado ad forum. Septimo,In declaratione orationis diligẽter videndum eſt,an aliquid ſubaudiatur: quia hoc ſuppleri debet: vt Miſeram me vereor.ſubauditur,ô vel Heu. Vnde mihi lapidem? Hebræi ſunt & ego,&c. Alexander orationis ordinem vocat conſtructionem,non ſatis proprie: quia conſtruere proprie,eſt aliquid debite componere.

Qui autem orationem pueris declarat, non conſtruit, ſed ab alio conſtructam reſoluit: aut deſtruit, aut ordinat, vt à pueris intelligatur. Quoniam indocti habentur ſiqui ignorent Alexandri myſteria: ideo volo paucis percurrere quæ de conſtructione dici ſolent in nono capite Alexandri.

Cõſtructio.

Conſtructio quid eſt? Debita dictionum inter ſe ordinatio. Quotuplex eſt conſtructio? Duplex: Tranſitiua & intranſitiua. Quæ eſt conſtructio tranſitiua? Cuius partes ad diuerſa pertinere ſignificantur: ſiue pertineant ad diuerſa, ſiue non: vt Liber Petri. Virtus dei. Quotuplex eſt conſtructio tranſitiua? Duplex: Simplex & retranſitiua. Quæ eſt ſimplex? Vbi vnica eſt tranſitio: vt Amo deũ. Quæ eſt retranſitiua? In qua duplex eſt tranſitio: vt Rogaui Petrum vt ad me veniret. Quæ eſt ſecunda diuiſio tranſitiuæ? Quædam eſt tranſitiua actus, in qua eſt verbum aut participium: vt Amo deum: amans deum. Quædam tranſitiua perſonarum, in qua nec verbum, nec participium eſt: vt Pes porci. Sapientia dei.

Quid eſt conſtructio intranſitiua? Cuius partes ad eandem rem ſignificãtur pertinere, ſiue ita ſit, ſiue non: vt Ego curro. Bos eſt leo. Aſinus volat. Hic amat ſe. Quotuplex eſt conſtructio intranſitiua? Duplex. Simplex & reciproca. Quæ eſt conſtructio intranſitiua ſimplex? Vbi nulla actionis vel paſſionis in rem dictam ſignificatur regreſſio: vt Homo eſt animal. Quæ eſt reciproca? In qua per reciprocum fit ad rem dictam regreſſio: vt Ille amat ſe. Quæ eſt ſecunda diuiſio intranſitiuæ? Quædam eſt intranſitiua perſonarum: vt Homo albus. Quædam intranſitiua actus: vt Ego lego. His apinis nolo diutius immorari. De conſtructione reciproca (de qua Alexander in nono capite meminit) latius diſceptabo: quia vtiliſſima eſt: prius tamen volo à dictis regulis exceptiones declarare.

EXCEPTIONES A DICTIS REGVLIS.

Quod rogat atque refert, & habet quod vim referentis
(Vt quod verba petit ſemper duo dum, quia, donec)
Atque negans præit, ob logicam mutabitur ordo.
Præcedens ſemper præponitur & referenti.

Prima exceptio, Interrogatiuum ſemper præcedit: ideo ab obliquo vel aduerbio ſæpe inchoamus ordinem: vt Quẽ quæritis? Vbi vidiſtis hominem? Quem tædet vitij? Hic eſt cõſtructio aſymbamatica, id eſt ſine nominatiuo & verbo perſonali finiti modi: quaſi ſine fundamento. Ab à, id eſt ſine: & baſis, fundamentum. nominatiuus enim eſt fundamentum cum verbo veritatis aut falſitatis. ideo logicus ponit ſolum duas partes orationis, nomen & verbum. Homo currit, eſt conſtructio ſymbamatica. Amo deum, eſt paraſymbamatica. id eſt pœnè ſymbamatica: quia habet verbum perſonale indicatiui modi, præſentis temporis, cum nomine obliquo.

Secunda exceptio, Nomen relatiuum & hinc aduerbium præcedit dictionem à qua regitur: vt Hic eſt quem videre diu cupiui. Vidi campum vbi Adam habitauit. Virgilius, -ô térque quatérque beati, Queis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Relatiuũ pronomen non præcedit: vt Dedit amicus ad me carmen: ego miſi ei aurũ. Cur magis præcedit relatiuũ nomen, quàm relatiuũ pronomen? Quia Qui, qualis, quantus, &c. exponuntur per coniunctionẽ (&) quæ vult præponi: illam nunquã includit pronomẽ. ideo etiã tantus, talis non præcedent: quia non includunt eã coniunctionẽ.

Tertia exceptio eſt, Dictiones vim relatiuam habentes, vt quæ ad ſenſus perfectionem plura verba petunt, debent in declaratione grammatica præcedere. Quæ ſunt tales dictiones? Nomina vel aduerbia infinita cum Deinde, deinceps, ſic, ſicut, ſicuti, dum, quum, quando, quia, quoniam, licet, poſtquam, quàm, quanuis, & ſimilia his quamplurima. Dum, id eſt quando, interdum eſt ſyllabica adiectio, vt adeſdum. ſignificat in compoſitione adhuc. vt nondum, nihildum, vixdum. Dum.

Quarta exceptio, Dictio negatiua debet præcedere: vt Neutiquam faciam. Neminem video. Aduerbium prohibendi etiam negandi vim habet: ergo præcedet: vt Ne feceris. Nullum pro non vllum, &c. hac reſolutione opus eſt interdum dialecticis.

Quinta exceptio, Propter logicorum regulas, oportet interdum contra dictas regulas partes orationis ordinare: vt Cuique homini anima eſt. Aliquo homine doctior ſum. Hominem cognoſco, &c. quæ tamen à doctiſſimis interim ſpernuntur. Sonorum alius vox, alius non vox. Potes diuiſum præponere, aut ordinare: ſic, Alius ſonorum eſt vox, alius non vox.

Sexta exceptio, Relatiuum neceſſariò poſtponitur antecedenti: ideo obliquus contra dictas regulas aliquando præponitur nominatiuo aut verbo: vt Ciceronis indiget ſuus filius. Patrẽ ſequitur ſua proles. Ciceronem diligit ſuus filius. Defendite Cæſarem ô ſui milites. A Cicerone diligitur ſuus filius. Piget Ciceronis ſuum filium. Rumor eſt Cæſari inſidiari ſuos familiares. Fratrem iam pigere incipit vxoris ſuæ. Licétne pro Suus dicere Eius? Minime: quia longe differũt ſuus & eius: quia (ſuus) reciprocũ eſt, non (eius). hæc res vt planius intelligatur, paucis declarabo reciprocorum naturam.

DE RECIPROCIS.

Reciprocum eſt relatiuum reflexiuũ, quod ad id vnde prodijt, reuertitur: vt primitiuũ ſui & deriua-

tiuum ſuns. velut, Iſte amat ſe. Ecce hic amor reflectitur ad amantem. ſic, Iſte diligit filium ſuum. Hic dilectio tendit in rē diligentis. ſic ſpiritus reciprocatur cum recipitur. Similiter & vnda viciſſim alluens litus reciprocatur. Euripus etiā fluuius ad priſtinū ſubinde curſum rediens reciprocus eſt. Ergo vt facile pateat ad reciprocorū notitiam iter, ſubijciā præcepta Badiana è Valla decerpta, minime pœnitenda.

PRAECEPTA BADII DE SVI ET SVVS EX Valla x x. Primum præceptum.

Non vtemur more Græcorum indifferenter reciprocis & non reciprocis pronominibus: quia nos illa diſtincta habemus: Græci autem communia vt αὐτῦ autu, ipſius aut ſui.

Secundum, Neque ſi magnos authores in eorū vſurpatione dormitaſſe offenderimus, continuo eoſdem imitabimur, aut idem nobis licere putabimus. Dixit autē Maro AEneidos 3, Viuite fœlices quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. pro iam veſtra ſecundum Vallam.

Tertium, Sed non prius dormitaſſe idoneos cenſebimus, quàm compertum habeamus, quo fiat relatio, ne noſtra erret cenſura. vt AEneidos 1, En Priamus, ſunt hic etiam ſua præmia laudi. vbi (ſua) nō refertur ad Priamum: ſed ad (laudi), id eſt virtuti.

Quartum, Neque vero ſi libri corrupti ſunt, eos per errorem ſequemur: aut authores erraſſe dicemus. vt apud Ciceronem in Salluſtium, Quòd ſi iſtius vita memoriā vicerit aliam P.C. non ex oratione, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis. vbi male legitur (ſuis) pro (eius).

Quintum, Quanuis autem interdum communiter per reciprocum ac non reciprocū loqui liceat: nō tamen id ſemper licere putabimus. verbi gratia, indifferenter dicere licet, Omnes optant quod ſibi vtile eſt: & quod eis vel ipſis vtile eſt. Nō tamen dicam, Omnes optant quod eis vtile putant: ſed quod ſibi.

Sextum, Quando per reciprocum generaretur amphibologia, ſi alio relatiuo, vt Is & ille ſine amphibologia vti licet, vitabimus dubietatem: vt apud Ciceronem in Bruto, Præſertim cum ille Quintum Scæuolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. Dubium an ſibi ad ſocerum, an ad Fannium referatur. & ſi dixiſſet ei, de Fannio vtique locutus intelligeretur.

Septimum, Non dicemus, Suus eſt illius ſeruus, aut Doceo ſuum ſolius ſeruum, more Priſciani: quē præter eum nullus obſeruat.

Octauum, Neque cum Alexandro dicemus Suus carere penitus vocatiuo: licet rarior ſit eius vſus: vt Defendite Cæſarem ô milites ſui.

Nonum, Neque per ſolum nominatiuum: ſed etiam per alios caſus loquemur, quando ad poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionem facit, & non ad alium: vt Ciceronis ſuum filium piget.

Decimum, Quoties nomen proprium, pronomen, aut aliud ad quod fiat reciprocatio præponitur cū verbo, & ſequitur aliud ſuppoſitum cum verbo, licet ſuppoſito addere Suus propter reciprocationem factam ad priorem ſermonem, aut pronomen non reciprocum propter reſpectum ad ſecundū. Quando vero tantum vnus caſus ſine verbo præcedit, ſi ad ipſum fieri poteſt reciprocatio, non ponetur aliud pronomen. Exemplum prioris: vt Ille aut Iohānes aut ſeruus tuus rogat te, vt ſuus aut eius apud te cœnet filius. Exemplum ſecundi: vt Pythagoram venerabantūr diſcipuli ſui. non diſcipuli eius.

Vndecimum, Quando ablatiui abſolute cum reciproco præcedunt, non habet aliud pronomen locum: vt non dicam, Tradito ei: ſed Tradito ſibi puero, vir dicendi peritus ingenium eius perſpiciat.

Duodecimum, In conſtruendo vbi ſuus præponitur, vtemur interdum reſolutione in non reciprocum. vt illud Senecæ, Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua. conſtruetur ſic, Scelera magiſtri ſæpe redierunt in ipſum, aut in eum ſeu illum. Difficilis tamen eſt reſolutio, vbi Suum eſt ſubſtantiuum. vt hic, Suum cuique perſoluatur: niſi dicatur, Quod cuiuſque eſt, id ei perſoluatur: & ſimiliter vbi Suus pro proprio ponitur: vt Sunt & ſua dona parenti. ſua, id eſt propria dona ſunt, ſine reſolutione. Aut ſua, id eſt propria dona ſunt parenti.

Decimumtertium, Bona cenſebitur reciprocatio, quando pronomen reciprocum ad principale ſuppoſitum refertur. quod fit quando loco reciproci poni poteſt in vero ſenſu (ipſemet) aut (ipſe idem) cū dicto ſuppoſito. verbi gratia, in illo Terentij, Orare iuſſit, ſi ſe ames hera, iam vt ad ſeſe venias. ſi ſe, ſubaudi (ipſam herā) ad ſeſe, id eſt ad ſemetipſam. non tamen licet dicere, Petrus non adeſt, ſed filius ſuus: immo filius eius. Bene autem dicitur, Petrus filium ſuum miſit, &c.

Decimumquartum, Vbi principale ſuppoſitum eſt Quiſque aut vnuſquiſque, fere locum habet reciprocatio, ſi tamen ſuperior ſeruetur regula: vt Quiſque ſui memor eſt. Vnuſquiſque ad proximum ſuū reſpicit. Non tamen dicas, Iohannem nemo diligit. ſed Vnuſquiſque liberos ſuos fouet, ſi de liberis Iohannis loquare. dicendum eſt enim liberos eius.

Decimumquintum, Quoties Suus ponitur pro proprio ac debito, aut ſubſtantiuū eſt, fere locum habet, nec eo facile quis abutetur: vt Suis horis id facit. Sua & ſuos diligens conſeruat paterfamilias.

Decimumſextum, Quoties autem gemina eſt locutio, ita vt bina complectatur ſuppoſita: licet ad prius dare reciprocum, aut ad poſterius non reciprocum: vt Quiſque vult quod ſibi aut ei expedit. Inuenis non petit vt illum aut ſe miſerum putetis.

Decimumſeptimū, Quoties ſic ante hanc præpoſitionem (inter) ponitur genitiuus, datiuus, aut abla-

tiuus, licet reciprocum & non reciprocum ſubdere: vt Grammaticorum inter ſe vel inter ipſos. Grammaticis inter ſe vel inter ipſos. ſed Grammatici inter ſe. & Scio grammaticos inter ſe diſſentire, &c. non inter ipſos.

Decimumoctauum, Quando verba ſingula ſunt, ſed duplex reſpectus: alter ad ſuppoſitum, alter ob obliquum: ſi pronomen reſpicit, ſuppoſitum erit reciprocum. ſin obliquum, potius non reciprocum. reperitur tamen & reciprocum. Exemplum prioris: vt Tueatur nos deus propter bonitatem ſuam: non eius. Secũdi: vt Cepi columbam in nido ſuo, & eius: quia reſoluitur, Columba capta eſt à me in nido ſuo. Si verò dixero, Iohannes cepit columbam: addam in nido eius.

Decimumnonum, Si tamẽ obliquo addatur verbum vel participium, ad quod reciprocatio fieri debeat, erit ei locus: vt Inueni leonem iratum ob amiſſam prædam ſuam: non eius: eſt enim idem quod qui iraſcebatur.

Vigeſimum, Quoties interuenit inter obliquos coniunctio, non eſt reciproco locus. vnde non dicã, Cepi leonem & catulos ſuos. ſed & catulos eius.

DESPAVTERIVS.

Ante omnià diligenter conſyderandum eſt principale ſuppoſitum, ad quod fieri debet reciprocatio: vt Superbus eſt ſui laudator. Iohannes amat patrem ſuum. Expectat te Iohãnes vt ſe iuues. Principale ſuppoſitum eſt Iohannes. Sic in omnibus orationibus de (vt) & (ne) principale ſuppoſitũ eſt ſuppoſitum prioris orationis. veluti, Magiſter præcepit vt ad ſe venirem. Iohannes timet ne ſibi noceam. Iohannes diligit Petrum & fratrem ſuum. de fratre Iohannis intelligitur. Iohannes diligit Petrum & fratrem eius. de fratre Petri intelligitur: quia hic ad obliquum, illic ad principale ſuppoſitum fit relatio: ideo in Euangelio bene dicitur, Iacob genuit Iudam & fratres eius. Qui ſurgens accipit puerum & matrem eius nocte. Et vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. eorum dixit, non ſuis: ne de peccatis Ieſu, quæ nulla fuere, loqui videatur. Miſertus eſt dominus timentibus ſe. Rogauit Ieſum quidam Phariſæus, vt apud ſe maneret. Quæſiuit dominus ex Petro an ſe diligeret. Intercedente coniunctione non reciproco vtimur, vt dictum eſt. Terentius, Pamphilus dat fidem vxorem ſibi Fore hãc: nam aliam pater ei deſponderat. Antecedenti non erit annexum reciprocum: quia nollem dicere, Filium ſuum diligit pater ſuus. aliter dixit in Mercatore Plautus, Iubet ſaluere ſuus vir vxorem ſuam.

Dicimus Suus ſibi gladius, &c. vbi ſibi nulla neceſſitate, ſed veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia iungitur. Terentius, Suo ſibi hunc gladio iugulo. Cicero, Suo ſibi victitant ſucco. Columella, Suo ſibi iure abluuntur. Terẽtius in Hecyra, Mater quòd ſuaſit ſua. id eſt eius, teſte Donato. Lancilotus defendit vt ſua capiatur. pro propria. ſic excuſat illud Virgilij, Nanque ſua patria antiqua cinis ater habebat. mallem cũ Valla eius dicere: licet in plurali per vocatiuum auſim dicere, Defendite Cæſarem ô ſui milites: tamen nihil tale auſim in ſingulari. Notanda eſt regula Vallæ lib. 3. cap. 60, Quiſque, vnuſquiſque & vterque, ſolent poni eleganter in oratione cum Sui & ſuus: ſed ante ſubſtantiuum ipſius Suum, ita vt diſcrepent cum adiectiuo ſequente expreſſo: ſed concordent cum ſubaudito. Virgilius, Pro ſe quiſque viri ſumma nitũtur opũ vi. id eſt nituntur ſumma vi. Quiſque pro ſe. ſupple, nititur. Idem, Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora verrunt, Quiſque ſuũ populatus iter. Idem, Quiſque ſuos patimur manes. Liuius, Auſi ſumus cum parentibus certare, quæque ciuitas ſuis. Tacitus, Exterriti qui ſubſidiũ ferre debuerãt, ſua quiſque in caſtra trepida fuga rediere. Idem, Tribuni & præfecti ſua quiſque extollentes, falſa aut maiora vero miſcebant. Sic Hirundines vere ineunte redeunt in ſuum priſtinum vnaquæque nidum immigrantes. Offendi parentes ſuo vtrũque morbo affectos. Sic ordina, Hirundines vere ineunte redeunt immigrantes in nidos priſtinos vnaquæque in ſuum. ſupple, immigrãs. Offendi parentes morbo affectos vtrunque ſuo. ſupple, affectum morbo.

In reciprocis multi errauerunt, aut ipſis ex induſtria abuſi ſunt, vt Valla oſtendit. ſed vt bene cum Valla dixit doctiſſimus Badius, cautè videndum eſt ad quid fit relatio: ne non illi, ſed noſtra erret cenſura. vt apud Horatium, Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge. Georgius Valla lib. 30. cap. 4. vult (ſibi) pro (ei) poni: quod verũ non eſt: quia ſibi ad famam non refertur. ſed eſt ſenſus, Finge conuenientia ſibi. id eſt ea quæ ſibiipſis non aduerſentur: ſed inter ſe apte cohæreant, ne monſtrum naſcatur tale, vt nec pes, nec caput vni reddatur formæ. In ſacris plerunque non obſeruatur debita reciprocatio, vt patet ex Valla in nouum teſtamentum. Locos quos ille notauit, hic ſubieci, Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. pro ſua. Vidi ſpiritum dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. pro eum. Contrà apud Paulum, Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij eius. pro ſui. Vna cum Zebedæo patre eorum. pro ſuo. Acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius. pro ſui. ſic alibi ſæpiſſime, quæ vt facillima omittam. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum. pro ſua. A fructibus eorum cognoſcetis eos. pro ſuis. Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. pro eius. Iuſſit diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præire eum trans fretum. pro ſe. Procidens conſeruus eius adorabat eum. pro ſuus. Corripe eum inter te & ipſum. pro ſe. Ait illi dominus eius. pro ſuus. Miſit ad eũ vxor eius. pro ſua. Ex Marco, Erat Iohannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius. pro ſuos: quia ablatiuus eſt zona. Ex Luca, Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius. pro

Suo ſibi.

Reciprocorũ abuſus.

ſui. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius. pro ſuorum. Quum inducerent puerũ IESVM parentes eius. pro ſui. Nuntiauerũt Iohanni diſcipuli eius. pro ſui. Et reddidit illum patri eius. pro ſuo. Ex Iohanne, Neque enim fratres eius credebant in eum. pro ſui. Triſtitiam habet quia venit hora eius. pro ſua. IESVS itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eũ. pro ſe. Pontifex ergo interrogauit de diſcipulis ſuis & de doctrina eius. In neutro peccauit: ſed inepte fecit, vt verba variaret: quum debuerit non vtroque, ſed alterutro pronomine vti. Stabat autem iuxta crucẽ IESV mater eius. pro ſua. Ex Paulo ad Romanos, Propter quod tradidit illos deus in deſyderia cordis eorum. pro ſui. Reddente illis teſtimonium conſcientia ipſorum. pro ſua. Ad Corinthios Epiſtola prima, Qui inuocant nomẽ domini noſtri IESV CHRISTI in omni loco ipſorum. pro ſuo. Ad Corinthios 2, Non reputans illis delicta ipſorum. pro ſua. Ad Epheſios, Vt notum faciat nobis ſacramentum voluntatis ſuæ ſecundum beneplacitum eius. pro ſuum. Alienati à via dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. pro ſui. Ex epiſtola Petri prima, Coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. pro ſua. Ex Apocalypſi, Opera enim illorum ſequuntur illos. pro ſua. Studioſi plura notabunt: hæc mihi ſufficiunt. Sæpiſſime errat in reciprocis Pſeudocurtius. legito & ſcies: ego receptui cano.

OPERIS COMMENDATIO.

IACOBI PAPAE VIRI DISERTISSIMI AD IOHANNEM Deſpauterium Niniuitam Carmen.

Gloria docte tibi multis Niniuita diebus
  Permanet, & longæ poſteritatis opus.
Clarus es eloquio, Phœbæa clarior arte,
  Crederis Aonios incoluiſſe lacus.
Efficies Italo non inuideamus honori,
  Auſonios linquens poſt tua terga viros.
Quicquid ſcriptores attentauere vetuſti,
  Hoc tuus egregia protulit arte labor.
Quæ facis, æterna ſunt digna volumina cedro:
  Clarior eſt ſtudijs barbara terra tuis.

IODOCI LAETI CARMEN IN SYNTAXIM DESPAVTERIANAM.

Scire Palæmonias quicunque fideliter artes,
  Verbáque vis verbis nectere grammatice,
Conciliare tibi Phœbum, doctáſque Heliconis
  Ad tua vis olim vota mouere deas,
Orandíque etiam vis te Suadela peritum
  Efficiat, labris præſideátque tuis:
Huc ades, huc propera, huc volita: ſunt hæc tibi primûm
  Prægustanda: cape hæc, perlege, diſce, cole.
Perlege congeſtos (tulit hos Niniuita) labores,
  Perlege doctiloqui, perlege dicta viri.
Quicquid grammatici reliqui peperere celebres,
  Hoc ſolus paucis continet iſte liber.
Hic nihil eſt mancum, nil non laudabile, nil quod
  Vſus doctorum non probet eſſe bonum.

MARTINI DORPII IN LAVDEM GRAMMATICAE DESPAVTERianæ doctiſſimo labore concinnatæ Epigramma.

Heus tu bibliopola, lucrio, heus tu,
Hunc quicunque librum ære emes puſillo,
Ne ſis neſcius, atque (vti es ſuetus)
Contrectare putres manu inquinata
Merces, hanc quoque raram & expolitam
Ne ſic proſtituas: tibi profecto eſt
Ingens cautio, ne perire iambis
Mens eſt, quis perijt vafer Lycambes.
Non eſt hæc triuijs repoſta: non eſt
Vatum oſoribus eſca: quis ſuillum eſt
Roſtrum: quis quod oletum olet putreſcens,
Id demum bene olet, quibus vel ipſa
Diſciplina politior moleſta eſt:
Solo nomine quos vides tumentes,
Et per conciliabula, & per omnes
Thermas, compita, templa, per coronas
Vulgi, per male feriata plebis
Ignaræ agmina, virulenta vocum
Paſſim ſpargere fulmina, & Theonis
Phœbæam lacerare dente turbam.
Hos nodoſo abigas flagro, vel ictu
Librato ferias, vt hoc ab albo
Immundum abſtineant pedem inuenuſtis
Néve his obſtrepitent inauſpicato

Garritu fidibus noui libelli,
Quem noſter Niniuita mundioris
Princeps eloquij per Hercle doctus
Concinnauit,apes vti Matina.
Paruo poplite mel ſtruit ſuaue.
Nullos præterit hortulos feraeis
Authoris,modo gentium ſit ille
Maiorum,modo claſſicus ſit ille.
Quin ſi quicquam holitor vel ipſe lauto
Dignum(vt ſit quoque)protulit palato,
Excepit ſtudioſe & illud omne.
Non alba tamen vndecunque amuſſi
Conuertens,& inepta & apta miſtim:
Sed diſcrimine lecta,ſed bilancis
Penſata in trutina,omnibúſque demum
Doctorum bene comprobata punctis.
Nunc nunc ponite quicquid eſt negoti,
Hiſce ludere pergitote chartis,
Omnes quotquot auetis eſſe alumni
Muſarum,artificéſque ſcriptionis
Emunctæ,teretíſque candidóque
Filo compoſitæ. nihil profecto
Non pro voto erit aſſequi hoc in amplo,
Hoc in liberiore fonte libri.
Vos haurite modo,& rigate tota hac
Lymphis ora fluentibus ſcatebra,
Quas vobis Niniuita puriores
Propinare ſtudebit.Huc proinde
Muſarum properate candidati,
Vos inquam,qui auibus bonis(vt aiunt)
Nomen grammaticæ dediſtis arti
Eius,quod bene vorterit,palæſtræ &
Sacris militiæque inaugurati.

DESPAVTERIVS LANGIMERCIO SVO S.

Seneca ait Demetrium eleganter ſolitum dicere, eodem loco ſibi eſſe voces imperitorum,quo ventre redditos crepitus. Demetrio ipſe vſqueadeò libenter accedo, vt etiam gaudeam opuſcula mea ab indoctis latratoribus vilipendi, quæ doctis placere cognoſcam. Quocirca Dixmudani illius nominatu indigni vellicationem(quem ais mi Langimerci meis obſtrepuiſſe opellis)altocachinno,non refutatione dignam exiſtimo. Non eſt Syntaxis mea(vt ille putat,quia bonos authores nullos legit)ex ſolo Nebriſſenſi & Calepino collecta. ſed ex omnibus ferme grammaticis , & ex optimis oratoribus, poetis,hiſtoricis. Valeat ergo blatero ille,& cum Horatiano Criſpino multa ſe poſſe iactet. Sibi Suffenus placeat,alijs detrahat,ipſe facere nihil noſcat. Vale mi Langimerci,& Deſpauterium tuum ama. Bergis v. Idus Aug. ANN. M. D. XIII.

DESPAVTERIVS IOHANNI LAVRENTIO, INGENVARVM ARTIVM profeſſori,amico ſuo integerrimo S.

Gaudeo(ita me deus amet)haud vulgariter mi Laurēti,quòd calumniatoris Bellocaſſij in grammaticen noſtram poſteriores annotationes non antè viderim, quàm Verſificatoriam imprimendam ad Badium miſerim:vt tu,Badius,cæteríque candidi lectores cognoſcatis,me Verſificatoriæ adieciſſe,aut ab ea abſtuliſſe,quicquid inepte ſtolidus plagiarius iactat ſe arti noſtræ adieciſſe: vt Io, Tyrus, Cytherea, Ariſtidos, Adrimachide, Veliternus, Mycipſa, Pharos,& Lyeus,tutius compiñtur:quæ vt alia plurima,ad annotationes reſeruaui.In Ouidio non Erigonius, nec Sangaride(vt inepte credit)legendum eſt:ſed erigoneius hexaſyllabū,& Sagaritide à Sagaro.Nec in Syllio quis à (pudet) regitur,ſed à (certare). Iure ridear ſi ad ſingula reſpōdere velim.Minatur tibi iambos,& mihi ſi ſecundo irritauero,extrema,Crabronē,inquit,irritauero:cuius ter nouena tandem puncta moribundus perſentiſcā.Rideamus mi Iohānes Thraſonis minacias: quia(vt eum Thaide loquar)magnus nebulo eſt,futurus mox Darhetis more fabula vulgi.Nondum excæcauit Polyphemum. Roga eum nomine meo, vt omiſſis furtis tertias tandem annotationes è ſuis edat: eáſque cæteris maiuſculas, ne ſalarij iure eum auaritiæ inſimulent:qui quum edat ſcombris digniſſima, tam parcus deprehenditur, vt integer liber duobus ſcombris vix ſufficiat. Vale. Cominij v. Idus Decemb. Anno ſalutis noſtræ ſeſquimilleſimo decimoquarto.

Ars Verſificatoria.

Ioh. Deſpauterii Niniuitæ in

ARTEM VERSIFICATORIAM PRAEFATIO.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA GEORgio Haloino nobiliſſimo heroi, & vndecunque doctiſſimo, domino Haloini & Comminii, ſuo Mecœnati humaniſſimo, S. P. D.

ARTEM Verſificatoriam (quam Stichologian Græci vocant) literaturæ partem vt difficillimam, ita longe præcellentiſſimam, & poetis in primis neceſſariam, tuo nomini conſecrare nobiliſſime domine auſus ſum: vtinam eiuſmodi vt vel tuis in nos meritis, vel meo erga te ſtudio reſpondeat. Noui ego delicatiſſimum tuum palatum, noui acerrimam cenſuram, cui nihil non exactiſſimum placeat. Vellem equidem celſitudini tuæ meliora deuouere: quod quum non poſſim, ferenda puto Mecœnati mea qualiacunque munuſcula. Nam (vt Plinius ait) & dijs lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant: & mola tantum ſalſa litant qui non habent thura. Dabis igitur (vt ſpero) audaciæ noſtræ veniam: nempe ſoles meas eſſe aliquid putare nugas. Non adeò ſum mihi Suffenus, vt neſciam artem meam eſſe imperfectam: tamen audendum eſt: quia noſtra præcepta (vt Columellæ verbis vtar) non conſummare ſcientiam, ſed adiuuare, promittunt. Nam (vt idem ait, & me plurimum conſolatur) in omni genere ſcientiæ, & ſummis admiratio veneratióque, & inferioribus merita laus contingit. Erunt fortaſſis nonnulli ſophiſtæ, vel poetaſtri, pſeudographi, phyſiologi, legulei, ſacrificuli, aſophi, plani, & tenebriones, qui cauillabuntur hanc artem tenuiorem eſſe, quàm quæ tanto viro dedicari debuerit. Verum hi tuo iudicio vehementer errant: vt qui ſcias ipſos orbis dominatores hanc artem vt excellentiſſimam ſummopere excoluiſſe. Auguſtum dico & Germanicum & alios multos. Itaque ex omnibus ferme veterum libris conatus ſum aliquid in medium afferre, vt iuuarem pro meis viribus linguam Latinam inſtaurare. In qua re quicquid profeci, tuum eſt: ex quo plus didici, quàm ex alio quouis præceptore. Abeſt dicto aſſentatio: id nouit deus. Tu mihi Ariſtarchus, tu Mœtius, tu Quintilius. Quod cum è multis literis tuis lacteo lepore profluentibus, tum ex ijs quas hoc anno pridie Iduum Ianuariarum ad nos dediſti, liquet clariſſime. ſic enim ſcribis, Adſit nobis deliciarum linguæ Latinæ zelus & auiditas, ſit inter nos elegantiæ maioris honeſta diſceptatio, maneátque in ſcrinijs noſtris. non patiar etenim ſcripta mea in vulgus prodire, prius quàm priſcos authores ad vnguem perlegerim, ne fortè in errorem incidam. Si hoc fecerimus, miraberis quantum fructum inde concipiemus. Hunc in modum & in alijs epiſtolis me frequenter monuiſti, ne editionem meam præcipitarem, & hoc auriculis meis ſubinde inſtillaſti, Neſcit vox miſſa reuerti. Et nonnunquam territaſti Virgiliano exemplo, qui AEneida teſtamento cremari iuſſit, quòd eam non caſtigauerat. Quo factum eſt, vt præter eos, quos antea perlegeram poetas (qui fuerant admodum pauci, & neoterici plures quàm veteres) dederit mihi perlegendos nobilitas tua Lucretium, & (quem antea cum Horatio, Ouidio, Martiale, Iuuenale, Perſio perlegeram) Virgilium: præterea Manilium, Germanicum, Rufum, Ciceronem in Arato, Catullum, Tibullum, Propertium, Senecam in tragœdijs, Valerium Flaccum, Stathium, Papinium, Auſonium, Claudianum, Sidonium Apollinarem, Columellam, Palladium. Tum etiam grammaticos, & alios ſcriptores plurimos. Ex quibus vehementer emendaui & auxi artem meam, coactus multos taxare pro communi vtilitate, qui maximo in pretio habentur: quia licet doctiſſimi fuerint, tamen non potuere inter tot barbariei milites nihil vitij contrahere. Ideo nequem iniuſte culpaſſe puter, libet altius repetere quanta ſit inter poetas antiquos & neotericos differentia: vt more boni agricolæ, ſerere ingenuum volentis agrum, liberem arua prius fruticibus, falce rubos, filicémque reſecem, vt ſciamus inter poetas quos imitari, & quos vitare deceat. Neque enim omnibus paſſim credere debemus, ſed illis duntaxat qui floruerunt inter ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium: hoc eſt ante Chriſtianum natalem annis centum, ad centeſimum quinquageſimum, ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. Nam & Latinus ſermo, quemadmodum & cætera mortalia, aliquãdo incœpit, habuítque ſuam Linguæ Latinæ infantia.

infantiam: in qua vix quicquam effari potuit. ſic locuti ſunt Aborigines primum cum Faunis vatibúſque. ſic deinceps Latini & Albani, ſic carmina ſaliaria cōpoſita, ſuis ſacerdotibus tandem patum intellecta, vt Quintilianus teſtatur. Non adeò longe poſt hoc ſeculum poetæ fuere, Liuius Andro-

Poetæ antiquiſſimi.

nicus, Ennius, Plautus, Næuius, Pacuuius, Cæcilius, Actius, Terentius, Lucillius, Turpilius, Marius, Afranius, Dorſennius, Attilius, Trabeas, Aquilius Imbrex, Nonius, & plures, quorum exceptis paucis opera interciderunt: ideo authoritate horum raro vtimur. Poſt hos qui ſequuntur, linguam Latinam mirum in modum locupletarunt: quos omnino imitandos dicimus. vt ſunt illi quos à me di-

Auſonius Gallus. Claudianus.

ligenter perlectos ſuprà memoraui: præter Auſonium Gallum & Sidonium Apollinarem, qui longo tempore poſt reliquos memoratos à ſuperioribus defecerunt, vt hoc opus perlegenti patebit. Claudianum etſi eodem ſeculo fuiſſe conſtet, multo tamen minus à veterum inſtitutis aberraſſe compe-

Linguæ Latinæ ſenect⁹.

rimus. Itaque poſt Hadrianum imperatorem cœpit in dies Latinus ſermo maiorem in modum languere, & quodam quaſi ſenio contabeſcere, irrumpentibus in Italiam barbaris. quod nimis factum eſt ſub aduentu Gothorum in Italiam, regúmque Longobardorum, ad fatalem illam totius generis humani peſtem Mahumetæam, quæ cum omnibus ingenuis & bonis artibus ſermonem quoque Latinum intercepit. qua ætate pauci admodum fuere poetæ, & illi quidem ſuperioribus longe indo-

Poetæ rudiori ſeculo nati.

ctiores, Rufus Feſtus, Alphius Auitus, Calphurnius Siculus, Terentianus, Claudianus, Auſonius, Iuuencus, Prudentius, Fortunatus, Serenus, Boetius, Proſper, Sidonius, Priſcianus, Lactantius, & multi alij ſcriptores: quibus (quantum ad Latinitatem attinet) eatenus fides habenda eſt, quatenus ea quæ nobis afferunt, veterum authoritate probari queunt. Nam vt de reliquis interim paululum taceam,

Sidonius in multis errat.

de Sidonio Hermolai Barbari iudicium in librum ſextum Plinij, cap. 26. neutiquam ſilebo. ſic autem inquit, Sidonius Apollinaris legendus totus, probandus non totus. Nam Cteſiphon contra artem corripuit: Iohannes quoque, & Heraclitus, & Diaſtema, tum alia compluſcula contra artem vel corripuit, vel produxit: vt paraclitus, & ſyllogiſmus, & cætera: quæ cuncta ſuis locis declarabo. Eò autem res tandem deuenit, vt reiectis doctiſſimorum monumentis, & omni elegantia proſcripta, Gothi cum reliquis barbaris omnem Romanorum ordinem peruerterint: & barbaries totius orbis fœdiſſima regina Latinitatem penitus peſſundederit. Quod idcirco eueniſſe hariolari licet, quia Gothi plurimos Latinorum libros exuſſiſſe dicuntur: & Romani principes, tum omnes Gothi, Vandali, vel alij barbari fuerunt. Itaque in nullo honore fuerunt poetæ apud principes & reges, vt qui ab illis non intelligebantur: ideo delectare minime potuerunt. Chriſtiani autem pontifices, abbæ, cardinales, & cætera eccleſiæ columina, poeticen vt diaboli pabulum tum ſpernere cœperunt: immerito tamē vt pulcherrime in Apologetico ſuo oſtendit diuinus poeta Baptiſta Mantuanus. Ita quum nulla poetis laus honóſque fieret, poetæ nulli fuerunt. Siquidem veriſſimum illud verbum, Honos alit artes. Et

Linguæ Latinæ mors.

quod Martialis ait, Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones. Ergo reiectis Ethnicorum libris, ſine quibus Latinitas conſiſtere nequit, conſequens fuit Latinitatem neceſſariò interire. Quapropter barbari ipſi Virgilianam poeſim faſtidientes, nouam verſificandi artem excogitauerunt, veterum obſeruationes in quantitatibus nec ſciētes, nec ſcire cupientes. Huiuſmodi itaque verſus optimos iudicabant, AEthiopum terras iam feruida torruit æſtas. Quinetiam rigmos (vt ipſi dicunt) excogitarunt: veluti

Pange lingua glorioſi corporis myſterium,
Sanguiniſque pretioſi, quem in mundi pretium.

Principium tantum verſus eſt. Nam quiſquis compoſuit, eum delectatum eſſe conſtat harmonia hymni pulcherrimi de Chriſto, non niſi à doctiſſimo poeta compoſiti: in quo vbique magna cum elegantia carminis ratio cuſtoditur pulcherrime. Pange lingua glorioſi prælium certaminis. indocti homines neſcientes eſſe carmen, putarunt ex quatuordecim ſyllabis: quarum ſeptima perpetuò eſſet longa, & duodecima breuis: eiuſmodi harmoniam reſultare, nullis pedibus obſeruatis. Tanta eſt poeſeos ſuauitas, vt etiam ſui ignaros mirum in modum oblectet. Multa poſſem in hunc modum, illius ſeculi anilia afferre, quo natus eſt Alexander Gallus: cuius opus Doctrinale inſcribitur, circiter annum domini milleſimum ducenteſimum: quo tempo-

Linguæ Latinæ inſtauratio per Neotericos.

re barbaries toto mundo dominabatur vſque ad tempora Franciſci Petrarchæ. Qui non ſine diuino numine circiter annum domini milleſimum, ccc. xl. barbariei bellum indixit: fugientéſque muſas reuocans, eloquentiæ ſtudia vehementer excitauit. Poſt hunc cœpit lingua Latina mirum in modum inſtaurari ab Leonardo Arretino, Guarino Veronenſi, Franciſco Philelpho: maxime autem Laurentio Valla, Iohanne Tortellio, AEnea Syluio, Domitio Calderino, Galeoto, Georgio Merula, Georgio Valla, Hermolao Barbaro, Pico Mirandulano, Angelo Politiano, Philippo Beroaldo, Petro Crinito, Iohanne Baptiſta Pio, & qui antè fuerunt, Nicolao Perotto, Sulpitio, Neſtore, aliiſque innumeris. Nec Itali ſolū hanc rem curarunt, nā AElius Antonius Hiſpanus, Eraſmus Hollandus, Rodolphus Agricola Friſius, Iacob⁹ Faber Gallus, & Iodoc⁹ Badius Flāder, & alij plurimi diligētiſſime laborarūt in inſtaurādis veterib⁹ linguæ Latinæ theſauris. Cæterū hi omnes (quod bona omniū pace dixerim) inter barbariei milites cōuerſati nequiuerūt barbariē penitus extinguere, quin cōtagioſo illius veneno afflati tā in proſa ꝙ in carmine peccarūt alij alijs: aut magis, aut minus, prout diligētius aut indiligen-

tius veterum monumenta perſcrutati ſunt. Neotericos itaque doctiſſimos, quorum ne calceamenta quidem ſoluere dignus ſum, animaduerti ſæpicule à veterum inſtitutis non ratione aliqua, non ex induſtria, ſed ex ignorantia defeciſſe. Quòd ſiquis dictum hoc vel rideat, vel miretur, ille perlectis his libellis noſtris cogetur mecum ſentire: & tandem agnoſcet quid ſibi velit Horatianum illud, Tu nihil in magno doctus deprendis Homero? Decepti ſunt autem Neoterici, librorum mendis, librorum falſis titulis, nimia Græcitate, Grammaticorum peruerſis regulis: quæ omnia olim ita fuerunt pura, ita integra, vt veteribus nulla fuerit errandi occaſio. Decepti ſunt, inquam, mendoſis libris: nam librariorum incuria, aut ex nimia vetuſtate corroſis literis innumeri irrepſerunt errores: alijs alia in locum literarum vel dictionum perditarum aut male ſcriptarum ſufficientibus: alijs parum doctis mendas non animaduertentibus. Hinc emerſere tot in Plinium, in Plautum, in alios authores, annotationes Calderini, Beroaldi, Politiani, Sabellici, aliorúmque: hinc altercationes grammaticorum infinitæ: adeò vt neſcias Quo teneas vultus mutantem Protea nodo. Multa ergo ſunt in poetis mendoſa, per quæ parum docti errores ſuos defendere conantur: quorũ nonnulla ſuis locis manifeſtabo.

Mendoſi libri.

Secundo plurimum decepit imprudentas, & interim non aſpernendæ doctrinæ viros, falſa librorũ inſcriptio, ſeu falſi librorum tituli: quos ſubdititios libros vocamus. verbi gratia, Ouidiana authoritas iure pro regula habetur. ideo ſemidocti neſcientes è tritico ſeparare lolium, fidẽ habuerunt opuſculis de pulice, de tribus puellis, de amore Pamphili, de Philomela, de vetula, de ſomno, de cuculo, de limace, de ludo latrunculorum, de nuntio ſagaci, quòd hæc Ouidij opuſcula vulgò ferebantur: quibus ab Ouidiana vena nihil magis alienum excogitare queas: neque enim ſunt (vt Aldus inquit) Ouidio vel puero digna. Miror profecto quonam modo ineptus ille vetulus, de inepta vetula ſcribens ineptiſſime, voluit credi opus ſuum eſſe Ouidij: qui vt fidem faceret, dicebat ſe prius ceciniſſe in noua corpora mutatas formas. Conabatur nimirum ſerpentes auibus geminare & tygribus agnos, id eſt ſuã barbariem connectere Ouidianæ fluenti ſuauiter elegantiæ. ſiquidem nemo fuit vnquam poetaſter vetulo illo male ſano indoctior: quoniam innumera ſunt eius nebulonis imprudentiſſimi errata, vt liquet illum lectitanti. Euidens ſignum eſt homines illius ſeculi fuiſſe indoctiſſimos, qui non perceperint eiuſmodi aniles nugas non eſſe Ouidij. Dionyſium quoque non Priſcianus tranſtulit, ſed Fannius, vt ait Hermolaus in ſextum Plinij, capite viceſimooctauo. Virgilio quoque iam nonnulla opuſcula putantur falſò aſcribi: vt AEtna, Roſæ, Ciris, Priapea, quam Ouidij eſſe docet Politianus cap. quinquageſimonono Miſcellaneorum. Qui Macrum quendam poetam ſui ſeculi multa laude proſequitur, cuius nulli libri extant. quare errant qui in arte Verſificatoria vtuntur teſtimonio Macri de viribus herbarum canentis: non poetæ quidem, ſed nec verſificatoris ſatis idonei: quem rudiori ſeculo fuiſſe ex eo conſtat, quòd Plinij teſtimonio perſæpe vtitur.

Libri falſò inſcripti.

Macer.

Tertio nimia Græcitate plurimi in errorem ducti ſunt, quod vitium non iam primum notatum eſt: quum ipſe etiam Horatius derideat eos qui nimis Græca Latinis immiſcent: nam plerique amore Græcæ linguæ Latina negligunt, ſúntque admodum iactabundi, & vltra modum laudatores ſui: nihil putant ſibi non licere Græcitate freti. Neque meminerunt Martialis dicentis, Nobis non licet eſſe tam diſertis. videndum eſt quid Latinis placuit, non quid Græcis. Non eò id dico, quòd Græcæ linguæ ſtudere, malum putem, dum id ita fiat, ne Latinæ linguę idiomata violemus. Cæterum ne iniuria dicar Græculis infenſus, legantur Oppiani poetæ veteris libri per Laurentium Lippium tralati: & non ſolum lippum, ſed plane cæcum in multis putabis. cuius exempla cum non ſint imitanda, expunxi.

Græciſſantes nimium.

Laurentius Lippius.

Quarto decepti ſunt Neoterici grammaticorum peruerſis regulis. Grammatici nanque authoritas per ſe nulla eſt, quum ex ſola doctiſſimorum oratorum, hiſtoricorum, poetarum, & aliorum idoneorum ſcriptorum obſeruatione conſtet ortam eſſe veram grammaticam. Multa dicenda forent ſi grammatiſtarum ineptias refellere vellem: ſed nulla eſt gloria præterire aſellos: ideo nunc animus eſt vnicum grammaticorum principis erratum cum primis inſigne perſequi. is autem eſt Seruius, quem merito plurimi facis. Sed (vt Quintilianus author eſt) nullus eſt tam conſummatæ ſcientiæ, vt nihil aliquando errauerit. Is igitur in illud primo AEneid. Huic cõiunx Sichæus erat. Sichæus (inquit) primam natura corripit, ſed hic ectaſin facit, licentia quæ in proprijs nominibus eſt, vbi licet in quauis parte ſyllabæ mutare naturam. Idem euenit in appellatiuis, ſi à proprijs ſunt: vt Sicanio prætenta ſinu. hæc ille. Quibus in errorem traxit ferè quotquot poſt eum fuerunt, Franciſcum Nigrum, Robertum Guaguinum, Georgium Vallam, Nicolaum Ferettum, & ferme cæteros. Et eò res deuenit, vt etiam diphthongos paſſim corripuerint in proprijs, vt Lælius, Clæmentia. Propria certe non magis ad placitum ponenda eſſe quàm appellatiua, contra Seruianam doctrinam ſatis docent Ouidius & Martialis. Ouidius quidem in libro quarto de Ponto, vbi conqueritur hoc nomen Tuticanus non poſſe elegiam ingredi: quia habet breuem inter duas longas, quod non poteſt heroicum aut elegiacum ingrẽdi, niſi breuem producendo, aut longam corripiendo, aut dictionem diuidendo, ita vt (Tuti) ſit finis verſus, (canus) alterius principium: quorum nihil licere Ouidius docet, licet id fecerint bis aut ter in Sapphicis Catullus & Horatius. Tu Ouidio auſcultes, ita lib. 4. de Ponto canenti,

Grammaticorum authoritas.

Seruij laus.

Seruij erratum.

Sichæus.

Propria non poni ad placitum.

Diuiſionem dictionis cauſa verſus nõ admitti.

Quo minus in noſtris ponaris amice libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore,
Eſt aliquis noſtrum ſi modo carmen honor.
Lex pedis officio, fortunáque nominis obſtat:
Quâque meos adeas eſt via nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere verſus,
Deſinat vt prior hoc, incipiátque minor.
Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moretur
Arctius appellem, Tuticanúmque vocem.
Et potes in verſum Tuticani more venire,
Fiat vt è longa ſyllaba prima breuis.
Aut vt ducatur quæ nunc correptius exit,
Et ſit porrecta longa ſecunda mora.
His ego ſi vitijs auſim corrumpere nomen,
Ridear, & merito pectus habere neger.

Secundo propria non poni ad placitum liquet ex Martialis libro nono, vbi mirum in modum conqueritur dulciſſimum nomen Earinus, non poſſe adire carmen Phaleucium: quia omnes ſyllabæ illius nominis ſunt breues: ergo nec ſpondæum, nec dactylum, nec trochæum conſtituere poteſt. Sed cur ſe excuſat Martialis, quum id nomen Earinus optime ingredi poſſet ſcazonta? Ego profecto Martialem ob id ſolum hæc ſcripſiſſe ſuſpicor, vt retunderet quorundam poetaſtrorum impudentiam, qui more Græcorum, propriorum quantitates confundebant: & id quidem ineptiſſime: quia multo licentius Græci ſcribunt quàm Latini. quod oſtendit Martialis, dicens, Nobis non licet eſſe tam diſertis. Itaque Seruium nimio Græcæ linguæ amore deceptum puto. Nam iniquum fuit propter pauca exempla (id quod grammaticorum peruerſitas ſæpe facit) regulam conſtituere. ſiquidem licet Sichæus & pauca alia tam appellatiua quàm propria, quaſdam ſyllabas ancipites habent, vt cognoſcet hoc opus noſtrum diligenter perlegens, nunquid propter hoc variabimus primam in his dictionibus Iulius, Scipio, Naſo, Horatius, Athenæ, Ariſtoteles, Marius, &c? Abſit obſecro per deum immortalẽ hæc impudentia, & (vt vere dixerim) ſtoliditas. Nunc audiamus Martialem:

Nomen cum violis roſiſque natum,
Quo pars optima nuncupatur anni,
Hyblam quod ſapit atticóſque flores,
Quod nidos olet alitis ſuperbæ,
Nomen nectare dulcius beato:
Quo mallet Cybeles puer vocari,
Et qui pocula temperat tonanti:
Et quod Parrhaſia ſones in aula:
Reſpondent veneres cupidinéſque:
Nomen nobile, molle, delicatum,
Verſu dicere non rudi volebam:
Sed tu ſyllaba contumax repugnas.
Dicunt Earinon tamen poetæ:
Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos ares ares decet ſonare.
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeueriores.

Earinus interpretatur vernus: ab ear, id eſt ver: corripit nomen hoc omnes ſyllabas. quòd ſi poſſent ad placitum poni, inaniter diceret Martialis ſyllabam eſſe contumacem. Græci tamẽ audent primam producere, vt in (ares) priorem variare: nam Homerus ita verſum inchoauit teſte Calderino, Ares ares, &c. vbi primus pes eſt dactylus. Ares, id eſt Mars: id nobis non licet Latinis: quia muſas colimus ſeueriores, id eſt minus in licentiam ruimus quàm Græci, quibus nihil eſt negatum. Miror an ſint vlli tam obſtinatè in Seruij opinionem iurantes, vt adhuc Seruio adhærere malint quàm Ouidio & Martiali. Valeant igitur quorum hi ſunt verſiculi,

Condidit Athenas, adiuuit nomine Pallas.
Lycaon arcas diuinas prouocat iras.
Tu tamen Horati doctor palus abbreuiaſti.
Ouidius vates peligni ruris alumnus.

Ouidius, Notus feritate Lycaon. Propertius, Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Horatius libro quarto Carm. Ode 6, Vatis Horati. Adonicum carmen eſt. Ouidius, Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures. Virgilius in Culice, Hic Fabij Decíque, hic eſt & Horatia virtus. ne omittas

coniunctionem(&). Perottus credit Horatius à verbo(oro)deriuari: ſed quum hoc nomen & aſpire-
tur & corripiatur, non aſſentior Perotto. Martialis libro primo, In Nomentanis Ouidi quod naſcitur
agris. pro Ouidij. Sed quur propria plus priuilegij haberent appellatiuis, quum omne proprium no-
men fuerit aliquando appellatiuum, vel ex appellatiuis deriuatum: vt Fœlix, Ruſticus, Stephanus, Her-
cules, Hector, Hermes, Adam, Abel, Cain, Abraham? Lege Syluam beati Hieronymi, primum librum
Quintiliani de inſtitutione oratoria, & libros Faſtorum Ouidij, & primum librũ Epiſtolarũ Leonar-
di Arretini. Sic à dominus Dominicus, ab hadria Hadrianus, à domitus Domitius, & hinc Domitia-
nus: à Iulius Iulianus, à Quintus Quintinus, à Valerius Valerianus. Martialis libro decimo, Ne vi-
uam, niſi te Domiti permitto libẽter. Idem libro primo, A Valeriano Pollio petes quinto. ſcazon eſt.
Obijciet fortaſſe aliquis poeticam neceſſitatem, veluti Italia primam naturaliter corripit, teſtimonio
omnium grammaticorum: Virgilius tamen primam produxit: quia aliter Heroicum carmen adire ne-
quibat. Quid igitur faciam(inquis) ſi diui Nicolai aut Iuliani hiſtoriam contexere tulerit animus: quo
nomine appellabo, ſi nec Nicolaum, nec Iulianũ dicere licet? Et cur in magno opere non licebit mihi
quod Virgilio? Scimus profecto Virgilium, & alios neceſſitate quadam produxiſſe quædam aut cor-
ripuiſſe: verum ea pauca ſunt, nec citra veterum authoritatem. nam Italia primam produxit etiam a-
pud Ennium & Lucretium pluréſque ante Virgilium. Itaque inuentis recte vtemur: noua non ſine
maxima neceſſitate fingemus, neque vnquam niſi in opere maximo: eáque erunt pauciſſima, imò nul-
la, donec iam extra inuidiæ aleã fuerimus. Quocirca intolerabiles puto eos, qui in modico opere abu-
tuntur omni licentia: quum in hac re nullo modo laxandæ ſint habenæ. Igitur ſi occurrat nomen
verſui contrarium, vt Nicolaus, Iulianus, Tuticanus, &c. imitabor Martialem, qui circuitione vſus
eſt, dicens in eodem libro,

Omne proprium fuit appellatiuũ aut ex appellatiuo.

Neceſſitas poetica.

Ille puer tanto domino gratiſſimus aula,
Nomine qui ſignet tẽpora verna ſuo. id eſt Earinus quod interpretatur vernus. Sic Ouidius quo-
que ſecundum ſcribens ad Tuticanum. Poſſumus præterea etiam à Latinis (ſi is caſus emergat) pa-
tronymica formare à patre, à matre, à patria, vt docemur cum ex Virgilio, tum ex Ouidio in Meta-
morphoſi. Licet etiam paucis verſiculis innuere ſyllabam eſſe contumacem, vt Horatius fecit libro
primo Satyra quinta,

Quattuor hinc rapimur, viginti & millia, rhædis,
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt,
Signis perfacile eſt. Nomẽ oppiduli alij dicunt eſſe Equotutium, alij Equuntutium, alij Entractitium.
quòd ſi propria vrbium ponerentur ad placitum, inutilis & vana eſſet Horatij excuſatio. Præterea poſ
ſumus vti conſilio Seruij, dicentis in illud 1. AEneid. Huic coniunx Sichæus erat. Quoties poeta aſpe-
ra inuenit nomina, vel metro non conſtantia: aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Nam Sichæus
Sicharbas dictus eſt, Belus Didus pater dictus eſt Methres, Carthago à cartha lectũ in hiſtoria Pœ-
norum. ſic Philelphus Nicoleos pro Nicolaus dixit. Cęterum cautè id faciendum cenſeo, ne hæc mu-
tilatio carmina noſtra mutilet. De Barbaris cum Diomede Priſcianus ait, in peregrinis & barbaris
nullos certos eſſe accentus. ideo(vt ait Priſcianus) vt neceſſarium videbitur, in metro locabuntur. Ego
puto regulas Latinas, quantum poſſumus, eſſe ſeruãdas, ſi tamen talia ſint, vt quantitas minime con-
ſtituat: quia barbara, aut è barbaris deducta, nec ab aliquo egregio poeta in carmen deducta fuerint,
licebit (vt opinor) pro voluntate noſtra carminibus ea aptare. ſed optimum fuerit teſtibus Ioſepho
in 1. Hebraicarum antiquitatum, & Priſciano lib. 5. de octo partibus orationis, extenſione vnius ſyl-
labæ facere Latina aut Græca: vt Eſromus, Adamus, &c. Hæc ſunt illuſtriſſime domine quæ præ-
notanda iudicaui: quòd in his etiam maximos viros hallucinatos eſſe cognoui. quæ ſi nobilitati tuæ
probabuntur, ſat habeo. Vale dulciſſime domine ô & præſidium & dulce decus meum. Bergis apud
diuum Guinnocum, feſto diui Nicaſij. Anno domini milleſimo quingenteſimo decimo.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA IOHANNI LAVRENTIO HASEbroucano, muſico nobili, atque ingenuarum artium profeſſori perdocto, & ſuo amico primario S. P. D.

PRIMVM artis Verſificatoriæ noſtræ librum tibi mi Iohannes Laurenti,meorum amicorum prime,ob maxima tua mihi collata beneficia,nuncupo: eo quidem animo,vt ipſum totis viribus contra amuſos blaterones defendas, vnà cum amico communi Euſtathio Scoto, homine illo facile doctiſſimo, cui vel nocte intempeſta patent muſarum ianuæ . Clamant indocti homines, rem me indignam feciſſe, quòd repudiato Alexandri Galli Doctrinali voluerim ſenem illum de Ponte(vt aiunt)deijcere. Vociferantur me eſſe nouitatis fatuæ excogitatorem,vt qui contra eccleſiæ vſum plurima peruerſiſſime doceam. Decani,canonici,officiales,epiſcopi ita canunt & legũt(inquiunt iſti)vt Alexander præcepit,& audes profiteri te his doctiorem? Qui hæc in me obducto ſupercilio clamitant,indoctiſſimi ſunt. Nempe in quencunque authorem veterem inciderint, non magis intelligũt quàm rudimentarius puer Virgilium. Volunt iuriſcõſulti dici,& necdum ſcirent Digeſtorum procemium grammatice declarare. Poetas vituperant, & ignorant Homerum ab Iuſtiniano, omnis virtutis & ſcientiæ parentem appellari. Peripateticos ſe vocant, & quid nomen id ſibi velit,penitus neſciunt.
Sophiſtæ. Ariſtotele putant ſe ſophiſtæ iſti væſani doctiores,qui longius abſunt ab Ariſtotele,quàm à philomelis paſſeres.hi ſolis nugis incumbunt, ille & rhetoricam & poeticen non modo cognouit,ſed etiam de vtraque libros elegantiſſime compoſuit. Philoſophi Boetio acutiores videri volunt, & ſexagenarij primum illius carmen ſine commentarijs declarare nequeunt. Reliqua niſi vt carmina ſcripta forent,carmina eſſe neſcirent. His ſi placere vellem,gloſſam notabilem in Alexandrum aut Græciſmum aut Facetum legerem. ſic haberent ſimiles labra lactucas. notum eſt aſinos ſtramina malle quàm aurum. Verùm non tanti eſt nebulonibus placere,vt à muſis ad barbariem velim vnquam deficere. Valeant itaque cum ſua inſcitia vitilitigatores : reprehendant ſcripta mea vt libet: non pili facio, dum intelligam me doctis placere. Oratum te velim dulciſſime Iohannes Laurenti, vt librum hunc hilari vultu ſuſcipias:in quo & alijs ſi à doctis iuſtè quicquam reprehendi videris, id ne me celes;& illis pro me gratias agito,ſi quidem id candidè fecerint:& rogato erratis meis ignoſcant. neque enim me pigebit(vt Priſciani verbis vtar)dum viuo, & hæc,& quæcunque ſcripſero , vel mea diligentia, vel amicorum monitu, vel inuidorum vituperatione(ſi iuſta fuerit)emendare. Vale amiciſſime Laurenti. Ex Bergis XVII. Calendas Ianuarias. Anno M. D. X.

Carminis & metri ſeu verſus

DIFFINITIO.

Carmen. CARMEN eſt oratio ſtrictiori pedum lege coercita, & ornatiſſimum dicendi genus. Hæc eſt diffinitio quam dat Mantuanus in Apologetico ſuo. Carmẽ proprie dicitur totum poema,vt tota elegia,totũ epigramma, in quo ſenſus eſt perfectus:& aliquando vnicus eſt verſus. Virgilius 3. AEneid. Rem carmine ſigno. ſubiungit, AEneas hæc de Danais victoribus arma. ſubaudiendũ eſt verbum(poſuit). Inuenies carmen pro verſu, vbi ſenſus eſt imperfectus apud grammaticos. Dicitur autem carmen à canendo, quaſi canimen:quia cantibus eſt aptum. hinc & canticum,& oda, carmen dicitur. Authore tamẽ Cæſare,qui bene legit carmina, bene cantat:qui vero bene cantat,male legit. neque enim lenocinio vocis, ſed cum grauitate quadam pronuntianda ſunt: præſertim carmina heroica. Carmen Cremonenſis male dixit à Carmẽte nomen accepiſſe:quia longo tempore ante Carmentem carmina fuerunt, vt Guaguinus ait. ſed hæc ratio eſt admodum frigida. Etenim licet carminis vſus longe ante fatidicam mulierem præceſſerit:tamen ante potuit Verſus & poema vocari,& nouum à muliere nomen ſumere:vt de oppidis & montibus ſæpiſſime factum legimus. Ouidius primo Faſt. Nicoſtratam Euandri matrem à carmine Carmentem dictam ſcribit his verbis, Ipſa mone quæ nomen habes à carmine dictum. Carminatores pro verſifi-
Verſus. catoribus Iohannes Baptiſta Pius identidem vſurpat. Carmen alio nomine Verſus dicitur: quia vno verſu finito ad principium alterius verſus reuertimur:aut quia tandiu verti debet quoad recte conſtituatur. hinc exit Horatianum illud, Sæpe ſtylum vertas iterum,quæ digna legi ſunt, Scripturus:neque te vt miretur turba,labores. Vnde ait in Arte, -carmen reprehendite,quod non

Multa dies & multa litura coercuit,atque
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem. Ideo dixit ſe Virgilius verſus facere,vti fœtum effingit vrſus. Verſus pro verſibus ſumitur figuratè,vt miles pro militibus. Catullus ad Flauium,
-volo te ac tuos amores
Ad cælum lepido vocare verſu. Græco nomine verſus appellatur metrum,quia certis mēſuris dimenſum eſt. Metron,id eſt menſura. Diomedes, Metrum,eſt pedum iunctura,numero modôve finita. id nomen apud grammaticos omnes in frequentiſſimo vſu eſt : apud alios ſcriptores perraro inuentum. ideo Hubertinus Clericus in epiſtolam Ciceronis ad Lentulum libro 1. dicit hoc nomen, ſicubi legatur,cauſa declarationis locari. verum ego tam ſæpe hoc nomen offendi, vt non penitus refugiendum putem. Quintilianus lib.1.de inſtit Orat. Poetas metr. neceſſitas excuſat. Macrobius de ſopno Scipionis lib.2,Metra canoris verſibus adhibeantur. Plin. Iunior ad Pontium ſuum,Probauerunt inde plura metra. Gellius lib.4.cap.17,Et metrum eſſe integrum poteſt. Martialis lib.4.epigrammaton,

Metrum.

Quum ſis improbior Maſſiliane, Quàm qui compoſitos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos. id eſt menſura & compoſitione Tibulli:amatorios,ſcilicet quales fecit Tibullus. Columel.lib.4. cap.10,Exceptis quæ retulimus metris Virgilij. Sic Terentianus Rufinus,& cæteri grammatici. magis tamen poeticum eſt carmen,verſus,cantus,&c. Item Modi & numeri,ſed ferè pluraliter pro verſibus:quia metrum,eſt pedum iunctura,numero modóque finita. Virgil. Numeros memini,ſi verba tenerē. Ouidius, Quâque meos adeas eſt via nulla modos. Numeri præterea(quos rhythmos Græci dicunt)ſunt certorum pedum obſeruatio , apud oratores ac alios elegantes ſcriptores, præſertim in finibus clauſularū. Cæteræ orationes ſolutæ dicuntur,& proſæ:quia metri lege prorſus ſolutæ libere & ſpatioſe prorumpunt,vt quotidianus ſermo.

Numeri. Modi.

DE PEDIBVS.

Pes.

PES eſt metrica ſyllabarum conſtitutio, vt Deus . Vnica ſyllaba pes eſſe nequit: nec plures quàm ſex. Dicti ſunt pedes:quia quemadmodum pedibus ambulamus,ita & verſus quibuſdam quaſi pedibus incedere videntur. ad quod videtur reſpexiſſe Virgilius in 1. Georgic. dicens, Ferte ſimul Fauníque pedem,Dryadéſque puellæ. Vel dicuntur pedes: quia illis eo modo verſus metimur,quo nos pedibus ſpatia. Pedes ſimplices ſunt duodecim. Diſſyllabi quidem,quatuor. Triſyllabi,octo: reliqui compoſiti ſunt, ſed non omnes nobis in hoc libro neceſſarij ſunt : ideo multos omittemus ad alia properantes,ab alijs non ſine magna neotericorum iactura omiſſa. Qui plures pedes videre cupit, legat grammaticam Franciſci Nigri,aut Nicolai Feretti.

DISSYLLABI PEDES.

Spondæus.

Spondæus ex duabus longis,vt Dotes. à ſponde, id eſt libamentum & ſacrificium: quia ſacrificantes eo frequenter vtebantur. Ideo etiam Pontificius dicitur & pes ſtabilis: quia cum magna grauitate pronuntiatur.

Pyrrhichius.

Pyrrhichius ex duabus breuibus,vt Deus:à pyrrhicha ſaltatione, quā Pyrrhus primus in Creta inſtituit,vt libro ſeptimo ſcribit Strabo. Leuiter pronuntiatur:ideo ſaltationi aptiſſimus. Alij à concitatione quadam ignea qua mouetur,hunc pedem dictum volunt. Dicitur etiam Periambus.

Trochæus.

Trochæus ex longa & breui,vt Panis. à trechin,id eſt à currēdo:vel à trocho,id eſt rota:quia in verſu rotatim ac volubiliter fluit. dicitur etiam Rutilus & Choræus.

Iambus.

Iambus ex breui & longa,vt Doces. ab Iambizin,id eſt à maledicendo . Eſt enim pes verſibus maledicis aptiſſimus. Alij ab Iambe puella deducunt. Appellatur quoque Daunius & Gradarius.

PEDES TRISYLLABI.

Moloſſus.

Moloſſus ex tribus longis,vt Mecœnas. cuius modulatione ad bellum procedentes Moloſſi Epirotæ dicuntur vſi:hinc moloſſum appellari grammatici aſſerunt. Hippius dicitur:quia equeſtri pugnæ conueniebat. Hippos enim equus eſt. Vocatur quoque,vt Niger ait, Vertumnus & extenſipes & canius.

Tribrachus.

Tribrachus ex tribus breuibus,vt Dominus. à tris,id eſt tres:& brachys,id eſt breuis.

Dactylus.

Dactylus ex lōga & duabus breuibus,vt Scribite. à dactylis,id eſt digitis. vel à Dactylis,Cretæ populis,qui hoc pede plurimum vſi dicuntur. Dicitur etiam Politicus & heroicus.

Anapæſtus.

Anapæſtus ex duabus breuibus & longa,vt Pietas. ab anapin, id eſt repercutiendo: quia ſono reciproco recurrendo Dactylum repercutit. ob eam rem antidactylus appellatus.

Bacchius.

Bacchius ex breui & duabus longis,vt Honeſtas. ſic dictus : quia in Bacchi laudibus eo vtebantur. producit autem hoc nomen penultimam. Rufinus, At finis bacchius erit,breuis vltima claudet. Idem, Principium bacchius erit, concludet iambus. Appellatur quoque OEnotrius, Tripudius & ſaltans.

Antibacchius.

Antibacchius ſiue Palimbacchius eſt pes bacchio contrarius,ex duabus longis & tertia breui,vt Audite. ab anti,id eſt contra:& palin,id eſt rurſus vel contrà. Dicitur quoque Latinus,ſaturnius,proponticus,& theſeleus.

Amphimacer

Amphimacer vel amphimacrus,vtrūque recte dicitur,teſte Neſtore, pes eſt cōſtans breui inter duas longas:vt Trinitas,charitas,litteræ. ab amphi,id eſt circum:& macros,id eſt longus:quia breuem circa longas habet. Dicitur etiam Creticus:quia Cretes ſaltando eius rhythmica compoſitione vtebantur,

Amphibrachus. Amphibrachus fit ex lõga inter duas breues,vt Venite. ab amphi,id eſt circum:& brachys,id eſt breuis:quia circum breues eſt lõga. Dicitur etiã Scolius: quia ſcolio,quæ erat citharæ ſpecies,cõueniebat.

RELIQVI PEDES.

Reliqui pedes compoſiti ſunt ex ſimplicibus.

Diſpondæus Diſpondæus ex ſpondæis duobus,vt Mecœnates.

Proceleuſmaticus. Proceleuſmaticus ex duobus Pyrrhichijs, vt Ariete. à proceleuin dicitur,id eſt exhortari & ſuadere: quia ij qui ſe ad aliquod opus faciendum,ad molem impellendam vel attollendam hortantur,frequenter ob nimiam celeritatem hoc pede vtuntur. hinc celeuſma,eſt nauticus clamor quo proreta,id eſt cuſtos & gubernator in nauis prora remiges hortatur. Martialis,Lentos tingitis ad celeuſma remos. Hieronymus ad Heliodorum,Quoniam è ſcopulis enauigauit oratio,iam epilogi celeuſma cãtandum eſt. In Ieremia,Celeuſma quaſi calcantium concinetur aduerſus omnes habitatores terræ.

Dichoræus. Dichoræus ex duobus choræis, id eſt trochæis: vt Cantilena . Trochæus autem vocatur choræus, quia choris aptiſſimus eſt.

Choriambus Choriambus ex choræo & iambo,vt Nobilitas. Huic contrarius eſt antipęſtus,vt Legebamus.

Pæon. Pæon ſyllabis quatuor conſtat,quarum vnica ſemper longa eſt, vel prima, & pæon primus dicitur: vt Multiuolus. vel ſecunda,& pæon ſecundus appellatur:vt Colonia. vel tertia, & pæon tertius vocatur:vt Veniatis. vel quarta,& pæon quartus dicitur:vt Celeritas. Dicitur pæon à Pæone inuẽtore: aut quia laudes Apollinis hoc pede cantabantur,qui Pæan dicitur.

Epitritus. Epitritus ſimiliter quadrupliciter eſt. hic ſemper vnicam habet breuem:vel primam,& epitritus primus dicitur:vt Amauerunt. vel ſecundam,& epitritus ſecundus eſt:vt Cantilenæ. vel tertiam,& epitritus tertius eſt:vt Diſcordiæ. vel quartã,& epitritus quartus dicitur:veluti Audiuiſtis. Dicitur(vt Sulpitius ait)ab epi,id eſt ſupra,& tris:ſemper enim in ijs pedibus vna trib⁹ alijs diſcrepat. Dicitur etiam Hippius primus,&c.

Ionicus. Ionicus à maiori ex ſpondæo & pyrrhichio,vt Præconium. Ionicus à minori ex pyrrhichio & ſpondæo,vt Diomedes. peruerſè habetur in multis libris contrario modo. Dicti ſunt Ionici,quia Iones populi in carminibus eo pede vtebantur. Pedes pentaſyllabos & hexaſyllabos quiſquis ſcire auet,aliunde petat. attuli plures quàm his in libris egeam.

TEMPVS.

TEMPVS eſt debita prolationis menſura. Syllaba breuis vnicum habet tempus, longa vero duo tempora continet: quia tantum temporis conſumitur in vnius longæ, quantum in duarum breuium prolatione. Sunt qui dicant natura longam habere tria tempora:vt Deos. Sola vocalis proprie quanta dicitur, ſyllaba vero gratia vocalis . Pedes eorundem temporum pro ſe inuicem interim locantur, præſertim in comœdijs:quales ſunt Spondæus,dactylus,anapæſtus,amphibrachus,proceleuſmaticus. Et dicitur reſolutio:quia pes in pedem per tempora reſoluitur. De proportione & alijs non inutilibus, ſed nec multum neceſſarijs,videte ſi vultis vel Nigrum,vel alium. nobis hæc ſufficiunt.

HEXAMETRVM CARMEN EIVSQVE COMPOSITIO.

HExametrum ſenis carmen pedibus fit:& vſque
Dactylus eſt quintus:ſextam ſibi vult regionem
Spondæus:reliquiſque locis ſit vterlibet horum.

Carmen hexametrum ſex pedibus conſtat,numero quidem ſex, genere vero duobus tantum, ſpondæo & dactylo. quintus locus dactylum ſibi perpetuum vendicat,ſextus vero ſpondæum,reliqui hũc vel illum,vt volumus. Exempla ſunt ex Virgilio, Panditur interea domus omnipotentis olympi.
Luctantes ventos tempeſtatéſque ſonoras.
Muſa mihi cauſas memora,quo numine læſo.
Syluestrem tenui muſam meditaris auena. Scande,id eſt pedes diſtingue: ſic,
Panditur,intere,a domus,omnipo,tentis o,lympi,&c. Hexa,id eſt ſex:metron, id eſt menſura: quia ſex pedum ictibus ipſum metimur. Hoc genere ſcribimus heroum, regum & principum geſta cum laude:ſed longe ſublimiori ſtylo,quàm res ruſticorum,paſtorum, aut ſatyricè hominum vitia,&c. Vnde heroicum dicitur, quum heroum geſta eo genere deſcribuntur. Quum aliæ res hexametris exarantur, licet iidem maneant pedes, Heroicum proprie non dicetur. Pythium appellatur: quia Pythij Apollinis oracula hexametris dabantur. Homericum ab Homero nuncupatur:quia
Res geſtæ regúmque ducúmque,& triſtia bella
Quo ſcribi debent numero monſtrauit Homerus. Hexameter verſus Latinè ſenarius nominatur. Epos etiam hoc genus vocatur. Sed videamus quinam pedes licenter admitti inueniantur.

Pedes nothi ſiue illegitimi in Hexametro.

Hæc te legitimè docui,nam ſæpe poetæ
Ipſa minus ſeruant:tu quanta licentia cautus

Eſt permiſſa vide, nequando turpiter erres.
Nanque rei grauitas quinta in regione locauit
Spondæum: veluti Magnum Iouis incrementum.
Dátque pedes alios Maro. Tu puer elige legem.

Heroici verſus pedes legitimi, id eſt ex carminis lege debiti, ſunt dactylus & ſpondæus. admittuntur tamen nothi, id eſt illegitimi per poeticam licentiam, quam cauebis: quia raro occurrit, nec niſi in magnis operibus eorum poetarum qui extra omnem inuidiæ aleam poſiti ſunt. Poetæ itaque in quinta regione ſæpe ſpondæum locant, vbi rei grauitas & maieſtas ſignificatur, aut mœror & languor: tamen id rarò eſt faciendum. Virgilius, Chara deûm ſoboles, magnum Iouis incrementum. Idem, Cornua velatarum obuertimus antennarum. Idem, Tu ne ille AEneas, quem Dardanio Anchiſæ. Et libro tertio AEneid. Armatúmque auro circunſpicit Oriona. Et iterum ſecundo AEneid. de Sinone maximam triſtitiam languorémque ſimulante, Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circunſpexit. Vbi etiam bis vſus eſt ſynalœpha, vt viuacius languor ille repræſentaretur. Similia in Lucretio, Ouidio, cæteríſque reperies: ſed ferme dactylus tum quartum locum ſibi vendicat. Addam vnum ex Propertij libro ſecundo, Sunt apud infernos tot millia formoſarum:

Pulchra ſit in ſuperis ſcilicet vna locis. Rariſſimè ſunt ſex ſpondæi. Ennius (vt eſt apud Crinitum libro 22. cap. ſeptimo) Ciues Romani tunc facti ſunt Campani. hi verſus ſpondaici dicuntur. Quandoque ſexto loco eſt dactylus, ſed vix, niſi hypermeter locum habeat. Virgilius, At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida. Ob eam rem tales verſus dactylici appellantur. Reperiuntur & alij pedes in diuerſis locis hexametri, qui ſunt Iambus, anapæſtus, proceleuſmaticus: niſi cæſuræ licentiam eſſe velis. Tu licentiam cauebis, niſi iam tantus fueris, quanti hi apud quos ea licentia reperitur: & tum ita cautè & ita parcè licentia vtêris, vt veteres. Afferam è diuerſis authoribus nonnullos verſus, in quibus nothi pedes ſunt. id autem præceptor mediocriter doctus facile declarabit. Ex Virgilio hos verſus annotaui.

Limináque laurúſque dei, totúſque moueri.
Dona dehinc auro grauia, ſectóque elephanto.
Muneribus tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager. Verſus etiam ſpondaicus eſt.
Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.
Fluuiorum rex Eridanus campóſque per omnes.
Addidit & natæ, Turníque canit hymenæos.
Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
Tityre paſcentes à flumine reice capellas.
Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Inuenio ſimilia apud alios. Sillius libro ſexto, Cætera ſinuatis glomerant ſub pectore gyris. Et libro ſeptimo, Ducit ſinuato captiuum ad littora lino. Lucretius lib. 4, Aciebus binis quoniam res conſit vtraque. Sillius lib. 1, Genua labant, feſſíque humeri geſtamina laxant. Et libro 4, Tenuia vix ſummo veſtigia puluere laxant. Columel. lib. 11, Talis humus vel parietibus vel ſepibus hirtis Claudatur. Notabis autem documentum Seruianum in illud Virgilij 1. Georgic. Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri. Vbi ait Seruius, Proceleuſmaticus pro dactylo: quam rem quotieſcunque facit Virgilius, ſeruat locum Synæreſi. vt in ſecundo AEneid. Sectáque intexunt abiete coſtas. In eodem, Labat ariete crebro. Et iterum in eodem, Hærent parietibus ſcalæ. Synæreſis, eſt duarum ſyllabarum in vnam propter verſum contractio. ſic Tenuia fit dactylus, ſic Ariete: quaſi u vel i vocalis fiat conſonans. Sic in Sillio excuſari poſſunt ſinuato & ſinuatis. Id manifeſtum eſt apud Propertium libro tertio, Induit abiegnæ cornua falſa boui. Synæreſis.

VLTIMA VERSVS ANCEPS.

Vltima cuiuſque eſt communis ſyllaba verſus.
Ne credas eſſe in ſexta regione trochæum.

Vltima ſyllaba cuiuſcũque verſus eſt anceps, id eſt communis, ſiue ad placitum. Vnde ait Rufinus,
At finis Bacchius erit: breuis vltima claudet:
Longa ſit ánne breuis, nullum diſcrimen habetur. Idem docent Quintilianus & Cicero, & nos ſæpe id oſtendemus: ideo licet vltima hexametri videatur breuis, non eſt trochæus. Virgilius,
Siquis habet nummos veniens, exibit inanis.

PENTEMIMERIS CVM ALIIS CAESVRIS.

Per pentemimerim breuis eſt producta licenter.

Pentemimeris eſt,vbi poſt duos pedes manet ſyllaba partem orationis finiens: veluti, Omnia vincit amor.hic poſt duos pedes,Omnia,vincit a,manet ſyllaba(mor)finiens hanc orationis partẽ amor.Cuiuſmodi ſyllaba inuenitur licenter produci: ſi naturaliter ſit breuis, ne dicatur tertio loco eſſe iambus, quem non recipit heroicum, teſte Quintiliano in libro 1.de inſtitutione orat. Virgilius in Bucol. Omnia vincit amor,& nos cedamus amori.Et alibi,At tibi Thymbre caput Euandrius abſtulit enſis. Hac licentia parcè vtendũ eſt:nam Seruius in illud quinti AEneidos,Cede deo,dixítque, & prælia voce diremit. Que(inquit) vacat metri cauſa: & maluit periſſologiam facere,quàm vti communi ſyllaba,quæ frequens vitioſa eſt.Hinc Terentianus,Nec tanta in metris venia conceditur vti.Hæc Seruius. Errauit igitur Alexander cum multis alijs nimis ſæpe hac licentia abuſus. Minus autem vituperanda eſt,vbi ſyllaba in conſonantem deſinit, quàm vbi in vocalem. Virgilius ſecundo AEneid. Noſtrorum obruimur,oritúrque miſerrima cædes. non eſt(vt male putat Alexander)tribrachus, ſed dactylus. Iuuenal.Satyr.1,Et latum media ſulcum deducit arena. Ponit exemplum hoc Franciſcus Niger, cui in Iuuenalem cum Calderino aſtipulatur Badius. Mancinellus verò dicit ablatiuum, & in antiquiſſimo libro pro gloſſula(qui) appoſitum eſſe. Apud Virgilium tertio AEneid. eiuſmodi ſyllaba propter heptemimerim producitur in vocalem deſinens poſt tres pedes,

Dona dehinc auro grauia,ſectóque elephanto

Imperat ad naues ferri.Seruius ait,Grauia,finalitatis gratia producitur,ſed ſatis aſpere: nam in nullam deſinit conſonantem:vt Omnia vincit amor,&c.Nunc vt omnia rectè cognoſcantur, videamus quid ſit Cæſura,& quæ illius ſpecies.

Cæſura. Cæſura eſt ſectio partem orationis finiens,percuſſioníſque decorum reddens ictum: vt Omnia vin-
cit amor.vbi ſyllaba breuis (quia propter cæſuram neceſſariò quieſcimus) vnum tempus lucrifacit, &
pro longa habetur,vt iam dictum eſt. Cæſuræ etiam articuli dicuntur,& Græcè commata. Cæſurarũ
ſpecies hæ ſunt, Pentemimeris, hemipentemimeris , trochaica tertia , trochaica quarta, heptemimeris,
Pentemimeris. ſpondaica,bucolica. de prima ſat dictum eſt. Pentemimeris dicitur Latine ſemiquinaria:à pente, id
eſt quinque:& hemi,id eſt ſemi,extrita aſpiratione,vt in Philippus & Argyripp9: & meri,diuiſio,quaſi
diuiſio ſemiquinaria . Nam duo pedes & ſemipes qui vna ſyllaba conſtat, faciunt dimidium quinque
pedum. Siquis tamen velit per aſpirationem & es non per is in fine, pentemimeres non pentemime-
Hemipentemimeris. ris ſcribere cum Aldo,minime reclamauero. video ipſe aliquando Aldum. Hemipentemimeris,qua-
ſi dimidium pentemimeris,eſt quum poſt pedem primum manet ſyllaba partem orationis finiens, ra-
tione cuius breuis nonnunquam producitur. Lucan. libro 2, Dum ſanguis inerat,dum vis materna,
peregi.Iuuen.Quis neſcit,aut quis non vidit vulnera pali.Sic plura,licet aliter poſſumus quædam ex-
Trochaica tertia. cuſare , vt alibi videbimus. Trochaica tertia cæſura (ſi parcè miſceatur) oppidoquam iucunda eſt,
vbi poſt duos pedes manet trochæus partem orationis finiens. Virgilius,Non omnes arbuſta iuuant,
Trochaica quarta. humiléſque miricæ. Trochaica quarta, eſt vbi idem fit poſt tres pedes. exemplum facile inuenies.
Heptemimeris ſt vbi poſt tres pedes manet ſyllaba partem orationis finiens.Virgilius,

Heptemimeris. Quo vitam dedit æternam:cur mortis adempta eſt

Conditio? Latine ſemiſeptenaria diuiſio dicitur:ab hepta,id eſt ſeptẽ:hemi,id eſt ſemi:& meri,id eſt diuiſio.In dicto exemplo eſt trochaica ſecũda,vbi poſt primum pedem manet trochæus partem orationis finiens.quod vbi contingit, non inuenuſte omnino abeſt trochaica tertia cum pentemimeri, vt in hoc ipſo exemplo.Alioqui ſi trochaica tertia abſit aut pentemimeris, carmen claudicare, & quaſi podagra affici videbitur.Inuenies tamẽ carmina apud doctiſſimos,vbi pẽtemimeris atque omnis trochaica abeſt,aliquando etiã vbi nulla cæſura eſt.ſed hæc quæ rara ſunt, æſtimãtur in pulcherrimo corpore non dedecentes næuuli:quos tamen,vt poſſumus,maxime vitabimus:quia de hac re Terentianus,teſte Seruio, dixit,Rarum concedam:fieri non poſſe negabo. Horatius in libro ſecundo Serm. Vt te Naſidieni iuuit cœna beati . Sine vlla cæſura verſus eſt. Duri ſunt hi verſus eiuſdem , quia heptemimerim tantum obtinent: Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo,

Si defendere delictum quàm vertere malles. Virgilius, Sic amor omnes vnus habet decernere ferro. Idem, Eſto nunc ſol teſtis,& hæc tibi terra precanti. Idem, Addam cærea pruna, & honos erit huic quoque pomo . Secundus pes rariſſime eſt,niſi dure admodum integra dictio . Elegans eſt vbi nullus pes eſt integra dictio: vt Iuſtitiáque dedit gentes frænare ſuperbas.Itaque ex eiſdem verbis alius ruſticum carmen efficiet,alius elegans aut non inuenuſtum:vt

Hos præceptor nobis verſus dicere iuſſit.

Spondaica. Hos nobis verſus præceptor dicere iuſſit. Spondaica eſt, vbi quartus pes ſpondæus finiens orationis
Bucolica. partẽ:vt Albaníque patres atque altæ mœnia Romæ. Bucolica,vbi quartus pes dactylus eſt partem
orationis finiens: vt Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.Et tantum de Cæſuris. Caueas autem licentiam de qua locuti ſumus.Virgilius libro 12. AEneidos,Congredior: fer ſacra pater,& concipe fœdus.Idem libro vndecimo eiuſdem, Oratis equidem,& viuis concedere vellem. Quod Virgilius dixit Addam cærea pruna,& honos erit huic quoque pomo:volunt durum eſſe,non ob id ſolum,quòd abeſt trochaica vel pentemimeris : verumetiam quia quintus pes in diſſyllabum durius exit . Cæterum nullo modo rectius dulce ab amaro dignoſces & ſeparabis,quàm poetas optimos quotidie relegendo,

Heroici decorum breuiter perſtrictum.

Ne exiſtimer tamen hunc laborem refugiſſe, vt breuiſſime potero, heroici decorum perſtringam. In ſubitanea re inſurgunt canorè quinque dactyli continui: veluti, Panditur interea domus omnipotentis olympi: De ſpōdaicis dictum eſt & de cæſuris. Heroica maieſtas in primis diligit plurium in ſe verſuum implicationem, quam catenam appellant: ita vt ante tres aut quatuor verſus rarò ſenſus perficiatur. Tale eſt principium tertij AEneidos,

Poſtquam res Aſiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis, ceciditque ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras
Augurijs agimur diuûm. Nonnunquam tamen pulcherrimum fuerit, egregiam aliquam ſententiam vnico verſu concludere: veluti Tantæ molis erat Romanam cōdere gentem. Et Tantum æui mutare valet longæua vetuſtas. Venuſtum & momentoſum eſt repetere aliquando dictionem in hunc modum: (verum ſemper meminerimus nihil eſſe odioſius affectione) -ſequitur pulcherrimus Aſtur,
Aſtur equo fidens.
-ardentia lumina fruſtra:
Lumina nam teneras arcebant vincula palmas. Sic Perſius,
Tún' vetule auriculis alienis colligis eſcas?
Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe? Neque indecorum eſt illud, ſi parcè fiat, Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Quid, illud nónne vehementiſſimum?
-tu ſpes nunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ, decus imperiúmque Latini
Te penes. Sic, Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra, Iouémque
Concilias: tu das epulis accumbere diuûm. Magnam profecto vehementiam habet cum gratia, vbi opus fuerit huiuſmodi repetitio. Politiſſimū cenſetur Heroicum quod in principio habet ſpondæum non finientem orationis partem, ſequentibus duobus dactylis, in hunc modū, Defeciſſe videt ſua nunc promiſſa repoſci. Deſinit pulchre in triſyllabam, nec male in biſſyllabam: durius autem in tetraſyllabam pentaſyllabámque dictionem: duriſſime verò in monoſyllabam, niſi encletica ſit, aut animalis nomen, aut niſi monoſyllaba præcedat: vt Procumbit humi bos, &c. Obſeruationes non ſemper reperies: nempe ex induſtria grauiſſimi poetæ negligentiores interim videri volunt. neque enim vnus aut alter næuus dedecet corpus egregium. Longe plura reliqui grammatici afferunt: nobis hæc paucula ſufficiunt: reliqua ex ipſis poetis multo copioſius quàm ex grammaticis percipienda, miſſa facimus.

PENTAMETRVM CARMEN.

Pentametrum vult quinque pedes: pes tertius eſto
Semper ſpondæus: quartus quintúſque anapæſtus.
In reliquis ſpondæus erit vel dactylus, vt vis.

Pentameter.

Pentameter verſus conſtat quinque pedibus, quorum tertius ſemper ſpondæus eſt, quartus & quintus anapæſti, reliqui ſpōdæi aut dactyli, vel hi mixti vt vis. ſemper autem aſſit pētemimeris. Mart. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. Scande. Omnib⁹, dactylus: inuide, dactylus: as li, ſpōdæus: uide ne, anapæſtus: mo tibi, anapæſtus. Nunquam tertio loco eſt iambus, quia per cæſuram fit ſpondæus, licet id cauendum ſit, vt dixi. Ouidius, Arte leuis currus, arte regendus amor. Nec vltimo loco aliquando eſt tribrachus: quia Vltima cuiuſque eſt communis ſyllaba verſus. Hunc ſcandendi modum video veteribus placuiſſe. Quintilianus lib. nono de compoſitione, Optime eſt fini iunctus anapæſtus, vt qui ſit pentametri finis. Ouidius lib. 3. de Ponto ad Cupidinem ait,

Tu mihi dictaſti iuuenilia carmina primùm:
Appoſui ſenis te duce quinque pedes. Sidonius in præfatione de laudibus Narbonis,
Miſiſti mihi multiplex poema,
Doctum, nobile, forte, delicatum. Ibant hexametri ſuperbientes,
Et veſtigia iuncta, ſed minora
Per quinos elegi pedes ferebant. Aliter ſcandunt Gaguinus, Verulanus, Nebriſſenſis: nec damno: quia idem genus ſæpe diuerſo modo metiri poſſumus. neque authore carent: quia in centimetro Seruius ait, Elegiacum conſtat pentemimeri, prima heroica, ſecunda dactylica. vt eſt hoc, Mœret diffuſis flens elegia comis. Elegiacum, id eſt verſus pentameter, conſtat pentemimeri heroica, id eſt duobus dactylis vel duobus ſpondæis, vel ſpondæo & dactylo: aut contrà, & ſyllaba partem orationis terminante, quæ longa eſt vel poſitione, vel ſua natura, vel cęſuræ licentia. hinc ſequitur pentemimeris dactylica, id eſt duo dactyli & ſyllaba. Et ſi dicas, Pentameter dicitur à pente, id eſt quinque: & metron, id eſt menſura: ergo habet quinque menſuras ſeu pedes. Dicunt duas illas ſyllabas cæſurarū, quaſi vnus pes ſit, facere menſuram quintam. inuenies tamen pentametrum ſine cæſura heroica, ſed admodum du-

re:quare non imitari vellem vllo modo. Catul. ad Ianuam, Speraret nec linguam eſſe, nec auriculam. Idem ad Mãlium, Muneráque & muſarum hinc petis & Veneris. Ibidem, Qua veniens vna atque altera rurſus hyems. Ibidem, Troia virûm & virtutum omniũ acerba cinis. Idem ad amicum, Illam affligit odore, ipſe perit podagra. Idem ad ingratum, Quàm modo qui me vnum atque vnicum amicum habuit. Et ad Leſbiam, Nec deſiſtere amare omnia ſi facias. Ex his liquet Catullũ in hoc genere fuiſſe interim duriuſculum.

Pentametri decorum.

Deſinit pentametrum venuſtiſſime in dictionem diſſyllabam, nec male in tetraſyllabam pentaſyllabámque: interim etiam in hexaſyllabam. Duriter autem in triſyllabam, duriſſime in monoſyllabam, niſi enclitica ſit, quæ ad ſuperioris dictionis ſubſtantiam pertinere videtur, aut niſi monoſyllaba præcedat. Nec tamen quæ grammaticis dura videntur, poetæ vſquequaque refugerunt. de omnibus affetam pauca teſtimonia. Ouidius in primo Triſtium, Interdicta mihi cernitur Italia. Martialis, Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. Propertius, Contactum nullis ante cupidinibus. Helena ad Paridem, Nec ſedeo duris torua ſupercilijs. Martialis, Protinus ingentes ſunt inimicitiæ. Propertius in principio libri primi, Et caput impoſitis preſſit amor pedibus. Idem, Et veniãt hederæ ſpõte ſua melius. Sic idem alibi ſæpius. Tibullus, Fecit, & antiquis impoſuit laribus. Idem, Cantat, & apploſo tela ſonat latere. Sic idem ſæpius: frequentiſſime verò Catullus. vt ad Aufilenam, Quod nec das, nec fers, ſæpe facis facinus. Idem ad Cornelium, Cuius ſit penitus nota fides animi, &c. Mart. lib. ſecũdo, Deliciæ populi quæ fuerant domini. Et alibi, Nec volo quod cruciat, nec volo quod ſatiat. Sic idem ſæpius. Ouidius libro primo de Ponto, Quolibet vt ſaltem rure frui libeat. Et libro tertio, Vix excuſari poſſe mihi videor. Et libro quarto, Spectarem qualis purpura te tegeret. Sic alibi nonnunquam: ſed longe rarius quàm Catullus, Tibullus, Propertius. Virgilius in Coppa, Lilia vimineis attulit in calathis. Ibidem, Eſt hic munda ceres, eſt amor, eſt Bromius. In eodem, Et pendet iunco cæruleus cucumis. Idem fecit Plinius ſeptimo epiſtol. Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum. Martialis, Sunt hæc trita quidem zoile, ſed mea ſunt. Sic alibi ſæpius. Et Catullus, Aut facere hæc à te dictáque factáque ſunt. Tolerabiliora ſunt in fine duo monoſyllaba. Propert. libro primo, Vni ſiqua placet culta puella, ſat eſt. Ouidius quinto Triſtium, Præmia ſi ſtudio conſequar iſta, ſat eſt. Monoſyllaba præeunte ſynalœpha frequens eſt. Ouidius, Et ſolum conſtans in leuitate ſua eſt.

Elegiacũ carmen.

Pentameter verſus appoſitus hexametro facit carmen elegiacum. Auſonius, Fortunam reuerenter habe, quicunque repente

Diues ab exili progrediere loco. Totũ poema elegia dicitur: ab eleos, id eſt miſeratio: quia hominum dolores, querimoniæ ſeu lamentationes, & adoleſcentulorum amores hoc genere primum ſcribi cœperunt, poſtea etiam quæcunque aliæ res. Inuentor latet docente in arte poetica Horatio,

Verſibus impariter iunctis querimonia primùm,
Pòſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiſerit author,
Grammtici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Debet hexameter cum pentametro ſenſum concludere, aut ſuſpendere, ita vt in ſequentibus duobus penitus abſoluatur: nec poteſt dictio regens poni in pentametro, & recta in ſequente hexametro: aut contrá. id tamen non ſemper obſeruatum video. Ouidius quinto Triſtium, Pone metum, valeo: corpúſque quod antè laborum

Impatiens nobis inualidúmque fuit,
Sufficit, atque ipſo vexatum induruit vſu.

Catullus,

Alloquar? audiero nunquam tua verba loquentem?
Nunquam ego te vita frater amabilior
Aſpiciam poſthac? at certe ſemper amabo.

Idem de coma Berenices,

Scilicet in vario ne ſolum in limite cæli
Ex ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret, &c.

Verum quod rarum eſt, ne in vſum traxeris, vt ſæpe admonui. Carmen elegiacum gaudet binis epithetis, id eſt adiectiuis non turgidis, vel inflatis, vel affectatis. quod fere ita fit, vt duo adiectiua duobus ſubſtantiuis præponantur, vbi prius priori reſpondet. frequenter tamen aliter inuenies: neque enim legem, ſed elegantiam trado. Propertius libro ſecundo,

Sic me nec ſolæ poterunt auertere ſyluæ,
Nec vaga muſcoſis flumina fuſa iugis.

Neque dedecet iſtud alijs generibus carminũ: vt Sylueſtrem tenui muſam meditaris auena. Caue ne ſint eiuſdem caſus numeríque, quia ambiguitatem parerent. Id non eſt, quum Virgilius dicit, Mollia luthèola pingit vaccinia caltha. Ne ſint autem epitheta duo, quia vitioſum eſt, teſte Seruio, quale eſt Dulcis, frigida, aqua. ideo decorum adiectiuum, inſigne vero ſubſtantiuum apud Virgilium ſecundo AEneid. Androgeo galeam clypeíque inſigne decorum Induitur. Nunc videamus de tribus alijs generibus carminũ quibus frequenter in teſtimonijs vtimur.

ASCLEPIADAEVM CARMEN.

Vult Aſclepiadis verſus ſpondæon habere

Principio: binos hinc rite capit choriambos.
Pyrrhichius ſequitur, quo non velocior alter.

Aſclepiadæus verſus conſtat ſpondæo, duobus choriambis, & pyrrhichio: vt Sanctorum meritis inclyta gaudia. Fratres vnanimes fœdere nexili. Scande, Sancto, ſpódæus: rum meritis, choriambus: inclyta gau, choriambus: dia, pyrrhichius. Adde ſyllabam, habebis pentametrum carmen: Sanctorum meritis inclyta gaudiola. Poteſt etiam ſcandi, vt ſit pentemimeris ex ſpondæo, dactylo, & ſyllaba longa, quæ ratione cæſuræ interim naturaliter breuis producitur. Caue imiteris. Hinc ſequuntur dactyli duo: ſic, Feſtum, nunc cele, bre, magnáque, gaudia. & profecto ſine pentemimeri claudicat hoc carminis genus. Nomen capit ab Aſclepiade inuentore, vel ab Aſclepiadæis frequenter vſo. Scribitur ad principes viros. Horatius ad Mecœnatem, Mecœnas atauis edite regibus. Ibidem, Terrarum dominos euehit ad deos. hic vltimus pes pyrrhichius eſt aut dactylus, licet vltima ſyllaba natura producatur. Cicero in Orat. Poſtremo ſyllaba breuis an longa ſit, ne in verſu quidem refert. Dicitur hoc carmen Choriambicum à pedis dominio: quibus iungatur, pòſt videbimus.

SAPPHICVM CARMEN.

Quinque pedes Sapphus carmen capit. eſſe Trochæus
Vult primus, quartuſque & quintus: tertius autem
Dactylus: ipſe locum ſumes ſpondæe ſecundum.
Hoc carmen poſt tres verſus ſibi iungit Adonis
Metrum: quod ſic fit: ſpondæum dactylus anteit.

Verſus Sapphicus conſtat trochæo, ſpondæo, dactylo, duobus trochæis: veluti Vt queant laxis reſonare fibris. Scande. Vt que, ant la, xis reſo, nare, fibris. hic (fibris) trochæus eſt per regulam, Vltima cuiuſque eſt cómunis ſyllaba verſus. Nomen habet à Sappho, puella, primùm hoc genere apud Græcos vſa. Hoc carmen citra pẽtemimerim duriuſculum eſt, & pœne claudum: id tamen elegantiſſimi authores non ſemper refugerunt. Horatius, Mercuri facunde nepos Atlantis. Idem, Quem virum aut heroa lyra vel acri, &c. Tu cauebis quantum potes: verum memineris pulchrum corpus non dedecere vnum aut alterum næuulum. Huic carmini poſt tres verſus addes vnicum verſum Adonium ſiue adonicum: ſic dictum ab Adone puero, vel ab Adone inuentore, qui conſtat dactylo & ſpondæo. hinc fit regreſſio ad Sapphicos. Scribimus hoc genere deorum laudes, amores quoque, & alia multa. Horatius ad Fuſcum, Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri iaculis nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra. In Adonico fere ſemper ſenſus concluditur: id tamen Horatius aliíque non ſemper obſeruant. Horatius libro ſecundo Carm. ad Groſphum,
Te greges centum, Siculǽque circum
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis aphro
Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ: mihi parua rura, &c.

PHALEVCIVM CARMEN.

Quum facies carmen, quod compoſuiſſe Phaleucus
Dicitur, in prima ſpondæus erit regione:
Dactylus inde datur: triplicem cui iunge Trochæum.

Phaleucius verſus conſtat ſpondæo, dactylo, & tribus trochæis: qui ſine pentemimeri mancus eſt, licet aliter interim licenter reperies: veluti apud Catullum, Nec ſeſe à gremio illius mouebat. Sic alibi ſepius. id tu cauebis, quia Auſonius ait, Iſtos compoſuit Phaleucus olim
Qui pentemimerim tenent priorem. Scande. Iſtos, ſpondæus: compoſu, dactylus: it Pha, leucus, olim, tres ſunt trochæi. Catullus, Paſſer, deliciæ meæ puellæ. hic vltima corripitur: quia vltima verſus eſt communis. Plura videbis in quinto libro. Nomen accepit à Phaleuco inuentore: qui etiam Paleucius dicitur à Terentiano dicente, Hoc Cereri metro cantaſſe Phaleucius hymnos
Dicitur, hinc metrum dixere Phaleucion iſtud. Dicuntur Phaleucij verſus hendecaſyllabi: quia ſine Synalœpha & ellipſi vndecim ſyllabarum ſunt. Scribimus hoc genere epigrammata, &c. Nunc quia

de Synalœpha & Ellipſi ſæpe meminimus: nec ſine eis verſus plerunque metiri poſſumus: tempus eſt de his quanta poſſumus maxima diligentia diſſerendi.

ELLIPSIS ET SYNALOEPHA.

M necat Ellipſis, ceu vocalem Synalœpha:
Dictio dum ſequitur, quæ à vocali incipiatur.

Ellipſis eſt m literæ cum ſua vocali detractio, abſumptio, vel interemptio: quoties dictio aliqua in m literam deſinit, & dictio ſequens à vocali ſumit exordium: vt in hoc epitaphio Virginij Rufi diſticho apud Plinium lib.8.epiſt. ad Rufonem, Hic ſitus eſt Rufus, puiſo qui vindice quondam Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriæ. Scande, Imperi, aſſeru, &c. Perſius in ſecunda ſatyra, Impello expungam, nanque eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet. ſic lege: non nam, vt fecit Georgius Valla Placentinus lib.3.cap.36. Et apud Iuuenalē ſat.9, Viuendum recte, cum propter plurima, tum de his Præcipue cauſis. ita habent emendatiores libri: non, tum his: vt in hunc poetam notauit doctiſſimus vir Badius. Etenim vetuſtiſſimi tantum & nimium illorum amatores m non interimebant. Ennius, Inſignita fere tum milia militum octo

M nō interempta. Duxit delectos, bellum tolerare potentes. Sic Priſcianus, ſic habet Georgius Valla libro 31. alij tamen forent pro fere, alij duo milia habent: ſed hæc lectio videtur aptior. Difficile eſt certe in poetis qui interciderūt, veram lectionem hariolari. Lucret. lib.1, Quantum corporum in plumbo eſt, tantundem pondere par eſt. Sic idem ſæpius: quod mirandum non eſt, quia iam exoletum. nam quod Auſonius ait, Poſt m inciſum eſt puto, ſic non tota videtur. excuſatur: quia m hic nuda litera eſt, nulli vocali annexa. Georgius Valla lib.38.cap.36. putat Catullum nō interemiſſe m in (ſoſpitem) quum dixit in Argonaut. Soſpitem ereptum ſe oſtendit viſere portum. Cæterum emendatiores libri habent coniunctionem ſenſui ſatis neceſſariam, Soſpitem & ereptum, &c. Vt autem in hac re veteres non ſecuti ſunt

S interēpta. Virgilius & Ouidius cum cæteris iunioribus: ita nec in eo quod veteres s literam interemerunt, niſi fortè rariſſime. nos vero s nunquam abſumemus. Lucillius lib.1.Saturn. Quam neque Lucanis oriundi montibus capri. Sueuius apud Macrobium 3.Saturn. Diſſeruere nouos fructus mortalibus dantes. Catullus in vltimo operis ſui verſu, Affixus noſtris tu dabis ſupplicium. Lucretius lib.1, Nam fierent iuuenes ſubito ex infantibus paruis. Sic alibi ſæpiſſime, vt apud vetuſtiores omnes: quod vt durum poſteritas repudiauit, niſi in paucis. Horatius, Regis opus, ſterilíſque diu palus aptáque remis. Manilius libro 2, - taurum Cytherea tuetur, Formoſos phœbus geminos, Cyllenius cācrum. Cicero in Arato, Puluerulentus vti de terra lapſus repente. Scande, Montibu, mortalibu, &c. Aliquando inuenitur cū ſua vocali interimi. Virgilius, Hinc Hammone ſatus & rapta garamantide nympha. niſi mendoſè legatur pro rapta & garamantide nympha. Martial. Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, iaſpidas vno. Sūt tamen qui velint ſecundam corripi in (ſmaragdos), quia interdum d liqueſcit, vt aiunt. Iuuenalis, Diſpoſitis prædiues hamis, &c. Virgilius, Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellas. Scande, Aut ouium fœtaut. Vidi tamen libros in quibus erat aut fœtus ouium. Idem lib. 12, Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro. Scande viret. ita multi legerunt quos ſequitur cum Priſciano Sulpitius. ſed in hunc

Cernere pro decernere. ait Seruius, Vera & antiqua lectio eſt cernere: nam Virgilius imitatus eſt Ennium apud quem (cernere) pro (decernere) capitur, quum dicit, Olli cernebant magnis de rebus agentes. Idem, Ferro, non auro vitam cernamus vterque. hæc Seruius. In eadem eſt opinione Seneca in epiſtola 58. legens cernere non decernere. vtrique ſuffragatur Politianus. quibus libenter aſtipulor: quia cernere pro decernere etiam apud Catullum eſt, Certe ego te in medio verſantem turbine leti Eripui, & potius germanum amittere creui, Quàm tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſem. Plautus in argumento Amphitryonis, Pro patria Amphitryo dum cernit pro hoſtibus, habitu Mercurius ei ſubſeruit Soſiæ. Hic Cernit pro decernit & certat ſumitur. Cato, Succeſſus indignos noli tu ferre moleſte. Scande Succeſ, ſindignos. Idem, Quod noſti factum non recte, noli ſilere. Scande Noli ilere. vbi ſ in principio dictionis abijcitur, quod apud veteres nuſquam notaui: ideo Mancinellus vtrunque mendoſum putat, ſic reſtituens, Succeſſum indignum tu noli ſufferre moleſte. Quod noſti factum non recte, non ſileatur. S quandocunque abſumebatur apud veteres, vocalis præcedens corripiebatur, etiam ſi natura eſſet longa: quod rarius fiebat. vt Lucillius apud Macrobium lib. 3, Hunc pontes tyberinos duo inter captos catillo. Niſi etiam vocalis abſumebatur, quod rarius fiebat. Ennius anna.7, Contentus atque beatus citúſque ſecunda loquens. in S non cenſebitur duplex conſonans, licet per cæſuram & pauſam vocalis ante eam breuis interdum producatur. vt AEneidos 4, Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. Et 11, Oratis, equidem & viuis concedere vellem.

Ellipſis. Ellipſis cum i in ſecunda ſyllaba, vel cum e, ellepſis, interpretatur detractio. ex ec & lipo vel iepo, id eſt deſero, deficio, linquo. Dicitur etiam ecthlipſis vel ecthlepſis cum c

Scanſio. exili & th aſpirato, id eſt expreſſio vel eliſio. ecthlibo, id eſt exprimo, elido, excudo. Scanſio (quia de ea ſæpe loquimur) eſt legitima metri in ſingulos pedes diſtinctio: ſic dicta, quia per pedes veluti ſcalarum gradus ſcandentes incedimus. ita dicunt Diomedes, Priſcianus, & omnes denique grammatici.

ne dicas cum indoctis ſcandizare. Sed tempus eſt, vt de ſynalœpha dicamus.

SYNALOEPHA.

Synalœpha eſt vocalis detractio, quoties in eam dictio deſinit, & ſequens ab ea inchoatur: vt Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Scande, Sera ni,mis vi,teſt cra,ſtina vi,vodie. dicitur à ſyn, id eſt con: & alœphe, id eſt preſſio, hoc eſt vocalium compreſſio. Quòd ſi verſus finiatur in m vel in vocalem, & ſequens à vocali incipiatur, nulla erit ellipſis aut ſynalœpha, præterquam in paucis verſibus qui Hypermetri dicuntur, vbi verſu finito manet ſyllaba in m, vel in vocalem deſinens, quæ à principio alterius verſus abſumitur. Virgilius AEneid. 10, Hypermetri.

Sternitur infœlix alieno vulnere, cælúmque
Aſpicit, & dulces moriens reminiſcitur argos.

Primi verſus pes ſextus eſt (cælum) hinc manet ſyllaba (que) in vocalem deſinens, quam principium ſequentis verſus abſumit. nam ſcanditur, Quaſpicit, &c. ita dices de ſimilibus. Et hi verſus liciti ſunt cuilibet, dummodo parciſſime adhibeãtur, quales hîc paucos ſubiecimus. Virgilius in nono,

Omnia longæuo ſimilis, vultúmque colorémque
Et crines albos.

Iuuenalis ſatyra 6,

Nupta ſenatori comitata eſt Hippia ludium
Ad Pharon.

Ita lego cum Badio, non cum Mancinello ludum pro ludium. Virgilius 2. Georg.

Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et ſteriles platani.

Et Georg. 1,

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem
Et folijs vndam.

Hypermeter igitur verſus eſt, qui poſt debitos ſibi pedes habet ſyllabam à principio ſequentis verſus abſumendam: dicitúrque ab hyper, id eſt ſuper: & metron, id eſt menſura: quia vltra ſuam menſuram ſyllabam continet, quam (vt dixi) neceſſe eſt in m, vel vocalem deſinere, ſequenti verſu à vocali incœpto, niſi fiat ſynæreſis. hoc dicit Seruius in illud Virgilij AEneid. 1,

-quibus orbis in oris
Iactemur doceas, ignari hominúmque locorúmque
Erramus.

Diomedes quoque ſic ait. Obſeruatur autem in Heroico verſu, ne vltimus pes ſit triſyllabus, exceptis pauculis verſibus qui hypermetri dicuntur: quorum abundantiam excipiunt hi verſus qui ſequuntur à ſynalœpha ratione rhythmica facta, eo quòd factum vitium, quod erat in fine verſus, continuatio ſequentis emendat. Neque ſolum cõtingit id hexametris, ſed etiam ſapphicis & pluribus: nunquam tamen id vidi in pentametris. Horat. 4. carm. in 2. Ode,

Plorat & vires animúmque moréſque
Aureos educit in aſtra, nigróque
Inuidet orco.

Hîc duo ſunt hypermetri. Caue ne coniunctione (que) ſuperflue vtaris. Sed quæret hîc quiſpiam, nónne hoc excuſat poetica licentia? Nam poetæ plerunque aliquid pro ſupplemento verſus addidiſſe comperiuntur. Virgilius 1. AEneid. Multum ille & terris iactatus & alto. (Ille) teſte Seruio, vacat, poſitum vt ſtet verſus. In eodem libro, Multa quoque & bello paſſus. Hic ait Seruius, Duas coniunctiones ſeparatas naturaliter non coniungimus, niſi metri neceſſitate: ergo vna vacat. Similia ſæpe notat Seruius: ſed ſi cautè reſpexerimus, vix reperiemus quicquam in Virgilio penitus ſuperuacaneum. Vitabimus itaque ſuperfluas coniunctiones, & quæuis inania verba, parúmque ad rem pertinentia. Polyſyntheto & aſyntheto, ſi res expoſtulat, rectè vtemur, ſed polyſyntheto rarius. Virgilius, Panáque ſyluanúmque ſenem nympháſque ſorores. Obſeruandum quoque eſt Seruij documentum in illud AEneid. 1, Vi ſuperûm ſæuæ memorem Iunonis ob iram. Hîc ait Seruius, Inuenies ſæpe pro actiuis paſſiua poſita: vt Pictis bellantur Amazones armis: aut contrà, vt Populátque ingentem farris aceruum. Hæc variatio vel potius contrarietas reperitur in alijs partibus orationis, vt ſit nomen pro aduerbio: vt Hoc tunc omnipotens cælo deſcendit ab alto. pro huc. Sic in participio: vt Et qua vectus Abas. id eſt qua vehebatur. Et in nomine: vt Hic memorem. non quæ meminerit, ſed quæ in memoria erat. hæc nos imitamur, ſed noua ad illorum exempla non formamus. Hæc Seruius: quæ ſunt valde contra eos qui maiori licentia abutuntur in libello quàm Virgilius in tota AEneide. Non ſum adeò obtuſus, vt neſciam poetas multa licenter dixiſſe: veluti Vulcanum pro igne, Venerem pro amore, Abietem pro tabellis, Pocula Acheloia pro quibuſuis aquis, Raucum clamat pro rauce, Pars ſecant pro ſecat, Vos ô Calliope aſpirate, pro tu Calliope, teſte Seruio: de hoc tamẽ in Syntaxi diximus: & ipſa Præneſte, quia intelligitur illius appellatiuum: Cybelle pro cybele, & id genus alia quamplurima, quorum quædam nunc veneri ducuntur. Non tamen licet vſqueadeò licentiam protendi, quaſi liberum ſit cuique ſcriptori, relictis grammaticæ præceptis, omnia pro voto cõfundere. Etenim (vt ex pulchro Seruij præcepto didicimus) in licentia magis inuentis quàm inueniendis vtimur. Ex dictis liquet multo liberiorem eſſe in loquendo poetam quàm oratorem aut hiſtoricum, quod oſtẽdit Quintilianus in libro primo de Inſtitutione oratoria, Authoritas ab oratoribus vel hiſtoricis peti ſolet: nam poetas metri neceſſitas excuſat. Hæc Fabius. Quidam grammaticorum contemptores volunt omnia ſibi licere, omnia iudicio aurium penſiculantes ex authoritate Gellij. Verùm hi vehementer errant: nam ſolis doctis auribus mos gerundus eſt. Doctæ aures ſine notitia grammaticæ nullæ ſunt. Scribendi rectè ſapere eſt & principium & fons. An non credis Chœrilum aures ſuas conſuluiſſe? conſuluit certè: ſed indoctæ erant. Quicquid doctis auribus pla-

Exundantia metri gratia.

Licẽtia poetica.

Aurium iudicium.

cet,bonum eſt : ſed id quærendum eſt, an omnium aures doctæ ſunt. veterum auribus multa placuerũt,quæ Virgilij auribus diſplicuere,niſi admodum parcè in paucis. Sunt(inquit Martialis)qui Attoniti legunt terrai frugiferai, Actius & quicquid Pacuuiúſque vomunt. Si pro cuiuſque auriũ iudicio conficienda ſit oratio,infinitus erit ſcribendi modus. Errãt itaque homines:neque enim voluit Gellius, aut Probus apud Gellium,omnia pro aurium iudicio moderanda(vt iſti moderari volunt, quò ignauiam ſuam excuſent)ſed dixit,ſi diuerſæ ſint voculæ ſynonymæ,interrogabimus aurem quo quid loco magis locari deceat: veluti an rectius tres partes,an tres partes dicemus,&c. Multa profectò vitanda ſunt in carmine,quæ in proſa,vt ſermonis ambiguitas,& inepta adiectiui à ſubſtantiuo, nominis à cognomine,recti à verbo,dictionis regentis à recta, declarati à declarante traiectio, earundem literarum vel ſyllabarum præſertim longarum dura concurſio,veluti,

Vitia carminum.

Has res ò Luci ad te ſcriptas miſimus AEli.
Carmina manca canis.
O fortunatam natam me conſule Romam.
Caſus Caſſandra canebat.
Exiret mentes fraternas grata malis lis. O Tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti. Vbi m crebra eſt, metaciſmus dicitur:vbi l,labdaciſmus:vbi i,iotaciſmus:vbi vero ſ,polyſigma. Exempla,
Mihi male maximam miſeriam multiplicaſti.
Sol lunáque luce lucent alba leui lactea.
Iunio Iuno Iouis Iure iraſcitur. Soſias in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas. Eſt tamen vbi ſibilo opus eſt, veluti Saie ſaxa ſonabant. Idem poeta artificioſe r literam frequentem poſuit,vt ſtridorem exprimeret: vt de Orontis naui tempeſtate obruta, Torquet agens circùm,& rapidus vorat æquore vortex. Virgil.
At tuba terribili ſonitu procul ære canoro
Increpuit. vbi impetum & vehementiam maiorem ſignificans vſus eſt creberrimè dactylo. Vt alibi,
Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. Et in 2. AEneid. -conuellimus altis
Sedibus impulimúſque:ea lapſa repente ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina latè Incidit. Vitabis itaque pleonaſmum,periſſologian, macrologian, amphibologian, tautologian,cacophaton, &c. licet poetæ non ſemper vitauerint in magnis operibus. Item verſus leoninos:vt AEthiopum terras iam feruida torruit æſtas: frequentes vitabimus:interim tamen non inuenuſte interſerentur. Virgilius,I nunc,& verbis virtutem illude ſuperbis. Sic apud omnes alios parcè inſperſos cernes. Hæc igitur iam dicta vitia fugienda ſunt: non tamen adeò,quin interdum afferant elegantiã & iucunditatem carmini. Nam(vt Diomedes ait)plerunque etiam nimiæ artis opinio fugienda eſt, & interponenda ſimplicitas rudis atque imperitæ dictionis:non propter hoc ſolum quòd in omnibus rebus nimium lenocinium odio dignum eſt : ſed quòd plerunque acribus ſenſibus maior iucunditas, ſi naturaliter proferatur. Semper euphoniæ inuigilandum eſt:quia (vt idem author inquit) euphonia in dictionibus plus interdum valet, quàm analogia vel regula præceptorum. Seruius in illud AEneidos 3, Progredior portu, claſſes & littora linquens: ait,Finitus eſt verſus participio : quod raro fit apud Latinos : apud Græcos eſt vitioſiſſimum. hoc præceptum Seruij nullo modò verum eſt. Virgilius,Herbas contundit olentes. & Summa papauera carpens. Syluáſque ſequentes. Suaue rubenti. Iamque videnti. Vidi cum matre legentem. Sub nocte canentem. Sub rupe iacentem. Et grandia lilia quaſſans. Cui prima frementem. Iam brachia contrahit ardens. Glebáſque iacentes. Syluámque ſonantẽ. Lapidémque reuertens. Retinacula tendens. Sic idem alibi perſæpe. Sic Catullus,Ouidius, Propertius,Horatius,cæteríque plus millies. ideo Seruium hæc dixiſſe vehementer miror. Ridiculus nimis eſt in multis Alexander:vt in duodecimo libro,ſiue(vt Alexandrinis placet)capitulo:vbi fatuè ſic præcepit de Synalœpha & Ellipſi,Viles ſunt iſtæ præ cunctis & remouendæ. Etenim licet hæ figuræ videri poſſunt duriores,tamen vbi aut languorem indicamus, aut rem tardiorem vel magnam,plurimum venuſtatis afferunt. Virgilius,Monſtrum horrendum,informe,ingens,cui lumen ademptũ. non potuit melius Polyphemi monſtroſitas pictura indicari,quàm hoc verſu. Idem, Necdum etiam cauſæ irarum,ſæuíque dolores

Participium in fine verſus

Alexandri errатum in ſynalœpha & ellipſi.

Exciderant. Magnam igitur gratiam habet hæc colliſio,vbi hiatu & magnifica prolatione opus eſt. Siquidem(vt Cicero ait)habet ille tanquam hiatus & cõcurſus vocalium molle quiddam,& quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quàm de verbis laborantis. Ellipſis & Synalœpha duriores ſunt in principio verſus à monoſyllaba incœpti,ſed poetæ non ſemper refugerunt. Tu ſtudebis vitare quantum potes. Catul. Qui ipſe ſui nati minxerit in gremium. Horatius,
Nam vt ferula cædas meritum,maiora ſubire
Verbera non vereor. Martianus Capella,Quæ iſtorũ laudes protulit harmonia. Idem apud alios quoque,ſed parcè inuenies:ideo rariſſime imitare:monoſyllabæ nanque interemptio nunquam bene ſonat. Item duriuſcula putatur colliſio in quinto pede hexametri,& in anapæſtis pentametri,præſertim ſi ſit ellipſis. poetæ tamen non ſemper obſeruant. Iuuenalis,Loripedem rectus derideat,AEthiopem albus. Sic alij quoque. Tu caueto, niſi forſitan rariſſime: quia (vt ſæpe dixi) næuulus eleganti corpori non turpis eſt.

VOCALIS NON ABSVMPTA, SED CORREPTA TANTVM.

Non perimens,longam raro breuiare poeta
Conſueuit:veluti Sunt inſulæ ore canendæ.

Vocalis ante vocalem non ſemper abſumitur,ſed aliquando ſolum corripitur. quod notandum magis,quàm imitandum cenſeo. Virgilius in Bucol.Et longum formoſe vale,vale inquit Iola.Idem,Credimus,an qui amant,ipſi ſibi ſomnia fingunt?Et alibi,Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto.Priſcianus in Perihegeſi,Nunc magno nobis ſunt inſulæ ore canendæ. Virgilius,Inſulæ Ionio in magno quas dira Celeno.Idem,Clamarent vt littus hyla hyla omne ſonaret. Sic plura inuenies tam parcè in tanto opere imitanda.

VOCALIS ANTE VOCALEM IMMVTATA.

Id mirare magis.vocalem nil variatam
Interdum cernes:velut Ionio immenſo.

Aliquando vocalis manet inuariata,ſed id quoque notandum magis eſt quàm imitandum. Ouidius lib.4.Metam.Iactari quos cernis in Ionio immenſo. Verſus eſt ſpondaicus. Virgilius in Bucol.Et ſuccus pecori,& lac ſubducitur agnis. Alij tamen legunt Et pecori ſuccus,&c. Mart.lib. 11,Clamant ecce mei Io Saturnalia verſus. Virgilius 4.AEneid. Lamentis,gemitúque,& fœmineo vlulatu
Tecta fremunt.Sedul. Credite iam miſeri,adueniet dominus. Virgilius,Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Similia apud Ouidiũ in Metamorphoſi multa leges. Virgil.1.AEneid. Poſt habita coluiſſe Samo,hic illius arma. Mart.lib.2,Pontice cum Lycino hic quoque magnus homo eſt. Iuuen.ſat. 2,Si fur diſpliceat Verri,homicida Miloni. Virgilius,Clamarent vt littus hyla hyla omne ſonaret. Notum eſt hæc ſimiliter poſſe defendi vt ſuperiora. in quibus tamen grammatici voluerunt h aſpirationem, conſonantis vim obtinere.vt apud Virgilium 9.AEneid. Terga fatigamus haſta,nec tarda ſenectus. Et lib.7, -feruida pinum Suſtinet,ac natæ Turníque canit hymenæos. Et lib.10,Graius homo infectos linquens profugus hymenæos. Verum hæc facile ſoluuntur:quia in omnibus cæſura eſt:cuius licentia in ſimilibus locis breuis ponitur apud Virgilium,Grauia ſectóque elephanto. Grauidus autũno. Omnia vincit amor. H igitur tantum aſpiratio eſt. Horat. Quo me cunque rapit tẽpeſtas,deferor hoſpes. vtut eſt, notanda ſunt non imitanda exempla, vbi vocalis ante vocalem aut aſpirationem non abſumitur: niſi tam parcè in tanto opere:vt ea quæ nunc ſubijciam, vbi vocalis correpta naturaliter non adimitur. Virgil.1.AEneid. Et vera inceſſu patuit dea:ille vbi matrem. Catul. Saltum laudemus, dummodo ipſe egeat. Emendatiores libri habent,Dum tamen ipſe egeat. Virgilius AEneid.9,Rumpe moras omnes,turbatáque arripe caſtra. hæc tria teſtimonia adduxit Mancinellus,cui in vltimo aſtipulatur Nicolaus Ferettus, reprehendens eos qui legunt Rumpe moras omnes,& turbata arripe caſtra:quia ignorant(inquit)illud à Seruio dictum in 2.AEneid. vitioſum eſſe, cæſuram cadere in ſynalœpham. Etiam ignorant (que)coniunctionem communem eſſe tam ſequente conſonante quàm vocali,vt ait Seruius in 3.AEneid. Limináque laurúſque dei. Ouidius,Et bis Io Arethuſa Io Arethuſa vocauit. Claudianus,Tum vaga humorum grauitas,&c. *H aſpiratio tantum.*

O ET HEV.

Heu,O non perimes:at o interdum breuiabis.

Vbicunque vocales integræ ſunt dictiones,nunquam mutantur ante vocalem,teſte Sulpitio:vt i,e, &c. Ego tantùm teſtimonium inueni de o aduerbio & interiectione: & ferme producitur vbi eſt vocandi aduerbium:interdum corripitur. Heu quoque non interimitur,ſed ſemper producitur. Tibul. lib.2,O ego ne poſſem tales ſentire dolores. Ouidius in Epiſt. Penelopes,
O vtinam tunc quum Lacedæmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Virgilius in Bucol. Te Corydon ô Alexi:trahit ſua quenque voluptas. Propertius lib.2,Tu quoque ô Eurytion vino centaure periſti. Ouidius Faſt.3, Heu vbi pacta fides,vbi quæ iurare ſolebas? Papinius lib.5. Thebaid. Heu vbi nunc furiæ. Idem licere puto in Hei & Ah,ſi opus fuerit.

VOCALIS ANTE VOCALEM IN EADEM DICTIONE ABSVMPTA.

Vocalem perimunt plerunque in nomine eodem.
Sic Maro docte refers,Aluearia vimine texta.

Synalœpha fit nonnunquam in eadem dictione. Ouid. Notus amor Phædræ,nota eſt iniuria The-

Epiſynalœpha. ſei.ſed tunc ſynæreſis potius dicitur ſiue epiſynalœpha:quæ eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam facta: vt Panthus pro panthous. Epiſynapto,id eſt coniungo. Synæreſis, id eſt complexio vel

Synæreſis. contractio. à ſyn,id eſt con,quod coniunctionem indicat:& hæreſis,diuiſio: quaſi diuiſorum coniunctio:vt Alcinus pro alcinous:bini pro biuni. Synæreo,id eſt contraho vel coniungo. Hæreſis aſpiratur, quod indicat aphæreſis. ideo quidam ſynhæreſis,dihęreſis,&c.aſpirant. Ego puto ſine aſpiratione recte ſcribi ſynæreſis,vt Philippus. Synæreſis,eſt duarum vocalium in vnam cõtractio naturaliter diuiſarum:vt Theſei, Phaeton, Tereo,aureus,triſyllaba ſunt:aliquando tamen metri cauſa,vt diſſyllaba proferuntur. Propertius lib.3,O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ. Virgilius in Bucol.

Nec tantum Rhodope miratur & Iſmarus Orphea,
Quantum omnis mundus gaudet cantare Sileno. Sidon. in epithal. Pole.
Hic rotat excuſſum vibrans in ſydera Pindum
Encheladus,rapido fit miſſilis oſſa Typhoeo
Porphyrion,&c. Ouidius in 6.Metamorph.
Degeneras:ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo, Nec mora traxit Ityn.

In his omnibus fit ſynæreſis,vt reliquis obliquis nominũ in eus per eu diphthongũ. Vt autem hæc ſynæreſis non eſt paſſim admittenda, ita nec penitus refugienda, ſed verſibus parce inſerenda: quandoquidem nemo poetarum eam contempſerit. Quòd autem ſynæreſis fuerit in datiuo Typhoeo,ſatis liquet:quia Typhoeus in eus deſinit per eu diphthogũ,vt Orpheus:non in æus Typhæus per æ diphthongũ,vt Matthæus:quemadmodum rectè docet contra Tortellium Neſtor Nouarienſis:quia ſolum nomen in eus per vnicam ſyllabam habet a in accuſatiuo ſingulari ſecũdæ declinationis,vt Theſea,Orphea,Perſea,&c.eſt itaque Typhoeus triſyllabum:ſecũda ſyllaba eſt pho,tertia eus.quod liquet,quia accuſatiuus eius in a eſt tetraſyllabus. Ouidius 5.Metam. AEthereas auſum ſperare Typhoea ſedes. Ibidem,

Emiſſúmque ima de ſede Typhoea terræ
Cælitibus feciſſe metum.

Et paulo poſt, Huc quoque terrigenam veniſſe Typhoea narrat. Ergo apud Virgilium 1.Georg.

Cæúmque Iapetúmque creat ſæuúmque Typhoea
Et coniuratos.

Hypermeter eſt,quia vocalis ſequitur. Apud Ouidium vero lib.3,

Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea,
Nunc armatur eo:nimium feritatis in illo eſt.

Synæreſis eſt:quia ſequens verſus à conſonante inchoatur. Vt apud Virgilium in nomine(omnia)in 6.AEneidos,

Bis patriæ cecidere manus,quin protinus omnia Perlegerent oculis.

Hæc vera & antiqua lectio eſt teſte in hunc locum Badio. Petrus Crinitus lib.22.cap.7.dicit eſſe verſum dactylicum : quia(vt ait) ſextus pes eſt dactylus.

Synæreſis in poſſeſſiuis in eus. Secundo fit ſynæreſis in poſſeſſiuis in eus. Ouidius 12.Metam.

Barba erat incipiens,barbæ color aureus,aureáque Ex humeris medios coma dependebat in armos.

vbi etiam hypermeter eſt:& ſcanditur - aureus aura Quex humeris,&c. Virgilius, Ferreíque Eumenidum thalami,& diſcordia demens. Petrarcha lib.6. Aphricæ, Dum ſubterraneo tremuit pia Roma tumultu. Virgilius 1. AEneid. Atria,dependent lychni laquearibus aureis. Sic plumbeus & ſimilia inuenies.

Aluearia. Alueus. Fit idem in nonnullis alijs. Virgilius 4.Georg. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Tibul.lib.2, Rure leuis verno flores apis ingerit alueo, Compleat vt dulci ſedula melle fauos. Hic eſt apis, pro apes.

Theodoſius. Claudia. Theodoſius priuatus adhuc. Lactantius, Duodecies vndis irrigat omne nemus. Virgil. Fixerit aeripedem ceruam,non poteſt eſſe proceleuſmaticus contra multos.quia aer primam producit. Aeripes,id eſt leuis quaſi aereis pedibus. Dicitur quoque ab æs, æripes, id eſt æreos pedes habens. ſic volunt ſumi apud Ouidium in Epiſto. Narrat & æripedes Martis aſſe boues. Mareus Manilius libro 2, Duodecatemorium conſtat biſſenáque cuncta. Hæc parciſſime imitabimur,& tum carmen etiam exornabunt,vti quod nunc ſubijcio.

Eoſdem. Propertius lib.4, Eoſdem habuit ſecum quibus eſt elata capillos, Eoſdem oculos,lateri veſtis aduſta fuit. Mẽdoſi codices habent hoſdẽ.hoc non conſyderantes Tortellius, Sulpitius,& multi alij ſecundam in ablatiuis eodem & eadem dixerunt aliquando corripi. Mecum eſt Georgius Valla lib.38.cap.11.ſed dictos verſus Propertij(è quibus opinio noſtra omnino probatur)Georgius non ponit:meum eſt hoc vt alia plurima.

Eodem. Virgilius in Bucol. Vno eodémque igni,ſic noſtro Daphnis amore. Idem AEneidos 12, Vno eodémque tulit partu,paribúſque reuinxit Serpentem ſpiris. Et alibi, Vna eadémque via ſanguiſque animúſque ſequuntur. Propertius lib.1, Hoc eodem ferro ſtillet vterque cruor. Idem lib.3, Hac eadem rurſus Lygdame curre via. Calphurnius ecloga 4,

Eadem. Rupe ſub hac eadem quam proxima pinus obumbrat. Cato, Non eodem curſu reſpondent vltima primis. Hos authores poterimus parcè imitari,quia parce vſi ſunt:vt quod diximus alibi de(tenuis).

Tenuis. Lucretius, Mittunt,effigies quoque debent mittere tenuis. Idem, Tenuis enim mens eſt,& mire mobilis ipſa.

SYNAERESIS NVLLI VITANDA.

Omnibus iſta licent,huic,cui,dii,diis,quoque dehinc,dein,

Proin,deeſt,ſemianimis,prout,deorſum,præhendere,ſeorſum:
Sic ii,ſic iiſdem. Quædam diuiſa leguntur.

Virgilius,Huic coniunx Sichæus erat. In huic & in cui,i eſt conſonans,teſtibus Sulpitio & Nebriſſenſi ex Priſciano. Huic interdum diſſyllabum eſt. Sidoni⁹ in 3. panægyrico,Aſſurrexit huic,coxit quot torridus auſter. Pius Baptiſta in hũc locum ait,Diſpeſci quandoque bipertilémque vocem fieri huic. Priſcianus author eſt,Papiniano teſtimonio: Serus huic voto videat dare thura nepotes,&c. Rufus Feſtus,Finis huic gades ſeptenáque gurgite vaſto. Virgilius,Cui pendere ſua patereris in arbore poma. Sic compoſita. Ouidius 4. Triſtium,Cur quoties alicui chartæ ſua vincula dempſi? Horatius,Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Diuiditur interdum. Albinus,Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis. Manilius lib. 4,Sic erit & ſedes fugienda,petenda cuique. Ouidius 9. Metamor. Dij melius: dij nempe ſuas habuere ſorores. Virgilius,Dijs aliter viſum. In proſa ſunt diſſyllaba ex ſingulari dius: vnde eſt mediuſfidius. Nam ſynæreſis propter carmen ſolum inuenta eſt,nec extra carmen duæ vocales in vnam ſyllabam contrahuntur,niſi per diphthongon,quæ in(dij)&(dijs)nulla eſt. Aliud eſt de bini,bigæ:quia hic vocales quædam penitus extritæ ſunt,quæ vti non proferuntur,ita nec ſcribuntur. Neque ſimile eſt de Huic & cui,in quibus proprie ſynæreſis non eſt: ſed naturaliter monoſyllaba ſunt vt datiuus(ei),in quibus i cõſonans eſt,vt in Huius,cuius,eius. Et tamen ad differentiam interiectionis(vt Priſcianus ait)ſæpe eſt diſſyllabum. Catullus de AEmilio,Nõ(ita me dij ament)quicquam differre putaui. Hic(dij)rectius eſt diſſyllabum ſecundo i interempto. Dei & deis ſecundum rectã declinationem ſæpe leguntur:vt in declinationibus declaramus. Iuuen. ſatyr. 15,
Dehinc clamore pari concurritur,& vice teli Sæuit nuda manus. Sæpiſſime diſſyllabum eſt. Sillius lib. 6,Dira dehinc in bella ruit. Et libro 10, Fama dehinc gliſcente ſono iam ſydera adibat. Sic leges in Papinio,Virgilio,Horatio,Auieno,cæteriſque. Dein,cum ſuis,Deinde,deinceps. Virgilius,Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas. Horat. Redde age quæ deinceps riſiſti. Proin,vnde Proinde. Virg. Proinde tona eloquio. Deeſt,ſic deeram,dees,deero,deeſſem,deeſſe,&c. Sil. lib. 6, - nec cernere deerat Fruſtra ſeminecum quærentia lumina cæſũ. Mart. lib. 8,Sint Mecœnates,non deerunt Flacce Marones. Lucanus lib. 4,Non deeſt prolato ieiunus venditor auro. Idem, Quíque fluat,multo non deerit corpore ſanguis. Sic Virgilius,Ouidius,cæteríque. Semianimis,ſemihomo,ſemiuncia,ſemiermis,&c. in quibuſdam i ne ſcribitur quidem:nam(ſemuncia)ſæpius lego quàm(ſemiuncia). Virg. Semihominis Caci facies quam dira tegebat. Ouid. Frigidior glacie ſemianimíſque fui. Idem,Semiuſtámque facem vigilata nocte viator. Sillius 12,Semiermémque manum ſternendam obiecerat hoſti. Sic ſimilia inuenies plurima. Prout apud Horatium legi & quoad:vt ſcãdatur prut,quad. Sic Meipſum,teipſum. Anteit,præit. Deorſum,ſeorſum in Lucretio ſunt frequentia,in alijs non inueni. apud eundem deerro,deerras,verbũ primæ,ſimiliter per ſynæreſin profertur. Hui interiectio monoſyllaba eſt teſte Nicolao Feretto. Præhendo tam notum eſt,vt extrita diphthongo prendo ſcribatur. Ij,ijs,ijdem,ijſdẽ pluraliter declinata. Virgil. Ijdem venturos tollemus in aſtra nepotes. Fecit id in fœminino genere Philelphus in quarta quartæ, - neſcis quibus eæ flagrãtibus ardent Beſtiolæ flammis. Omnia iam dicta præter huic,cui,in proſa vocalibus diuiſis proferũtur,& in carmine,ſi opus fuerit,quicquid Alexãdrini & alij quidam garriũt. hæc eſt mea opinio. ratio mea iam ſatis liquet vbi de(dij)&(dijs)loquimur.

Huic. — Cui. — Dij,dijs. — Dehinc. — Dein cũ ſuis — Proin, pro-inde. — Deeſt,deerat,&c. — Semianimis & ſimilia — Ij,ijdẽ, iiſdẽ. — Eæ.

¶Inuenies & alia interdum cõtracta:nam & Lucretius coarcto nunc in diſſyllabum contrahit. vt lib. 2,Tandem coarctarint ea quæ præcepta repente Interdum non contrahit. vt lib. 4,Quippe per Auguſtum turba maiore coarcta. Addam & illud quod notum eſt, ij duplex genitiui ab ius aut ium in carmine,ſi exigit,contrahi in vnum,etiam nulla ſequente vocali. vt in Bucolicis, Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Sequente autem vocali interdum alterum abſumi. vt in illo Ennij,Aſpicite ô ciues ſenis Ennij imaginis vmbram. Interdum vtrunque. vt Virgilius,Dum domus AEneæ Capitoli immobile ſaxum.

Coarcto.

DIAERESIS.

Scandere ſi bene vis,tu noſce diæreſin apte,
Ex vna per quam duplex fit ſyllaba ſemper.
Sic ſyluæ vates Lyricus triſyllabon effert.

Diæreſis eſt vnius ſyllabæ in duas diuiſio,vt(ſyluæ)diſſyllabum eſt:ſed vates Lyricus Horatius per tres ſyllabas(ſyluæ)dixit:ideo notitia huius figuræ ad ſcanſionem neceſſaria eſt. Diæreſis,id eſt diuiſio: dięreo,id eſt diuido. Nũc videamus in quibus dictionibus ſæpius eſt diæreſis. Ergo i & u præpoſitæ in eadem ſyllaba reliquis vocalibus vel etiam ſibi,conſonantes efficiuntur,nec vocalium vim retinent:ideo diphthongon non efficiunt:vt Ianua,Ieiunus,Traijcio,Iocus,Iuppiter,Vanus,Venus,Vinũ,Voueo, Vult. Interdum tamen per diæreſin vocales efficiuntur omnino licenter. nuſquam niſi parciſſime in tanto opere id imitandum eſt. Plautus in prologo Aſinariæ,Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam. verſus eſt iambicus trimeter,in quo(iam)diſſyllabum eſt,quod apud alios nuſquam inueni. Vir-

I & ũ vbi vocales,vbi conſonantes ſunt. — Iam.

Inuidia. gilius in Bucolicis, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Terētius in Andria, Sine inuidia laudem
inuenias, & amicos pares. Hic (inuidia) pentaſyllabū eſt: vt lib. primo dicit Priſcian⁹. Horatius in Epo-
do, Niuéſque deducunt Iouem, nunc mare, nunc ſyluæ. hic teſte eodem (ſyluæ) triſyllabum eſt: nan-
que dimetrum iambicū eſt coniunctum pentemimeri heroicæ: quod aliter ſtare non poteſt, niſi ſyluæ
Soluit. triſyllabum accipiatur. Soluit (vt idem author notauit) triſyllabū eſt in hoc phaleucio Catulli ad Paſ-
ſerem, Quòd zonam ſoluit diu ligatam. Subiungam ipſe plura huius rei teſtimonia, vbi u cōſonans ſit
vocalis. Ouidius, Nunc quoque te ſaluo perſoluenda mihi. Catullus de coma Berenices, Cōdita quin
Euoluo. veri pectoris euoluam. Ouidius in Epiſt. Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos. Hæc de Soluo & Voluo
ſunt admodū frequentia Catullo, Tibullo, Propertio, Ouidio. ideo non prohibuero, ſi parcè admiſeris.
V liquidū. Secundo u poſt g & ſ quandoque, & poſt q ſemper liqueſcit: id eſt, nec vocalis, nec conſonans haberi
poteſt, nec penitus nulla litera: neque enim profertur vt vocalis, nec penitus ſupprimitur: ſed quaſi lan-
guidiori quodā ſono raptim pronuntiatur: vt languor, lingua, aqua, ſuadeo, ſuauis. V in (aqua) vo-
calis proprie non eſt, quia diſſyllabum nomen eſt: ergo u & a in eadem ſyllaba locantur, non per ſy-
næreſin, nō per diphthongon. non eſt igitur vocalis, neque conſonans eſt: quia prior in (aqua) produ-
ceretur. In quibuſdam locum habet diæreſis. Virg. de Liuore, Non lux, non cibus eſt ſuauis illi. Pha-
Suaue. leucium eſt. Stat. 1. Theb. Immo agite & poſitis quas nox inopina ſuaſit. Virg. in Hortulo, Holus ſua-
Suaſit. ue multiplex herbæ genus. Iambicus trimeter. Horat. 8. ſat. lib. 1, Quum mihi non tantum furéſque fe-
Suetus. ræque ſuetæ. Lucan. 2, Fundat ab extremo flauos aquilone Sueuos. ¶ Reperitur etiam biſſyllabū. Ouid.
Sueuus. ad Lunam, Ille genus Sueuos acre indomitóſque Sicambros. & alibi ſæpe.

I VOCALIS VBI MALE PVTATVR ESSE CONSONANS.

Nominibus Græcis non conſonat i vel Hebræis.
Quapropter dices Iacobus, iambus, iaſpis.
Profer Iulus, Iapis, Iohannes, & Ieſſe:
Suauéque ab indoctis laniatum nomen Ieſus.

I litera neque in Grçcis neque in Hebræis vnquā eſt cōſonans, vt docet Georgius Valla Placentinus
lib. 38. cap. 30. idem docet AElius Antonius Nebriſſenſis. in quo per indoctos decepti ſunt Sulpitius &
Ieſus. Niger in nomine IESVS: de quo Niger ait, E an te s producitur: vt Lçſus, præter IESVS: vbi Niger
dupliciter peccat, quia Lçſus ineptum eſt exemplum: ſiquidem per æ diphthongū ſcribitur: & IESVS
indoctiſſimè demitur: nec excepit Niger plura. igitur licet Niger multa non inepte docuit de accenti-
bus, de generibus carminum, de poematis: tamen in quantitatum regulis ne pili quidem faciendus eſt.
ſed pergamus. Ex hac doctrina patet erraſſe Petrum Rigam in Geneſi, De quo concepit virgo beata
IESVM. Et Alexādrum, Dat IESVS um quarto. Iambo vel nulla vel ſaltem tertia detur. Et cuſpis,
iaſpis, &c. Filius Alphæi Iacobíque Maria quieſcunt, &c. In quibus Rigam authorem habet pardo ma-
culoſiorem. Arator IESVS priore producta ſemper diſſyllabum facit. Prudentius fere extrita e litera
ESVS videtur dixiſſe: at neutrius licentiam imitari velim. Sedul. lib. 4, Præceptor miſerere, potes nāque
omnia IESV. neſcimus an diſſyllabum ſit, an triſyllabum. Similiter peccant qui per vnicam ſyllabam
Iob dicūt: aut per duas Iaſon, Ieſſe, Ioſeph, Iacob, Ionas, &c. Afferam de pluribus teſtimonia. Ouid. 7.
Metam. Pelle moras: tibi ſe ſemper debebit Iaſon. Horat. in Arte, Syllaba longa breui ſubiecta vocatur
iambus. Baptiſta Mantuanus, Multa ſinus & colla virens ornabit iaſpis. Horat. in Epod. Ode 3, Perun-
Iaſon. xit hoc Iaſonem. Iambicus dimeter. Sidon. Epiſt. 9, Ferox iambus & trochæus hactenus. iambicus tri-
Iambus. meter. In eodem lib. Rarus iambo. verſus eſt adonicus. Mart. lib. 9, Et pretiū magnis fecit iaſpidibus.
Iaſpis. Claudianus ad Iacobum magiſtrum equitum, Per cineres Pauli, per cani limina Petri
Iacobus. Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Valeat igitur Riga plurimorum errorum fons, in Luca dicens,
Alphæi Iacobus, Thaddæus, Bartholomęus. Iuuencus, AEgyptum cum matre ſimul tranſportat Io-
Ioſeph. ſeph. Virgilius 1. AEneidos, Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. vbi notabis i vocalem primitiui
Iulus. Iulus eſſe verſam in deriuatiuo Iulius in conſonantem. quinetiam ipſe Horatius Iulus diſſyllabū pro-
Iulius. tulit per ſinæreſin in lib. 4. Carm. Ode ſecunda, Pindarum quiſquis ſtudet æmulari
Iule ceratis ope Dædalæa,
Nititur pennis vitreo daturus Nomina ponto. Tres ſapphici ſunt cum adonico. Idem contingit
Iudæa. in Iudæa & Iudæus: quia Iudas vnde hæc formantur, Hebræum eſt: ergo triſyllabum, vt AElius Ne-
briſſenſis docuit. Lucanus, Incerti Iudæa dei. Horatius, Vin' tu Iudæis oppedere? Idem fecit Ouidius
Iazyx. in nomine Iazyx, nomine populi in 2. lib. Triſtiū, Iazyges & Colchi Meteræáque turba Gethæque:
Danubij medijs vix prohibentur aquis. vbi indocti per I lazyges legerūt. Valerius Flaccus lib. 6, In-
crepat, & ſtricto ſic vrget Iazygas enſe. Hic i vocalis eſt. notauit hanc rem in 4. Plinij Hermolaus Bar-
barus. Idem fit interdum in nomine Naias. Non damnarem itaque Prudentium vel Iuuencum, niſi
ſemper licenter protuliſſent IESVS. Nam inuentis parcè vtendum eſt. Similia fingere vix in maxi-

mo opere,niſi parciſſime licet.id cognoſces,ſi veterum monumenta diligenter excuſſeris. Iapyx,iapix, iapis,iapetus,& alia quędam in medijs ſyllabis viſuntur, aut in vocali ante vocalem. Iuuencus, Dixit Iohannes cui talia reddit IESVS. Hæc ſunt mi Iohannes Laurenti quæ tibi dicata voluimus ob veterem noſtram amicitiam:neque enim opinor Pyladen vehementius amaſſe Oreſtem,aut cōtrà quàm ego te,& tu me amas. Fungere nunc igitur amici officio,hoc eſt totis viribus libellos noſtros defendito ab illiteratis canibus. Ego ſecundum librum aggredior: aſpiret cœptis Nazara,cui fœlix(vt Iuuencus ait)patria eſt & nomen IESVS.

DESPAVTERII ARTIS VERSIFICATORIAE liber II.generales quantitatum regulas continens.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA IOHANNI NEVIO HONDIſcotano theologo eloquentiſſimo,& apud Louanios Lilianorum moderatori prudentiſſimo,& ſuo præceptori oppidoquam venerando, S. D. P.

ECVNDVM artis Verſificatoriæ noſtræ libellum celſitudini tuæ non veritus ſum dedicare præceptor mi diſertiſſime,quod te(quem parētis loco ſemper habuerim,nec vnquam minoris fecerim,quàm Apollinarem ſuum Gellius) oratorio & poetico ſtudio ſucciſiuis temporibus vehementer oblectari certò ſciam. Neque enim more aliorum theologorum paucis tui ſimilibus exceptis,grammaticam vt tenuem cauillaris: ex cuius ignoratione in quauis doctrina multa errorum milia irrepſerunt. Plurimi ſane ſophiſtæ & agrammati gloſſulas pulchre callent. Qui diui Hieronymi, & Auguſtini & Sidonij ſcripta, aut aliorum veterum theologorum rite noſcant,paucos reperiri, tuo facile teſtimonio conuincam. Fœlix profecto es præceptor optime,quòd literaturam politiorem ſemper amaueris, quæ facit vt veterum & neotericorum monumenta iuxtà intelligas. Talis nanque philoſophus es,qualem vult architectū ſuum eſſe Vitruuius,hoc eſt theologus ſummus,nullius artis expers. Talis quoque eſt theologus,& verè philoſophus præceptor meus venerabilis Iohannes Raetſhouem,talis ac tantus quantum fuiſſe Taurum philoſophum prædicat Gellius,immo maior:quia theologus excellentiſſimus:cuius meminero,dum ſpiritus hos reget artus. Ad te redeo dulciſſime Neui,orans te(quem artis noſtræ doctiſſimum eſſe ſcio)vt quæ videbis recte à nobis reprehenſa,defendas cōtra imperiti vulgi abuſum. Plurima nanque aliter imperita multitudo, atque ego cum doctis profert. Quare non ignorans me vehementer ab imperitis vituperatum iri,huius te libelli defenſorem cōſtitui. Obſecro ne eſſe recuſes. Id ſi impetro,omnes Theonum & dentes & naſos facile contemnam. Vale cum doctiſſimis viris,& amicis noſtris Iodoco Læto,& Martino Dorpio. Ex Bergis x. Calend. Ianuarias. Anno domini M. CCCCCX.

Quantitatis ſyllabariæ regularum generalium, prima de poſitione.

DVM poſtponuntur vocali conſona bina
Aut duplex,lōga eſt poſitu. Quòd ſi duo ſubſint
Finali,rarò poſitu producitur illa.

Vocalis naturaliter breuis,quam duæ conſonantes cōtinuò ſequuntur,ita vt vna conſonantium in eadem dictione cum vocali ponatur:aut quam in eadem dictione ſequitur duplex, id eſt x & z,vel i cōſonans:producitur ea vocalis poſitione ſiue poſitu conſonantium vel duplicis. Quòd ſi vocalis ſit vltima dictionis litera,& in principio ſequentis dictionis ſequantur duæ conſonātes,rariſſimè producitur poſitione. Cōſonans bis poſita pro duabus habetur,vt prima in(amnis) producitur poſitione. ſimiliter (bis)vbi conſonans ſequitur: vt Bis venit ad mulctram. Sic rexi, gaza,aio. ſed iā latius ſingula declarabo. Dixi igitur vocalis:quia omnis ſyllaba gratia vocalis quanta dicitur. Dixi,naturaliter breuis:quia ſi naturaliter producatur,nō opus fuerit ad poſitionem confuge-

Aſt. re:vt vocalis in(eſt)&(aſt)naturaliter corripitur, vt liquet ex(es)&(at). Aſt certe poeticũ eſt: & vix recipitur niſi ſequente vocali. Virg. Aſt ego quæ diuûm incedo regina. Perſius tamen dixit, Aſt vocat officium. Dixi, ita vt vna conſonantium, &c. Quia non oportet vtranque in eadem ſyllaba locari. Verbi gratia, a in at corripitur. eadem ſi conſonans in principio ſequentis dictionis ponatur, producetur. Virg. At regina graui. Dixi autẽ, quã in eadẽ dictione ſequitur duplex, hoc eſt x, z, i conſonans. Tunc enim vocalis poſitione producitur. Virg. Arma virûm tabuléque & Troia gaza per vndas. Produc igitur Nazara, Eleazar, azymus, licet id compoſitum eſt. teſtis eſt Mancinellus. I duplex eſt inter duas vocales, vt Aio, baiulo, baiulus. Sedulius, Venter puellæ baiulat

Secreta quæ non nouerat. Duo ſunt iambici dimetri. Vt illud, Clauſtrum Mariæ baiulat. ſic recte Riga in de viris ſanctis, Baiulat ille crucem. Ineptus igitur eſt verſiculus, Clotho colum baiulat, Lacheſis

Baiulo. net, & Atropos occat. de hoc verſu aliquid videbis in litera O in vltimis ſyllabis. Baiulo, onus fero. Vbi præcedens vocalis per compoſitionem aduenit, corripitur: vt Biiugus, triiugus, quadriiugus: reiicio tamen variatur, vt patebit. Dixi poſtremũ, Quia ſi vocalis ſit vltima dictionis litera, & in principio ſequentis dictionis ſequantur duæ conſonantes, rariſſime producetur poſitione, adeò vt vix ea poſitio ſit admittenda, niſi parciſſime in maximo opere. Expertus loquor: perlegi enim omnes fere poetas: vix ſepties aut octies eiuſmodi poſitionem reperire potui: & id quidem in eis ferme locis vbi aut dubia fuit lectio, aut cæſuræ licentia eſſe potuit. Sill. libro 9,

Immane ſtridens agitur crebróque coacta,

Vulnere bellatrix properos fert bellua greſſus. Iuuen. ſatyr. 8, Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos. Poſitus eſt teſte Mancinello interprete. Idem ſatyr. vltima, -curabitis vt ſit

Vindicta grauior quàm iniuria, dignum erit ergo. Idem ſaty. 6, -mediiſque in naribus ingens

Gibbus, & acre malum ſæpe ſtillantis ocelli. Sed alij libri habent(ſemper): quod videtur ſenſui auidiſſime carpentis rectius conuenire. Sunt qui credant vltimam in hiſtoria naturaliter breuem poſitu produci apud Iuuenalem, dicentem, Hiſtoria, ſpeculum, &c. At falluntur homines: quia hiſtoria in eo loco ablatiuus eſt, quod patet per adiectiuum eius recenti. ait autem Iuuenalis ſatyr. 2,

Res memoranda nouis annalibus, atque recenti Hiſtoria, ſpeculum, ciuilis ſarcina belli. Alij falluntur in illo eiuſdem poetæ ſaty. 3, Miſeræ cognoſce procœmia rixæ. vbi inepte legunt præmia, quum legendum ſit procœmia non præmia, vt Mancinellus docet. Venerabilis Beda affert ex Sedulio(vt Guaguinus ait) Adueniat regnum iamiámque ſcilicet illud. at impreſſio, quam vidi, habet, Adueniat regnũ cæleſte videlicet illud. Adducit Neſtor ex 6. Metam. Ouidij, Deferuere ſui nymphæ vineta Tmoli. verſus eſt ſpondaicus, vt Neſtor ait, & producitur vltima in(vineta)poſitione, quia ſequuntur tm. Nam

Tmolus, Tmolus diſſyllabum eſt, nec vſquam legitur Tymolus triſyllabum contra Tortellium, qui dixerat in

Tymolus. Ouidio Tymoli legendum, vt verſus ſtaret, in quo videtur Tortellius errorem Alexandrinum ſequi. Ouid. 10. Metam. Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar. Virgilius hunc montẽ Tmolium appellat, dicens in Georg. Tmolius aſſurgit, quibus & rex ipſe Phanæus. Sunt tamen poſt Neſtorem viri doctiſſimi, quos potius ſequar, qui aſſerant vtrunque dici, Tmolus & Tymolus: Et in Ouidio Tymoli legi, vt Raphael regius & Georgius Valla Placentinus lib. 38. cap. 10. Is per Plinium probat, qui dicit veteres dixiſſe Tymolũ. Idem aſſerit Hermolaus Barbarus in libro Plinij 33. cap. 8. Quia vtrũque teſtatur dici, teſte Stephano, & Tymoli non Tmoli haberi in Ouidio cõtra Neſtorẽ. AElius Antonius Nebriſſenſis vir doctiſſimus adducit teſtimonium Catulli, dicentis, Dulce mnemoſynon mei ſodalis. Phaleucius verſus eſt, in quo putat e in (dulce) produci poſitione: verum infirma eſt hæc AElij probatio: quia Catullus non modo iambum huic carmini in primo loco dedit, ſed etiam trochæum. Catul. de Acme. Iſta turpiculo puella naſo,

Et negat mihi veſtra reddituram.
Perſequamur eam, & reflagitemus.
Mœcha putida redde codicillos:
Redde putida mœcha codicillos.

Quinque ſunt hẽdecaſyllabi in eodem epigrammate. Idem ad Lycinum, Semimortua lectulo iacebant. Phaleucius eſt, vbi primus pes eſt trochæus: nam(ſemi)vltimam corripit. Ouid. lib. 2. Metam.

Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno

Lætus erat. Macrobius dicit vltimam in ablatiuo(fratre)produci in hoc ſpõdaico Virgilij lib. 9, Nec Lycio genitore minor nec fratre Mneſtheo. vbi etiam ſynæreſis eſt. M enim apud Græcos vim mutæ obtinet. Virg. AEneid. 4, Mneſthea Sergeſtúmque vocat fortémque Cloãtum. Seruius Macrobio haud indóctior legit Meneſtheo gratia verſus. ſic alij quoque. Stat. 6. Thebaid.

Diſcus nec dubia iunctáve Meneſthea victum

Mneſtheus. Tranſabijt meta. Sic ibidem Meneſtheus ſæpe. E quibus facile intelligere poſſumus rariſſimam eſſe

Meneſtheus. poſitionem, & vix admittendam, ſi dictio in vocalem deſinat, & ſequens à duabus conſonantibus inchoetur. nam ſi à duplici, perpetuùm corripietur. Lucan. Talem fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem. Virgilius, Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos. Etenim vbi poſitio videbitur eſſe aut coniunctio, forſitan erit perperam ſubtracta, aut cæſura locum habebit: nam quod Nebriſſenſis

cum Sulpitio affert ex Virgilio, Tribuláque traheáque, & iniquo pondere raſtri: nullo modo probat hanc poſitionem: quia(que)ſimili loco apud Virgilium producitur, vbi poſitio nullo modo locũ habet. Vt 3. AEneid. Limináque laurúſque dei. vbi Seruius ait, Breuis pro longa poſita eſt. Defenditur autem, vel quia monoſyllaba ad artem non pertinent, vel particula quæ ſui ſubſtantiam nõ habet, membrum putatur ſuperioris orationis. Hæc Seruius. quibus quid velit, non ſatis intelligo: quia monoſyllaba non minus ad artem pertinere videntur quàm polyſyllaba, vt à, ab, de, è, &c. Et membrum eſſe ſuperioris orationis nihil confert ad productionem. Ideoque puto produci ſolum cæſuræ cauſa, vt antè dixi. Virgilius alibi, Drymóque Xanthóque Ligeáque Phylodocéque. Idem, Euríſque Zephyríſque tument. Ouid. Syderáque ventíſque nocent. Idem, Sarculáque raſtríque graues. Rectius igitur corripiemus finalem vocalem. Sidon. Dulcia Mnemoſyne demirans carmina Sapphus. Ouidius, Piſcoſámque Gnidon grauidámque Amathunta metallis. Horatius, Linquimus inſani ridẽtes præmia ſcribæ. Idem, Ignoſcent ſiquid peccauero ſtultus amici. Lucan. Terga ſedent crebro maculis diſtincta ſmaragdo. Huius rei exempla facile multa inuenies, in quibus tamen vel ſ abſumi, vel liquidam locum habere teſtantur Diomedes & Priſcianus, ſecundum quos mali eſſent verſus,

Hectora deuicit certamine Phthius Achilles.

Fœda phthiſis putri torquet mea viſcera tabe. Non prætermittam doctiſſimi Capellæ opinionem de poſitu in 3. lib. ſic dicentis, Proximi ſermonis conſonantes nihil præcedentem adiuuant: licet Virgilius refragetur, dicens, Arma virúmque cano Troiæ. Et item, Fontéſque, fluuióſque voco.

REGVLA SECVNDA DE LIQVESCENTIA.

Cum muta liquidam ſcribens in ſyllaba eâdem,
Ancipitem ponas vocalem, quæ breuis eſſet.
Hanc tamen in proſa ſemper breuiare iubemus.
Sunt l & r liquidæ, quas rarò iungimus n, m.

Quando vocalem natura breuem ſequuntur muta & liquida, eandem cum ſequente vocali conſtituentes ſyllabam, ita tamen vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur: ipſa eſt anceps in verſu, in proſa verò ſemper correpta. Mutæ ſunt b, c, d, f, g, k, p, q, t. Liquidæ l, & r, & aliquando n, m. Ouid. 13. Metam. Et primò ſimilis volucri, mox vera volucris. Virgilius, Albaníque patres. Ouid. 4. Metam. Tempus Atla veniet tua quo ſpoliabitur arbor. Ibidem,

Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas

Montibus. Claudianus in 6. conſulatu Honorij, -texerat vrbem Tarquinio mirante Cocles. Virg. 2. Georg. Ingredior ſanctos auſus recludere fontes. Sill. lib. 1, Fas aperire mihi, ſuperúmque recludere mẽtes. De n & m rariora ſunt exempla. vt Arithmos, id eſt numerus: & tegnon, id eſt filius, apud Euripidem corripiuntur, teſte Priſciano libro 1. Mart. in vltimo epigrammate libri 9,

Quæ noua tam ſimiles genuit tibi Leda miniſtros,

Quæ capta eſt alio nupta lacæna cygno. Sunt tamẽ qui habeant, Quæ capta eſt cygno nupta lacæna — Cygnus.
alio. At apud Horatium manifeſtè corripitur in quarto Carm. Ode tertia, Donatura cygni ſi libeat ſonum. Aſclepiadæum eſt. Auſon. ad Paulinum, Longæuæ tantum ſuperamus honore ſenectæ.

Quid refert? cornix nõ ideo ante cygnum. Val. Flac. libro 3, Velóque Procneſſum. eſt finis metri. Pro- — Procneſſos.
cneſſos, inſulæ nomẽ eſt. Sunt qui dicãt (ſignum) primam ſimiliter corripere apud Lucretium, Nil ta- — Signum.
men eſſe ſigni mixtas potuiſſe creari. Ouid. 6. Metam. Ad mandata Prognes & agit ſua vota ſub illa. — Progne.
Sic habent nõnulli libri, alij verò (mandata ad Prognes) &c. Mart. lib. 7, Delectat Marium ſi pernicio- — Ichneumon.
ſus Ichneumon. Significat Ichneumon beluam quandam AEgypti. Sil. lib. 8, Ecce inter primos Tera- — Terapneus.
pneo à ſanguine clauſi. Idem lib. 13, Nonnunquam affirmat terapnæos Ilion armis

Ceſſurum. Paris ad Helenam, Rure terapnæo nata puella phrygem. Terapnæus, terapnæa, terapnæũ, à Terapne, Terapnes, patria Helenæ. Scribitur ſine aſpiratione cum p antè n, nõ Therapne nec Teramne, teſte Bergomate. Horatius lib. 2. Carm. Ode 4, Mouit Aiacem Telamone natum

Forma captiuæ dominum Tecmeſſæ. duo ſunt Sapphici. Ouid. 3. de Art. Odimus & mœſtas, Tecmeſ- — Tecmeſſa.
ſam diligat Aiax. Tecmeſſa, mulieris proprium eſt, in quo m liquida eſt. Notauit idem Georgius Valla Placentinus lib. 38. cap. 10. Errauit igitur Tardiuus credens contra Priſcianum m nunquam liqueſcere. Idẽ lib. 1. Car. Ode prima, -ſi neque tibias Euterpe cohibet nec Polyhymneia Leſboũ refugit ten- — Polyhymneia.
dere barbiton. hîc poſt Si neque tibias, ſequuntur duo aſclepiadæi. Ouid. 5. Faſtorum, Diſſenſere deæ quarũ Polyhymneia cœpit Prima. Virg. in Ciri, Nam verũ fateamur, amat Polyhymneia verum. hîc n liqueſcit, m mutæ vim obtinet, vt ex Macrobio diximus. Ouid. 8. Metam. Debuit illius miſereri &
ignoſcere nobis. Sic habent omnes libri quos vidi. Certe veteres gnoſco pro noſco dicebant: vt gnatus — Ignoſco.
pro natus, &c. Nunc igitur vt hanc rem paucis finiam, l & r ſine dubio liquidæ ſunt. m verò & n liqueſcunt in paucis, quæ authoritate conſtant: nam non inuentis vti minime auderem. Quemadmodũ,
s litera apud Ennium liqueſcit in verbo (aſto) in hoc verſu apud Varronem lib. 3. de lingua Latina, — Aſto.
Subulo finitimas propter aſtabat aquas. id in alijs imitari non auderem in Aſcẽdo, reſto. ſed nec ipſum

(aſto)ſatis auſim corripere. S quemadmodũ abſumitur, ſatis dictum eſt. Priſcianus vult etiam perimi apud Virgilium, Ponite ſpes ſibi quiſque, ſed hæc quàm anguſta videtis. De hoc in præcedenti lectione amplè diximus. Dixi, notanter in regula vocalem natura breuem. Nam quæ ſine poſitione producitur, nulla liqueſcẽtia poteſt corripi, vt prima in (matrimonium): ſic ſecunda in aratrum, lauacrum: & tertia in ſimulacrum, inuolucrum contra Tibergam. Dixi, eandem eum ſequente vocali conſtituentes ſyllabam, &c. alioqui liqueſcentia locum non haberet: vt abnuo, obruo, &c. Sunt qui dicant d liqueſcere in (ſmaragdus) propter illud Martialis libro 5, Sardonychas ſmaragdos adamantas iaſpidas vno Portat in articulo Stella Seuere meus. Calderinus tamen ait hîc s perimi veterũ more.

REGVLA TERTIA DE DIPHTHONGIS.

Diphthongon produc in Græcis atque Latinis.
In Græcis ſemper: verum ſubeunte Latina
Vocali, breuio: veluti præit atque præuſtus.

Omnis diphthongus naturaliter producitur tam in Græcis quàm in Latinis, vt Muſæ, cœna, audio, euge. In Græcis quidem etiam ſubeunte vocali, vt AEacus, Euander, œagrus. In Latinis verò tum corripitur ſæpius, vt Præeſſe, præuro, præhendo: & omnia à præ compoſita ſequente vocali. Præhendo exemplum datur à Georgio Valla, libro 38. cap. 11. Ouid. lib. 7. Metam. Concipit interea validos AEetias ignes. Virg. Gurgite iam medio portãs œagrius Hebrus. Idem AEneid. 7, Stipitibus duris agitur, ſudibúſve præuſtis. Ouid. 12. Metam. Raptatúrque comis per vim noua nupta præhenſis. Cic. in Arato, Nam quorum ſtirpis tellus amplexa præhendit. De illis, Inſulæ Ionio in magno, &c. dictum eſt.

Diphthongus. Diphthongus eſt duarum vocalium vim ſuam retinentium in eadem ſyllaba complexio. Dico vocalium, propter i & u conſonantes, vt Iuuo, voco. Subdo, vim ſuam retinentium, propter u liquidum, vt Lingua, aqua, ſuadeo. Addo, in eadem ſyllaba, propter Phaethon: quod tetraſyllabũ eſſe teſtatur Quintilianus lib. 1. inſti. orat. dicens apud Varronẽ in hoc verſu, Quum te flagranti deiectũ fulmine Phaeton: vitium eſſe, quod Græci ſynereſin vocant: nam ſi eſſet proſa oratio, eaſdem literas enuntiare veris ſyllabis liceret. Male igitur dixit Tortellius Phœton ſcribi per œ diphthongon. Mart. lib. 5, Audaci quæſtus de Phaethonte pater. Horatius 4. Carm. Ode 11, Terret ambuſtus Phaethon auaras: Sapphicum eſt. venit à Phaeno, id eſt luceo. Diphthongus dicitur duarũ vocalium ſonus. à dis, bis: & phthoggos, ſonus. Latini g ante g in n vertũt, & dicunt phthongos: vt Angelus pro aggelos. Sunt autem diphthongi, quibus Latini vtuntur, æ, œ, au, & eu: & in paucis ei, atque in pauciſſimis yi. de cæteris Græcorum diphthongis, quibus non vtimur, nihil dicam. Au & eu vti ſcribuntur, ita proferuntur: ſic æ & œ: in quibus tamen e magis auditur: a & o obſcurius. Ei & yi proferuntur pœne per i longum: ſed ignauia & ignorãtia hominum fecit, vt vix quiſquam recte ſciat diphthongos pronuntiare, ita ſoni illarum iam obliterati ſunt. neque enim eodem modo pronuntiandum eſt cedo, cuius præteritum ceſſi: & cædo, cuius præteritum cecidi. neque item eodem modo æs nomen, vt es verbum: neque rurſum fœlix vt felix: aut fœmina vti femur. nam quid vtilitatis haberent ſi non proferrentur? neque enim ideo diphthongi inuentæ ſunt, vt per eas longæ ſyllabæ à breuibus noſcantur: quia ſedes, cedo ceſſi, pedo, & alia innumera producuntur ſine diphthongis. debent igitur & ſcribi & proferri, vt Nebriſſenſis multis docet. & Georgius Valla lib. 31. dicit ambas vocales in diphthongis habere vocem retuſam: & ſenſit id Guarinus, dicens, AE & œ fortius vegetiúſque proferri debere. Mart. lib. 11. in Lupum iocatur, qui Martiali prædium dederat, ſed adeo exiguum, vt prandium maluiſſet: vnde poſt multa dicit, Errasti Lupe, littera ſed vna. Nam quo tempore prædium dediſti, mallem tu mihi prandium dediſſes. Prædium vna litera mutata, fit prandium, ponendo ſcilicet n pro e. ergo in (prædiũ) teſte Martiale eſt a litera.

Diphthõgorum vſus.

Au. Au licẽter diæreſin in nonnullis patitur. Catul. Verboſa gaudet Venus loquela. Phaleucium eſt. vt hoc eiuſdem, Si linguam clauſo tenes in ore. In fine hæc diphthõgus nuſquam eſt, niſi in (laus) & (fraus). nam Emaus, caſtelli nomẽ, triſyllabum eſt, vt recte docet Hermannus Torrentinus.

Eu. Eu in principio ſcribitur, vt Euander, euangelus, proprium viri, euangeliũ ab eu, id eſt bonũ: & angelus, id eſt nũtius, quod inepti ſcribunt evvangelium: euenus, euemon, enion, euã. Sunt Græciſſantes, qui volunt hæc efferri, quaſi ſcriberetur efander, efangelium, &c. Repentur in fine vt heu. Item Perſeus, Orpheus, &c. quæ propria ſunt omnia: & in ipſis diphthongus diuiditur aliquando ẻ correpta, vt Orpheus: aliquando ẻ producta, vt Gryneus. Ouid. 12. Metam.
Cúmque ſuis gryneus immanem ſuſtulit aram Ignibus. Ibidem de eodem,
Figitur hinc duplici gryneus lumina ramo,
Eruitúrque oculos. Vbi autem eus per diphthongum, vbi eus per duas ſyllabas legi debet, diligẽti poetarum lectione diſcendum eſt. Eu diæreſin patitur in heu, vt dicit Seruius in hunc verſum Virgilij, Heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. vbi tamen alij legunt heheu, alij heu heu.

Oe. Oe in fine non ſcribitur: ideo Beroe triſyllabũ eſt. excipitur euoe.

Ei. Ei in fine eſt, vt hei: & apud veteres ſcribebatur pro i longo in datiuis & ablatiuis, vt Vieis, ſueis, &c. id Tortelli⁹ notauit in marmoribus & nu-

miſmatis.Et in accuſatiuis pluralib⁹ tertiæ declinationis,vbi genitiuus in ium deſinit ,vt Partes, tres.
id video à doctiſſimis adhuc hodie obſeruari:ideo & ipſe id diligenter cuſtodio. Yi in paucis vtimur, Yi.
vt Harpyia, ilithyia. ea ponam in I ante a. AE diuiditur interdum interpoſita aſpiratione, vt placet AE.
Gellio:vt AEnus ab æs,Ahenus & Aheneus. Virg.Et luce coruſcus ahena.Ouidius 1.Metam. Tertia Ahenus.
poſt illam ſucceſſit ahenea proles. Horatius in Epiſt. Si recte facies, hic murus aheneus eſto. Apud Aheneus.
veteres mutabatur in ai:iam id exoleuit:vt Aquai,nepai, aulai, &c. Lucretius libro 1,Ignoratur enim
quæ ſit natura animai.Si duæ vocales per ſynæreſin coeant,non eſt diphthongus,vt Phaeton,aureus.
docet hoc Lancilotus. Eſſem his contentus, niſi indoctiſſimi homines diphthongos adeò neglexiſ-
ſent, vt etiam rariſſimus ſit ex elegantioris literaturæ ſtudioſis,qui has inuiolatas obſeruet. ideo quan-
quam hæc res magis ad orthographiam pertineat , operæpretium putaui eas tradere in his libris: quia
contraria iuxta poſita magis eluceſcunt. Etenim qui ante me ſcripſerunt, ferè omnes diphthongata
non diphthongatis annumerauerunt. Igitur omiſſis au & eu,in quibus rarius peccatur, ſolum de æ
& œ dicemus, ponentes quæ ante vocales ſunt ſuo ordine poſt regulas de E ante vocales. Quæ verò
ante conſonantes ſunt , ponentur ſuo ordine poſt regulas de E ante conſonantes in tertio libro tam
in medijs quàm in primis.Nunc duæ tantum regulæ generales declarandæ ſunt.

DE AE REGVLAE GENERALES DVAE.

PRIMA.Præ ſyllaba vbicunque in Latinis reperitur,etiam ſi occulta ſit compoſitio, æ diphthon- Præ.
go notabitur:vt Præs prædis,præda,prædo,prædor, præco, prælum,à præluendo, vt notauit Tortel-
lius:præſto,præſtolor. Tolluntur pauca, quæ non ideo corripiuntur, quia vocalem ante vocalem ha-
beant:vt preces,precor,precium,premo,vnde preſſus preſſi:interpretor,preciæ vuæ. Virgilius, Purpu-
ræ preciæ,&c.dicunt deriuari à præcoquus: quia cito matureſcunt. Præcox tamen diphthongum ha- Præcox.
bet . Calphurnius in ſecunda ecloga , Incita præcocibus ſubrepere perſica prunis. Vnicum eſt
Græcum, Prœtus, viri proprium,habens œ diphthongon in ſyllaba prœ. Preſbiter Græcum diph-
thongo caret.

POSTERIOR regula.Genitiuus & datiuus ſingulares,nominatiuus & vocatiuus plurales æ diph-
thongo annotantur:vt Muſæ,illæ,venerandæ. Sic lecturæ,ipſæ,iſtæ,quæ,hæ,eæ. Quibus addes(quæ)
nomen etiam ſingularis numeri,(hæc)cuiuſcunque numeri. Papæ interiectionem, vt Væh dolentis,
aut malum minantis dictionem. Næ pro certe & vtique aſſeuerandi aduerbium. Sic quædam, quæ-
nam,iſthæc &c.

REGVLA QVARTA DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Vocalis breuis ante aliam manet vſque Latinis.

Vocalis ante vocalem in Latinis corripitur, vt Marius Maria, Lucius Lucia, libraria, controuerſia,
vicaria, caduceus, abigeus,copia, Cornucopiæ,lectoria,& alia plurima, in quibus imperitum vulgus
turpiſſime peccat. Claudianus ad CHRISTVM ſaluatorem,
Quenque vtero incluſum Mariæ mox numine viſo
Virginei timuere ſinus. Prudentius in pſychomachia,Nec mea poſt Mariam potis es præſtringere iu-
ra.Sidonius in Euchariſtico, -veni nunc ſpiritus oro
Pontificem dicture tuum,qui pectora priſcæ
Intraſti Mariæ. Iuuencus,
Tunc maiora dehinc,idem mandata miniſter
Detulit ad Mariæ demiſſus virginis aures. Quòd ſiquis dicatur Maria debere produci,quia hebræum Maria.
eſt,ille nugas egerit:quia non omne hebræum penultimam producit.Sedulius,
Quis fuit ille nitor Mariæ,quum CHRISTVS ab aluo
Proceſſit ſplendore nouo? Alibi idem author Maria ſemper produxit, in quo eum non ſequimur, nec
alios quotquot produxerunt hoc nomen contra Græcos & Latinos.Sidonius lib.epiſtol.8,Priſco Lu-
cia quem dat è ſenatu.verſus eſt Phaleucius. Annuit corripitur. Virg.10, Annuit,& totũ nutu tre- Lucia.
mefecit olympum.Ennius tamen produxit teſte Nicolao Feretto,dicens in quinto annalium, Annuit
ſeſe mecũ decernere ferro. Tu caue Enniũ prim⁹ imiteris.¶Alij legũt Annuit & ſeſe,&c. Vtcũque lega
tur,nõ producã. Sunt qui(huic)diſſyllabũ priore lõga legãt apud Silliũ,ſed verius monoſyllabũ legi-
tur.Sic lib.10.inueni, -ne ſim tibi longior,huic eſt Et genus, & clara memorandũ à virgine nomẽ,

QVINQVE EXCEPTIONES.

Ni capit r fio,produc:& nomina quintæ
E ſeruent longum,ſi præſit i:ceu ſpeciei.
Anceps ius erit patrio.Dic ſemper alius:
Alterius breuio tantum.commune ſit ohe.
Caius & Cai produc:conformia iunge.

EXCEPTIONES SVNT QVINQVE.

PRIMA exceptio. Fio producitur vbicunque abeſt r:vt Fiebam, fiam. vbi vero adeſt r, corripitur:vt Fieri, fierem. Horat. 2. Carm. Ode 8, Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngue. Sapphicum cum Adonico. Mart. lib. 7, Quo poſſet fieri modo ſeuere. Phaleucium eſt.

Suffio, inſio corripiũtur. quia à Fio longe diſſident. Deſio autem & Confio producũtur vbi r abeſt. hinc Deſioculus, id eſt vnoculus, cui oculus deſit. Mart. lib. 12, Hinc deſioculus & inde lippus. Phaleucium eſt. vltima in (deſioculus) cæſuræ licentia producitur.

Rei. Ei.

SECVNDA exceptio. Nomina quintæ declinationis producunt E ante i in genitiuis, datiuiſque, ſi præcedat i, ſicut ſpeciei: ſecus corripiunt, vt fidei, rei: quæ tamen Lucretius produxit, niſi mendoſus ſit liber. Tu, quod nemo hactenus auſus eſt imitari, ne ſequaris. ait autẽ Lucretius lib. 1, Præterea rei quæ corpora mittere poſſet. Et lib. 2, Cuius vti memoror rei ſimulacrum & imago. Idem producit vocalem ante vocalẽ in datiuo ei ab is: fortè quia veteres (vt Cicero meminit) duplici ij ſcripſerunt Pompeij, eij, aiſt, quod exoleuit: quia Ait ſemper corripitur, & ſimiliter Ei. Iuuen. Iræ viam pergant, & eidem incumbere ſectæ. Ait autem Lucretius lib. 6, Scilicet & fluuius qui viſus maximus ei. Sulpitius legit ei monoſyllabum: ſic, Maxim⁹ ei eſt. Priſcianus quoque ait (ei) datiuũ natura eſſe monoſyllabum: ſed diæreſin pati, ne videatur eſſe interiectio. Id probari poteſt per Catullum ad Quintium,
Eripere ei noli, multò quod charius illi
Eſt oculis. Lucret. lib. 6, Et manibus nitidum teneris opus effluit ei. ¶ Lucret. lib. 5, Via qua munita fidei. Et hunc imitatus Paulinus, Galea ſcutóque fidei. Lucillius apud Lactantium (rei) monoſyllabum protulit, Virtus quærendæ rei finem ſcire modúmque.

Alterius.

TERTIA exceptio. Pronomina ſecundæ declinationis, & nomina habentia ſecundam declinationem pronominum, variant I ante us: vt Vnius, illius, quæ in proſa tantum producũtur. Alius in genitiuo tantũ producitur. Alterius ſolum corripitur. Maturãtius dicit (ſolius) etiã tantũ produci. Terentianus grãmaticus auſus eſt Alterius producere (vt Priſcianus notauit) in hoc trochaico, Seſcuplos vel vnã vincet alterius ſingulũ. ſeptẽ ſunt pedes & ſyllaba: ſextus pes ſpondæus eſt: quia iãbus eſſe nequit. ne imiteris. Maturãti⁹ dicit (ſoli⁹) ſẽper produci. Valla in lib. 7. Herodoti corripit, Nõ ſoli⁹ arces.

Ohe.

QVARTA exceptio. Ohe interiectio exclamãtis & ſatiati, variatur. Perſius, Auriculis quibus & dicas cute perditus, ohe. Mart. in fine quarti libri, Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle. Phaleucium eſt. Sunt qui idem poſſe fieri in vaha & aha autument. ¶ Sunt qui non ohe, ſed euœ ſcribant, vt Græce εὐοῖ, etiam apud Iuuenalem, Satur eſt cum dicit Horatius euœ.

Cai. Pompeius.

QVINTA exceptio. Põpei, Cai, Stai, Vultei, ſimiléſque vocatiui producũtur: & vbicunque i conſonans in vocalem vertitur: vt fit in Caius triſyllabo, &c. Mart. lib. 2, Quod peto, da Cai: non peto conſilium. Et alibi, Si donare vocas promittere, nec dare Cai. Ouid. 4. de Ponto,
Accipe Pompei deductum nomen ab illo: Debitor eſt vitæ qui tibi Sexte ſuæ. Mart. lib. 9. ad Condilum, Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Sæpe in vocatiuis i manet conſonans, aut per ſynæreſin profertur. Horatius, Durus ait Vultei, nimis attentúſque videris.

DE VOCALI ANTE VOCALEM IN GRAECIS.

Regula Græcorum multa eſt, quam proſa recludet.

Græcorum quædã producunt vocalem ante vocalem, vt Aer, Iatria: quædam corripiunt, vt ſophia. Non poſſunt facile vna aliqua regula doceri: ideo regulas pro viribus collegimus.

A ANTE VOCALEM IN GRAECIS ET BARBARIS QVIBVS LATINI VTVNTVR.

Nauſicaa. Baal. Abraham.

A ANTE a corripitur, vt Phraates, viri proprium. Nauſicaa, Alcinoi filia. ponit hoc exemplum Nebriſſenſis, Martialis, Si mihi Nauſicaæ patrios concederet hortos,
Alcinoo poſſem dicere malo meos. Baal variatur: quia primã producit Prudentius. At Sedul. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbã. Abraham inuenio variari. Sidon. lib. Epiſt. 7, Abraham ſanctis merito ſociande patronis, Arator libro ſecundo, Deus inquit Abraham. eſt finis verſus. Prudentius corripit aliquando.

A ante e corripitur,

Aello. Danae. Paſiphae. Aedon.

vt Phaeton: veluti in regula diphthongorũ probauimus. Aello, canis nomen deriuatum ab aella, id eſt impetus, turbo, procella. Ouid. 3. Metam. Et curſu fortis aello. Eſt etiam Harpyiæ nomen in eodem libro, Exterruit ales aello. Danae, Perſei mater. Horat. 3. Carm. Ode 16, Incluſam Danaen turris ahenea. Aſclepiadæũ eſt. Paſiphae, Minois vxor. Propert. lib. 2, Vobiſcum eſt Iope, vobiſcũ candida Tyro,
Vobiſcum Europe nec proba Paſiphae. Aedon, auis eſt luſcinia ſiue philomela, non (vt quidam ſopniant) muſici nomen apud Virgilium de cantu Sirenum, vbi de pluribus auibus fit mentio: licet fortè metaphoricõs muſicum aliquem intellexerit. ait autem Virgilius,
Quódque leues calami, quòd ſuauis cantat aedon,
Quòd lyra, quòd citharæ, quòd moribundus olor. Seneca in Aga. Ramo cãtat triſtis aedonis. verſus eſt anapæſticus dimeter. habet hic ſpondæos duos & dactylos duos: nam ſine anapæſto ſæpe ana-

pæſticus dicitur:vt in libro 5. docebo. Calphurnius ecloga 6, -ſi vincat acanthida cornix,
Vocalem ſuperet ſi turpis aedona bubo. Aliqui libri habēt turpior,& ita ſynæreſin pateretur. Vt apud
Senecā in Octauia, Redderet aedon cuius pennas. eſt anapæſticus dimeter ex dactylo & trib⁹ ſpōdæis.
EXCEPTIO. Aer. Lucan. lib. 1, Aer & longi voluent Titana labores. Lucretius lib. 4. per ſynæreſin Aer.
protulit, dicēs, Expirant aerem pantaces abſynthia tetra. Hōc imitatus eſt Sidonius in Epithal. Polemij,
dicens, Hunc aerem pariterque deos ſic autumat ortos. Idem fecit in deriuatiuo ſeu cōpoſito Virgili⁹,
dicens, Fixerit aeripedem ceruam. vbi multi male putarunt eſſe proceleuſmaticum. ſed hæc ſynæreſis
præſertim in primitiuo eſt, admodum dura, nec facile imitanda: vt neque illa in eodem epithalamio
Sidonij, Materiam cunctis creaturis aera credens. nec illa eiuſdem in euchariſtico ad Fauſtū epiſcopū,
Seu te conſpicuis gradibus venerabilis aræ,
Concionaturum plebs ſedula circunſiſtit. Secundus verſus eſt ſpondaicus. Aerope apud Ouidium,
teſte Calepino. Laertes Laertę, Vlyſſis pater. Ouid. 13. Metam. Nam mihi Laertes pater eſt, Arceſius Laertes.
illi. Sic Laerte Laertes, vrbs Ciliciæ. Horat. 2. Sermo. O Laertiade, &c. Michael, proprium angeli & ho- Michael.
minis. Valerius Flaccus in lib. 6. Argonauticorum, Hic & odoratus fragrāti crine Michael. vbi Micha-
el nomen eſt vnius Caſpiadarum, qui dicuntur eſſe Iudæi. Antonius Mancinellus, Augur Romuli-
das inter celebrande Michael. Idem docet Antonius Nebriſſenſis dicendum eſſe de cæteris in ael pro- In ael nomi-
pter authoritatem Flacci:vt Raphael, Iſrael, &c. Sedulius lib. 3, -quia non dormitat in æuum, na.
Qui regit Iſrael:neque prorſus dormiet vnquam. In eodem libro, Iſrael.
Sed domus Iſrael, quia necdum nomine gentes
Auxerat. Fortunatus, Iſraeliticos iuſſit adeſſe viros. Sed hīc errauit in ſyllaba li, quam male corripuit.
Idem, Iſraël reliquos floreat ante genus. Hunc poetam ne vt vilem aliquem contemnas. Fuit enim an-
te tempus beati Hieronymi, vt ex Petro Crinito diſces. Prudentius in Pſychomachia,
Non aliter cecinit reſpectans victor hiantem
Iſrael rabiem, &c. Arator ſemper ſynæreſi vſus eſt:vt Iſrael dicta tenet. imiteris rariſſime. Iuuencus ſic
etiam ponit:vt in hoc ſpondaico, Tum primum iuſto concurrit Nathanaeli. Idem, Iſraelitarum cu-
mulatæ gloria gentis. Sidonius quoque in euchariſtico, -rapiens quum tympana ſiccus
Iſrael appenſi per concaua gurgitis iret
Aggeribus vallatus aquę. In eodem,
Nec ſecus intremui, quàm ſi me fortè Rebeccæ
Iſrael aut Samuel crinitus duceret Annæ. Per hæc deceptus eſt Philelphus in nona ſeptimæ, dicens,
Petrutius Michael Romanæ gloria ſcenæ,
Et meus iſte Ginus. Et Deſiderius Eraſmus in his ſapphicis,
Porrò tu primas tibi vendicato
Carminis partes Michael beate,
Proxime primis Raphael canere. Sic plures doctiſſimi viri, qui minime reſpuiſſent authoritatem ele-
gantiſſimi Valerij Flacci ſi animaduertiſſent.

A ante i corripitur,

vt Naim, vrbs in Sedulio. Thebais, Phocais. Naidus, viri punici nomē in 1. lib. Sillij. Iudaic⁹ apud Iu-
uenalem & alios. Caiſter cum y Græco. nam in his libris vbicunque dico i corripi vel produci, intellige
tam de i Latino quàm de y Græco. I Latinum dicimus:quia in Latino y non vtimur. Sais, proprium Sais.
nomen Mineruæ, & cuiuſdam vrbis cuius incolæ Saitæ dicuntur. Propertius libro ſecundo,
Mercurióque Sais fertur Bœbeidos vndis,
Virgineū primo cōpoſuiſſe latus. ¶ Productis iungitur Mnais, nymphæ nomen, teſte Egnatio qui
ſic legit in epiſtola Sapphus, Nec mihi Pyrino ſubeunt Mnaiſve puellæ. Cain variatur à Chriſtia-
nis. Prudentius, Quo te præcipitat rapies tua perfide Cain, &c.
EXCEPTIO. Achaia, regio Græciæ. Vnde Achaic⁹ & Achais Achaidis, & Achæus & Achiuus. Pa- Achaia.
ris ad Helenā, Ah quoties dices quā pauper Achaia noſtra eſt. Ouid. 5. Metam. Pars ego nympharum
quæ ſunt in Achaide dixit. Producuntur quoque veteres genitiui & datiui in ai ſiue Latini ſiue Græci:
vt Animai, aulai, terrai, frugiferai, &c. Homolaides, vide Menoeceus, E ante n. Cain à Chriſtianis variat.
Lais Laidis, mulieris proprium. Propertius, Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes. Laicus ſi- Lais.
militer producitur:quia à Laos, id eſt populus. Et Laius, viri proprium: quod aliquando diſſyllabum
inuenitur. Mnais, teſte Egnatio. Nais Naidis, fluminis nympha, quæ etiā Naias dicitur. Virg. Candida Nais.
Nais. hexametri finis. Eſt quoque fluuij nomē, qui è Tauro naſcens in pontū mergitur. Panchaia, re- Panchaia.
gio Arabiæ. Virgilius lib. 2. Georgicorum, Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis. Taygetus Taygetus.
cum y Græco, montis nomen. Lucanus libro 4, -gelidíque inculta iuuentus, Taygeti. Taygete Taygete.
Taygetes, vel Taygeta Taygete, cum y, Agenoris filia, & vna Pleiadum. Ouidius lib. 4. Faſt. Maian
& Electran Taygetenque Ioui. Thais, mulieris proprium. Martialis lib. 3, Thaida Quintus amat, &c. Thais.
Thraicius à Thracia. Boet. lib. 3. Ode 12, Vates Traicius gemens. verſus eſt gliconicus trimeter. Thraicius.

A ante o producitur,

vt Aon,Laocoon,Amithaon,Machaon,Chaon,Didymaon,Imaon,Parthaon,Lycaon, Laomedõ,&c.
Ouid.1.Metam.Notus feritate Lycaon. Teſtimonia facile occurrent. Quòd ſi ea multum deſyderes,
ex Neſtore petito:is abunde ſatiſfaciet.
Aglaodos. EXCEPTIO. Aglaodos,canis nomen:dictus quòd ſplendidos dentes haberet:nam aglaos,ſplendidus eſt:& odus,dens.Ouid.3.Metam.Labros & aglaodos & acutæ vocis hylactor.Hîc fortè nõ inepte legeretur agriodos,teſte Regio,qui agreſti & feroci dente interpretari poteſt:agrios nanque agreſtis feróxque dicitur. Aglaophon, pictoris nomen.
Chaos. Chaos, omnium rerum confuſio. Ouid.1. Metam. Quẽ dixere chaos.
Gabaon. Gabaon. Sedul. lib.1,Sol ſtetit ad Gabaon. Eſt vrbs Iudææ. Guaguinus produxit.
Laodocus. Laodocus,viri proprium. Val.Flaccus lib.1,Nititur hinc Talaus,fratríſque Laodocus vrget
Remo terga ſui. Laodoce tamen mulieris nomen producitur correpta ſecunda in epiſtola Erus ad Leandrum.
Pharaon. Pharaon, rex AEgypti, variatur: ſed doctior eſt à quo corripitur,quàm à quo producitur: quod alios non animaduertiſſe vehementer miror. Arator lib.2, -nec iam ſua iura Pharaon
AEgyptúſque tenet. In eodem, Quem vinxerat antè Pharaon. Claudianus ad Iacobum magiſtrum equitum, Sic quicunque ferox gelidum tranauerit Iſtrum Mergatur,volucres ſeu Pharaonis equi.
Phaon. Phaon,iuuenis à Sappho poetide impatienter amatus. Mart. lib. 10, Durus Sulpitiam Phaon amaret. Phaleucium eſt. Ouid.in epiſtola Sapphus, Arua Phaon celebrat diuerſa typhoidos AEtnæ. Ideo non imitabor Eraſmum dicentem, Phaon æquoreas Venerem tranſuexeris vndas.
Aonia. Aonia pro Hannonia, Galliæ regione,corripitur à Petrarcha in epiſtola libri 1. dicente, Proxima puluereo ſtrepit omnis Aonia cãpo.at Aonia ab Aon aonis,vnde aonides muſæ,producitur.Ouidius,Separat Aonios actæis Phocis ab aruis.

A ante u producitur,

Archelaus. Nicolaus. vt Amphiaraus, Archelaus,quanuis Guaguinus corripuit. Nicolaus contra ineptulos quoſdam. Nam eiuſdem originis ſunt cum Menelaus, Proteſilaus. dicuntur nanque à Laos,id eſt populus.
Proteſilaus. Ouidius in epiſt.Laodamiæ,Bella gerant alij,Proteſilaus amet. Idem alibi,Redde Parin nobis,Helenam Menelaus habebit.
Eſau. Guaguinus, Hic patrem illudit dextram mentitus Eſau.
Capharnaũ. Iuuencus, Inde Capharnaum gradiens peruenit ad oras. Sedulius lib. 4, Ianque Capharnaæ ſynagogam intrauerat vrbis. nomen eſt vrbis Iudææ.
Cranaus. EXCEPTIO. Cranaus, viri & populi nomen apud Strabonem, libro 9.
Danaus. Danaus, proprium viri, vnde Græci dicuntur Danai. Virg.lib.AEneid.2,Quicquid id eſt,timeo Danaos,& dona ferentes.
OEnomaus. OEnomaus, Hippodamiæ pater. Papinius lib. 1. Thebaid. -illic Mauortius axis OEnomai.
Talaus,proprium viri. vide A ante o,Laodocus.

E AE ATQVE OE ANTE VOCALEM.

E ANTE a producitur, vt Calliopea, Deiopea, Penelopea, Cytherea, & multa alia, quæ Græce per ει diphthongon ſcribuntur,aut per η,quã in e longam plerunque vertimus. Virgilius,Orphei Calliopea,Lino formoſus Apollo. Dicimus etiam Calliope,Penelope,&c.
Agea. Agea,via in naui,teſte Pompeio,ſic dicta,quòd in ea maximæ quæquæ res agi ſoleant. Lucillius,Multa foro ponens,Ageáque longa repletur. Contra primitiui naturam producit primã,ſiue ſit ab(ago) Latino,ſiue ab (ago) Græco,id eſt duco:vnde eſt agoge,quod primam corripere in medijs A ante g probabo cõtra plures.
Pareas. Pareas ſine aſpiratione, teſte Omnibono in illud Lucani lib.9, Et contentus iter cauda ſulcare pareas. Serpentis nomen eſt.
Oreas. Oreas Oreadis,montis nympha.ab oros,id eſt mons. Virg. AEneid. 1,
Hinc atque hinc glomerantur Oreades,illa pharetram
Fert humero. Errauit in hoc Petrarcha in 3. Aphricæ,
Oreades Fauníque leues,Satyríque frequentes
Plaudebant. Produc item centaurea,panacrea,althea,galathea,&c.
Ardea. Trabea. Ardea corripitur,vt trabea contra indoctiſſimos quoſdam aliter præcipientes: ſunt enim Latina. Virg.Georg.1, Altam ſupra volat ardea nubem. Nomen auis dicta,quòd ardua petat. Eſt etiam Italiæ oppidum. Ouid.2.Faſto. Cingitur interea Romanis Ardea ſignis. Iuuenalis ſatyr.8,Ancilla natus trabeam & diadema Quirini
Et faſces meruit regum.

EXCEPTIONES TRES.

Obliqui ab eus. PRIMA. Accuſatiui in ea ab eus fere e corripiunt. Ouid.6.Metam. Artificẽ medijs immittam terea flammis. Nonnunquam tamen producitur:quod tamen in ſolis inuentis faciendum eſt.
Idomena. Virg.3. AEneid. Idomenea ducem deſertáque littora Cretæ. Idem AEneid.1,Ilionea petit dextra,læuáque Sereſtũ. Hæc variatio accidit,teſte Seruio,quòd Græca lingua quintuplex eſt: vtpote AEolica, ionica, dorica, attica, cõmunis. Nec corripitur ſolum E ante a in accuſatiuo nominis in eus,ſed etiam ante i & o & u in cæteris obliquis,quantum ego notare potui: vt Tydei,tydeo, tydeum. Horatius 1.Carm. Ode 6, Nec curſus duplices per mare Vlyſſei. Et Ode 24, Quòd ſi Thraicio blandius Orpheo, verſus ſunt aſ-

clepiadæi.ergo in nominatiuo etiam dicimus Vlyſſeus, Achilleus. Sidon. in propentico, Calcat Piritho-
úmque Theſeúmque. Phaleucium eſt. Mart. Flet philomela nefas inceſti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis. Ouid. in Ibin, Strimoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.

SECVNDA. Thea, id eſt dea corripitur, vt Dorothea, Leucothea. declarabuntur in E ante us.

TERTIA. AEneas, viri propriũ, in Actis apoſtolicis corripitur teſte Valla in Matthæũ. AEneas ve- AEneas.
ro, viri Troiani proprium producitur. Virgilius, AEneas aſſum. hinc tamen AEneades patronymicum AEneadæ.
maſculini generis inuenio ſemper corripi. Sunt autem AEneadæ Romani. Lucret. lib. 1,
AEneadum genitrix hominum diuúmque voluptas,
Alma Venus. Virg. Quos contra AEneadæ bello fecere prophanos. Sic alij omnes: nec inficior ta-
men poſſe produci. Arator AEneas, viri apoſtolici nomen produxit: ſed in pluribus præcipue proprijs
hallucinari videtur: ideo amplector Vallę ſententiam. Albunea, montis & fontis proprium. hîc ab a- Albunea.
liquibus excipitur non ſatis apte, ſi Seruio credimus, qui vult Latinum eſſe, & nomen ab albo recepiſ-
ſe. Virgilius AEneid. 7, -lucóſque ſubacta
Conſulit albunea, nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonat. Andreas, licet Iuuencus & alij multi produxerint, vult Valla corripi in Matthæum. Andreas.

Artocrea & ſiquid ſimile ſit. Perſius ſatyr. 6, -oleum artocreáſque popello Artocrea.
Largior. an prohibes? Antheas. Reate reatis, oppidi nomẽ. Arteate, teſte Bebelio. Baleares, populi Reate.
Hiſpaniæ, fundæ iaciendæ peritiſſimi. A ballin, id eſt iacio, correptionis gratia, vno l extrito. vel à Baleo, Baleares.
Herculis comite ibi relicto. Sillius lib. 3, Feruida bella ferens balearis & alite plumbo. Bareas, viri pro- Bareas.
priũ in 3. ſatyra Iuuenalis. Boreas, ventus. Virg. Hic tantum Boreæ. Bractea. Virg. lib. 6. AEneid. Ili- Boreas.
ce ſic leni crepitabat bractea vento. Broteas, proprium viri. Ouidius 5. Metam. Hinc gemini fratres Bractea.
Broteáſque & cæſtibus Hammon. Carneades, viri proprium. videbis in A ante d. Cleãthes. Per- Broteas.
ſius, Fruge Cleanthea, &c. Cleadas, viri proprium. Sil. lib. 7, Gens Cadmi Cleadas. de vnico hîc (gens) Carneades.
dicitur. Clearchus vt Cleanthes, & quicquid à cleos, id eſt gloria deriuatur. vtrunque eſt philoſophi Cleanthes.
proprium. Chorea variatur, licet Græce per ει diphthongon ſcribatur. Propertius lib 2, Protinus & Cleadas.
nuda choreas imitabere ſura. Virg. 6. AEneid. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Oui- Clearchus.
dius 8. Metam. Immemores noſtri feſtas duxere choreas. Cyaneæ videbis in I ante a. Cochlea. Cy- Chorea.
neas, viri nomen. Colutes, herba. Crocea, oppidum: quia per υ pſylon ſcribuntur, vt Cyneas, viri no-
men. Idea, teſte Valla, in acta apoſtolica corripitur: licet neotericorum plerique produxerint, quibus Idea.
nimiſquam libenter aſſentitur contra Vallam Calepinus. Scribitur Græce ἰδέα e tenui, ſiue breui
in ſecunda ſyllaba. Leander ſiue Leandrus, viri proprium. ſunt qui dicant variari propter authori- Leander.
tatem Philelphi, dicentis in ſexta hecatoſticha decadis nonæ,
Mox appulſa fores, nec enim ceſſiſſe Leandro Gaudeat, &c. Verum quia Philelphus in pluribus à ve-
terum inſtitutis defecit, putamus hoc nomen tantum produci. Ouid. 2. de Arte,
Sæpe tua poteras Leandre carere puella,

Tranabas, animum noſſet vt illa tuõ. Mart. Quum peteret dulces audax Leandrus amores. Lear- Learchus.
chus, Inus filius. Stat. 3. Theb. Semianimem heu læto referens clamore Learchum. Lea ſiue Leæna. Lea.
Ouid. 4. Metam. Vt Lea ſæua ſitim multa compeſcuit vnda. Virg. Torua Leæna lupum ſequitur. Leæna.

Malea, Laconiæ promontorium variatur, licet Græce per ει diphthongon ſcribatur. Lucan. lib. 6, Malea.
Et ratibus longæ flexum donare Maleæ. Idem lib. 9, Dorida tunc Maleámque & apertã tænaron vm-
bris. Papin. Theb. 2, Arripit extemplo Maleæ de valle reſurgens
Notũ iter ad Thebas. Meleager vel Meleagrus, viri nomen. Ouid. 8. Metam. Quãuis Meleagrõ habe- Meleager.
ret. Meleagra, oppidi nomẽ addunt nonnulli. Midea, vrbs & mulier variatur: ſed productũ æ diph-
thongon capit, teſte Volaterrano lib. 9. Nealces, viri proprium. Virg. 10. AEneid. Dejicit Atronium Nealces.
ſalius, ſaliúmque Nealces, Siquid fiat à neos, id eſt nouus, corripiatur: vt Neapolis nearchus. Neæra, Neæra.
mulieris propriõ. Virg. -ipſe Neæram Dũ fouet. Nemea vel Nemee nemees, vrbs & ſylua, varia- Nemea.
tur. Virgilius, Et vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem. Mart. Non marathon taurum, Nemee frondoſa
leonem. Seneca in Hercule OEtæo, Iuga ſpartes Nemeǽque ſonent. Anapæſticũ dimetrum, vbi pro-
ducitur. Bebelius etiam poſſe produci oſtendit, quia Græce ει diphthongon habet. Oceanus, maris Oceanus.
deus, & ipſum mare. Lectum in neutro Oceanum. Eſt etiam viri proprium. Mart. Et quereris ſi te ſuſ-
citat Oceanus. Platea variatur, licet Græce ſcribatur per ει diphthongon. Horat. lib. 2. epiſt. Plures Platea.
ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſtet. Catul. ad Aurelium, Non dico à populo, nihil veremur
Iſtos qui in platea modo huc modo illuc
In re prætereunt ſua occupati. Phaleucia ſunt. Significat autem viam latiorem, &c. At Platææ, oppi- Platææ.
di Bœotiæ propriũ cum æ diphthongo ſcribitur, teſtibus Tortellio & Guarino, & dicitur ſine ſingu-
lari numero Platææ platæarũ. Vnde Platæẽſes, populi. Papin. 3. Thebaid. Vigiles arſiſſe Platæas. Mart.
lib. 4, Et ferro Plateam ſuo ſonantem. Phaleucium eſt. Non de oppido Bœotiæ, ſed Celtiberiæ loqui-
tur: ideo ſine diphthongo ſcribatur. Volaterranus pro oppido Bœotiæ etiam Platea ſingulariter dicit.
Phea, fluuius. Phagalea. Rhomphea licet Græce per ει diphthongon ſcribatur, inuenitur corripi. Rhomphea.

Valerius Flaccus libro ſexto, AEquâque nec ferro breuior nec thomphea ligno. Baptiſta Mantuanus,
Rhea. Quam geris aduerſas feriat rhõphea cohortes. Eſt gladij ſpecies. Rhea, Saturni vxor. Papinius Achil.
primo, Sic ſub matre Rhea. Pro matre Auentini producitur. Virgilius ſeptimo AEneidos,
Collis Auentini ſylua quem Rhea ſacerdos
Tegea. Furtiuum partu ſub luminis edidit auras. Smerea, ſuffrutex: quia per e pſylon. Tegea vnde Tegeus
& tegeaticus. Papinius, Non tegea, non ipſa deo vocat alite fœlix
Theano. Cyllene, &c. oppidi nomen eſt. Theano Theanus, vt Clio Clius, mulieris proprium. Virgilius 10.
AEneidos, -quem nocte Theano
Theanum. In lucem genitori Amyco dedit. Theanũ, oppidi nomẽ in prima epiſtola Horatij, -cras ferramen
ta Theanum Tolletis fabri. Theatrum, Amphitheatrum. Virgil. Alta theatri, &c. Thearus, te-
ſte Bebelio: Tyrea, vrbs.

AE ante a.
AE ante a.

AEacus. AEas. AEa. AEacus, Pelei pater, Achillis auus. vnde AEacides, eſt Peleus vel Achilles vel Pyrrhus, &c. AEas
æantis, Epiri fluuius. ponitur in I ante u, Sperchius. AEa, inſula iuxta Phaſin fluuium, nomen eſt diſ
ſyllabum. ideo male dixit Georgius Valla Placentinus AEæa pro inſula habere æ ante æ. quod verum
non eſt de primitiuo, ſed bene de deriuatiuo AEæus: vnde Circe dicitur AEæa. Valerius Flaccus lib. 6,
Illinc iuratos in ſe trahit AEa Batarnas. Idem lib. 5, Debitus AEæis dux Theſſalus appulit oris. Ana
Anapæa. Aſtræa. pæa, auis quædam. Aſtræa, iuſtitia Aſtræi filia. Aſtypalæa, vna cycladum. Aſtypale aſtypales, eſt in
Aſtypalæa. ea inſula vrbs. Aulæa aulæorum, velamina picturis intexta. Horatius,
Aulæa. Si plauſotis eges aulæa manentis & vſque
Artachæas. Seſſuri, &c. Alio nomine dicuntur peripetaſmata & periſtromata. Artachæas, proprium viri cum ch
Cæa. aſpirato in tertia, teſte Tortellio. AEane, vrbs: AEanus, cõditor eius. Cæa, inſula in mari AEgæo, à
Camelæa. Cæo gigante dicta. teſtis eſt Tortellius. vide OE ante u, Cœus. Camelæa, herba, teſte Guarino. Car
Carthæa. thæa, vrbis proprium. Creſſæa, regio Macedoniæ. Cytæa, vrbis nomẽ. Dicæa, vrbis nomen. Di-
Creſſæa. Cytæa. cæarchus, iuſtus princeps. Dicæos, id eſt iuſtus: archos, id eſt princeps: eſt philoſophi nomen. Di-
Dicæarchus. cæarchia, vrbis nomen. Quidam tamen ſcripſerunt cum æ diphthongo in pœnultima Dicarchæa. Si-
Dicæarchia. don. Nanque Dicarchææ tranſlatus puluis arenæ. Elæa, vrbs Lucaniæ, quæ etiam Hela dicebatur.
Elæa. Zeno & Parmenides Elæates fuerũt. Erithræa, inſula. Galilæa, Iudææ regio. hinc Galilæus galilæa
Galilæa. Gæa. galilæũ. Gæa, id eſt terra, quæ etiam ge dicitur: vnde ſine diphthõgo georgica & geometra, teſte Gua-
Hylæa. rino & Tortellio. Hylæa, cum y Græco, Scythiæ vrbs, teſte Tortellio. Hiſtiæa, vrbs. Iudæa. Luca
Iudæa. nus libro ſecundo, Cappadoces mea ſigna timent, & dedita ſacris
Lethæa. Incerti Iudæa dei. Lethæa, mulieris proprium. Lilæa, duarum vrbium nomen. Papin. Thebaid. 7,
Lilæa. Coriciũmque nemus propellentẽmque Lilæam. Mæander vel Mæandrus, Mæoniæ fluuius. Ouid.
Mæander. 9. Metamor. Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis. Eſt ita ſinuoſus flexibus, vt ſæpe cre-
datur ad fontem reuerti. Hinc obliquitates omnes Mæandros veteres appellarunt. Cicero in Piſonem,
Mæandrum. Scio quos tu Mæandros quæſiuiſti. Eſt etiam picturæ genus, quod Feſtus neutro genere Mæandrum
declinat, à ſimilitudine Mæandri. Virgilius, -quam plurima circum
Margæa. Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Mæãder etiam eſt Iudææ mons. Margæa, fons. Ma
Maræa. ræa & Melitæa vrbes, Midæa vide E ante a. Nææ, id eſt fullones, quia olim à veteribus Græcis o-
Melitæa. Nææ. mnia fere opera è lana nææ dicebãtur. hoc dicit Neſtor. Nyſæa, vrbis nomen. Piræa, frutex. Pæan,
Nyſæa. Apollo, & illius ac cuiuſque dei laus. Iuuenalis, Parce precor Pæan, & tu depone ſagittas. Virgil. ſexto
Pæan. AEneid. Veſcentes, lætũmque choro Pæana canentes. Nec habet, vt inepti docuerunt, in genitiuo Pæ-
Phæax. antis. Phæax, Corcyræ populus. Regio ipſa, Phæacia eſt. Hinc phæacus phæaca phæacum, & phæa-
cius phæacia phæacium. Iuuenal. Sat. 15, Tam vacui capitis populum Phæaca putauit. Propert. lib. 3,
Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas. Petrarcha primam ſyllabam indoctè corripuit ecloga de-
Phyax. cima. Phyax cum y Græco corripitur. Ouid. 4. de Ponto, Nec vincet Cyclops ſæuum feritate phya-
Petræa. cen. Petræa, nymphæ nomẽ. Pergæa, Diana à Perga oppido. Propylæa, id eſt veſtibulum. Pla-
Pergæa. tææ: vide E ante a, Platea. Scææ, Ilij quædam portæ fuerunt. Parotræa, vrbs. Volaterranus 9.
Platææ. Scææ.

OE ante a.
OE ante a.

Alpheſibœa. Alpheſibœa, propriũ mulieris: ab Alpho, id eſt inuenio, quaſi bouẽ inueniens. Eiuſdẽ originis ex ſecũda
Melibœa. parte bus, id eſt bos. Alpheſibœus, Melibœus. Melibœa etiã vrbis nomen. Eribœa, propriũ mulieris,
Eribœa. vt Sthenobœa, Eubœa: vnde Euboicus euboica euboicum. Dianœa, figura quædam & mens ſiue in-
Eubœa. Schenobœa. tellectus. Hyrœades cum y Græco, proprium viri. Homonœa, proprium mulieris, interpretatur
Dianœa. cõcordia. hoc videbis in O ante m. Addit Neſtor quod præpoſitum oportuit, Gonorrhœa cum vni-
Hyrœades. co r, & duplicato rr, interpretatur ſemen fluens. nam gonos, ſemen eſt: rhoe, fluxus. Gonos etiã filius,
Homonœa. Metanœa. vnde antigonus, chryſogonus. Metanœa, id eſt pœnitentia, inconſtantia. OEagrus, pater Orphei,
OEagrus. vnde œagrius œagria œagrium: vt OEagrius Hemus. Pœas pœantis, pater Philoctetæ. nec deſinit in
Pœas. an, vt quidam falſò docuerunt. Hinc Pœantius dicitur ipſe Philoctetes. Ouidius, Pœne decem totis
Phronœa. aluit Pœantius annis. Phronœa, id eſt ſapientia aut prudentia. Phlœas, proprium viri. vide O ante

c,Ochus. ¶ Addatur Addicranœas,viri nomen. Berœa,vrbs Syriæ,cuius incolæ Berœenſes. Cādebœa, palus Syriæ. Bœa vel bœæ bœarū,vrbis nomen. Bœus,eius conditor. Carœa,vrbs & mæondus lacus, ora. Carœtus,eius ſinus. Cœa,Amazonum vna. Metanœa,id eſt pœnitentia & inconſtantia. Nœas,fluuius Thraciæ. OEanthe & œanthea,loci nomen. Opœa,mulier. OEa,vrbs Aphricæ. Vnde œenſes. Pherebœa,mulier à Theſeo amata. Penbœa,mater Penelopes. Perhibœa,mater Aiacis. Rhœa & Rhœas rhœadis,herba.

E ANTE VOCALES.

E ANTE e corripitur,vt Nemee nemees: niſi ſemel apud Senecam. Non eſt autem bonum exemplum leæna,quod dat Nebriſſenſis,quia habet E ante æ diphthongon,nec bonum exemplum eſt Eetion,in quo peccauit alius:quia producit E ante e,vt iamiam videbis. E ante e.

EXCEPTIO.

Eetion, Andromaches pater, qui apud Ciliciæ Thebas imperauit. Ouidius quarto Faſtorum, Aetion.

Rhœtæúmque capax Sigæáque littora tranſit,

Et Tenedon veteres Eetionis opes. Idem duodecimo Metamorph. Eetionæas impleui ſanguine Thebas. Male quidam excipiunt ææa & niſææ: quia primùm habet diphthongon ante diphthongon, ſi ſit deriuatiuum,vt diximus:ſecundùm habet æ diphthōgon ante e. Vidi æetion impreſſum cum æ diphthongo: ſed vitioſe(vt opinor):quia nec Tortellius, nec Neſtor,nec Guarinus,nec Placētinus præcepit:& Calepinus in litera E ponit Eetion.

AE ante e.

AE ante e.

AEeta,Colchorum rex.dicitur quoque AEetes æetæ,pater fuit Medeæ. vnde ipſa AEetias appellatur. Dictio eſt(æeta)triſyllaba,vt docet Georgius Valla. Medea Iaſoni,Accipit hoſpitio iuuenes æeta pelaſgos. Sed quia Græci interdum diphthongon ante vocalem corripiunt:ideo(vt notauit diligentiſſimus grammaticus Nicolaus Ferettus) prima in æeta nonnunquam corripitur: quod rariſſime imitabimur. Hyſiphile Iaſoni,Non hæc æſonides,ſed filia phaſis æetæ AEeta.

Aurea phryxææ terga reuulſit ouis. Multi(inter quos eſt Volſcus epiſtolarum Ouidianarum enarrator)legunt per o Oetæ,ſed male,vt ait Ferettus. Ego autem longe aliter ſentio:legēdum ſcilicet eſſe phaſias patronymicum à phaſis,pro Medea:& æetæ diſſyllabum,non per ſuam naturam,ſed per ſynæreſin:ſic,Filia Phaſias æetę. nam hanc ſynæreſin idem nomen alibi patitur. vt apud eundem ſeptimo Metamor. Diſſimilémque animum ſubijt pater æeta relictus. Virgilius aut alius in obitu Mecœnatis, Viſcera diſiecti mutauit arietis hagni

AEetias, & ſuccis omne perita ſuis. Aliter Ouidius 7. Metamor. Concipit interea validos æetias ignes. Sic in Valerio Flacco æeta, æetis ætidis, & æetius æetia æetium. Vbi ſynæreſis eſt, dictiones integrè ſcribentur. Niſææ cum i in prima,vel Neſææ cum e in prima ſyllaba,teſte Neſtore,genitiuo Niſææs,nymphæ nomen. Virgilius,Niſæe Spióque Thaliáque Cymodocéque. Niſææ.

E ante i producitur,

E ante i.

vt Deiopeia,Deiphobe,Deiphobus,Deidamia,Deianira,Theia,Cybeleius,Phœbeius,Priameius, Perſeius,& ſimilia poſſeſſiua,vbi diphthongus ſoluitur:vt in elegeia,Calliopeia. Teſtimonia plurima citat Neſtor, quæ vt inuētu facillima omitto,paucis contentus,ad alia quæ ille non dixit properans. Auſon. in epigrammatis, Vincas Cumanam tu quoque Deiphoben. Propertius libro 4,Territa vicinas Theia clamat aquas. Lucanus,In medijs echineis aquis. Virgilius libro 2.Georgic. Quid memorandum æquè baccheia dona tulerunt. Et tertio AEneid. O fœlix vna ante alias Priameia virgo. Ouidius lib.decimo, Hanc ſimul & legem Rhodopeius accipit Orpheus. Ibidem,Cybeleius atys. Poſſeſſiua in eius.

EXCEPTIO.

AEneis variatur. Papinius in fine 12. Thebaidos,Viue precor:nec tu diuinam AEneida tenta. Ouidius in ſecundo Triſt. Et tamen ille tuæ fœlix AEneidos author AEneis.

Contulit in Tyrios arma virúmque thoros. Idem in tertio de Ponto, AEneidos vati grande tuliſſet opus. Et in 2. Triſtium,Sumpſerit AEneidem genitrix,vbi prima requiret

AEneadum genitrix,vnde ſit alma Venus. Nereis variatur. Ouidius 11. Metamor. Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam. Et libro 13, Diſcedunt,placidíſque natant Nereides vndis. Virgilius 5. AEnead. Nereidum Phorcíque chorus. Papinius nono Thebaid. Nereidum miſerata choros. Sidonius in Burgo. Nereidum chorus alme doce. Vocatiuus eſt chorus. Claudianus in præfatione ſecunda libri contra Eutropium,Sed vereor teneant ne te tritones in alto Nereis.

Laſciuas doctum fallere Nereidas. Ouid 13. Metamorph. Nerei te vereor: tua fulmine ſæuior ira eſt. Martialis in epigrammate 27,Luſit Nereidum docilis chorus æquore toto. Male putauit quidam inuſitate corripi. Neipe neipes,mulieris nomen. Valerius Flaccus lib.6,In labentis equi tendentem fræna Neipen. Pyreicus,pictoris nomen,vide I ante r. Neipes.

AE ante i. Barcæi,populi nomen,vt Sabæi, Iderſæi,Deruſæi,Chariandæi,Chidnæi,Nipſæi,Thamanæi,quæ ſingulariter in æus deſinunt:licet quædam ſingulariter rarò inueniantur. ſic Rhipæi. videbis hæc in Tortellio. Ceyx cum y Græco,Halcyones maritus. AE ante i. Ceix.

OE ante i.

OE ante i,

Onomato- poria. Onomatopoeia,id eſt nominis fictio:vt Balo,mugio,hinnio.ab onoma onomatos, id eſt nomen: & poeio,id eſt fingo:poeia,fictio. Proſopopoeia,id eſt perſonæ fictio. Proſopon,perſonam dicimus.

E ante o.

E ante o corripitur,

vt Chameleon,Cleopatra.Iuuenalis Sat.ſecunda,Mæſta nec Actiaca fecit Cleopatra carina. Male itaque dicit in libro Machabæorum Petrus Riga,Quem iam Cleopatræ læſerat intus amor.

EXCEPTIO.

Deois. Deois deoidis,id eſt Proſerpina. Auſonius ad Theonem,

Virgineas inter choreas Deoida raptam
Suſtulit emerſus ſtygijs fornacibus horcus. Ouidius ſexto Metamorph.
Aureus vt Danaen aſopida luſerit imber:
Mnemoſynem paſtor,varius Deoida ſerpens.

Eos, eous. Heos,heous. Eos,id eſt aurora: vnde Eous, productis prima & ſecunda,id eſt oriens ſiue orientalis. Græce ſcribitur per η,quam literam in e longam vertimus,dicimúſque adiectiue eous eoa eoum. At heos cum aſpiratione eſt lux & oriens.hinc Heſperus & heous,id eſt orientalis. Vtrunque eſt apud Propertium lib.2,Siue illam heſperijs ſiue illam oſtendet heois,
Vret & eoos,vret & heſperios. Hinc liquet hæc nō ſignificatione differre,ſed quātitate.

Ethneon. Gedeon. Ethneon, oppidi nomen,vidi hîc à quibuſdam exceptum. Gedeon,vnus iudicum Iſrael variatur. Sidonius in euchariſtico,Inficiénſque dehinc non tacto vellere,terram
Firmaſti Gedeona tubis inſertæ canoris. Baptiſta Mantuanus in ſecundo Marianæ, Velleráque & ſiccos magni Gedeonis imbres. Nequirent hi duo magis aduerſari. verum quum videam vtrunque ſæpicule in proprijs,præſertim à veteribus deficere,& inter Chriſtianos vterque magnus eſt,neutrum retellendum putaui.

Lageos. Lageos, vitis genus & herba quædam leporaria: à lagos,id eſt lepus. Virgilius in ſecundo Georg. Et paſſo pſythia vtilior,tenuíſque lageos.

AE ante o.

AE ante o.

Actæon. AEgæon. Actæon,viri proprium. Ouidius libro tertio Metamorph. Ac velut abſentem certatim Actæona clamant. Petrarcha vti in plurimis,& hic errauit, dicens in libro tertio epiſt. Aut indignantem Actæoni ſpectare Dianam. AEgæon, gigas qui etiam Briareus triſyllabum dicitur. Stathius, Audierat duros laxantem AEgæona nexus. Ouidius ſecundo Metamorph. AEgæona ſuis immania terga lacertis.

Alcmæon. AEolus. AEon. Aræus. Gæon. Gæorgius. Gæorgi. Gæorgica. Gæorgia. Gæomantia. Gęometria. Gęometra. Gęographa. Alcmęon,philoſophi nomē. AEolus, vētorum rex. AEola,illius filia. AEolia,regio. AEoliæ, inſulæ. Virgilius, AEoliam venit,&c. AEole nanque tibi, &c. AEon,Græcum,nos æuum dicimus. Aræos vel aræus, centauri nomen in 12. Metamorph. Gæon, id eſt nilus. Gæorgius,nomen viri proprium,interpretatur colonus, à gæa vel ge, id eſt terra: & ergon, id eſt opus. Eandem habent deriuationem Gæorgi,populi quidam. Gæorgica, quæ ad agri cultum pertinent. Gæorgia, terræ opus ſeu cultus. Gæomantia, ex terra diuinatio. Gæometria, ſcientia de terræ menſuris. Gæometra vel gæometres, terræ menſor. Gæographus, qui de terræ ambitu ſcribit: vt Dionyſius & Strabo. Tortellius & Guarinus volunt omnia hæc diphthongari, præter gæorgica & gæometres: quia id ſecundum nomen videtur corripi in tertio ſaty. Iuuenalis, Grammaticus rhetor gæometres pictor aliptes. Horum opinionem refellit Neſtor, quia hæc apud Græcos ſine dubio per æ diphthongon ſcribuntur:ergo etiam apud nos. Quocirca in Iuuenale non debet legi geometres: ſed Gæometra productis prima & ſecunda, correptis verò tertia & quarta. Georgius Valla Placentinus libro 38. cap. vndecimo,dicit apud Iuuenalem gæometres legi per ſynæreſin,id quod apud Ouidium fieri in (æeta) docuimus. itaque cum æ diphthongo ſcribit gæometres contra Tortellium: nec tamen ſecundam dicit produci contra Neſtorem. Sic defendo Auſonium ad Vrſulum grammaticum, Vel quot iuncturas gæometrica forma fauorum. Hæc ſynæreſis parciſſime admittenda eſt. Sidonius in libro 4. epiſt. Tractator gæometra muſicúſque. Phaleucium eſt. vt in laudibus Narbonis, Non huic cum gæometricas ad artes. excuſant quidam:nam Gæa vel gea cum diphthongo aut ſine ea Græce ſcribitur. ideo dicunt Mantuanum recte variaſſe Gæorgius.

Mæotis. Mæotis mæotidis, palus ſcythica, cuius piſces mæotides vel mæotici dicuntur. Iuuenalis ſatyra 15, Tale quid excuſat mæotide ſæuior ira
AEgyptus. Sic alij omnes præter Ouidium ſemel tantum in tertio libro Triſt. Tardior antiquis viſa mæotis hyems. vbi diphthongon licenter corripit, teſte Neſtore. Id nos raró faciamus, nec ad huius exemplum alia corripiamus. Forſitan Ouidio fuit alia cauſa corripiendi quàm Neſtor ait.

Mæon. Mæonia. Mæonides. Phæocomes. Palæologus. Pæon. Pæonia. Mæon, proprium viri. Mæonia,regio. Mæonides vel Mæonius, id eſt Homerus. Perſius ſatyra 6, Mæonides quintus pauone ex Pythagoræo. Phæocomes,proprium Centauri apud Ouidium lib.12. Metamorph. à phæan,quod fuſcum ſignificat, quaſi fuſcam habens barbam. Palæologus apud Philelphum in prima decimæ, viri nomen. Pæon,medicus & pes metricus. Pæonia,herba & regio. Pæones,populi,cum æ diphthongo ſcribuntur,teſtibus Tortellio,Guarino, Neſtore:licet nonnulli voluerint per œ ſcribi Pœon,&c.

OE ante o,

Bœotia, regio à Bœoto Neptuni filio appellata, authore Nicocrate, vel boue, vel Cadmi duce, vt ait Ouidius libro tertio Metam. Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato. Inepte igitur dixit Philelphus in ſeptima quartæ, Temne ſinens quantum ſus ore Bœotia geſtit. Scribitur rectiſſime cum œ diphtongo in prima ſyllaba, licet vulgus Boetia ſcribat, & Neſtor dicat œ habere in ſecunda ſyllaba, & Georgius Valla dicat tranſpoſitis ſyllabis Boœtia dici: vt cæyx dicimus, Græci vero cyæx. teſtes mihi ſunt doctiſſimi viri, Hermolaus Barbarus, & Angelus Politianus, qui ſe ita inueniſſe in vetuſtiſſimis codicibus ſcribũt. Sic Raphael regius & Calepinus cum multis aliјs. Bœorix, Cimbrorum rex, à Mario debellatus, non ſine plurimo Romanorum ſanguine. Boeorix. Homœoſis, homœoteleuton, homœoptoton, nomina figurarũ. Homœomeria, id eſt ſimilitudo partiũ. de hoc dicam alibi. OEos, Atticæ populus.

E ante u producitur,

E ante u.

vt ſpondeus, pes metricus. ¶ Sed Badio ſcribitur ſpondæus, vt alia quæ æ in ai vertunt, Spondaicus, Iudaicus, Alcaicus, Hebraicus, trochaicus, &c. Maleus, proprium viri. Alpheus, proprium fluuij. Alpheus. ab Alpho, id eſt impetigo ſiue vitiligo: quia eius aqua dicitur maculas tollere. Ouidius quinto Metamorph. Quo properas Arethuſa ſuis Alpheus ab vndis, &c. Eſt etiam viri proprium, & tum ſcribitur cum æ diphthongo, vt quidam volunt. Baptiſta Mantuanus, Quattuor Alphæo, Iudam, Simona, Iacobum.

EXCEPTIO.

Creuſa, AEneæ vxor. Virgilius, Subijt deſerta Creuſa. Fuit Aſcanij mater. Etiam eſt vrbs quædam. Creuſa.

Culeus. Coleus. Dorotheus, viri proprium: à doron, id eſt donum: & theos, id eſt deus: ſic Dorothea. Dorotheus. Et trãſpoſitis partibus, alia propria Theodorus Theodora. ſic Timotheus & Theotimus. ſic Enthæus, id eſt deo plenus. ſic alia à Theos, id eſt deus: vt Leucothea, quaſi alba dea. leucos, albus eſt. hæc omnia, inquam, corripiuntur contra indoctorum abuſum. Stat. 1. Sylu. Enthea lauro. Eſt finis verſus. Entheus. Mantuanus de præſidentia oratoris & poetæ, Habet enthea pectora vates. Idem in agone diuæ Margaritæ, Dorotheum, Theodoram, Agapen, quum millia nuper, &c. Iuuenalis, Lautorum pueros artem ſcindens Theodori. Dorotheus. Martialis libro 5, Miraris Theodore, magna cauſa eſt. Phaleucium eſt. Theodorus. Fortunatus, Et cum Timotheo viuere cura meo. Catulus, vetus poeta, cuius opera non extant, id apud Gellium ait, Timotheus. Aufugit mi animus, credo, vt ſolet ad Theotimum. Ouidius quarto Metam. Leucotheáque deum cum patre Palæmona dixit. Sic Doſitheus, & alia multa. quibus adde Androgeus, Nicoleus, Demoleus. quæ in os rectius efferuntur, & ſimilia. Euneus, proprium viri, & ſiquid à neos, id eſt nouus deriuaretur. Euneus. Euganeus euganea euganeum, ab euganeis montibus. Euganeus. Iuuenalis, Euganea quantumuis mollior hagna. Sic multa alia poſſeſſiua, vt Herculeus, caucaſeus, tartareus, tenareus, cõcheus.

Ideus, filius Apharei: alioqui producitur diphthongo. Volater. 16. Matteum, cibus quidam. Matteum. vnde matteolicus, id eſt guloſus. ſed Merula legit cum y Græco mattyum, aut mattea matteæ. Suetonius in Caligul. Multis venenatas matteas miſit. Orpheus triſyllabum, pro Orpheus diſſyllabo. Orpheus. Virgilius in culice, -tantumnon Orpheus Hebrum

Reſtantem tenuit ripis ſyluáſque canendo. Pancreum, & ſiquid eſt aliud à crea, id eſt caro. Pteleum, vrbs. Zebedeus variatur. Zebedeus. Iuuencus, Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt. Baptiſta Mantuanus, Tertia de natis tibi Zebedee duobus

Edidit.

AE ante u habet regulam generalem.

AE ante u.

Omne ferme deriuatiuum in æus à Græca dictione per æ diphthõgon ſcribitur, vt ex Priſciano collegimus, Poſſeſſiua in æus & in ius & ex frequenti poetarum lectione animaduertimus, vt à Timo, id eſt honoro, æſtimo, iudico. Timæus, proprium viri. à ptolemo, id eſt pugno. Ptolemæus, proprium viri. Attici ſine t polemo dicunt. ab acta, id eſt littus, actæus. ab Achaia, achæus, id eſt Græcus. Alij dicunt Achæum fuiſſe Xuthi filiũ, vnde dicta eſt Achaia. Achæi etiam dicuntur achaici & achiui. Actæus, id eſt littoralis, etiã eſt viri propriũ. Agoras, id eſt forum. hinc Agoræus, id eſt nundinarius. Creta, regio: Cretæus. Ida idæus, Mitylene mitylenæus, Thyſbe thyſbæus, Cyrene cyrenæus, Phœbe & phœbus phœbæus. Plurimũ fiunt eiuſmodi poſſeſſiua à nominibus Græcis in a vel in e: nec ſolum tamen ab his, adeò vt nullam hic videam certam regulam. nam verſibus obtemperaſſe poetas ex eo manifeſtum eſt, quòd nunc in æus per æ diphthõgon, nunc in ius pœnultima correpta in pluribus feciſſe cõperiuntur, vt à Mauſolus mauſolæus, vnde mauſolæũ ſepulchrum. Iulus iulæus, Phryx phryxæus, Cleanthes cleanthæus, Orpheus orphæus, Pythagoras pythagoræus, Amyntas amyntæus, Atlas atlantæus, Cadmus cadmæus. Sillius in 1, Gens Cadmæa ſuper regno certamina mouit. Ibidem, Pygmalionæis quondam per cærula terris. A Pygmalion. Contrà ab Agamemnon fit pœnultima breui agamemnonius, à Rhœtus rhœtæus, à Lagus lagæus, à Laomedon laomedontæus, & ſi opus fuerit, laomedontius: ab Eliſa eliſæus, à Pelops pelopæus, à Dionyſius Dionyſæus, à Thoas thoantæus, à Gigas gigantæus, à Polydamas polydamãtæus, à Polycletus polycletæus, à Phlegeton phlegetõtæus. ſic alia innumera in Virgi-

lio, Ouidio, Sillio, & alijs notaui. A Cyclops cyclopius pœnultima breui, ab Elis elæus, à Maurus mau

Dædalius. Dædalæus.

ruſius, ab Acheron acherontæus & acheruſius, à Dædalus dædalius pœnultima breui, vel dædalæus per diphthongon. Horatius, Iule cæratis ope dædalæa. Sapphicum eſt. Idem Ode vltima libri ſecundi, Iam Dædalæo ocyor Icaro. verſus eſt alcaicus dactylicus. Sillius libro 14, Dædaliam repetens pœnam qui fraude nefanda. Dædalus dædala dædalum. Lucretius in primo, -tibi ſuauis dædala tellus

Faginus. Fagineus.

Submittit flores. Sic tam in Latinis quàm in Græcis varia fiunt poſſeſſiua: vt à Fagus faginus & fagineus, à Populus populnus & populeus, à Quercus quernus & querneus. quare non damnarem qui vtrunque dixerit ficulnus & ficulneus. Virgilius, Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit
Fagina, &c. Ouidius quarto Faſt. Bis ſua faginea tempora fronde tegit. Claudianus, Populeo ſuſpirat

Romulus, a, um.

populus ictu. Sic cærulus & cęruleus, à Romulus romuleus, & romulus romula romulum. Virgilius ſeptimo AEneidos, -nec romula quondam

Phaetontius. Phaetõtæus.

Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno. A Phaeton phaetontius & phaetontæus. Sillius lib. ſeptimo, -nunquam phaetontius amnis
Sanguinea pontum turbaſſet decolor vnda. Stathius Thebaid. primo, Et phaetontæa mũdum ſqualere fauilla. Idem in tertio dicit, Inacha tecta: quum frequentius legamus Inachius inachia inachium. A

Dodonæus. Dodonius.

Dodona dodonæus dodonæa dodonæum, & dodonius. Virgilius libro tertio AEneid. Ingens argentum dodonæóſque lebetas. Claudianus in primo de raptu Proſerpinæ,
Vnde datæ truges populis, & glande relicta
Ceſſerit inuentis dodonia quercus ariſtis. A Perſeus perſæus & perſeius. ſic multa alia formantur. Nã

Typhoæ⁹ & typhoius. Epicuræus. Epicurius. Neronæus. Neronianus. Maronæus. Maronianus.

à Bacchus bacchæus, baccheius & bacchicus dicitur. A Typhoeus typhoæus & typhoius. Virgil. 1. AEneid. Nate patris ſummi qui tela typhoia temnis. Ab Epicurus epicuræus & epicurius. Ouidius in Priapæis, Vt credas epicurios citari. Phaleucium eſt. Sidonius in epithal. Polemij, Aſt epicuræos eliminat vndique virtus. A Nero neronæus & neronianus. Papinius in Sylu.
-(fas ſit componere magnis
Parua) Neronæa nec qui modo lotus in vnda,
Hãc iterum ſudare neget. A Maro quod Virgilij nomẽ eſt, maronæus & maronianus. Idem in quarto Sylu. -tenues ignauo pollice chordas
Pulſo, maronæique ſedens in margine templi.
Sumo animum, & magni tumulis accanto magiſtri. Id eſt (vt Domitius ait) ad tumulum Virgilij qui erat in agro Neapolitano, & poſſidebatur à Sillio poeta. Idem in ſecundo Sylu. Ante annos culicis

Pegaſeus. Pegaſeius. Boræus.

maroniani. Phaleucium eſt. Pegaſeus & Pegaſeius à Pegaſus. Catullus, Ne ſi pegaſeo ferar volatu. Phaleucium eſt. Perſius, Cantare credas pegaſeium melos. Scazon eſt. A Boreas Boræus boræa boræum. Ouidius in quarto Triſtium, Vita procul patria peragenda ſub axe
Boræo eſt. Ab Arethuſa arethuſius, à Gortyna gortynius, pœnultima breui in Sillio legi. A Meleager meleagræus, ab Euander euandrius. E quibus facile intelligimus nullam hic eſſe regulam: ſed ſo-

Cyllenius. Cyllenæus. Parnaſſius. Parnaſſæus. Herculeus.

lam poetarũ obſeruationẽ. Item à Cyllene cyllenius & cyllenæus. Marcus Manilius libro 1, Tu princeps authórque ſacri Cyllenie tanti. Rufus in Arato, Conſurgente freto cedit lyra cyllenæa. A Parnaſſus parnaſſius & parnaſſæus. Idem in Arato, O mihi nota adyti iam numina parnaſſæi. Spondaicus eſt vt præcedens. Ouidius quinto Metamorph. Templa tenebamus parnaſſia, vidit euntes. Item Hercules facit herculeus vel herculius pœnultima correpta, vt Caucaſus caucaſeus, Bactra bactreus, Ixion ixioneus, &c. Heracles vero heraclæus, cum æ diphthongo: quod idem eſt cum Herculeus. Iuuenalis Satyra prima, Hæc ego non agitem: ſed quid magis Heraclæas aut
Diomedæas. Hic Mancinellus ait, Herculæus, quia Hercules Latinum eſt: Heraclæus, quia Heracles Græcum. Hanc rationem Mancinelli eſſe admodum frigidam ex dictis ſatis liquere putamus. Nunc pauca ordine alphabetario ſubijciamus.

Alcæus, viri proprium, vt quæ ſequuntur, Alphæus, Antæus, Ariſtæus, Ancæus, Ariæus, Aſtræus.

Annæus. Annius.

Sic Aſtræa, aridæus, aræus, atthæus, aſæus, annæus, quorundam cognomen: vt Annæus Seneca. Martialis libro 8, Annæi faceret manus Sereni. Phaleucium eſt. Sic Terentianus, Annæus Seneca & Pomponius ante ſecundus. Inuenimus (Annius) proprium viri, pœnultima breui. Martialis libro ſeptimo, Pro menſis habet Annius magiſtros. Phaleucium eſt. Acceſſæus, nautæ deſidis nomen.

Apharæus, viri nomen.

Bagæus, Bæus, Barptolemæus, propria virorum.

Ceræum, oppidi nomen. Cnæus, viri nomen.

Daridæus, propriũ viri. Cætera iã nota ſunt. A Dicte dictæ⁹, à Dirce Dircæus. Dicæus, id eſt iuſt⁹.

Eumæus, proprium viri. Ennoſigæus, id eſt Neptunus: quia terram concutit. Enno, concutio: Gæan, terram.

AEbæus, proprium viri. Hebræus, id eſt Iudæus. Hylæus, centauri nomen. Hiſtiæus, viri proprium. Hiſtiæa, oppidum. Hymenæus, nuptiarum deus. Hemitritæus, febris ſpecies.

Idæus, proprium & appellatiuum. Iudæus, Iſæus, viri & fluuij nomen. Idumæus, quia ab Idu-

me. Idæus corripitur pro filio Apharæi. Volaterranus 16.

Lilybæum, vrbs & promontorium. Lycæus, mons. Ledæus, quia à Leda. Lyæus & Lenæus, id eſt Bacchus: à lenos, id eſt lacu, teſte Seruio, contra Donatum qui à mentem leniendo deductum voluit. ſiquidem (vt Seruius ait) Græcum eſt: iam nomen Græcum non recipit Latinam etymologiam.

Maccabæus cum duplici cc & æ diphthõgo nomen barbarum, quo vocati ſunt illi viri fortiſſimi apud ſacras literas nominatiſſimi. hoc docet Calepinus. Manichæus, hæretici nomen. Matthæus duplici tt, apoſtoli nomen. Sedulius libro primo, Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet. In hoc errauit Riga, vt videbis in A ante t. Mauſolæum dictum eſt. Muſæus, poeta inſignis. Menechæus cum ch aſpirato, viri proprium, cuius Cicero meminit, teſte Tortellio. Maccabæus. Matthæus.

Nazaræus, quia deriuatiuũ à nazara. Niſæus, locus inter Medos: vbi equi naſcuntur pulcherrimi.

Nabathæus à Nabath : vnde regna Nabathæa.

Pangæus in ſingulari maſculinũ: in plurali pangæa pangæorum neutrum, teſte Neſtore. Papæus, id eſt Iupiter apud Scythas. Padæus, Phranæus, & multa poſſeſſiua: vt Phæræus, phœbæus. Piræus cum i Latino, proprium viri. Pyræus cum y Græco, portus Athenienſis & oppidum. Phariſſæus.

Plebæus à plebs : & plura ſatis ex dictis nota. Pylæus, proprium viri. Pygmæus, nanus. Philippæus à Philippus , cuius rei teſtimonium in his libris occurret. Panomphæus, Iupiter. Propylæum, veſtibulum.

Sadducæus, Scarabæus, Spelæum, Sigæum, hæc ferè pôſt patebunt.

Trophæũ, & quæ iam patẽt, Thymbræus, Timæus, Trochæus. Item quod viri propriũ eſt, Tyrtæ9.

OE ante u.

Alpheſibœus, Melibœus, Eubœus, & quæcunque à bus, id eſt bos, deriuationem habent, quia Græcè ſcribuntur per œ diphthongum. Cœus gigas cum œ diphthongo , teſtibus Tortellio, Guarino, Georgio Valla. Sic Cæa, inſula. Tortellius dicit etiam ſcribi per æ diphthõgon. Neſtor negat omnino vllam habere diphthongon. Ouidius Metamorph. ſexto, OE ante u. Cœus.

Quoque modo audetis genitam Titanida Cœo

Latonam præferre mihi. Idem in Epiſtol. Cingitur ægæo nomine Cœa mari. ¶Colæus, piſcis. Logopœus, ſermonis factor. Decabœon & hecatombœon, nemorum nomina à decem & centum bobus dicta.

I ANTE VOCALEIS, ET PRIMVM ANTE A.

I ANTE a corripitur, vt Niæthus, fluuij proprium cum i Latino, teſte Tortellio , ſequente æ diphthongo. Sunt tamen qui Neæthus cum e in prima ſyllaba ſcribant. Et intelligentur omnes regulæ tam de y tenui (quod Græcum dicunt) quàm de i Latino, vt Hyades, Media pro regione, & quæcunque apud Græcos ſcribuntur per iota, id eſt i correptum: inter quæ ſunt omnia virorum propria in ias ex Hebræis ſumpta , teſte doctiſſimo grammatico AElio Antonio Nebriſſenſi, cui vtique credo. Auſonius ad omnipotentem deum, Elias & ſolido cum corpore præuius Henoch. Baptiſta Mantuanus, Elias ardenti cælum petijſſe volatu. Fauſtus ad Laurentium Carmelitam, I ante a. Nomina Hebræa in ias. Elias.

-quibus Elias olim

Raptus ab ardenti ſolido cum corpore curru

Indumenta dedit. Iuuencus, Zacharias vicibus cui templum cura tueri. Idem, Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph. Idem corripuit Ieremias, vt Mantuanus Ezechias: ſed Iuuencus produxit Elias, vt Mantuanus aliquando. Huiuſmodi nomina in ias Alexander cum venerabili Beda dixit produci. Nec mirum: quia hi non ex Græcorum ſcriptura, non ex veterum poetarum ſcriptis: ſed ex Prudentio, Sedulio, Petro Riga, & ex aliorum poetarũ Chriſtianorum libris grammaticam ſuam cõfirmauerunt, qui ſæpe errauerunt, vt patebit perlegenti hos libros. Arator produxit Matthias, Ananias, Elias. Sidonius Apollinaris in euchariſtico Elias produxit, Zacharias corripuit. Prudentius Golias, & ſimilia produxit. Nos hæc omnia corripiamus, quia per iota ſcribuntur: vt Theologia, monarchia, ſymphonia, euphonia, orthographia, melœdia, vt comœdia, gigantomachia, aſtronomia, gæometria, ſymmetria, agonia, athanaſia, ablepſia, anaſtaſia , cathegoria, chirurgia , dyſenteria, dyſuria, mania, melancholia, euphemia, phantaſia, euchariſtia, vt chariſtia: quod tamen Valla dixit produci: vſia, ſophia, philoſophia contra Priſcianum in accentibus. Sunt tamen qui illum librum negent eſſe Priſciani, vbi etiam vrania male dicitur produci. Mancinellus in figuris fatetur ſe non obſeruaſſe quantitates: quia non potuit ſemper, vt pueri carmen ediſcerent: id tamen veteres factitaſſe non comperio. Nos itaque contra vulgi abuſum hæc omnia corripiamus, & quæcunque eiuſdem ſunt deriuationis, & quæcunque non excipiemus, niſi contrarium veterum authoritate probetur: nam ijs libẽter cedimus: vt qui talia excepiſſemus, ſi animaduertiſſemus. Nunc de nonnullis teſtimonia veterum afferam: nam de omnibus nequeo: quia non omnia ingreſſa ſunt poetarum libros. Lucretius libro tertio,

Harmoniam Graij quam dicunt, quòd faciat nos

Viuere cum ſenſu. Sic Homilia, id eſt ſermocinatio: quod teſte Neſtore cum i Latino ſcribitur in vtra-

que ſyllaba. Martial. lib. ſexto, Hic plus antiſtes ſophiæ ſua dona miniſtret. Idem libro primo, Cum ti-
Sophia. bi ſit ſophiæ par ſama, & cura deorum. Virgilius in Ciri, Florentis viridis ſophiæ complectitur vm-
bras. Ibidem, AEternum ſophiæ coniunctum carmine nomen. Auſonius de ternario numero,
Tres ſophiæ partes, tria punica bella, trimeſtres
Annorum, cælique vices. Afranius apud Gellium lib. 13. cap. 8, Vſus me genuit, mater peperit memo-
ria. Sophiam vocant me Graij, vos ſapientiam. Duo ſunt iambici: Sophiam, anapæſtus, primus pes ſe-
cundi verſus. Valeat igitur Petrus Riga, multorum errorum pater, dicens in Geneſi, Conſtruit eccle-
ſiam vera ſophia patris. cum hoc errauerunt Alexander & Petrarcha cum multis aliis. Nicolaus Feret-
tus dicit apud Græcos (ſophia) produci: licet Martialis corripiat apud Latinos, & Phocylides apud
Græcos. Verum ego Feretto minime credo: niſi adducat aliquos poetas fide dignos, qui hoc nomen
produxerūt, quum etiam Græce per iota ſcribatur: vt rectiſſime Nebriſſenſis docuit. Ita corripitur phi-
Philoſophia. loſophia: vt in hoc iambico trimetro, Hoſpes reſiſte, & philoſophiā Dorſenni lege. Seneca dicit hunc
verſum inſculptum fuiſſe Dorſenni poetæ comici monumento: vt refert Petrus Crinitus libro primo
de poetis Latinis cap. 12. Ouidius 1. Faſt. Et prius antiquus dicebat agonia ſermo. Idem ſecundo Faſt.
Proxima cognati dixere chariſtia chari. Sic Galactia, phlebotomia, à phlebs aut phleps, id eſt vena: & to
mo, incido. Abſit ergo, vt cum Priſciano vel Mancinello dicamus barbariſmum eſſe, ſiquis pœnulti-
Vrania. ma breui philoſophia dixerit: aut Vrania, vnius nouem muſarum nomen, quæ Vranie ſæpius appella-
Vranie. tur: nam quod ex Virgilio in opuſculis affertur, admodum debile eſt, quum ibi etiam ſecunda contra
omnium poetarum vſum producatur, & cōtra primitiui naturam, Vrania poli motus ſcrutatur & a-
ſtra. Emendandus eſt hic locus librariorum incuria olim deprauatus: ſic inquam reſtituendus eſt, Vra
niéque poli motus ſcrutatur & aſtra. Aut Vranie cæli motus ſcrutatur & aſtra. Id patet ex plurimis
poetis. Claudianus de conſulatu Theodoſij, Vranie redimita comas. Ouidius quinto Faſtorum, Exci-
pit Vranie, fecere ſilentia cunctæ. Papinius octauo Thebaidos,
Ipſa diu inſpectis lethum prædixerat aſtris
Vranie, cupit ille tamen pugnáſque viróſque. Vranie eſt etiam Helena ſtella nautis ſuo incendio mor-
tifera, vt docet Lactantius. Sunt qui philoſophia, theologia, & ſimilia dicunt produci, non ratione, ſed
vſu: quia aures in his abhorrent correptionem, Pauia, Papia, Aſtronomia, Theologia, Matthias, &c.
Hoc eſt collatrare canibus, corrudere aſinis. Nam quorum hæ ſunt tam delicatæ aures correptionem
in his abhorrentes? Nimirum aſinorum longo abuſu iam olim deprauatæ: quibus obtemperare tam
dedecet doctos, quàm philomelam inepto cuculorum cuccue oblectari. Horatius in Arte, Vt gratas
Symphonia. inter menſas ſymphonia diſcors. Idem, Interdum tamē & vocem comœdia tollit. Cur non ſic Eupho-
Euphonia. nia, melœdia, proſœdia? Martialis, Hanc norūt vnam ſecula naumachiam. Calepinus ſæpe dicit pœnul-
timā corripi, vbi producitur, & contrà: ideo niſi probauerit, nulla eſt illi fides adhibenda. Eſt tamen vbi
I ante a producitur: vt ſi Græce per ει ita literam ſcribatur, quam in e longam ſæpius vertimus, aut per
Amphigenia ει diphthōgon. Inter quæ hæc notaui. Amphigenia, vrbis nomen. Papin. quarto Thebaid. Quos fer-
AEgialia. tilis Amphigenia. AEgialia vel ægialea, vel ægiale ægiales, mulieris propriū. Priſcianus in Periheg.,
Alexandria. Cōiugis inceſtæ per fraudes AEgialiæ. Alexandria & alexādrea, producitur vtrunque teſte Priſciano
libro primo. Sunt qui dicant ea quæ Græce per ia & ea terminantur, ſub ia corripi, ſub ea vero produ-
ci. hi ſentiunt contra Priſcianum & Neſtorem. ideo eis nihil credo niſi correptionis teſtimonia ex ve-
teribus proferant. Propertius libro tertio, Noxia Alexandrea dolis aptiſſima tellus. Sed hic rectius ad-
iectiuum eſt per æ diphthongon ſcribendum Alexandræa: nam vt ex dictis liquet, ab Alexander ale-
xandræus ita recte formatur: vt ab Meleager meleagræus, à Cadmus cadmæus, &c. Nonnulli hic Ale-
xandrina legerunt. At Alexandria ſiue alexandræa ſubſtantiuum eſt ſine dubio in libro quarto carm.
Horatij Ode 14, Portus Alexandria ſupplex. Hic pœnultima producitur. verſus eſt iambicus dime-
ter hypercatalecticus, habens quatuor pedes & ſyllabam. Portus, ſpondæus eſt, quia accuſatiuus plu-
ralis. Ale, iambus: xandri, ſpondæus: quia trochæus hic non recipitur. a ſup, iambus: plex, ſyllaba ſupe-
Antiochia. rans. Senſus eſt, Alexandria patefecit tibi Auguſto portus & vacuam aulam. Antiochia vel Antio-
Alabeia. chea, teſte Neſtore. Alabeia, id eſt innocentia: ſed rectius alabea ſcribitur: quia ei in e vertitur, vt Cy-
Angaria. thereia cytherea. hoc ait Calepinus. Aliquando vertitur in i longum, vt elegeia elegia. Angaria, teſte
Animoria. Nebriſſenſi. Animoria. Thebaid. ſexto apud Papinium, Aut cyrrham tauris animoriámque ſupi-
Ariſtocratia. nant. Ariſtocratia, id eſt optimatum principatus, producitur: quia Græce habet ει diphthongon.
Argia. Argia, mulieris proprium. Papinius Thebaid. ſecundo, Ornatus Argia gerit, &c. Eſt quoque fons
Aſtydamia. & regio, & ſemper producitur. Aſtydamia vt Hippodamia: nam ex ſecunda parte eadem eſt origo.
Augias, proprium viri, teſte Tortellio. Anthia apud Lippium in Oppiano. Academia rectius
Coronia. corripitur. vide A ante c. Aethya, mergus. Alethia, id eſt veritas. Coronia, nomen oppidi à Co-
ro, teſte Lactantio. Stathius ſeptimo Thebaid. Meſſe Coroniam Baccho Gliſanta colentes. Gliſas, gli-
Cyaneæ. ſantis, eſt oppidi nomen. Cyaneæ cyanearum cum y, inſulæ in Ponto: hinc adiectiuum cyaneus cya
Cyaneus. nea cyaneum: vt Cyanei montes. Lucanus libro ſecundo, Cyaneas tellus emiſit in æquora cautes.
Cyane. frequens eſt in Valerio Flacco. Cyane cyanes, cum y Græco, nympha, & fons in quem illa conuer-

ſa dicitur, variatur. Ouidius in 2. de Ponto, Quaque ſuis cyanen miſcet Anapus aquis. Idem libro Metam.9, Cognita cyane præſtanti corpore nympha. Sic legit Neſtor: licet nõnulli malint cyanee tetraſyllabũ. Sic in (cyane) corriperẽtur prima & ſecũda: in (cyanee cyanees) prima produceretur, & ſignificat hoc nomen filiã Meãdri, ex qua Miletus tulit Byblida cum Cauno. huic ſententiæ inhærẽdum cenſeo. Nam (cyane) 5. Metam. & alibi ſemper corripitur quãtum ſciam. Cyprogenia & aphrogenia, id eſt
Venus. Dia, inſula. Ouid. in 1. de Arte, Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis. Deidamia, Pyrrhi Dia.
mater. Papinius Achileidos 1, AEacidem furto iam nouerat vna latentem Deidamia.
Deidamia virum. Dulia, teſte Nebriſſenſi, id eſt ſeruitus hominis. Diana variatur. aliqui inter Græ Dulia.
ca reijciũt. Macrobius in primo Satur. vult eſſe Latinum. nobis quantitatem rite docuiſſe abunde eſt. Diana.
Ouid. 3. Metam. Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ. Horat. in carm. ſeculari, Phœbe ſyluarũmque potens Diana. Sapphicum eſt. Ibidem, Quindecim Diana preces virorũ. Sapphicum eſt. Idem alibi,

Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum. Virg. Exercet Diana choros. Correptio eſt longe frequentior. Deiopia: ſed fre- Deiopia.
quentius dicimus Deiopea: nymphæ nomen eſt apud Virgiliũ 1. AEneid. Dianas, fons in Periheges.

Elegia nunquã corripitur contra Bernardũ Veronenſem interpretem Tibulli, pluréſque. Nam apud Elegia.
Ouidiũ male legunt (vt contra Tortellium & Domitiũ ſentio cum Neſtore) Flendus amor meus eſt, elegia flebile carmen. vbi dicunt pœnultimam corripi, productis contra omniũ veterum conſuetudinem prima & ſecunda: quas vt peruerſam ſaluent opinionem, dicunt variari, & alibi apud Ouidiũ eſſe proceleuſmaticum, Inter quas vultu petulãs elegia vocatur. vbi volunt prima producta cæteras corripi. Veriſſime profecto aiunt modicum errorẽ in principio eſſe, maximũ in fine: ſiquidem pœnultimam produci ex eo manifeſtum eſt, quòd Græce per ει diphthongon ſcribitur. Martialis libro quinto,

Differ opus: nec te facundi ſcena Catulli
Detineat cultis aut elegia comis. Sic producitur apud Ouidiũ: vbi ineptũ eſt ad proceleuſmaticũ refugium. Stat. 1. Sylu. Quas inter vultu petulans elegia propinquat. Aliquando tamẽ ει diphthongus
reſoluitur ſiue diuiditur. Sic legẽdum eſt apud Ouidiũ, Flebilis indignos elegeia ſolue capillos. Ener Energia.
gia teſte Tortellio: & eſt efficacia. Epiphania, id eſt apparitio: Græce ſcribitur per ει diphthongon, vt Epiphania. Euſebia.
Euſebia. Et Elenchia, id eſt increpatio. Eumenia, beneuolentia. Eugenia, teſte Nebriſſenſi: quia ex Elenchia.
ſecũda parte eadem eſt deriuatio cum amphigenia & iphigenia. Entelechia apud Philelphũ in quar- Eumenia.
ta quintæ, Entelechia etiam tum conuenientia quædam. Hermenia, teſte Nebriſſenſi: & eſt interpre- Eugenia.
tatio. Hinc peri hermenias oratio ex præpoſitione peri, quæ genitiuũ habet, & ſignificat de: & genitiuo Entelechia. Hermenia.
hermenias, hoc eſt de interpretatione. Hippodamia, mulieris proprium. Ouid. Venit vt in Phrygios Peri hermenias.
Hippodamia ſinus. Hyperdulia, quia componitur à dulia. Hyperia. Valerius Flaccus libro quarto,

Fleuit Amimone, flerunt Meſſeides vndæ, Hippodamia.
Fleuit & effuſis reuocans hyperia lacertis. Homœomeria, ſimilitudo partium. Lucretius libro primo, Hyperdulia.
Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriã. Harpyia, yi diphthõgon habet. Iaſius, qui etiam Ia Hyperia. Homœomeria
ſion dicitur, à Cerere vehementer dilectus. Ouid. 2. Triſt. In Venerẽ Anchiſes, in lunã Lathmius heros: Iaſius.
In Cererem Iaſius, qui referatur, erit. Idem nono Metam. -queritur caneſcere mitem
Iaſiona Ceres. vbi mẽdoſe legebatur, teſte Regio, Aeſona flaua Ceres. Iapetus, Titani filius. Ouid. lib. Iapetus.
1. Metam. Quã ſatus Iapeto miſtã fluuialibus vndis, &c. Sic Iapetionides, id eſt Prometheus vel Deucalion, vti ſit iapetion pœnultima producta primitiuum. Iapetides autem, viri proprium corripitur. Iapetides.
Ouid. 5. Metamorp. Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad vſus. Ilithyia cum yi diphthongo Ilithyia.
in pœnultima, eſt Dianæ nomen, quia parturientibus præeſt. vel dicitur ab ilaſcomai, id eſt placo: vel ilaſco, id eſt deos henignos facio. Non placet autẽ quod Domitius ait in Cirin, ab hyle, id eſt ſylua: & thea, dea, hoc eſt ſyluarũ dea: quia ſic ſcriberetur hylithea cum y Græco aſpirato in principio, vt hyle: & cum e in pœnultima, vt leucothea, quod inauditum eſt. Ouid. 9. Metam. -vocabis

Præpoſitã tumidis parientibus Ilithyiam. verſus eſt ſpondaicus. Horat. in carm. ſeculari, Lenis Ilithyia tuere matres. Sapphicũ eſt. quare non dubito mendum eſſe apud Virgilium in Ciri, Perdere ſæua precor per flumina ſacra Ilithyiæ. pro Dianæ. Opuſculis Virgilij admonui ſæpe non facile fidem habendam: quia plerunque mendoſa ſunt. Ironia teſte Tortellio: quia in prima & pœnultima cum ει diph-
thongo ſcribitur. Iphigenia, mulieris proprium. Ouid. 12. Metam. Flentibus ante aram ſtetit Iphige- Iphigenia.
nia miniſtris. Gaſtrimargia pœnultima producta, nimia ingluuies: vt apud Ariſtotelem in Ethicis. Gaſtrimargia.
Gaſtrimargus, guloſus. hoc dicit Calepinus, & poſt eum Bebelius. Laodamia, mulieris proprium. Laodamia.
ſic quicquid eiuſdem deriuationis reperitur. Ouid. AEmonis AEmonio Laodamia viro. Lãgia, fons. Langia.
Papin. 4. Thebai. Hæc quoque ſecreta nutrit Langia ſub vmbra. Lãpia, vrbs Arcadiæ à candore plu Lampia.
uiarum dicta (vt ait Lactantius) nã lampon, ſplendidum eſt. Idem in eodem, Candénſque iugis Lam-
pia niuoſis. Latria, id eſt cultus. Baptiſta in libro 3. Cala. Eſt fidei caput, eſt veri latria tonantis. Græce Latria.
ſcribitur teſte Nebriſſenſi cum ει diphthongo. Hinc dictio pentaſyllaba idololatra, id eſt idoli cultor: Idololatria.
& hexaſyllaba, idololatria, idolorum cultus: non idolatra nec idolatria, vt ineptum vulgus dicit. dicit
hoc Valla in Matthæum. Calepinus vulgo interim concedit: in qua re non habebit me riualem. Li- Ligia.
gia & etiam Ligea, mulieris proprium. Martial. libro duodecimo, Toto vertice quot gerit capillos,

Litania. Annos ſi tot habet, Ligia trima eſt. Phaleucius eſt. Eſt etiam nymphę propriũ. Litania cum i in prima ſyllaba melius quàm letania, id eſt ſupplicatio. Hinc litanus, ſerui nomen in Aſinaria Plauti, potius quàm libanus, teſte Iohanne Pio. Landrianus, proprium viri apud Philelphum in 2. ſeptimæ.

Lemargia. Lebadia. Mantia. Necromantia. Magia. Melanthia. Mœchia. Nicia. Nicomedia. Ophias. Orithyia. Pædia. Peripheria. Peridia. Phlias. Plias. Pleidas.

Lemargia, teſte Calepino, ingluuies. Lebadia, vrbs Bœotiæ, Apollini ſacra. Legitur hoc nomen apud Gellium lib. 12. ca. 5. Papin. 7. Thebaid. Et valles Lebadia tuas. Quidam libri habent Thebaida, inepte profectò. Mantia, id eſt diuinatio cum ει diphthongo, teſte Tortellio. Hinc acromantia, pyromantia, gæomantia, hydromantia, ſciomantia, necromantia, quam indocti nigromantiam dicunt. Eſt enim necromantia, ex mortuorum cadaueribus diuinatio. necros, id eſt mortuus: necroſis, mortificatio. Magia, id eſt incantatio, cum ει diphthongo ſimiliter ſcribitur. Melanthia, Deucalionis & Pyrrhæ filia. Mœchia, teſte Neſtore, id eſt adulterium. Nicia vel Nicea, vrbs, & Nicomedia vel Nicomedea, teſtibus Priſciano & Neſtore. Ophias, gigas. Claud. lib. 3. de raptu Proſerpinæ,

-hæc arma minantis

Suſtinet: hos onerat ramos exutus Ophias. Orithyia, nymphæ nomen cum υι diphthongo in pœnultima. Ouidius in 6. Metam. Dilectáque diu caruit deus Orithyia. Verſus ſpondaicus eſt. Pædia Græce ſcribitur cum ει diphthongo, teſte Neſtore. eſt autem pædia, eruditio, inſtitutióque in bonas artes & caſtigatio, teſte Valla in epiſtolam Pauli ad Hebræos: vbi ait diſciplinam inepte dici caſtigationem. Peripheria, id eſt circunferentia: Græce ει diphthongon habet. Peridia, mulieris propriũ. Virgilius 12. AEneid. Nomen Echionium matriſque genus Peridiæ. Phlias, proprium viri in 1. Valerij Flacci. Plias, pliadis, Græce ſcribitur cum ει diphthongo: tamen à Latinis variatur. Aliquando diphthõgus diuiditur. At productio eſt lõge frequentiſſima. Virg. Arcturum Pliadéſque Hyades, geminóſque Triones. Ouid. 4. Faſt. Pliades incipiant humeros releuare paternos. Virgilius 1. Georg. Pleiadéſque Hyades, clarámque Lycaonis Arcton. Ouid. 5. Faſt. Hinc ſata Pleione cũ cælifero Atlante

Iungitur (vt fama eſt) Pleiadéſque parit. Fuere ſeptẽ Atlantis & Pleiones filiæ in ſtellas ſeptẽ mutatæ.

Priamides. Phthia. Polymnia. Rhetorica. Thalia. Thyias.

Priamides, Priami filius aut nepos contra primitiui naturam producitur. Virg. Priamidémque Helenúmque, &c. Ouidius, Hãc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem. Phthia cum phth aſpiratis in eadem ſyllaba, regio & vrbs Theſſaliæ. nuſquam legitur phithia contra Tortellium. Seneca in Hecuba, Aptior Phthiæ melióroque fœtu. Sapphicum eſt. Catullus, Progenies Phthiæ clara ſuperuehitur. Hinc phthius, phthia, phthium: & phthioticus, phthiotica, phthioticum: & phthiotis, phthiotidis. dicitur quoque pluraliter phthiæ, phthiarum. Dido AEneæ, Non ego ſum Phthijs magniſque oriunda Mycænis. Catullus, Deſeritur Scyros, linquũt phthiotica Tempe. Horat. lib. 4. Ode 6, Phthius Achilles. Adonicum eſt. Polymnia variatur. productio eſt melior. Prophetia. Rhetorica pro arte rhetorica, eadem ratione producitur. Seleucia vel ſeleucea. Thalia, vna muſarum, & maris nympha. Mart. lib. 9, Frange leueis calamos, & ſcinde Thalia libellos. Thyias thyiadis, cum υι diphthongo teſte Feretto, ſacrificula Bacchi. Virgilius, Thyias vbi audito ſtimulat Trieterica Baccho.

I ante e.

I ante e corripitur, vt Hieron.

Pierus. Priene.

EXCEPTIO. Pierus, viri nomen & Piera: vnde Pierides. Ouid. 5. Metam. Pierus has genuit Pellæis diues in aruis. Virg. Pergite Pierides. Priene, Biantis patria, rectius corripitur, licet Sidonius variarit. hinc prienæus, prienæa, prienæũ. Sidon. in 1. panægyrico, Prienæe Bia, quòd plus tibi turba malorum eſt. Idem in laudib⁹ Narbonis, Et tu quem dederat Bias Priene. Phaleucius eſt. vbi Priene primam corripit, & recte quidem: nam Græci corripiunt, vt patet ex verſibus quos Pius Baptiſta in Sidonium adducit, quos ipſe Latinitate donauit: è quibus vnus eſt, Turba Bias genitus canit ampla Priene malorum. hic Pius male corripit vltimã in (Priene) quod non ex ignorantia, ſed ex inanimaduertentia accidiſſe opinor. declinatur nanque Priene prienes, vt Semele ſemeles. Priſcianus in Periegeſi, Inter Miletum currẽs latámque Prienen. Tu primam ſemper corripito. Gabriel variatur à Chriſtianis. ¶ Adnotauit ad hunc locũ Deſpauterius hæc: Pierus, prima longa, viri nomẽ, & montis Theſſaliæ: vnde muſæ Pierides. Heſiodus autem dicit muſas ex Ioue & Mnemoſyne natas in Pieria. Hæc in quartam Satyrã Iuuenalis Mancinellus. Alij muſas Pierides dici volunt à Pieridibus victis, & in picas mutatis. Pieria, locus eſt in Thracia muſis ſacer, teſte Strabone. Vnde muſæ Pierides, vt vult Georgius Valla in 7. Saty. Iuuenalis. Aliter Hermolaus Barbarus in 2. lib. 28, Pierides muſæ dicuntur à Piero Macedone, ingentis ſcientiæ viro. Is enim, vt Pauſanias ſcribit, cum tres in initio fuiſſent muſæ, Melete, Mneme, Aœde, id eſt meditatio, memoria, cantilena, nouem inuenit, quibus modo feruntur vocabulis. Pylades libro quarto de gen. deo. pulcherrime ſcribit, vbi tandem ait,

Pieridas Macedonum regio celebrata vocari Tradidit antiquo nomine Pieria.
Emathiam dixere noui, ſed Pieris illi
Pieriæ dederat nomina ſylua prius.
Cum qui Pieridum cantantibus agmine victo
A totidem muſis nomina ſumpta velint.

Hæc eo lubentius adduxi (ait Deſpauterius) vt ſciret Simius noſter varias de eadem re authorum eſſe opiniones, & non ſtatim carpendum qui vnam quamlibet ſequatur.

I ante i corripitur, vt Diiambus.

I ante o corripitur, vt Iole.

I ante o. Nomina in ion. Hilarion.

PRIMA exceptio. Nomina in ion tertiæ declinationis producunt I ante o: vt Ixion, Orion, Arion, Echion, hiperion, pādion, Amphion, ophion, OEdipodion, pro OEdipus: vnde OEdipodionides. Iapetion ꝑ Iapet⁹: vnde Iapetionides. methion, ethion, & alia innumera. Neſtor plurima affert teſtimonia: nos paucis cōtenti erimus. Sidonius in euchariſtico, Nūc Sarmata, nunc Hilarion. verſus finis eſt. Stat. 4. Thebaid. Comit equos ac inde iugo luctatur Arion. Equi nomen eſt. Virgil. in Damone, Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion. Hîc citharœdi nomē eſt. Papin. lib. 4. Thebaid. Flet pater, & lacerum componit corpus Echion. Horat. Perfidus Ixion. Idem, Dictus & Amphion. Valerius Flac. lib. 6, Et geticū Priona ferit. Nominatiuus eſt Prion, regis Getici nomen. ¶ Marcion, hæretici nomen, à Prudētio ꝓducitur in Amart. Hæc tibi Marcion via diſplicet. Marcionita corripitur. Marcionita deus triſtis, ferus, inſidiator. Sion producitur ab eodē, Nutricémque abolent petulanti è pectore Sion. Iuuenalis, Amphion clamat, ſed pæan contrahit arcum. Caue legas exclamat. Et in Claudiano, Debilis Orion dextram miratur inermem. Vbi male legit Stoa Orionis. Geryon & Geryones variantur: correptio tamen eſt frequentior.

Aſterion. Amphitryō. Carmenion. Cercyon. Chromion. Dædalion. Eetion. Endymion. Emathion. Eurytion. Ethalion. Ion. Melāchion. Sicyon. Socration.

TOLLVNTVR ab hac exceptione hæc, & fortaſſis plura, quæ his adijcere fuerit cuique liberum. Aſterion, fluuij nomen apud Papinium Thebaid. quarto. Amphitryon cum y Græco in tertia ſyllaba. hinc Amphitryoniades, id eſt Hercules. Auſon. Amphitryoniaden puerum, &c. ¶ AEgion vel AEgio in Plauto. Carmenion, vide E ante n. Cercyō cercyonis cum y Greco, viri propriū. Ouid. 7. Metam. Cercyonis lethū vidit cerealis Eleuſis. Chromion videbis in crementis. Dædalion, viri proprium. Idem lib. 11, Quum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto
Deucalion. Dion, viri nomen. Apuleius in prima oratione Apologiæ, Qui inſanum me animi reddis amice Dion. Eetion, viri proprium. vide E ante e. Endymion, viri proprium. in A ante m, in primis. Emathion. Virg. 9. AEneid. Emathiona liger, Chorineum ſternit aſilas. Eurytion, Centauri nomen: qui etiam Eurytus dicitur. teſtimonium eſt vbi de o interiectione locuti ſumus. Ethalion, nauta Tyrrhenus in delphinum verſus. Ouid. 3. Metam. E quibus Ethalion, te ſcilicet omnis in vno, &c. Geryon, qui etiā Geryones, variatur: à Claudiano melius corripitur. Ion, viri proprium. Stat. in Thebaid. Sternit Iona Chromis. ita ponit Neſtor. Iaſion, vide I ante a. Maſchilion, viri nomen in 5. Martialis. Melanchion, viri proprium. Mart. lib. 10, Hoc tandem ſita prurit in ſepulchro Calua Plotia cum Melanchione. Phaleucij ſunt. Morion morionis, videbis in O ante r. Mimalion in I ante m. Oarion, id eſt orion, videbis in O ante r. OEnopion, videbis in OE diphthongum ante n. Porphyrion, gigantis nomē. Pygmalion, viri propriū in primo AEneid. Sicyon cū y Græco in ſecunda ſyllaba, vrbs apud Ouidium in Ibin. Et Iuuenalē ſatyra tertia. Socration, viri nomē, corripitur à Catullo. Adijce dictis Cebrion & Hippotion apud Strabonē. Hemeridion & Electryon, vt Bebelius notat. Tongilion in tertio Martialis. Philiſtion in ſecundo eiuſdem. Sunt propria virorū. Sigalion, Harpocrates apud Auſonium.

Clio. Diogenes. Dios. Dius, dia, dium.

SECVNDA exceptio. Ariobarzanes, teſte Bebelio. Clio, vna muſarum. Ouid. in 1. de Arte, Nō mihi ſunt viſæ Clio Cliúſque ſorores. Diogenes, philoſophi nomen. Auſon. in Epigrāmatis, Diogenes obijt, non obijt, ſed abit. dicitur Ioue genitus: quia Dios, Iuppiter eſt: genes, genus: ideo contra naturam producitur ab Auſonio: quia (dios) teſte Seruio corripitur: vnde dius dia dium, id eſt diuinus, diuina, diuinum, producitur contra primitiui naturam. nos cum Auſonio primā in (Diogenes) audacter producemus, nec dius, dia, dium, vnquam corripiemus: & (vt ſentio) ipſum nomen Dios interdum producere poterimus: quia (ſub dio) ꝓducitur, & ſignificat ſub cælo, ſub Ioue. Ita dicit Aſconius in orationes Ciceronis. nec dicimus Sub diuo: quod eſt contra imperitum vulgus. Virgilius 11. AEneid. Italides quas ipſa decus ſibi dia Camilla
Delegit. Perſius, Quid dia poemata narrent. Lucret. lib. 2, Dux vitæ dia voluptas. Virgilius 3. Georg.
Ne mihi tum mollis ſub dio carpere ſopnos,
Neu dorſo libeat nemoris iacuiſſe per herbas. Dioclides in AEtna.

Enyo. Hermiona. Herios. Iob. Ionium. Ionia. Iones. Ionos.

Enyo enyus, bellona. Papin. 11. Thebaid. Hoc ego Mars habeat, vulgatáque iactet Enyo. Hermiona, vrbs in mari ægęo. Virgilius in Ciri, Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona. Herios videbis in A ante n, Panos. Iob, ſanctiſſimi viri nomen diſſyllabum eſt contra indoctos. Prudētius in Pſychomachia, -nā proximus Iob Hæſerat inuictæ bella inter dura magiſtræ. Ionium, mare: quod volunt ab Io dici. Ouidius, Iactari quos cernis in Ionio immenſo. At Ionia, regio, variatur, vt Ione & Ionos, viri nomen: vnde Ionia dicta eſt. Ouid. 6. Faſt. Nec latium norat quem præbet Ionia diues. Lucan. lib. 6,
Primus Theſſaliæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ. Ionos ſimiliter ponitur apud Claudianum in lib. 2. contra Eutropium. Horat. Ode 6. lib. 3, Motus doceri gaudet Ionicos. verſus eſt dactylicus alcaicus. Manilius producit, & Ouidius in Arte, Tutior eſt correptio.

Io.

Io Ius, Inachi filia à Ioue in vaccam verſa, variatur, licet productio ſit frequentior. Ouid. 1. Metam. Conſtiterat quocunque loco ſpectabat ad Io.

Idem in Epiſtola Hypermeſtræ ad Linum, Quæ tibi cauſa fugæ eſt? quid Io freta longa pererras?
Non poteris vultus effugere ipſa tuos.
Inachi quo properas? &c. Idem in Ibin, Ethalon vt vita ſpoliauit Iſidius hoſpes:
Quem memor à ſacris nunc quoque pellit Io. Iſidius poſſeſſiuũ ab Iſis à primitiuo longe diſcrepans. Idem 9. Metam. Iſi paretonium mareoticáque arua Pharónque
Quæ colis, &c. Io interiectio vel aduerbium, apud Silliũ ſemel producitur: alij corripiunt. Ouid.
Spio. Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan. Spio, nymphæ nomen, producitur, teſte Badio & Bebelio. Virg. 5. AEneid. Niſæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque. Sunt tamen qui habent Niſæéque, Spióque, &c. & videtur polyſyntheto pulcherrime conuenire.
Thiodamas. Thiodamas, proprium viri, apud Ouidiũ in Ibin, & apud Papinium 8. Thebaid.

I ante u corripitur,

vt Iulius, Priameius, Dryudæ vel dryudes, aut Druidæ apud Lucanum,
Et vos barbaricos ritus, morémque ſiniſtrum
Sacrorum Dryudæ poſitis repetiſtis ab armis. Vbi legitur Druidæ, ſed pro iiſdem. Erãt Gallorum ſacerdotes, vates & philoſophi: ſic dicti, quòd drys dicitur quercus, aut robur arbor, quam illi obſeruant. Arios Sulpitius in Lucanum dicit Scythas, Strabo & Volaterranus Indos. Herodotus lib. 7. ab Indis ſeparat: ita variant coſmographi. Darius Græce ει habet, ſdque etiam Dareus dicitur: & tam e quàm i producitur contra Sidonium Græcæ Linguæ imperitum. Sic Durius & durateus, quia Græce ει habet. Veruntamen Lucretius libro primo, Nec clàm Durateus Troianis pergama partu
Inflammaſſet equus nocturnus Graiugenarum. Dicuntur hæc à ligno, quod Græcis duron dicitur. Verùm vt Aldus in (Miurus) meminit, Latini vt diphthongon Græcam corriperent, ſæpe pro ει aut e tantum, aut i tantum, ſdque breue ponunt. Vt trocheus pro trochæus vel trocheius. Sic Chorius, polium vt ichthyopolium, forum piſcarium: & genium, id eſt barba vel mentum. Idolium, Mantium, Brauium, Odium vel odæum, cantandi locus: Logion vel logæon, pulpitum. Sic Lyrcius & lyrceus, Lyceus & lycius, Epidaurius & epidaureus, Epicurius & epicureus. Pompium & pompæum, quidam locus Athenis: quæ omnia & ſimilia, quæ Græcis per ει ſcribuntur, i & æ producere poſſunt: & vbi i corripiunt, intelligitur e ſublatum. Vnde Pylades lib. 2. de Geneal.
Et Lycius quoniam Lycos eſt quoque dictus ab Argis,
Nam ſimilis multum creditur eſſe lupo. Sic lyceum, gymnaſium à Lycio Apolline, cuius hiſtoriam narrat Pauſanias ex Plutarcho in Pyrrho: ſic, Danaus AEgypto profugus Argos appulit, ibíque contra Gelanorem pugnaturus, in litore taurum caſu conſpicatus eſt cum lupo certantem. Quem corripuit, atque lupi ſibi formam induit, qui peregre delatus veteres incolas exturbaret. Itaque pugnæ euentu expectato, cum ſuperior lupus extitiſſet aduerſus Gelanorem, qui tum rerum potiebatur, inito prælio victor ex voto Apollini Lycio ædem erexit, ac lupi contra taurum præliantis expreſſam ære effigiem in foro ſtatuit.

Arius. EXCEPTIO. Arius, populus. Lucan. lib. 3, Subſtringens Arimaſpe comas, hic fortis Arius. At Ar-
Arrius. rius, proprium viri: & Arria, proprium mulieris, gemino rr corripitur. Catullus,
Chommoda dicebat, ſiquando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias. Sic Arrius, hæretici nomen, licet Valla in Matthæum contradicere videatur. Sedulius, Hæc eſt vera fides: hanc ſpreuit habere ſalutem
Arrius infœlix. Arator lib. 1, Fuſa ruit Arrius aluo. Mart. lib. 1, Caſta ſuo gladium quũ traderet Ar-
Agenius. ria Pæto. Agenius, id eſt imberbis, teſte Goudiano. Bacchi⁹, pes metricus. vide pedes. at viri propriũ
Bacchius. corripitur. Horat. Saty. 7. lib. 1, Compoſitus melius cum Bitto Bacchius in ius. Brauium vel bra-
Brauium. bium ſcribitur Græce cum ει diphthongo. ideo producitur, authore Valla in Matthæum, & Neſtore
Brabeutæ. in vocali ante vocalem: & eſt præmium victoriæ. Brabeutæ ſunt ſpectaculorũ iudices, qui victori-
Chius. bus in certamine exhibent præmium & coronas. Crium, arietis frons, promontoriũ. Chius, chia,
Crium. chium, poſſeſſiuum contra primitiui naturam producitur. primitiuum eſt Chios chij, quæ eſt inſula
Chios. in mari ægæo. Catullus, Cõſulis ex Chio ſoluite vincla cado. Lucan. lib. 8, Quas Aſine cautes, & quas
Darius. Chios aſperat vndas. Darius. Ouidius in Ibin, Vtque necatorum Darij fraude ſecundi. Claudian. in Epiſt. ad Hadrianum, Dârium famulis manibus doluiſſe peremptum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulchro. Nomen eſt Perſarum regis. Seruarunt hanc quantitatem recte Baptiſta & Fauſtus. Baptiſta in conſolatione ſuper morte Collæ,
Quid genus AEneadum, quid nigri regna Darij
Lapſa canam? Fauſtus de Genuenſibus victis, Sic bene facundo perſuaſerat ore Darius. Ergo hallucinatur Sidonius ad Fœlicem, dicens, Et primùm Darij tumultuantes. Phaleucius eſt verſus. in quem dicit Baptiſta Pius Italiæ decus, Darij, omnis eruditorum ſchola conſono aſtipulatu ſecunda intenta profert, quum prima ſit anceps & bitemporanea, & ad nutum carminatorum. probat id Pius per Ouidium & Claudianum, dicítque ſuppetere ſexcenta ad hãc rem exempla, quæ prudentem ſe præterire affirmat. Errat ſimiliter Sedulius lib. 1. dicens, Nec minus & Darij furuerunt iuſſa tyranni. Et

Petrarcha ad AEneam Senēſem lib. t, Aut Darium Tomyris,&c. Errant quotquot Sidonium imitā-
tur. Dius,dia,diū,vide I ante o,Diogenes. Fit à deriuatiuo dijos per duplex ij: ideo producitur con- Dius.
tra primitiuū Dios,id eſt Iupiter. Eugenius,viri proprium,teſte Nebriſſenſi:quia habet eandem de- Eugenius.
riuationem cum Iphigenia: ſic Eugenia. Ideo errat Philelphus dicens in ſecunda quintæ, Proiuerit
meus Eugenius quod territat vnquam. Graphium,teſte Neſtore: quia Græce ſcribitur per ει diph- Graphium.
thongon. Latini tamen corripiunt: quia aliquādo ſcribitur per iota. Ouid. Quid digitis opus eſt Gra-
phium iaſſare tenēdo?& eſt ſtylus quo ſcribimus. Graphiariū,eſt graphiorū theca. Mart. in Apo. Hæc
tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro. Gynæciū,teſte Neſtore,locus ſecretior in ædibus vbi ſolæ mu- Gynæcium.
lieres conuerſantur. Hormius,fluuius muſis ſacer. Papin. 7. Thebaid. Hormius.

Vos etiam noſtris Heliconia turba venitis
Addere rebus opem. Túque ô permeſſe canoris
Et fœlix Hormie vadis armatis alumnos

Bellorum reſides. Idolium,id eſt templum. *Lycius*,cum *y* Græco in prima ſyllaba, id eſt Apollo: Lycius.
ſic dictus à *Lyco*,id eſt lupo: quia ſicut lupi pecora rapiunt,ita ſol humorem haurit radijs. vel à lu-
ce,quia veteres Græci primam lucem ante ſolis ortum *Lycem* vocabant:& ea lux,*lycophos* hodie di-
citur. hæc & multo plura Macrobius lib. 1. Saturn. Papin. Thebaid. 10, Templa *Lycie* dabis,& ditia
dona ſacratis Poſtibus. Nonnulli libri habēt cum æ diphthongo *Lycæ*. At *Lycius*,lycia,licyum,
pro gente *Lyciæ* ſine dubio corripitur. Virg. 1. AEneid. Vnam quæ *Lycios* fidúmque vehebat Oron- Lycium.
tem. Pro Apolline corriperem *Lycius*,producerem *lycæus*:vt Epicurius & epicuræus. Lycium vel
lyceū cum *y* Græco in prima, fuit Athenis Ariſtotelis ſchola,vt Platonis academia. Fuit quoque Ly-
cium,Ciceronis gymnaſium,de quo ipſe ait,Inque academia vmbrifera,nitidóque Lycio
Fuderūt claras fœcūdi pectoris artes. Male legitur *Lyæo*. Miurus variatur à Terentiano. Man-
tium,locus vaticinandi:alij Manteum. Orius, viri proprium. Ouid. 12. Metam. Oppreſſitque duos, Orius.
Brotean & Orion. Orio,mater erat Mycale. hic Orion accuſatiuus eſt, & Orio datiuus à nominatiuo
Orius. Orithius videbis in primis O ante r. Pandochium, vniuerſale hoſpitium, producitur cum Orithius. Pandochiū.
omnibus eiuſdē deriuationis nominibus,quia Dochεion,teſte Nebriſſenſi,ſcribitur Græce per ει diph- Dochεion.
thongon. Pan,totum eſt: Dochεion,id eſt receptaculum. Sic Xenodochium,id eſt peregrinorum ho- Xenodochiū
ſpitium: Xenos,id eſt hoſpes & peregrinus. Ptochodochium, id eſt mendicorum receptaculū. Plura
talia reperies. Polium,id eſt locus vbi aliquid vēditur. vtimur in compoſitis pœnultima producta, Polium.
teſte Nebriſſenſi : quia Græce cum ει diphthongo ſcribitur : vt Bybliopolium , vbi libri venduntur: Bybliopoliū
Ichthyopolium,vbi piſces venditantur. Ichthys,id eſt piſcis cum i Latino,ſequentibus ch & th aſpi- Ichthyopolium.
ratis cum *y* Græco. Poieo,id eſt vendo. Sic OEnopolium,thermopolium,pharmacopoliū,& ſimilia.
Prymneſium cum *y* Græco,funis nauticus,teſte eodem. Scaphium,teſte Neſtore:quia Græce ſcri Prymneſiū.
bitur per ει diphthongon,aliquando etiam per iota,& ſic à Latinis corripitur. Mart. lib. 11, In ſcaphiū Scaphium.
mœchæ Sardanapale tuæ. Iuuen. Et ride poſitis ſcaphium quum ſumitur armis. Eſt matula à ſimi-
litudine ſcaphæ dicta. de ſignificatione apud alios plura leges. Sperchius cū ch aſpirato, Theſſaliæ Sperchius.
fluuius. Ouid. 1. Metam. Populifer Sperchius & irrequietus Enipeus,
Apidanúſque ſenex,leniſque Amphryſus & AEas. Trophiū,locus vbi aliquid educatur. vtimur eo Trophium.
nomine in multis compoſitis pœnultima ſemper longa:quia teſte AElio Nebriſſenſi,Græce ſcribitur
per ει diphthongon,quam in i longam vertimus: vt Ichthyotrophium apud Columellā legi,pro pi- Ichthyotrophium.
ſcina vbi educantur piſces. Trophe,eſt educatio. Brephotrophium,eſt paruulorum hoſpitium:vbi in-
fantes expoſititij aluntur. Brephos,infans eſt. Orphanotrophium,locus vbi alūtur orphani. Eiuſdem Orphanotrophium.
compoſitionis plura leges,ſi vocabularios diligenter excuſſeris. Heliotropius videtur mihi produ-
ci apud Priſcianum in Perihegeſi,Hic lapis Heliotropius qui nomine vero. Periſtrophium dictis iun-
gendum admonui.

O ANTE VOCALES.

O ante vocalem.

O ANTE a corripitur,vt Oaxes,Stoa:quod nūquam recte producitur: licet Stoicus nullo mo-
do corripiat. ¶ Sed Stoa,id eſt fornix,teſtudo,porticus,per o micron ſcribitur,vt Troia: Stoi-
cus per ω mega,vt Troius,& Stoicidæ in Iuuenale. Errauit ergo in (Stoa) Capella,& recte di
xit Mantuanus,Vel Stoa,vel Senecæ tradent rigidíque Catones. Thoas etiam, ſecundo AEneid. corri-
pitur: male ab interprete Homeri producitur.

EXCEPTIO. Iohannes, quia Græce ſcribitur per ω mega , quæ litera perpetuùm producitur, &
ſcribitur ſine aſpiratione. Totum hoc dicit Hermolaus Barbarus in 6. Plinij cap. 26. vbi reprehendit
Sidonium Apollinarem qui corripuit, oſtenditque Sidoniū plerunque Græcæ linguæ eſſe ignarum.
verſus Sidonij in euchariſtico hic eſt,Qua nunc Helias, nunc te iubet ire Iohannes. vbi Baptiſta Pius
ait,Iohannes non ſat ad poeticū examen:quippe ſcribentibus ita Græcis iωάννης. nec obſtat Architrē-
nium ſimiliter eo hemiſtichio pronuntiaſſe, Liber eſt non libra Iohānes. Hæc Pius. Cum Sidonio er- Oarion.
rauerunt Sedulius, Arator, Petrarcha, Philelphus, Mancinellus, Hymnographus,& plures. Oarion, Siloa.
quanuis alij dicant Aorion,videbitur in O ante r. Siloa à Chriſtianis variatur. Arator, Ille iacebat
iners,cui proxima mota Siloa. Sedul. lib. 4, -voce monētis Accepta domini,Siloā veniſſet ad vndā. Troas.
Troas troadis. Virg. At procul in ſola ſecretæ Troadis acta. ¶ Adijcitur productis Paochurus,pi-

ſcis: interpres Oppiani libro 1,Paochurónque greges. (Iohannes) Fauſtus non recte variat: nec bene
corripuit author hymni,Vt queant laxis. Troas ω ſcribitur,& ergo ſemper producitur. Zoa, vrbs à
Bruto condita producitur vt cætera à Zoe,id eſt vita: quia per ω ſcribuntur,vt Zoagriaorum, præ-
mia ſoluta pro liberatione vitæ.

O ante e.

O ante e corripitur,

vt Cloe,mulieris proprium.Martialis libro tertio,Tota te poteram Cloe carere. Phaleucium eſt.
Aloeus. EXCEPTIO.Aloeus,gigãtis nomẽ: Aloides,aloei filius.quidã aſpirant.Lucan.lib.6,Impius hanc
Noe. prolem ſuperis immiſit Aloeus. Boetia non recte dici probauimus. Noe,ab Aratore variatur ſe-
Typhoeus. cunda ſemper producta.Sedulius lib.1, Nunc bonus Eliæ qui perfidùs antea Noe. Typhoeus ſatis
patuit in ſynæreſi & hypermetris. Troes,Heroes,& ſiquæ talia ſunt,cremento patent.

O ante e producunt

in plurali,quæ ante i ꝓducunt in ſingulari,vt Thoes ſingulare,& Thos thois,ſpecies luporũ. Troes,
vt Tros trois. Admoes,piſces. Lippius lib.3,Tales admoes ſunt paſſæ ad pabula caſus. Et Alcmoes.
Idẽ lib.1,Alcmoũ mœſtæ volucres aquilæq; murinę. Sic ſi liceat pluraliter dicere,Minoes,Heroes,&c.

O ante i.

O ante i corripitur,

Pyrois. vt Eubois euboicus.vide Sebetus E ante h.Opois,Simois,Pyrois.hoc vltimum cum y Græco in pri-
ma ſcribitur.ſolis equus eſt,nec recte dicitur pœnultima longa,in quo multi hallucinantur.Ouid.2.
Metam.Interea volucres Pyrois Eous & æthon
Solis equi,quartúſque phlegron hinnitibus auras
Flammiferis implent,pedibúſque repagula pulſant. Val.Flaccus lib.5,Et formidantem patrios pyro-
enta dolores.Colum.lib.11, -nec ſyrius ardor
Sic micat,aut rutilus pyrois,aut ore coruſco
Heſperus.Hîc eſt lapilli nomen à colore ignito dicti.nec poteſt hic legi Pyrous ſecũda extenta. No-
tentur obliqui Minois,Trois,Herois, Thois:& è longis deriuata Aloides,alois,typhois,minoius,troi-
cus,heroicus,&c. Val.Flac.lib.5,Non tibi aloidæ,quibus hæc fera murmura iactes. ¶Corripitur etiã
Græcis Troia ſubſtantiuum triſyliabũ.Seneca in Hecuba,Miſit infeſtos Troiæ ruinis. Latini tamen
contrahẽtes alibi in duas ſyllabas i faciunt duplex conſonũ:& ita poſitione producitur Troia ſubſtã-
tiuũ: adiectiuũ ſemper ꝓducit per ω,vt Tros trois troibus: Troiugena autem vt Troia ſubſtantiuũ.
Dinois. EXCEPTIO. Deois, vide E ante o. Dinois,ancilla per ω mega. Lagois, piſcis nomen. Horat.
Lagois. Sat.3.lib.2, Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare Lagois. Eſt etiam auis,cuius carnes leporinum
Oiclus. guſtum præ ſe ferunt.Lagos,id eſt lepus. Oiclus,viri nomen.vnde Oiclides,id eſt Amphiaraus,Oi-
cli filius. Apud Ouidium in 3.de Arte pro cẽtauro Oiclus corripitur 12.Metam. Phoix aut phoicus,
Stoicus. auis per ω mega. Stoicus, philoſophorum quorundam appellatio. Stoicides vel ſtoicida, eſt Stoici
æmulator aut ſimulator potius.Perſius, -mendoſè colligis,inquit,
Stoicus hic aurem mordaci lotus Aceto.Iuuen.Saty.2,Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem
Troilus. Stoicidæ. Troilus,Priami filius.Virg.1.AEneid. Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis. ¶Troia,
Troia. adiectiuum,eſt fere ſemper triſyllabum prima ſemper producta.Virg.2.AEneid.Huc vndique Troia
gaza. Troia,ſubſtantiuum,diſſyllabum eſt apud Latinos, & priorem poſitione producit. rariſſime fit
Zoilus. triſyllabum,& primam corripit. Zoilus, homeromaſtix, & proinde quiuis doctorum reprehenſor:
& aliorum virorum nomen. Mart. Zoilus ægrotat,faciunt hanc ſtragula febrem. ¶Aloides, vt dixi,
producit. ideoque in de obitu Mecœnatis legetur ſine &,Fudit Aloidas. Heros in omni caſu,vbi o
ante vocalem habet,eam producit:vt Heroa heroas,heroes herois & heroum,& quod inde fit Heroi-
cus,heroica,heroicũ.& Herous,heroa,heroũ.Vnde in 2.Faſt.legẽdum,Ponderis heroi res erat iſta pe
dis.non Heroici,vt legit Sto. Et in Terentiano iambico legam, Quis acta Homerus heroum quum
ſcriberet:vbi(hero)ſpondæus eſt à nominatiuo heroes.Moyſes Bebelio per ω ſcribitur,ideo Pruden-
tius non recipitur in apotheoſi, Inde figura hominis nondum ſub carne Moyſi. Iuuenalis & cæteri
Latini Moſes priore longa ſcribunt ſine y. Oiclus, pater Amphiarai,o producit: nomẽ centauri cor-
ripitur.Ouidius 12.Metam. Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oicli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu. Phoix,auis & phoicus per ω ſcribitur. Sethiois, vrbs
ſecundam producit, teſte Hermolao cap.9.lib.5.Plinij.

O ante o corripitur,

vt Laocoon. Producitur Oonæ oonarum, nomen inſulæ per ω mega,etiam ſecunda ἀπὸ τῶν ὠῶν,
id eſt ab ouis: quia incolæ ouis auium paluſtrium & auenis tantum aluntur. In Mela male legitur
Ceneas.& in Solino Oceanos pro Oonas.

O ante u corripitur,

vt Alcinous,Panthous,Antinous,&c.
Achelous. EXCEPTIO. Achelous,dei & fluuij nomẽ.Ouid.9.Metam.Dixit,& vt vincas alios Acheloe dra-

cones. Pyrous,cuiuſdam herois nomen vt dicit Neſtor. Pyrois autem, Solis equus, vt dictum eſt.

Pyrous.

Producuntur omnia poſſeſſiua in ous: vt à Latona latous, ab Argo argous, ab Arctos arctous, à Gela gelous, à Myrtilus myrtous. Sic omnia ſimilia. Teſtimonia ſunt inuentu facillima. Horatius, Leſboum refugit tendere barbiton. Aſclepiadæum eſt. A Co inſula, Cous, coa, coum. hæc inſula etiam Coos appellata eſt priore breui. Ouid. in Arte, Si Venerem Cous nũquam pinxiſſet Apelles. Pro inſula vero Papinius, Hunc ipſe Coo plaudente philetas. Qui dicunt deriuatiuũ Cous variari, carent (vt opinor) teſtimonio. Papin. 1. Syl. Latous vatem pater, & Semeleius euhã. Latous, id eſt Apollo. Euhan, id eſt Bacchus. Idem lib. 1. Thebaid. - ſeruatorémque parentum
Latoum votis iterúmque iterúmque canamus. Inepte habent hoc loco nõnulli libri Latoidem. Plura teſtimonia ſi cupide deſyderes, legendus eſt Neſtor.

Poſſeſſiua in ous.
Cous.
Latous.

O ante u producitur,

vt Bagous, uomen Spadonis in Ouidij Corynna: vbi tamen à quibuſdam Bagogus legitur. Sed in AEliano Artaxerxem ochum cognomine ab Eunucho Bagoo homine AEgyptio interemptum legimus: vt legit Hermolaus lib. 13. cap. 4. Aloum oppidũ per ω ſcribitur Hermolao, lib. 3. cap. 20.

V ante vocales corripitur fere ſemper,

vt ſuus, ſua. Veruntamen V ante vocalem produeunt Emmanuel & Alleluia, licet Chriſtiani in his hallucinentur, aut ex induſtria abutantur. Scribuntur enim Græce, teſte Bebelio per ου diphthongon ἐμμανουὴλ ἀλληλυια: quod poſterius quinque ſyllabarum eſt. Suagela eadem ratione producitur. Eſtque vrbs Cariæ, in qua turpiter errauit interpres vertẽs cũ gela, quaſi σωυγελοι Græce ſcriberetur.

REGVLA QVINTA DE DERIVATIVIS.

Deriuata patris ſeruabit dictio normam,
Conſona ſi patris maneat: docet iſtud aratrum.
Multa tamen tolles, pòſt declarata vel anté.

Syllaba tanta eſt in deriuatiuo, quanta fuit in ea primitiui parte, vnde immediate deriuabatur, ſi cõſonans primitiui maneat in deriuatiuo: vt Legi præteritum priorem producit: ergo etiam Legeram, legiſſe, legiſſem, legerim, legero: quia à legi formantur. Lego autem priorem corripit: ergo etiam Legebam, legam, legerẽ, &c. Diligentiſſime diſcant pueri deriuationes verborũ, de quibus verſieuli ſunt,
Præteritum verbi de ſe dat tempora quædam,
Ram, ſſem, rim, ro, ſſe, formabit cætera præſens. Item à ſupino formantur participia præteriti temporis & futuri in rus: item nomina in tio & tura, & multa in us, quartæ declinationis, & alia plura. quod diligenter conſyderandum eſt propter natura, natio, natalis, &c. Item ſupinũ Aratum producitur: ideo etiã quòd ab illo fit Aratrũ, non poſitu tantũ, ſed ipſa natura. Neſtor dixit corripi: quia Græce ſecunda correpta Aratron dicitur: Latini autem (vt vult Neſtor) o breue in a breue vertерũt. Neſtorem ob hanc rem Sulpitius deridet. Et recte me hercule: quia Aratrum à doctiſſimis ſemper producitur, & ab Aratum recte formatur. Eadem ratione producuntur tantum, licet conſonans mutetur, Inuolucrum, Simulacrum, Ambulacrum, Lauacrum: ab inuolutum, ſimulatum, ambulatum, lauatum. teſtes mihi ſuut Badius, Bebelius, Ferettus, inter Italos magnæ authoritatis grammaticus & rhetor. Neſtor confirmat opinionem ſuam authoritate Petri Rigæ, hominis quantitatum negligentiſſimi. Dicit autem Riga in aurora, Noſtræ carnis humũ, crucis hoc aratro, quaſi ſignant. Ego video hoc nomeu etiam à Sidonio corripi in laudibus Narbonis, Diuerſas aratro vias cucurrit. Phaleuciũ eſt. Hunc ſecutus eſt Petrarcha in 8. Aphricæ dicẽs, Nunc aratrũ antiquis inſultet mœnibus omnes, Vnus habet prædas hoſtis. Vtut eſt, opinor aratrum tantum produci. quia hi in multis errauerunt, vt ſæpe oſtendo in his libris. Dixi in regula, Vnde immediate deriuabatur. Quæ nanque à præteritis formantur, regulam præteritorum ſeruant: vt Rupes à rupi, ſedes à ſedi. Quæ à præſenti ſuut, præſentis quantitatem obtinent: vt Sedile à ſedeo, vocabulũ à voco. At vocula, voculatio, & vociferor, à vox vocis: vt regina & regula à Rex regis, legitimus à Lex legis. Etymologiæ vel deriuationis diuinatio admodum difficilis eſt: ideo in primis inſpicienda eſt rerum natura: poſterius nanque à priori deriuari neceſſum eſt: ideo Sedeo à ſedes deriuari volunt, non contrà.

Aratrum.
Aratron.
Inuolucrũ.
Simulacrũ.
Ambulacrũ.
Lauacrum.
Aratrum à Riga correptum, & à Sidonio, & Petrarcha.

Addidi, ſi conſonans primitiui maneat: alioqui ad ſpeciales regulas currendum eſt. Talia ſunt binus, trinus, bimus, trimus, quadrimus, mobilis, fomes, iumentum, prælum à premo: quod (vt Ferettus ait) diphthougon vſu recepit. alij à præluo præluis deducunt. Sæculum cum æ diphthongo à ſenex, teſte Varrone. Iucundus à iuuo. Iocundus non dicitur. Idem eſt vbi in primitiuo eſt vocalis ante vocalem, aut vbi poſitus fuit in primitiuo, & deſinit eſſe in deriuatiuo. Ideo à primitiuis recedunt ibo, quibo, numen, ſerium à ſeorſum, & riſus, vt volunt, titulus, quater, ofella, &c.

Cæterum multa contra primitiuorũ regulas aut producuntur, aut corripiuutur, quorũ nonnulla iam dicta ſuut: vt Priamides, Chius, &c. plura declarabuntur, vt regula, vitupero, totus, feriæ, feralis, humor, iugerũ, pætus, laterna, rex regis, lex legis, vox vocis, viginti, gradiuus, rapa, vna, ſicelis, remus, cunæ, ſerius, maceror, iapetides, & multa alia cõtra primitiuorum naturã produeuntur. Cõtra corripiũ-

tur hæc,quorũ primitiua producuntur,dicax à dico,ſtabilis,ſopor,nato, ſiquidem,ariſta,lotium,vitiũ, lucerna,lituus,quia,teſte Feſto,fit à lite. Seruius tamẽ vult Græcum eſſe. Vaſillũ à vas vaſis. Marbodeus in lapidario,teſte Neſtore,Quæ ſolis radijs in aqua ſubiecta vaſillo. Multa alia poſtea leges.

¶Aratrum propter Sidoniũ cenſet Stoa poſſe corripi in pœnultima, ſed errat: quia ambulacrum, aratrum,lauacrum,ſimulacrũ,volutabrum,candelabrum,delubrum & inuolucrum pœnultimam producunt,vt teſtatur cum Aldo Becichemus,& multi alij. Errauit ergo Proſper dicens,

In quo per lauacrum fidei virtute renata

Cæleſte accipiet gens noua principium. Et Prudentius de nouo lumine paſchalis ſabbathi,

Iuſſus nexa pedum vincula ſoluere,

Ne ſanctũ inuolucris pollueret locum. Et Mãtuan. Quot deus inuolucris, & quãta ambage viarum.

Tigillum & Sigillum ideò corripi volunt, quòd interdum tignum & ſignum per liqueſcentiam contrahi offendũtur: ſed verius,quia literam abijciunt,vt matella,ofella,ligula. Iunior à Iunis rectius deduci putatur quàm à Iuuenis. Sodalis,à ſuadeo. Iumen cum à iungendo,g litera attrita,Marcellus deducit:alij à iuuando. In his Grammatici certant,& adhuc ſub iudice lis eſt.

REGVLA SEXTA DE COMPOSITIONE.

Simplicis obſeruat menſuram compoſitiuum,
Quanuis diphthongus vel vocalis varietur.
Hanc legem ſpernunt dicus à dico,innubus atque
Pronubus,ambitus,nihilum cum ſemiſopitus,
Peierat à iuro cum deierat,agnitus,& cog.
Connubium varies:ab itum comitia dicas.

Cõpoſitum ſequitur ſimplicis regulã & cõtrà,etiã diphthõgo aut vocali mutata. vbique tamẽ obſeruãdæ ſunt regulæ poſitionũ,& vocalium ante vocalẽ,vt Ludo colludo,Lædo illido, Amicus inimicus, Tabeo intabeo, Taceo reticeo,Facio reficio. Recurre ſemper ad triſyllaba,& accẽtus quãtitatem facile indicabit: vt Reficis,intabes,&c. Per hanc regulã præpoſitiones in cõpoſitione quantitatem priorẽ ſeruant:vt Abeo,adamo,ſubeo,euoco,deduco,amoueo,amitto,auerto,auius,&c. ab à,quæ producũtur. Quintilianus tamẽ dicit cõponi ex ab, ablatione b literæ: vt Omitto ex ob,aperio ex ad: quæ duo primã corripiunt:vt Apella & apluſtre,quia fiunt ex Græca primitiua particula α. Virg. Sæpe leui ſopnũ ſuadebit inire ſuſurro. Ideo,teſte Neſtore,male dixit Riga in libris Regũ,Initiũ fidei de-
Initium. ſignant hoſtia portæ. Quãobrem nõ dubito eſſe vitium in carmine Virgilij de ludo, Initio furijs ego
ſum trib[9] addita quarta. rectũ eſſet principio. ¶Turpiter errauit Prudẽtius corripiẽs primã in Eneruo
in hoc adonio,Corpus eneruat. Et alibi,Robur eneruatũ. Ab hac regula demunt A dico nomina in
dicus: vt Cauſidicus,maledicus. A nubo,Pronuba,innuba. Cõnubiũ à Virgilio variatur. Ambitus
Ambitus. participiũ ab ambio,ambiui,ambitũ. Ouid. 1. Metam. Iuſſit & ambitę circũdare littora terræ. Ambitus
nomen ſemper corripitur. Claud. in 3. conſulatu Honorij,Luget auarities ſtygijs innexa cathenis,
Nihilum. Cúmque ſuo demens expellitur ambitus auro. Nihilum. Perſius, -gigni
Hilum. De nihilo,nihil in nihilũ nil poſſe reuerti. Fit à ni,id eſt non:& hilum,res nullius pretij: vtpote fabæ
nigrum:quod producitur. Lucret. lib. 3,Nil igitur mors eſt:ad nos neque pertinet hilum. Semiſopitus
Comitium. videbis in Sopio,in O ante p. Cætera ſatis patent præter comitium,quod à ſimul itando dictũ volũt,
& producit etiam primã contra multorum ignorantiam. Sil. lib. 8, -nanque huic comitia campus
Iura atque arma tulit. De campo Martio loquitur vbi erant comitia. Orichalcum ab oros,id eſt
mons,dicitur,ex quo foditur:non ab auro:ideo ſemper corripitur,vt apud Horatium in Arte.

SE & DI.

Se produc & di,præter dirimo atque diſertus.

Se & di præpoſitiones Latinæ inſeparabiles producũtur,Segrego,diduco. Corripiuntur tamen Dirimo,diſertus. Virg. 5. AEneid. Et prælia voce diremit. Horat. Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Securus producitur,quia ex præpoſitione fit. Securis corripitur,quia à verbo ſeco fit. Seuerus vndecunque eſt corripitur:vt Equidem quod Neſtor putat ab (ego) & (quidem) deriuari. Priſcianus primariũ eſſe opinatur. vide E ante q. Digamma,dilemma corripiuntur: quia Græca ſunt. Male Prudentius in apotheoſi,Cæcorum cæcos loquor atra ſecordia quorum.

RE PRAEPOSITIO INSEPARABILIS.

Eſt re breue. at refert à res producere debes,
Reiicit & reiecit. nam quæ iacio tibi format,
I prius interdum tollunt,vt corripiantur.
Addit vel demit metri grauitate poeta.

Re præpoſitio inſeparabilis corripitur, vt Redeo,reditus pro annuo prouentu,renuo,&c. Perſius

in vltima ſat. Pingitur,an renuis,&c.nunquam inueni rennuo per duplex n,quicquid aliqui dicant.
Ouid.lib.2.de Ponto,At reditus iam quiſque ſuos amat,& ſibi quid ſit
Vtile ſollicitis ſupputat articulis. Refert à res cõpoſitũ producitur:alioqui corripitur: nec vnquã
duplici ff reffert ſcribatur cõtra Georgiũ Vallã: quia melius opinamur à nomine(res)& verbo(fert)
fieri refert,quãdo regit genitiuũ,& ablatiuos mea,tua, ſua,noſtra,veſtra. de quo verbo ſatis à nobis in
Syntaxi dictũ eſt. Reijcio à(re)&(iacio)producitur poſitu,quia in eo verbo i duplex efficitur,teſte Reijcio.
Nebriſſenſi: vbi autẽ corripitur,i conſonãs abijcitur. quod etiã contingit in alijs cõpoſitis à iacio: vt
adijcio vel adicio,abijcio vel abicio,ſubijcio vel ſubicio,obijcio vel obicio.nã correptionẽ poſitio im-
pediet,niſi cõſonans i abijciatur. Ea abiectio in proſa barbariſmum facit: in carmine in his cõpoſitis à
iacio omnibus licet,quicquid dicat Guaguinus & quidã alij,qui nõ diligẽter ſatis poetas perlegerũt.
Virg.in Buc. Tityre paſcẽtes à flumine reice capellas. hîc corripitur. eſt autẽ in quinta regione ꝓce-
leuſmaticus,teſte Priſciano, qui per ſynæreſin fit dactylus. Idem Georg.3,Reijce ne maculis infuſcet
vellera pullis. Idẽ AEneid.11,Reijciũt parmas,& equos ad mœnia vertunt. Idem,Bis reiecti armis. Et
AEneid.5,Hæc fatus,duplicem ex humeris reiecit amictũ. Reieci,reiectũ nunquã corripiũtur,quia in
eis i cõſonans duplex eſt,nõ ratione,ſed authoritate,propter bijugus,trijugus,quadrijugus. nec video
cur non tã in reijcio,quàm reieci ſit duplex:ideo miror Seruiũ dixiſſe in illud 11. AEneid. Sic ait,atque
oculos Rutulorum reijcit ictus:ectaſin eſſe: licet re longa dici poſſet propter præteritum reiecit:quid
his velit Seruius, non ſatis intelligo : quandoquidem tam bene in (reijcit) i conſonans eſt quàm in
præterito reieci. Stath. Thebaid.6, -prouidus aſtu
Et patria vigil arte Lacon hos reijcit ictus. Lucret.lib.2, -videmus
Reijcere in terras naturã,multáque ceris. Ouid.lib. de Arte,Reijce ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos.
¶Et vt Pius legit lib.1,Reijcit æterno deuictus vulnere amoris. vbi vulgo minus apte legitur Reficit.
Et vbi male legit̃ in Virgilio Ore reiectantẽ: legendũ eſt Ore eiectantẽ,vt prius docui. Refert pro di-
ſtat,à nomine re producit̃. Male ergo legit Stoa in Lucret.lib.4,Vſqueadeo magni referũt ſtudiũ at-
que volũtas. vbi Pius legit refert. Badio videtur(re)& (que)cõfundi: quia in(reijcio)i nõ eſt duplex
cõſonans,& tamẽ ſæpe producitur:potius tamẽ re corripi probãt,qui vt producatur,conſonantẽ ſe-
quentẽ geminant,dicẽtes Redduco,reffero,rellatus,relliquiæ,relligio,relliquo. vt ſecundũ Stoam Lu-
cretius,Nunquã relliquo reparari tẽpore poſſit. Vbi Badius legit pro reliquo,&c. Papin.lib.4. Theb.
Tela manu reicítque canes in vulnus hiantes. Ouid. Adijce Troianæ ſuaſorem Antenora pacis. Mar- Adijcio.
tialis lib.10,Siquid noſtra tuis adicit vexatio rebus. Sic corripitur infinitiuus adici in principio ſeptimi Adicio.
Thebaidos. Virg.in Moreto,Et ſummis ſpoliat corijs,contemptáque paſſim
Spargit humi atque abicit. Iuuen. Saty.15,Hũc abicit ſæua dignũ veráque charybdi. Ouid.2.de Põto,
Turpe putas abici,ꝙ ſit miſerãdus amicus. Lucan.lib.8,Cur obicis Magno tumulũ magnóſque va- Obijcio.
gãtes. de Põpeio loquitur. Sil.lib.4,Arietat in primos,obicítque imania mẽbra. Arietat ꝓcéleuſmati- Obicio.
cus eſt,aut per ſyneſeſin dactylus. Arietare,eſt ariete pugnare. Papin.10. Thebaid. Pectoráque inuiſis
obícit fumãtia muris. Sil.lib.13,Iungere tũ fata,& ſubici iubet ocyus ignes. Papin. Achil.1,Fata videre
prior ſubicit gauiſus Vlyſſes. Lucan. In 7, Ipſe manu ſubicit gladios,ac tela miniſtrat. Ne vereamur
imitari quæ tã ſæpe apud probatiſſimos legimus. Quòd ſi in aliquo carminũ genere opus eſſet tribra-
cho,idem putarẽ licere in tetraſyllabis abijcio,ſubijcio,&c. quicquid dicant nõnulli. Neſtor dicit quoſ-
dam putare reicio,quãdo corripit̃,fieri ex ico. id Neſtori nõ placet,nec mihi,quia ico producit̃ tantũ. Additio vel
Poetæ profecto plerũque metri gratia aliquid addunt aut demũt. id in proſa eſſet barbariſmus,præ- remotio
terquã forte in paucis, iã olim in proſa admiſſis. In his quæcũque ſunt magis inuẽtis vtemur quàm metrica.
excogitãdis:tũ id etiã caute videbimus, quænã rara ſunt,& quæ frequentia: nam raris raro vtendum
eſt: frequenter vſurpata nõ abhorrebimus. Frequentia quidẽ ſunt vincla,ſecla, tomacla: pro vincula,
&c. Alitũ,cælitum vbique recepta ſunt:alituũ,cælituum nõ aſpernãda:vt neque religio,reliquiæ:licet
relligio,relliquiæ frequẽtiora ſunt neceſſitate. Rariora ſunt lamna,pro lamina: ſurpite,ſurpuerat, pro
ſurripite,&c. ſic domni pro domini. vide O ante n. Induperator pro imperator in carmine recte dices. Induperator
Legitur apud Lucretium 4. quẽ imitatus eſt Iuuenalis Indugredi,indupedita,idumanu,induforo:Lu-
cretio & antiquioribus relinquamus,quia Virgilio & cæteris qui ſequũtur,vt nimis dura diſplicuerũt:
pro ingredi,in manu,&c. Lucret.lib.1,Viãq; indugredi ſceleris. In eodẽ,Inter ſe nexus minꝰ aut magis Hippona.
indupedita. Sic alibi ſæpe. Hippona,gemino pp,eſt equorũ ſtabulorũq; dea. ab hippos,i. equus. vnde
Hippocrates,&c. Iuuen. tamẽ metri gratia vnũ p abſtulit, dicẽs Sat.8, Iurat ſolã Hipponã,& facies o-
lida ad ꝑſepia pictas. ¶Sed melius legit̃ ſecundũ Hermolaũ Barbarũ Hippo,cuius genitiuꝰ eſt hippꝰ,
accuſatiuus hippo, vt Alecto. Vnde etiã Placiades Semones dici voluerũt deos quos cælo nec dignos
aſcriberẽt ob meriti pauptatẽ: ſicut ſunt Priapus,Hippo,Vertũnus:nec terrenos eos deputare vellent Hippo.
propter gratiæ venerationẽ. Petrarcha auſus eſt vnũ n auferre ab Hãnibal in 6. Aphricę,Te quoties
Hanibal video,&c. Sic idẽ circa finẽ libri 7. Idẽ in 10. Aphricæ geminat r in Terẽt. dicẽs,Seruatore ſuo
prior it Terrẽtius horũ. Cæterũ quia in multis manifeſto errauit Petrarcha,nolo eũ in his imitari,quia Reficit.
nullũ habet authorẽ:nec ipſe author haberi debet,vt ſæpe patebit in hoc opere. Lucretius refficit dixit
pro reficit: quod parciſſime imitandũ eſt. vt in lib.1, -belli fera munera Mauors Armipotẽs regit, in
gremiũ qui ſæpe tuũ ſe Refficit:æterno deuictus vulnere amoris. Mauors quoque poeticũ eſt:nã in

Reccido. proſa Mars dicitur. Idem lib. 1, Reccidere inferiora magis quàm corpora noſtra. Ibidem,
At neque reccidere ad nihilum res poſſe: neque autem
De nihilo teſtor. Idem lib. 5, Haud igitur ceſſat gigni de rebus, & in res
Reccidere aſſidue: quoniam fluere omnia cõſtat. Propertius, Reccidit inque ſuos menſa ſupina pedes.
Redduco. pro recidere & recidit. id parcè imitaberis. Lucan. lib. 1, Redducit Venus & redductum Dædala tellus.
Idem lib. 6, Nec poterant vllam partem redducere eorum. Horat. Dij tibi dent capta claſſem redducere
Referunt. Troia. pro reducere. id parcè imitandum eſt. Apud Lucretium libro 4. videtur Referunt corripi pro
diſtant: ſed opinor eſſe mendam, nec quoquam modo imitandum: Vſqueadeo magni referunt ſtudium
Rellatus. atque voluntas. Idem lib. 2, Rurſum cæli rellatum templa receptant. Lucretius imitatus eſt Terentiũ
dicentem in Phormione, Quod ab illo allatum eſt, id ſibi rellatũ putet. vbi metri gratia l geminari vult
Donatus. Id parcè imitandum eſt: quia relatus vnico l frequentiſſimum eſt. Iuuenalis,
Rettulit. Dixerit aſtrologus: credent à fonte relatũ Hammonis. Hæc omnibus licent, rettulit & retulit, rep-
Retulit. perit & reperit in præterito, reppuli & repuli. Horat. in 1. Epiſt. lib. 2, Rettulit acceptos regale numiſma
philippos. Catul. Si reditum retuliſſet is haũd in tempore longo. Sed emendatiſſimi libri habent retu-
liſſet, vt ſit vetus præteritũ à tollo. Sueuius antiquus poeta, -fera prælia bello In Perſas retulere ſuo.
Repperit. Auſon. in Epig. Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum:
Reperit. Theſaurique loco depoſuit laqueum. At qui condiderat, poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum. Sedulius lib. 5. geminauit p in participio repperiens. id nollem
Repperiens. imitari. dicit autem, Repperiens regem, quòd ſe rex dixerat eſſe, Obijcit. Ouid. in epiſt. Medeæ,
Repuli. Quæque feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flammas effugere ipſa meas. Claudi. in 3. Conſul. Hono. -reuolutáque tela
Reppuli. Vertit in authores, & turbine reppulit haſtas. Immolo ſemper primam producit. Angelus Politia-
nus concedit ſe nouè corripuiſſe: quia in alijs verbis ſimilia fecerunt veteres. Tu producito ſemper.
Reddo tam in proſa quàm in carmine ſemper d geminat: nec ab eo fit redditus nomen: ſed à redeo
Reditus. reditus, etiam pro annuo prouentu vt dictum eſt. ¶ Diſſyllabum & Triſyllabum Terentianus inter-
dum ſcripſit, vt primam corriperet.

P R O.

Eſt pro breue in Græcis: pro longum rite Latinis.

Pro Græca præpoſitio pro ante, ſẽper corripitur: vt Prolepſis, prologus, propheta, Prometheus, pro-
Prometheus metheα cum ει diphthongo in pœnultima apud Græcos: ergo pœnultima producitur. Propontis, pro-
phaſis, propolis, propola, propileum, &c. Ouid. 1. Metam. Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet. Idem 4. de Ponto, Miſit in has ſiquos longa Propõtis aquas. Sic cæteri præter Maniliũ in lib.
Propontis. 4, AEquora & extremũ Propõtidos Helleſpontũ. Idem ibidem, Illum etiam venerata colit vicina Pro-
pontis. ¶ Et præter Claudianũ de laudib⁹ Stiliconis, Reppulit aut ſæua propoſiti cæde tumẽtes. Pro-
gener ab Auſonio producitur, ſicut à cũctis Progenies. Pronurus ab Ouidio in heroidib⁹, Pronurus
& magni Laomedontis ero. Profluus autẽ corripitur ab Auſonio. Propola producitur à Prudẽtio,
Balnea, propolas, meritoria templa, theatra. Propheta variari credemus, vbi productionis teſtimoniũ
ex probato poeta attulerint. Rufinus apud Priſcianum, Agnouit metrum, ſeruátque Terentius artem:
Nam prologos trimetro didicit componere verſu. Errauit in hoc vt in multis alijs Alanus, dicens, Pro-
logus in ſopnum murmur euntis erat. Hunc male imitatur Sulpitius. Prohibeo corripitur: quia vo-
calis eſt ante vocalem. Perſius, -oleum artocreáſque popello Largior an prohibes?

Pro Latina præpoſitio producitur, vt Prodo, proficio. Ouidius, Non profecturis littora bobus aras.
Prope autem corripitur. vnde propero, properus, propinquus. item quæ ſimplicia ſunt probo, probũ,
Propertius corripiuntur. Plerique Propertius à pro deducunt. Item primã corripit procul. vnde vel à
porro nonnulli deducunt ea quæ correpta legimus: & tamen plurima producta videntur ſignificatio-
nem de (procul) aut (porro) habere, vt Protenus, proripio, &c. Virg. Quo nunc ſe proripit ille? hoc eſt
procul rapit. Idem, -en ipſe capellas Protenus æger ago. id eſt porro tenus, quaſi longe à finib⁹, te-
ſte Seruio. Pro igitur in cõpoſitis ſemper producitur in mere Latinis, quancũque videatur ſignifican-
tiam habere: exceptis paucis quorum meminit Gellius lib. 2. Noctium Atticarum: ſed ipſe rem paucis
tetigit: quam longe clarius ſtudioſis aperiam: & plura quàm ille adducam. hoc præmiſſo, Stoa & Pyla-
des dicunt (Propitius) variari: quod videtur natura corripi, ſed neceſſitate produci. Iuuencus, Iam tue
propitius rerum pater vnicus alto. Eadem neceſſitate idem dixit, Profugite è tectis quæ vos ſectabitur
vrbis. Et ſic Claudianus, Solus profugium rebus habende meis. Lucretius autem in primo contraxit
in (prohibeat) duas breues in longam: quod tamen aſpiratio negat: aut proceleuſmaticum fecit, Nam
ſiue eſt aliquid quod prohibeat efficiátque.

P R O   C O R R E P T V M.

Corripias pronepos, profugat, profugit, proficiſcor,
Et procio peto ſignificans. cui iungo procello,

Atque prophana,profeſſa,profunda,profeſta,profari.
Propino vario,procuro,iungo profundo.
Sic bene docte locas propello,propago,Lucreti.

Ouid.13.Metam.Eſſe Iouis pronepos.Idē 10.Metam.Eſt Neptunus auus pronepos ego regis aqua- Pronepos.
rum.Perſius,Iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis, Nulla manet patrui.Errauit itaque Si-
donius in Epithalamio Polemij,dicens, -fœliciter æuum Ducite cōcordes,ſint nati,ſintq; nepotes:
Cernat & in proauo ſibimet quod pronepos optet. Vbi etiā vltima cōtra totā vetuſtatē nimis licen-
ter corripitur. Profugo profugas,primæ,apud Philelphū in octaua ſeptimæ,& in quinta nonæ. Pro- Profugo.
fugio,tertiæ. Val.Flac.lib.7,Cōtingat mihi deinde mori,ſic fata profugit.Hinc nomē Profugus. Virg. Profugio.
1.AEneid. Italiam fato profugus lauināque venit Littora.hinc quoque Profugiū,quod omnes ſyl- Profugus.
labas corripit.quare nō doctè ſatis dixit Proſper,Vnū profugiū tutū eſt deus ipſe timēti. ſed forſan ita Profugium.
mendoſè legitur pro confugiū. Proficiſcor,profectus ſum. Virg.7. AEneid. Arcades his oris genus à Proficiſcor.
Pallante profectū.Propert.lib.3, Magnū iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. Sic cæteri poetæ:nec
vnquā producitur cōtra plurimos:quoniā apud Propertiū in fine ſecūdi libri nō profecto à proficiſcor
legitur,neque ſenſui cōgruit:ſed perfecto à perficio:& ita habēt optimæ impreſſuræ:& ſenſus eſt opti-
mus:ſic,Hæc quoque perfecto ludebat Iaſone Varro.id eſt Varro cantauit amores,perfecto Iaſone.id
eſt poſtquā perſcripſit geſta argonautarū.nec apud Iuuenalē in emēdatis codicib⁹ legitur,Saty.6.Pro-
fectura,ſed proceſſura,vt teſtatur etiā doctiſſimus Ferettus:ſic,Proceſſura domo ſicula nō mitior aula.
¶Valla Placētinus legit,Præfectura domus:vbi(domus)eſt genitiui caſus. Procio procis prociui pro- Procio.
citū,pœnultima ſupini lōga,id eſt prouoco,primā produeit.at Procio,procis,prociui,procitū, pœnul- Proco.
tima ſupini breui,& prima ſimiliter correpta,id eſt peto.hinc Procus,proco procas,reciproco.teſtis eſt Procello.
cū Neſtore Calepinus. Procello,procellis,verbū.Lucret.lib.6, Turbinis immanē vim prouomit,at- Procella.
que procellit.Hinc procella. Virg.1.AEneid. Stridens aquilone procella. Profanus: à quo Profano Profanus.
profanas,verbū:aut cōtrà vtrūque à fanū,id eſt templū:hoc à fando (vt Feſto placet) quia Pontifex in Profano.
dedicatione tēpli certa verba præfari ſolet.alij Græcū eſſe volunt. Virg. Procul ô procul eſte profani.id
eſt irreligioſi & impij,quaſi procul à fano.Ouid.Scilicet omne ſacrū mors importuna profanat. Pro- Profiteor.
fiteor,profiteris,profeſſus ſum.Ouid.in 2.de remedio amoris, Vtilitas lateat,quod non profitebere,fiet.
Horat.in Arte,Inceptis grauib⁹ plerūque & magna profeſſis.errauit igitur,teſte Neſtore,Arator lib.2,
-Paulum eſſe miniſtrum AEterni ſcitote dei,profeſſio vera Profeſſio.
Mēdaci de teſte ſonat. Profund⁹.Virg.Cælūmque profundū. Profeſtus,profeſta,profeſtū. Auſon. Profundus.
de ſtudio puerili, -ſtudium puerile fatiſcit, Læta niſi auſteris varientur feſta profeſtis. Male capitur Profeſtus.
ab indoctis pro pridie feſti. Lucan.in 9,Hoc ſatis eſt dixiſſe Iouē,ſic ille profatur. Variantur autem Profari.
Propino,procuro,profundo,propello,propago propagas,verbū. Mart.in 12,Hoc quoque nonnihil eſt, Propino.
quod propinabis in iſtis. Idē lib.6,Nemo propinabit callidiore tibi.id eſt præbibet:à pro, id eſt ante: &
pino,bibo:nam è Græco habet originē. Tibullus,Ipſe procuraui ne poſſent ſæua nocere Procuro.
Sopnia.Sil.lib.6,Haud ſecus ac ſtabilis procurans otia paſtor. Virg.9.AEneid.
Quod ſupereſt,læti bene geſtis corpora rebus Procurate viri.Catullus,Has poſtquā mœſto profudit Profundo.
pectore voces.Ouid.in epiſt.Canaces,Ipſa nihil præter lachrymas pudibūda profudi.Correptio eſt lon-
ge frequentior. Lucret.lib.4,Eſt procul à tergo qui prouehat,atque propellat.hinc frequentatiuum Propello.
Propulſo propulſas.Vt in eodem lib.de Echo, Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces: Propulſo.
Vnam quam iaceres,ita colles collibus ipſis
Verba propulſantes iterabant dicta referri.Idem in eodem lib.Atque alium præ ſe propellens aera vol-
uit. Ne verearis puer,venerabilis Lucretij authoritatem amplecti. Idem lib.1, Propagare genus poſſet Propago.
vitámque tueri.Ibidem,Nec ratione fluunt alia,ſtragēmque propagant. Idem libro 5,Vt propagando
poſſent producere ſecla.Et paulo pòſt,Vt potuiſſe propagando producere prolem.In his certe de ea-
dem re loquitur,eadémque manet ſignificantia. Ideo in verbo non obſeruanda eſt differentia,quam in
nomine(propago)ponunt grammatici dicentes,Propago pro vite producitur. Virg.Flexos propaginis Propago nomen.
arcus.Pro progenie corripitur. Idem, Si Romana potens Itala virtute propago. Pro eodem dicitur
Propages propagis. Duo ſunt adhuc corripienda,Profecto aduerbium affirmandi: quaſi pro facto, Profecto.
vt dicunt grammatici: & Proteruus,à proterendo : ergo corripitur vtrunque contra primitiui natu- Proteruus.
ram.Horat.in Arte,Ille profecto.eſt finis verſus.Ouidi⁹, Multa miſer timeo,quia feci multa proterue.
Habete ſi lubet verſiculum,Sunt contra patrem correpta profecto, proteruus.

I & O IN COMPOSITIS.

Pars ſi componens fini prior i vel o donat,
Sit breue:cunctipotens & Timotheus manifeſtant.
Quòd ſi non ſemper manet i,producito ſemper.

Habet hæc regula partes duas:quarũ prior eſt, Dictiones cõpoſitæ ſiue Latinæ ſiue Græcæ terminãtes in i primã partẽ cõpoſitionis,breuiãt i:vt Bifidus,trifidus,ſeſquipes, ſemiuir, vitiſator, Archigenes, Sacrificium. antithetõ, ſacrifico,ſacrificiũ. Ennius,Sic nos ille ſuos dijs ſacrificare puellos. Errauit ergo,teſte Neſtore,Arator dicens, Forma ſacrificij perfecti priſca caniſtro

Tres panes offerre iubet. Melius dixiſſet ſacrifici forma,pro ſacrificij. Poſterior pars, Dictiones Græcæ terminantes in o primam partem compoſitionis,breuiãt illud o:vt Dorothea,Samothracia, Timotheus,Cymothoe,Leucothea,Prototomi,Zelotypus,&c.omnia ſunt inuentu facillima.

Dixi in regula, QVÒD SI NON SEMPER,&c.quia ſi ex declinatione tantũ prouenirет, produceretur:vt Tantidẽ,tanticunque, quãticunque,eidẽ,cuique,quãtilibet,quãtiuis. Iuuen. Quanticunque domus cõſtet. Manil. lib.2,Omne quidẽ ſignũ ſub qualicunque figura. Siquis,ſiqua producuntur,quia vix apparet cõpoſitio.Siquidẽ variatur. vide I ante q. ¶ Sed cõpoſita dictio ferè corripitur,diuiſa producitur. Idẽ producitur in maſculino. Scilicet & ilicet producuntur,quia fiunt à ſcire & ire per remotionem ſyllabæ. Legã apud Auſoniũ,Atque trifatidicæ nomẽ cõmune ſibyllæ. Tri in cõpoſitione habet vim ſuperlatiuam,vt trifur. vnde Galli cũ poſitiuo tres dicunt. Officiperdi aut officiperda à Probo aut Catone corripitur,& vilipreci apud alios,teſte Stoa. (Magni pẽdo) ſi duæ ſunt dictiones, (ni) producitur:vt in Horatio,Nõ magni pẽdis quia cõtigit,at mihi curæ. Sic magni facio,quod locutio videtur: quia magnifico cõpoſitũ,& tamẽ longũ reperitur. Pediſſequꝰ & pediſſequa ſſ duplicato,poſitione producũtur,etiã Plauto pediſequꝰ & pediſequa corripiuntur. Tollũtur & alia nõnulla his verſibꝰ cõtenta.

Quot natum atque dies recte variato:at ibidem
Et tibicen erit longum:cui iungis vbique.
Protrahit Auſonius matricidam grauitate.
Lagopus,gæolophus,atque theophila produc
Cum leucopetra:gæometra iungitur aptè.
Quod medius facit atque dies, producito ſemper.

Quotidie. A quot & dies fit quotidie,& hinc quotidianus,& variari poteſt vtrunque. ſed quotidie apud ſolos neotericos reperi corripi,vt apud Mantuanũ in vita diui Georgij. Video reliquos parũ acutè de hac dictione ſcripſiſſe,quia ſæpius primã corripit:rariſſime aſſumptione t literæ producit. vt apud Catullũ ad Mallium, Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti,

Sæpe etiam Iuno maxima cælicolûm Coniugis in culpa flagrauit quotidiana,

Noſcẽs omniuoli plurima furta Iouis. Vbi notabis magis quàm imitaberis pẽtametro verſu ſenſum nõ perfici nec ſuſpendi. Apud alios reperio prima correpta ſecundã produci. Mart. lib.10,Leuis dropace tu quotidiano. Et lib.11, Quo tu,quo liber ocyoſe tendis Cultus ſindone non quotidiana? Sidon. lib.8, Hoc pernix habitu meum memento Orpheum viſere,qui quotidiana,

Saxa & robora,corneáſque fibras

Mollit dulciloqua canorus arte. Omnes Phaleucij ſunt,& Orpheũ per ſynæreſin eſt ſpõdeus. Mart. lib. 4,Quotidianam refice nauſeam nũmis. Scazon eſt. ¶ Volaterranus vult à continenti die dici:quod mihi non placet. vndecunque autem dicatur,primam in hexametro & elegiaco producit. Iuuen. Satyr. 5,Vel ſiquando datur cuſtos affixus ibidem. Sic tota vetuſtas:quare imitari nollem Iuuencum dicentẽ,

Ibidem. Oblatúſque ibidem mox dæmonis horrida virtus. Idem,Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni. Horatius in Arte,

Tibicen. Tibicen didicit prius,extimuítque magiſtrum. Sedul. libro 3,

Funereóſque modos cantu lachrymante gemebat

Tibicen,plangórque frequens confuderat ædes. Mendoſè legitur tibicines:quod foret intolerabile. Cur autem magis producatur Tibicen,quàm tubicen,hæc eſt ratio:quia tubicen fit à tuba,vbi a in i ſeruata quantitate vertitur: at tibicen fit à tibia, ideo tibijcen dicendũ fuerat: iam verterunt duas breues in

Vbique. vnam longam,vt in Bigæ,trigæ,quadrigæ, auriga pro aurijga, ab auras agendo dictus. Vbique, qui

Vbicunque. dicunt variari,afferant ex veteribus teſtimonium,alioqui nugas egerint. Vbicunque variatur. Claud. in laudibus Stiliconis,Occurſant vbicunque velis. Ouid, Metam.8,Seruor vbicunque eſt,vni mea gaudia ſeruo. Auſonius metri grauitate produxit matricida,dicẽs in monoſtichis Cęſarũ (quę an Auſonij ſint,

Matricida. dubitat Baptiſta Pius) Matricida Nero proprij vim pertulit enſis. Sidon. in 2. Panægyrico, Matricida

Patricida. pius ſed ne ſpreuiſſe dolerem. Poteſt corripi,vt Patricida & Parricida in tragœdijs Senecæ. Et profecto nimis licenter hæc producuntur: quando nulli veteres Heroicorum aut Elegiacorum ſcriptores auſi ſint hæc producere. quare non placet mihi licentia Aratoris dicentis, Parricida trahis. Patricida vocabulum à veterioribus parum vſurpatum recte in hexametris & pentametris recipitur. Parricida rr geminat. Horat. lib.3. Carm. Ode 29, Telegoni iuga parricidæ. verſus eſt Alcmanius dactylicus tetrame-

Meridies. ter: vbi tertius pes neceſſariò eſt trochæus. Lagopus,&c. ſuis locis declarabuntur. Meridies quaſi medius dies producitur. Sic verba Meridio & meridior. Idem factitandum in pridie & poſtridie. vide I ante d in medijs. Catullus ad Ipſithillam, Iube ad te veniam meridiatũ. Phaleucium eſt. Mart. libro 3,

Inter repentes poſt meridiem buxos:
Sedet ambulátve liber acribus curis. Scazontes ſunt duo. ſic Meridianus, Pomeridianus. ℭVbiuis Horatius corripit. Vnicuique, quanticunque & ſimilia producuntur. Reliqua corripiuntur, vt omnimodus, multimodus in Lucretio ſæpe lecta. Mart. libro 3, Non nautas puto vos, ſed argonautas. Retro in cõpoſitione variatur, vt extra cõpoſitionẽ. Sic intrò. Lucret. lib. 3, Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas. Ouid. 4. Metam. Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora. Cõtrouerſia corripitur à Sidonio lib. 8, Declamatio controuerſiarum. Phaleucium eſt. Mart. lib. 12, Offenſus genitor trinoctiali
Affecit domicœnio clientem. Phaleucium eſt. In Græcis quæ ω ſeruant, producuntur: vt Geometra, geolophus, Creopola, creopolus, &c. Latina quædam priorem partem in u breue terminãt, vt quadrupes, quadrupedans, puluerulentus, virulentus, truculentus, temulentus, luculentus.

REGVLA SEPTIMA DE PRAETERITIS DISSYLLABIS.

Præteritiua tenent primam diſſyllaba longam.
Tolle bibit, ſcidit, atque fidit, tulit: ortáque do, ſto.

Præterita diſſyllaba producunt priorẽ, vt Veni, à Philetico male correptũ. Primum recte dici vbi de duobus tantũ loquimur, in Syntaxi dictũ eſt. Tolluntur ſex, bibi, &c. ſteti, dedi. Addit Neſtor linquo Liqui. liqui, quod vult variari, ſed male. Etenim in Virgilio, non liquerat legitur: ſic, Nanque ſuam patria liquerat tellure ſepultã. ſed ſic, Nanque ſuã patria antiqua cinis ater habebat. teſtis eſt Seruius, cui recte aſtipulãtur Laurẽtius Valla & Sulpitiꝰ. Valerius Flaccꝰ lib. 7, Si te ſceptra domũ, ſi te liquiſſe parẽtem Senſeris. Mendoſè legitur reliquiſſe, vt paulo antè, Dignior es & fama meis iam parta venenis. pro Dignior es iam fama, meis eſt parta venenis. ℭFidi, à findo vnde trifidus, non à fido. ſed ſiſus ſum, &c. Emi producitur per regulã: & teſte Volſco & alijs doctiſſimis apud Ouidiũ in Epiſtola Didus, nõ Emi Emi. præteritum, ſed præſens emo legitur, Quod tibi donaui perfide littus emo. Et profecto optimus ſenſus eſt bene inſpicienti. Iuui ſemper producitur. Catullus per ſyncopã duriuſculam iuerint, metri gratia, Iuui. pro iuuerint, dixit de coma Berenices, Non ita me diui vera gemunt, iuerit. Mart. lib. 3,
Vnguentum, fateor, bonum dediſti
Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti. Veteres ſcicidi dixere, teſte Priſciano. Rui corripitur, quia habet vocalem ante vocalem.

REGVLA OCTAVA DE GEMINATIS PRAETERITIS.

Corripiunt binas geminantia, ceu ceciderunt.
Tolle ceciderunt à cædo, à pedo pepedi.

Præterita geminantia principiũ, primam & ſecũdam ſyllabas corripiunt, niſi poſitio impediat, vt Tetigi, peperi, pepuli, tutudi. Dixi niſi impediat, propter ſpopondi, fefelli: vbi prima tantũ corripitur, vt in duobus exceptis, Cecidi à cædo, pepedi à pedo. Iuuen. Satyr. 3,
Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas. Horat. Nam diſploſa ſonat, quantũ veſica pepedi. ℭPrudentius licenter dixit, Maior tutor erat qui ſumma pupugerat infans, &c. Cõpoſitum ſimplicis regulam imitatur. Ouid. 5. Triſtiũ, Contudit ingeniũ patientia longa malorum. Contudi. Ennium imitari non auſim (quia nemo hactenus imitatus eſt) dicentem, -viréſque valentes Contudit crudelis hyems.

REGVLA NONA DE SVPINO DISSYLLABO.

Cuncta ſupina tenent primam diſſyllaba longam:
Præter nata ſero, cieo, lino, ſto, ſino, ſiſto,
Do, ruo, cum queo, eo, reor. At ſtaturus atum dat.

Supina diſſyllaba producũt priorẽ ſyllabã: vt Viſum, luſum. Tolluntur Satum à ſero, citũ à cieo, litum à lino, ſtatũ à ſto & ſiſto, ſitũ à ſino, datũ à do, rutũ à ruo. hinc dirutũ, &c. in ſimplici ruitũ rectiꝰ dicimus: quitũ à queo, itum ab eo: ſed ambitus ſatis eſt dictũ: ratũ à reor. Staturus cõtra primitiui naturam primã producit. Ouid. 2. Metamorph. Nec fruitur ſopno vigilantibus excita curis. Stat. Theb. 3,
Atque hic ingenti Capaneus Mauortis amore
Excitus, & longam pridem indignantia pacem
Corda tumẽs. Hæc à cieo ſunt. Citũ à cio producitur. Sil. lib. 4, Accitas properè caſtris in prælia conſul
Raptabat turbas, primúſque ruebat in hoſtẽ. Lucan. Stratíſque excita iuuẽtus. Ouidius in epiſtola Canaces, Oblitus à dominæ cæde libellus erit. Idem 2. Metam. Hic ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni. Idem 4. Faſt. Hic ſtatus in cælo multos permãſit in annos. à ſto ſtatũ eſt. cõpoſita habẽt itũ, vt præſtitũ, inſtitũ, &c. Aliquando tamẽ producta pœnultima habẽt atũ, vt conſtatũ: hinc cõſtaturus, &c. ſed ipſum etiã ſtaturꝰ cõtra primitiui naturã producit, vt ſtator pro Ioue apud Ouidiũ, quod Prudentius corripit. Lucan. lib. 2, Hic acies ſtatura ducum. Idem in 6, Et ſtatura redit. Papin. 7. Thebaid. Spes ne Staturus.

obſtatura pelaſgis. ¶Priſcian⁹ ſtatū vult produci, quòd, vt dixi, cōpoſita retinētia á probāt, & ſtatur⁹ ac ſtator. quod cū Hieronymo Hermolaus Barbarus, Paulus, Suardus, Becychemus á ſtatū deducūt, iuxta illud Plinij cap. 10. lib. 37, Iuppiter modò ſedens, modò ſtās. In veteribus monumētis è metallo cernitur. Sedet qui tonās erat, ſtat qui ſtator. Quod Hieronymus notauit quodā loco malle ſe ſcribēs ſtatorē eſſe quàm tonantē: nō quòd ſtator á ſtādo dicatur. Ouid. 1. Faſt. Muſa quid á faſtis nō ſtata ſacra petis. Valer. Flac. lib. 2, Noſtræ ſtata dona ſalutis. Lucan. lib. 10, His aſcripſit aquis, quarū ſtata tempora ſtatus. hæc á ſiſto ſunt. Virg. Nos abijſſe rati, &c. Terētius in Hecyra, Nam cū cōpreſſa eſt nata, forma in tenebris noſci nō quita eſt. Ouid. Metam. 1, Sed itū eſt in viſcera terræ. De ambit⁹ dictū eſt. Claudia. in lib. 1. in Rufinū, -cliētes Fallit: & ambitos á principe vēdit honores. Fuo fuis fui futū. vnde Sū fui & futurus habet, olī corripiebat priorē ſupini, quod futurus oſtēdit. Horat. in Arte, Vtiliúmque ſagax rerum, & diuina futuri. ſic Profuturus: quod nimis licenter produxit, niſi mendoſus ſit codex. Mātuanus in conſolatione ſuper morte Collæ, dicens, Profutura cupit nocitura: ignara futuri. ſed profectura fortè legendum eſt. Spuo ſputum producitur. Sedulius nimis licenter dixit lib. 5, Hæc ſputa per dominum noſtram lauere figuram. ſed fortaſſis legendum eſt, Sputa hæc per dominum, &c.

REGVLA DECIMA.

Præ tum vocalem de ui reliquis dabo longam.

Omne ſupinum nō dictū mutans ui ſyllabā in tum, producit vocalē ante tū, vt Expeditū, petitum. hinc nomina Expeditus, expedita, expeditū, expeditio. Sidon. libro 8. Epi. Succingāt hederæ expeditiores. Phaleucium eſt. vt apud eundem de laudibus Narbonis, Nam quis Perſidis expeditionem

Impedito. Aut victricia caſtra præteribit. Sic impedio, impediui, impeditū: á quo tamen frequentatiuū impedito video ſemel corripi apud Papinium 2. Thebaid. Hos obit atque illos, ferróque micantia tela

Decutit, impeditat numero, ſéque ipſa viciſſim

Arma premunt. ſed forſitan (impediunt) ſcriptum reliquerat. Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus. Papin. 4. ſyl. Cúmque tibi vagitat tertius infans. At vbi a in i mutatur, fit cōtra primitiui naturam correptio: vt Clamatū, clamito. Sic eſum eſu, eſurio, &c.

Petiturus. Petitur⁹ Claudianus corripit: ſed in hoc non puto eū imitandū eſſe. dicit autē in 3. de raptu Proſerpinæ, Ipſum etiā petitura Iouē. Sic Arator, Hinc humana probant, cælum petiturus oliuæ

Progreditur luſtrare nemus. Produc quoque ſolutū, volutū, quanuis nō recte formentur: & potitū, ſtatū: quia actiuum foret potio, potiui, potitū, &c. Obliuiſcor oblitū producitur, licet non recte formetur. Dicta notabis. Tonatio, &c. producunt a, quia ex antiquo ſupino in atū, &c. Pecto in præterito olim pectiui habuiſſe dicitur: hinc pœnultima longa pectitū, quod nunc nō inuenitur: habuit quoque (vt opinor) pectui: & hinc pœnultima breui pectitum. Colum. lib. 11, Verū vbi iam puro diſcrimine pectita tellus. Male dixit Riga in Luca, Partitio quaſdā ſciſſuras ſciſmate gignit. In cæteris præſentis norma ſeruabitur: niſi vocalis ante vocalem, aut poſitio, aut conſonantis mutatio impediat, quod addo propter Poſui, rettuli, genui, coegi, potui.

REGVLA VNDECIMA DE VERBORVM CREMENTIS.

A IN CREMENTIS.

A Creſcens produc, niſi cremento Dare primo.

Crementum verbi eſt, vbi exceditur ſecunda perſona ſingularis numeri præſentis temporis, indicatiui modi, actiuæ vocis, quæ ſi defuerit, qualis foret, oſtenditur, vt Amamus creſcit: quia excedit hanc perſonam amas: Oſcularis creſcit: quia ſi ſecunda perſona actiui verbi foret, ipſa eſſet oſculas.

Crementū. Crementum, dictio inuentu perrara: quia incrementum vſitatius dicimus. Columella lib. 6. cap. 8, Seminarium crementum capere nequeunt. Notatur hæc vox á Beroaldo in margine. Vocalis in primo cremento eſt quæ erat ſecundæ perſonæ vltima, reliquæ in ſecundo cremēto eſſe dicuntur. A igitur in omni cremento producitur, vt amamus, legebamus. Excipitur in primo cremento Do das dare, cum primæ coniugationis compoſitis, vt vænundabam, peſſundabam, &c.

E IN CREMENTIS.

Ni ſubit r, produc e ſemper: cum ſubit r, do
Cum ſocio ternæ breue præſens. protrahe reris.
Semper e corripitur præ ram, rim, ro: beris adde.
In reliquis produc: quanuis ſteterunt Maro dicat.

E in vtroque cremēto producitur, vt Amemus, amaremus, docemus, legebā: niſi poſtponatur r. nam tūc corripitur omne præſens tertię declinationis, vt Legor legeris, legerem⁹ legere. CVM ſocio, id eſt pterito imperfecto cōiūctiui modi. Re ante re vel ris ꝓducitur, vt Legereris. E ante rā, rim, ro, ſemper

corripitur:vt Legerā,legerim,legero.ſic amauerā,&c.quieuerā:ſed quierā producitur:quia per ſyncopā eſt,vt deflerā,&c.Beris vel bere corripitur,vt amaberis,amabere. Ferā,velim,edam,ero,&c.corripiunt primā ſyllabā: quia in regularibus nō foret crementū. Cætera producūtur,vt ſteterūt,legerūt.qualia Virgilius & plures licēter corripuerūt:nos nō imitabimur,niſi tam parcè in tāto opere. Terent.in prologo Eunuchi,Poſtquā ædiles emerūt,&c.Hic(emerūt) corripitur,teſte Diomede. Virg.2.Georg.Miſcuerúntque herbas,& nō innoxia verba. Idē 3.AEneid.Obſtupui, ſteterúntque comæ,& vox faucibus hæſit.Idē in Bucol.Matri longa decē tulerūt faſtidia mēſes.Horat. epiſt.4, Dij tibi diuitias dederunt, artémque fruendi.Sil.lib.8,Terruerunt pauidos accenſa Ceraunia nautas.Sunt qui legant in præterito plus quàm perfecto ſteterant,miſcuerant,&c.quibus cum Diomede refragantur mille exemplaria.

Emerunt. Miſcuerunt. Steterunt. Tulerunt. Dederunt. Terruerunt.

I,O,& V, IN CREMENTIS.

I produc primo cremento,dummodo quartæ
Eſt verbum.Debet ſemper producier iui.
Corripe præteritis imus vndique.Venimus edit.
In coniunctiuo rimus,ritiſque licenter
Inuenies:nolite,velito,velimus & itis,
Et ſimus,ſitis produc.Erit u breue,non o.

I in primo cremento verbi quartæ cōiugationis ſemper producitur,vt Audimus,auditis,audite,audirem,&c.Ibam ibo,ſcibā ſcibo,experibor:quæ antiquis placebāt. Audiunt corripitur:quia vocalis eſt ante vocalem.Item præteritum in iui producit vbique I ante ui, vt petiui,petiueram. Imus in omni præterito corripitur,vt Venimus,audiuimus:niſi in præterito cōiunctiui,vbi Seruius & Diomedes volunt rimus & ritis perpetuùm produci. Nebriſſenſis etiam vult futurum produci. Ego magis aſtipulor Georgio Vallæ Placentino lib. 28.cap. 10. vbi ait hæc licenter produci propter tot breues, non in præterito ſolùm,ſed etiā in futuro,ſi caute reſpexerimus:quāuis Seruius dicat Virgiliū corripuiſſe egerimus,quia aliter ſtare non poterat verſus.ait autem Virgilius 6.AEneid.

Rimus & ritis in cōiunctiuo.

Nanque vt ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus,noſti.Ouid.4.de Ponto,Hæc vbi dixeritis,ſeruet ſua dona rogate.Ennius,Non aurū poſco, nec mi pretium dederitis.Ouid.6.Metam. Hauſtus aquæ mihi nectar erit,vitámque fatebor
Accepiſſe,ſimul vitam dederitis in vndis.Idem in Priapæis,Vtilis hæc,aram ſi dederitis,erit.Et in 4. de Ponto, Quum gelidam Thracen,& opertum nubibus Hemon,
Et maris Ionij tranſieritis aquas.Ibidem, Copia nec vobis vllo prohibente videndi
Conſulis,vt limen cōtigeritis,erit. Catullus ad Leſbiam,Dein quū milia multa fecerimus.Phaleuciū eſt. Poteris ſimilia non frequentia ſine affectatione producere. O in cremento producitur, vt amatote.V vero corripitur,vt volumus: cætera nota ſunt. ¶In coniunctiuo rimus, ritíſque licenter inuenies.Volaterranus in figuris dicit Ectaſin eſſe dederitis pœnultima longa,pro dederiſtis. Aldus,Suardꝰ & Quintianus ex Diomede(vt aiunt)futurū coniunctiui produci aſſerunt,præteritū verò corripi. Badio autem placet ea in plurali ſiue futuri,quod ſæpius fit,ſiue præteriti tēporis ſint,duntaxat pœnultimam producere,quæ neceſſitate metri id faciunt, & eadem habere poſſe(is)longum in ſingulari.vt apud Horatium, Cuncta manus auidas fugiunt hæredis amico
Quæ dederis animo. Vnde Ouidius,Vitam dederitis in vndis.Idem Horatius,
Dixeris egregiè notum ſi callida verbum
Reddiderit iunctura nouum.Quia(dixeritis) pœnultima longa dicere non poſſumus in carmine hexametro aut elegiaco: quia tamē in alio produci poteſt,licet cū Catullo dicere,Dein quum milia multa fecerimus:vbi verbū (fecerimus)pœnultima longa, præteriti videtur tēporis. Cuſtodibam & ſcibam ac ſimilia duplici ratione producunt I ante bam:altera quòd ponitur in priore cremento quartæ: altera quòd antiquis per ei diphthongon ſcribatur præponentibus E, quod ſequi deberet. In futuro ſaltem priore ratione producuntur Scibo & Ibo.

REGVLA DVODECIMA DE NOMINVM CREMENTIS.

CREMENTVM nominis,pronominis,& participij,eſt exceſſus obliqui in ſyllaba vel ſyllabis ſupra nominatiuū eiuſdē numeri:vt Puer pueri, Qui quorū.In cremento autē plurali,a & e & o producūtur:vt Horū,harū,rerū.I & u corripiūtur,vt Artibꝰ,artubꝰ.De cremento autē ſingulari licet Priſcianꝰ, Alexāder,Sulpitiꝰ,& plures in declinationibus agūt:malui hic eā rem tractare plenè,& in declinationibus in gloſſulis nudo ſermone ſine teſtimonijs admonere pro tenellulo puerulorū captu.Prima declinatio in ſingulari non creſcit,niſi pro æ dicatur ai:de quo ſatis dictū eſt. nec quarta niſi in datiuo vbi eſt vocalis ante vocalem.de quinta in vocali ante vocalem dictum eſt.Ergo à ſecunda auſpicabimur.

CREMENTVM SECVNDAE DECLINATIONIS.

Quæ ſequitur primam tantùm producit iberi.

In ſecunda declinatione vnicū producit pœnultimam genitiui, Iber iberi,& eius cōpoſitum celtiber

celtiberi:nam de Tydei,Orphei,&c.de alius,&c.dictũ eſt,vt de aulai,&c. Mart.lib.7, Ille meas gentes & Celtas rexit Iberos.ibi diuiſit cõpoſitum ne corriperet.vt Lucan. lib.4,Celtæ miſcẽtes nomen Iberis.Sil.lib.3,Venêre & Celtæ ſociati nomen Iberis.id eſt celtiberi.Nomen accuſatiuus eſt per ſynecdochen rectus à ſociati.Mart.lib.1,Vir Celtiberis non tacende gentibus.iambicus trimeter eſt, male ergo corripuit Petrarcha in primo Aphricæ, Celtiberúmque animos quibus auxiliaribus arma, &c. pro celtiberorum. Cum Petrarcha errauit Guaguinus pluréſque.

TERTIAE CREMENTVM.

A & O.

Dic atis.Onis ab o fer.in is breue.protrahis enis.
On ſi vertis in o,menſus ſit,qui fuit ante.

A corripitur,vt Poema poematis, Dilemma dilẽmatis,argumentũ quod aduerſariũ vtrinque capit. Lẽma,inſcriptio. Ab o producũtur onis & enis,vt Cato catonis, Anio anienis.ſed anien quoque dicitur. Inis ab o corripitur,vt Virginis,&c. Si Græca in on amittãt n, ſeruãt in obliquis quãtitatem quã habuerũt,vt Agamẽno agamemnonis,Briton britonis.ſic Brito,Saxo ſaxonis,Macedo macedonis, Vangio vangionis,quæ corripiuntur.Iuuen.15.Satyr. Qua nec terribiles Cimbri nec Britones vnquã. id eſt Britãni.Mart.lib.11.produxit,dicẽs,Quàm veteres brachæ Britonis pauperis,& quã.id eſt Britãni,teſte Calderino. Neſtor putauit Saxo ſaxonis etiã produci, allegãs Lucanũ in 1,Et Bituri longiſque leues Saxones in armis.In qua re errat Neſtor,quia ſine s,legendũ eſt Axones,qui ſunt Galliæ populi,accolæ Axonis fluuij,teſte Cæſare in cõmentarijs,vt declarat Sulpitius diſertiſſimus Lucani interpres.Sidon.in.3, Fuderit & quanquã Scotũ & cũ Saxone pictum.hoc vltimũ etiam populi nomen eſt. Claud. in lib.1.contra Eutropium,Non longinqua docent domito quòd Saxone tethys
Mitior,&c.Idem in conſulatu Honorij,&c. -maduerunt Saxone fuſo
Orcades.populi ſunt Alemaniæ fortiſſimi. Lucan⁹, Vangiones Bathauíque truces quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ.populi nomen eſt. Contrà producitur Vecto vectonis, etiam populi nomen. ſed hæc omnia rectius in on deſinunt,quorum quædam producuntur.Lucanus libro quarto,
Vectonéſque leues, profugíque à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.producitur etiam Picto vel Picton pictonis,populi nomen.

Saxones. Axones.

DIC ATIS. ONIS AB O. Errat autẽ Stoa legens in Lucano Scorpioni incendis:cum legendum ſit ſcorpion in accuſatiuo à nominatiuo ſcorpius, quo modo dicitur animal non ſcorpio. Errat etiam cum Neſtore in Saxo.Et Fauſtus dicens, Flauáque cum Rutulis colla Britonia comis: quia prima eſt longa,& ſecunda breuis.Opinor ſcripſiſſe Britannia.Mantuanus licenter dixit,Macedonica pubes:licet diadematis pœnultimam corripiat.Diadematus tamen producit,vt tunicatus.

C

Dices halecis:nec ſpernes Melchiſedechis.

Baptiſta Mantuanus,Pectore ſacrifici Melchiſedechis erat.Mart.Halecẽ:ſed quã protinus illa vorat.

D

D auid dauidis dices,Bogudis bogud optat.

Iuuencus,Edidit hic Mariam Dauidis origine Ioſeph. Nebriſſenſis in declinationibus, Noſtri dixere Dauidis.Primam contra aliorum morem corripit:tu producito.¶Dauidis mediam Stoa cenſet cõmunem propter illud Sedulij,Cur ego Dauidicis aſſuetas cantibus odas?Producitur autem à Iuuenco,vt Stoa cenſet,non ab Lactantio,Iſrael tu rex Dauidis,& inclyta proles:vbi ſine (&) docet legendũ, quia in (Iſrael) omnes ſunt longæ. Prudentius etiam produxit, Chriſtigenam facunda domum Dauitica regna.ſed ſiue per d,ſiue per t ſcribatur,maior eſt producendi ratio.

L

Maſculeum dat alis:neutrum formatur ab alis.
Elis cum ſolis produc,reliquis breuiatis.

Al alis maſculini generis corripit pœnultimam,vt ſal ſalis. hoc nomen apud veteres etiam neutrum fuit,& nihilominus eandem corripuit. Virgilius primo AEneid. Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant.Iuuenalis,Expende Hannibalem,&c.Sic cæteri.Ennius tamen produxit,dicens, Quæ propter Hannibalis copias conſyderant. teſtis eſt apud Gellium libro quarto, Valerius Probus grammaticus præſtantiſſimus:qui in Hannibalis,Haſdrubali,&c.pœnultimam circũflexit,teſte Gellio. Cæterũ Probus nunquam me habuerit riualem: neque enim adeò ſum antiquarius, vt quod videam diſplicuiſſe Maroni,& qui ſequuntur,omnibus, id amplexandum putem, quanuis apud Enniũ centies reperiatur. Neutra producũtur,vt capital capitalalis,apud Plautũ in Menæhmis.Sic Danielis,Michaelis,&c.& ſolis.Reliqua corripiũtur,vt Vigilis,cõſulis,Saulis à Saul apud Baptiſtã Mantuanũ. Riga produxit quẽ

paruifacio. Tanaquil tanaquilis, teſte Placentino libro 31. cap. 19. Heliol heliolis, proprium viri, teſte
Priſciano. Propter carmen Ennianum,non dicam Hannibalis pœnultimam producere. Abelis geniti-
uus,à Prudentio videtur bene produci:& Tanaquili cenſet Iohannes cuſtos Brechianus poenultimam
producere. Vnde & Tanaquilis nominatiuus legitur poenultima longa. Et idem dicit Saul Saulis pœ-
nultimam producere,fortè quòd Belzebul, pro quo vulgo Belzebub ſcribitur,eãdem producat. Pru-
dentius in Vincentio, Sed Belzebulis callida commenta CHRISTVS deſtruit,Iam dura.

N

On nimis incertum eſt.En inis dat:cætera produc.

En inis corripitur,vt nominis. Cætera producũtur, vt Pæan pæanis, Damen damenis, Seben ſebe-
nis,virorũ propria.Delphin delphinis,&c. Hymen tamẽ videtur hymenis pœnultima correpta facere:
quia ſecũda ſyllaba corripitur in Hymenæ⁹,quod ab hymẽ deriuatur:ſed huius nominis hymen obli-
quos nondũ apud veteres reperi. De on nequeo dare certã regulam. nam multa producuntur, plu-
ta corripiuntur. Producũtur quidem in obliquis hæc & plura,Amydon,ancon,babylon,cytheron,cau-
lon,colophon,chromion,cydon,damon,daphnon,dolon, emathion, helicon, lacon, ladon, naſamon,
platanon,porphyrion,peteon,ſampſon,ſinon,ſimon, ſicyon, Salomon, quod cũ o in prima Solomon
ſæpiſſime notaui impreſſum: Triton,trigon.hæc præter Simon notauit Neſtor,omniũ teſtimonia affe-
rens,ad quẽ mitto,his non contentũ.Ouid.7.Metam.Quódque ſuam ſecurus arat Chromiona colo-
nus.Chromiõ cũ ch aſpirato & i Latino,vrbs eſt in Cypro:ita dicit Neſtor: licet aliqui libri creymona
habẽt,alij cremyona.Horatius,Pythias emuncto lucrata Simone talentũ. nam de Simo & ſimon idem
eſt iudiciũ:vti de Agamemno & agamẽnon. Teſtis mihi eſt in ſumma declinationũ Antonius Man-
cinellus ſummus grammaticus. Iuuencus,Ille Simonis erat tectis,quem lurida lepra
Virtute ipſius diffugerat. Idem de Petro,
Ales proſequitur cantu,mentémque Simonis
Circũſtãt triſtẽ verbis præſagia CHRISTI. Idẽ ſemel corripuit, dicẽs præſolidũ Simonẽ,&c. Sic For-
tunatus.nollẽ hoc imitari. Solõ producit. Perſi⁹,AErũnoſique Solones. Apud quẽdã male corripitur
in epitaphio vij.ſapiẽtũ.Errãt quidã dicẽtes pœnultimã genitiui corripi,vbi vltima nominatiui corripi-
tur:nã à doctiſſimis vltima nominis tertiæ in on nuſquã corripitur,vt in vltimis doceo:itaque hîc nul-
la eſt regula. Plurima corripiũtur,vt Cicon ciconis,propriũ & appellatiuũ.Palæmõ,ſic Philæmõ,teſte
Valla in Matthæũ.Canõ,dæmõ,gnomõ,hyperion,amithaon,agamẽnon,æſon,amphiõ,ixion,mẽnon,
pæon,lycaon,ſindon,&c.Ouid.11.Metam.Ecce nurus ciconum tectæ lymphata ferinis Pectora vel-
leribus,&c.Quædã variantur,vt ægæon:vide AE ante o.Gedeon,vide AE ante o.Oriõ videbis in pri-
mis ſyllabis. Sidon in primitiuo producitur.hinc tamen Sidonius variatur,& ſidonis ſidonidis. Sill. Sidon.
7,Venerat ad bellũ Tyria Sidone nepotũ Excit⁹ prece.vrbs eſt Phœniciæ.Virg.1.AEneid.Atq; equi- Sidonius.
dem Teucrum memini Sidona venire.Sil.lib.8,Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.id eſt Anna, Sidonis.
Didus ſoror.Virg.1.AEneid.Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Idẽ in 4,Sidoniã picto chlamy
dem circundata lymbo. Edon ſine aſpiratione & ſine diphthongo contra Gaſparinũ & Tortellium, Edon.
teſte Neſtore,Græce in prima ſyllaba habet η, quam nos literam in e longam vertere ſolemus. Etiam Edonus.
edonus dicitur,& variatur in deriuatiuis:ipſum primitiuũ edon vel edonus producitur. Propert. lib.1,
Nec minus aſſiduis edonis feſſa choreis. Sil.lib.4,Edonis vt pãgæa ſuper trieteride motu. Lucan. Edo-
nis ogygio decurrit plena lyæo. Ouid. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis. Idem in 2. de Reme-
dio amoris,Ibat vt edonio referens trieterica Baccho. Edon vel edonus,mons eſt, ſiue promontorium Edonis.
Thraciæ. Edonis edonidis, Bacchi ſacerdos. Edonij,populi. Virg. 12. AEneid. Ac velut Edoni Boreæ Edonij.
quum ſpiritus alto Inſonat ægæo. Edonis Edonidis, etiam eſt vrbs Aphricæ, AEgypto adiacens.
¶On nimis incertum:quia præter dicta Lycophron corripitur. Ouid. in Ibin, Vtque cothurnatum pe-
riiſſe Lycophrona narrant. Stoa aſſerit mediam in Biſtonis communem,ſed verius corripitur. Ouid. in
epiſt. Et tuta à bello Biſtonis ora fuit. Caucon non cauthon fœminini generis producitur. Sicut Cau-
conia,vrbs alio nomine,& Caucones populi. Vide Strabonẽ lib.8. Pictõ vel picto producitur. Claud.
Incaluit Pictonum ſanguine Thule. At Vaſcones corripitur. Auſon. Vaſconis hoc ſaltus,& ninguida
Pyrenæi. Iuuenalis, Vaſcones vt fama eſt,&c.

R

Aris produco neutris. Nectar,iubar aufer.
Protrahe nar naris,furis,veris,Ricimeris,
Byzer,Ser & iber:in ter Græcum æthere dempto.
Oris ab or produc. Cum neutris corripe Græca.
Arboris & memoris breuies,indictáque cuncta.

Demuntur πατὴρ,μά-τηρ,&c.

Aris ab ar neutri generis producitur, Laquear laquearis,&c. Tollũtur Nectaris,iubaris. Nomina in ar

propria fere ſunt punica, vt Hamilcar hamilcaris, Geſtar geſtaris,quæ Probus apud Gellium voluit in obliquis pœnultimam producere:id poetæ nuſquam faciunt,nec tu facies,ſi mihi auſcultes. Far farris poſitu extenditur. Perſ. Farre litabo. Hinc farrago & farreus farrea farreum,quod tamen aliquando abiectione r literæ corripitur. Martialis libro 11, Huic piſtor fareas facit placentas. Phaleucium eſt. hinc etiam farina vnico r ſemper corripitur. Virgilius, Pinguíſque farinæ. Producuntur quæ ſequũtur in litera, Nar naris,fluuij nomen. pro naſi foramine non nar,ſed naris in nominatiuo dicitur. Fur furis,ver veris nota ſunt. Virgilius, Vere nouo,&c. Ricimer ricimeris,viri propriũ. Sidon. in 1. Panæg.

Fareus. — *Alij ferinæ.* — *Ricimer.*

Præterea inuictus Ricimer quem publica fata
Reſpiciunt. Ibidem, -fœdera nulla
Cũ Ricimere iacit,quẽ eur nimis oderit,audi. Sic ibidem ſæpius. Byzer byzeris,cũ y Græco,populus Ponti. dicitur quoque Buzer,& in ſecũda declinatione Buzerus. Hinc byzericus,portus. Val. Flac. lib. 5,

Byzer.

Byzeréſque vagi Philetæque à nomine dicta
Littora. Ser ſeris,populus Scythiæ:dict9 à Sera vrbe:apud quẽ ſunt arbores lanigeræ:vnde ſerica veſtimenta conficiuntur. Virgil. Velleráque vt folijs depectãt tenuia Seres. Sidon. in Panæg. -maioriani, Aſſyrius gemmas, Ser vellera,thura Sabæus. Ser etiam eſt vermiculus:vt in Plinium dicit Hermolaus, genitiuo ſeris,&c. Erier erieris etiã producitur,teſte Placẽtino lib. 13. cap. 19. Iber iberis tam pro Hiſpano quàm Armenio. Nam qui in Hiſpania ſunt,ab Aſiæ populis oriundi putantur, & vtrorunque regio Iberia dicitur. Lucan. Occurrat Iberibus alter,id eſt Iberis. Priſcianus in Perihegeſi, Quem iuxta terras habitãt orientis Iberes. Græca in ter multa producũt pœnultimã,ne fallar,ſi omnia dixero. Ego hæc ſolũ colligere valui. Brachioniſter brachioniſteris,armilla,teſte Neſtore. Crater crateris,poculũ aut aliud vas amplum. Virgilius, Crateras magnos ſtatuunt,ac vina coronant. Ab accuſatiuo fit nomen primæ fœminini generis,hæc cratera:quod Calepinus male dixit eſſe maſculinum,vt crater:quia in dictum Virgilij verſum ait Seruius, Hic crater Græcum eſt,hæc cratera Latinum. Character characteris,id eſt ſignum,& dicẽdi ſtylus. Characteriſmos,id eſt deſignatio cum ch aſpirato & t exili,producitur teſte Neſtore & AElio Antonio. Cremaſter cremaſteris,teſtibus eiſdẽ:& eſt neruus à quo teſticulus dependet. Colum. lib. 7. cap. 24. author eſt. Climater climateris,teſte Nebriſſenſi. hinc climatericus. Plinius lib. 7, Scanſili annorum lege occidua,quam climateras appellant. multa dicit in annotationibus Beroaldus. nihil aliud eſt, quàm periculum vitæ fortunáque hominum ex aſtrorum lege. hinc climatericum tempus. Clyſter cum y in obliquis pœnultimum producit,quia apud Græcos, vt in cæteris productis η non vertitur in e breuem, vt fit in aer & æther: teſtes mihi ſunt Neſtor & Nebriſſenſis. ideo male dixit Macer, Appoſitus digitis aut intus clyſtere fuſus. Inſtrumentum eſt quo medici aluum repurgant. à clyſin,id eſt abluere. vulgus ſuppoſitorium vocat. Clyſmus,ablutio eſt. docti etiam à glandis ſpecie balanum dixere. Tortellius etiam clyſterium vocat. Halter halteris,producitur teſte Neſtore. Quidam ſine aſpiratione Alter ſcribunt:& in nominatiuo etiam alteres alteris recte dici autumant. Martialis in apo. Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?

Ser. — *Erier,eris.* — *Iber.* — *Græca inter.* — *Brachioniter* — *Crater.* — *Character.* — *Cremaſter.* — *Climater.* — *Clyſter.* — *Halter.*

Exercet melius vinea foſſa viros. Põdus eſt quod in manibus accipitur ad ſaliẽdum velocius. Luter producitur in obliquis,teſte Neſtore. vas eſt purgandis ſordibus deputatum. Panther pantheris, teſte eodem,animal quoddam,quaſi tota fera. Ther,fera eſt. Pãthera,pœnultima longa,etiam feræ nomen,ſed diuerſæ. ne longe mittam,vide Calepinum. Phyſeter phyſeteris cum y, piſcis marinus mirabili magnitudine. dicitur à phiſao,id eſt ſpiro vel ſufflo. Auienus in Arato, Delphinos virides & phyſeteres anhelos. Preſter,ſerpentis genus, alio nomine dipſas dicitur. Eſt etiam ventus turbo vniuerſa amburens & proterens. Lucretius libro 6, Preſteras Graij quas ab re nominitarunt. Ibidem, Et quaſi demiſſum cælo preſtera imitetur. Stater ſtateris producitur,teſte Nebriſſenſi, quod inde formatum nomen ſtatera declarat,cõtra Calepinum & plures. Vide in medijs, E ante r. Soter ſoteris,id eſt ſaluator & viri proprium,producitur,teſte Nebriſſenſi. id verum eſſe monſtrat hinc deductum nomen ſoteria. Vide in primis O ante t. Produc oris ab or,vt amoris:ſed corripe neutra,vt marmoris:& Græca, vt Caſtoris, Hectoris,cum memoris,arboris. Vetuſtiſſimi ne loquerentur, Græcanice produxerunt Hectoris,& ſimilia. id nec Virgilio,nec qui ſequuntur,placet:ideo ſemper corripiemus cum omnibus non dictis,vt Mulieris,gutturis,martyris,&c. Martialis lib. 1, Amethyſtináſque mulierum vocat veſtes. Scazon, cuius ſex ſunt pedes:quartus (verũ) iambus eſt:nam ſpondæus eſſe nequit. Priſcianus in accentibus dicit produci,ſed non probat,& multi negant libellum iſtum eſſe Priſciani. ex Terentio quoque & Plauto ſemper deprehendimus correptionem. Philelphus,vt plures,per Priſcianum aut alium deceptus,hoc nomen male produxit. Mancinellus & plures per mendoſos Lucretij libros decepti ſunt,legentes mulieris, vbi legendũ eſt, Nebriſſenſi teſte,adiectiuũ muliebris. vt lib. 4, Siue virûm ſoboles,ſiue eſt muliebris origo. Ita habet impreſſio quam ego vidi. docet idem Neſtor Nouarienſis. Ador adoris patuit in heteroclitis:obliquos enim variat. Lucar,auis nomen,in obliquis corripitur. Lucar neutrũ, pro pretio quod ex luco capitur,producitur,teſte Neſtore. Caſtor corripitur etiam pro animali quod fugatum ſe caſtrat. Caſtor Græcum eſt, Latinam non recipiens etymologiam. Iuuen. 12. Satyra,

Luter. — *Panther.* — *Phyſeter.* — *Preſter.* — *Stater.* — *Soter.* — *Mulier.* — *Caſtor.*

-imitatus caſtora qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno Teſticuli:atque ideo medicatum intelligit inguen.

Latine dicitur fiber. Compoſita ſimplicium regulam ſeruant, quia corripiuntur à decus & corpus. quibus addes antiqua quædam à puer, vt indecor, qui nominatiuus in vſu non eſt, teſte Seruio. Virgil. lib. 11, Non tamen indecorem tua te regina reliquit. Tricorpor, marcipor, publipor, id eſt Marci puer, &c.

Rhetor corripitur, quia Græcum eſt, &c. (Mulieris) Aldus, Quintianus, & plerique alij pœnultimã corripere cenſent. ídque Badio quoque videtur, ſed ſæpe neceſſitate metri, quando tres neceſſariò ſint breues, vna earum producitur, vt in Italia & Priamides prima, in Mulieris tertia. Lucan. Siqua viri ſoboles, ſiqua eſt mulieris origo. Vbi Badius non cenſet legendum (muliebris) quia non dixit virilis. Et Quintilianus de pedibus oratorijs dicit mulieres anapæſtum in tribus primis, quocirca etiam in proſa, etiam productam pronuntiabant tunc, ſicut & nunc plurimi. Byzer byzeris, & Byſar byſaris pœnultima longa pro eodem dicuntur, ſed byſares frequentius, ídque pluraliter. Valer. Byzaréſque vagi.

Ador adoris pœnultimam confundit, propter diuerſas, vt grãmatici dicunt, rationes: quia enim neutrum eſt, corripito. Auſonius, Mox ador atque adoris de polline multificum far. Quia vero adoro mediam producit, etiam producitur. Gannius, Euolat in nubes nidoribus ardor adoris. Vnde & Maro dixit, Et adorea liba per herbas. Quintianus aſſerit Catullum frondatoris licẽter pœnultimam corripuiſſe: dicítque, quod verũ, Robur roboris o corripere: ſed, quod non recipio, robor, roboris producere: quia robora pro arboribus paſſim corripitur. Rubor autem Albor & ſimilia nõ neutra o producunt in obliquis. Decus decoris, vt notum eſt, corripit etiam adiectiuum. Salluſtius, Armis decoribus cultus. Et per compoſitionem Maro, Non erimus regno indecores. Sic decoro verbum: ſed à decor omnia producuntur, decorus, & verbum decoro.

A S.

Atis ab as produc. ab anas anatis breuiato.
Cætera corripies niſi vaſis, dico vadis vas.

Litera clara eſt. Anas anatis ſine dubio corripitur, vt recte docet Neſtor. Auienus in Arato, Latipedémque anatem cernes excedere ponto. In hoc certe non errauit Macer dicens, Anſeris aut anatis mixta pinguedine tauri. Sulpitius voluit produci, allegans illud Martialis lib. 3, Et anatis habeas vropygium macræ. Scazon eſt. Neſtor eundem verſum ad correptionẽ citat: ſic etiam Nebriſſenſis: ſed fallunt omnes, quia nec productio, nec correptio ex hoc verſu deduci poteſt: nã primus pes & anapæſtus & tribrachus eſſe poteſt. De anapæſto, Perſius, Hederæ ſequaces, ipſe ſemipaganus. de tribracho, Mart. in principio primi libri, An ideo tantũ veneras vt exires? Anas eſt auis, & fluuius, & vetulorũ morbus. Anas.

E S.

Es breuiat: niſi cum locuples, mercéſque, quiéſque:
Sic hæres. Græcum iungo, quod præbuit etis.

Es breuiat pœnultimã genitiui, vt Miles militis, interpres interpretis, Ceres cereris, deſes deſidis. Producuntur verò locuples locupletis, merces mercedis, quies quietis. Sic inquies inquietis, hæres heredis. Et Græca quæ habent in genitiuo etis, vt Magnes magnetis, tapes, lebes, Chremes, &c. Termes termetis etiam pro vermiculo, vt quidam volunt: pro ramo oleæ notum eſt habere termitis, vt miles militis. Omnia ſunt clara, AEs æris, præs prædis diphthongo producũtur. Arietis Stathius 2. Thebaid. e longa profert quadam neceſſitate, quia omnes ſunt breues, Apparet aut celſum crebris arietibus vrbis. vbi (apparet) eſt primæ ab apparo.

I S.

Is breuiat. Tolles glis gliris: Quódque dat itis:
Et Pſophis, Crenis, Neſis: Græcum quod in n fit.

In is corripiunt pœnultimam genitiui, vt Lapidis, iſidis, cineris: ſed producitur glis gliris. glitis & gliſſis credo non inueniri: licet cum Alexandro ea ponant, nõ probent Neſtor, Sulpitius, Mancinellus. producunt quæ habent itis, vt dis ditis. Sic ſamnis, quiris, lis. Virgilius, Patet atri ianua ditis. Ouidius teſte Nebriſſenſi corripuit, dicens, Et pulſata nigri ianua cæca ditis. ſed mendoſum puto pro Iouis: quia nigri aut ſtygij vel profundi Iouis, pro Plutonis frequens eſt. tu igitur tantum producito. Produc etiam Pſophis pſophidis, cum p ante ſ, nomen vrbis à Pſophide, Erycis Sicani filia. Ouidius 5. Metam. Dis ditis. Pſophis.

Vſque ſub Orchomenon Pſophidáque Cyllenémque. Papin. 4. Thebaid.

AEphitios idem ardor agros Pſophidáque celſam

Vaſtat. Eſt & plurium vrbium nomen. Crenis crenidis, nymphæ nomen producitur, teſte Priſciano lib. 7. Protrahe delphis delphinis, ſalamis ſalaminis, trachis trachinis, &c. quæ per in etiam finiuntur. Adde longis Neſis neſidis, apud Papinium. Neſis neſidis, producit Stathius ſyl. 3, Syluáque quæ fixam pelago Neſida coronat. Eſtque inſula Italiæ in campano litore inter Pauſilypũ & Puteolos, quæ & Neſiõ dicitur. Male legitur in Plinio heſide pro neſide, dicẽte de aſparagis. Nam quod in Neſide campaniæ inſula ſponte naſcitur, longe optimum exiſtimatur. Eſt etiam Magneſiæ inſula Neſion Ptole- Crenis.

mæo,quæ Straboni Neſos dicitur. de Neſide Campaniæ Seneca epiſtola 53,Ad Neſida direct. In Phillidis epiſtola leges,Et pulſata nigri regia cæca dei.Non ditis.

O S.

Protrahit os.tria corripuit,bos,compos,& impos.

Os in obliquis pœnultimã producit,vt Rhinoceros rhinocerotis,cuſtodis,floris, minos minois, tros trois,herois ab heros.cætera patent.Protrahit os:vt Tlos tlois,loci nomen,ſicut ſimilia. Tros,thos,&c.

V S.

Vs breuiat.tollas præ dis,ris,tis,quod habebit
V:præter pecudis,liguríſque:intercutis addo.
At melius melioris habet.conformia iunge.

Vs pœnultimam genitiui corripit,vt Corporis,velleris,tripodis,œdipodis.in nominatiuo tripus,nõ tripos dicitur. Producũt quæ habent utis,udis,aut uris:vt Virtutis,ſubſcudis,iuris.ſic incudis contra ineptulos.Horat. Et male tornatos incudi reddere verſus. Corripiuntur pecudis, liguris à ligus, & intercus intercutis.Comparatiua producuntur,vt melioris,&c.

B S, P S, M S.

Conſona quum præit s,patrii pœnultima curta eſt.
Hinc cyclops,ſeps,gryps,conops,cercops remoueto,
Atque europs,hydrops:fuge cyclopis atque dolopis.

Nomen in s,præcedẽte conſonante,vt bs,ms,ps,pœnultimã genitiui corripit:vt lælaps,lælapis,no-
Gryps. men canis,&c. Produc tamen plæbs plæbis:quia diphthongus eſt.Seps ſepis. Gryps(quod in obliquis
aſpirationem ſuſcipit)gryphis. teſtis mihi eſt Nebriſſenſis. Virgilius in Bucol. Iungentur iam gryphes
equis.animalia ſunt equis infeſta.dicitur quoque grypus gripi.Eſt etiam grypus,naſus aduncus,& æ-
Cyclops. nigma ſiue inſolubile. Cyclops producitur tantum contra Sulpitium.Horatius in Arte,Antiphatem
Conops. ſcyllámque,& cum cyclope charybdin.dicitur à cyclos,rotũdus:& ops,id eſt oculus. Conops,id eſt
Conopæũ. culex.hinc conopæum,id eſt velum ad arcendos culices extendi ſuper lectum ſolitum. Iuuen.ſat.6,
Cercops. Vt teſtudineo tibi Lentule conopæo. Cercops cercopis,populus ab Ioue in ſimias verſus. Ouid.14.
Metamorph. Quippe deûm genitor fraudem,& periuria quondam
Cercopum exoſus,gentíſque admiſſa doloſæ
Europs. In deforme viros animal mutuauit,vt ijdem Diſſimiles homini poſſent ſimiléſque videri. Europs,
Hydrops. Sicyoniorum rex,additur hic à Nebriſſenſi. Hydrops,aqua intercus.Hydropicus,qui hydropem patitur.Horatius,Si non vis ſanus,cures hydropicus,& ni. Male dixit Macer,Hydropicis ſic humores deſiccat aquoſos.Male quoque Riga in Luca, Hydropicum curat IESVS, & ne primo recumbas.
Myops. ¶Myops myopis etiam producitur,quia ω eſt: Conſona quũ præit s.Male ergo Iuuencus,Diripe ſed proprio fallax de lumine trabem. Cercops & Cyclops in obliquis omnino producuntur,ſi authores bene legant:nec cercopithecus à cercops,ſed à cercos,id eſt cauda dicitur.AEneid.3,Infandi Cyclopes, & altis mõtibus errant. vbi nõ legetur Atque altis,&c.corripitur autem vt in pluribus Græcis es. Dolops,ſemper corripitur.vt AEneidos 2,Hic Dolopum manus,hic ſæuus tendebat Achilles.Neſtor & Stoa putant variari:quia corrupte legunt authores:quia in Lucano legitur,non Aut dolopes,ſed Autolades Numidæque vagi,teſte Hermolao:non Audololes.Et in Sillij lib.5,Telum ingens pérque arma viri,pérque ora doloris:non,pérque arma Dolopis:quia ſequitur,adiutum Nyli,ſcilicet doloris ob necem generi futuri. Caput capitis,ſatis patet,ideo ad x pergo.

X

Præ gis vocalem breuio:producito lex,rex.
Ex icis abbreuiat,vibex niſi:cætera produc:
Præter abax,ſimilax,atrax,cum dropace,candax,
Fax & atax,pharnáxque,panáxque,ſtoráxque,coláxque,
Pix & onyx,illix,hiſtrix,cum maſtice,varix,
Coxendix & eryx,fornixque,calíxque,cilíxque.
Dic filicem,ſalicem,laticem,naticémque,niuémque,
Cappadocem,breuibus cum præcoce ſubiiciamus
Dux,trux,nux,crux,atque volux. Variabo Syphacem

Et Bebrycem: rarò nomen producimus iſtud.

Vocalis ante g corripitur, vt Remex remigis, grex gregis, phryx phrygis. Sed producuntur lex legis,
rex regis. ſic illex, prorex, quibus addes frux frugis: ſed nominatiuus eſt rariſſimus. Corripe item icis ab
ex, vt vertex verticis. vnum producitur Vibex vibicis, quod in nominatiuo per e ſcribi teſtatur Priſcia- Vibex.
nus. Aliqui tamen vibix dici voluerunt, vti lodix: non lodex dici probauimus. Perſius, Si puteal multa
cautus vibice flagellas. Cætera produeuntur in obliquis, vt Myrmex myrmecis, Alex alecis, Pax pacis,
Arctophilax arctophilacis, Piſtrix piſtricis, tam pro muliere pinſente, quàm pro piſce & ſydere. Feſtus in
Arato, Cedit apex ſumma qua lux piſtrice coruſcat. Cicero in Arato, Semiferam ſubter caudam piſtri-
cis adhæſit. qui dicunt corripi, authoritate, vt opinor, carent. hoc etiam piſtris dicitur. Germanicus in
Arato, Nãque aries ſupra piſtrin piſcéſque feruntur. Sic etiam Feſtus. Piſtris etiam nauis eſt apud Vir-
gilium. Pernix, id eſt velox, à pernitor. Virg. Pedibus celerem, & pernicibus alis. Plurimi dicunt, etiã Pernix.
Seruius ſi rectè memini, pernix aliquando ſignificare pernicioſum ac nociuum, à perneco: & tũc aiunt
pœnultimã in obliquis corripi: id puto eſſe falſum, donec ex vetere poeta probetur correptio, nec vſquã
inueni pro pernicioſo, niſi metaphoricῶs fortè: nam qui crudeliter aliquid agere cupit, id perniciter ag-
gredi ſolet. Pernicies à pernix nõ eſt, ſed à nex aut perneco. Phœnix phœnicis producit. variari cre-
derem, ſi teſtimoniũ è veteribus citarent. Reſex reſecis opinor corripi, vt reſeco, vnde deriuatur. nunc
declaremus per ordinẽ correpta. Abax abacis, quod patet per id, quod eſt ab illo abacus. Perſius, Nec Abax.
qui abaco numeros & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe vafer. Iuuen. Ornamentũ abaci, necnon &
paruulus infra. Eſt mẽſula numeratorum. Ouid. 4. Metam. Et crocon in paruos verſum cum ſimilace Similax.
flores. hic quintus pes eſt proceleuſmaticus, teſte Neſtore. Alij legũt ſmilace, vt ſit ſmilax diſſyllabum:
quia vbi proceleuſmaticus eſt, locus eſt Synæreſi, teſte Seruio, quæ hîc nulla eſſe poteſt. Eſt nomẽ arbo
ris, album florem proferẽtis. Atrax atracis, fluuius AEtoliæ, & Macedoniæ vrbs. Catul. Smyrna cauas Atrax.
atracis penitus mittetur ad vndas. hinc Atracius atracia atracium, & atracis atracidis, pro hippodamia.

Dropax, vnguenti genus. Serenus, Nec nõ appoſito curãtur dropace membra. ſic Martialis, &c. Cã- Dropax.
dax, inſula Creta, quæ vulgo Cãdia dicitur: pœnultima genitiui corripitur, teſte Neſtore. Cãdax etiam Candax.
ſiue Candacis fuit AEthiopum regina. Iuuen. Candacis AEthiopum dicant arcana. Ouid. 1. Metam. Fax

Tu face neſcio quos, eſto contentus amores
Irritare tua, nec laudes aſſere noſtras.

Atax quidam aſpirant, teſte Calepino. Athax, eſt fluuius prope Atax.
Narbonem. Sidon. lib. 9, Atacem tonare cũ ſuis oloribus. Iambicus trimeter. primus pes eſt anapæſtus.
hinc Atacinus. Horat. 1 Serm. Hoc erat experto fruſtra Varrone atacino. Pharnax, viri proprium. Lu- Pharnax.
can. lib. 2,

Tygranẽmque meum, nec pharnacis arma relinquas
Ammoneo.

Panax panacis, herba: cuius ſuccus opopanax dicitur. Colum. lib. 12. cap. 3, Panax vtroque Panax.
tempore leui & ſubacta terra rariſſime diſſeritur. Idem lib. 11,

Nunc medica panaces lachryma ſuccóque ſalubri
Glaucæa, & profugos victura papauera ſopnos
Spargite, &c.

hic panaces plurale eſt. hinc panacæa
herba. Lucan. lib. 9, Et panacæa potens & Theſſala centauræa. Storax per o, aut Styrax per y Græcũ, Storax.
genus aromatis, & arbor ipſa vnde fluit. Virg. in Ciri, Non ſtyrace Idæo flagrantes picta capillos. Sere- Styrax.
nus, Aut ſtyracem tornes, aut duri vulturis alam. Colax, paraſiti nomen, teſtatur Sulpitius in obli- Colax.
quis corripi. ſic ſilax, & fortè plura. At thorax & corax producũtur contra quoſdam. Pix notum eſt.

Onyx, id eſt vnguis & lapillus pretioſus. in obliquis ſumit aſpirationem. hinc Sardonyx, etiam lapil- Onyx.
li nomen. vtrunque cum y Græco: teſtimonia patent in generibus. Addam vnum. Marbodeus in la- Sardonyx.
pidario, Sardonychem faciunt duo nomina ſardus onyxque. ſic legit Nebriſſenſis. Neſtor autem ſic, ſar
dus & onyx. vbi dicit Marbodeum erraſſe in prima ſyllaba. ſic Alexander nequam errat, dicens, Vngu
la dat nobis quod & Onycha ſignat & Onyx. Onycha onichæ, vt Lampada lampadæ, à lampas. hos
autem errare oſtẽdit Propertius, dicens, Et crocino nares murrheus vngat Onyx. Hiſtrix, herenaceus. Hiſtrix.
Calphurnius, Venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba. Illix, id eſt fraudulentus, ab illicio. Sic Elix eli- Illix.
cis ab elicio, ſulcus aquarius per quem aqua è liris ducitur, teſtis vtriuſque eſt Neſtor. Maſtix in obli- Elix.
quis ſumit aſpirationem, vt Maſtichis. fœmininum eſt contra Alexandrum, qui etiam male dicit in o- Maſtix.
bliquis produci. Serenus, Maſtichis addẽtur iam fractæ millia farra. Idem, Rugarum ſulcos lentiſci ma-
ſtiche tendẽs. Eſt rheſina lentiſci arboris. Maſtyx maſtygos, eſt flagellũ. maſtygia, id eſt verbero. Va- Varix.
rix, vena plus æquo intumeſcens. Sunt qui dicant nominatiuum ſingularem etiam eſſe varicis. Horat.
Varice ſucciſo, &c. hinc Varicus varica varicum, id eſt ampliore paſſu gradiens. Ouid. lib. 3. de Arte, Varicus.

Illa velut coniunx vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fértque gradus.

hinc Varico varicas, & deponẽtaliter varicor varicaris, & di-
uaricor, præuaricórque. Celſus lib. 2, At varix ortus, &c. Nebriſſenſis male putat varix primam corripe-
re. Varicoſus contra primitiui naturam, primam corripit. Coxendix coxendicis, id eſt coxa. Serenus, Coxendix.
Clauſa acies inter geminæ coxendicis vmbras. Eryx cum y Græco, viri, vrbis, montíſque nomẽ. Virg. Eryx.
1. AEneid. Siue Erycis fines, regémque optatis Aceſtem. Fornix. Horat. In fornice ſtantem, &c. Calix Fornix.
notum eſt. Cilix, populi nomẽ: fœmineum, Ciliſſa eſt: regio ipſa, Cilicia. Iuuen. Sic pugnas cilicis lau- Cilix.

dabat & ictus. Eſt quoque proprium viri. Filix, herba. Virgilius ſecundo Georg. Et filicem incuruis
Salix. inuiſam paſcit aratris. Diminutiuũ eſt filicula. Salix. Idem, Et fugit ad ſalices, &c. Larix, arbor, Ne-
Larix. briſſenſis in ix deſinere ait. quidam volunt etiam per e larex dici. Ego per i larix in Vitruuio, & alijs ſem-
per legi. hinc Larignus larigna larignum: & Larignum, caſtelli nomen apud Vitruuium. Lucan. lib. 9,
Natrix. Et Larices fumóque grauem ſerpentibus vrunt. Natrix, pro ſerpente: nam pro fœmina nandi perita
Cappadox. notum eſt produci. vt Lucil. lib. 2, Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam. Nix notũ eſt.
Præcox. Cappadox, quiſpiã in Cappadocia nat⁹. Perſius, Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta. ſic Cap-
Volux. padocus, cappadocia. Præcox præcocis, vide primam regulam diphthongorum. Male quidam,
Syphax. Quum reſerata fuit præcocis ianua lethi. Volux addit Priſcianus in accentibus. Syphax cũ y Græ-
co, proprium viri variatur. Propertius lib. 3, Hannibalis ſpolia & victi monumenta Syphacis. Claudia-
nus de bello Gildonico, Compulimus dirum Syphacem, fractúmque Metello
Bebryx. Traximus immanem Marij ſub vincla Iugurtham. Cæteri autem producunt. Bebryx cum y Græco,
populus in Bebrycia natus, vnde Bebrycius bebrycia bebrycium variatur. Sillius lib. 3, Poſſeſſus Bac-
cho ſæua Bebrycis in aula. Cæteri (quantum notare potui) corripiunt. Valerius Flaccus lib. 2,

-procul effera virtus
Bebrycis, & Scythici procul inclementia ſacri.

Sic eſt in libris Valerij, quos ego vidi. Narix naricis corripitur: vide A ante r. ℂ Additur breuibus etiã Cluſendix. Pernix (ni) producit. quia non venit à neco vt pernicies. ſic & Piſtrix, nauis. Atax etiã in nominatiuo dicitur, licet atagis in nominandi caſu dixent Ptolemæus. Tibullus lib. 1, Quem tremeret forti milite victus atax. Strabo lib. 4, Quo ex monte & atax datur. Strix ſtrigis, licet Stoa exiſtimarit variari, longe melius corripitur. Vbi autem ille legit 6. Metamorph. Strigis & infames. Boni codices habent

Et ſtrigis infames ipſis cum cornibus alas. Item leges ibidem,

Sic fatus virgam (aut ſpinam) qua triſtes pellere poſſet
De foribus noxas. Idem Ouid.

Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis huius Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent. Alij legunt voce, aut horrendum: alij horrenda: quia ſtridendo noctem horendam faciunt. Præcox præcocis verius o corripit, quia, vt ſentit Badius, à coquẽdo deducitur, quaſi ſit præcoquis, pro præcoquus præcoqui. Celox tãtum producit Varro in Marco apud Marcellum, Nautæ remiuagam mouent celocem.

Anthrax anthracis corripitur, teſte Bebelio, quo teſte variatur Pharnax pharnacis. ſed legitur etiã hic Pharnaces. Smilax, diſſyllabum eſt, & idem milax dicitur à Galeno, teſte Hermolao. Aulax, aulacis, pœnultima breui. Auſon. ad Paulinum, Et ſi Pierias patitur lirare ſorores,

Nunquam ipſe torquet aulaca. id eſt licet Phœbus patitur lirare, id eſt delirare, & à recto ac vero diſcedere muſas & poetas: ipſe tamen non torquet, id eſt detorquet à vero aulaca, id eſt ſulcum: quia ſolem quis dicere falſum audeat: vel quia Phœbus non dicit niſi accepta ab Ioue. vt AEneid. 3,

Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo
Prædixit.

Hæc tantũ dulciſſime præceptor Næui de generalibus quantitatum regulis tuo nomini dicatis. Nunc IESV fauente ſpeciales quantitatum regulas diligenter enucleabimus.

IOHANNIS DESPAVTERII IN TERTIVM LIBRVM PRAEFATIO AD VIrum doctum & longe latéque famatum, Iodocum Badium Aſcenſium.

ACCESSIMVS tandem Badi amiciſſime, & omnium literatorum patrone humaniſſime ad tertiũ artis Verſificatoriæ noſtræ librum: quem immenſi laboris pelagus iuſtiſſimè dixerim: quatinus adeò difficilis eſt primarum & mediarum ſyllabarum quantitatis traditio, vt Georgius Valla Placentinus homo vtriuſque linguæ doctiſſimus, rei difficultate perterritus: quum cætera huius artis ſacramenta prudentiſſimè tractaſſet, de primis mediiſque ſyllabis omnino ſilendum putaret. Siquidem tãta eſt ſyllabarum varietas, vt nec regulis, nec exceptionibus ſatis explicari queat. Ideo optimum eſt ad poetas confugium. Sed hoc ipſum, ſemper ſcilicet ad poetas confugere, tam eſt difficile, vt plus temporis ſit impendendũ quæritandis quantitatibus, quàm componendis poematis. Quocirca operæpretium putaui, diligenter perlectis poetarum monumentis: quæ inueniſſem regulis contraria, per exceptiones ordine alphabetario digerere, tametſi non dubitauerim adhuc deeſſe nonnulla, quia non omnia poſſumus omnes. hoc certe nemo inficiabitur, laudabile eſſe aliquò prodire tenus, ſi nõ datur vltrà. Inueni quædam apud grammaticos adhuc mihi ignota, quæ ſine teſtimonijs appoſui, relinquens ea ſtudioſis diſcutienda. Clamitabunt duræ ceruicis homines pleraque à me excepta, debere gemino conſonante ſcribi: at ego conſonante ſimplici ea vbique reperi, nec qui in orthographia contrariũ doceret, inueni, vt Sabus, Caduceator, Lagon, Bamura, Mamercus, Danubius, & alia plurima à paucis ante me excepta. Sed quid facient in breuibus quæ plurima primus animaduerti? multa certe blaterant indocti homines, quò peruerſam opinionem ſuam tutentur. Contra hos omnes defenſorem te paro, ſi tu id permittis doctiſſime Badi, hunc librum qualencunque tuo nomini conſecrans. Carmen hic, vt in reliquis, non compoſui: quia tanta eſt dictionum ſylua, tam aſpera ſæpe verba, vt hexametros mo-

dos penitus aſpernentur, vt non poſſet carmen confici niſi & longiſſimum & duriſſimum: quia plurima collegi ſcitu neceſſaria, ante me à nullo animaduerſa: quanuis cuncti fuerunt longe me doctiores, qui hæc, vt minutula, præterierunt. ſiquidem aquila non capit muſcas: ſed has muſcas ſiue nugas video multos errores peperiſſe. ideo eas præterire indignum iudicaui. Nunc ne præfatio modum excedat, rem ipſam aggredior. Aſpiret audacibus cœptis Deus noſter mitiſſimus IESVS CHRISTVS. Vale dulciſſime Badi. Ex Bergis apud diuum Guinnocum. 3. Iduũ Ian. Anno domini M. CCCCCXL.

A ante conſonanteis in primis

SYLLABIS, ET PRIMO A ANTE B.

ANTE b corripitur, vt Faber, ſtrabo, Sabinus. Iuuen. Sediſti qua nemo faber, &c. Ineptus eſt verſus faber in angario, &c. Horatius ſatyra 3. lib. 1, Siquod ſit vitium non faſtidire, ſtrabonem Appellat pætum pater. hoc eſt contra Alexandrum, Sulpitium, &c. Quòd autem Strabo proprium nomen produci volunt, niſi ex claſſico teſtimonium afferant, non credam: ſic tamen Baptiſta Mantuanus in villa Refrigerij dixit, Hic Strabo velut ex alto ſpeculatur Olympo. Vbi coſmographi nomẽ eſt, alluditque ad Strabonem notum. Macer etiã male produxit nomen ſtrabus. In proprijs autem & appellatiuis eſt eadẽ quantitas, niſi origo variet: vt Amices propriũ media breui: quia Græce dicit amyx. Sabinus, &c. in qua re multũ hallucinatur Petrarcha in lib. 2. epiſtol. ad Iohãnẽ Columnã, Vt Brutum ſontémque ſimul colliſit Atuntem, *A ante b. Strabo. Sabinus.*

Obtulit vt Decios gladijs hoſtilibus vltro
Sabinum Chereámque ſuo rigidúmque Catonem,
Marcellúmque dolis, Regulum vigilando peremit:
Eripuítque animam mixtam cum ſanguine Syllæ:
Decerpſit Marium ferro Bebiúmque cruentis Vnguibus.

Maiore licentia vſus eſt in tot verſiculis, quàm in tota AEneide Virgilius: quia perſuaſerat ſibi Petrarcha propriorum quantitates eſſe cõmunes.

Nota vbique geminata, vt ſabbathum. Sedulius lib. 1, -ſabbatha propter Condita ſunt hominum, ſed nõ homo ſabbatha propter. ſic Iuuenalis & Perſius: vt Recutitáque ſabbatha palles. Petrus Riga male dicit in Lucam, Ante diem ſabathi dum licet illud agi. Notabimus præterea quæ ex ſecundo libro noſcuntur, Stabam, flabam. Corripiuntur tamen ſtabilis, ſtabulor ſtabularis, & ſtabulum. At producitur à Fabar, fabilis, effabilis: à Nabam, nabilis, &c. *Sabbathum.*

EXCEPTIO.

Abel, Hebræum nomen viri proprium, à Chriſtianis variatur. Crabro non ſcabro, vt in ſacris corrupté legitur, teſte Nebriſſenſi, qui cum Sulpitio opinatur produci: quia correptionem non inuenit. *Crabro.*

Fabula. Horatius, Fabula nullius veneris. ſic fabella: quia nuſquam video corripi. at Fabullus, fabulla, propria in Martiale cum gemino ll corripiuntur. Fabrateria, oppidum Campaniæ, à quo fabraternus nonnulli hîc excipiunt: quia ſcribi putant cum r in prima frabateria. Iuuen. ſatyr. 3, -optima Soræ Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur. Flabrum, quia à flabam, ſed hinc flabellum variatur. Propertius in ſecundo, Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ. Ouidius in 3. Amorum, Quod faciũt noſtra mota flabella manu. Idem in 1. de Arte, Profuit & tenui ventos mouiſſe flabello. Labor labèris, verbum tertiæ: vnde collabor, allabor. vt ibi, Labitur exiguo quod partum eſt tempore longo. Labor nomen, corripitur. Virgilius, -labor omnia vincit Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas. Corripitur Labo labas. Claud. in victoria Stiliconis cõtra Alaricum, Romanum reparate decus, molémque labantis Imperij fulcite humeris. Sic cæteri quos videre licuit, præter Lucretium lib. 6. dicentem, Atque vel in primis quum labat funere funus. Et Iuuencum, Reſpondit dominus, labat quia pectore veſtro Inſtabilis fidei nutans per lubrica greſſus. Et Spiritus ipſe viget, ſed corpus debile labat. Labefacio corripitur, quia à labo labas fit, non à labor. nec à labes labis, quod producitur. Virgilius 2. AEneidos, Hinc mihi prima mali labes, &c. Labicum, oppidi nomen variatur. hinc labicus, labica, labicum: & labicanus, labicana, labicanũ. Virgilius 7. AEneid. Et picti ſcuta Labici. Sillius lib. 12, Campos ingreſſus *Fabulla. Fabella. Fabrateria. Flabrum. Flabellum. Labor. Labo, labas. Labes. Labicum.*

& arua Labici. Martialis lib. 1. epig. Labicana leui ceſpite velat humus. Labicus, proprium viri: & La-
Nabis. bica, proprium mulieris eandem ſeruãt quantitatem. Laban à Chriſtianis variatur. Nabis, viri pro-
prium apud Sillium, lib. 15. Pabulum & verbum pabulor. Virgilius 1. AEneidos, Pabula guſtaſſent
Sabus. Troiæ, &c. Sabus, Sancti filius: vnde Sabini dicti ſunt, prima contra primitiui naturam correpta. Sã-
ctus, dei nomen eſt. Sillius lib. 8, -pars ſanctum voce canebant

Authorem gentis: pars laudes ore ferebant

Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus

Sabatius. Diuiſti populos magna ditione Sabinos. Sabatius. Idem in eodem,

Quíque tuos flauina focos, Sabatia quíque Stagna tenent. Sabatia ſtagna prope Romam ſunt, vt
Sabura. Strabo meminit. Sabura, viri proprium. Idem lib. 15, Stridentem Sabura cornu excepit. Et Lucanus
Saburra. lib. 4, Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli. At appellatiuum Saburra, pro grandiore arena gemina-
to rr corripitur, contra Priſcianum. Virg. 4. Georg. Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram
Scabidus. Tollunt. Scabidus, teſte Alexandro: at ſcaber, ſcabies, ſcabioſus corripiuntur. Tabraca, oppidi pro-
Tabraca. prium, teſte Nebriſſenſi: quia correptionem non inuenit. Iuuen. ſaty. 10, -tales aſpice rugas,
Trabigilus. Qualas vmbriferos, vbi pandit Tabraca ſaltus, In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca. Trabigi-
Tabes. lus, proprium viri, apud Claudianum lib. 2. in Eutropium. Tabes, tabum, tabeo, &c. Virgilius 3. AE-
Tabum. neid. Et terram tabo maculant. ¶ Labeſco, recte producitur, vt labor verbum. Lucretius lib. 3, Omnis
& hæc ipſo cum corpore collabeſcunt. Labaſco, à labo labas corripitur. Tabracha ſcribetur, teſte Her-
molao: & ita prima poteſt poſitione produci. Abel & Laban à Chriſtianis variantur. Sabius, viri &
dei nomen producitur, & opinor fluuij nomen in 7. Strabonis. Sabæus tamen & Sabinus corripiun-
tur. Crabro & Flabrum Stoa variari dicit: deſydero pro abbreuiatione teſtimonium. Nam licet fa-
bellum non fabella ſit anceps, non continuo flabrum: quia multa ab origine ſua diſcedunt.

A ante c.

A ante c corripitur.

Acidia. Baptiſta Mant. Sic hominum falſo deludit acidia vultu. Rectius acedia diceretur: quia κ plerunque
in e longum vertitur. male dicitur gemino cc accidia. & eſt pigritia, tædium, anxietas. hinc acediare,
Acipenſer. eſt anxium eſſe. ſic Acipenſer, piſcis, non Accipenſer: dicitur quoque aquipenſer. Martial. Ad palati-
Acanthis. nas acipenſera mittite menſas. Acanthis acanthidis, auicula quæ alio nomine carduelis dicitur. A-
canthus cum th aſpirato in tertia ſyllaba, id eſt ſpina. Virgilius tertio Georgicorum, Littoráque hal-
cyonem reſonant & acanthida dumi. hæc eſt vera lectio: male omittitur (&) coniunctio, quæ res Sul-
pitium decepit, qui credidit produci. Virgilius in Bucol. Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.
Academia. Academia ſemper corripitur: ſed pœnultimam variat. ita malo cum Becichemo dicere, quâm dicere
cum Sulpitio tres variari. Horatius Epiſtol. vlt. Atque inter ſyluas Academi quærere verum. Claudia.
In Latiũ ſpretis academia migrat Athenis. Sidonius in epithal. Polemij, Obuiet & quanquam totis a-
cademia ſectis. Et in primo panægyrico, Quicquid nihil verum ſtatuens academia duplex
Perſonat. Cicero apud Plinium lib. 33. nat. hiſtor. Inque academia vmbrifera viridíque lycio. Laurea
Ciceronis libertus, Atque academiæ celebratam nomine villam. non ſequar eum qui dixit, Marcus a-
cademiæ, &c. quanquam is Callimachus inter Neotericos doctiſſimus. Teſte Badio, in Ouidio, vide-
tur produci Acheſtius: ſed alij echaſtius, alij oncheſtus habent.

EXCEPTIO.

Producuntur primo habentia b aut p ante a, vt Brachium, paco, placo. Hinc deme Baculus, paciſcor
Pacorus. placeo, Placentia placentiæ, oppidi nomen. vnde Placẽtinus. Pacorus, pachinus, ſpacium. Martial. lib.
Pachinus. 9, Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. Sine aſpiratione ſcribitur. fuit Parthorum rex. Ouidius
5. Metamorph. Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro,
Læua Pachine tibi, Lilybæo crura premuntur. ſic cæteri quos vidi, præter Priſcianum in Perihegeſi cõ
tra omnium morem corripientem ſecundam ſyllabam, Procurrens Pachino longe clauſtríſque Pelori.
Ouidius primam produxit adiectione c literæ, teſte Neſtore, dicens, E quibus imbriferos verſa eſt Pac-
chinus ad auſtros. Brachium producitur ab omnibus: ideo non dubito quin apud Germanicum in
Arato ſit mendum, Se velle Arctophylax brachiorum munera cæcus. Brachys, id eſt breuis corripitur.
Acer. Acer, adiectiuum. Ouidius 2. de Ponto, Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores,
Si tamẽ horteris, fortius ibit equus. Subſtantiuum arboris nomen eſt, & corripitur. Idem 10. Metam.
Acis. Et platanus genialis acérque coloribus impar. hinc acernus. Acis acidis, viri & fluuij nomen in Sici-
lia. Ouidius quarto Faſtor. Præterit & ripas herbifer Aci tuas. Idem 13. Metamorph. vbi huius fabulam
eloquitur, Acis erat Fauno nympháque Simethide cretus. hoc Claudianus nouè corripuit, dicens in ter
tio de raptu Proſerpinæ, Lucus erat prope flumen Acim quod candida præfert
Acoris. Sæpe mari, pulchróque ſecat Galathea natatu. vulgo Atim legitur mendoſe. Acoris acoridis, ſacerdo-
tis curantis funera nomen, vt dicit Calderinus in illud Martialis libro tertio in Vetuſtinam dicentis,
Quòd ſi cadauer exigis tuum ſcalpi,
Sternatur Acoride triclinio lectus. Scazõtes ſũt duo, vbi a producitur in Acoride. ſed videtur mihi po-

tius oratio à coride,vt ſit nominatiuus non Acoris,ſed coris coridis, quicquid dicat Calderinus:quia
ſenſus cum Latinitate ſic perfectior eſt. Achar, proprium viri in Prudentij pſychomachia. Acu- Achar.
leus,apud Capellam. Cacus,viri proprium variatur.Propertius libro 4, Incola Cacus erat metuen- Cacus.
do raptor ab antro.Ouidius 1.Faſt.Cacus Auẽtinæ timor atque infamia ſyluæ.Idem 9.Metamorph.
His Cacus horrendũ Tyberino gurgite monſtrum. Cacabo cacabas,perdicũ eſt,quum vocem edũt. Cacabo.
Author de Philomela,Cacabat hinc perdix,hinc glacitat improbus anſer. Cacabus,id eſt olla.Papin. Cacabus.
4.Syluarum,Alborum calicum atque cacaborum. Phaleucium eſt. Cacula apud Plautum. Da- Dacus.
cus,populi nomen,cuius regio Dacia nominatur:vnde Dacicus dacica dacicum.Martialis lib.6,Gran- Dacia.
de iugum domita Dacus ceruice recepit. Papinius Thebaidos 1, Et coniurato deiectos vertice Da-
cos.Petrarcha male dixit epiſtola vltima,libro tertio, Et Dacus & rutilo perplexus crine Sueuus. At
corripitur Daca dacæ,pro orientis populo ſupra Bactrianos.Sillius lib.13,Curſu ſigna tulit cui peruia
Bactra Dacæque.Virgilius lib.8. AEneidos,Indomitíque Dacæ. Facundia.Ouidius 13.Metamorph. Facundia.
Mota manus procerum eſt,& quid facundia poſſet, Facundus.
Tunc patuit,fortíſque viri tulit arma diſertus. Flaccilla vt flaccus poſitu extenditur. Graculus,cu- Graculus.
ius primitiuum eſt gracus,id eſt monedula non garrulus.Rufus in Arato,
Agmine cum denſo circumuolitare videtur
Graculus, & tenui quum ſtridunt gutture corui. Aliqui aſpirant gracchulus gemino cc. Glacilla, Glacilla.
Glacito vide A ante c,Cacabo. Glacinia,teſte Bebelio. Hiacynthus,tetraſyllabum eſt,& a corripit. Glacito.
Machina.Lucanus lib.1, totáque diſcors Hiacynthus.
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.male dicit hymnographus,Totius mundi machinam guber- Machina.
nat.Sapphicum eſt. Macezer,viri proprium.Claud.de bello Gildonico, Macezer.
Macezer fugiens qui dira piacula fratris,
Spéſque ſuas,vitámque tuo commiſit aſylo. Macero maceras.paſſiuum eſt maceror.doctiſſimi ſem- Macero.
per producunt.Lucret.lib.3, Macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem:
Illũ aſpectari claro qui incedit honore.Horat.1.Carm. Ode 13,Quòd lentis penitus macerer ignibus.
Aſclepiadæum eſt.Germanicus in Arato,Maceror hoc vnum,& doleo tibi deeſſe Terenti.Ouidius in
epiſtola Acontij,Maceror interdum,quòd ſum tibi cauſa doloris.quod indocte legitur,Interdum ma-
ceror:quæ res decepit Priſcianum ſiue Fannium in Perihegeſi dicentem,Frangitur hircino maceratus
ſanguine tantum.hoc nolim imitari,nec plura alia in eodem opere. Errauit ſimiliter Macer & plures.
¶Mantuanus variauit,producens,Quod me modo macerat vnum.Corripiens,
Quid te inconſulte properas macerare?quid omnes
Perdis?Stoa melius corripi cenſet,quia venit à macer:vix tamen correptum alibi legas,niſi in corruptis
verſiculis Ouidij & Calphurnij. Maceries producitur,teſte Sulpitio.At corripiũtur perpetuum ma-
cies & Macer etiam proprium. Virgilius,Heheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.Ouid.2.de
Ponto, Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ:
Hæc tibi Naſonem ſcribere verba Macer?Cato,
-quòd ſi mage noſſe laboras Herbarum vires,Macer id tibi carmine dicet.Nec cum indoctis omittas
pronomẽ(id).Quidam male produxit Macharius apud Sidonium. Naca,teſte Aldo:pro quo apud
Horatium male legitur natta in Sermonibus,Non pudet ad morem diſcincti viuere nattæ.Νάκη autẽ
& Νᾶκος,dicitur pellis caprina:ſed Feſto Nacæ appellantur vulgò fullones,vt ait Curatius:quia nauci
non ſunt,id eſt nullius pretij. Racipalis,viri proprium.Lucan.lib.5, Racipalis.
Deiotarum & gelidæ dominum Racipalin oræ
Collaudant.Thracia & Thrace thraces,& Thraca thracæ.hinc Thracius thracia thracium.Seneca in Thrace.
Hecuba,Fortis armentis lapidoſa Thrace. Sapphicum eſt. Trachin & Trachis,oppidum. hinc Tra- Trachin.
chinius trachinia trachinium. Lucan.lib.6, Flebile Pieridum Trachin pretiúmque nefandum. Va- Vacienus.
cienus,viri proprium.Mart. Docti patria Narbo Vacieni. Phaleucium eſt. Vacia,teſte Nebriſſenſi, Vacia.
cui in exteriorẽ partem crura flectuntur. Vacillo variatur:correptio eſt acceptabilior.Lucretius lib.3, Vacillo.
Tum quaſi vacillans primum conſurgit,& omnes
Paulatim redit in ſenſus.Ibidem,
-præpediuntur Crura vacillanti, tardeſcit lingua,madet mens. Vaccinium poſitu extenditur, vt Vaccinium.
vacca,authore Neſtore. Virgilius,Alba liguſtra cadunt,vaccinia nigra leguntur. Zacharias primam Zacharias.
rectiſſime producit,correptis ſecunda & tertia.vide vocalem ante vocalem. ¶Lacon,quia gentile no-
men corripitur,mirer proprium produci,vt vult Stoa,AEneidos 10.pro cóque legam Ladonaſte: Hic
mactat Ladona,Pheretáque,Demodocúmque.Habentia B ante a producũtur.demũtur tamen à bra-
chys compoſita: quod tamen corripitur apud Strabonem lib.6. Græco verſu,quicquid dicat Tortel-
lius.Brachium tamen producitur,teſte Feſto,ab omnibus: præterquã ſemel à Germanico. Pachinus
vix auſim producere,aut geminare cc,cum legatur apud Ouidium,Et quibus imbriferos eſt verſa Pa-
chinus ad auſtros. Aculeus à Capella producitur, ſed libro 9, Nec ſtimula intenſo allicit aculeo.
Martialis tamẽ corripit primã in(aculeolo)libro 8,Nonus aculeolos in cochleare tulit. Cacula.Plau-
tus in argumento Pſeudoli,Veniente caculam interuorti ſymbolo.Iambicus trimeter. Eſtque Cacula,

miniſter militis:à calon,id eſt lignũ,quo armatur. Cacabus,teſte Stoa,producitur. Ineptit ergo Græciſmus, Quo caro decoquitur, cacabus Græce à ſonitu ſit. Acis etiam pro puero à nymphis rapto in florem ſui nominis verſo. Ouidius, Quid Crocon aut Acin referam? Daca pro orientis populo corripi aſſerui ex Neſtore:verùm eum nunc Dahan vocari didici ab Hermolao,ita in Mela & Strabone legente, & octauo AEneid. Vbi vulgo legitur Indomitíque Daci. alij legunt Dahæ. Glacilla. Mart. lib.7, Hic gelidum collo nectit Glacilla dracone͂. Glacinia etiam,teſte Stoa,producitur:& Maceries à Prudentio in Marcionem, Quanuis maceries florentes ambiat hortos. Macharius Sidonius producit, Nunc duo Macharij,nunc & Pampitius heros. Lacinia corripit̃ 3. AEneid. Attollit ſe diua lacinia contra. Et Ouid. 15. Metam. Littora fœlici tenuiſſe lacinia curſu. Et Dionyſij interpres, Vlterius pergens,hinc templa lacinia cernes. Quidam tamen ſic Stathio in 1. Syluarum legunt,

Iugera,laciniæque domus,littúſque cruenti

Antiphate. vbi alij legunt Liciniæ:& Volaterranus Licinium,promontoriũ ponit. Vacillo licet melius corripiatur,producitur tamen ab Ouidio: Spes mea vacillat ſubtili pendita filo. Et vt vulgo legitur,à Lucretio lib.3, Tum quaſi vacillans,&c. Vbi Pius, Túmque vacillans. Id & Auantius, Túmque vacillans is primùm conſurgit,&c. Vtcunque eſt variatur.

A ante d corripitur,

A ante d. vt Ador,licet Neſtor credat variari,lege͂s ador pro ardor. Corripitur etiam Adonis. Maro, Et formoſus ouas ad flumina pauit Adonis. Fulge͂tio Adon vocatur:Plauto & Auſonio Adoneꝰ. fuit Cynaræ ex

Quadro. Myrrha filius. In Adua ſeu addua ſiue abdua producitur prima:quam corripiunt quadro quadras, quadra, quadriuium contra Sulpitium. Marcus Manilius lib.2, Sed ſiquis contentus erit numeraſſe quadrata. Ibidem, -qui conſtruit orbem,

Madeo. Ter triginta quadrum partes per ſydera regnat. Padus: facile erit teſtimonium,vt Madeo. Ouid. 15. Metam. Emathiíque iterum madefient cæde Philippi. Mendoſe legitur madeſcent. vt apud Lucanum lib. 6. madent pro manent à mano manas, Inſpicit & gladios qui toto ſanguine madent,

Qui niteant. Legito manent,coniunctiui modi. Iuuen. ſaty.1,

Quum tener vxorem ducat ſpado, Næuia Thuſcum

Spado. Figat aprum. Male aute͂ Arator lib.1, -qua ſpado iugatis AEthiopũ pergebat equis. Errat ſimiliter Nebriſſenſis in generibus. Radalo,proprium viri,corripitur à Valerio Flacco lib.7. Ideo quidã male

Hadria. exceperunt Hadria. Manilius lib.4, Italiam atque Hadriam comitatus nomine Pontum.

EXCEPTIO.

Adam. Adam variatur. Auſonius in carmine Paſchali, Deceptum miſeratus Adam, quem capta venenis Implicuit ſocium blandis erroribus Heua. Sidon. lib.7, Iam patriam ingrediens, ſed de qua decidit

Adon. Adam. Sic Sedulius & Arator. Adon Adonis,qui etiam Adonis in recto. Mart. Capella lib.2, Hammon & arentis Libyes, ac biblius Adon. Cæteri corripuerunt,quos rectius imitabimur:quia Capella poſuit compluſcula contra veterum conſuetudinem. vt libro nono,

Sed nec Arioniam marmora ſurda chelyn

Tempſere extremam, cum flagitaret opem. Duo ſunt pentametri continui. In priore male corripit ſecundã in(Arioniam): in poſteriore primã in(flagitaret). Ouid. 10. Metam. Cælo præfertur Adonis.

Caduceum. Caduceum, Mercurij virga,qua pax ſignificatur. hinc Caducifer, Mercurius: Caduceator,legatus pa-

Caducifer. cis. Ouid. lib.4. Faſt. Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis. Dicitur etiam virga caduceus. Ca-

Caduceator. duſij,populi. Priſcianus in Perihegeſi, Poſt hos Caduſij duriſſima rura colentes. Clades. Virg. Quis

Caduſij. cladem illius noctis,&c. Dada,viri proprium apud Philelphum in nona 8. Fadus, viri proprium.

Clades. Sil. lib.5, Hinc Fadum petit,& veterem bellare Labicũ. Virgiliꝰ 9. AEneid. ſimiliter producit proprium

Dada. viri Fadus. Gades. Mart. lib.1, Gaudent iocoſæ Canio ſuo Gades. Scazon eſt. Hinc Gaditanus. Idem

Fadus. lib.6, Et Gaditanis ludere docta modis. Gadir, vrbs. Feſtus in Arato, Gadir prima fretum ſolida ſu-

Gades. pereminet arce. Idem, Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique ſeptum. Gadilon. Gladis, tellus

Gadir. quædam. Priſcianus in Perihegeſi, Eſt igitur Ponto tellus circumflua prima,

Gadilon. Cui nomen Gladis ſtatuas hæc Herculis inter. Gradiuus,id eſt Mars. vix poeta eſt qui non variaue-

Gladis. rit. Valerius Flaccus lib.4, Inclyta Amazonidum magnóque exorta Gradiuo

Gradiuus. Gens ibi. Virg. AEneid.3, Gradiuúmque patrem Geticis qui præſidet oris. Ladas Ladæ,curſor Ale-

Ladas. xandri velociſſimus. Catul. Ne Ladas ego Pennipéſve Perſeus. Phaleucium. vt apud Martiale͂ lib.2,

Quòd ſi per graciles vias Petauri

Ladon. Inuitum iubeas ſubire Ladam. Ladon,viri & canis & fluuij proprium. Ouid. 1. Metamorph.

Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem

Quadi. Venerat. Sic pro cane lib.3, Metam. Quadi,populi apud Baptiſtam in exhortatione contra infideles.

Radix. Rado. Suadeo,ſuadela,ſpadix. Trado,traduco. Vado:ſed vadũ corripitur,& vador vadaris. Virg. Illidítque vadis,&c. ¶ Adde quòd pro caduceo apud Iuuenale͂ Georgius Valla legit caducco, Magnáque debetur violato pœna caducco. quod non placet Stoæ & Mancinello,licet caduceo primã frequentius producat. Badius nunc,ſi quicquã mutare liceret,legeret, Multáque debet̃ violato

caducæo: quia tamen caduceum, eſt culcitra, pars lecti, à caduccis Galliæ populis, qui præcipuam laudem, teſte Plinio lib. 19. in culcitris obtinebant: nõ abſurde legit Valla. Vt Gades, inſulæ & vrbis nomen producitur: ita etiam quod idem ſignificat Gadera, etiam ſecunda longa. Saducei, variat Iuuencus, dum producit dd geminans. Gaditionem Strabo dicit lib. 11. regionem eſſe totam campeſtrem, & omnium feracem, quæ oues habet lanæ & pellis molliſſimæ. in 2. cap. lib. 6. Plinij dicit Hermolaus ſcribi Gazelon & Gadelon.

A ante f corripitur.

A ante f.

Perſius, Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit. Sic Afranius apud Auſoniũ in epigrãmatis. Quæ viderentur tollenda, ſcribuntur per ph.

A ante g corripitur,

A ante g.

vt Agylleus cum y Græco, proprium viri. Papin. 6. Thebaid. -leuat ardua contra
Membra Cleonææ ſtirpis iactator Agylleus. In argumento eiuſdem libri quod Stathius nõ compoſuit, male ſic ponitur, Tydeus Agyleũ ſuperauit agone palæſtræ. Tagus ſemper corripitur apud doctiſſimos: licet Petrarcha ſemel produxerit, ſi recte memini. Tu id ne faxis. Corripitur quoque Tagax, id eſt furunculus. Lucillius, Proſcribere poſſe tagacem. Nam tago pro tango veteres dixerunt, teſte Pompeio. Neque fit à Taceo taces, vt Vgutio ſopniat. At producuntur vndecũque ſunt Indago, ambages, contagium, contagio, coagulum, repagulum. teſtimonia facile patebunt.

EXCEPTIO. Producuntur habentia f vel p ante a: vt Fagus, Flagito, flagitium, Pagus, pagina. Hinc demo Flagro, flagellum, fragor, nomen à frango, fragro fragas, fragilis. Pagaſa: vnde Pagaſæus Iaſon, Pagaſæa puppis: oppidũ eſt Theſſaliæ. Ouid. 7. Metam. Iámque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant. Plaga pro reti vel ora: nam pro vulnere producitur. Idem 1. Metam. Totidémque plagæ tellure premuntur. Lucret. lib. 1, Innumerabilibus plagis vexata per æuum. Plagium, crimen eius qui rem liberam vendit, aut ſeruo ſuadet fugam, aut qui aliena ſibi vendicat. hinc Plagiarius, qui plagium commiſit: vt qui aliena carmina pro ſuis recitat, &c. alij dictum volunt plagiarium vel plagiatorem, quòd lege Fannia plagis damnatus eſſet. quod ſi verum eſt, contra primitiui naturam corripietur. Mart. lib. 1, Impones plagiario pudorem. phaleucium eſt. Reliqua alphabetario ordine annectenda ſunt. Agalma, id eſt ſimulacrum, larua, ſtatua. Capella Fœlix lib. 6, Quam docto aſſimulant habitu qui agalmata firmant. Agea, vide E ante a. Agis agidis, Lacedæmoniorum rex: alius fuit vir Lycius. Virg. AEneid. 10, Et Lycius proceſſerat Agis. docẽt hoc Tortellius & Neſtor. Bragada, fluuij nomen ſemper notaui produci. Cragus vel cragos, montis nomen rectiſſime corripitur. Horatius 1. Carm. Ode 21, Syluis aut viridis Cragi. verſus eſt glyconicus. Ouid. 9. Metam. Iam Cragon & Lymirem, &c. Priſcianus tamen in Perihegeſi produxit: nolim imitari. dicit autem, Perhibent quem nomine Cragum. eſt etiam vrbs. Lagon Lagonis, pueri nomen, cuius diminutiuum eſt Laguncului: quod corripitur. Mart. lib. 9, Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona nanũ. Papin. 1. Sil. Molles Caioli Laguneulique. vbi imperite legitur caſeoli: nam, teſte Calderino, Papinius loquitur de pueris, aut puerorum imagunculis: ideo diminutiua ſunt à Lagon & Caius. verſus ſtat. eſt phaleucius. Lagopus lagopodis, auis leporino villo pedes habens, vt Merula ex Plinio docet. licet Domitius lagopice pro ancilla legat, quod nõ conuenit: quia de beſtijs à diuerſis hominib9 amatis loquitur. Mart. lib. 7. dicens, Si meus aurita gaudet, Lagopode Flaccus. Lagus, AEgypti rex. Lucan. libro quinto, Donata eſt regia Lagi. Iuuen. ſaty. 6, Famoſáque mœnia Lagi. Lucan. lib. 10,

Pagaſa. Plaga. Plagium. Plagiarius. Agalma. Agea. Agis. Cragus. Lagon. Lagũculus. Lagopus. Lagus.

Pugnauit fortuna ducis, fatúmque nocentis
AEgypti, regnum ne Lagi Romana ſub arma
Iret: an eriperet mundo Memphiticus enſis
Victoris victíque caput. Emẽdatiores libri non habent (ne). ideo admittẽdus non eſt Baptiſta in Catharinaria, Lagus omnibus author. Virgilius de alio loquitur, AEneid. decimo,
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus, hunc, &c. Laganum, cibus quidam. Petrus Riga in Exodo, Lagana lata notant & fratris & hoſtis amorem. At Lachanum ch aſpirato, eſt omne holerum genus: & longe differt à Lagano, vt dicit cum Neſtore Calepinus. Horatius Saty. 6, -inde domum me
Ad porri & ciceris refero lachaníque catinum. Magalia. Virgilius AEneid. 1, Miratur molẽ AEneas magalia quondam. Mago Magonis, frater Hãnibalis. Sil. 3, Mago quatit currus, & fratrem ſpirat in armis. Petrarcha in hoc, vt in plurib9, hallucinatus eſt. Ragonia, canis in Baptiſta. Saga ſagæ, mulier venefica. Martialis in 11, Expiet vt ſopnos garrula Saga tuos. Sic Sagus, ſaga, ſagum: ſagio ſagis. vnde præſagio & præſagus. At Sagum, veſtimẽtum, corripitur. Iuuen. ſaty. 6, An ſaga vendenti nubat caupone relicto. Corripitur Sagax. Lucret. lib. 2, Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacem. Idem tamen lib. 1. & lib. 5. produxit dicens, Ordine quæque ſuo ſagaci mente locarunt. non auſim imitari.

Laganum. Magalia. Mago. Saga.

Tragula, teli genus. Sil. lib. 3, -cui tragula ſemper
Fulmineam armabat celebratum miſſile dextram. Tagitia, teſte Sulpitio. Tragema tragematis, teſte

Tragula.

eodem:à trago,id eſt comedo. At tragos,id eſt hircus corripitur:vnde Tragœdia. Martialis,
Inde tragos celeréſque pili mirandáque matri
Barba. id eſt hircus,hoc eſt graucolentia,vt multis declarat Beroaldus in annotat. Tragurus, piſcis
Vagina. apud Lippium. Vagina. Ouid. 10. Metam. Pendenti nitidum vagina diripit enſem. Vagio. Ibidem,
Vagio. Reddit onus,vagítque puer. Idē in epiſtola Canaces,Vagitus dedit ille miſer, ſenſiſſe putares. Vagor
vagoris,id eſt vagitus. Lucret. lib. 2, Et ſuperantur,item miſcetur funere vagor. Author Philomelæ di
cit Vagire leporum eſſe, & corripit primam: quem indignum fide eſſe ſæpe dixi. ait autem, Glaucitat
& catulus,ſed lepores vagiunt. ℭ Magis corripitur. in Iuuenale autem Satyra 1. legitur,
-quid præſtat purpura,maius
Optandum. Aganippe & Aganippis aganippidos duas priores corripit, poſteriores producit: ideo
male Mantuanus primo Syluarum, Aonios montes & valles aganippæas. vbi eſt anapæſtus in quin-
to. Aut aganipæas,vt ſit tribrachus. Plagiarius Beroaldus deducit à Græco plagiazo, id eſt in obli-
quum verto. Stoa à plagis, vt contra primitiui naturam corripiatur. Sagana, veneficæ nomen apud
Horatium corripitur. Stoa longis annumerat,deceptus forté per Germanum grammaticum,qui idem
ſentit. Bragada, fluuij nomen ſemper inuenio produci, Sil. lib. 1, Flumineáque vina celatus Bragada
parmam. Item ſemper inuenio impreſſum in Sillio & Gellio. In Strabone tamen Bagrada lib. 12,
Propter Vticam Bagrada amni labitur. vtcūque ſcribať,ſemper producetur. Agaus,viri nomē, pro-
ducitť à Nicolao Valla 14. Iliados. Ragonia, nomen canis producitť à Mātuano: dicitúrque à Ragi-
zo,id eſt comedo: quia vorax. Phago,id eſt lurco,helluo,ꝑducitur,licet Pāphagus corripiať. Lucil.
Viuite Phagones,comedones, viuite ventres. Ventres,id eſt guloſi,ſecundum Plum in primum Lu-
cretij. vt in Perſio,Aſt ille tremat omēto popa venter:id eſt guloſus,vt ſunt popæ. Verum cum legat
Pius ille,vulgò legitur illi. vt ſit venter popa,id eſt guloſus tremit illi,quod Badio magis placet: quia
etiam Hermolao & alijs. Miratur Deſpauterius Hermolaum ſcripſiſſe cap. 8. lib. 34. Plinij, Langonem
puerum. ſcribo Lagonem , vt prima ſit breuis, &c. quia de Lagone & laguneulis recte ſibi ſcripſiſſe
videtur Deſpauterius. Sagax ſolū corripitur,quia Lucretio aliter legitur:aut ſic ait Pius, Ordine ſe,
nec quæque ſagaci mēte locarint:aut vt Auātius & alij,Ordine quæꝗ ſuo,atque ſagaci mēte locarūt.

A ante l. **A ante l producitur in diſſyllabis,**

vt Balo balas. Sillius 15, -mille ſub altis Lanigeræ balant ſtabulis.

EXCEPTIO.

Corripiuntur nomina in genitiuis creſcentia:vt Salix,phalanx,ſalus,ſalo,calix. Nebriſſenſis in gene-
ribus producit Calyx cum y Græco. Excipiūtur halec pro liquamine: quod per x quoque dicitur,teſte
Ales. Nebriſſenſi,halex. Ales alitis. Virg. in Moreto, Excubitórque diem cantu prædixerat ales. Calphur-
nius ecloga ſecunda,Et quæcūque vagis alituum ferit aera pennis. hîc s perimitur in (vagis) more ve-
Calo. terum: id non imitamur. Calo calonis variatur, teſte Neſtore. Ego autem correptionem nondum
inueni. nā apud Ouidiū 4. Faſt. Per flammā ſalijſſe calones: mēdoſum eſt,pro colonos: id quod nec i-
pſe Neſtor diffitetur. Horat. 2. Serm. Hunc perminxerūt calones: quinetiā illud Accidit,&c. Perſius,
Caloni citius ſambucam aptaueris alto. Eſt autē Calo,authore Feſto,militis ſeruus, qui clauas ligneas
vel fuſtes in bello gerit: & dicitur à cala calæ, id eſt fuſtis vel claua lignea. Lucil. Scinde puer calam,
vt caleas. Calo, id eſt voco, corripitur. Vnde eſt verſiculus, Dum te calo, calo ligniferum vocito.
Thales. Thales rectiſſime corripitur. Iuuen. ſaty. 13, Chryſippus non dicit idem,nec mite Thaletis
Ingenium. Sidon. in primo panægyrico, Mileto quòd ſorte Thales vadimonia culpas. Idem produxit
contra aliorum morem: nec auſim imitari. Vt in epithalamio Polemij, Thales hoc etiam numeris in-
Halo. quirit & aſtris. ſic idem ſæpius. Alo alis,verbū tertiæ:ſed Halo halas,primæ, ꝑducitur. ſic Halitus.
Cales. Cales calium,plurale. quod ſingulariter quoque Cales calis,dicitur. oppidi nomen eſt: vnde calenum
vinum,inter pretioſa numeratum. nomen habet à Calai conditore. Sillius duodecimo, Threiciámque
Calen. vide etiam A ante r, Arunci. ℭ A ante l in diſſyllabis producitur,vt Calo & Cala. Lucil. Scinde
puer calam,vt caleas. Sic bene legit Stoa,qui nomen Thales propter Sidonium variari dicit, quod &
Mātuano producit: ſed omnes claſſici ſolū corripiunt. Halos aut haly,domiciliū Athamantis,Stra-
bonis interpres lib. 9. corripit,Qui Halon atque Haliunta,& qui Trachyna colebāt. Palam,quidam
putant à Capella produci lib. 1, Palam perpetuis iungere nutibus. ſed ille in primo loco aſclepiadæi
trochæum & dactylum etiam ponit. Salar,piſcis ab Auſonio corripitur, Purpureúſque ſalar ſtella-
tis tergora guttis. Alex ſiue halex halecis,fluuius Locrorum,corripitur à Priſciano vel Rhemnio de
ſitu orbis. Talus, viri nomen, corripitur à Virgilio: at Talus, vir in perdicem verſus,producitur,vt
Falæ. vult Stoa ab Ouidio. Falæ falarum,turres ligneæ. vnde Falarica, quam à Phalaride quidam dictam
putant,& per ph ſcribunt tam Phalæ quàm phalarica. Iuuen. 6. ſaty. Conſulit ante falas. Lucan. 6,
Hunc aut tortilibus vibrata falarica neruis
Halys. Obruat. Falum,teſte Nigro. Halys cum y Græco,fluuij nomen. Ouid. 4. de Ponto,
Huc Lycus,huc Sagaris,Peneus,Hypaniſque,Chratiſque
Influit,& crebro vertice tortus Halys.

Partheniúſque rapax,& voluens ſaxa Cynapes:
Labitur & nullo tardior amne Tyras:
Et tu fœmineæ Thermodon cognite turbæ:
Et quondam Graijs Phaſi petite viris. Halys,etiam eſt viri proprium ſimiliter correptum apud
Virgilium 9. AEneid. Halos,Athamantis domicilium in 9. Strabonis. Malus,mala, malũ,adiecti- Malus.
uum. vbi hæc ſubſtantiua ſunt,producuntur. teſtimonia ſunt inuentu facillima. Palam, præpoſi- Palam.
tio & aduerbium ſatis patet. Propalam ſecunda correpta aduerbiũ,id eſt palam. Palin,quo in com-
poſitis vtimur,vt Palinodia. Propalo propalas,verbũ etiam ſecundam corripit: quia à palã. Pales, Pales.
dea. Ouid.2. Faſt. Nox abijt,oritúrque aurora,Palilia poſcor: Palilia.
Non poſcor fruſtra,ſi fauet alma Pales. Palilia,ſunt Palis feſta. Salum,id eſt mare. Boet. lib.1,Ho- Salum.
mines quatimur fortunæ ſalo. Anapæſticus dimeter eſt:(næ ſalo)dactylus eſt gratia finis. Talos vel Talos.
Talus,viri propriũ. Virg. AEneid. 12,Illc Talon, Talaſnque neci,fortémque Cethegũ. Talus appella-
tiuum notum eſt produci,vnde eſt Talaris. Valens,proprium viri corripitur,vt Vale: quia fit à va-
leo vales,&c.

A ante l in polyſyllabis corripitur,

vt Phalaris,tyranni proprium. Iuuen. ſaty.8, -ambiguæ ſiquando citabere teſtis
Incertæque rei, Phalaris licet imperet vt ſis
Falſus,&c. Si neotericorum aliquis produxerit,quantumuis doctus, ſcito illum non eſſe imitandum.
Mart. lib. 11, Carmina nulla probas molli quæ tramite currunt:
Sed quæ per ſalebras altáque ſaxa cadunt. ſic Horatius cæteríque. quod eſt contra Alexandrũ,Gua-
guinum, Nigrum, pluréſque. Notentur in omnibus regulis geminantia conſonantem,vt Pallene,
regio Macedoniæ,Callimachus,Calliſtratus,balliſta,teſte Neſtore: à ballo, id eſt iacio, machina bellica Balliſta.
eſt. Ouid. 11. Metam. Quum laceras aries balliſtáve concutit arces. Caue Petrarcham imiteris in quar-
to Aphricæ dicentem,Ac turbanda procul ferientes caſtra baliſtæ. Pallium, quod nonnulli dictum Pallium.
volunt,quòd palàm ſit. ſic palludamentum & palliatus & palludatus. Iuuen. ſaty.6, Cum palludatis
ducibus præſente marito. Auſonius vnum l abſtulit,ſed vix imitandum puto. ait autem in epigram.
Molle aurum palijs Græcia texe tuis. Alliũ,quanuis vnico l ſcribi putet Pomponius Etuſius,vt in Allium.
11. Columellæ dicit Põponius Fortunatus. Sunt qui aſpirando hallium dicant ab halãdo. Virg. Allia
ſerpillúmque herbas. Allia,fluuij nomẽ ſemper ll geminat cõtra Seruiũ in illud Virgilij 7. AEneid. Allia.
Quóſque ſecans infauſtũ interluit Allia nomen. vbi dicit ll verſus gratia geminari: quia prima natu-
raliter corripitur. Lucan. in 7, Quas Aliæ clades,&c. Seruio aſtipulantur Neſtor & Ferettus: ſed errãt,
vt pulchre declarat Beroaldus in annotationibus, & Omnibonus cum Sulpitio in Lucanũ: nam a-
pud Lucanum Aliæ eſt nominatiuus pluralis fœminei generis ab alijs: quod ſenſus facile indicat,
Non iſtas habuit pugnæ Pharſalia partes, Quas Aliæ clades. Aliæ,id eſt alienſis & cannẽſis & tre-
biana. Allia igitur nunquam corripitur. Lucan. lib.7, Et damnata diu Romanis Allia faſtis. ſic cæteri.
Allius, viri propriũ in quarto Sillij. Alea. Horat. Perraro hæc alea fallit. Alecto,furiarum vna. Alea.
Virg. Luctificã Alecto,&c. Aliphæ,Cãpaniæ oppidũ. Sil. lib.8, Aliphæ & Clanio contẽptæ ſemper Alecto.
Acerræ. Hinc Aliphanus aliphana aliphanũ. Horat. ſaty. vlti. Inuertũt Aliphanis vinaria tota. Ale- Aliphæ.
dius,viri proprium. Iuuen. ſaty.5, Tibi habe frumentum Aledius inquit. Alopecea, inſula in Peri- Aledius.
hegeſi. Balena,piſcis. Iuuen. Quantum delphinis balena Britannica maior. quidã ll geminãt. Ca- Balena.
ligo, id eſt obſcuritas. & hinc verbum Caligare. Iuuen. Et genus humanum damnat caligo futuri. Caligo.
Caliſto,Lycaonis filia. Ouid.2. Faſt. Caliſto ſacri pars fuit vna chori. Calatia,Campanię oppidum. Caliſto.
Sil.8, Nec paruis aberat Calatia muris. Caluſtrutiæ,apud Columellam. Dalila, ita dicẽdum cen- Calatia.
ſet Badius,non Dalida:& producitur à Chriſtianis. Halora,vrbs apud Baptiſtam. Laletania,Hiſ- Dalila.
paniæ prouincia,vt docet Calderinus. Hinc Laletanus laletana laletanum. Mart. lib.1, A caupone tibi Laletania.
fæx Laletana petatur. Malobatrum, vnguentum quoddam. hinc Malobatratus apud Sidoniũ. Ho- Malobatrũ.
rat.2. Carm. Ode 7, Malobatro ſyrio capillos. verſus eſt Alcmanius dactylicus tetrameter. primus pes
eſt dactylus. Sidon. in primo Panægyrico, Lilia,narciſſum,caſiam,colocaſia,caltam,
Coſtum,malobatrum,myrrhas,opobalſama,thura Parturiunt campi. Malliacus poſitione produci-
tur,vt Mallos,oppidi nomen. Malea, corripitur. vide vocalẽ ante vocalem. Palatium & Palatinus Palatium.
variantur. ſed producta volunt geminare l conſonantem. Alij à balando deducũt: alij à Pallante Euã-
dri filio. Tibul. lib.3, Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccæ. Propertius lib.4, Aut vbi nauali ſtãt
ſacra palatia Phœbo. Ouid.2. Metam. Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli. ſic Virgilius,Sillius &
multi alij. Martialis lib.8, Summa palatini poteras æquare Coloſſi. Idem in eodem,
Qui pallatinæ caperet conuiuia menſæ, Ambroſiáſque dapes non erat antè locus. Idem lib.9, Aſtra
licet propius pallatia longius eſſent. Sic idem alibi fere ſemper. Papin.1. Sylua. Dum noua contemptis
ſurgant pallatia flammis. Sil.12, Quàm tanti fuerint cadere vt pallatia cernas. Qualea dicũt produci Qualea.
Alexãder, Sulpitiúſque. Phalerna,piſcis in Lippio. Saluſtius,viri propriũ. Horat. ſaty.2. lib. primi, Saluſtius.
-merx eſt in claſſe ſecunda, Libertinarum dico,Saluſtius in quas

Salentinum. Non minus inſanit,quàm qui mœchatur. Capella dicit ll geminare:alij id negant. Salentinũ,promontorium Italiæ. Salentinus,lacus: vnde Salentini,populi. producitur autem vt multa alia contra primitiui naturam, ſiquidem à ſalo,id eſt mari, hi populi nomen accepere. Sil.lib.8,Additur his
Squaleo. Calaber Salentinæque cohortes.Virg.3.AEneid.Et Salentinos obſedit milite cãpos. Squaleo ſquales,facilè occurret teſtimonium.
Scalena. Scalena, teſte Sulpitio.
Talea. Talea, lignorum putamen:ne barbarum credas: quia Galli Taleare dicunt:nam hi è Latinis plurima ſumpſerunt.Ea certe dictione vtitur frequenter Columella,atque etiam Plinius & Varro,vt declarat Nonius Marcellus.Serenus,Fraxinea in flammis quem fudit talea ſuccum. hoc teſtimonium adducit Neſtor. Idem parum ſibi conſtans in I ante l,legit hîc Tilia:quod nomẽ,quũ apud omnes corripiatur,Neſtor propter hunc locũ putauit variari: Inepte ſane,nam quid foret tandem fraxinea tilia? Tu igitur talea, nõ Tilia legas. Talio producit,quia fit à talis.Mart.lib.12,Corrũpit ſine talione cælebs. Talaon,in Ouidio. ¶A ante l in polyſyllabis corripit,ſed Prudẽtius producit adiectione fortè literæ Valleri⁹ & Vallerianus.Sic producitur Mãtuano Gallenus.Et quidã Neotericorũ Vallentina ſoror.Neſtor interpres Homeri corripit & Claudianus,Ditíſque nota ſignatus Alaſtor.Ouidi⁹ tamẽ 13.Metam. ꝓducit Cæranõ Iphitidémque Alaſtoráque Chromiúmque.Contrà Nic.Val.lib.5,Interimit Ceranũ Chromiúmque,& Alaſtora ferro. Vbi Cæranum male corripit. Saluſtius perpetuò producitur,ſed à multis ll geminato ſcribitur. A Mantuano in villa Refrigerij male corripitur. Calliſto etiam ll gemino ſcribitur:quia interpretatur pulcherrima:à callos,quod eſt pulcher. Phalecus variatur,ſed longe rectius corripitur. Pallium quoque geminat ll: ſed Auſonius, ſi palijs priore breui legitur, l abſtulit : aut pallijs per ſynæreſim, diſſyllabum fecit : aut Pallis ſcripſit ,Molle aurum pallis Græcia texe tuis . Deducta ex diſſyllabis longis producuntur,vt Alipes & halitus: qualiter Alphanus,etiam viri proprium ex Aliphe. Balanus, viri propriũ adijcitur longis à Bebelio. Qualea barbare dicitur,Latinè coturnix,Græce ortyx.

Alopecias,inſulæ nomen.Priſc.in Perihegeſi,Inſula mole grauis trans Alopecia lata.à vulpibus nomen habet. Vnde tertia per ι pſylon melius corriperetur:quam ſolam produxit in nomine piſcis anguillæ,ſpecie alopecias,Oppianicus. Galerius, vir.Prudẽtius in Quirino,Hic ſub Galerio duce.Glyconicum eſt. Halora,Granatæ vrbs.Mantuanus,Pandit,& Hiſpanos bipatentibus Halora portis Accipit. Ialyſes licet a producat,non eſt huius loci: quia a ponitur in ſecunda ſyllaba pro η,vt patet ex verſu Homeri, quem Hermolaus citat cap.31.lib.5.Plinij. vt quem interpres Strabonis lib.14. ſic vertit, Lindon Ialyſónque, dein clarámque Camiron. Vrbis nomen eſt.Lapus tamen ſcripſit, Lalyſum,vilis pretij dulcedine captus,&c. in Themiſtocle Plutarchi. Phalarna,piſcis.Lippius in primo, Phalarnam fœdam dicas quæ marmore lato

Deſilit in terram. Phaleni, teſte Stoa,producitur. Salentium,Italiæ promontoriũ:& Salentia,vrbs. vnde Salentini producuntur,teſte Regio in illud 15.Metam.Præterit & Sybarim ſalentinúmque Nicæthum. Et Caluſtratiæ apud Columellam lib.11.Et Scalena,quæ dicunt tribus lateribus imparia,authore Strabone lib.6. Talaon,Argiuorum rex,pater Eryphiles,quæ Talaonis talaonidis,& Adraſtus Talaonides dicitur. Ouid.in 3.de Arte,Si ſcelere OEclides talaoniæ Eryphiles.Alij legunt Oiclides.

Talaus,Eryphiles pater,corripitur. Ouid.in Ibin,Tam quoque dij faciunt,poſſes gaudere fideli

Coniuge,quàm Talai Tindareſque gener.id eſt Amphiaraus & Deiphobus,qui per coniuges perierunt. Aleorus,ſi recte legitur in Iuuenale,producitur:ſed Calderinus Attilius legit.

A ante m.

A ante m producitur in diſſyllabis,

Hamus. vt Hamus.Martialis, Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus. Iuuenalis autem Saty.14, Diſpoſitis prædiues hamis vigilare cohortem.Interemit cum vocali s,quod non imitamur. notat hoc Mancinellus in hunc verſum Iuuenalis.
Amen. Amen. Auſon.ad omnipotentem deum, Et reſponſuris ferit aera vocibus amen.

EXCEPTIO.

Amo. Amo verbum:vnde nomen amor,&c.Virgilius in Bucol.Omnia vincit amor.
Camers. Camers Camertis,viri & populi nomen.Virg.AEneid.10,Protinus Antæum & Lycam prima agmina Turni
Perſequitur,fortémque Numam,fuluúmque Camertem.Sil.lib.4,
Sternitur impulſu vaſto percuſſa Camertum
Prima phalanx.
Chlamys. Chlamys cum ch aſpirato & y Græco. Perſius, Iam chlamydas regum,&c.
Fames. Fames.Ouid.8.Metam.Peſtifera lacerare fame,&c. at producitur Fama.vnde Infamis,Infamo infamas, Diffamo diffamas,&c.
Lamus. Lamus,viri proprium.Ouid.14.Metamor.Inde Lami veterem Læſtrygonis inquit in Vrbem Venimus: Antiphates terra regnabat in illa. Sil.16,Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerdæ. Ladmus poſitione producitur.Idẽ lib.1,Hunc miſeratus adeſt infeſto vulnere Ladmus.
Samos. Samos,inſula. Virg.Poſthabita coluiſſe Samo.
Same. Same, inſula & vrbs. Idem AEneid.3,Dulichiúmque Saméque & Neritos ardua ſaxis.
Tamen. Tamẽ.Ouid.2.Metam.Quid tamẽ hoc prodeſt?
Thamos. Thamos,teſte Sulpitio.
Zama. Zama,oppidi nomẽ.Sil.lib.3,Et Zama & huberior Rutulorũ ſanguine Tapſus. ¶A ante m in diſſyllabis ꝓducit,vt Thamus,herba apud Columellã.ſed Thamos Sulpitio corripi cẽſetur in Mela. Tamos,eſt promontoriũ quod Taurus attollit.Corripitur & Tama vt recitat Feſtus.

Lucil. Inguen ne exiſtat papulæ tama, ne boa noxit. Damō, præceptor Periclis in muſica, priore cor-
repta, authore Plutarcho in Pericle: ſed Damon & Damœtas paſtores in Bucol. Virgilij producūtur.

A ante m corripitur in polyſyllabis,

vt Amuſſis apud Virgilium de viro bono. Notentur compoſita ab à, amoueo, amitto. & è longis deri-
uatā, vt à flamen flameum, flaminica. Flaminius, proprium viri & appellatiuum, vt Flaminia via:
flameolum: flameus, color. Iuuen. ſaty. 2, Segmenta & longos habitus & flamea ſumit, &c.

EXCEPTIO. Amētum. ſic vocamus illud paruum lorum quod iaculo adnectitur, vt illo melius Amentum.
impellatur. Sil. 4, -haſta minatur
Amento, renouántque noua fornace bipennes. Hinc verbum amētare. Lucan. Iaculum amētauit ha-
bena. Amianus, proprium viri. Mart. lib. 2, Quàm blanda eſt tibi mater Amiane. Phaleucium eſt. Amianus.
Amineū Auſonius producit, Serenus corripit. Bamura, Aphricæ oppidum, inopia ferri laborans. Bamura.
Sil. lib. 3, Tum Chalybis pauper Bamuræ cruda iuuētus. hic (pauper) genitiuum regit. Camonica in
Baptiſta. Damœtas, proprium viri. Virg. in Bucol. Dic mihi Damœta cuium pecus, an Melibœi? Damœtas.
Damippus apud Theocritū. Hamerochita in Lippio. Lamentum & verbum Lamentor. Claud. Lamentum.
-nil nautica proſunt
Turbatæ lamenta rati. Lamina. Idem lib. 2. in Rufinum, -coniuncta per artem Lamina.
Flexilis inductis animatur lamina membris. Diminutiuum eſt lamella apud Vitruuium lib. 7. cap. 3.
Latmius, montis nomen & viri poſitione producitur. Ouid. 3. de Arte, Latmius Endymion non eſt Latmius.
tibi luna rubori. Mamercus, virorum quorundam proprium. Iuuen. ſaty. 8, Mamercorum alapas. Mamercus.
Mamertini, populi Campaniæ à Mamertia oppido. hinc Mamertinum vinum. Mart. in Xenijs, Mamertinus
Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta
Si detur, quoduis nomen habere poteſt. Mamurius, viri proprium. Ouid. 3. Faſt. Mamurius.
Quis mihi nunc dicet, quare cæleſtia Martis
Arma ferant, Salij Mamuriúmque canant? Mamurianus, viri propriū. Mart. lib. 1, Tangi ſe digito Mamurian9.
Mamuriane tuo. Mamurra, viri proprium gemino r: vt Mamurrus, viri proprium. vtrunque eſt a- Mamurra.
pud Martialem: hoc quidem in lib. 10. illud vero lib. 9. Samaria producitur apud Aratorem lib. 1, Samaria.
Samariæ vicina petens. Iuuencus corripit Samaritis. itaque variatur. ¶ A ante m in polyſyllabis cor-
ripitur, vt Amathus Virgilio producitur: tamē interpreti Strabonis Amathois lib. 7, Eminus Alphæo
poſtremus Pyli Amathoentis. à longis diſſyllabis ducta producuntur, vt ramentū, & ramale à ramus.
Scamander licet interpreti Strabonis producatur, rectius corripitur: éſtque viri & fluuij nomen.
Tramitto ſemper producitur: quia tra pro trans ꝓducitur, vt trames & trama, hamerochita, piſcis.
Lippius in ſecundo, Stultitia excellit cunctis ferus hamerochita. Glamiæ, oculorū vitia per α, Græce
γλάμαι. Pamaicon. Virg. in Cilice, Pamaicō Aſiámque horret. Zamia ꝓducitur, quia Græce ζημία.
Amoniacū. Ouidius, Cúmque amoniaco maſcula cura ſale. Amelech. Prudētius, Sublimis Ame-
lech premit. Iamb. dim. Aminęū Stoa variari dicit, legens Georg. 2, Sunt etiam aminęæ vites firmiſſi-
ma vina. vbi Seruius legit, Sunt & aminææ, &c. Auſonius, Solus qui chium miſcet & aminęum, aut
amminęum: ſic variat primam & penultimā à lectione Seruiana. Serenus phyſicus legit vt Seruius,
Succus aminææ vitis cum pane medetur. vt Macrobius ſcribit, Aminęi fuerunt, vbi nunc falernum
eſt. Damippus, viri nomen, producit à Theocrito, vt Stoa notauit. Camonica, vallis apud Bapti-
ſtam Mantuanum. Mamea, Alexandri imperatoris mater apud eundem. Lama, mulieris cantatri-
cis formoſæ nomen. Appellatiuum ſolum corripitur. Samaria videtur poſſe variari: quia Samaritis
à Iuuenco corripitur.

A ante n producitur in diſſyllabis, A ante n.

vt Manes. Perſius, Laudant conuiuæ nunc non è manibus illis, &c. Neſtor credit variari, correptionis Manes.
teſtimonium ſumens ex Lucretij lib. 3, Et nigras mactant pecudes manibúſque deiſque. id eſt con-
tra omnium conſuetudinem: quia ipſe etiam Lucretius alibi ſemper producit. & Lucretius certe fuit
obſeruantiſſimus quantitatum, teſte Baptiſta Pio. ideo licet ſic habeatur in libris Lucretij, quos vidi,
credo hunc locum mendoſum, vt pleraque alia in Lucretio culpa nimiæ vetuſtatis. ſic autem reſti-
tuendum, Et nigras mactant pecudes, & manibus & dijs
Inferias mittunt.

EXCEPTIO.

Anas. Vide crementum. Ana, præpoſitio Græca, id eſt ſurſum & re, vt anaglyptum, vas ſculptum. Anas.
Mart. lib. 4, Nec menſis anaglypta de paternis. Analecta, micæ ſub menſa cadentes. Mart. in apo. Ana.
In pretio ſcopas teſtatur palmā fuiſſe: Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt.
Sic analogia, &c. Ideo non ſatis docte dixit Sidonius in Eucharíſtico, Anachorita tremit, qui quan- Anachorita.
quam frigora portet. eſt autem anachorita, eremita. Anachoreſis, id eſt eremus: choros, locus eſt: a-
nachoreo, ſecedo. Anus, id eſt vetula mulier. Ouid. 5. Metam. Prodit anus. Pro podice, ſecundæ decli- Anus.
nationis, notum eſt produci. Anas, fluuius apud Baptiſtam & Prudentium. Cano canis. Virgil9, Cano.
Arma virúmque cano. Canis. Ouid. 3. Metam. Dum dubitat videre canes. Liuius Andronicus in Canis.

hymno de Diana, Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes. hic ſextus pes iābicus eſt: quia eſt verſus
miurus, id eſt in fine claudicans, in hoc ſolum ab heroico differens, quòd ſextus locus in miuro ſibi
iambum vendicat. tales videbis compluſculos apud Crinitum in vita Liuij Andronici, Lagari ſunt
qui in medio claudicant, Acephali qui in principio, &c. Canens, vxor Pici: quia à canendo nomen
Canon. accepit. Canon canonis: vnde canonicus. aliqui male dixerūt produci. Auſonius, Is demum exceſſit
Clanis. grammaticos canonas. id eſt regulas. Clanis, fluuius Campaniæ: etiam Clanius dicitur. Sillius lib. 8,
Et clanis & rubico Senonum de nomine Senæ. Crana, inſula apud Homerum, teſte Volaterrano 9.
Danus. Danus, viri proprium. Ouid. 5. Metam. Iaculum Danus ore momordit. Danis danis, proprium
viri. Idem lib. 12, Antè tamen leto dederat Phlegræon & Hylen
Eminus, Iphinoum collato Marte Danínque. Sulpitius male dicit produci Danus & Dane: nam hoc
ſecundum puto non inueniri, ſed Danae. Legi aliquando per m Damis ſimiliter correptum. ſed Da-
Manus. mus, proprium viri producitur. Sil. 4, Et Damum dubia meditatus cuſpide vulnus. Manus, notū
eſt. at verbum vnde creditur deriuari Mano manas, producitur. Arator tamen niſi mendoſus eſt li-
Panax. ber, corripuit dicens, Hoc de fonte manat. id tu ne imiteris. Panax. vide cremerita. Panos, oppidi
Panos. nomen. Manil. lib. 4, Bactráque & Herios, Babylon & Suſa Panóſque. Phanes, id eſt ſol, quia quo-
Phanes. tidie ſe renouat, vt ait Macrobius lib. 1. Saturn. Philelphus in ſeptima tertiæ, Hunc veteres diuûm va-
tes dixere phaneta. ſic proprium viri Phanes, & appellatiuum in compoſitis, vt Ariſtophanes, &c. Ho-
Planus. ratius, Eupolis atque Cratinus Ariſtophanéſque poetæ. in his cum Riga multi errāt. Planus Græ-
cum, quo vtuntur Latini pro ſcurra, ſycophanta, impoſtore, deceptore, apud Ciceronem, Laberium,
Gellium: nec eſt propriū in Horatio, vt docet in annotationibus Beroaldus. Horat. in Epiſt. ad Sçuā,
Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per ſanctum iuratus dicat Oſirim,
Rhanis. Credite, non ludo. Planus adiectiuum notum eſt produci. Rhanis, nympha, Dianæ comes, inter-
pretatur aſperſio & gutta. Ouid. 3. Metam. Excipiunt laticem nymphæque Hialéque Rhaniſque,
Et Pſecas & Phiale, fundúntque capacibus vrnis. ¶ A ante n producitur in diſſyllabis, vt manes: licet
Stoa putet variari fruſtra: quia in Lucretio lib. 3. recte legit, Et nigras mactāt pecudes, & manib⁹ diuis
Inferias mittunt. Et in 6, Ducere forte deos manes inferna reamur. Anas, vtcunque capias, corripi-
tur, ſed pro fluuio Hiſpaniæ eſt primæ. Prudēt. Quàm memorabilis amnis Anas. Dacty. trim. hyperc.
Planus, pro impoſtore corripitur: & inde compoſita Implano apud diuum Cyprianum, & impla-
nator, ſecunda breui. Crania, inſula, alio nomine Helena, teſte Strabone lib. 9. corripitur ab Homero:
& hinc deductum Cranius, viri & populi nomen. Eſt & Cranon, ciuitas Athamanum: & Cranos, lo-
cus in Ambracia alio nomine Granæa, aut Crania pœnultima longa, quia per ει. Cana canæ, ruſti-
corum poculum. vnde diminutiuum eſt canella, prima breui. Ouidius 4. Faſtorum,
Dum licet appoſita veluti cratere canella
Lac niueum potes purpureámque ſapam. Phanon, id eſt manifeſtum, corripitur à Plauto in Ca-
ptiuis. Anachoreta à Stoa cenſetur variare propter Sidonium, qui bis errauit, quia Ana corripitur, &
chore vt χωρη producitur.

A ante n in polyſyllabis corripitur,

vt Lanio lanias, lanius, canalis. Virg. Georg. 3, Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam. Notentur è longis deriuata, vt Ianua, ianitor, ianuarius,
lanugo, lanificium, Phanaticus, panarium, planities, ſanitas. at ſanies corripit, quia aliunde eſt. ſanio,
Cannabis. inſanio, vaneſco, euanidus, &c. Notentur geminata, vt Cannabis, teſte Neſtore, herba, quæ Canabū
dicitur apud Palladium. Perſius, Tún' mare tranſilias, tibi torta cannabe fulto
Annulus. Cœna ſit in tranſtro? Annulus, pro circulo quem in digitis geſtamus, ab anno nomen habet.
Anippe. EXCEPTIO. Anippe, mater Pieridum à muſis in picas verſarū. licet alij Enippe legant, alij Euip-
pe. Ouidius 5. Metam. Pæonis Anippe mater fuit. Ita habent libri veteres ſcripti, & apud Italos im-
Canidia. preſſi. Canidia, veneficæ nomē. vt in vltimo verſiculo Sermonū, -velut illis Canidia afflaſſet peior
Canius. ſerpentibus Aphris. Canius, viri proprium: vide Gades. Danubius, fluuij proprium. Ouid. Da-
Danubius. nubij medijs vix prohibentur aquis. Ganeo, id eſt helluo & meretricum amator. Ganeum, vel ga-
Ganeo. nea ganeæ, guloſorum & meretricum diuerſorium. Iuuenalis ſaty. 11, Sed laudem ſiliquas occultus
Ganeum. ganeo pultes. Philelphus in quinta octauæ, -quem nulla ſilebunt
Ganea. Luſtra lupanarum reſonis, te ganea trullis
Cantabunt. Prudentius in pſychomachia præter aliorum morem corripuit dicens, Ima pati & laxa
ganearum lege teneri. Et Sidon. in ſecundo panægyrico, -quem crapula vexat,
Et pallens pinguedo tenet, ganeáque perenni
Preſſus aceſcentem ſtomachus non explicat auram,
Par eſt vita ſuis. Id eſt porci. Et Baptiſta in Bucolicis, Deſidioſa vorax ganeæ ſtudioſa palatum, &c.
Tu Ganeo & ganeū nunquā corripies: & ganea libentius produces, ſi mihi cū Sulpitio auſcultabis.

Lanuuium,oppidũ Italiæ adhuc extans, vt dicit Mancinellus in 3.Carm.Horatius Ode 27.vbi hoc Lanuuium.
eſt ſapphicum,Raua decurrens lupa Lanuuino. adiectiuũ eſt Lanuuino,quia præceſſit agro: quia ab
Lanuuium fit lanuuinus,lanuuina,lanuuinum. Propertius lib.4,Lanuuium annoſi vetus eſt tutela
draconis.Catullus in Egnatium,Aut Lanuuinus ater atque dẽtatus. Scazon eſt. Manius, propriũ Manius.
viri,à mane dici creditur.Mart.lib.10,Tu mihi ſimplicibus Mani dilectus ab annis. Manilius,Ma- Manilius.
nilia,hominum propria.Iuuen.ſaty.6,Nulla fere cauſa eſt,in qua non fœmina litem Manilia.
Mouerit: accuſat Manilia,ſi rea non eſt. Manetus, viri proprium apud Philelphum in 7. ſecundæ. Manetus.
Panaretus,quia Pan producitur.vide E ante t.¶A ante n corripitur in polyſyllabis,vt Lanio & lanius,in quo errauit author opuſcũli de nuce:niſi nn gemino legatur, Has puer haud certo lectas dilanniat ictu. Chananæus etiam à Prudentio corripitur, Surgit in auxiliũ Chananæus, & agmina denſat. Blaneus,nihili vox. vnde legitur apud Martialem, Copone laniúmque blaneúmque. Lanuuium excipitur à Stoa. Glanius producitur , vt inde glanianus. Mart.lib.4,Nec deſunt tibi vera glania. vbi quidã codices habent Graniana à granius, quod viri nomen corripitur à Silio lib.2, Iam Granium audacémque Tyrũ, paritérque ruentis. Anipedes, id eſt anipes filiæ,vt ait Regius.Ouid. Metam.5,Rident anipedes,ſpernúntque minãtia verba. Tranio vel tranius,ſemper ꝓducitur Plauto.

A ante p corripitur, A ante p.

vt Papæ interiectio,ne credas ſub papa comprehẽdi.Perſius ſaty.5,Marcus Dama papæ Marco ſpõ- Papæ.
dente recuſas,&c. Apluſtre.Cicero in Arato,Puppibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra.Ma- Apluſtre.
nilius lib.1, -aſcendere cælum
Incipit, Argiuámque ratẽ per apluſtria ſumma. Ab a priuatiua particula,& pleo,nauigo: quia nauigationi minus neceſſaria ſunt. Napæ,vide AE ante l,Lælaps. Apinæ,vide I ante n. Aphronitrũ, vt aphrodite,id eſt Venus. Napus napo,teſte Neſtore cõtra Sulpitiũ. Hæc dedi exempla,quia multi in eis errauerunt.ſiquis nos refellere conetur,id ex poetis veteribus agat,non ex grammaticis:ſecus meras nugas egent. Notent̃ vbique geminata,vt Sapphyrus,ſappho,cappadox,capparis,pappa,puerorum cibus:pappare,cibum talẽ ſumere:pappus,auus. Vappa,id eſt villum,& homo nihili. Papaſare,auũ vocare. Appia via. Appias appiadis,id eſt Venus. Mappa,ſed mapalia corripitur.Virg.
Et raris habitata mapalia tectis. Appulia, regio. Appulus,in Appulia genitus. Martialis in apo. Appulia.
Velleribus primis Appulia,Parma ſecundis.Horat.ſaty.5, Incipit ex illo montes Appulia notos Appulus.
Oſtentare mihi,quos torret Atabulus,& quos
Nunquam erepſemus,niſi nos vicina triuici
Villa recepiſſet.Idem alibi,Lucanus an Appulus anceps. ſic cæteri. Appulia ſecundam ſemper pro- Apulia.
ducit,quam Appulus ſemper corripit.in quo prima ſemper poſitione producitur: quam Apulia remotione vnius p aliquando corripit,non pro regione,ſed nutrice quadã.Idem in 3.Carm.Ode 4,Nutricis extra limen Apuliæ.verſus eſt Alcaicus dactylicus.limen Apuliæ,duo ſunt dactyli:quia vltima verſus communis eſt. Petrarcha more ſuo omnia confundit: ideo nõ eſt imitandus.vt 3. Aphricæ,
Is tibi nanque apulis rapidum ſub finibus ortum
Mittit equum bellis habilem.Et lib.7,Hunc ſonipes apulus.Et 10.ecloga,Appuliæ calabrúmque nemus ſub valle galeſi.

EXCEPTIO.Apis apis vel apidis,rex AEgypti,& in Aphrica vicus,& bos qui pro numine colebatur. Lucan.lib.8,Luſtra ſuæ Phœbes non vnus vixerat Apis.Fœmineum apis pro apes notum eſt
corripi. Apidanus,fluuius.vide I ante u,Sperchius. Apœninus,mons. Virg.12.AEneid.Vertice ſe Apidanus.
attollens pater Apœninus ad vndas. Aphrica,apher,aphricus. Virg.3.Georg.Armẽtarius apher a- Apœninus.
git tectúmque larémque. Crapula,vide Ganeo,A ante n. Capo.Mart.lib.3,Alius coactos nõ ama- Apher.
re capones. Scazon eſt. dicitur etiam capus. Varro,Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus. Lapathes Crapula.
lapathis,cum th aſpirato,herba quædam.Serenus,Sæpe Chelidoniam cum ſucco lapathis addes.Ale- Capo.
xander nequam,Lapathes,cibus eſt & holus,componit eundem. ſecundam male corripit. Lapathos Lapathes.
vel lapathum,etiam herbæ nomẽ primam corripit:vulgo radix dicitur,teſte Tortellio. Colum.in 11,
Lubrica iam lapathos,iam thami ſpõte vireſcunt.Thamus,herba eſt. Lapa,herba etiã primam pro-
ducit:ſed video fere lappa gemino pp ſcribi. Papas papæ,id eſt cuſtos,pædagogus aut pater. tractũ Papas.
nomen à Syracuſis vbi pas pater dicitur : vnde per geminationem papas : hinc papare , blande patrem appellare. hæc Mancinellus in illud Iuuenalis ſaty.6, Timidus prægustet pocula papas. Hinc
Papa pro ſummo pontifice alij aliunde deriuant.AElius Nebriſſenſis credit pro ſummo pontifice ge- Papa.
mino pp pappa ſcribi : producitur autem ab Aratore. Papius, viri nomen. Vnde Papia lex. Auſon. Papius.
in epigr.Papia lex placuit,Iulia diſplicuit. Papilus,viri proprium. Mart.lib.4,Cur quæ vis fieri Pa- Papilus.
pile tacta doles? Papinius, poetæ nomen. Sidon.ad Fœlicem, Non quod Papinius tuus meúſque. Papinius.
Phaleucium.Domitius ante ſyluas Papinij omnino contrario modo poſuit, quia forſitan errore Seruij fuit imbutus,dicens, Hic tecum pariter velit Papini
Phœbus caſtalium nouare carmen.Phaleucia ſunt. Papianilla,proprium mulieris.Sidon.in propen Papianilla.
tico,Coniunx Papianilla quẽ pudico.Phaleucũ eſt. Papilio.Mart.12,In tauros Libyci ruunt leones, Papilio.

Paphagones. Non ſunt papſlionibus moleſti. Phaleucia ſunt. Paphagones. Priſcianus in Perihegeſi,
Paphagones poſt hos Mariandyníque ſequuntur,
Bithyníque viri pinguiſſima rura colentes,
Rapum. Qua Rhebas pulcher gratiſſima flumina voluit. Rapum vel rapa rapæ, à tapio volunt deriuari: ergo
contra primitiui naturã producitur. Mart. in Xenijs, Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Sapo. Quæ damus, in cælo Romulus eſſe ſolet. Palladius, Rapa mutatur in napos. Sapo ſaponis, ſub-
Sapis. ſtantia emaculatoria. Serenus, Attrito ſapone genas purgare memento. Sapis, ſapis, fluuij nomen a-
Saperda. pud Lucanum. Saperda, conchæ genus: ſunt qui à ſapio deriuent: ergo contra primitiui naturã pro-
ducitur. Perſius, Et quid agam, rogitas? en ſaperdam aduehe ponto. Stapes ſtapetis, in Baptiſta. Va
pulo vapulas. Iuuenalis, Ego vapulo tantum. Eſt finis verſus.
¶ A ante p corripitur, vt Scapha. Horat. 3. Carm. Tunc me biremis præſidio ſcaphæ. Alcaicum eſt.
Ampluſtre, teſte Pompeio, ex amplus originem trahit, quomodo ſcriptum poſitu producitur: ſi a-
pluſtre, corripitur, vt Sabucus pro ſambucus, apud Serenum. Capetus Stoa dicit variari, ſed vbi pro-
duceretur, quidam Calpetus legunt: vt in 4. Faſt. Et tuus eſt idem Capete factus auus. Legunt Calpe-
te, &c. Pylades tamẽ variari credit in ſecũdo Genealogiæ, dicens, Orthus Aty Capys in Capuã quo de-
cidit vrbem, Nomen ab hoc genite Capeton eſſe volunt. Pappus, tam pro florum lanugine, quàm
pro auo poſitione producitur. Sic Pappa & pappas. Lucretius, Plumas auium pappáſque volantes.
Aapis a quidem producit, ſed triſyllabum eſt. Sapphyrus Latinis poſitu primam producit, licet
Stoa ex Apolloneo Rhodio Sapirus ſcribendum doceat. Apia Peloponenſis producitur, vt apis vn-
de nomen habet. Fuit autem Apis, Phoronei filius, quem poſt mortem AEgyptij ſuperſtitioſe colue-
runt. de quo lib. 9. Volaterranus. Apidanus, fluuij nomẽ producitur, ſed male legitur in primo Me-
tamorph. Apidanúſque ſenex: cum legendum ſit Eridanúſque ſenex: quia, vt docet Marinus Beciche-
mus, ſunt Eridani duo: alter in Italia, qui nunc Padus dicitur: alter qui in Neſſum fluuium Athenis la
bentẽ ſe immittit: de quo dictus locus Ouidij: qui ideo ſenex dicitur, quia prius quàm Padus, dictus eſt
Eridanus. Hæc ille ex Pauſania & Strabone. Scapus, inſtrumẽtum telæ accommodum. Lucan. lib. 5,
Inſilia ac fuſi radij ſcapíque ſonantes. Lapathes primam in Sereno producit: ſecundam tamen corri-
pit, licet Alexander nequam dixerit, Lapathes, cibus eſt & holus, cõponit eundem: quia in poetica ne-
quam eſt. Sapis primam producit. Lucanus, Et iunctus Sapis Iſauro. ſic bene legit Sulpitius, quia Sil
lius lib. 8, Hos AEſis Sapíſque lauant, &c. Sapis, inquit Petrus Marſus, eſt fluuius prope Rubiconem &
Ariminum. Volaterranus 8. aſſerit eſſe inter Cæſenam & Rauennam: hodie Sapiens ab accolis vocatur.
Strabo quidem Iſapin vocat, ſi non eſt vitium librariorum. Vtcũque eſt, non ſequar Stoam, qui ſapin
lectum negat. Stapes, ferrum in quo ſtat equitantis pes, producitur, vt Stare. Fauſtus, Aurea ſtapes e-
rat. ſic & Mantuanus: ſed durius Fauſtus ſecundam corripit. ſic tertiam in alipes, Sicut anhelanti cer-
uus fugit alipes ore. Melius Maro AEneid. 4, Stat ſonipes, ac fræna ferox ſpumantia mãdit. De hoc in
vltimis dicemus.

A ante q.

A ante q corripitur,

vt Aqua, laqueus, Aquila, etiam viri proprium, licet Arator variauerit. vt libro ſecundo,
Aquila tunc præceptor erat vir plurima laudis
Inſtrumenta gerens. Compoſita notanda ſunt, Quaquam, quaquauerſus, nequaquam.

A ante r.

A ante r corripitur,

vt Larix, quod male dicunt variari, vt opinor. Ariminum, quod in ſecundo epiſtolarum male produ
citur à Petrarcha ad Lucinum. Arabs, arabia, arabius. Virgilius, Eoáſque domus Arabum pictóſque
Arabia. Gelonos. at Arabia & arabius propter tot breues admittũt alterum r, & poſitione producuntur Arra-
Arrabia. bia & arrabius. Propert. libro 2, Nec ſiqua arrabio lucet bõbyce puella. In eodem libro, Et domus in-
tactæ tremit Arrabiæ. Notentur cætera geminata, vt Carrus, carruca: Carra, fluuij nomẽ: Carræ, vrbs:
Parrhiſij parrhiſiorum, Sarra Sarraceni. Sedulius, Saucia iam vetulæ marcebãt viſcera Sarræ. Sarraſtes,
populus. Tarraco, Hiſpaniæ oppidũ. Parrhaſia, parrhaſis, parrhaſius pictor & populus. Marrubij
populi. Varro Varrus, virorum propria. Barrhus, elephas & perditus adoleſcens apud Horatium in
Arretium. 4. ſaty. & in Epo. Ode 12. Arretium, vnde Arretinus. Perſius, Fregerat heminas Arreti ædilis iniquas.
Martialis in Apo. Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemus,
Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus. Errauit hic AEneas Syluius in epitaphio Leonardi Arretini,
quod habetur poſt Leonardi epiſtolas. Arrius arria. Phauruſij, populi cum au diphthongo. Priſcia
nus in perihegeſi, Cõtinue poſt hos ſequitur phauruſia tellus. ita habetur in libro nobiliſſimi Haloini,
vbi aliqui legerunt pharſita, & hic exceperunt. Marrubium, herba apud Serenum, rr geminat.

EXCEPTIO.

Hara. Ara notum eſt: ſed aſpiratum Hara, porcorum ſtabulum, corripitur: quod de auibus quoque dicitur
apud Columellam libro 9. cap. 12. & 14. Ouidius, Cura fidelis haræ. Ab Ara contra primitiui naturam
corripiuntur Aruſpex, aruſpicina, aruſpicium, quę ab ara aue quidam dici voluerũt. vide Cornucopiæ.
Errata Rigæ Corripitur quoque hariolus, & verbum hariolor. Errauit Riga, teſte Neſtore, dicẽs in Daniele, Hario

lus regis ſoluere viſa nequit. Idem errauit in Miniſeor, Acheldemae, Machabæus, Barabbas, tibia, Ptolemæus, Sericus, Mithridates, Conopæum, Origenes, paraſceue, ſabbathum, Candacis, & alijs valde multis partim à Neſtore animaduerſis: nam longum fuiſſet omnia enartare: quia Riga eſt pardo macu
loſior. Arete aretes, vel areta aretæ, ſuperioris Dionyſij filia, & alia eodem nomine vxor Alcinoi. pro- Arete.
ducit primam ſecūdámque ſyllabas, vt probat Neſtor ex Apollonio & Homero Græcis poetis. in qua
re errauit Tortellius. vide E ante t Aretalogus. Areo ares, aridus, &c. Virgil. Aret ager. Area ab ari- Areo.
ditate dicta. Idem, Area tum primum eſt ingenti æquāda cylindro. at corripiuntur vndecunque ſunt Area.
arena, ariſta, arundo. Arene arenes, oppidum. Valerius Flaccus libro primo, Arene.

At frater magnos Lynceus ſeruatus in vſus
Quem tulit Arene, poſſet qui rumpere terras.

Arunci, Italiæ populi. Neſtor contra Sulpitium puta- Arunci.
uit per au diphthongon Aurunci dicendum eſſe: at libri quos vidi habent Arunci. Arunca, arunco- Aruncus.
rum, vrbs: Aruncus etiam, viri propriū. & apud Plinium ſignificat villum à capellarum mento dependentem: vt docet eum Sulpitio Beroaldus. ſemper producitur, vt dicit Sulpitius de Aruncis populis. Virgilius AEneidos 7,

Arunci miſere patres, Sidicináque iuxta
AEquora, quíque Cales linquunt, amníſque vadoſi
Accola Vulturni, paritérque Saticulus aſper.

Aruns, viri propriū apud Virgilium 11. AEneid. in hoc Aruns.
errauit Petrarcha, vt patuit in A ante b. Aram, viri proprium apud Mantuanum, quod alij fortaſſis Aram.
corripuerūt. ⁄Arinea, vt quidam volunt: & Aretæ, populi. Barium, oppidum Italiæ. Horatius ſat. 5, Barium.
Bari mœnia piſcoſi dehinc gnatia lymphis. per apocopen pro Barij. Baris baridos, nauiculæ ſpecies. Baris.
Propertius libro tertio,

Romanámque tubam crepitanti pellere ſiſtro:
Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

Barine barines, mulieris proprium apud Horatium lib. 2. Barine.
Carm. Ode 8, Pœna Barine nocuiſſet vnquam. Sapphicum eſt. Carica, ficus ſpecies. Ouid. 1. Faſtorū, Carica.
Quid vult palma ſibi, rugoſáq; carica dixi. Carax, Carab⁹, Caris candis, piſcium nomina in Oppiano, Carolus.
Carolus, Petrarcha corripit: cæteri fere producunt. Eſt igitur anceps. Caria, cuius populi Cares di- Caria.
cuntur à ſingulari Car caros. fœmineum eſt Caiera, vt docet Regius in illud Metamor. 4, Cares.

-Lyciáque propinquos
Caras adit.

Martialis in primo Epigrammate,

Aere nec vacuo pendentia mauſolæa
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.

Manil. libro 4, Arcades antiqui, celebratáque Caria fama. ſic cæteri. Carolus Aretinus neotericus poeta hoc (vt pleraque alia) contra veterum conſuetudinem auſus eſt corripere, Nunc Caria antiquo fuerat ſpoliata ſepulchro. Reprehendendus Neſtor eſt, qui propter Carolum dixit Caria variari: ideo non iniuria Sulpitius obiectauit Neſtori ineptorū poetarum
teſtimonia. Carex, vnde carectum. Virgilius, Tu poſt carecta latebas. Carus cara carum, quod mul Carex.
to venditur. vnde caritas ſine aſpiratione. Charus chara charum, id eſt dilectus: vnde charitas cum Carus.
aſpiratione. ſic omnia adiectiua in arus, vt Clarus, rarus, teſtimonia ſunt facilia. Charus etiam viri pro- Charus.
prium apud Ouidium: nam propria appellatiuorum vnde deſcēdunt, quantitatem cuſtodiunt: vt Cle- Clarus.
mens, ruſticus, ſeuerus, &c. ſic ſiquis à claritate nomen apud Latinos ſortiretur, Clarus indubiè primā Claranus.
produceret, vt Claranus apud Auſonium ad Vrſulum grammaticum, & apud Martialem in libro 10. Nam dicere apud Virgilium clarus & amyeus corripi, vt à communibus diſtent: ſapit triuia. quale molitores commenti ſunt de (ruſticus) & alijs pleriſque: quoniam Clarus & amyeus cum y Græco Græca ſunt: quibus correptis vtuntur Græci poetæ, linguæ Latinæ penitus ignari. Ait autem Virgilius 10. AEneid. Et Clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta. Forte dicitur à Claro inſula: vnde Clarius A-
pollo. Ouidius 1. Metamor. Et Claros & Tenedos, &c. Charis charitis, id eſt gratia, corripitur vt Cha Charis.
riſtia, licet hinc putetur Charus chara charum originē traxiſſe. Ouidius 5. Faſt. Protinus accedunt cha-
rites, nectúntque coronas. Carinas carinatis, grammatici nomen in ſeptima ſatyra Iuuenalis. Vide Thra Carinas.
ſymachus, A ante s. Claris, fluuij nomen. vide E ante q, Sequana. Darius, regis Perſarum nomē, re- Claris.
ctius producitur: vide I ante u. Glarea, ſicca & ſterilis duráq; terra. Lucan. lib. 4, Aut impulſa leui tur Darius.
batur glarea vena. Gnarus vnde Ignarus. Lariſa vel lariſe lariſes, & gemino ſſ, lariſſa. vide in medijs Glarea.
I ante s. ſic Clariſſus, fluuij nomen. Larius, Italiæ lacus. Virgilius 2. Georgic. -te lari maxime, téque Lariſa.
Fluctibus & fremitu aſſurgens Bænace marino. Larinates, populi omnibus ſyllabis productis apud Lariſſa.
Sillium. Larides, proprium aut patronymicum. Virgil. 10. AEneidos, Daucia Laride thymbérque ſi- Larius.
millima proles. Laronius, viri proprium in 14. Sillij. Laronia, mulieris proprium. Iuuenal. ſatyra 2, Larinates.

Non tulit ex illis noſtrum Laronia quendam Larides.
Clamantem toties. Laronius.

Mart. lib. 2, Abnegat & retinet toruum Laronia ſeruum. Quidam libri habent per Laronia.
au diphthongon Lauronius & Lauronia, vt teſtatur Mancinellus. Larus autem auis fulica (vnde quidam putarunt larium litus deduci) corripitur in quinto Odyſſeæ Homeri, teſte Neſtore. Riga tamen vt alia plurima contra doctorum vſum auſus eſt producere dicens, Larus, fluminis eſt habitator, & in-
cola terræ. eſt quoque viri proprium, & corripitur. Sill. lib. 4, Gorgoneóque Larū torquentem lumina Larunda.
vultu. Larunda, nymphæ nomen. Auſonius in monoſyllabis, Nec genus hoc domuū Larunda pro-
genitus lar. Larina, proprium mulieris apud Virgilium 11. AEneid. Maris, viri proprium ac etiam Larina.
fluuij in Iſtrum fluentis. Sillius libro ſeptimo, Inde ruens & Thurin & Buten & Marin Arſen Maris.

Dat leto,fiſúmque manus conferre Malæon.Omnia ſunt virorum propria.Malæus diphthôgon æ ha
Naris. bet. Naris,naſi foramen.Ouidius 12. Metamorph. Acta retro naris,medióque eſt fixa palato Naricia.
Narix. Narix naricia naricium,& narice narices, vetuſtiſſimum Locrorum oppidum, vnde fuit Aiax. hinc
Naricia. Naricij populi,de quibus Virgilius tertio AEneid. Hic & Naricij poſuerunt mœnia Locri.hinc naricia
pix: ergo Narix naricis in obliquis pœnultimã corripit, pro inſula Vlyſſis in mari AEgæo rectius per e
Narea. Nericia dicitur. Narea & naret ponit Sulpitius. Parus,auis in Philomela. Pareo pares:vnde appa
Pareo. reo,compareo. Virgilius 1. AEneid. Paret amor dictis. Pharis pharis, oppidi nomen. Seneca in Hecu-
Pharis. ba, Pharin an Piſam Iouis & coronis. Sapphicum eſt. Verulanus dicit Pharus produci, & Badius
vult veſtem quandam ſignificare. Pharus certe, AEgypti regio, corripitur. Lucanus lib.8, Crimine bel-
lorum maculas Pharon,aruáque noſtra.hinc Pharius pharia pharium,id eſt AEgyptius. Quare cõpo
Rarus. ſitione notum eſt,quia ex ablatiuis qua & re. Rarus notum eſt.vnde Raro,rarẽter,raritas,&c.vt Cla
Smaragdus. rus,claritas,clareo,&c. Smaragdus video ſemper corripi,niſi forſan apud Martialem,Sardonycas,ſma
ragdos,adamantas iaſpidas vno,&c.vbi s perimitur. Et apud Prudentium in Pſycho,Has inter ſpecies
ſmaragdina gramine verno.rectius corripies:quia nonnulli volunt d liqueſcere apud Martialem. licet
Varix. Neſtor velit hoc nomẽ variari. Varix & Varicus,vide in Crementis. Varix,ſic adiectiuum Varus vara
varum,quod etiam viri & fluuij nomen eſt,licet gemino rr aliud viri proprium Varrus legatur.at Va-
rius,viri propriũ corripitur, vt Varius adiectiuum. Perſius, Fallit pede regula Varo. Varillus,viri pro-
prium producitur in ſecunda ſatyra Iuuenalis. Varicoſus à varix,contra primitiui naturam corripitur.
Perſius, Dixeris hæc inter varicoſos centuriones.

¶A ante r corripitur,vt Scarus. Martialis in Xen. Hic ſcarus æquoreis qui venit obeſus ab vndis. Lippius male producit, Hæc Corocinus habet, hæc ſcarus ſaxa frequentat. Sario cur Stoa produxerit, viderit:ab Auſonio certe corripitur in Moſella, Amborum medio ſario intercepte ſub æuo. Hariolus & hariola à Plauto corripiuntur. Marrubium & Tarraco primam poſitione producũt, & Marrubium etiam ſecundam diphthongo. Peccauit ergo Serenus dicens, Marrubiúmque potens,&c. Parrhiſij non à Paride,vt vult Ennius,ſed à Parrhaſijs,vt ſentit Mãtuanus,dicũtur,prima ſemper longa:quæ ſi à Paride,aut à para & Iſide dicãtur,corriperetur:cũ tamen ſemper producatur,etiam ſi pro vrbe quæ à Cæſare Lutetia dicitur,ſingulariter dicatur. vt ab Architrenio,Parriſiꝰ cyrrhæa viris,chryſæa metallis,&c. Sic Budæus etiã ſingulariter,ſed nõ vt indocti indeclinabiliter vtitur nomine Pariſiꝰ. Parra & Parracenus à Georgio Valla & alijs doctiſſimis geminato rr ſcribuntur. Mantuanus, vt volunt, metri gratia vnico r Paracanus ſcribit, quomodo etiam in hiſtoria Gallorum Paulus AEmilius. Areo & aridus a producunt. Tibul. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Vbi Iupiter pluuius dicitur, ſicut tonans: quia aeris ſymbolum tenet,in quo tonitrua & pluuia. Nõ leges arentes in 4. Syl. Stathij:ſed ſic, Quantum vel dare cereos olentes. Carabus, Caris caridis,& Carax caracis, piſcium nomina à Lippio producuntur:nec apud alium legi dicit libro 1, Gobius & carax magna leuitate natantes. Et ibidem, Carabas inſidias faciens atque aſtacus acer. Et libro tertio, Cum Caride parua. Et ibidem,

Et coracinus agit thynnos, & paruula caris

Labraca labrax. Acis pœnultima breui, etiam eſt nomen piſcis, vt Aſtacus & thynnus. Arena vel Arenc,nomen vrbis cõfunditur ab interprete Strabonis:ſed producitur à Valerio Flacco,quem ſequar.

Caria,licet Neſtor & Stoa variari dicant, non mutem ſentẽtiam meam. Lariſſa rãtum producitur, ideo Stoa apud Serenum legit, Vt Lariſſæa curatus Telephus haſta. non Vtque Lariſſæa,&c. Et apud eundem, Neque cæde ſariſſe:non Lariſſæ,&c. Laridum à Plauto producitur,& Areſtichius viri proprium à Nicolao Valla. Pharuſij in Perihegeſi producitur:& ideo à Bebelio hinc excipitur. Nam vt Hermolaꝰ ſentit etiã Phauruſij & Phoruſi:imo & Poruſi ſunt poculi. Arinca productis annumeratur à Stoa,ſicut & Arados in Perihegeſi, Nec procul Arados Phœnices æquore cingũt. Vbi alij legũt, Nec procul eſt Arados,&c. Eſtq; extra phœniceam inſula & Phœniciæ vrbs:incolæ vocantur Aradij.

Aretæ,populi,producta prima,teſte Stoa. Glarea male à Mantuano corripitur, Molibus & Glareæ inuectis abſcõdit aceruis. Larunda,quod produci per Auſonium probaui,à Pylade corripitur.fuitque Larunda ſiue Lara, Alinonis amnis filia admodũ garrula,& dicebatur prius Lalara,à laleo,loquor: vnde lalos,loquax:corripit autem(lara) priorem. Ouidius Faſtorum ſecundo,

Forte fuit Nais Lara nomine prima,ſed illa

Dicta bis antiquum ſyllaba nomen erat.prima illa ſyllaba,id eſt Lalara,quidam lar legunt:& in illo Auſonij, Nec genus hoc domuum lar,vnde progenitus lar.vbi alij larundæ: quia durum eſt in(vnde) poſteriorem producere propter pr ſequẽtes. Parus ſed parrus & parra aues,priores producũt,licet ab Hermolao & Volaterrano vnico r ſcribãtur. Eſt etiã Parula, auis de qua dubitat Hermolaꝰ an ſit eadẽ. Feſtus etiam paronem auem vocat. Eſt para aut parra,inauſpicata auis,quæ oriente Syrio non apparet, donec occidat. Arunci,prima longa,à pleriſque ponuntur,ſed Hermolao in ſecundis caſtigationibus Plinij Aurunci dicuntur: vnde Maro, Aurũci dixere ſenes. Et Iuuenalis ſat.1, Per quem magnus eques Aurunce flexit alumnus.id eſt Lucillius,cuius patria Aurunca oppidum Latij. Chariſma Prudentius ſemper producit:Charites tamen corripiuntur. Phare,oppidũ,producitur ab Homero.ſic & Stathiꝰ, Quos Phare volucrúmque domus cythereia Meſſe. vbi Meſſe etiã oppidũ eſt. Phareij Strabo &

plures Pharim vocant. Pharos, regio AEgypti, quondam inſula, nunc continenti iuncta, & in ea turris. ſemel priore longa tertio de Triſt. Quæ ducis Emathij fuerit clementia Pharos,
Præclarique docent funeris exequiæ. Mallem ad miuron vel ectaſin refugere, quàm eam productionem imitari.

A ante s in diſſyllabis producitur, A ante s.

vt Naſo. Ouidius, Naſo legendus erat tunc, cum didiciſtis amare. male corripitur à Petrarcha. Phaſis, fluuius. hinc Phaſias Phaſiadis, & phaſianus.

EXCEPTIO. Baſis, id eſt ſuſtentamentum: vnde etiam orbiculos, quibus in menſa vaſa ſuſtentantur, Baſes appellamus, teſt: Beroaldo. Martial. libro 9, Inſcripta eſt baſis, indicátque nomen. verſus eſt Phaleucius. Caſa, domuncula ruſtica aut paſtoria. Virgilius, Atque humiles habitare caſas. cõtra primitiuum: ſi quidem à ſupino caſum fiat. Caſos, inſula & vrbs, in 10. Strabonis. Praſon, Grçcum nomen, id eſt porrum: vnde Praſinus, id eſt porraceus & viridis, vt Veſtis praſina. Mart. lib. 10, De noſtra praſina, ſynthesis empta toga. Praſinus etiam, eſt viri proprium. Viridis ad colorem relatum, ne barbarum putes. Ouid. Et niger à viridi turtur amatur aue. Phraſis, teſte Bebelio. Quaſi. Ouid. Et quaſi diſcedens, &c. Catullus videtur produxiſſe, dicens, Cui ego quaſi eadem totidẽ mox deprecor illi, &c. Tu tantum corripias cum cæteris. Thaſos, vna Cycladum cum th aſpirato. Papin. 5. Thebaid. Et Paphos & nemoroſa Thaſos. hinc Thaſius thaſia thaſium. Thraſus, viri nomen. Ouidius in Ibin,
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.

Baſis. Caſa. Praſon. Thaſos. Thraſus.

A ante s in polyſyllabis corripitur,

vt Caſius, mons. vnde Caſius caſia caſium, à Caſo inſula: & hæc à Caſo Cleomachi patre. quæ duo & diſſyllabe puto corripi. Lucanus libro 10, Lucifer à Caſia proſpexit rupe diémque. Maſaniſſa cum a etiam in ſecunda ſyllaba, teſte Tortellio, potius quàm per i Maſiniſſa, fuit rex Numidarum. quidam male opinantur ſſ geminare in principio Maſſiniſſa: vellem docerent per teſtimonia. Ouidius 6. Faſt. Poſtera lux melior, ſuperat Maſaniſſa Syphacem. Noli ergo imitari Petrarcham in 5. Aphricæ dicẽtem, Maſſiniſſa tibi, &c. producit quoque Traſimenus contra doctorum vſum. Notentur vbique geminata, vt Caſſandra, Caſſiepe vel caſſiepea, Caſſellius, Caſſius, viri propriũ. Sidonius per apocopen Caſſi pro Caſſij dixit, licet Caſij vulgo legatur.

Caſius. Maſiniſſa.

EXCEPTIO.

Aſius, Aſiaticus & Aſis aſidis, ab Aſia quæ eſt terræ habitabilis pars maxima. contra primitiui naturam inuenio hæc produci: quanquam corripi poſſe non negauerim. Ouidius 5. Metamorph.

Aſius. Aſiaticus. Aſis. Aſia.

Iam ſuper Europam ſublimis & Aſida terram
Vectus erat iuuenis. Et libro 12, Ecquid vbi Aſiacas caſuras aſpicis arces
Ingemis? Virgilius 1. Georg. -Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri. Et 4, Opis & Aſia Deiopeia. Idem ſeptimo AEneidos,
Dant per colla modos, ſonat amnis & Aſia longe
Pulſa palus. vbi Seruius ait, Aſia prima longa, eſt palus Myſiæ. prima vero breui, eſt regio & terræ habitabilis maxima pars. Virg. 3. AEneid. Poſtquam res Aſię, &c. Nebriſſenſis dicit ſe neſcire an ſit vſquã palus quæ vocetur Aſia: vnde apud Virgiliũ, Aſia eſt adiectiuum: vt dicat in generali Prata aſia, Palus aſia, hoc eſt Aſiæ regionis: nam Myſia, Cayſter, Lydia in Aſia ſunt: id eò minus verũ videtur Seruij dictum. Aſius, viri nomen in 13. Strabonis. Aſia, Iapeti vxor, in Pylade. Aſia, pars mundi tertia, ſemel tantum producitur à Priſciano: tu corripe. Aſopus, fluuius Achaiæ & AEginæ pater. Papin. 7. Thebaidos, Aſopos genuiſſe datur. Lucanus libro ſexto, Accipit Aſopos curſus Phœnixque Meláſque.

Aſopus.

Aſopiades, id eſt AEacus, Aſopi nepos. Ouid. 7. Metamor. Huic Aſopiades petis irrita (dixit) & vrbi
Non facienda meæ. Aſopis aſopidis, id eſt AEgina. Vt in eodem libro, -ſi te non falſa loquuntur
Iſſe ſub Aſopidos quondam amplexus AEginæ. Alij habent, AEginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe. & ſemper vel prima vel ſecunda contra primitiui naturam inuenitur corripi, niſi mendum ſit. Nicolaus Valla in Homero libro 4. maſculinè dixit Aſopidis Aſopidis, pro fluuio: At poſt herboſi venere aſopidos vndas. Mallem veteres imitando Aſopus, non Aſopis Aſopidis pro fluuio dicere. Hinc Aſopia, regio in ſeptimo Strabonis. Baſium, & baſio baſias. Martial. 12, Paruum baſiat vſque Morionem. Phaleucium eſt. Caſeus. Virgilius, Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi. Iaſius, viri proprium ſæpius tetraſyllabũ. Virgilius AEneid. decimo, Iaſius Imbraſides Hicetaoniúſq; Timoetes. Apud eundem tetraſyllabum eſt prima longa. Laſerpicium grammatici plures dicunt produci. Catullus ad Leſbiam, Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis iacet Cyrenis. Phaleucia ſunt, ex quibus de prima huius dictionis ſyllaba nihil iudicare poſſumus: quia Catullus primæ regioni nunc ſpondæum, nunc iambum donat: tertiam produci hinc manifeſtum eſt. Mnaſylus, Satyri nomen. Virgilius in Bucolicis,
Pergite Pierides, Chromis & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſopno videre iacentem. Naſica, viri proprium, patebit in I ante c. Naſidius, viri nomen. Lucanus libro nono, Naſidium Marci cultorem torridus agris

Baſium. Caſeus. Iaſius. Laſerpicium. Mnaſylus. Naſica. Naſidius.

Naſidienus. Percuſſit preſter. Naſidienus,viri nomen.Horatius ſatyra vltima,
Naſidienus ad hæc, Tibi dij quæcunque preceris
Naſidianus. Commoda dent.Inuenio apud Martialem eadem quantitate Naſidianus,viri proprium,cum a in pœ-
Paſiphae. nultima. Paſiphae,mulieris proprium,vide A ante e. Paſiphilus,viri proprium. Palladius,Paſiphi-
Paſiphilus. le, ornatus fidei,cui iure fatemur. ſic Paſithea apud Catullum de Aty & Berecynthia: ſic quicquid eſt
Paſithea. à Paſa,id eſt omnia. Traſimachus,viri proprium.Iuuenalis ſatyra 7,
Traſimachꝰ. Sicut Traſymachi probat exitus atque Secundi
Thraſius. Charinatis,& hunc inopem vidiſtis Athenæ. Thraſius autem,viri nomen,qui Buſirin inhumana ho
ſpitum nece poſſe aquas elici docuit , corripitur. Ouidius in 1.de Arte, Quum Thraſius Buſirin adit,
monſtrátque piari. Apud Horatium,ſatyra 2.libro 2,Thraſius,viri diuitis ad paupertatem redacti no-
men producitur: -quum deerit egenti
AEs laquei pretium:iure inquit Thraſius iſtis
Iurgatur verbis. Aliqui tamen hic legunt Tralius cum l,non cum s,vt notat in hunc locum Badius.
Vaſidius. Vaſidius,viri proprium.Sillius libro 15, -cadit obuius acri
Cratulo Vaſidio Libycæ regnator arenæ.¶Aſſecla tanquã ſcribatur aſecla,Stoa produci dicit, ſed fru-
ſtra:ſicut Raſilis & raſura fruſtra,vt longa excipiantur:quia à ſupino longo trahuntur. Caſos,inſula
& vrbs à Caſo Cleomachi patre:vnde Caſius,mons in Syria,colonis eò deductis, & mõs AEgypti vbi
Pompeij magni tumulus Hermolao 12.cap.lib.4.Plinij. Interpres Strabonis libro 10,Qui Nyſiron ha
bent celſam Crapathúmque Caſúmque.Sic etiam in Homero Crapathũ pro carpathũ breuitatis cau-
ſa lego,& Caſum priore breui. Aſia,Iapeti vxor à Pylade corripitur.Aſia,maris nympha etiam corri-
pitur:licet Virgilius producere videatur.Aſia,regio quoque corripitur. Virgil.Europa atque Aſia pul
ſi.ſed Aſia,longa,palus.Verùm interpres Dionyſij dicit,Aſia quam ſupra populis diſtenditur amplis.
Nec ſcitu indignum, quòd Aſia,pars tertia mundi, quam ab Aſia muliere dictam volunt,Herodoto
libro quarto ab Aſio Manei filio. vnde & Sardibus familiam quandam eſſe vocatam Aſiam dicit: inde
Aſiam quoque vrbem Sardibus proximam nonnulli conſtituunt. Aſius autem, multorum virorum
fuit nomen, & ſemper produci offendo,niſi in Pylade qui corripit,& Nicolao Valla qui variat. Aſius,
etiam fluuius eſt in Ptolemæo,& prope Cayſtrum campus: quod nomen etiam ab Homero produci-
tur.hinc Aſia prata apud Virgilium deduci poſſe non inficiamur.ſunt tamen qui Aſſa prata ſcribi ve-
lint. Aſſis, eſt Epiri vrbs & altera AEolidis & Myſiæ & Lyciæ vrbes. Praſus,oppidũ, cuius incolæ
Praſij dicuntur lib.10.Strabonis. Thaſus, phœnix quidam inſulæ Thaſo nomen dedit , teſte Hero-
doto libro 6. Aſopis melius primam producit.Ouidius,Aureus vt Danaen Aſopida luſerit ignis.Ita-
que peccat ille verſus, AEginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe. Nec bene reponitur à Stoa ſe-
cundam corripiens:ſic,Iſſe ſub Aſopidos quõdam amplexus AEginæ.vt ſit ſpondaicus.Malit Badius
dicere,ſub quoſdam,&c. Caſſi pro Caſſij non Caſij in Sidonio legam.vt in Iuuenale ſatyra 5,Bruto-
rum & Caſſi natalibus, &c. Laſerpiciũ ſine hæſitatione producatur. Plautus in Rudente,Hoc anno
multum futurum ſerpe & laſerpicium. iamb.tetra.brachycat.Herba eſt alio nomine Saphion. Spa-
ſio,prima producta, viri nomen eſſe docuit Calderinus, me alióſque plures decipiens: nam legendum
eſt Sparſio,nomen mulieris à ſpargendo ductum.Stathius,Diues Sparſio quos agit tumultus.Phaleu
cium eſt. Vnde Merula in illud Suetonij in Caligula,Sparſit & miſſilia variarum rerum. Sparſio, in-
quit,eleganti vocabulo nuncupata eſt à Papinio laudãte miſſilia quæ in pop.Romanum ſparſit Do-
mitianus.Sic primo Sylu. Diues ſparſio,&c.id eſt res ſparſæ. Paſiphea,dea ſic dicta, quòd omnibus
petentibus oracula præberet. vide Plutarchum in Agide.Item Paſiphilus & Paſithea primam produ-
cunt ex eodem orta fonte:& Paſiphile & Paſicompſe mulieres,& Paſiteles vir.

A ante t.

A ante t corripitur,

vt Latro,ſtatera,ſtatus,quater,quaternus,atauus.Virgilius,O térque quatérque beati. Quatuor primi-
tiuum producitur poſitione ab omnibus præter Ciceronem ſemel duntaxat. vix auſim imitari. Virgil.
Catus. Quattuor his iuuenes,&c.Horat.Mecœnas atauis edite regibus.Aſclepiadæum eſt. Catus,id eſt ſa-
piens.vnde propria Catus cati,& Cato Catonis. Sillius lib.4, Obuia quadrupedis præceps Catus ora
tuliſſet. hic viri proprium eſt. De appellatiuo,Poſt hæc ille catus quantumuis ruſticus ibit.Sedulius
lib.1,Sed tantum certare cati. pro muſione fele ſiue eluro. ſimiliter corripitur à Mantuano in Bucoli-
cis,& recte:quia à ſagacitate Cati dicuntur,qua vocula vſus eſt Palladius libro 4.cap.9,Contra talpas
prodeſt catos frequenter habere in medijs carduetis.Raphael Regius ex Neſtore dicit in ſeptimum li-
brum Quintiliani Cattus pro fele tt geminare:cui non credo,niſi pro illo teſtimonium veterum quiſ-
Cattus. piam afferat. ſcimus Cattos gemino tt populos eſſe,& Cattas aues, quod ex Martiale facile noſces.
Platea. Atrox,Atlas,Platea nunquam video produci,nec Plato: ideo non credo illis qui putant variari, niſi
Plato. teſtimonium ex veteribus afferant.Horatius ſatyra 3.lib.2,Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menan
Blatero. dro.ſic cæteri. Blatero quoque ſemper corripitur . Horatius, Audit quum magno blateras ſermone
facíſque.Lucilius,Deblaterat plenus,bonus ruſticus concinit vna. hic s perimitur in Bonus & Ruſti
cus.Author Philomelæ indignus eſt quem imitemur, Blaterat hinc aries & pia balat ouis. hinc Blate-

rones, importuni locutores. Neſtor dicit ſimiliter corripi Blatio: quod probat ex Plauto in Amphi- Blatio.
tryone, vbi Blatis ſextus pes eſt. ſed quum apud Comicos admittantur etiam ſcazontes, inefficax eſt
probatio. plurimi ſcribunt cum ĉt exlibus, blaĉtio à Blax blaĉtos, id eſt ſtultus: quia Blaĉtire, eſt ſtul-
te & inaniter loqui: ideo Philelphus in Decadibus ſemper producit. Tortellius etiam Blaĉtero eodem
modo ſcripſit: quem falli ex correptione manifeſtum eſt. ego in Neſtoris ſententiam eo. Cathena Cathena.
tantum corripitur. in quo decipitur Nicolaus Ferettus ex mendoſo Martialis codice, Expeĉtant curæ,
cathenatíque labores. Vbi emendati libri habent(que) geminatum: ſic, Expeĉtant curæque cathenatiſ-
que labores. Nates, nomen, video vbique corripi. Martialis in Apopho. Sæpe tamen pueris abſtulit Nates.
iſta nates. ſic Auſonius, Perſius, Horatius, cæterique. ideo ridiculus eſt verſiculus, Quanuis arte nates,
tamen apparēt tibi nates. Catholicus, notum eſt corripi, vt cætera ex cata Græca præpoſitione. Sido-
nius tamen cum alijs quibuſdam Chriſtianis licenter produxit, dicens libro 4, Vt quæ catholicam fi-
dem laceſſunt. Phaleucium eſt. Catullus quoque ſine dubio corripitur. Catullus ad Leſbiam in hoc
ſapphico, Otium Catulle tibi moleſtum. noue ſecundo loco trochæum dedit. vt apud eundem, Seu Sa
cas ſagittiferóſque Parthos. Statera, contra Verulanum. vide E ante r. Notentur geminata, vt Atta- Attagen.
gena, Attagen. Horatius, Non attagen Ionicus. eſt Iambicus dimeter. Nebriſſenſis metri gratia in ge-
neribus vnum t abſtulit: id alibi ne feceris. Blatta, vermiculus libros corrodens, & alucaria lædens. Blatta.
Aliqui cum p Blapta ſcribunt: à Blapto, id eſt noceo. Martialis, Conſtriĉtos niſi das mihi libellos,
Admittam tineas trucéſque blaptas. Phaleucia ſunt. Blatthæus gemino tt, id eſt purpureus. Mat- Blatthæus.
thias, Matthæus: in quo Riga peccat, dicens in Geneſi, Vt tua perſpicuè ſcripta Matthæe ferunt. no-
tauit hoc Neſtor. vide AE ante u. Attegiæ, de quibus multa Iuuenalis interpretes in ſatyra 14, Di- Attegiæ.
rue Maurorum Attegias, caſtella brigantum. id eſt vmbracula aut tabernacula. Sic Atteia, Antonius
Nebriſſenſis dicit produci, & excipit Patagia, fluuij nomen. quem errare credo: quia in omnibus libris
inuenio Pantagia cũ n ante t. & ita poſitione producitur. Claudianus in ſecũdo de raptu Proſerpinæ, Pantagia.
Pantagian noménque Gelan qui præbuit vrbi,
Concelebrant. ſic cæteri. Hæc diligenter recenſui: quia in his hallucinatos, qui ante me ſcripſerunt, a-
nimaduerti plurimos.

EXCEPTIO.

Producuntur ea quæ habent m ante a, vel præcedēte muta r ante a: vt Mater, frater, Cratus, viri pro-
prium apud Claudianum in præfatione nuptiarum Honorij. Cratis: vnde craticula. Corripiuntur ta-
men Mathon vel Matho cum th aſpirato, proprium viri. Iuuenalis ſatyra 1, Leĉtica Mathonis. eſt fi- Mathon.
nis verſus. Matella, vas vrinarium. Martialis lib. 10, Diſpeream ſi tu Pyladi præſtare matellam Matella.
Dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi. At Matula producitur. Philelphus 9. primæ, Intrauit plenis Matula.
non vltima matula neruis. Et in tertia quartæ, Vrinam matula ſeruat. Matinus, mons. vnde Mati- Matinus.
nus matina matinum. Lucanus libro 9, Vulturis & calidi lucēt buceta Matini. Sunt autem buceta, Mathemati-
loca in quibus boues hyemant. Iuuen. ſatyra 14, Nota mathematicis geneſis tua. vide Matheſis E an- cus.
te s. Matieni, populi apud Priſcianum in Perihegeſi. Cratinus, Craterus, Crates cratetis, Stratocles, Matieni.
virorum propria. Cratis, Scyllæ mater, & quæcunque alia ſunt à Cratos, id eſt robur: & ſtratos, id eſt Cratinus.
exercitus. Perſius 1. ſatyra, -audaci quicunque afflate Cratino Craterus.
Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles: Crates.
Aſpice & hæc, &c. Idem in 3. ſat. Et quid opus Cratero magnos promittere montes? Furius Bibacu- Cratis.
lus, En cor Zenodoti, en iecur Cratetis. Phaleucium eſt. Virgilius in Ciri, Ipſe Cratem matrem, &c.
Crathis autem cum th aſpirato, Achiuorum fluuius, corripitur. vide A ante l, Halys. Idem nomen Crathis.
pro fluuio Calabriæ producitur. Ouidius 15. Metam. Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auróque capillos. Ater. Catullus, Nil nimium ſtudeo Cæſar tibi velle placere, Ater.
Nec ſcire vtrum ſis albus, an ater homo. Sic Atramentum. Atrium, vndecũque ſit, non inueni cor- Atrium.
reptum. Atella, vnico t, teſte Neſtore, Campaniæ oppidum. Hinc Atellani ludi. Sillius libro 10, Iám- Atella.
que Atella ſuos, iámque & Galogræcia adegit. Atina, Campaniæ oppidum. Virgilius AEneid. 7, Atina.
Tela nouant Atina potens, Tybúrque ſuperbum,
Ardea, Cruſtumeríque & turrigeræ Antemnæ. Atina quoque, Bœotiæ vrbs fuit. Atinas, viri propriũ Atinas.
corripitur. Virgilius vndecimo AEneid. Fugit acer Atinas. Atys cum y Græco, puer Cybeli dileĉtus. Atys.
Perſius, Claudere ſic didicit verſum Berecynthius Atys. Aliorum nomen corripitur, vt in octauo The-
baid. Papinij, & in 3. Lucani, & in quinto Metamorph. Deplorauit Athyn. ſic pro filio Crœſi apud
Philelphũ in 3. primæ. Blathara, viri proprium in 11. Martialis, niſi Bachara legatur, quo nomine fre-
quenter vtitur: id potius credo. Catillus variatur, fuit filius Amphiarai vatis Thebani: cuius tres filij Blathara.
Catillus, Tyburtus, Coras, dicuntur Tybur condidiſſe. hinc Catillus catilla catillum, id eſt Tyburs. Sil Catilus.
lius libro 4, Anienicolæque Catilli. id eſt Tyburtes. hic eſt finis verſus. Idem in ſeptimo,
Hinc Tybur Catille tuum ſacriſque dicatum
Fortunæ Præneſte iugis. Horatius lib. 1. Carm. 18. Ode, Circa mite ſolum Tyburis & mœnia Catili. ver
ſus eſt Alcaicus choriambicus pētameter. vbi in genitiuo Catili vnum l ablatum eſt correptionis gra-
tia, aut nouè ſpondæus pro pyrrhichio: nam verſus conſtat ſpondæo, tribus choriambis & pyrrhichio.

Clathrum. Clathrus vel clathrum, Nebriſſenſis excipit, quia correptionem nondum repperit. Claterna, oppi-
Fatum. dum in Mantuano. Fatum,fatidicus, nota ſunt: quia è ſupino producto dicuntur venire,vt Natura,
Natura. natus,natalis:ſed corripitur Nato natas, contra primitiuí naturam. Gnatia,oppidi nomen apud Ho-
Gnatia. ratium. vide Barium A ante r. Latus lata latum:vnde latitudo. quod videtur oriri è participio latus,
Latus. à fero. At Latus lateris, corripitur vndecunque veniat. teſtimonia facile occurrent. Latona, Phœbi
Latona. mater. Ouidius 6. Metamorph. Colitur Latona per aras. Laterna contra primitiuí naturam, quia di-
Laterna. citur à lateo. Martialis in Apo. Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis. Natura,natio, &c. ſatis
Quatinus. patent. Natanael in Iuuēco. Quatinus per i,id eſt quia:Quatenus per e,quouſque & inquantum.
Saturnus. Horatius in ſerm. Denique quatinus excidi penitus vitium iræ. Cætera item nequeunt. Saturnus.
Scatinius. Perſius,Saturnúmque grauem noſtro Ioue frangimus vna. Scatinius,viri proprium. hinc lex Scati-
nia. habent quidam libri melius cum n ante t, Scantinius, ſcantinia. Iuuenalis ſatyra 2, -citari
Ante omnes debet Scãtinia,reſpice primum,&c. Auſonius in Epi. ab Auſonijs interim defecit,vt cum
Squatina. ſecundam corripuit dicens, Scatiniam metuens non metuit Titiam. Squatina, piſcis, teſte Bebelio.
Saturius. Saturius,decurio cubiculariorũ Domitiani. Martialis libro 4. in Aphrum,Saturióſque modos Par-
thenióſque ſonas. Calderinus dicit veteres libros habere Sigerios, & Tranquillum habere Saturium:
ergo cum Martialis & Suetonius de eodem loquantur, neceſſe eſt in vtroque legere Saturium vel Si-
Statim. gerium. hæc & plura Calderinus:quæ ſtudioſis diſcutienda relinquo. Statim producitur,teſte Mar-
cello. cui aſtipulantur Neſtor & Baptiſta Pius,pro perſeueranter,æqualiter,& continenter. dicitúrque
à Stando. Plautus in Amphit. Nec reccedit loco,quin ſtatim rem gerat. Statim,id eſt conſtanter,conti
nue. verſus eſt iambicus trimeter,nullum admittens trochæum:vnde gemino cc reccedit leges,vt antè
diximus,reccidit pro recidit. Afferam ego aliud teſtimonium. Feſtus in Arato,

Tunc ſucciſa Ceres ſtatim cum mergite culmi

Conſtruitur. At Statim,temporis aduerbium,pro Illico,mox,ſubitò, corripitur tantum. ne credas va-
Stathius. riari. Catullus, Verum ſiquid ages,ſtatim iubeto. Phaleucium eſt. Stathius,viri proprium,& poetæ cla
riſſimi nomen. Iuuenalis ſatyra 7, Lætam cum fecit Stathius vrbem, &c. In hoc errauit Philelphus in
Stlata. quinta primæ dicens, Naſo valet nugis,Stathius modo barbara blactit. Stlata, nauigium latum. ſic
dictum,vt Stlitem pro litem,&c. hinc Stlatarius,latus & amplus. Iuuenalis ſatyra 7,Spondet enim Ty
Vates. rio ſtlataria purpura filo. hæc ex Feſto Mancinelius in dictum verſum Iuuenalis. Vates,vaticinor,va
ticanus. Virgilius,Heu vatum ignaræ mentes. hinc non ſunt Vatinius & Vatinianus,niſi cõtra primi-
tiuí naturam dicas corripi:cui ſententiæ quidam infœliciter aduerſantur. Martialis in Apoph. Vilia ſu-
toris calicem monumenta Vatini. pro Vatinij:viri proprium eſt. Catullus,Odiſſem te odio Vatiniano.
Vatineſſa. Phaleucium eſt. Vatineſſa, oppidi nomen. Martialis libro quarto, Et paruæ vada pura Vatineſſæ.
Phaleucium eſt.

¶A an t corripitur,vt Fatigo. Maro, Terga fatigamus haſta. Sillius 8, Luſtra fatigant,aut caudinis fau-
cibus hærent. Caue legas Fatigant luſtra,vt bene monet Bebelius. Quatuor,tera,litus,litera, reliquiæ,
religio. Aldus circa conſonantis geminationem in proſa ſcribenda cẽſet: ego tamen in terra,licet à te-
rendo dicatur non obſeruatum. Nam & Varro id ſuo tempore tanquam antiquum quiddam nota-
uit. Littora autem Seruius tt geminato ſcribit. Quatuor vnico t ſcriptum toleratur:quia prima natu-
ra breuis eſt, vt Quater, quaternus,quaternio. Cicero in Arato, Cedunt ter quatuor de cælo corpora
ſancta. Blatero,quicquid dicat Stoa,cum doctiſſimis ſemper corripuero:quanuis Capella libro 9. pro
duxerit, Iurgis caninos blateratus pẽdere. Iambicus trimeter. Nates corripitur ſolum: nam in illo Au
ſonij, Eune quid vxoris grauidæ patria(aut puteia)mirum

Iambis feſtinas gloſſas non natis tradere?id eſt dare linguas nondum natis,ſcilicet filijs. Platea etiam
tantum corripitur. vnde in Curculione, Vide currentem illum vſque in platea. vltima poteſt in platea
a non collidi. Catullus etiam tantum corripitur. vnde in ſecundo loco verſus ſapphici Catullus
trochæum poſuit dicens, Otium Catulle tibi moleſtum eſt. Scatinia, nihil ad hunc locum pertinet,
quia Scantinia in Iuuenale ſcribẽdum eſt: quod Scantius, vnde Scantinius vtrunque viri nomen pro-
bat. Vnde in illud Iuuenalis citari ante omnes debet Scãtinia: recte ſcripſit Calderinus, Scantinia lex in
pædicones lata in C. Scantinium,qui filio Marcelli vim inferre auſus eſt, & patre accuſante damnatus
eſt: authore Valerio Maximo lib. 6. Natio à natu ſupino haud dubie producitur: ſicut Matuta apud
Virgilium. Male ergo Prudentius, Flora,Matuta,Ceres & Laurentina ſubegi. ſed facile crediderim Pru
dentium ſcripſiſſe, Hora, Ceres,Matuta,& Laurentina,&c. ſicut & illud eiuſdem male legitur, Solem
certa tenet regia,plaga certa coercet. Prudentius, Solem certa tenet plaga,regia certa coercet. Aut ſic,
Solem certa tenet regio, &c. Saturnus à nullo veterum corripitur. Itaque in illo Prudentij, Quos Sa-
turninos memorat vocatos: aut vitium eſt, aut ſpondæum primo loco in ſapphico male poſuit. Si-
cut ille errauit qui dixit, Nulla Iouis,nulla eſt Veneris,lux nulla Saturni. Gnatia,oppidi nomen,pro-
ducitur ab Horatio, Bari mœnia piſcoſi,dehinc Gnatia lymphis. Hermolaus Barbarus("Egnatiæ)legit
dicens, Poſt Barium Egnatia. Ex Ptolemæo, Strabone, Plinio. Hæc ille. Vnde legendum eſſet in Ho-
ratio, Bari mœnia piſcoſi, hinc Egnatia lymphis. Squatina, piſcis, à ſqualore nomen accepit: ideo

primam producit, teſte Stoa & Bebelio, ſine teſtibus. Lippius autem tres breues putauit & poſuit.
Dathus, Athaulfus, & ſiquid ſimile eſt apud veteres non repertum, poteris cum Neotericis variare.
Bathæa, nymphæ nomen, producitur à Paulo Marſo in genealogia Romanorum. Stratonice ma
le apud Beroaldum pœnultimam corripit in oſculo Panthæ, Stratonice Antiochi diſpar. Nam ex Stra
tos & nice cōpoſitum videtur. Craterus Perſius (ꝰ era) ſyllabam corripit. Nicolaus Valla male produ
cit. Gratianus, vt Gratus, gratia, & gratis debet ſolum produci. in quo errauit Mantuanus. Patagia
non eſt huius loci, quia ſcribitur recte Pantagia: nec Status viri nomen, quia in Iuuenale recte legitur
Ruſſati pone lacertæ: ſiue à loco, vt vult Barbarus cap. 53. libro ſeptimo Plinij: ſiue à colore euſſo, vt ſen
tit Beroaldus in Apuleium, retractans lectionem quam probauit in annotationibus Rus ſi ſaponela,
&c. Catillus variatur: productio nota eſt. Corripitur à Stathio in Sylu. 1,
Hic tua Tyburtes Faunos chelys, & iuuat ipſum
Alcyden, dictúmque lyra maiore Catillum. Claterna, oppidum Italiæ, quod Hermolao Cliterna vo-
catur, & vulgo hodie Quaterna: producitur à Baptiſta Mantuano. Datin huius Datis vel Datidis,
viri nomen, producitur à Valerio Flacco lib. 6, Datin Achemeniæ grauior de vulnere pugnæ
Miſit in arma Databs. Datis etiam in 6. Herodoti, eſt Perſarum dux. Sata ſubſtantiuum producit
Claudianus de torpedine, Sed propius nigræ iungit ſe callida ſatæ. Crathis, fluuius Calabriæ, cuius
filia Crathie vel Cratheis Cratheidos: mater fuit Scyllæ monſtri, teſte Regio in illud 13. Metamorph.
Nereis his contra, reſecuta Cratheide natā eſt. Lateſco, id eſt latus fio, producitur vt Latus. Lateſco,
id eſt lateo, corripitur vt Lateo. Manilius libro 1, Bis ſex lateſcit faſcia partes. id eſt patet & lata fit.

A ante u corripitur, A ante u.

vt Auus: auia, fœmineum, eſt triſyllabum: nec cum ineptis dicas Aua. Perſius,
Ecce auia, aut metuens diuûm matertera, cunis
Exemit puerum.

EXCEPTIO.

Auidienus, viri proprium. Horatius ſatyra 2. libro 2, Detorſerit Auidienus. eſt finis verſus. Nota Auidienus.
ex (ꝰ à) præpoſitione deducta, quia producuntur: vt Auerto, auius auia auium. Sed Auis, licet hinc de-
ducant, corripitur. Virgilius 1. AEneid. Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem. Idem Georgic. 2,
Auia tunc reſonant auibus virgulta canoris. Blauia in Auſonio. Claua, clauus, clauis, clauiger: te-
ſtimonia facile occurrent. Dauid, viri proprium: vide crementa. Dicitur quoque Dauides Dauidæ. Dauid.
vide I ante d. Dauus, viri nomen. Perſius, Daue cito hoc credas iubeo. Daualus, viri nomen a- Dauus.
pud Philelphum in tertia ſeptimæ. Flauus flaua flauum, Flaueo: & Flauius, viri proprium. ſiquid am Flauus.
plius reperiatur, habens conſonantem ante l, volunt produci. Virgilius, Flaua Ceres, &c. Iuuenalis ſaty
ra 4, Cum iam ſemianimum laceraret Flauius orbem. Gauiſus. vide Atrida, A in vltimis. Gnauus: Gauiſus.
vnde ignauus. Ouidius in primo de Ponto, Det mihi formoſa gnaua iuuenca manu. Lauinium, op- Gnauus.
pidum: & Lauinia, filia Latini, quæ oppido nomen dedit, tam manifeſte variantur, vt iure rideantur Lauinium.
qui, vbi in Virgilio genitiuus Lauini corripitur, ſubſtituendum putant Latini. Virgilius 12. AEneidos, Lauinia.
Illo quæratur coniux Lauinia campo. Ibidem, -mihi mœnia Teucri
Conſtituent, vrbíque dabit Lauinia nomen. Idem 1. AEneid. Italiam fato profugus, Lauináque venit
Littora. Ouidius 3. Faſtorum, Hanc tibi cur tradam, pia cauſa Lauinia coniunx
Eſt mihi. Virgilius 12. AEneid. Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris. Idem,
-cernes vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia. Iuuenalis ſatyra 7, Atque nouercali ſedes prælata Lauino. Tibullus lib. 2, Ante oculos Lau-
rens caſtrū, murúſq; Lauini eſt. Mauors & Mauis Mauult ſatis nota ſunt. Nauarra in Mantuano.
Nauis, nauita, nauigo, nauo nauas, nota ſunt. Horat. Nauiget Anticyram. Nauus, adiectiuū. Naua
in Auſonio. Pauo, & pauus, & paua: ſed prius communis generis eſt. Auſonius ad Paulinum, Vin- Pauo.
cit centum oculos regia pauo tuos. Columella lib. 9. cap. 11, Fœminæ pauones quæ non incubant, ter Pauus.
anno ferè partus edunt. Auſonius in Epig. Pauáque de pauo conſtitit ante oculos. Gellius, Pauus è Paua.
Samo præſtantior eſt. Prauus. Horatius in Arte, Non magis eſſe velim quàm prauo viuere Naſo. Prauus.
Virgilius de viro bono, Offenſus prauis dat palmam & præmia rectis. Sic Prauo, & compoſitum de-
prauo, &c. Rauus raua rauum, id eſt ſubniger. vide A ante n, Lanuuium. Hinc Rauila, rauos oculos Rauus.
habens: & Rauidus, viri proprium. Catullus, Quænam te mala mens miſelle Rauide Rauila.
Agit præcipitē in meos iambos? Phaleucij ſunt duo: prior autem hypermeter. Suauis, ſuauium, ſua- Rauidus.
uiari, nota ſunt. Sed ſi prima ſyllaba diuiditur: tunc prima breuis, ſecunda erit longa. Sauo Sauonis, Suauis.
fluuij nomen producitur, ſi Calderino credimus: qui dicit Sauo non ſaſon legi in hoc hendecaſyllabo Sauo.
Papinij quarto Syluarū, Et linterna palus, pigérque Sauo. Neſtor Saſon legit. ¶ A ante u corripitur, vt
Auus. Blauia producitur. Auſonius, Fert militare ad Blauiam. Iābicus dimeter. Dauid melius pro-
ducitur, licet à neotericis varietur. Baueria, cognomen viri à Baptiſta Mantuano. Producitur ſimi-
liter Nauarra. Naua producitur in Moſella Auſonij, Tranſieram celerem nebuloſo flumine Nauā.

Sunt qui Naulā ſcribant. Nauus,nauiter,ſeu gnauus producuntur. Lauinium primam variat, ſed ſecundam producit tantum. Lanuuium contrà primam & ſecundam producit. Ouidius Faſtorum 6,Et populus Lanuuiúmque meum. Eſtque oppidum in Latio antiquo,ad dexteram viæ Appiæ,teſte Varrone. Rauiſtellus,vt rauus,producitur à Plauto in Epidico:& eſt raui coloris homo,qui color eſt inter flauum & cæſium. Rauis eſt raucitas. Plautus in Ciſtel. Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.Sauus tamen tantum corripitur. Claudian.in ſecundo de laudibus Stiliconis,Pannonius,potórque ſaui,qui clauſa tot annis.

E ANTE CONSONANTESS IN PRIMIS SYLLABIS: ET PRIMO ANTE B.

Ante b — E ANTE b corripitur,vt Nebula,nebulo nebulonis.Ouid. Illic & nebulas,illic conſiſtere nubes
Ebur — Iuſſit,&c. Hebrus. Ebur.Virgilius,India mittit ebur.neque vſquam producitur cōtra Neſtorem:nam in Catullo non ebore nyſæo legitur,ſed è berenicæo, vt ſit oratio ex præpoſitione è,& ablatiuo berenicæo,à berenicæus,a,um.quod eſt poſſeſſiuum à Berenice berenices, AEgyptiorum reginæ nomine:de cuius coma loquitur Catullus,vbi dicit,E berenicæo vertice cæſariē.
Febris — Febris. Catul.
Verùm neſcio quid febriculoſi
Scorti diligis:hoc pudet fateri. Phaleucij ſunt. Nebriſſenſis cū Sulpitio non rectè ſolū produci credit.

EXCEPTIO.

Trebula — Producuntur habentia duas cōſonantes ante e, vt Crebro,creber crebra crebrum. Trebula,oppidi nomen. Martialis in Xenijs,Trebula nos genuit,&c.
Trebia — Corripiūtur Trebia,fluuius Ciſalpinæ Galliæ: Trebatius,Trebonius,Trebius,virorum propria. Sillius lib.4,Planitiem metuens,Trebiam colléſque petebat. Petrarcha in 3.lib.epiſtol.male produxit. Horatius,Docte Trebati. Fama Treboni. ſunt verſuum fines. Trebius eſt apud Iuuenalem in ſat.5. Cebrenus,nō crebenus Græcos audio ſcribere per e pſylon,fluuij & viri nomē. Auſonius corripit. Phlebotomon corripitur.
Debeo — Debeo. Horatius,Debemur morti nos noſtráque.
Debilis — Debilis,debilito. Virgilius,Debilitat greſſus,debilitátque pedes.
Debæ — Debæ apud Propertium lib.4, Si te Coa iuuat,Debarúmque aurea ripa:
Eboſita — Et quæ ſub tyria cōcha ſuperbit aqua. Philelphus ſaty.30. minus rectè(vt opinor)produxit. Eboſita. Stat.primo Syl.Et quas præcoquit eboſita cānas. Phaleuctum.dicitur mel ex arūdinibus.
Ebrius — Ebrius, & quicquid hinc eſt:quia dicitur componi ex è præpoſitione:& bria,id eſt vas vinarium:licet ab hauriendo alij deriuent,& aſpirent hebrius,quod minus placet. vtut eſt,cum Nebriſſenſi producēdum dicimus:quia correptio non conſtat. Perſius, Ebrius ante fores,&c. Gebennæ Auſonius variat:melius corripitur.
Hebe — Hebe,pubertas & Herculis vxor. hinc Ephebus. Virgilius de liuore,
Non potus iuuat aut ſapor Lyæi:
Nec ſi pocula Iuppiter propinet, Aut hæc porrigat & miniſtret Hebe. Phaleucij ſunt. Hebeſus, viri nomen in Virgilio.
Rhebas — Rhebas rhebæ,nomen fluuij. Valerius Flaccus libro 4,
Aut ſocijs tentata quies,nigrantia quàm iam
Rhebus — Littora, longinquíque exirent flumina Rhebæ. vide quoque Paphagones, A ante p. Rhebus, equi nomen. Virgilius 9. AEneid. Rhebe diu,res ſiqua diu mortalibus vlla eſt. ſunt qui per œ diphthongon Rhœbus ſcribant,teſte Nebriſſenſi.
Sebetus — Sebetus,fons & fluuius iuxta Neapolin:vnde Sebetis ſebetidis. Papin.1.Syl.Eubois,& pulchra tumeat Sebetus alumna. Virgilius 7.AEneid.
Nec tu carminibus noſtris indictus abibis
OEbale,quem generaſſe Telon Sebetide nympha Fertur, Teleboûm Capreas quum regna teneret. pro Teleboarum. Sebum pro ſeuū. Sebinus,Italiæ lacus in Martiale. Thebæ Thebarum,Thebe Thebes,Thebæus,ſatis nota ſunt. Apuleius,teſte Neſtore,vult hæc æ diphthōgon obtinere:quia veteres plerunque a Græcū in æ diphthongon verterunt. Hinc Thebais Thebaidis,Papinij poema de rebus Thebanis.
Zebedeus — Zebedeus,viri proprium. vide E ante u. ¶E ante b corripitur,vt Hebrus natura contra Sulpitium. Seneca in Hercule de terris,Et Hydra vires poſuit & notos Hebro. Iambicus trim. Crebenus ſcribitur apud Auſonium male pro Cebrenus,& ita in Ouidio Cebrenida legito,non Crebenida, 11.Metamorph. Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa. id eſt Cebreni filiam. Auſon.
Sic quàm venalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem,ſit tibi pro pretio. Itaque prima eſt naturaliter breuis. Hermolaus cap.3.lib.5. Plinij ſic legit, Dicitur Cebrenia vel à Cebreno amne,vel à Cebrenio Priami filio. Nebris à Stoa & Nebriſſenſi tantum produci cenſetur:ſed quia per e pſylon ſcribitur, eſt ratio corripiendi. Et eſt pellis ceruina. Nebros,hinnulus. Bebryx & Phlebotomon eadem ratione corripiantur. AEboſita multi ſcribunt. Gebennæ gebennarū,in Gebenna mōte oppidum variatur,ſed ſæpius corripitur. Lucan. lib.1,Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas. Auſon. Interiúſque premunt aquitanica rura Gebennæ. Idem tamen dicit, Ninguida Pyrenes & pinea Gebennarum. Vbi in ſpondaico prima producitur. Hebeſus & Hebenus,virorum propria,producuntur. Virgilius 9,Fadúmque Hebenúmque ſubit,Rhœtúmque Abarímque. ita legit Stoa. Et Ouidius in Ibin,
Vtque vel Hebenus torrenti flumine merſus
Nomina des rapidæ vel Tybennus aquæ. Hebenum appellatiuum corripit Maro in Georgicis,

Fert Hebenum. Rhebas rhebantis,& Rheba rhebæ, fluuij nomen:vtrunque dici oſtendit Hermo-
laus cap.1.lib.6. Lebetus, fluuius,teſte Bebelio, producitur. Thebe, vxor Alexandri tyranni, teſte
Plutarcho. Sebinus,lacus Italiæ,Mantuano. Cebus,animal,per κ ſcribitur.

AE ante b,Cæbes,pro loco.at Cebes,populi & viri nomen,diphthongon nō agnoſcit. Glæba,teſte Cæbes
Gæorgio Valla:licet Calepinus ſine diphthōgo ſcribat. Virgil. 1. AEneid. Terra antiqua,potens armis, Glæba
atque hubere glæbæ. Hæbudes plurale tertiæ,inſulæ ſūt. ſcribitur per æ diphthongō,teſte Calepino. Hæbudes.

OE ante b,Bœbeis, Theſſaliæ palus. Lucanus in ſeptimo,Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſanguis. Bœbeis
vbi,notante Sabellico,male legitur Boetida aut Bocheida. Bœbus,Glaphyri filius. Bœbe bœbes, Bœbe
Theſſaliæ vrbs & palus. Ouid.7.Metamorph. -iuncoſáque littora Bœbes

Carpſit. Vocatur palus illa etiam Bœbis bœbidis, & Bœbias bœbiados. Bœbius,viri proprium. Bœbius
Lucan.lib.2,Flere vacet vix te ſparſum per viſcera Bœbi.vocatiuus eſt. Errat in hoc Petrarcha. vide A
ante b in exēplis. Cœbus. Auſonius,Diſtinguit ſolidos Cœbo præſide clientes. Cubo rectius ſcribe- Cœbus
retur:quia κύβος ſcribitur per υ. OEbalus,viri nomē. vnde OEbalia,regio. hinc œbalius,œbalia œba- OEbalus
liū,vide Sebetus. OEbaſus,viri proprium. Valer. Flaccus lib.6; Mediā moriens deſcendit in haſtam OEbaſus
OEbaſus, infeſtum ſummiſſo poplite Phaltem
Euaſiſſe ratus. OEbades,viri propriū,teſte Tortellio. OEbaris,Darij ſtabularius,teſte eodē. Phœ- AEbades
bus,id eſt Apollo. Phœbe, id eſt Diana,Phœbi ſoror. Phœbas phœbadis, fatiloqua,Phœbi numine OEbaris
afflata. Stœba,frutex. ¶Cœbos in Auſonio male per œ ſcribitur:quia Græcis κύβος,Latinis Cubos. Phœbus
Plæbs plæbis diphthongo à Tortellio ſcribi præcipitur,quod Priſcianus negat:quia nulla diphthon-
gus habet poſt ſe in eadem ſyllaba duas conſonantes,ſed bene duplicem,vt Fæx,faux.

E ante c corripitur,

E ante c

vt Speculum,ſpecula,locus vnde ſpeculamur. at ſpecula diminutiuum à ſpes,é primitiuo productio-
nem habet,vt recula à res,vt ſecurus quoque à præpoſitione inſeparabili ſe. ſic mecum,tecum,ſecum.
Corripe iterum Precor,preces,precia,precium. Cætera à præ diphthongo producuntur:de quibus ſatis
dictum eſt. ideo de his nihil dicam. Echinus,vtcunque accipias,corripitur: licet quidam male puta- Echinus
rint variari:& produxit Petrarcha Ecloga 11. deceptus forſan mendoſo lib.6. Lucani,vbi Echinus legi- Echeneis
tur mendoſe pro echeneis:nam vera lectio eſt, Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs echeneis aquis. Echeneis, Latine remora,piſcis eſt minimus,maximas naues ſiſtēs. Echeneus
verò alius piſcis eſt,& vaſculum quoddam,& terreſtre animal,& caſtanearum tegmen. & Echinus,vr-
bis nomē. nihil horū inuenio produci. Mart. in Xenijs,Cortice depoſito mollis echinus erit. ſic cæteri.

EXCEPTIO.

Echo echus,ſoni repercuſſio,& in eum verſa nympha. Echeo,id eſt reſono,reſonas. Echi,valles ar- Echo
gutæ. Ouidius 3. Metamorph. Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo. Echion,5. Metam. pro
augure à Perſeo interfecto. pro ſocio Cadmi,ſolum corripitur. Imbecillus,a,um:vel imbecillis,ab in Imbecillus
& bacillus,quaſi bacillo indigens,hoc eſt debilis,contra primitiui naturā producitur. Prudentius cor-
ripit. Lucretius lib.1, Adde quòd imbecilla nimis primordia fingit. Horatius Sermonum 17, Imbecillis
iners,ſiquid vis,adde popino. Lecania,proprium mulieris. Martialis lib.5, Thais habet nigros,niueos Lecania
Lecania dentes. Lecythus producitur,teſte Neſtore ex 7. Odyſſææ Homeri & ex Ariſtophane. Eſt Lecythus
autem olearium vaſculum. de genere alibi ſatiſfecimus. Mecœnas,doctiſſimorum patronus. Hora- Mecœnas
tius,Qui fit Mecœnas. Secius,id eſt minus,contra primitiui naturam, ſi à ſecus,id eſt aliter dedu- Secius
catur. Virgilius 2. Georg. Indulge ordinibus,nec ſecius omnis in vnguē. Idem 12. AEneid. Haud ſecus
accenſo gliſcit violentia Turno. Stechas ſtechadis,inſula in Rhodani oſtio prope Maſſilienſes. ſunt Stechas
autem Stechades tres,ſic dictæ, quòd in ordinem ſint poſitæ: à Stichaomai,id eſt per ordinem incedo.
Stichon,ordinem verſúmque appellamus. hæc Omnibonus in illud Lucani lib.3,
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis
Stechados arua tenens. Video impreſſum cum œ diphthongo Stœchados:ſed præceptum non ha-
beo,& Calepinus inter non diphthongata reiecit. ſcribitur cum ch aſpirato. Theca,thecæ,id eſt re- Theca
poſitorium. Martialis in Apo. Sortitus thecam calamis armare memēto. hinc dactylotheca,bybliothe
ca. ſcribitur autem cum th aſpirato. ¶Lechæus,portus corinthius,Stoæ & Hermolao tantum corripi-
tur:licet per malam authorum lectionem quibuſdam etiam produci videatur. Echion,Pentheos pa-
ter,ſemper corripitur. Metamorphoſeos 3, Quinque ſuperſtitibus quorum fuit vnus Echion. Corripi-
tur etiam à Iuuenale pro citharœdo quodam dicente,De qua citharœdus Echion. ſed,quando eſt au-
guris nomen,à Perſeo interempti,producitur. Metamorph.5,
Echiónque ſagax quondam ventura videre:
Nunc aue deceptus falſa. id eſt falſa augurio,quia mortem præuidere nequiui. Non igitur ſine diſtin-
ctione cū Stoa variari dixeris. Mechanicus & mechanema,id eſt machina: quia per η ſcribuntur,pro-
ducuntur. Lucillius apud Feſtum,Sicuti mechanici quum alto exluere Petauro. vbi ſecunda corripi-
tur. Echimene, Vlyſſis ſoror,producitur à Pylade in 4. Genealogiarum. Echeclus,vir, producitur
ab Nicolao Valla Iliad. vigeſimo. Cecimandrum producitur à Plauto in Pſeudulo, Terreſtres

pecudes cecimandro condio. Iamb. trim. acatal. Meconium, id eſt ſuccus papaueris: & Meconis, lactuca amara, quæ Miconis minus recte in Plinij lib. 19. cap. 8. producũt primam, vt μήκων, id eſt papauer.

Mecyberna, vrbs per η, apud Hermolaum cap. 10. lib. 4. producitur: vt Mecybernæi, incolæ. Cnecum, frutex: quia η ſcribitur, etiam producitur. & Decetor, vir in 7. Herodoti. Sic Blechius, arbuſcula quædam. & Blecho, auis.

AE ante c | Cæcus | Cæcias | Cæcubi | Cæculus | Cæcilius | Cæcilia | Cæcinos | Cæcinum | Fæx | Fæculentus | Fæcare | Fæcutinus | Fæciniæ | Fæcundus | Græcus | Iæci | Phæcaſius | Sæculum | Væcors

AE ante c, Cæcus cum ſuis: vt Cæcutire, parum videre. Cæculto cæcultas, cæco ſimilis ſum. Cæcare, cæcum facere. Cæcias cæciæ, ventus nubes attrahens, teſte Ariſtotele. Cæcubi, Campaniæ populi, apud quos optimum eſt vinum, quod cæcubum dicitur. Martialis, Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur amicis. Cæculus, Prænestis conditor. hinc Cæciliorum familia. quos alij à cæcutientibus oculis dictos volunt. Eſt quoque Cæcilius, proprium viri. Cæcilia, proprium mulieris. Cæcilia quoque, ſerpentis & herbæ nomen. Cæcinos, amnis, qui Rheginum agrum à Locrenſi diuidit. Cæcinum, Italiæ oppidum haud procul à Sicilia. Fæx fæcis, cuiuſuis rei excrementum. Diminutiuum eſt fæcula. hinc fæculentus, id eſt fæce plenus & turpis, &c. Fæcare, è fæcibus exprimere. Vinum fæcatum, è fæcibus expreſſum. Defæcare, id eſt purgare. Fæcutinus, fæcutina, fæcutinum, id eſt fæculentus. Gellius, Eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas grammaticas ſpectaueris: ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere. Fæciniæ vuæ, quæ plus quàm cæteræ fæcis afferunt, alio nomine rubellanæ dicuntur. Fæcundus, teſte Tortellio & Georgio Valla. hinc fæcundare, &c. Multi per œ fœcundus, fœcundare ſcribunt. Hæc pronomen, dictum eſt. Græcus, Græcia, Græcanicus: & verbum Græcari & pergræcari & græciſſo, &c. Iæci præteritum à verbo iacio, authore Tortellio. Phæcaſius: vnde Phæcaſianus & phæcaſiatus. ſignificationem vide apud interpretes Iuuenalis in illud Saty. 3, Phæcaſianorum vetera ornamenta deorum. Sæculum, centum annorũ ſpatium. hinc ſæcularis & ſæculare. alij à ſequendo, alij à ſenibus deducunt. Væcors, væcordia, teſte Guarino: licet ſint qui huic opinioni refragentur, vt videbis apud Calepinum in Væh.

OE ante c | Mœchus | OEcos | OEconom9 | OEci | OEcumenicus | OEcinyres | OEchalia | Pœcile

OE ante c, Mœchus, adulter: Mœchia, adulterium. hinc verbum mœchor, mœcharis. hinc mœchalium, id eſt ſcortillum. OEcos, id eſt domus. Hinc multa ſunt, vt OEconomus, pecuniæ & frugum diſpenſator, quaſi domus lex. male iconomus dicitur per i in prima ſyllaba. hinc œconomicus, a, um. nomos, lex eſt. OEci œcorum, loca vbi matreſfamiliâs cum lanificibus ſedent. OEcumenicus, id eſt vniuerſalis, & ad totum orbem pertinens. vnde œcumenicum concilium ab œcumene, id eſt vniuerſus orbis, teſte Tortellio. OEcinyres, viri propriũ, teſte Tortellio cum y Græco in tertia ſyllaba. OEcholia cum ch aſpirato, diuerſarum vrbium nomen. OEchalius, fluuius. OEchalides. OEchadius.

Parœcia ab œcos, in medijs videbitur. Pœcile, porticus Athenienſis. Pœcilos, lapillus, interpretatur varius. ¶AE ante c, Cæcilia, herbæ nomen. Phæcaſij, calcei deorum: vnde ſacerdotes phæcaſiatos non phæcaſios vocabunt, vt ſentit Hermolaus. Producuntur propter æ diphthongon OEcalices, plurale tertiæ: & Pœciles pœcilis, viri nomen: & Pœcile, porticus: & Stœchas, olea: & Rhœcus, architectus in tertio Herodoti propter œ producuntur. Tecethæus nõ eſt dictio vna, vt ſenſit Stoa, & impreſſit Aldus in Prudentio in amart. contra Marcionem, vbi legendũ, Tecethæ iuuat, ſed gens Pheresæa ſagittis. Vbi ſi ſcribatur Pherezæa, notabis ſecundã corripi. Secius videtur à Marone produci, Haud ſecius æquore toto. ſed quia Secus corripitur ab eodem, Haud ſecus ac iuſſi faciunt: pro ſecius, legatur ſegnius. Vecatus, vox, à Stoa dicitur produci: quia in malo exẽplari Auſonij legit Vecate pro Vexate participio in Moſella, Túque per obliqui fauces Vexate Sarauí. Mecẽnius, vir Romanus quidã: & Mecennia, mulier, primam producunt. Vnde Crinitus citans C. Rabinium in ſatyra, Abſtemium temulenta fugit. Mecennia nomen. De hac re Seruius in primum AEneid. Fœmina quæ ſub Romulo vinum bibit, occiſa eſt à marito: Mecẽnius, maritus, abſolutus eſt. Hic dictus eſt Egnatius Mecennius, non Metentinus, vt in Plinio male legitur lib. 14. cap. 13. Nec Egnatius Metellus, vt apud Valeriũ Maximũ ſcribitur. Bechis producitur: quia Græce per η ſcribitur, teſte Hermolao in primũ Melæ. Econ vel icon, id eſt imago: quia per ει Græcis ſcribitur, producit priorem: & quæ inde dicuntur, Ecuncula, econicus: & aduerbium econicῶs, quo honeſtius vtaris, quàm ſi Latina forma dicas econice. Sic & comparatiua Græca, Græca formatione vtemur, Muſicotera, Coloſſicotera, Graphicotera, &c. Imbecillus Stoa aſſerit variari: quia in Prudentio, qui originem ſequitur, corripitur ſecunda: quia dicitur à bacillo. vnde in Ode, Priſcis viſceribus cibo is ſumpto,

Quem lex corporis imbecilla ſumpſit. Phaleucij ſunt. Malim tamen producentes ſequi veteres.

E ante d | Pedo | Pedum

E ante d in diſſyllabis producitur,

vt Pedo, verbum. vnde Oppedere apud Horatium. Sedes, nomen, contra primitiui naturam: nã ſedeo & ſedile corripiuntur. Notentur formata è breuibus, vt Pedum, paſtorius baculus, quo pedes pecudũ detinentur. Virgilius in Bucol. At tu ſume pedũ. Eſt quoque oppidi nomen: cuius incolæ Pedani ſunt. Horatius libro primo, epiſtola 4, Quid nũc te dicam facere in regione Pedana? Pedo pedonis, cui grãdiores ſunt pedes & viri proprium eſt. Iuuenalis ſat. 7, Sic Pedo conturbat. Pædor æ diphthongon habet, vt ſtatim videbimus.

Cedo

EXCEPTIO. Cedo eclipticum, id eſt dic vel da: nam cedo ceſſi producitur. Perſius, Hæc cedo vt

admoueam templis,& farre litabo. Cedrus,arbor.Horatius in Arte, -ſperamus carmina fingi Cedrus
Poſſe linenda cedro, & læui ſeruanda cupreſſo. Edo, es,eſt:vnde comedo, exedo, ambedo. Medon Medon
Medontis,viri proprium.Ouidius 3.Metamor. Primúſque Medon nigreſcere cœpit. Virgil.6.AEnei-
dos,Ingemuit Glaucúmque Medontáque Therſilochúmque. Scheda,quod multi inepte putarunt Scheda
produci.ſcribitur autem cum ſ litera,ſequente ch aſpirato.diminutiuum eſt ſchedula. inepti ſcribunt
ceda,cedula. Eſt autem ſcheda, chartæ folium nondum compactæ.& ſchedulam non inepte dixeris
chartulam vel papyrulũ in qua aliquid ſcriptũ eſt. de ſignificatione plura leges apud Martialis inter-
pretes in illud libri quarti,Nec ſumma potes in ſcheda teneri.Phal.eſt:vbi prima in ſcheda corripitur.

E ante d in polyſyllabis corripitur,vt medeor,medicus.

EXCEPTIO. Edonus, Edonis edonidis, quia fiunt ab Edon.de his in crementis ſatis dictum eſt. Edonus
Gedippa,viri proprium apud Auſonium ad Theonem. Gedeon variatur:vide vocalem ante voca Gedippa
lem. Hedymeles,citharœdi nomen:ab hedys,id eſt dulcis:& melos,id eſt cantus.Iuuen.ſaty.6, Gedeon
Quo tener Hedymeles operam dedit,hunc tenet:hoc ſe Hedymeles
Solatur.Siquid aliud ab hedys fiat,producatur. ſcribitur hoc nomen cum y Græco. Medea,venefica Medea
notiſſima.Ouidius ſeptimo Metamorph. Fruſtra Medea repugnas. Media,regio,cuius incolæ Me- Media
di ſunt.hinc medicus,medica,medicũ.Virg.2.Georg. Media fert triſtes ſuccos tardúmque ſaporem.
Lucanus lib.8,Per medica rura. Medica,herba.Virgilius 1.Georgicon, Medica
Vere fabis ſatio,tum te quoque medica putres
Accipiunt ſulci, & milio venit annua cura. Medoaci, populi apud Mantuanum. vide O ante m, Medoaci
Cenomani.à Medoaco,fluuio & portu,teſte Strabone lib.5. Nedymnus,viri propriũ.Ouid.12.Meta. Nedymnus
Robore Nedymnum iaculatorémque Lycotam
Sternit.Scribitur cum y Græco. Pedema in Iuuenali. Pedaſus, vrbs in 13. Strabonis. Sedentani, Sedentani
Hiſpaniæ populi prope nouam Carthaginem.Sillius lib.3,Sedentana cohors quam Sucro rigentibus
vndis,&c.Sucro ſucronis,fluuij nomen eſt. Sedulus:ſic proprium Sedulius. Seditio,ſeditioſus,ſa- Sedulus
tis nota ſunt. Zedorum in Baptiſta.¶E ante d in polyſyllabis corripitur,niſi ſint longis compoſi- Seditio
ta aut deducta,vt ſunt Edulco,edictum,deditus, ſeduco, ſedulus & Sedulius,viri nomen in Baptiſta
Mantuano.in Quintiano male legitur Medymnus pro Nedymnus.Hermolaus legit apud Silliũ Edẽ-
tana,nõ Sedentana. Vide ipſum in caſtigationibus Plinij lib.3.cap.3. Pedius,vir:& Medeſtrata,mulier,
producũtur à Nicolao Valla. Hedone,id eſt voluptas,per η & ο,in ſecunda primam producit. Pe-
daſus,vrbis nomen,producitur ab interprete Strabonis:male corripitur à Nicolao Valla. Pedema,id
eſt ſaltatio,apud Iuuenalem per η. Zedoros,id eſt fertilis,Græce per ει & ω in ſecunda.

AE ante d,AEdes tam templũ quàm domus priuata.hinc multa ſunt,ædicula,ædifico,ædepol,æca AE ante d
ſtor,ædilis,ædituus,æditimus. AEdilus,viri propriũ,quãuis aliqui ſine diphthongo Edilus ſcribunt AEdes cum
apud Martialem libro 1. AEdo,licet ab è & do ſit,multi per æ diphthongon ſcripſere. Cædo cum ſuis
ſuis:in præterito autem cecidi diphthongon perdit. Cæduus,cædua,cæduum:vt Sylua cædua,quæ Cædo
cæditur:Incædua,quæ non cæditur,vt Lucus. Cædicus,proprium viri apud Virgilium nono & de- Cædicus
cimo AEneid. Cæditiꝰ,viri propriũ in 13.ſaty.Iuuenalis. Cædes,mors.Omnia à cædo verbo formari Cæditius
putant:vt Cæditianus,viri nomen in Martiale. Dædalus,viri proprium.dædallin,id eſt variare.hinc Cædes
dædalum Græci variũ vocant:& logodædalos,homines dicunt ſermonis varietate decipientes. Dæ- Dædalus
dala dædalorum,mons & vrbs Lyciæ: à Dædalo nomen accepit. Dædalion,viri propriũ. Hædus, Dædalion
teſte Varrone,olim à Sabinis fœdus dicebatur: poſtea hædus f in h verſa,vt hariolus pro fariolus.hinc Hædus
hædilus hædillus & hædiculus diminutiua:& poſſeſſiuum hædinus,a,um.Iſidorus ridicule deducit ab
edo,es,eſt:& ſine aſpiratione edus ſcribit.id Neſtor non reprobat:quia credit(eduli)corripi à Manilio
lib.5,Incipient eduli,&c.deceptus eſt Neſtor per mẽdoſum aliquem codicem:nam optimas impreſſu-
ras video habere non eduli,ſed hædi:ſic,Incipient hædi tremulum producere mentum. vt paulo poſt
in eodem libro,Oleniæ ſeruans prægreſſos tollitur hædos.ſic alibi ſemper.ſic cæteri omnes. Hædui,
populi quidam Galliæ. Lædo,& quicquid hinc eſt,læſio,&c. Pædagogus,id eſt puerorum ductor Lædo
& cuſtos.ſic quicquid eſt à pæs pædos,id eſt puer: vt pædagogium,id eſt ſeruitium atque mãcipium: Pædagogus
pædagium, id eſt puerorum ſeruorúmque habitatio. Pædia,eruditio inſtitutióque in bonas artes. Pædagium

Pædico tam nomen quàm verbum. Pæderaſtes,inhoneſtus puerorum amator.Pæderaſtia, turpis Pædia
puerorum amor. Pædotriba vel pædotribes,ludi literarij præceptor. Pædaretus,viri propriũ: quaſi Pædico
puerorum virtus. Pædomachia,puerorum pugna. Pædor,id eſt ſqualor & quæuis immunditia,ſeu Pæderaſtes
putor in animali:à pæs pædos,id eſt puer:quia pueri ſordibus plerunque ſunt obnoxij. hinc Pæditi, Pædotribes
ſordidi & obſoleti dicuntur.Papin.Theb.3,Obſitus exhauſto pædore & ſanguine vultus.Lucan.lib. Pædor
2,Longúſque in carcere pædor.Hinc quoque pædiculos ſeu pædunculos,qui & pædes dicuntur,ap- Pædiculi
pellari volunt:quos alij à pedum multitudine dictos putant ſine diphthongo:& ij melius. vide I ante Phædros
c. Pædiculi etiã,populi quidam ſunt. Phædros,Græcis pulcher dicitur.hinc multa ſunt,vt Phædro Phædromus
mus,adoleſcens in Curculione Plauti. Phædria,adoleſcens in Eunucho Terentij. Phædron,pro-
prium viri. Phædra,proprium mulieris. Phædrus, viri proprium,vt Phæderoton. Phædon, viri Phædon
proprium. Sidonius in 1.Panægy.Socraticúſque animus poſt fatum in Phædone viuus. Phædy-

mus, viri proprium. Phædyme Phædymes, mulieris propriũ. vtrunque cũ y Græco. Ouid. 6. Metam.
Phædymus infœlix, & auiti nominis hæres
Rhæda. Tantalus. Rhæda pro curru, teſte Guarino. Hinc rhædarius, auriga. hinc epirhædium, etiam pro cur-
Epirhædium ru quodam: ex Græco epi, & gallico rhæda. author eſt Fabius. Sædo verbum, quaſi ſanum do, vt qui-
Sædo. dam volunt: vt alij, quaſi ſeorſum do. Tædet, tædium, pertæſum. Tædulus, id eſt faſtidioſus. Tæ-
Tædia. dia, proprium mulieris. Iuuenalis ſaty. 2, Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam. Tæda, fax:
Tæda. teſte Neſtore ex Apuleio.
OE ante d. oe ante d, Fœdus, fœdare, fœdus fœderis: & quæcunque ex his deriuantur, quicquid dicat Iſidorus.
Fœdus. Hœdus video pleroſque his addere. Lœdoria, mordax dicacitas per l: nõ per m, mœdoria: licet ita ſit
Lœdoria. in Tortellio. OEdipus œdipi vel œdipodis, vel œdipodes œdipodæ, primæ, Thebanorum rex: vni-
OEdipus. co p contra ineptum quendam. Stathius, OEdipodæ confuſa domus. nomẽ adeptus eſt à pedum tu-
Phœdorus. more: quia œdema, eſt tumor: πούς, pus, id eſt pes. Phœdorus, viri proprium, authore Guarino Vero-
nenſi. ¶ AE ante d habent pæs pædos, puer, & inde, vt vult Pius, pædo pepedi: & pædones, qui ſæpe pæ
dũt, &c. AEdeſſa, vrbs. Mædi, populi Thraciæ: & Mædica, Thraciæ præfectura, vicina Pæoniæ, vt dif
ferant ab Aſiæ Medis, inquit Hermolaus. AEdepſo, non Edepſo, teſte Hermolao cap. 12. lib. 4. Plinij.
Hædudes, inſula Britãniæ. Dædalus, id eſt varius & ingenioſus, & viri nomẽ. Dædala Dædalorũ,
vrbs & mõs Lyciæ. Pædagogus, pueri ductor, &c. OE ante d, Bœdromia, ſacrificia quædã Athenis.
Hœdus, vnde fœdus. Lœdoria per o in ſecunda, id eſt conuitium, obiurgatio. Lœdorio, conuitior.

E ante f. **E ante f corripitur,**

vt Nefas. Iuuenalis ſatyra 13, Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Efula. Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat. Inepte quidam, Proh nefas horreſcunt crines. Producitur Efula,
vrbis nomen in Horatio. quidam ſcribunt Græcanice Ephula.

E ante g. **E ante g corripitur,**

vt Regio. Notentur compoſita, vt Segrego, dego: à de & ago, verſis breuibus duabus in vnam longã.

EXCEPTIO.

Egates. Egates, inſulæ. Sillius lib. 1, Flore virens auet Egates abolere parentum. Petrarcha in hoc nomine er-
Gregorius. rauit, vt deprehendes ex 7. Aphricæ. Egregius producitur: quia ex è præpoſitione fit. Gregorius cũ
n in prima ſyllaba, & o paruo in ſecunda ſcribitur, teſte Bebelio. id recte obſeruauit Baptiſta Mantua-
Hegaleos. nus. Quidam primam male corripuerunt ſecunda producta. Hegaleos. Papin. 12. Thebaid.
Diues & Hegaleos nemorum, Pernéſque benignus
Lego. Vitibus, & pingui melior Lycabeſos oliuæ. Mõtes ſunt Attici. Lego legas: hinc relego, allego, ablego,
&c. primæ ſunt. Lucanus lib. 6, Ac medio pugnare foro dum bella relegem. hinc legatus, quod simili-
Legitimus. ter producitur apud Horatium ſaty. 5. Legitimus producitur, quia fit à lex legis, nõ à lego legis. Ho-
ratius in Arte, Legitimúmque ſonum digitis callemus & aure. male ſcribitur ab imperitis gemino tt.
Pegaſus. Megareus (ni fallor) producitur 12. Thebaidos, vbi adiectiuum eſt Megareus, a, um. Pegaſus, equus
Perſei alatus. vnde muſæ pegaſides. Ouid. 5. Metamorph. Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo
Fontis. pro hoc equo nunquam corripitur. Apud Calphurnium corripitur alterius equi nomen E-
cloga ſexta, Aſpice quàm timeam, genus eſt (vt ſcitis) equarum
Non iugale mihi: quarum de ſanguine ponam Velocem Pegaſum. Apud Iuuenalem Saty. 4. produ-
citur pro viro quodam. Item pro alio viro corripitur 11. AEneid. Tum Lirim Pegaſúmque ſuper, &c.
Phlegeus. Phlegeus, viri propriũ. Papin. 2. Theb. -iubet ire ſub vmbras Phlegea. Rhegyum cum y Græco,
Rhegyum. Brutiorum vrbs. Ouidius 14. Metamorph. Rhegyon ingreditur, feruentéſque æſtibus vndas. interpre-
tatur abruptum: hinc enim Sicilia abrupta eſt ab Italia. Incolæ dicuntur Rhegyni. Eſt aliud Regiũ,
Regula. vnde Regienſes nominantur. Regula à rego contra primitiui naturam, aut à rex regis, vt regulus
Regulus. proprium & appellatiuum: ſic regina. Horatius ſaty. 3, -aſſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas. Martialis in fine libri ſecundi,
Tu tamen hunc fieri ſi mauis Regule primum, Vnum de titulo tollere iota potes. errauit in hoc Se-
dulius lib. 2, Pòſt Regulus nato quidam moriente rogabat. ſic Petrarcha ſæpe. Sic producuntur regu-
Tegula. lus, ſerpentis nomen: regillus, & regilla veſtis, & regaliolus, auicula. Tegula à tego contra primiti-
ui naturam. Iuuenalis, Vltimus ardebit quem tegula ſola tuetur. Vegrãdis compoſitione notum eſt.
Slege. Adde prædictis Slege, vrbis nomẽ apud Priſcianum in Perihegeſi. Iungit Bebelius Segeria. ¶ E ante
g corripitur, vt Meges, viri nomen, quod Nicolaus Valla male producit. Egra Græcè per e breue ſcri
bitur Stephano, éſtque nomen oppidi. Tegea, oppidum. vnde tegeæus, pœnultima longa. Produ-
cunt primam à longis deducta, vt Egero, egregius, ſegrego, dego. Item Gregorius, quia Græce in prima
n habet, vt verbum γρηγορέω, id eſt vigilo. Pegaſis, id eſt nympha fontis: à pege, id eſt fonte, produ-
citur. OEnone Paridi apud Ouidium, Pegaſis OEnone Phrygijs celeberrima ſyluis.
AEgeus. AE ante g, AEgi præteritũ ab ago, teſte Tortellio. AEgonomus, caprarũ rector. ab αἴξ, æx: ægos, id
AEgeum. eſt capra: & nomos, id eſt lex, hinc multa ſunt, quorũ ſignificata latius ab alijs declarantur. AEgæon,
AEgea. gigas. AEgeus, Theſei pater. vnde ipſe AEgides dicitur. AEgeũ, mare. AEgea ægeæ, AEge æges,

AEgæ ægarum, vrbium nomina. AEgæ quoque, inſula in mari AEgæo. AEge AEges, Amazonum re- AEgæ.
gina. AEgialeus, Abſyrtus, Medeæ frater. AEgiale ægiales, vel AEgialea, Diomedis vxor. AEge- AEgialeus.
ria, mulieris nomen. AEgis ægidis, Palladij pectoris munimentũ. AEgiochus Iupiter. Sic AEgylos, AEgiale, &c.
AEgylops, AEgyſthus, AEgon, quod nõ ſolum paſtoris, ſed etiam promontorij nomen eſt. Papinius 5. AEx ægos.
Theb. -ventiſque abſentibus AEgõ Motus. AEgocephalus, ægolethrõ, ægoceros, ægos, ægopota- AEgloga.
mitæ, ægipanes, ægonus. AEga, propriũ mulieris: ægophthalmos, ægomallias. ſic quicquid fit ab æx, Ecloga.
ægos. vnde volunt dici AEglogam, ſermonem de capris & rebus paſtoralibus: ab ægon, id eſt caprarũ: AEgina.
& logos, id eſt ſermo. id Neſtor negat: quia diceretur inquit ægologa: ideo vult cum c litera ſine diph-
thongo Ecloga: ab ec lego, id eſt eligo, quod componitur à Græcis ex ἐκ & lego: dicitur electio, expla-
natio & elegantia. AEgina, mulieris & vrbis nomen. AEgle ægles, nymphæ & mulieris propriũ. AEgle.

AEgypſus, viri proprium. AEgypſos, vrbis nomen cum y Græco. Ouidius in 1. de Ponto, AEgypſus.
Caſpius AEgypſus de ſe ſi creditur ipſis

Condidit, & proprio nomine dixit opus. AEgyptus, viri & regionis nomẽ cum y Græco, vt AE- AEgyptus.
gyptius, ægyptiacus, ægyptini. AEgnide, vrbs & mulier. AEgirœſſa, vrbs AEoliæ, vt ait Tortelli⁹. AEgnide.

AEgion & AEgys, vrbes apud Strabonẽ. AEgimurus, inſula apud eundẽ. AEgira, AEgialus, vr- AEgirœſſa.
bes. AEgidius, propriũ viri. AEger, ægrotus, ægritudo, ægrimonia, &c. Lucretius lib. 3, Præter enim AEgion.
quàm quod morbis tum corpus ægrotat. verſus eſt ſpondaicus: tollitúrque cum ſua vocali s in Cor- AEger.
pus. AEgroto, id eſt ægrotus ſum, neutrum eſt. AEgrotor ægrotaris putamus nõ dici contra indo-
ctos. Frægi à frango, teſte Tortellio. Neſtor in dictione AEgloga dicit, quòd Græci omnes dictiones Frægi.
vbi E eſt ante g, per ai diphthongõ annotare conſueuerũt, vt AEgon, AEgæon, AEgyptus: præter Ego
pronomẽ, & egeiro, id eſt erigo. Pægi præteritum, teſte Tortellio. Pægma: quod etiam per c pæc- Pægi.
ma quidã ſcribunt, æ diphthongon habet, teſte Tortellio. eſt ludus & machina quædam: à pæzo, id eſt Pægma.
ludo. hinc pægnia triſyllabum cum i ante a, genit iuo pægniorum dicuntur ludibria, teſte eodem. ſic
Pægnium, pueri nomen.

OE ante g, Nœgæum cum æ diphthongo in ſecunda ſyllaba, amiculi genus: & pro candido interim OE ante g.
ponitur. Liuius, Lachrymas de ore nœgæo terſit. Nœgæum.

¶ AE ante g, vulgo ſcribitur. AEgeria, nympha, vxor Numæ, magis longo abuſu quàm ratione. Nã Fe-
ſtus Pompeius ab egerendo dictum vult, quòd parientibus & egerentibus conceptum auxilio ſit.

AEgeſta etiam, oppidi in Sicilia nomen, ab Egeſto Troiano denominata, melius per e ſcribi putatur:
ne tamen nomen ſit obſcœnum, ſi egeſta dicatur, vt ſordes alui, quæ egeritur, egeſta dicitur: vbi egeſta
eſt, præpoſitum eſt s: & dicitur Segeſta. Egeſtus etiam nomen fuit filij Numitoris ab Amulio ſublati,
ne regnum Albanum tandem arriperet: quod Paulus Marſus prima longa in genealogia Romanorũ
pronuntiat, Inde per inſidias truncat Numitore creatum Egeſtum. AEgathes ægathium tertiæ
plurale, inſulæ quædam ſunt nautis Gotha dictæ, in prima eſt diphthongus. Pegma, Tortellius ἀπὸ
τοῦ παίζειν diphthongo ſcribit: ſed Hermolaus improbat deducens ἀπὸ τοῦ πηγνύειν, quod eſt pangere.
Græce πῆγμα dicitur, hoc eſt pagmentum: genus ludicri dicitur pæchnium: vnde technopæchnium
apud Auſonium. AEgialos, olim quæ nunc Achaia dicitur, propter vrbes in litore diſpoſitas: quia
ægialos, litus dicitur. AEgialus etiã, oppidi nomen eſt. AEgialia, inſula in ſexto Herodoti. AEger
& ægroto. Lucretius autem lib. 3, Præter enim quàm quod morbis cũ corpus ægrotat. ſpondacium fe-
cit, abſumptis u & s in Corpus: quod quia rarius fit, legi poteſt corpus cum ægrotat. Manilius lib. 1,
AEgrotat natura nouum ſortita ſepulchrum. AEgylops, morbi nomen. AEgithus, auis perdicis
magnitudine, alio nomine Salus. AEginium, vrbs. AEgyla, inſula. AEgimuros, inſula Aphricæ.

AEguſa, inſula. AEgira & AEgion apud Hermolaũ cap. 5. lib. 4. Plinij. Qui etiam AEgaleos ſcri-
bendum cenſet apud Papinium. AEgidius, viri proprium ab AEgide. Væ, quæ particula nunc au-
get, vt væhemens: nunc minuit, vt væpenis, id eſt parua mentula. Martialis,
Dranci nata ſui vocat væpenem,
Collatus cui gallus eſt Priapus, Qui deus dictus eſt mẽbroſior equo. Gallus hîc auis videtur, ſed ad
hominem alludit: væ etiam peruerſionem notat, vt Væcors, væſanus. OE ante g, vt Nœga, oppidum
Hiſpaniæ Straboni: & Nœgameſia, fluuius in Cantabrorũ litore Ptolemæo. Quidã male Nœtã vocãt.

E ante l in diſſyllabis producitur, E ante l.

vt Velum, velo velas, vnde reuelo.

EXCEPTIO. Chelys cũ ch aſpirato & y Græco, teſtudo & cithara. Papinius 4. Syluarũ, Cedamus Chelys.
chely, iam repone cantus. vocatiuus eſt chely, & verſus phaleucius. At Chela chelæ producitur. Vir- Celer.
gilius, Inter cheláſque ſequentes. Celer tam proprium quàm appellatiuum. Ouidius 10. Metamor-
phoſeos, Emicat, & ſummam celeri pede librat arenam. hinc Celox celocis, nauicula à celeritate dicta, Celox.
quæ etiam Celonis appellatur. Ennius, Labitur vncta carina per æquoráque alta celonis. non docte
igitur in generibus Nebriſſenſis dixit, Fœmineis addes ſolox celóxque phalánxque. vbi etiam Solox Solox.
male producitur. Lucillius, Paſchali pecore, ac montano hirco atque ſoloce. Eſt autem Solox, pecus
lana contectum, aut ipſa craſſior lana. Felo aut felio in Philomela, Gela, vrbs & fluuius Siciliæ. Gela.

Sillius 14, Venit ab amne trahens nomen Gela, venit & Heſa. Gelæ, etiam populi ſunt in 11. Strabonis.

Gelu. Gelu: quod vetuſtiores Gelum quoque dixere, & maſculinè Gelus. hinc gelare, regelare, &c. Lucretius lib. 5, Aſſiduóſque geli caſus mortalibus affert. Et in libro 6, Demittit, quaſi ſæpe gelum quod

Helix. continet in ſe. Gelos, gelotos, id eſt riſus. Helix helicis, hederæ ſpecies: vnico l contra Tortellium: quia, teſte Neſtore, corripitur à Theocrito in primo Idilio. Ego inueni Helix viri proprium corripi in ſexto Valerij Flacci dicentis, —Neſtoris haſtæ

Immoritur primæuus helix, nec reddita charo

Helos. Nutrimenta patri. Helos, in quarto Thebaidos Papinij, oppidi nomen. Helops helopis, proprium

Helops. viri. Papinius 12. Thebaidos, Ore remordit Helops, humero tranſmiſit iapix. Helox, canis in Baptiſta.

Lelex. Lelex, viri proprium. Ouidius 8. Metamor. Neritiúſque Lelex. Et gentis nomẽ. ſeruat ſemper e in o-

Melas. bliquis, vt Lelegis. Lucan. Mox Lelegum dextra, preſſum deſcendit aratrum. Melas, fluuij nomen. Papinius 7. Thebaid. Palladiúſque Melas. Et viri proprium. Valerius Flaccus lib. 7,

Proceſſere Melas, & Idaſmenus incipit haſta

Ante Melas. At Mela Melæ, viri proprium producitur in 14. Sillij: & fluuij proprium in Catullo ad ianuam, Flauus quàm molli percurrit flumine Mela. Melas, id eſt niger, corripi monſtrat Melampus.

Meles. Meles Melis, vel Meletis, fluuius prope Smyrnam. Stath. 3. Syluarum,

Smyrna tibi gentile ſolum potúſque verendo

Melos. Fonte Meles. Meli, id eſt mel, corripitur: ſed in compoſitis ſolum vtimur, vt melimelũ. Melos, dulcis modulatio. Lactãtius de CHRISTI reſurrectione, Fitque repercuſſo dulcior aula melo. Apud Perſiũ, Cantare credas Pegaſeium mellos. ll geminatur productionis gratia, quod Politiano non placet, qui Nectar legendum putat. id Hermolao non placuit, qui in annotationibus ſuper Plinium circa finẽ lib. 32. naturalis hiſtoriæ cenſet recte legi vnico l melos: quia Homerus primam produxit in hymnis. Idem dicit Aldus. Idem dicit Marullus deridens Politianum, quem Ecnomum vocat dicens,

Poſſe negas dici Melos facunde poeta:

Atque adeò picas nectar ais canere.

Scilicet huc ſtudio curáque trahente fideli, Nequando placitũ nectar ab ore cadat. Sed neque diuinus male μέλος ἄειον Homerus: Nec niſi qui laudat nectar, inepte canit. Quid dicam de tanta tantorum virorum diſſenſione? Non noſtrum inter eos tantas componere lites. Conſilium meum eſt, vtcunque legendum ſit apud Perſium, nunquam producendam eſſe priorem in Melos: quod indeclinabile eſſe male cum vulgo docet Calepinus, quia iam (melo) ablatiuus viſus eſt, & pluralis nominatiuus

Pelops. accuſatiuúſque (mele) in vltimis patebit. Pelops, rex Achaiæ, Tantali filius. Ouid. 6. Metamorph.

Mater in inuidia eſt, hanc tunc quoque dicitur vnus

Scelus. Fleſſe Pelops. Scelus ſceleris. Ouid. 15. Metam. Heu quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi. Sce-

Stelis. los, id eſt crus. vide E ante l, Periſcelis. Stelis, quia per e pſylon ſcribitur. Telõ telonis, rex Caprea-

Telon. rum. vide E ante b, Sebetus. Eſt aliorum quoque proprium. Lucan. lib. 3, Dirigit huc puppim ſeri quo-

Velut. que dextra Telonis. Velut, veluti, velim, velis notiſſima ſunt.

Velim. ¶E ante l in diſſyllabis producitur, vt Telũ. Corripitur Pelops: vt Humeróque Pelops inſignis eburno. Inde Pelopia, filia Thyeſtæ, neptis Pelopis, apud Ouidium in Ibin ſolam tertiam producit, ſicut Pelopea, quæ eadẽ eſt apud Iuuenalem. Melos Pius & Stoa & Aldus putant poſſe produci, vnde ſatis dixi, citans illud Perſij, Pegaſeium melos. Felo verbũ in carmine de Philomela, Pardus hiando felit, &c. notat Stoa. Helix aut helit, canis nomẽ: interpretatur dilaceratio, corripitur à Mantuano. Stelis ſtelidis per e breue, ſcribitur fructus abietis aut pini. Helos, oppidũ: cuius incolæ Helotæ: corripitur ab Homero in Volaterani lib. 9. Et Strabonis interpres lib. 8, Ae Helos & Pteleon, tũ Doriõ, aſt ibi muſæ.

Helops aut helaps, ſerpẽs. Lucilius apud Feſtum in Sargijs, Quem præclarus helops, quem AEgypto Sargus mouebit. niſi in (præclarus) us abſumatur. Pela, terræ nomen, per e breue ſcribitur.

E ante l in polyſyllabis corripitur, vt ſelibra. vide Scrypulum I ante p. fit ex ſemis & libra. Priſcianus

Selibra. tamen in libello de ponderibus (vbi multa ſunt contra veterum conſuetudinem) produxit dicens, Selibrámque ferunt mellis ſuperaſſe bilibri. Tu Martialem ſemper id nomẽ corripientem imitare. Notẽtur è longis deducta, vt Delius, delia, belides, zelotypus, velites. Delibutus à de & libuo verbo anti-

Delibutus. quo, id eſt vnguo. nam Delibutus, vnctus eſt. quidam dicunt participium eſſe ſine verbo. alij dubitãt an compoſitum ſit. Horatius in tertio Epodo, Hoc delibutis vita donis pellicem

Serpentem fugit alite. Iambicus trimeter cum dimetro, vbi (libu) iambus eſt: quare non imitabor Pru-

Elegans. dentium in Pſychom. dicentem, Delibuta comas, oculis vaga, languida voce. Elegans ab eligo nomẽ: nam participiũ eſt Eligens: quidam male corripuerũt. Catullus ad Flauium, Ni ſint illepidæ atque inelegantes. Idẽ ad Fabullũ, Sed quid ſuauius elegantiúſve? Et alibi, Nec ſane nimis elegante lingua. Mart.

Elicius. lib. 7, Sed tu dulcior elegãtiórque. verſ9 ſunt omnes phaleucij. Elicius Iupiter ab eliciẽdo, vt in Faſtis Ouidius docet. Elogiũ producitur apud Virgiliũ in Culice. Eadẽ ratione producitur Elixus: quia ex e & lix, id eſt cinis igníſque apud veteres. Mart. lib. 3, Quod diuidebat balneator elixus. Scazõ eſt. De-

Delecto, delicium, &c. lecto, deliciũ, deliciæ, delicio, &c. Virg. Delicias domini, &c. Ellychniũ poſitione producit, vt Ellipſis.

EXCEPTIO. Celoniũ per κ & ο, id eſt ciconia, inſtrumẽtum quo aqua hauritur. Chelone, piſcis: at

teſtudo corripitur,teſte Volaterrano 25. Delubrum.Ouidius 1.Metamorph. Ad delubra deæ. Ely- Delubrum.
ſium cum y Græco in ſecunda ſyllaba.hinc Elyſius elyſia elyſium. Virgilius lib.6,Mittimur Elyſium, Elyſium.
& pauci læta arua tenemus. Electra,mulieris proprium. vide in vocali ante vocalem,Taygete. Pro- Electra.
pertius lib.2,Non Electra ſuum ſaluum quum aſpexit Oreſtem. Vulgò tamen habetur mendoſe,Nec
ſic Electra ſuum,&c. Electrum.Ouidius 2.Metam.Inde fluunt lachrymæ, ſtillatáque ſole rigeſcunt Electrum.
De ramis electra nouis. Virgilius 8.AEneid.Quod fieri ferro liquidóve poteſt electro.verſus eſt ſpon-
daicus,vbi vulgò male legitur Poteſtur. Sic in Ciri,Coralio fragili & mouit lachrymoſo electro. Simi-
liter ſpondacius eſt,vbi ineptè legitur Coralio fragili & lachrymoſo mouit electro. teſtis mihi eſt cla-
riſſimus ille in re literaria heros Angelus Politianus,cui nequicquam eum Sulpitio refragatur Curius
Lancilotus & Nicolaus Ferettus,quem pulchre refellit Becichemus : licet Poteſtur & Poteratur olim
dicta ſunt,quod Politianũ minime latuit,vt videbis in Miſcellaneis cap. 71. non tamen conſtat Vir-
gilium Poteſtur dixiſſe.& licet quandoque Latini ω & η corripuerint, forſitan non continuò id con-
ceſſerim eos hoc feciſſe in Electrum. Nos itaque Electrum ſemper produci dicamus,quantuncunque
aduerſetur Ferettus. Quidam aſpirant Helectra,helectrum. Elegia nũquam corripi ſatis probauimus
in I ante a contra peruerſam nõnullorum doctrinam. Eleus,populus in Periegeſi. Elona,vrbs a-
pud Strabonem lib.9. Helias:vide I ante a. Helios,ſol.vnde Helias heliadis,ſolis filia.Ouid.2.Met. Helias.
Nec minus heliades lugent,& inania morti Helios.
Munera dant lachrymas. Sic Heliodorus,Heliotropiũ,& ſiquid aliud ex eodem fonte deriuetur. He-
lizabeth à Chriſtianis variatur. Heliſos variatur. vide I ante s. Melanió. Melius Melij,viri propriũ Heliſos.
apud Philelphum in ſexta quintæ,Quantum pulchra boni mors efferat,ille monebat Melius.
Meli,qui te adiens morere inquit:nam nec olympum
Aſcendes,&c. Melota,quia per η. Melanthiũ,herba,apud Columellam. Melanurus,piſcis apud En-
nium. In Oppiano à Lippio ſemper corripitur. Pelamys cum y Græco,piſcis quidam. Iuuen.ſat. 7, Pelamys.
Siccus petaſunculus & vas pelamydum. Pelion,Theſſaliæ mons.Ouidius 12.Metamorph. Pelion.
-paruóque in tempore nudus
Arboris Othris erat,nec habebat Pelion vmbras. hic Nudus genitiuũ regit. hinc Pelias Peliadis.Ouid. Pelias.
in 1. de remedio amoris, Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. at Pelias Peliæ,Iaſonis patruus corripi-
tur. Idem 7.Metamorph. Phaſias aſſimulat,Peliæque ad limina ſupplex
Confugit. Peleus diſſyllabum eſt:vnde Pelides.quidam inter triſyllaba male reiecit:niſi per diæreſin,vt
Orpheus. Pelignum,Ouidij patria,cuius incolæ Peligni dicuntur. Mart. Non hæc Pelignis agitur Pelignum.
vindemia prælis. ſic cæteri. ergo in ſecundo libro epiſtolarum indoctè ita dicit Petrarcha,
Sulmo ſibi patria eſt:atque his mihi crede Pelignis
Naſo ſecundus adeſt. Peluſium,AEgypti vrbs,& vnum ex oſtijs Nili. hinc Peluſius peluſia peluſiũ,
& Peluſiacus. Lucan.lib.8, Et peluſiaci tã mollis turba Canopi. Mart.in Xenijs,Accipe niliacam pe-
luſia munera lentem. Sillius lib.3,Caſtráque Peluſi Romano ſubruta ferro.pro Peluſij. Pelodes,ſinus
maris per η. Spelunca. Virgilius 2.AEneid. Spelunca alta fuit,vaſtóque immanis hiatu. Spelæum. Spelunca.
Idem in Bucol. Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum Spelæum.
Malle pati. Apuleius vult etiam in prima eſſe diphthongon:quia veteres ſæpe verterunt η in æ diph-
thongon:vt cæra,ſcæna,plæraque. Spelæum,id eſt ſpelunca. Teleboas,viri proprium.Ouid.12.Meta. Teleboas.
-Chthonius quoque Teleboáſque
Enſe cadunt noſtro. Teleboæ,AEtoliæ populi,& inſulæ quædã. vide Sebetus,E ante b. Telebous, Teleboæ.
viri proprium. Sillius lib.7, Teleboi medio ſurgunt quæ regna profundo. Telecoon, viri proprium. Telebous.
Val. Flaccus lib.3, -Ancæus Achelum Telecoon.
Sternit,& elatæ propius ſuccedere dextræ Telegonus.
Telecoonta ſinit. Telegonus,viri nomen. Propert.lib.2,Quid petis ææi mœnia Telegoni. Telema- Telemachus
chus,proprium viri. Horat.7.epiſt. Haud male Telemachus proles patientis Vlyſſei. Telemus, viri Telemus.
proprium. Ouid.13.Metamorph. Telemus Eurymedes quẽ nulla feſellerat ales. Telephus,viri nomẽ. Telephus.
Horatius in Arte, Telephus & Peleus quum pauper & exul vterque
Proijcit ampullas. Telo,id eſt perficio. Telephonum per η. Velabrũ, locus Romæ vbi optimus fie- Velabrum.
bat caſeus,qui Velabrenſis dicebatur. Tibullus libro 2,At qua Velabri regio patet,ire ſolebat. Mart.in
Xenijs, Non quencunque focum,nec furnum caſeus omnem,
Sed Velabrenſem qui bibit,ipſe ſapit. In Velabro omnes ganeatæ epulæ parabantur. Velicer,fluuij Velicer.
nomen. Sidon.in 3.panægyrico,Bructerus, vluoſa quem Velicer abluit vnda. Bructerus,eſt populi no-
men. ¶ Pelion,montis Theſſaliæ nomen,Aldus putat variari,ſed rectius producitur:& in Sillij lib.3,
Oſſáque cũ Pelio cúmque Hemo ceſſerit Othrys. verius legit Stoa,Oſſáque cũ Pindo,&c. vt Metam.
2,Oſſáque cum Pindo,maiórque ambobus Olympus. Eſtque quicquid aliubi dixit maſculini generis.
Ouid.3.Faſtorum,Ignibus Oſſa nouis,& Pelion altior Oſſa. Et Metam.7, Et quas Oſſa tulit,quáſque
altus Pelion herbas. Pelios aut Pelius etiam à quibuſdam vocatur. Apud Stathium in Achil. -Pelean
dulce maritat Pelion. Dulce eſt aduerbium. Græce ſcribitur per η ſicut πηλός,id eſt lutum: vnde &
Pelamis & Pelopes prima longa,& etiam ſecunda in Pelodes ſinu maris. Pelias etiam patronymicum

poſſeſſiuè ſæpe ſumptum etiam prima longa,ſicut Pelogoni,gigantes. Melanthium,herba Columellæ libro 11,Naſcuntur gracili melanthia grata cumino.Latine Git dicitur,Græce etiã Melanſpermon, id eſt nigrum ſemen. vnde nonnulli nigellam vocant, ait Beroaldus. Celonium per η & ο,ciconia, inſtrumentũ quo aqua hauritur è puteis.In Vallæ Herodoto ſcribitur Celoneũ,nõ celoniũ. Celaſtrus per η,arbor eſt in Theophraſto. Helectrum etiam per η,licet Stoa credat variari, ſemper producetur.

Melanurus,piſcis apud Stoam in Ennio, Melanurũ,turdum, merulámque,vmbrámque marinum. Longe aliter Lippius lib.3,Haud facili paruus melanurus fallitur arte. Elæus, populi nomen producitur in Periheg eſi. Telyphoniũ per η,mirãdæ virtutis herba in Theophraſto. Melich⁹,vir apud Martialem producitur:ſed ſæpe Milichus ſcribitur. Melota,pellis ouina: quia μῆλον, ouis: vnde cætera ducta producuntur, Melotis, meloboton, terra quam oues paſcuntur: & meloboter, ouium paſtor.

Melolanthi,à pomis nomen habent Hermolao cap.3.lib.3.Plinij:quia μῆλον etiã pomũ eſt. Melophori,ſatellites regis Perſarum,id eſt pomiferi: quia geſtant in ſpiculis mala. Melotrus,herba:& melothrũ,ſuffrutex. vtrũque per η & ω. Melobοſis,nymphæ nomẽ producitur à Pylade in Genealogiæ 3. Lelanth⁹ producitur,teſte Bebelio. Elena,vrbs producitur,apud Strabonẽ libro 9. Meloeſſa & Meluſſa,inſula à pecorũ abundantia,ſic dicta Hermolao lib.3. Telebos, Perelæ filius:vnde Teleboæ populi. Chelone,piſcis per η.Chelone autẽ teſtudo corripitur. author Volaterran⁹ lib.25. Melamion per η,Hippomenes dicitur,ab aureis malis,id eſt pomis,quibus à Venere donatis Atalantã morando vicit. ita complures ſentiunt,licet vulgares Memalion habeant. Aldus ſemper Melanion impreſſit. Ouidius 3.Amorum, Talia Melanion Atalantæ crura fugacis

Optauit manibus ſuſtinuiſſe ſuis. Duæ autem ſecũdum Merulam Atalantæ fuerunt: alteram curſu nobilem,alteram Nouacrinam,id eſt Arcadicam.

AE ante l. — AE ante l, AElia, Varronis præceptor, & regio, & mulier. AElius,viri nomen. AElianus, pro-
AElia. — prium & appellatiuum. AElea,magiſtratus quidam Athenis. AElurus,id eſt felis. Bælua cum æ
AElius. — diphthongo,teſte Georgio Valla.hinc Bæluinus & bælutus. Horat. Bælua multorũ capitum es. Sunt
AElianus. — qui gemino ll bellua ſcribant ſine diphthõgo: inter quos eſt Senenſis,credens hinc bellum dici. Cæ-
AElurus. — lum,cælandi inſtrumentum. ſic cælo,cælas,ſculpo. Auſon. lib.1.Epig. Talia fecerunt ferrea cæla deam.
Bælua. — Cælo,cælas,id eſt ſculpo ſiue ſigno:vnde vaſa cælata dicũtur,quæ ancæſa veteres appellabant,quòd
Cælum. — forent circuncæſa. hinc cælum, mundi pars longe pulcherrima: quia ſtellis cælatum eſt. cui opinioni
Cælo. — aſtipulatur Senenſis. Alij tamen à κοῖλον,id eſt cauum deduci volunt,teſte Varrone:ideo cum œ diph-
Cœlum. — thongo ſcribunt cœlum.hinc cæleſtis,&c.& cælebs. alij ſine diphthongo celum ſcribunt per contra-
rium:à celo,id eſt abſcondo.nobis placet prima opinio:vt per æ diphthõgon cælum ſcribatur. Cæl-
Cælſus. — ſus,id eſt ſublimis,à cælo deriuari volunt.hinc præcælſus,excælſus:quæ alij à cello,id eſt cedo deducẽ-
tes ſine diphthongo ſcribunt.id nobis placet. at cællo, ceculi, id eſt cædo cecidi, diphthongon habet:
vnde percællo,præcællo,procællo,recællo. Cella,& quicquid eſt hinc diphthõgo caret:quia à celo,id
Cælius. — eſt abſcondo fit. Cælius,viri & montis nomen. Cælia,mulieris proprium. Lælaps lęlapis,canis pro-
Lælaps. — prium,& forſitan viri aliquando:à lælaps lælapos,id eſt turbo turbinis, quòd velox ſit vt turbo. Ouid.
3. Metam. Inde ruunt alij,rapida velocius aura

Pamphagus,& Dorceus,& Oribaſus Arcades omnes:
Nebrophonóſque valens,& trux cum Lælape Theron,
Et pedibus Pterelas & naribus vtilis Agre,

Lælius. — Hylæúſque ferox nuper percuſſus ab apro, Déque lupo cõcepta Nape. Lælius,Lælia,hominũ pro-
Lælia. — pria. Mart: lib.12,Quid facies,oculo Lælia non emitur. Nimium decepit Petrarcham error Seruianus.
nam auſus eſt diphthongon in proprijs variare. nam in 3. Aphricæ ait,

Acciri propere Lælium iubet,ilicet ille
Affuit. Alibi nunc producit,nunc corripit. tu id ne feceris,ne pectus habere negeris.

OE ante l. — OE ante l. Cœlius,Cœlia,hominum propria. multi tamen per æ diphthongon ſcribunt. at cum s li-
tera Selius,Selia,etiam hominum propria ſine diphthongo ſcribuntur,quia corripiuntur:vt ex Martia-
Cœloſyria. — le facile deprehendes. Cœliaci,& quicquid ex κοῖλος,id eſt concauus deriuatur, vt Cœloſyria, id eſt
Cœliſtomia. — caua Syria. Cœliſtomia,quod per æ quoque recte ſcribi credit Calepinus,quem vide. Choelius,vi-
Choelius. — ri proprium:& Choelia,mulieris proprium,triſyllaba per ſynæreſin ſunt:natura ſuapte tetraſyllaba eſſe
Choelia. — dicuntur. Prius eſt apud Sillium lib.10:poſterius vero apud Virgilium libro 8. AEneidos. Fœlix,tam
proprium quàm appellatiuum. ſic Fœlicitas,fœlicito fœlicitas,&c. ¶AE ante l,vt Cæleas, vir in 5. Herodoti. Elæa tantum in ſecũda diphthongon habet,in prima η,quæ etiam producitur:fuit magiſtratus quidam Athenis. OE ante l,vt Cœle,id eſt Cœloſyria. Cœlia,Amazonũ vna. Cœliaci, qui alumni Latine à Cœlia ventriculo ſtomachi. Felix,Stoa negat diphthongon habere. antiqui vocalem longam geminabant,vt fœlix.

E ante m.

E ante m corripitur,

vt Gemo:at poſitione producitur Plemmyrium cum y Græco in ſecunda ſyllaba,fluuij nomen.

EXCEPTIO. Producũtur quæ ab e litera etiã aſpirata inchoãtur,vt Eminus,hemina,&c. Hinc tol-

luntur verba Emo & Emio:vnde Redimere & Redimire.Producũtur quoque diſſyllaba tertię declina-
tionis creſcentia in genitiuo, vt Schema,nemo,temo.Sidon.lib.9,Schema ſic artis phaleráſque iũgam.
Sapphicum eſt. Thema:licet quidam velint corripi.hinc Epithema,id eſt ſuperimpoſitum, pœnulti- Thema.
ma producta,teſte Neſtore in dictione Epitome.Arator libro 2, -dat & actio Pauli
Ad vitæ præcepta viam:ſic themate iuncto
Hi magis alterius ſoluerunt vocibus ora. ſic author argumentorum Papinij quiſquis fuerit tandem,
Themate propoſito narrat Thetis alma rapinã. Hinc excipiuntur Nemus,memor,Chremes,themis,
femur.Horat.Iratúſque Chremes.Ouid.1. Metamor.
Dic Themi qua generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit.Virg.10.AEneid. Eripit à femore, & trepidanti feruidus inſtat. ita legendum eſt, non fœmine,
contra Seruium:quia fœmen dipthongon œ habet,teſte Neſtore.Femur autem notum eſt ſemper cor- Femur.
ripi. Crementũ:vnde incrementum.Virg.in Bucol.Chara deûm ſoboles magnũ Iouis incrementũ. Crementũ.
Crema cremæ,apud Philelphum in 9.decimæ,oppidi nomen eſt Italiæ. Mantua.in 3. de triumpho Crema.
Gon.corripit:poteris variare. Chemites producitur à Lippio. Demo demis,dẽpſi in præterito.teſti- Demo.
monium facile occurret. Demum,aduerbium.Perſius,Nunc demum numero, &c. Demos, id eſt Demum.
populus.hinc multa ſunt propria & appellatiua,Demodocus,Demophoon,Demoleon, Demarchus, Demos cũ
Demarchia,Demoſthenes,Democritus.teſtimonia paſſim occurrent. Iuuen. ſatyra 10,Eloquium aut ſuis.
famam Demoſthenis aut Ciceronis.in quo hallucinatur quidam neotericorum dicẽs, Vnde fuit pro- Demoſthe-
fugo vocitata Demoſthene plæbes? Demetrius,apud Iuuenalem & alios,viri proprium.ſic Demene- nes.
tus,Democles,&c. Mnemoſyne,muſarum mater. vide Deois in E ante o. Mnemoſynon.Catul.ad Mnemoſyne
Aſinium,Verum eſt mnemoſynon mei ſodalis.id eſt monumentũ.Phaleucius eſt. Nemea,à ſolo Se- Mnemoſy-
neca ſemel tantum notaui produci.vide E ante a. Phemius, viri proprium. Philelphus in 9. primæ, non.
Sic fertur Phemius olim.eſt finis verſus.ſiquid fiat à Pheme,id eſt fama,vt Polyphemus, producitur. Phemius.
Remex,Remus,Remigo remigas,Remigium. Propertius lib.2,Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arun- Remex.
dine remex.Virg.1.AEneid.Franguntur remi.ſic Remi remorum, oppidum Galliæ,non indeclinabili- Remus.
ter Remis,vt indocti dicunt.Sidon.in Euchariſtico,Præterea quòd me pridem Remos veniẽtẽ. Rhe- Remi.
mus,Turni miles.Virg. AEneid.9, Armigerúmque premit Remi aurigámque ſub ipſis. At Remus, Rhemus.
Romuli frater,corripitur.Perſius,Vnde Remus,&c. Remigius,viri propriũ,puto produci à Remex Remigius.
remigis. Semi cum ſuis,vt ſemis ſemiſſis,ſemihomo,&c.Perſius, Semi.
-nullo thure litabis Hæreat in ſtultis breuis vt ſemuncia recti.Sic Semodius,ſemita, quaſi ſemi iter.
Semen,ſemino,ſeminium,ſeminarium,ſementis:teſtimonia vulgo patent. Semi, in quibuſdam i peni-
tus perdit,vt ſemuncia:non in omnibus,quicquid dicat Nebriſſenſis, vt ſemihomo,ſemiermis, &c. Se-
marchus,Niobes filius in Pylade. Temetum,vinum,dictum quòd mentem tentet & labefactet, va- Temetum.
riatur.hinc Temulentus,temulentia.Iuuen.15.ſatyra,De Corcyræa temetum deduxerat vua.Horatius
epiſtola vltima, -accipis vuam, Pullos,oua,cadum temeti:nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum.¶E ante m corripitur, ſed producitur dum prima eſt litera, vt Emitto: ſed
Emundus à Valerando corripitur.Et Emys emydis per e breue ſcribitur. dixi produci diſſyllaba tertiæ
in genitiuo creſcentia.hinc tolle Femur & femen.Quia etiam femen,vt vult Hermolaus & Seruius &
Pylades,ſine diphthongo ſcribitur:& corripitur AEneid.10. vbi legendum,vt vult Seruius,Eripit à fe-
mine,& trepidanti feruidus inſtat. Et Auſonius, vt legit Stoa,Per teretes feminum gyros ſuráſque ni-
tentes.Femur, vt volunt,eſt pars poſterior ſiue exterior coxendicis ſeu coxæ.Femen autem,pars interior
ſeu anterior:verum Femur pro tota parte pudenda interdum capitur. Thema,per e breue ſcribitur.
Cremamola à Mantuano producitur:ſed vir hic à Sabellico Carmamola vocatur.Crema autẽ corripi-
tur à Mantuano. Demoſthenes à Fauſto quidẽ corripitur,ſed debuit produci vt ſimilium. Demo-
nax,etiã ſecunda longa huius demonactis. Demipho,Demenetus,Demaratus,Demochus,Demõne-
ſos,demoborus,populi deuorator. Nemertes,nymphæ nomen, producitur à Nicolao Valla & Pyla-
de. Clema & Clematis clematidis vtrũque per η.Clema eſt palmes.Clematis,ſarmenti malleolus.vn-
de adagium,Clematis AEgyptia dicitur authore Hermolao cap.15. libro 24. Plinij in proceros nigro
corpore. Cneme per η,eſt vrbs vicina Agarico promõtorio.Cnemos,collis:& Cnemis Cnemidis,mon
tis nomẽ,à quo Epicnemij & Epicnemidæ,populi per η. Chemites,lapides pretioſi. Lau.Lipp.in di-
ſtichis,Chemites pius eſt,defunctáque corpora ſeruat. Semarchus, Niobes filius producitur à Pyla-
de. Temetum,Regio producitur: Temulentus tamen & abſtemius te correpta legũtur.Et temulus,
quod pro temulento Pius in Lucretij librũ 1. legit,Fiet vti riſu temulo concuſſa cachinnent. vbi for-
tè legendum eſt Tremulo. AE ante m.
AE ante m, AEmulus,æmulor.hæc Chœroboſcus aſpirat,teſte Georgio Valla. AEmilia,ſermonis AEmulus.
lepiditas.hinc AEmilius,AEmilia,hominũ propria.AEmilia quoque,regio eſt:& AEmilianus,propriũ AEmilia.
& appellatiuum.Mart. Pauper eris ſemper,ſi pauper es AEmiliane, AEmilius.
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. Petrarcha errauit in 3. Epiſt. Dux Marcus AEmilius eſto. AEmon.
AEmon æmonis,viri proprium.vnde AEmonia,regio,quæ etiã Theſſalia dicitur.Vnde AEmonius, AEmonia.
æmonia,æmonium:& AEmonis æmonidis,quidam aſpirant Hæmonia,vt Calepinus meminit. Cle-

Clæmens. mens, proprium & appellatiuum. vnde Clæmentia, proprium mulieris. ideo minus docte Petrarcha dixit in primo Epiſt. ad Dionyſium, Coniuge quinetiam ſpoliata Clæmentia magno
Dæmon. Tunc aderat. Cæmentũ à cædendo. Dæmon dæmonis, dæmoniũ, dæmoniacus. hinc cacodæmon,
Hæmus. &c. Dæo, id eſt intelligo, ſcio. Hæmus, mons Thraciæ: dictus ab Hæmo, filio Boreæ & Orythyiæ. Tortellius dicit ſine aſpiratione ſcribi AEmus. Hæma, id eſt ſanguis. vnde multa ſunt, vt Hæmatites, lapillus ruboris ſanguinei. Hæmorrhois, ſerpens cuius morſu ſanguis effluit. Rhois, id eſt fluor. Lucanus libro 9, At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem
Scamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes. Hæmorrhois item, eſt ſanguinis fluxus, morbus grauis. Hæmonia iam patuit. Hæmibetũ. Mæmus, viri propriũ. Philel. nona ſeptimæ, Mæme decus Senæ, mentis ſolatia noſtræ. Læmargia, pœnultima longa, ingluuies. Læmagus, guloſus.

OE ante m, Cœmiterium à Cœmomai, id eſt ſopio: quia ibi mortui dormire dicuntur. indocti à Cimis, id eſt dulcis, cimiteriũ dici autumant: quos Neſtor bene reprehendit. Fœmina fœminæ, Fœmina fœminũ. Fœmen nominatiuus rarus eſt, vt in heteroclitis diximus. hinc Fœminalia & effœmino effœminas. Lœmius, id eſt Apollo apud Lindios, vt refert Macrobius lib. 1. Saturn. Phœmonoe Phœmonoes, filia Phœbi quæ heroicum carmen prima ceciniſſe dicitur. Papin. 2. Syluarum,
-referétque arcana pudicos
Phœmonoe fontes. Eſt quoque alterius Phœbanis nomen. Lucanus libro 5, Phœmonoen errare vagã curſique vagantem. Pœmenis, canis nomen, interpretatur paſtoralis. Ouid. 3. Metam.
-pecudéſque ſecuta Pœmenis & natis comitata Harpyia duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromas & Canache. Pœmenicus, id eſt paſtoralis. ¶AE ante m, vt AEminius, locus in Hiſpania. Hermol. cap. 22. lib. 4. Plinij. OE ante m, vt Lœmius: quia Lœmos, eſt peſtilẽtia quã ſedauit Apollo.

E ante n producitur,

vt Denus: Menopilus, Iudæi nomen apud Martialem lib. ſeptimo. Notentur generalibus regulis nota, vt Siren ſirenis, Ren renis. Arator lib. 2, -ſtudeátque ſacerdos
Renibus obſtrictis myſteria caſtus adire. mendoſi libri habent, Obſtrictis renibus.

EXCEPTIO. Corripe habentia ante E, b, g, s, t, v: vt Bene, genus, ſenex, teneo, Venus. Hinc tollũtur
Blenæ. Geneſar apud Sedulium. Blenæ, populi ſine capitibus habentes in pectore faciem. Claudianus de
Splenium. Nilo, -errat Per Meroen, Blenáſque feros, atrámque Syenẽ. Spleniũ, quia à ſplen deriuant. ſignificationem vide apud Martialem lib. 2, Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. multum diſſen-
Senio. tiunt Calderinus & Merula. Sthenio, Meduſæ ſoror, teſte Bebelio. Senio & Senus à ſex. Perſius,
Senus. -quid dexter ſenio ferret,
Senæ. Scire erat in voto. Senæ ſenarum, oppidi nomen. Philelphus etiam ſingulariter ſæpe loquitur Sena ſenæ: contra primitiui naturam producit ur: quia Senones corripitur, qui ſunt Galli, vnde Senæ dictæ
Strenuus. ſunt. vide Clanis, A ante n. Strenuus, licet nõnulli gemino n ſcribunt ſtrennuus, vt quidam Brenus,
Strena. alij brennus, & ſemper producitur. Strena, munuſculũ. Auſo. ad Vrſulum, Curam pro ſtrenis excu-
Tenos. buiſſe tuis. Tenos, inſulæ nomen. Vide Didyme, I ante d. Vena, venor venaris. Venucula, vua 4.
Vena. ſatyr. lib. 2. Horatij. Senia, propriũ mulieris. Mart. lib. 7, Dicis Senia, ſed negant latrones. phaleucius
Venor. eſt. Venenum corripitur, licet putetur à venis nomen habere. Threnos, Threnodia, Teneſinus.
Venucula. Enyo. vide vocalem ante vocalem. Enipeus vel Enipheus, fluuij propriũ. vide I ante u, Sperchius,
Senia. Etiam eſt viri proprium. Papin. 11. Thebaid.
Enyo. Egregius lituo dextri Mauortis Enipeus
Enipeus. Hortator. Enim, coniunctio notiſſima. Eniſpæ apud Papinium in 4. Theb. vrbis nomen. Seneca in
Enim. Hecuba, Quæque formidant Boream Eniſpæ. ſapphicum eſt. Enæſimus, viri proprium. Ouid. 8. Me-
Eniſpæ. tam. At non letiferos effugit Enæſimus ictus. aliqui libri habent per O, Onæſimus. Enienes. Fene-
Enæſimus. ſtra. Iuuen. Quum pateant altæ caligãtéſque feneſtræ. Henetus. Menander, viri propriũ. vide Plato,
Feneſtra. A ante t. Menalina, proprium mulieris, apud Ouidium 4. Faſt. Menapij, populi Germaniæ. Mart. in
Menander. Xenijs, Cæretana mihi fiet, vel maſſa licebit,
Menalina. De Menapis lauti de petaſone vorẽt. Menecrates, Menetias, Menetes, Menephron, Meneleus cũ eu
Menecrates diphthongo, Menelaus, Menedemus, Menalippus, Menalippe, Menalcas, Menæhmus: & quicquid fit à Meno, id eſt maneo. dicta nomina ſunt hominum propria: teſtimonia vero ſunt admodum facilia. Papin. 4. Syl. Parthenope clari genus ecce Menecratis auget. Menæceus cum eu diphthongo, Creontis Thebanorum regis filius. Stat. 7. Theb. -video quæ noſter ſigna Menæceus
Quæ noſter gerat arma Creon, quàm celſus ahena
Sphynge per ingentes Homolaidas exeat Hemon. Sphynx, Thebanorum ſignum, vt Aquila Roma-
Menœtius. norum. Homolaides, ſeptem Thebarum portæ. hinc vrbs ipſa Heptapylos dicta eſt, vt docuit Lactan-
Meneſtheus. tius, Papinij fidiſſimus interpres. Menœtius, propriũ viri: hinc Menœtiades apud Valerium Flaccum
Menenus. lib. 6. Meneſtheus: vide poſitionem. Menenus, viri proprium. Catul. Vxor Meneni ſæpe quam in
Meneſes. ſepulchretis. Scazon eſt. Meneſes, viri propriũ. vide E ante s. Penes, præpoſitio. Horat. in Arte, Quem
Penes.

penes arbitrium eſt,&c. Penu,vel penũ,vel penus,penitus,& penetrare,nota ſunt,vt Penates. Phe- Penu.
neum,lacus & oppidum Arcadiæ:licet Tortellius Phœmon per œ diphthongon legerit. Ouid.15.Me- Penitus.
tam. Eſt lacus Arcadiæ,Pheneum dixere priores. Phreneſis video ſemper corripi: videto E ante s.ta- Penetro.
men producitur phreneticus à Martiale libro vndecimo,Inuaſit medicus ſica phreneticus Eucli. Xe- Penates,
nos,id eſt hoſpes & peregrinus. hinc Xenium,munus hoſpitalitatis. Martialis in Xenijs,Omnis in hoc Pheneum.
gracili xeniorum turba libello. non imitabor dicentem,De locuplete manu xenia multa dabat. Xeno- Xenos.
dochium dictum eſt. ſic corripitur Axenos, id eſt inhoſpitabilis: eſt quædam maris pars, quæ dicta eſt Xenium.
poſtea Euxinus cum i longa in pœnultima,e in ει diphthongon verſa:quia Euxeinos Græce dicitur. Axenus.
ideo in Perihegeſi mẽdoſe Euxinus pro Axenus legitur. quidam libri recte habẽt Axenus,alij male:ſic Euxinus.
Poſt hos Cercæi iuxta quos Euxinus altis. Ouid. in Triſtib⁹, Frigida me cohibẽt Euxini littora ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Hinc etiã Proxeneta vel Proxenetes, id eſt negotiator & media- Proxeneta.
tor inter venditorem & emptorem. Proxeneo,id eſt concilio, vel induco ad aliquid faciendum. Mart.
10, Vatiniorum proxeneta fractorum. Scazon eſt. ſic Xenophanes,Xenodorus, Philoxenus, Ariſtoxe-
nus,Xenocrates,&c. Zenobia,Zenon,Zenodotus, & plura per zeta ſcripta aliunde fiunt: ideo non- Zenon.
nulli male exceperunt Zenon: quod pœnultimam in obliquis producit contra indoctos. Mart. lib.9.
ad Pannicũ,Democritos Zenonas inexplicitóſq; Platonas. Sidon. in epithal. Pol. Chryſippus Zenón-
que docent præcepta tenere. ¶E ante n diximus corripi in habentibus b,g,ſ,t,ante e,vt Senones:quod
Baptiſta Mantuanus produxit,ſcribẽs Sennones. Hinc tolluntur Threnoes per η,vt Threni Ieremiæ,
id eſt lamentationes. Threnodis,flebilis:& Threnodia,cantus lugubris. Tenaſmus,aut melius teneſ-
mus:Græce τίνεσμος,morbi ſpecies. Tenos,vrbs in Laconica per η,vt Teneũ pœnultima etiam lon-
ga,vt Tena vel Tene,vrbs in Achaia. At Tenea,vicus inter Mycenas Corinthúmq; tres breues habet.
Tollitur etiã à quibuſdã Brenus, ſed vt dicit Paulus Suardus,melius Brennus ſcribitur: ſicut Gellius
quàm Geli⁹. Steno, nomẽ Meduſæ ꝑducitur,teſte Bebelio:quomodo ponitur à Pylade lib.3.Geneal.
Tolluntur à regula corripiẽda,Heneti vel Eneti. vide Pylemon. Menas,piſcis apud Lippiũ. Me-
nippe,nympha apud Pyladem. Enienes,populi. Strabo lib.9,Sunt Enienes ei comites fortéſque Per-
hæbi. Vbi vidẽdum an in Strabone Græco Perhæbi vnico r ſcribatur: quia Hermolaus cap.2. libro 4.
Plinij ſcripſit,AEnia cum æ diphthongo. Perrhæborũ,vrbs eſt. Phæneum,vrbs Arcadiæ:dicitur etiã
Pheneos ſine diphthõgo,quia corripitur ab Homero,vt patet in Hermolai cap.6.lib.4.Plinij. Papin.
Et Pheneos nigro ſtyga mittere credita dici. Enoſigeus tribus prioribus correptis,vnico n ſcribendũ
erat,ſed producendæ primæ gratia Ennoſigæus ſæpe ſcribitur. Iuuen. Ipſum compedibus qui vinxerat
Ennoſigeum. id eſt Neptunum concuſſorem terræ. qua ratione etiam Enoſichthon enoſichthonis
pœnultima correpta dici poteſt apto verſui vocabulo. Mena,vrbs:incolæ,Menei. Sill. -comitata Me-
neis Venit Amaſtra viris. Cicero in Verrinis,Qua aſſero iter Menã. ſic Hermolaus cap.8. libri 3. Plinij.
Eniſpe. Papin. Ripéque & Stratiæ ventoſáque donat Eniſpe. Vbi prius male legebatur Enaſpe aut
Enapſe. Homero enim Emſpe dicitur, teſte Hermolao cap.6.lib.4. Plinij. Seneca in Hecuba dixit plu-
raliter, Quæque formidant Borean Eniſpæ. Menedemus, Meneptolemus, Menecharmes & Mene-
charmus,virorum propria:& quicquid eſt à meno,id eſt maneo:aut menos, id eſt vis & promptitudo
animæ:ira aut robur,corripitur. Enos etiã corripitur Mantuano. Eneſmus corripitur teſte Bebelio.
Cenomani à Baptiſta variatur. Zenocrates & Zenodotus per z,nõ per x ſcribẽda in prima & per η.
Cenodoxia,id eſt inanis gloria:& Cenotaphium,id eſt mane ſepulchrum: & quicquid eſt à cenos,
id eſt vacuus,per e breue ſcribitur & corripitur. AE ante n.
AE ante n,AEneas vel AEnea,teſte Neſtore. hinc AEneis,AEneadæ. AEnos,laus. vnde apæneos,& AEneas.
paræneſis,ammonitio. AEnus,vrbs & fluuius,teſte Neſtore. AEneus,id eſt æreus. AEnobarbus,viri AEnos.
proprium:& AEneatores,tubicines. AEnaria,inſula. AEnna,vrbs Siciliæ. AEnea etiã, vrbis nomẽ. AEnus.
AEni,inſula iuxta ſinum Arabicũ. AEnigma,ſermo obſcurus. AEnigmatiſtes,ænigmatũ propo- AEneus.
ſitor. Bænacus,teſte Neſtore cũ Tortellio,lacus eſt Galliæ ciſalpinæ. Petrarcha in 10. Ecloga male cor AEnea.
ripit. vide Larius,A ane r. Cænos,id eſt nouus. hinc multa ſunt,vt cænodoxia,noua gloria:cænota- AEni.
phium, nouum ſepulchrum. At per œ cœnos communis eſt:& cœnodoxia, communis gloria:cœno- AEnigma.
taphiũ,cõmune ſepulchrum. Cenos,ſine diphthõgo,id eſt inanis. hinc Cenodoxia,inanis gloria:Ce- Bænacus.
notaphiũ, vacuũ ſepulchrũ. hæc pulchre declarat Tortellius. Cæneus cum eu diphthongo, vir qui Cænos,
antea fœmina fuerat, & Cæneis dicebatur. Cæne,vrbis nomen apud ſinum Laconicum:vnde Cæni- Cœnos.
tes,portus:& Cænæus Iupiter. Ouidius, Victor ab OEchalia cænæo ſacra parabat Cenos.
Vota Ioui. Chlæna,veſtis:quæ læna quoque dicitur. at leno & lena ſpurciſſimorum hominũ appel- Cæneus.
lationes diphthongo carent. Frænum à frangendo:vnde frænare, effrænus, &c. Læna,veſtis, vt di- Cæne.
ctum eſt. Lænæus,id eſt Bacchus. Mænas mænadis,baccha:à menomai,id eſt furere. Mæna,piſcis. Chlæna.
Mænalus,pluraliter Mænala mænalorum,mons & vrbs. hinc Mænalius, mænalia mænaliũ. Næ- Frænum.
niæ næniarum,quod ſingulariter quoque lectum eſt Nænia næniæ,& in neutro genere pluraliter Næ- Læna.
nia næniorum:quidam ſine diphthongo ſcribunt. Scæna ex veterum conſuetudine, quia Græce per Lænæus.
η ſcribitur,quod in æ diphthongon veteres vertebant. ijdem æ diphthongo annotabant,quicquid con- Næniæ.
tra primitiui naturam e longum habet, vt Sæmen, Dænus,&c. id multis ex Varrone & alijs declarat Scęna cũ ſuis

Tortellius. Scæna, inumbratio eſt: à ſcia, id eſt vmbra. hinc Scænicus, proſcænium, ſcænoma ſcænoma-
Tænarus tis, ſcænos, ſcænophegia ſcænophegiorũ. Scænitæ, Arabiæ populi. Tænarus, locus Laconiæ vbi pu-
Tænarum tabatur eſſe deſcenſus ad inferos. hinc Tænarius, tænaria, tænarium: & Tænarũ, oppidi nomen. Tæ-
Tæna na vel tænia, faſcia & lapis albicans ſub aquis in faſciæ ſimilitudinem. Virg. 5. AEneid. Puniceis ibant
Tæniæ euincti tẽpora tænis. Idem lib. 7. AEneid. Fit longæ tænia vittæ. Tænia etiam eſt piſciculus quidam.
Væneo Tæniæ pluraliter tantum, eſt oppidum. Væneo, id eſt vẽdor: vænum, vænundo. author eſt Apuleius
OE ante n teſte Neſtore.
Cœnos cum OE ante n, Cœnos, id eſt communis: hinc cœna, quòd multorum eſſet cõmunis: vnde cœno cœnas,
ſuis cœnatio, cœnaculum, domicœnium in cœnis, &c. Cœnobium, vbi communis vita eſt: bios, vita di-
Cœnum citur: cœnobita, pœnultima longa, in cœnobio viuens. Cœnum, id eſt lutum: à cœno, id eſt inquino.
Chœnix Chœnix chœnicis, & chœnica chœnicæ, cum ch aſpirato, menſura quatuor ſextariorum. Priſc. in li-
Fœnus cum bello de ponderibus, -recipit geminas ſextarius vnus,
ſuis Qui quater aſſumptus ſit Graio nomine chœnix. Fœnus fœnoris, diminutiuum eſt fœnuſculum: fœ-
Fœnum nero & fœneror & fœnebris adiectiuum: vt Fœnebris lex, de fœnore. Fœnum, quia ſine cura fœnus
Fœniculum præbet: hinc fœniſex & fœniſecium, fœniſeca, &c. Fœniculũ, herba, cuius ſemen terræ mandatũ ma-
Mœnia gno fœnore reddit fructũ: Græce marathron dicitur. Mœnia à muniendo: nam œ diphthongon pro
OEnos cum u veteres poſuerunt, & contrà: quia mœrus pro murus lectum eſt. hinc ſubmœnium, &c. OEnos, id
ſuis eſt vinum. hinc multa ſunt, OEnopola, œnopolium, œnophorum, œnigena, œnipotes, œnophius, OE-
OEneus nanthe. hoc vltimũ vrbis nomen eſt, & floris vuæ. anthos, flos cum th aſpirato: flos eſt vuæ labruſcæ:
OEnomaus vnde œnanthinum vnguentũ. OEneus, AEtoliæ rex. hinc OEnides pro Tydeo. OEnomaus, Hip-
OEnochonũ podamiæ pater, Elidis rex. OEnochonũ, Theſſaliæ fluuius. OEnops, viri propriũ. OEnopion, viri
OEnops proprium. Cic. in Arato, OEnopionis auens epulas cœnare nitentis. OEnone œnones, mulieris pro-
OEnopion priũ. OEnotria, Italia: OEnotrij, Itali. OEnotrus, Sabinorũ rex: OEnotrides, inſulæ. Pœne, aduer-
OEnone bium. Lucan. 10, -vindicta ſenatus, Pœne data eſt famulo. hinc pœnultimus. Rufinus, Tullius hũc
OEnotria laudat, cui ſit pœnultima longa. ergo male legitur in Alexandro, An erit è iuncta ſiétque penultima
Pœne longa? expunge encleticam. Diphthongon habere pœne docet Georgius Valla: licet Calepinus inter
Pœnuria non diphthongata reiecerit. hinc pœnuria, teſte Feſto, quòd pœne minus ſit quàm neceſſe eſt. Claud.
Pœnula lib. 2. in Ruf. Tantáne geſtandi fuerit pœnuria ferri? Pœnula, veſtis. teſtis Georgius Valla. Pœnus,
Pœnus Carthaginenſis: diminutiuum eſt Pœnulus, quod eſt nomen fabulæ Plautinæ. Hinc œ in u verſa
Pœna Punicus, punica, punicum. Pœna, pœnitet, & quicquid hinc fit: vnde tamen punio œ in u verſa, aut
Phœnix contrà. Phœnix, auis & populus. Phœnicia, regio. Phœnix quoque, viri & arboris nomẽ, & color ru-
Phœnicia beus: vnde phœniceus, a, um, id eſt purpureus color. neutro genere, Phœnicium dicitur. Phœnix etiam,
Phœnico- fluuius eſt Theſſaliæ in Aſopum fluens. Phœniſſa, fœmina Phœniciæ. Phœnicopterus, auis rubeis
pterus alis: nam ptera, ala dicitur. Iuuen. ſatyra 11, Et Scythicæ volucres & Phœnicopterus ingens. Tortellius
Schœnos cũ legit per duas dictiones Phœnix opterus: & dicit opterum, eſſe auem quandam. Schœnos cum ch a-
ſuis ſpirato poſt s, id eſt funis. hinc multa ſunt, vt ſchœnobates, funambulus: neurobata, funerepꝰ. Schœ-
noplocos, funarius ſeu reſtio. Item Schœnos & Schœniſmos, id eſt terræ menſura continens quinqua-
ginta ſtadia, vt inquit Herodotus libro 2. Schœnos, oppidum Bœotiæ, à Schœno Atlantis patre no-
men accepit. hinc Atalanta, puella vocatur Schœneia, Schœnis ſchœnidis, & Schœneis ſchœneidis.
Ouid. 10. Metam. Talia dicentem molli Schœneia vultu
Aſpicit. Sidon. in præfat. epithal. Pol. Tradit Schœnida ter cadente pomo. Phaleucius eſt. Claudia-
nus in laude Serenæ reginæ,
Hippomenes trepidus curſu, ferróque ſecutam
Aurato volucrem flexit Schœneida pomo. Schœnos pro oppido leges in ſeptimo Thebaidos Papinij.
Schœnus Schœnus, eadem ſcriptura, eſt arbor ex lentiſcorum genere. Schœnus, ſchœnuntis, flumen Athenis
proximum: à iuncis nomen habet. proinde iuncarios campos in Hiſpania Schœnuntas vocat Strabo.
Schœnitia, amnis quidam Arcadiæ. Schœnum, locus in Bœotia vbi vnguentũ peſſimum eſſe dici-
tur. hinc viliores meretriculas vocant Schœniculas. ¶ AE ante n, Cænis vel Cæne, iuxta Pelorum in-
ſula. Cæna, oppidum Siciliæ. AEnia Perrhæborũ vrbs. AEnienſes & AEniadæ, eius incolæ. Phæ-
nippus, viri nomen. Tænia, in AEgypto vicus & locus anguſtus: vnde Tænioticum vinũ. Hæna,
poetæ nomen. Crinitus, Sextilius Hæna. AEnigma, in quo errauit Prudentius, Legis in effigie ſcri-
ptũ per ænigmata CHRISTVM. Mæna, piſcis. Nænia, carmen & dea. Mænarchus, vir medicus.
ſi à μαίνομαι, id eſt inſanio dicitur, bene per æ ſcribitur: ſi à μῆνις, id eſt iracundia, per η, producitur.
Si vero menos, id eſt potentia, &c. per e breue ſcribitur & corripitur. vt in hoc Plauti, Priuatim medici
Menarchi, &c. OE ante n, vt Phœnix, mons altiſſimus, & caſtellum in 13. Strabonis. Mœnis, amnis.
OEnopon, filius Theſei. vnde Ion chius, Hanc olim OEnopion Theſides condidit vrbem. Author
Plutarchꝰ in Theſeo. OEnone, inſula 6. Metam. OEnonẽ veteres appellauere, ſed ipſe AEacus AE-
ginan matris de nomine dixit. Ita libentius quàm OEnopian legeret Hermolaus, vt dicit cap. 12. lib. 4.
OEnone, inſula eſt etiam in 8. Herodoti. OEnomade apud Plinium libro 5. cap. 27. OEnuſſe, inſula
Chio proxima: incolæ, OEnuſſæi Hermolao cap. 31. lib. 5. Plinij. Nœnon, vetus pro non. Lucillius

apud Marcellum. OEnoa,oppidũ in Strabone. Mœnia à muniendo,aut contrà:ſicut Punio à pœna,& Punicus à Pœno.Dathus tamen à Mænio,viro,qui primus mœnia ſtruxit,nó à munio deducit.

E ante p corripitur, E ante p

vt Vepres.Horat.Corna vepres & pruna ferunt. Crepis crepidis & crepida, licet apud Græcos primam & pœnultimam producant, teſte Neſtore. Perſius, Non hic qui in crepidas Graiorum ludere quærit. Sic cæteri. Epi in omnibus compoſitis contra Alexandrum,vt epacta, epiſtola, epiſcopus. Ephebus,ab epi & hebe,id eſt pubertas:non à phœbus,vt cum Catholico ſopniat Vgutio. Iuuenalis ſatyra 2,Armenius Zalathes cunctis narratur ephebis. Rufus in Arato, Troicus haurit aquas & fundit ephebus ab vrna.hîc mendoſe legitur Fundítque ephebus ab vrna.hinc Ephebia,prima adoleſcentiæ ætas,authore Donato:&(ſi Alexandro Nequam credimus) locus in quo pueri proſtant: errat tamen Nequam in prima ſyllaba dicens,Quo proſtant pueri,locus eſt Ephebia dictus. Epheſus corripitur,vt videbis in E ante s:ideo peccat Petrarcha dicens 10. Ecgloga,Qui docet Epheſios, Tyrios qui rumpere campos. Epops,id eſt vpupa.Ouidius 6.Metam.Nomen Epops volucri,facies armata videtur.Alexander Nequam,Cum fulicis vpupíſque petunt excelſa volando. Errauit in vtroque Petrus Riga in Leuitico dicens, Vpupa quæ melius ita dicitur epopa,nidum. Idem,teſte Neſtore,male dixit in lib. Numerorum, Ollarum carnes peponum fercula porros.quia(peponum) corripitur ab Homero & alijs.

Vepres · Crepida · Epi · Ephebus · Ephebia · Epheſus · Epops

EXCEPTIO.

Cepus abſque diphthongo,teſte Neſtore, mõſtroſum quoddam animal in AEthiopia à Babylonijs adoratum.Philelphus in 6.quartæ,Adducáſque licet Cepos,vulpéſque,lupóſque. Cepos,vrbs per κ. Cepus

Cephiſus,Bœotiæ fluuius.vnde Cephiſis,Cephiſidis:& Cephiſius,Cephiſia,Cephiſium.Lucan.Bœoti coiere duces,quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua. Cepheus, Andromedæ pater. vnde Cepheni,populi.Ouidius 5.Metam. -conanti mittere Cepheus
Quid facis,exclamat,&c.Et in primo verſu,
Dúmque ea Cephenûm medio Daneius heros
Agmine commemorat.pro Cephenorum. Cepio,viri proprium.Sidonius in primo Panæg.
Haud aliter cæſus quondam,quum Cepio robur
Dedidit Auſonium.Si à cæpis deducetur,diphthongo annotabitur Cæpio,licet id obſeruari non viderim. Cæpha appellatiuum per κ. Ephitus,viri proprium.Virg.2.AEneid.
Addunt ſe ſocios Ripheus,& maximus armis
Ephitus,oblati per lunam Hypaníſque,Dymáſque,
Et lateri agglomerãt noſtro iuueníſque Chorœbus.Apud eundem alibi eſt Iphitus:ſed de altero forſitan loquitur. Epytus cũ y Græco,viri proprium.Ouid.4.Faſt. Proximus eſt titulis Epytus alba tuis.

Cephiſus · Cephiſus · Cepheus · Cephenus · Cepio · Ephitus · Epytus

Epiros vel Epirus,eſt regio quæ Moloſſia Chaonia & Albania dicitur.hinc Epirota, natus in Epiro. Lucan.in 2,Primus in Epirũ Boreas agat. Ephæſtus,ephæſtion,ephæſtia,epinitus,epiola. Epytides, proprium aut patronymicũ apud Virgilium 5. AEneid. Eperie, Epiolus, Ephula. Gepida, populi nomen.Sidonius 3.Panæg.Gepida trux ſequitur,Scotum Burgũdio cogit. Hepar hepatis, Græcum, quo Latini vix vſi ſunt,ſignificat iecur.ſcribitur,teſte Neſtore,cum κ aſpirato,quod in e longum vertitur:producitur ab Homero in 11.Odyſſææ,teſte Neſtore:quare peccauit Macer dicens,Sumptum curat hepar.nec ab epi dicitur,vt cum Catholico ſopniauit Vgutio. errat ſimiliter Alexander cum Macro. Leponticus,viri proprium.Sil.lib.4,Occidis,& triſti pugnas Lepontice fato. Puto dici à Lepontijs,Italiæ populis,teſte Strabone libro quarto. Repo repis:vnde obrepo,ſubrepo. Horatius in Arte, Verùm operi longo fas eſt obrepere ſomnum. Germanicus Cæſar in Arato,
Tunc Cynoſura alte repit:tunc totus in vndas
Mergitur Orion,humeris & vertice Cepheus. Mendoſe habent fere omnes libri, Tunc alte Cynoſura repit,&c. At repens nomen pro repẽtinus,aut aduerbialiter pro repente, vndecunque ſit,perpetuùm corripitur.Virgilius AEneid. 12, Quo ruitis?quóve iſta repẽs diſcordia ſurgit? Ouidius primo Faſtorũ, Bina repens oculis obtulit ora meis. Sepia, piſcis, ex cuius cruore atramentum fiebat: & pro atramento ſumitur à Perſio dicente,Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha. Sepia etiam eſt ſcopulus iuxta Athenienſium litora. Sepias ſepiadis, promontorium Macedoniæ in Ptolemæo,& vrbs in 9. Strabonis. Valerius Flaccus libro ſecundo, Iam Sciathos ſubſedit aquis,iam longa receſſit
Sepias,attollit,&c. Sepio,ſepis,ſepire,ſeps ſepis,& ſepes ſepis.Virgil. Vicino ab limite ſepes.nihil horum putat Calepinus diphthongari.Neſtor dicit ſæpio & ſæpes à veteribus diphthongo æ notari ſolere,quos imitari operæpretium eſt,inquit Neſtor:quo teſte,ſeps pro ſerpente Græcum nomen diphthongo caret. Sepum pro ſeuum,pingue illud in bobus vnde fiunt candelæ:quod per b ſebum quoque dicitur. Sephora,mulieris proprium,producitur à Riga.vide Præputium,V ante t. Sepiũ per κ.

Epirus · Epytides · Gepida · Hepar · Leponticus · Repo · Repens · Sepia · Sepias · Sepio · Sepum · Sephora

Tlepolemus,Herculis filius.Ouidius 12.Metamor.
Prælia Tlepolemus,Pylio referente,dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore. Vepicus producitur compoſitione,vt vegrãdis & Veiouis: Tlepolemus

& à pleriſque diphthongo notantur. ℭE ante p corripitur. Excipitur Cepos per ε, vrbis nomen ſingularis numeri apud Strabonem. Plinius vero & Mela pluraliter dicunt Cepœ, ſicut Solœ, teſte Hermolao cap. 6. & lib. 6. Plinij. Cepha etiã per ε, teſte Stoa. Epiolus etiam ſimiliter per ε, id eſt papilio, qui lucernarum luminibus aduolat: & genus febris, teſte Hermolao. ab ἤπιος, quod eſt blandus.

Epiole etiã per ε, Italiæ oppidum à Tarquinio dirutum. Ephula, vrbis nomen. Horatius Carm. 3. Ode 29, Ne ſemper vdum Tybur, & Ephule. Epium, oppidum, primam producit, teſte Hermolao cap. 6. lib. 4. Plinij. Ephæſtiades, inſulæ Vulcaniæ per ε. Epheſtites, lapillus pretioſus. De Sepio lege Lucretium: ſic, Inter enim ſepit cœtus natura viáſque. Eperie, nympha. Ouid. 11. Metam. Aſpicit Eperien. Sepias ſepiados, promontorium Macedoniæ, à ſepijs nomen habet: vt Sepiuſſa, inſula.

Sepias etiam, vrbs eſt in 9. Strabonis. Epinitus, Niobes filius apud Pyladem. Pſephopectæ, id eſt computatores, calculatores per ε. Vtuntur hac dictione Latini. à pſephizo, id eſt computo. Pſephis pſephidis, lapillus, calculus. Pſephiſma, iudicium decretum per ſuffragia. Plutarch. in Cimone, Cimon Pericle ſibi pſephiſma conſcribente, in patriam eſt reuerſus. Sic etiam aliubi ſæpe & Apuleius.

AE ante p
AEpia
AEpolus
AEpitus
AEpy
Cæps
Ceps
Cæpi
Cæpe
Cæpa
Sæpe

AE ante p, AEpia AEpiæ, teſte Neſtore, vrbs propinqua Pylo. AEpolus, caprarius. ſic æpole, æpolica, æpolium. AEpitus, viri proprium, teſte Tortellio. forſan idem de quo Ouidius loquitur.

AEpy, cum y Græco, teſte Neſtore, vrbs quondam ſub Neſtoris ditione in montibus ſita: nam æpy, ſublime eſt: æpys, altus. hinc AEpycus, paſtoris nomen apud Petrarcham in ſexta Ecloga: & AEpy, mulieris nomen, ibidem. AEphitios, vrbs quædã. vnde æphitius, a, um: vide in cremẽtis, Pſophis pſophidis. Cæps cæpis, loci cuiuſdã nomen: at Ceps, philoſophi diphthõgo caret. author huius eſt Guarinus. Cæpi, præteritum à capio ex veterum conſuetudine, authore Tortellio: cui aſtipulatur Calepinus. Guarinus diſſentit & Regius, dicens in 12. Fabij, Citra diphthõgon (çeperamus) legendum mihi videtur, vt intelligam⁹ ſumpſeramus. Cæpe, neutrũ, & Cæpa cæpæ, fœmininũ, teſte Neſtore ex Apuleio, à capitis magnitudine. Ouid. Cædẽda eſt hortis eruta cæpa meis. lecta ſunt quoque cæpitiũ & cæpitius: vt in heteroclitis declaram⁹. Sæpe, aduerbiũ. Sæpes & Sæpire, teſte Neſtore, vide E ante p, Sepio.

OE ante p
Cœpi

OE ante p, Cœpi, verbum defectiuum eſt ab antiquo cœpio: de quo ſatis diximus in eclipticis. hinc Cœptus, cœpta, cœptum: & cœptum, id eſt initium. hinc incipio, teſte Nebriſſenſi: ergo cum œ diphthongo ſcribitur, teſte Nebriſſenſi, incœptus, &c.

E ante q

E ante q corripitur,

vt Equidem: quod Virgilius, teſte Seruio, tantum primæ perſonæ dedit: vt Non equidem inuideo, &c. Ideo putarunt eſſe compoſitum, quaſi ſit Ego quidem: propter quod Badius cenſet AEtnam non eſſe Virgilianam, in qua dicitur, Haud equidem mirum factu quod cernimus extra. Sic Perſius, Non equidem hoc dubites. ideo Priſcian⁹ vult Equidem eſſe ſimplex. Ego equidem apud Salluſtium ſoluetur per regulam, AEquiualens geminis, &c. Neque, nequeo corripiuntur cum nefas, vt quicquid fit à nec vel neque. At producuntur à ne aduerbio prohibendi venientia, vt Nequis, nequam, nequando, nequaquam, nequicquam (vt eſt apud Gellium). Ouid. Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem. Virg. Hic tibi nequa moræ.

EXCEPTIO. Sequana, fluuius. vnde Sequanici, & Sequani, populi huius fluuij accolæ. Lucan. lib. 1, Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis. Mart. Hanc tibi ſequanicæ pinguẽ textricis alumnam. Sidon. in 2. Panæg. -rigidis hunc abluit vndis Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus, Clitis, Claris, Atax, &c. Petrarcha lib. 3. epiſt. ad Rainaldũ corripit Sequana, male quidem, vt alia multa. Súſque déque producitur in Lucillio. ℭDeque producitur, quo tantũ vtimur in oratione ſúſque déque. Lucil. in 3. Súſq; & déque fuere inquã omnia ludus Iocúſq;. id eſt ſine cura & ſolicitudine.

AE ante q
AEquus cũ ſuis

AE ante q, AEquus ab aqua: vnde primam diphthongi vocalem accipit: nam aqua ſædata adæquatur. hinc æqualis, æquitas, æque, æquor, æquo æquas, æquinoctium, æquamentum, æquanimus, æquæuus, æqualaneum, æquimanus, æquilibrium, æquiparo, æquidiale, æquipolleo, æquiuocum, &c. Georgius Valla vult ex Græco ecos deduci: ideóque diphthongum non ratione, ſed vſu obtinere. AEqui, Italiæ populi in 6. Faſtorum Ouidij.

AEquicolus
Equicolus
AEquana.

AEquicolus, fortè ab æquus, populus Thuſciæ. Sillius lib. 8, Raſtríſque nouant æquicola rura. Equicolus, viri proprium, corripitur. Virgil. 9. AEneid. Et pulcher Equicolus armis. AEquimelium, locus quidam Romæ erat, vbi Melij domus terræ æquata erat. AEquana, mõtes Surrentini. hinc AEquanus apud Sillium lib. 5, viri proprium. AEquotutium, oppiduli nomen. ℭAE ante q, vt AEquum, Italiæ oppidũ: incolæ, AEqui dicuntur. Sil. libro 8, Hos iuxta Nepeſina cohors, AEquíque faliſci. De adiectiuo diximus: pluribus tamẽ placet aquam ab æquo, quàm cõtrà dici: quia æquora ſunt etiam campi in quibus non eſt aqua. Sic ſcribetur AEquanus, viri proprium. Sil. libro 5, AEquanum noſcens.

E ante r
Eryx

E ante r corripitur,

vt Eryx. Eros erotis, viri propriũ. Erotiõ, mulieris nomen. Erato, peritus. Mart. lib. 2, Ex hoc occiſus Rufe videtur Eryx. Sic Virgilius & alij, tam pro monte quàm pro viro. ideo male dixit Petrarcha in 6. Aphricæ, Fortiſſimus Eryx. Horat. Agricolam laudat iuris legúmque peritus. Martialis libro 10, Plorat Eros, &c. Merula etiam, viri cognomen, licet Soranus errore Seruij imbutus aliter docet.

EXCEPTIO. Produc diſſyllaba habētia p ante e, vt Pera. Pero peronis, calciamentū ruſticum. hinc peronatus. Iuuen. ſatyr. 14, Nil vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto
Per glacië perone tegi. Pero perus, nymphæ nomen, apud Propertiū lib. 2. Produc quæcunque per ve ſyllabam inchoantur, vt Verona veronæ. Mart. lib. 10, Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo. Iterum labat hîc Petrarcha dicens Ecloga 10, Ecce Veronei per prata virentia Martis Verona
Ire duos video. Tolluntur vtrinque quædam. Pheres pheretis, viri proprium. Papin. 8. Thebaid. Pheres
Strauit Abanta Pheres. Phere, oppidum: vnde pheræus, pheræa, pheræum. Ouid. 2. de Arte, Phere
Cynthius Admeti vaccas pauiſſe pheræas
Fertur, & in parua delituiſſe caſa. Vereor, veru, verutū, vulgo nota. Verædus, equus, cū æ diphthongo in ſecunda ſyllaba, teſte Neſtore. Hinc Verædarius, nuntius qui equo vtitur. Mart. Stragula ſuccincti venator ſumme verædi. Beryllus, lapillus. Propert. lib. 4, Et ſolitum digito beryllon adederat ignis. ſic cæteri. ideo Prudentium non imitabor dicentem in Pſycho. Hinc tibi Sapphyrum ſociauerat inde beryllon. ſcribitur cum y Græco, vt quod ſequitur Berytus, Phœniciæ vrbs. Priſcianus in Perihegeſi, Antiquámque Tyron, Beryti & mœnia gratæ. Cleros, id eſt ſors. hinc Clericus & Clereta, lena in Plautina Aſinaria. Sidon. lib. 9, Clerici nequid maculet rigorem Veredus Beryllus Berytus Cleros
Fama poetæ. Sapphicum cum Adonio. ſcribitur Græce per η literam perpetuò longam. Ceruſa, pigmentū: vnde mulieres ceruſatæ dicuntur. Mart. Et ceruſata candidiora cute. Auſonius de Biſſula, Sandyx & ceruſa alias ſimulate puellas. Cerathus cum th aſpirato, Cretæ fluuius. Virgilius in Ciri, Carpathium fugiens & flumina cerathea. Ceretum, oppidum à Calepino ſine diphthongo ſcribitur: incolæ Ceretani dicuntur. hinc ceretanum vinum. Mart. Ceretana nepos ponat, ſetina putabis. Sill. lib. 3, Nec Ceretani quondam Tyrianthia caſtra. Cerinthus, viri proprium, apud Tibullum. Ceryx per η. Ceruſa Cerathus Ceretum Cerynthus
Eridanus, fluuius. Virgilius, Fluuiorum rex Eridanus. Erigone, nympha inter aſtra relata. Idem 1. Georgic. Qua locus Erigonem inter Cheláſque ſequentes. Eretum, oppidi nomen. Idem 7. AEneidos, Ereti manus omnis, oliuiferæque Mituſcæ. Eruca, vermis, Græce κάμπη, campe campes dicitur. Columel. lib. 11, Naſcuntur volucres, ſerpítque eruca per hortos. Mart. lib. 11, Erucam male paſcit hortus vnam. phaleucius eſt. Eſt herba quoque. Ouid. lib. 2. de Remedio amoris, Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces. ab erodendo nomen vtrunque dicitur: licet Vgutionem, qui id dixerat, non primus (vt opinor) Neſtor irrideat. vermis nanque folia erodit. Herba verò beſtiolas omnes corpori innaſcentes erodit, & Venerē excitat. alij ab vrendo ducunt. Georg. Valla huruca ſcripſit cū u in principio aſpirato. Aliqui s in r verſo, & u in e, eruca dicūt ab eſu. alij ab vro, Apuleio, teſte Neſtore, placet ab hærēdo dici, & diphthongo aſpirata hæruca ſcribi: quoniā rebus quas occupat, tenaciter inhæreat. ſic idem Hærugo ſcribit pro vitio ferri & ſegetis. Erij, colles Veneri ſacri. Marullus, Sancte qui Memphim puer erióſque Eridanus Erigone Eretum
Temperas colles, & amœna Cypri
Arua. Sapphici ſunt. Erugium, ſuffrutex. Feralis, contra primitiui naturam dicitur produci: à fera, id eſt mors. Lucan. lib. 9, Sic vbi fata caput ferali obduxit amictu. id eſt nigro & atro, quali lugentes vtuntur. hinc ferale pro infœlici & mali ſignificatiuo: vt Ferale carmen, ferales dies. At Feralia, à ferendo feſti quidam dies: quia epulæ in iis feruntur: primitiuum ſequitur. Ouid. 2. Faſt. Feralis
Hanc quia iuſta ferunt dixere Feralia lucem,
Vltima placandis manibus iſta dies. Feriæ producitur contra primitiui naturā: quia à ferendis epulis dicuntur feriæ, vel à feriendis victimis, teſte Pompeio. Mart. lib. 5, Durum eſt perdere ferias: rogamꝰ Lacturam patiaris hanc, feráſque. Phaleucij ſunt. Papin. lib. 1. Sylu. Et muſæ procul ite feriatæ. Phaleucius eſt. Sic Horat. lib. 4. Ode 6. ſic veteres omnes. quare Capellam non imitabor dicentem lib. 9, Feriato linquit arcu. Verſus eſt iamb. dim. catalecticus: vbi ſecundo loco nouē ſpondæum dedit. nec Petrarcham, Sic tibi curarum ferias præſtare libelli. errarunt plures in heteroclitis. Feronia, dea. Horat. ſaty. 5, Ora manúſque tua lauimus Feronia lympha. hic (lauimus) tertiæ coniugationis eſt. Feronia quoque, eſt quarundam vrbium nomen. ſemper producito. Geryones geryonæ, primæ, vel geryonis tertiæ, & Geryon geryonis, & Geryoneus geryonei, rex Hiſpanorum ab Hercule peremptus. hinc Geryonaceus. Virg. AEneid. 7, Geryone extincto Tirynthiꝰ attigit arua. Geri, populi in Perihegeſi, ſed quidam rr geminant Gerri. Hera pro Iunone (nam herus hera, pro dominus domina notum eſt corripi) hinc producta multa ſunt, vt Heracles, id eſt Hercules: vnde heracleus. Vide E ante us in poſſeſſiuis heraclea calpe. Heracleæ heraclearum, oppidū proximum Neapolin. Heracleopolis, plurium vrbiū nomē. Heracleon, herba quam Hercules inueniſſe dicitur: heracleota nux. Heraclitus, Heraclides & Heracleotes, philoſophorum propria. Herodes, Herodianus, Herodotus, virorum nomina. Heros: vnde herous, a, um: Heroicus & Herois & Heroine. Ouid. 13. Metam. — vulgíque ſecutum Feriæ Geryones Hera cū ſuis
Vltima murmur erat, donec Laertius heros Aſtitit. Mart. lib. 9, Clinicꝰ Herodes trullam ſubduxerat ægro. Heraclitus vide I ante r. Herodotꝰ vide O ante t. cætera per Heraclæus nota ſunt. Heriphile heriphiles, vna ſibyllarum. Tibul. lib. 2, Quicquid Amalthea, quicquid Marpeſia dixit Heriphile: Phœbo gratáque quod monuit. At ſine aſpiratione in principio, & cum y Græco in tertia ſyllaba, Eriphyle, vxor Amphiarai corripitur. Virg. lib. 6, His Phædram Procrínque locis mœſtámque Eriphylen. Iuuen. Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ. Hero herus, mulieris propriū. Herios, loci no- Heriphile Herios

Meriones men.vide Panos A ante n. Meriones Merionis,viri nomen. Ouidius 13.Metamorph.
Nec magis Idomeneus,patriáque creatus eadem
Meriones,peteret maioris frater Atridæ. Meryx, piſcis,per η. Neritum,duorum oppidorū nomen
Neris eſt,vt Neſtor declarat. Neris neris,montis Argiui nomen,vt ait Callimachus. Papin.4.Thebaid.Neris
Nerio & ingenti turrite mole Cleone. Nerio nerienis,vis Martis. Gellius dicit à multis produci, eos tamen
Neritos qui probe locuti ſunt corripuiſſe:vt Nero, cum quo ſymbolum habet. poteſt ergo corripi. Neritos, mons Ithacæ,maſculinum eſt apud Homerum,teſte Petro Marſo in illud Sillij lib.2,Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem . id eſt ſaguntina prole:quia prope Zacynthum inſulam, vnde oriundi ſunt Saguntini,eſt Neritos:hinc Neritius Vlyſſes, Neritiæ rates: non Naritius aut naritiæ:nam Vlyſſes Neriton tenuit,non Naritiam. notat hoc Barptolemęus Merula in primum Ouidij de remedio Amoris,Quid tibi profuerint Circe perſeides herbæ,
Quum tibi neritias abſtulit aura rates? Ne legas per a in prima, Naritia. Nerite, piſcis in Lippio.
Nereus Nereus ſine diphthōgo in prima ſyllaba,teſte Tortellio,deus maris. hinc Nereis,Nerine,&c. Mart.li
Serus bro 4, Nympharū pariter Nereidúmque domus. Pheridamas in Ouidio. Serus ſera ſerū : vnde ſerum,extrema pars diei:& ſero,aduerbium. Virgil.4.AEneid. Seráque terrifici cecinerunt omina vates. Cicero in Arato videtur corripuiſſe dicens,Occidit Andromache clarum caput,& ſera piſtrix
Labitur,horribiles epulas funeſta requirēs. Ego puto mendoſum pro fera: nam hoc epitheton optimè piſtrici congruit, vt ex ſequentibus facile oſtenditur:& omnes producunt Serus ſera ſerum: ideo nuſ-
Serum quam dixero variari. ſic produc Serotinus. at Serum,pro aqua lactis corripitur ſolū. Tibul.lib.2,Raráq; per nexus eſt via facta ſero. Corripitur quoque ſolum Sera,ianuæ aut feneſtræ,&c.clauſura. Mart.lib. 10,Ferrea perpetua clauſtra fuere ſera. Nec apud Sillium vſquā producitur,quicquid dicat Neſtor:quia legendū eſt apud Sillium lib.13.Sera,id eſt tarda. ſic,Obnixi torquent obices munimina ſera. hoc eſt tarda,nec profutura. Videto Sillium:& intelliges multo rectius ſera legi,ꝙ ſere. Sera,vrbs. Serum pro-
Serra ducitur. videto Ser ſeris in crementis. Serra, inſtrumētum dentatū,poſitione producitur, vt Serritus.
Seranus Seranus,viri propriū,contra primitiui naturā:à ſerendo. Sil.lib.6,Seranus clarum nomen tua Regu-
Serius le proles. Smeræa,ſuffrutex,per η. Serius ſeria ſeriū,id eſt grauis,non iocoſus. hinc aduerbiū ſerio:&
Seria ſeria ſeriorū,id eſt res ſeriæ. Mart. Parce precor ſocero,ſeria forſan amat. Seria, vas. Perſius,O ſi ſub ra
Tereus ſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Idem,Seriolæ veteris metuens deradere limū. Tereus,
Theridamas ex Ouidio notiſſimū. Theridamas,cum th aſpirato,viri & canis nomen:quaſi feras domās. à ther the
Theron ros,id eſt fera. ſic producitur quicquid hinc deriuatur:vt Theron,canis & viri nomen. Thero Therus,
Thero nympha. Thera,quarundā vrbium nomen. Ouid.3.Metam. Prima melāchætes in tergo vulnera fecit,
Thera Proxima theridamas,&c. Theron. vide Lælaps, AE ante l. Callimachus,
Nomine Caliſto fuerat:ſed poſtmodo Thera
Dicta fuit tellus vrbis origo meę. Claudian. in ſecūdo de laudibus Stiliconis,Spelūcas canibus The
Xeros cū ſuis ro rimatur Iberas. Theriaca. Xeros,id eſt ſiccus,quo in compoſitis vtimur,producitur:vt Xerolophus,ſiccus tumulus:nempe ex lapidibus,vt principū,virorum. Lophus, tumulus eſt. Xerolibya, ſicca Libya. Xerophagium,ſiccorum ciborum comeſtio. Xerophthalmia,ſicca lippitudo, quū non fluunt oculi,ſed graueſcūt. Xeria,emplaſtra ſicca, ſicut hygrēplaſtra vocantur liquida emplaſtra. hinc etiam Xerampelinę veſtes,id eſt virides,teſte Nebriſſenſi. alij alia dicunt. videto interpretes Iuuenalis in illud ſatyræ 6,Et Xerampelinas veteres donauerit ipſi. ¶E ante r corripitur,vt Merulus,piſcis. Lippius in 4,Peſtifero ante annos merulus cruciatur amore. Idem tamē in primo producit,Merulus ardens. Corripitur etiam Pheræus. Ouidius in Ibin,Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi. Sic Pheræcides,& ſimilia. Diximus incœpta à v ε ſyllaba produci. Tollitur Vero veronis , fluuij nomen. Martialis,Et vada Veronem montibus. Iambicus dimeter. Sunt etiam Verones,populi. Veramundus,viri proprium,corripitur à Baptiſta Mantuano. Excipiuntur etiam à principali regula primam producentia plæraque per η, vt Cerix, id eſt præco & caduceator, ſeu legatus non violandus. Cerygma cerygmatis,præconium. Cerycia,inſignia caduceatorū, quæ mendoſe ceciria dicuntur digeſtis de re.di.
Clerus,vermiculus aluearia infeſtans. Cerus, Armeniæ fluuius. Eriſone vel Iriſone. Eringium, ſuffrutex. Geri, ſed melius Gerri. Eriginus non legi,ſed Erginus, viri nomen. Cerinthus,oppidum. Heraclius etiam per η,vt Heraclitus,Heriphile vel Herophile: & quicquid eſt ab Hera,id eſt Iunone. vt Heræum,Iunonis fanum. Heræus, id eſt Iunonius,viri nomen. Heroſtratus, Dianæ epheſinæ templi incenſor ſeu incendiarius. Hero,heros: non herus heri,id eſt dominus. Cheramis, lapillus. Erigone. Ouidius quinto Faſtorum, Nocte ſequente diem canis erigoneius exit. fuit Erigone, Icari filia. Clereta,lena apud Plautum. Cerathus,Cnoſſus. Cheridota A. Gellio ſcribitur prima per ei. Pheretides per t,quia Pherecides per c corripitur. Erij Catullo. Ereſione. vide Ireſione. Eraphiotes,cognomen Bacchi apud Pyladem. Ceritus,corripitur,vt Ceres, niſi ſcribatur Cerritus, apud Horatium. Erina per η, poetria quædam. Herum, oppidum in Latio,quaſi mironium. Ceralium vel Ciralium per ei. Erichtheus,rex Athenarum. Erentalion,vir,Nicolao Vallæ: & Pheredus,vir,apud eūdem. Nerite,piſcis apud Lippium. Lera,lero,delero:pro Lira,deliro,Manilio. Neriene variatur, teſte Gellio,lib.decimotertio,cap.21. Pheretiades per η. Ouidius,Cúmq; Pheretiade,& hyanthæo Io-

lao. vbi author lexici prohibet legi, Cúmque Pheretiadæ, &c. ſed videtur errare: quia in tertio de Arte idem Ouidius, Fata Pheretiadæ coniunx Pagaſea redemit. Pheridamas duodecimo Metam. Exitióque dedi cũ Pheridamãte Theona. Merix, piſcis, per ε, quẽ Theodorus ruminalẽ interpretatur. Geraſcõtes producitur ab Auſonio. Perithous, qui & Pirithous. Smeria, per ε, frutex. Seræ ſerarũ, Metropolis. Serum. Seranus, Reguli filius. Tera, inſula & vrbs. Theraſia, inſula & mulier. Thera vel Theras, Polonicis filius. Theriotrophiũ, ſeptum, quo feræ paſcuntur. Thera, venatio. ſcribitur per ε, vt quicquid eſt à θήρ ϑηρὸς, id eſt feræ: vt Theriaca aut theriace, cõfectio ex vipera. Therianaria, per ε, herba ſerpentes torpeſcere faciens. Thericlus etiam per ε. Tereus ſolum in illo Ouidij in Ibin, Tantalidæ tu ſis, tu Tereſque puer. vbi Stoa legit, Tantalidæ tu ſis, Tereos atque puer. Zerinthus, Thraciæ oppidum & inſula. vnde Zerinthius. Ouid in 1. Triſt. Inde leui vento Zerinthia littora nacta.

AE ante r, AEreus: vt AEs æris. hinc ærarius, & AEro æras. vnde ſubæro, obæro, æroſus, ærificiũ, æruſco, AEria, inſula: æra, monetæ nota: æra, id eſt loliũ: vnde ærineus, id eſt loliaceus. AErugo æruginis, rubigo in ære vel argento, & videſcit. Rubigo vero proprie eſt in ferro & ſegetibus. alij Hærugo dicunt ab hærendo, vt dictum eſt in Eruca, E ante r. AErumna, ab æro, verbo Græco, id eſt leuo & tollo, id eſt miſeria. hinc AErumnoſi, calamitoſi. neque fit ex e & rumen, vt ſopniatores dicunt. Cæra ex veterum conſuetudine: nam Latini, teſte Apuleio, plerunque ſolebant ε in æ diphthongon vertere. Græci Cerion ſine diphthongo fauum vocant: ſunt tamen qui velint Latinum eſſe à Careo cares, eo quòd mellis perfuſione careat. hinc multa deducuntur: vt Cæro cæras, incæro, cæratura, cæreus, cærotum & cæratum, cærofolium, cæroſus, cærinus, cærium, cæris, cæroma. Cærinthe cærinthes, fœminini generis, herba, cum th aſpirato: habet ceræ melle miſtæ ſaporẽ. Virg. 4. Georg. Trita meliſphylla, & cærinthe ignobile gramen. Cæruleus & cærulus color, qui glaucus, cæſius, venetus & thaſſalicus dicitur, & cumatilis: nam cymata, fluctus ſunt. dictus quaſi cæluleus, aut à cæra. hinc Cærula horũ cærulorũ, id eſt maria. Ouid. 1. Metam. Cæruleũ Tritona vocat. ſic cæteri. Cæretes, lapillus. Cærete cæretis, neutrũ, vrbis nomẽ, quæ Agilla quoque dicit. & Cæres cæritis, pœnultima correpta. Virg. 8. AEneid. Eſt ingẽs gelidũ lucus prope Cæritis amnẽ. Dicitur etiã hoc Cære cæris. Sil. 8. Pun. Lectos Cære viros. hinc patriũ nomẽ cõmunis generis Cæres cæretis, pœnultima lõga. Virg. lib. 10, Qui Cærete domo qui ſũt Minionis in aruis. Cærimoniæ, à Cære, Hetruriæ oppido, teſte Põpeio. Chæro, id eſt gaudeo. Chære, id eſt ſalue, vtrũque cum ch aſpirato: hinc Chærebulus, viri proprium, in Epidico Plautina, quaſi gaudens conſulere. Bule eſt conſiliũ. Chæropolum, herba. Col. lib. 11, Iam breue chæropolũ. Chærea, adoleſcẽs. Chæreſtratus, Chæremõ, Chærippus, Chærephon, ſunt virorũ propria.

Chærelia, propriũ mulieris. Chæronia, vrbis nomen. Chæruſci, populi cum ch aſpirato ſequẽte æ diphthongo, teſte Strabone. Hæreſis, id eſt optio, electio & ſecta. dictio eſt Græca. ab Hæreomai, id eſt opto vel eligo: non ab hæreo, vt indocti ſopniãt. genitiuus eſt hæreſeos. Cic. in Parad. Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullũ ſequitur florem orationis. id eſt ſecta. pro qua viam inepte dici opinamur. aſpirari oſtendit cõpoſitum Aphæreſis & Epaphæreſis. Mart. lib. 8, Detõſis Epaphæreſis capillis. Phaleucius eſt. Baptiſta, Hæreſibus ſacrã legem Tritonia Pallas. Errant in hoc Prudentius, Alexander, & plures. hinc ſunt Hæretic⁹, Hæreſiotes, Hæreſiarcha, &c. Hæreo. hinc Hæreſco, hæſito, hærugo, hæruca, teſte Apuleio. vide Eruca, E ante r. & Hærba, ꝙ terræ fixa hæreat: diphthongon retinet, teſte Georgio Valla, quicquid dicat Tortellius. hinc Hærbare, exhærbare, hærbaſco, &c. Hærbiſander. Hæres, hæredis, qui bonis defuncti adhæret, quia dominus fit: licet ſint qui ab Herus, id eſt dominus deducant. hinc Hæredipeta, &c. Hæredium, prædium quod ex hæreditate prouenit. Hæreſius, viri nomen, addunt quidam. Hæremius etiam viri propriũ. Mæreo, teſte Apuleio, vt Neſtor ait, quem ſequitur Georgius Valla, pro triſtor, à mareendo, ſi Varroni credimus. vnde primã diphthongi vocalẽ aſſumpſit. hinc Mæror mæroris, mæſtus, mæſtitia, mæſtifico, mærare, id eſt mærentẽ facere. Pacuu. Qui multis mærauit modis. Inuenimus ſine diphthongo prima breui mæreo & mæreor in alia ſignificatione, vt in eclipticis dictum eſt.

Mæra, teſte Tortellio, cui in dictione Murus ſuffragatur Neſtor, quarta Prœti filia ex Antia vxore. eſt quoque aliarũ proprium nomen. Papin. 8. Theb. -quos Mæra ſacerdos Ediderat. Ouid. 7. Metam. Et quos Mæra nouo latratu terruit agros. hic eſt mulier in canem verſa: vnde aliquando canis nomen eſt. illic vero ſacerdos Veneris. Nærum, herba quædam. Plærique, plæræque, plæraque. vnde aduerbium plærunque. ſingulare plæruſque, & ſimplex Plærus aut plæri in vſu non eſt. Quæro, quæror, quærito, ſed deponens Queror ſine diphthongo corripitur. Quærinus, viri propriũ, quidam addunt.

Quærcus, quærnus, quærcerus, quærcetum, & ſiquid hinc fit, diphthongon habere vult Calepinus.

Sphæra aut ſpæra. Manilius libro primo, Ingenti ſphæra totum præcingit Olympum. Prudentium non imitabor, Cuius ad arbitrium ſpera mobilis atque rotunda. Græca dictio eſt: proinde ineptiunt qui à ſpatio dictam volunt. hinc Sphærociſmus, hemiſphærium, & plura. Særius, nomen fluuij. At verbum ſpero Latinum, ſine diphthongo, producitur.

OE ante r, Chœrilus, ineptiſſimi poetæ nomen. Horatius libro primo Epiſtol.

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & male natis
Rettulit acceptos regale numiſma philippos. Peccat in hoc Petrarcha in 2. libro epiſtol. ad conuitiato-

[Marginal notes: AEreus & cætera ab æs. — AErugo — AErumna — Cæra cũ ſuis — Cærinthe — Cæruleus — Cæretes — Cærete, is — Cære — Cærimoniæ — Chæro cum ſuis — Chære — Chærebulus — Hæreſis — Hæreo cum ſuis — Hærba — Hæres — Mæreo — Mæra. — Quæro — Queror — Quærcus — Sphæra — Særius — OE ante r — Chœrilus]

Chœrades
Chœrillus
Mœris
Mœrichus
Mœrecles

rem.interpretatur porculus:nam Chœros,porcus eſt. Chœrades & Chœrillus,virorũ propria. Cœranus,viri nomen. Mœris,viri proprium. Virg.in Bucol. Quo te Mœri pedes?an,quo via ducit,in vrbem? Mœrichus & Mœrecles,virorũ propria. ¶AE ante r,AEræ ærarum,vrbs. AEratæ,incolæ eius. Cærimoniæ per i, Maſſuriu s à carendo dici voluit: vnde cærimoniæ dicerentur. Chæruſci, populi apud Mantuanum. Chœnix & Chœniſcus per œ.Suidæ tamen Chæniſcus,pars nauis eſt. Hæreſis, quod nomen male variat Prudentius:habet enim primam diphthongo longam. Cæricæ horæ, id eſt temporales:& quicquid fit à καιρός,id eſt tempus,opportunitas, vt Cærophilax. Cæranus, vir. Cæranus,amnis. Cæranus,qui opportunè imperat. Nærum,herba. OE ante r, vt Cœranus,quod iam patuit. Chœrades pluraliter,Moſſynœcorum vrbs. Mœris,Ptolemæo & Melę,quæ Myris Herodoto,& Muris Straboni.genitiuus exit in idis. Mœrus,pro murus apud Lucretium & Virgiliũ. OEroe, inſula apud Citheronem,teſte Herodoto libro nono.

E ante ſ producitur,

vt Cteſiphon,viri proprium:in quo,teſte Hermolao Barbaro, peccauit Sidonius Apollinaris in primo Panægyrico dicens, -nec teſſera caſtris
In Cteſiphonta datur:totum hinc tibi ceſſimus axem. Idem de laudibus Narbonis, Cauſam ſeu Cteſiphontis actitaret. Phaleucius eſt. Veſanus ſemper producitur apud Ouidium 14. Metamor.mendoſe habetur in multis libris veſana,pro inſana. IESVS huc non pertinet contra plures,vt dixi.

Meſana

Meſana,vrbs Siciliæ,à Latinis ſemper producitur, quos ſequemur :licet Thomas Pyndan interpres corripuit Meſene, teſte Neſtore. Sil.libro 13, Incumbens Meſana freto niuibúſque reuulſa. Reſina tantum producitur.apud Martialem & Iuuenalem mendum eſt,teſte Pio.

Meſembriaci
Seſoſtris
Theſis
Veſagus

EXCEPTIO. Meſembriaci. Ouid.1.lib. Triſt. Inde meſembriacos portus & Opeſon & arces
Prætereat . à Meſembria oppido dicitur. Meſochorus: & à meſos, id eſt medius omnia. Seſoſtris, AEgypti rex. Lucan.lib.10,Venit ad occaſum mundíque extrema Seſoſtris. Auſonius oo geminauit dicens ad Pontium,Et qui regnauit ſine nomine mox Seſooſtris. Theſis,id eſt poſitio,corripitur, vt liquet ex compoſitis,Antitheſis,ſyntheſis,&c. Veſagus,viri proprium. Sillius libro quarto,
Demetit auerſi Veſagus tum colla iubáque,

Veſulus

Suſpenſam portans galeam. Veſulus,viri proprium. Idem lib.10,
Tum Veſulum calido lapſantem in ſanguine fratrum
Enſe metit rapido. Eſt etiam Liguriæ mons. Virgilius decimo AEneidos,
Actus aper multos Veſulus quem pinifer annos

Veſeris
Veſeuus
Veſuius

Defendit. Veſeris,teſte Sulpitio. Veſeuus variatur. Stat.4.Syl. -tibi nobile vulgus
Creſcit:& inſani ſolatur damna Veſeui. Mons Campaniæ:qui per ſyncopam Veſuius dicitur. Appellatur quoque Veſuuius per quatuor ſyllabas. Sil. lib.12,Mõſtrantur veſeua iuga, atque in vertice ſummo Depaſti flãmis ſcopuli. Idem alibi, Euomuit paſtus per ſecula Veſuius ignes. ſic Martial. Hic eſt Pampineis viridis modo Veſuius vmbris. nomẽ habet à conflagratione. nam Veſuiæ ſecundũ veteres fauillæ ſunt. Eſau Guaguinus corripuit,vt viſum eſt in vocali ante vocalem. ¶E ante s producitur,vt Cteſiphon,quod Sidonius tamen variat:& Meſana,licet Stoa cõmunibus adiecerit. Reſina, & inde Reſinatus,rectius producitur. Iuuen. Deſpicias merito quid reſinata iuuentus. In Martiale autem,vbi cum Stoa legeram Reſina, Pius Remora legit, Ceſſatis pueri,nihilque noſtis
Veterno remoráque pigriores. Phaleucij ſunt. Corripe quicquid eſt ex Græco Meſos,id eſt medius: vt Meſembria,meſontes,meſa,meſe,meſonante. Meſegæus,ſecũda per ε,id eſt mediterraneus,meſozeugma,meſochorus. Meſias,qui vulgo dicitur Meſſias. Mantuan. Templa genitrici Meſiæ quæ prima dicarunt. Dreſia, vrbis nomen. Eſaias,propheta apud Prudentiũ,Euomuit ſpirante deo,quem ſanctus Eſaias. Vbi ſecunda eſt ai diphthongus Græca, quaſi dicatur Eſæas. At in Vincentio dicit, Sexto Iſaiæ proximum. Iambicus dimeter. Veteres fere ſcribebant per i:quòd ſi Græcis eſt ε,deberet produci, ſiue e ſiue i ſcribatur.

AE ante s
AEſagius
AEſtus cum ſuis.
AEſacus
AEſculus
AEſculapius &c.
AEſis
AEſquiliæ
Exquiliæ
AEſymnus
AEſymnus
Blæſus
Cæſum cum ſuis.

AE ante s,AEſagius,montis propriũ,teſte Tortellio. AEſtus,æſtuo,æſtas,& ſiquid hinc deriuetur.
AEſacus,Priami filius in mergũ verſus. AEſculus,arbor. AEſculapius, ſolis filius. AEſchines, orator. AEſchylꝰ,poeta. AEſon,Iaſonis pater. AEſopus,fabulator Phrygiꝰ. AEſepꝰ,vide E ante p.
AEſar & AEſarus,fluuij nomen. AEſtimo nõ(vt imperitiores dicũt) extimo. fit enim,teſte Neſtore & Laurentio Valla,ab æs & timao,id eſt apprecio. hinc mutãdo diphthongõ in i longũ cũ præpoſitione(ex),fit exiſtimo. AEſis,fluuij nomen:vnde vrbs quædã Vmbriæ dicitur AEſiũ: incolæ verò AEſinates. AEſquiliæ,teſte Georgio Valla:ſed rectius ſcribimus Exquiliæ:quia,teſte Ouidio,ab excubijs dicuntur:nam ait in Faſtis, Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Mons eſt,qui Exquilinus quoque dicitur. AEſyrmus cũ y Græco,teſte Tortellio,vrbs Thraciæ. AEſymnus,cũ y Græco,teſte eodẽ,Græcorũ princeps,ab Hectore interfectus. AEſalon,accipitris ſpecies. AEſa,AEſyma,vrbes. Blæſus,titubãs,qui literas proferre nequit.à(blaterare)deriuari volũt. Cæſum,ſupinũ à Cædo. hinc Cæſus,cæſio,cæſim aduerbiũ,per inciſionẽ. Cæſar,& cæſo cæſonis:Cæſonius,Cæſarea,&c. Cæſaries,cæſura,cæſpes,cæſpitare. Ceſtꝰ pu

giliũ,arma à cædendo,hæc omnia dicũtur. at Ceſtus,cingulum,diphthõgon non agnoſcit. Cæſæna quoquev,ibs,vocata eſt, ꝙ exiguo amne cæſa, id eſt diuiſa ſit.incolæ,Cæſænates dicuntur. Cæſtrũ, inſtrumentũ quo cauatur ebur. at pro telo quodam Ceſtrum ſine diphthongo ſcribitur. Cæſitũ,lin teolũ circuncisſas oras habens. Cæſius color,quaſi cælius.hinc Cæſulia,oculos cæſios habens. Fræſus fræſa fræſum,id eſt fractus, vetus eſt. hinc fræſæ fabæ. Gæſa gæſorũ, tela Gallica,quæ nonnulli Cæſa per c dicũt,& à cædendo fieri putãt. Hæſi,hæſum,hæſito, ſatis patẽt ex Hæreo. Læſtrigones, teſte Guarino:licet Calepinus inter non diphthõgata reiecerit.Guarino aſtipulãtur Tortellius & Neſtor.populi fuerũt in extremo Italię peſſimi,quos humana carne victitaſſe perhibẽt.à Læſteia,id eſt latrociniũ. Mæſolus,fluuius Indiæ,vt docet Neſtor in dictione Mauſolus. Mæſtus,mæſtitia,mæſto mæſtas,mæſtifico.vide Mæreo,AE ante r. Pæſtum,oppidũ Lucaniæ. Vnde Pæſtanus pæſtana pæſtanum. Phæſtus,maſculini generis,filius Bori,& mons,ſiue promontorium Cretæ.Phæſtus,fœminini generis,vrbs in monte Phæſto. Quæſo,eclipticum verbũ,quæſiui,quæſitũ: quæſtio, quæſtor, quæſtus,id eſt lucrum.at queſtus,id eſt querela,ſine diphthõgo ſcribitur.Apuleius,teſte Neſtore, addit theſaurus verſa ϑ litera in æ diphthongon.id in eo nomine vix inuenio obſeruari.

Cæſtrum · Cæſitum · Cæſius · Fræſus · Gæſa · Læſtrigones · Mæſolus · Mæſtus · Pæſtum · Phæſtus · Quæſo · Quæſiui

OE ante s, Crœſus,rex Lydiæ ditiſſimus, à Cyro victus. Mœſia, vrbis & quarundam regionum nomen. OEſtrus,ab œſtreo,id eſt inſanio:quia volatile paruũ eſt,quod armenta vexat, & in furorem ferme agit.alio nomine Aſilus & Tabanus appellatur,& aliquando in neutro genere OEſtrum, teſte Tortellio.Virgilius 3.Georgic.Eſt lucos Silari circa,ilicibúſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt,œſtrum Graij vertêre vocantes:
Aſper,acerba ſonans:quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta.Stathius pro furore poetico ſumit dicens,
Tempus erit cum laurigero tua fortior œſtro
Facta canam. Et pro furore diuinaculorum Iuuenalis cæpit,dicens ſatyra 4, - Phanaticus œſtro
Percuſſus Bellona tuo diuinat.nonnunquam diphthongus diuiditur.Stat.2.Syl.Docto pectora concitúſque oeſtro.Phaleucius eſt. OEſtros,fluuius Pamphyliæ,vt Mela docet. OEſypum cum y Græco,teſte Georgio Valla,vnguẽtum quoddam,quo mulieres vtebantur.Ouid.lib.1.de remedio Amoris,
Pyxidas inuenies,& rerum mille colores:
Et fluere in tepidos œſypa lapſa ſinus. Neſtor male legit AEſopa cũ æ diphthõgo in prima ſyllaba, & o in ſecũda:dixitque ſignificare monilia,in quo penitus ſopniaſſe videtur.de hoc nõnihil Calepinus, quẽ videre poteris.¶AE ante s,AEſchireus,vir, lib 8.Herodoti. AEſis, vrbs Ptolemæo. AEſchriõ, ſcriptoris nomen.Sic quicquid eſt ab αἰσχρὸς,id eſt turpitudo,vt AEſchriologus. AEſalon vel AEſalus,genus accipitris. AEſacon tamen apud Ouidium legimus in mergũ auem verſum. AEſarius, fluuius,iuxta Crotona. AEſopus, amnis Lyciæ. AEſchatolicon, id eſt finis libri,vulgo per æ apud Martialẽ ſcribitur,ſed Eſcha in lexico diphthongo caret. AEſimidas AEſimidæ,vel AEſimida AEſimidæ,id eſt viri nomen. AEſylus,etiam vir. AEſima vel OEſima,vrbs. AEſa etiam vrbs. Pæſures & Pæſuri,populi. Cæſale,id eſt priuata latrina,quia χαίσαι ſignificat egerere. Bæſippe,vrbs Ptolemæo. OE ante s,vt OEſyma. OEſype œſypes,id eſt lana ſuccida: ſic & OEſypum.

OE ante s · Crœſus · Mœſia · OEſtrus · OEſtros · OEſypum

E ante t producitur,vt Meta,metior metiris.

E ante t

EXCEPTIO. Corripe habentia p vel v ante t,vt Peto,veto.Deme Petalus,viri proprium.Ouid. 5.Metamor.Petalus irridens ſtygijs cane cætera dixit. Vetonica apud Serenum. Betulum,oppidum Hiſpaniæ.Virg.7.AEne.Quíqꝫ Rhipas,Betulúmqꝫ tenẽt,atque arua Celenæ. Betulus,Hiſpaniæ fluuius:Betula,arbor,ſimiliter producuntur,teſte Neſtore. Bethleẽ in Prudentio. Bethulia in Baptiſta.

Petalus · Betulum

Cetheg⁹,propriũ viri.vide A ante l,Talos. Cletabeni,populi.Priſc.in Perihegeſi,Atque Sabæ,poſt hos necnon habitant Cletabeni. Cetra,id eſt ſcutum,dicit corripi Neſtor. Creta,fluuius in Ponto. Val.Flac.lib.1,Deficiam,Scythicum metuens,Pontúmque Cretámque, Pro Iouis patria,vnde Cretenſis & Creteus, perpetuum producitur. Etiam,notum eſt. Etheocles Etheoclis,viri propriũ. Papin. 3.Thebaid.Hæc ſenior,multúmque nefas Etheoclis aceruat. Ethemon,viri proprium.Ouid.5.Metamor. -inſtabat parte ſiniſtra Chaonius Molpheus: dextra Nabatheus Ethemon. Eteonus. Eteſiæ eteſiarum, flatus Aquilonij ante Canis ortum ſpirãtes:dicti, quòd ſingulis annis ſtatuto tempore redeunt. Ethos,annus eſt. Eteſias,id eſt annuus,ſecundam producit: quia per η ſcribitur à Græcis. Seneca in Thyeſte,AEſtas veliferis ſoluit eteſijs. Aſclepiadæum eſt. .Ethedus,viri propriũ,apud Papiniũ lib.10.Theb. Ethos,id eſt mos:vnde Ethicus,moralis. Ethologus,qui de morib⁹ docet.At Ethos pro cauſa producitur: de qua re ſic loquitur Baptiſta Pius in illũ verſum Sidonij in Epithalamio Polemij,Phyſica vel logico logicũ vel iungit ad Ethos. Si nõ ethos cauſam, ſed morales ſignificat,perperã poſitũ: quòd prima breui proferatur Ethos. Ethia luſit opuſculũ Callimachus,de cauſis ſcilicet, quẽ Seruius citat, maximo errore lapſúque pudẽdo Domitij Calderini,qui Ethia transfert(eo Martialis carmine, legas Ethia Callimachi)ad mores,ſyllaba refragãte.hæc Baptiſta Pius.Ab Ethos tamen,pro more,pœnultima lõga,fit Cacoethes tetraſyllabũ,non à cethos,authore Politiano in Miſcellaneis,cap.46.

Cethegus · Cletabeni · Cetra · Creta · Etiam · Etheocles · Ethemon · Eteſiæ

Antonius Mancinellus dicit Ethos pro more produci: pro cõſuetudine corripi in prima ſyllaba,vt videbis in vltimis ſyllabis ſn es. Nec defuerunt qui Ethos pro more, æ diphthongo ſcriberent æthos: ideo non iuſte ſatis reprehendi videtur Sidonius. Ethnicus in Prudẽtio,& Græce per ε. Etelis,piſcis.

Fretum Etymon,etymologia pers. Fretũ,id eſt mare,ab aquarũ fremitu dictũ.Ouid.in epiſt. Nota mihi freta ſunt aphrũ tangentia littus. Mendoſe legitur,Nota aphrum ſunt freta mihi tangentia littus. Tibul. Lucra petituros parẽtia per freta ventis. Mẽdoſe vulgò habetur,Lucra petituros per freta patẽtia ventis. nam fretũ ſemper corripitur.

Geta Geta vel Getes getæ,gẽs truculentiſſima,dicente Ouidio,Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Idem in Ibin, Inter Sarmaticas,inter Geticáſque ſagittas. mendoſe legitur Getas:quia ineptum eſt Getas ſagittas. Virgilius miuro vſus eſt dicẽs,Mortem cõtemnunt laudato vulnere Getæ.ſextus pes iambus eſt. Iuuen. Sat.4,Tanquã de Geticis aliquid toruiſq; Sycãbris. Mancinellus legit Getis:& dicit hic primam produci, quod nunquã imiteris.

Hetruria Heteros,id eſt alter vel aliter.Hinc Heteroclitus,&(vt Neſtor declarat)Hetruria,licet ſine aſpiratione quidam ſcribi voluerunt Etruria,& alij peſſime cum diphthõgo AEtruria. Propert.in 1,Sit mihi præcipue puluis Hetruſca dolor. Virgil.2.Georg.Sic fortis Hetruria creuit.

Meta Meta,præpoſitio Græca, id eſt trans. hinc Methodus, metaphora,&c.

Metros cum ſuis Metros,id eſt menſura vnde Metrodorus,metreta,dimetrum,&c. Martial.lib.5,Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas.at Meter,id eſt mater,producitur.vnde Metropolis,ortygometra,&c.

Metallum Metallum: facile occurret teſtimonium.

Metaurus Metaurus vel Metaurum,fluuij nomen.Horat.4.Carm.Ode quarta,Teſtis Metaurum flumen & Haſdrubal.verſus eſt alcaicus dactylicus.Lucanus libro 2,In læuum cecidere latus,velóxque Metaurus,
Cruſtumiúmque rapax,& iunctus Sapis Iſauro.

Metiſcus Metiſcus,proprium viri.Sil.Iámque Hoſcum rutulúmque Pholum ingentémque Metiſcũ.

Metanœa Metanœa,pœnitẽtiæ dea.Auſon.in Epigrã.Nempe vt pœniteat,ſic Metanœa vocor.

Metyllus Metyllus,venefici nomen.Mart.lib.4,Iratum calicẽ mihi Metylli.Phaleucius eſt.

Meterai Meterai,populi.vide Iazyx in fine libri primi.

Metabus Metabus, viri propriũ.Sillius libro quarto,
Non illum Metabus,non illum celſior Vfens
Euaſere tamẽ.

Metellus Metellus,viri propriũ,in 2.Martialis:& apud Virgiliũ,&c.

Metopon Metopõ.vide in O ante p.

Meto Metuo Meto & metuo nota ſunt.

Meton Meton,viri propriũ.Rufus in Arato,Sed primæua Metõ exordia ſumpſit ab arte.

Methone Methone cum th aſpirato,vrbis nomen. Val.Flac.lib.1,Nelidéſque Periclymenus,quem parua Methone.

Retro Retro,aduerbium:vnde retrorſum,&c.Ouid.Acta retro naris,&c.Retro præpoſitio non eſt. Seticulus,apud Virgiliũ.alij Saticulus legũt.

Tetricus Tetricus,mons Sabinorum aſperrimus. hinc Tetricus tetrica tetricũ,pro aſpero,triſti,ſeuero.Mart.in Apoph.Ne mẽdica ferat barbati prãdia nudi,
Dormiat,& tetrico cum cane pera rogat.Sil.lib.8,A tetrica comitantur rupe cohortes.

Tetra cum ſuis Tetra,id eſt quatuor. vnde tetraſyllabum. Tetradoron,pœnultima longa,quatuor palmarum.doron, id eſt palmus.Horatius ſatyra tertia, -habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſeruos,modo reges atque tetrarchas.

Tetrinnio Tetrinnire,anatum eſt,quum vocẽ edunt,ſi authori Philomelæ credimus dicenti, In fluuiíſque natans forte tetrinnit anas.

Thetis Thetis cum aſpiratione in prima ſyllaba & i Latino in ſecunda,Achillis mater.Ouid.11.Metam.Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia vitat.

Tethys Tethys cum aſpiratione in ſecunda ſyllaba,ſequẽte y Græco, vxor Oceani, variatur: ſed rectius producitur.productionẽ vide in vltimis. Mart.verſu ſecũdo libri quinti,Cæſar & hinc triuiam proſpicis,inde Tethyn.Virgilius Ecloga 4,Quæ tentare Tethyn ratibus,quæ cingere muris
Oppida,quæ iubeant.Legitur quoque accuſatiuus Tethyia apud Priſcianum in Perihegeſi. Tetralix, ſuffrutex. Tetrix,auis. ¶E ante t producitur,vt Metior. Corripe habentia p vel u ante e:vt Peto,veto.Hinc tollitur Petalus,viri nomen: & Petenor,teſte Stoa. Item Vetonica, herba,quæ betonica etiam dicitur. Pretiæ à Stoa per t ſcribitur, aliſs per c.vtcunque ſcribatur,corripitur ſicut veternũ:ita Iambus eſt in primo Phaleucij Martialis,Veterno,remoráque pigriores. Virg.Ne torpere graui ſineret ſua regna veterno. Metius, cuidam aliquando per œ ſcribitur, Regis nomen. Bethulia,vrbs. Mantuanus, Non te fœmineo montana Bethulia ſexu. Bethania. Prudentius, Conſcius inſignis facti locus in Bethania. Bethleem vel Bethlem,& interdum Bethle Bethles.Prudentius,Maior Bethlem cui contigit.Iambicus dimeter.Et in Ditrochæo,Sancta Bethlem caput eſt orbis,quæ protulit ipſum
Orbis principium. Creta,fluuius Ponti,ſolum corripitur,vt opinor. Val.Flac.lib.1,Deficiã,Scythicum metuens,Pontúmque,Cretámque.Creta,regio,ſemper producitur,& terræ albæ nomen. Creton cretonis,vir,variatur ab Nicolao Valla. Batulum non Betulum leges in Sillio,oppidi nomẽ. Etymos, verus per e breue:vnde Etymologus, & etymologia. Etymologus,id eſt veridicus,producta tertia ſyllaba. Ethos etiã per e breue,mos,cõſuetudo.Ethos etiam per η,mos: vnde ethica moralia. Stelis,piſcis per e breue. Ethnos & ethnicus,id eſt gens & gentilis per e ſcribuntur,ſed poſitu producuntur,liqueſcente n corripiũtur. Prudent.Si licet ex ethnicis quicquã præſumere,vel ſi De Phyſicis exẽpli aliquid. Eteonos vel Eteonus,vrbs. Stath.Qui Scolon denſáque iugis Eteonon iniquis. Ethruſcus & Ethruria interdũ à noſtris corripiũtur. Eteſias,vir per e in prima & η in ſecũda:vt Eteſiæ,vẽti. Geta corripitur:licet Stoa velit variari:quia apud Iuuenalem leges Cattis,non Getis. In illo tamẽ neſcio cuius producitur,Mortem contẽnunt laudato vulnere Getæ. Meteſanus,loci nomen,corripitur à Mantuano. Methone,vrbs,apud Græcos variatur:correptio eſt lõge frequẽtior.Homerus tamẽ produxit.

Ethopolus,vir,Nicolao Vallæ corripitur Iliad.4. Metopoſopus,per e breue in prima,& ω in ſecūda, is dicitur qui per lineamenta oris atque frontis mores hominis euentáque prædicit. male dicitur metopus. Rhetus,populus:licet interdum corripiatur.vt Claudia.Quæ ſenis obiecta Rhetis.ſæpiꝰ tamen producitur.Idem,In Rhetos Gallóſque vias. Horatius lib.4.Ode 4,Videre Rheti bella ſub alpibus. Tetralix,ſuffrutex per e.ſic Tetrax tetracis,auis. Thetis,Oceani vxor,teſte etiam Stoa,variatur.

AE ante t,AEtas per ſyncopā, pro æuitas.hinc AEternus,æterno æternas. AEtia,pro cauſa,multi diphthōgo notant: vnde ætiologia, cauſæ redditio. AEther, & quicquid eſt ab ætho, id eſt ardeo:vt AEthra,mulieris proprium,& ætheris ſplendor. AEthiops, Vulcani filius, & AEthiopiæ populus,à cremato aſpectu.Ops opos aſpectus dicitur. AEthon,ſolis equus. AEtheriꝰ,viri nomē.ſcribitur autem AEtho cum th aſpirato. AEtna,mōtis nomē,eiuſdē eſt originis,extrita aſpiratione,teſte Georgio Alexādrino in Epiſtolā Sapphꝰ,vbi dicitur,Arua Phaō celebrat diuerſa Typhoidos AEtnæ. AEteus, ætites. AEthalia,cum th aſpirato,& a in ſecunda ſyllaba, inſula in mari Liguſtico. AEtolia,cum o in ſecunda ſyllaba ſine aſpiratione.vnde AEtolus,regio eſt contigua Acarnaniæ. AEtha,mons Theſſaliæ,vt ait Calepinus: ſed melius ſcribitur cū œ,OEta, vt dicemus. Bætylus, abaddir. Cæteri,cæteræ,cætera.in raro vſu eſt ſingulare Cæter,cætera,cæterum,quod coniunctio etiā eſt. Cætus:vide in OE diphthongo ante t,Cœtus. Dætor dætoris,viri propriū:ponit hoc Tortellius,ex quo non pauca ſumpſimus. Frætus, id eſt confiſus,quidam à Fruor deducunt: alij aliunde. Gætulia,regio Aphricæ:cuius incolæ Gætuli dicuntur.Mart.lib.10.ad Manium, Tecū ego vel ſicci Gætula mapalia Pœni,

AE ante t
AEtas
AEtia
AEtho cum ſuis
AEther
AEthon
AEthiops
AEtna
AEthalia
AEtolia
Cæteri
Cætus
Dætor
Frætus
Gætulia

Et poterā Scythicas hoſpes amare caſas.Idem in 4.Epigrā. Tradita Gętulis,nec cepit arena nocētes. Ita legendū cēſet Sulpitius:licet vulgo habeatur Traducta eſt Gætulis.quod Georgius Merula ita credit emendandū,Traducta eſt Geticis aut Gyaris:quādo in vtrunque locū relegarētur nocētes.nam nimis licenter contra rationē Græcam,& vſum Latinorū primas ſyllabas poeta corripuiſſet: nulla metri neceſſitate coactus.Eſt tamē qui corrigat, Tradita Gætulis:quam correctionē non improbamus: quanquam vt vera,ſic frequens lectio ſit traducta,non tradita. hæc Georgius Merula. Neſtori nulla correctio placet,& dicit diphthongon corripi,vt in Mæotis:& ſecundā, vt in Apulus, contra primitiui naturam.nobis magis placet lectio Georgiana aut Sulpitiana:licet mendoſe quoque apud Agretiū citetur hic verſus,vt oſtēdatur ſignificatio verbi(defero):quia ſequitur,Et delator habet quod dabat exiliū. Itaque,ſi mihi auſcultes,nunquā corripies primam aut ſecundā in Gætulus.hinc Gætulicus tam proprium quàm appellatiuū.Iuuen.ſat.7,Salue Gætulice ſeu tu. Lætor lætaris,lætus,& quicquid hinc fit: vt Lætamē,quia ſegetes lætas facit. Pætus,proprium & appellatiuū, pro eo qui oblique in altum reſpicit,& qui oculos leuiter verſat,vt laſciui.hinc Veneris oculi Pæti appellantur. Ræte vel rætis,ræticulum,rætiaculum,rætia rætiæ,irrætire,&c. teſte Apuleio,vt docet Neſtor:nam Apuleij grāmaticam non vidi. Tæter tætra tætrum,id eſt malus,fœdus,inſuauis.hinc Tætrare,verbum:Neſtor teſtis eſt à veteribus hanc vocem diphthongo annotatam fuiſſe:quos imitari operæpretium eſt.

Lætus
Pætus
Ræte
Tæter

OE ante t, Cœtus, id eſt conuentus,congregatio. at pro piſce Cætus æ diphthongo annotatur ſecundum Apuleij ſententiam,teſte Neſtore:licet Gaſparinus & Tortellius diphthongon habere negēt, quia Græce diphthongon non agnoſcit: pluraliter cæte dicimus. Auienus in Arato,

Diſtantem Andromedam prolixi tramite mundi
Perterret cætus.

Hoc eſt contra Seruium:quia putauit ſingularem nominatiuū non inueniri. Cœten, Græci thalamum vocant.hinc Procœtion,antithalamum dicunt, teſte Calepino. Fœtus,fixum quartæ:& adiectiuum Fœtus,fœta,fœtum:fœto,fœtico,fœtuoſus non fœtoſus,fœtura.Fœteo,fœtidus, &c.

OE ante t
Cœtus
Cœten
Fœtus
Fœteo

Hœthyni,cum th aſpirato,ſequēte y Græco,populi quidam,teſte Tortellio. Hœtychius,teſte eodē, viri proprium,cum t exili,ſequente y Græco & ch aſpirato. Lœtum,id eſt mors,à luo,teſte Apuleio. Priſcianus credit Latinum eſſe ab antiquo verbo Leo les let:quia mors omnia delet:ideo ſine diphthōgo ſcribimus letum.Varro à Lethe,quod obliuionem dicit,facit lethum ſine diphthongo cum th aſpirato. nec defuerunt qui cum æ Lætum ſcriberent per antiphraſin, quòd minime lætum ſit. hinc Lætalis,&c. Mœtius,vir doctiſſimus tempore Horatij:de quo in Arte ait, -ſiquid tamen olim Scripſeris, in Mœti deſcendat iudicis aures. OEta,Theſſaliæ mons. vnde Hercules OEtæus dicitur: quia in illo mortuus eſt.Virgilius in Ciri,Poſtera lux vbi læta diem mortalibus almum,

Et gelido veniens mani quatiebat ab OEta.

Mendoſe legebatur,Et gelido veniēte mane, vt docet Badius:quia(mane)ſemper producit:ergo(mani) legitur iuxta dicta Seruij & Sergij. OEtoſyros,Apollo dicitur. OEtus ſine aſpiratione,Aloei filius,pugnauit cū dijs in Creta. vnde OEtij campi.dicit hoc Tortellius. Virg.in Culice,Nā victus ſedet immanis ſerpētibus OEtos, Deuictū mœſtus procul aſpiciens Ephialtē.Pleriſque in libris habetur Othos. Prœtus,vir:cuius filiæ Prœtides dicuntur. Rhœtus,mōs Troiæ.hinc rhœteus rhœtea rhœteum. Rhœteus,diſſyllabū,viri proprium in 1. Valerij Flacci.

Hœthyni
Hœtychius
Lœtum
Mœtius
OEta
OEtoſyros
OEtus
Prœtus
Rhœtus
Rhœteus

¶AE ante t,vt AEtia,id eſt cauſa,ratio:& AEtia ætiorū,opus Callimachi. Mart.Nec te ſcire legas ætia Callimachi. Bætarrhus bętarrhuntis, Palæſtinæ virus. hinc bætarrheni & bętarrheſij. Bætylus,abaddir, quo Saturnus illuſus fuit. vnde eſt adagiū in voraces, Bætylum degluties. AEthuſa, inſula.

Chæte,oppidū. Lætia etiā oppidū.Incolæ,Lætēſes. Gætulus tu produci affirmauero cōtra Stoā. Nam recte legitur apud Martialē,Traducta eſt Gyaris,aut tradita eſt Gætulis.non traducta eſt. Et a-

pud Auſonium legetur, Tarquinius Gætulus item,&c. Et apud Ouidiũ,Quid dubitas vinctam Gætulo tradere Hiarbæ. AEthon,ab ardore dictus,equus Plutonis & ſolis: ſecũdus equus Plutonis dicitur Orphnæus,id eſt niger: Tertius,Nycteus,id eſt nocturnus: Quartus,Alaſtor,&c. OE ante t,vt Cœtæ cœtes,cubile,luſtra, ferarum contubernium, alueus. Cœton, cubile: inde Acœtos, ſine cubili.

OEta,mons:à,Seneca diphthongus diuiditur,Quæ ſub Octæ latebroſa ſyluis. Apud Valerium Hac cum Eſt Phaſin, & Plethen Scytbici pericula ponti. Redde(ait)AEſonide.vbi AEthen dicit patrẽ Medææ. Pœtilius,non petilius,Volaterranus & Hermolaus ſcribunt.

E ante u producitur,

E ante u

vt Leuinus,leuina. Martialis lib.6,In Pompeiano dormis Leuine theatro.male autem Petrarcha in 6. Aphricæ,Illa ſed aſperior ſententia viſa Leuini
Optima. Sic Leui Leuita:licet nonnulli hæc peruerſe corripuerunt.

Breuis, Leuis, Seuerus

EXCEPTIO. Breuis, Breuiare. Leuis,non grauis:leuitas,leuare,nota ſunt. Seuerus. Virgilius, Amnémque ſeuerum. ¶E ante u conſonantẽ producitur,vt Meuius. Horat. Meuius abſentem Nouiũ cũ carperet,heus tu. Vbi male per æ legit Stoa,Abſentẽ Næuiũ,&c. quia Næuius diphthongon habet.

AE ante u, AEua, AEuum, Læuis, Læuus, Næuus, Scæuus, Sæuus

AE ante u,vt AEua,vxor Adami protoplaſti. AEuum, æuiternus. Græci AEon dicunt. Læuis, teſte Calepino,pro plano,non aſpero. Perſius, Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis.ſic Læuor,læuigo,&c. Stathius primo Thebaidos,Pars teretes læuare manu,ac diſponere menſas. Neſtor & Georgius Valla negant hæc diphthongon habere : quia Læuo Græce cum ει diphthongo ſcribitur , quam in e longam vertere conſueuimus,aut in I longam. Læuus læua læuum,id eſt ſiniſter. hinc Læua,ſiniſtra manus. Græce læa dicitur. hinc læuorſum. Næuus,corporis macula. hinc Næuoſus:& Næuolus,viri proprium:& Næulus,Næuia, hominum propria. Scæuus cum ſc,id eſt ſiniſter. ſcæa, ſiniſtra manus Græce dicitur. hinc Scæuola,viri cognomen,& aliquando nomen. Sæuus ſæua ſæuum,id eſt durus,horridus,crudelis. hinc Sæuio ſæuis,& ſæuitia ſæuities,ſæuitio ſæuitionis,&c. AEzani,populi. AEzanus, Tantali filius. habent AE ante z. OE ante u non inueni.

OE ante z, Trœzen

OE ante z,Trœzen, viri & vrbis nomen. Incolæ, Trœzeni dicuntur: diphthongon habere teſtis eſt Tortellius. Seneca in Hecuba,An maris lati ſinuoſa Trœzen. ſapphicum eſt. Rhœzus, nauale apud oſtia Sari fluuij. ¶AE ante z,vt AEzani,populi:alij Azanos vocãt. AEzonus,filius Tãtali Herodiano.

Mezei, populi Hermolao. OE ante z, vt Trœzen Trœzenis : vt Trœzene Trœzenes, vel Trœzo Trœzes. Ouidius in Heroid. Hic tecum Trœzena colam Pitheia regna. Idem Faſto.2, Altáque Trœzene, Parrhaſiæque niues. Et Stat. Thebaid.4, AEgion Arenénque,& quas Theſeia Trœzen. non diuiditur diphthongus,vt fecit Torrentinus in grammatica.

I ANTE CONSONANTEIS IN PRIMIS SYLLABIS.

I ante b, Libya, Liburnum, Liber, Libanus, Tyberius

I ANTE b corripitur,vt Libya vel Libye. Lucret. lib.2, Continuo Libye domiuis priuata ſuperbis. ita lego,licet vulgo habeatur Libya continuo, &c. Liburnum, vehiculi genus contra Alexandrum. vide A ante r, Baris. Sic Liburni,populi apud Horatiũ & alios. Iber,Iberus,vt ex crementis liquet. ideo errat Petrarcha in 2. Aphricæ dicens, Littus ad Iberum reſonet. Fibra, teſte Neſtore. Libanus,mons. Priſcianus in Dionyſio,Aſt humilẽ Libanus claudit portẽtus in ortum. Non ſequar Sedulium libro 4. dicentem, Semper habens frondes,& tanquã Libana cedrus. Tyberius,viri proprium,in quo errat Lippius. Horat.3. ſatyra lib.2, Te Tyberi numerare, cauis abſcondere triſtem Pertimui. vocatiuus eſt.

Fibula

EXCEPTIO. Fibula:vnde verba Refibulo,diffibulo. Virgilius 4. AEneidos,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Martial. lib.9, Iam pædagogo liberatus,& cuius
Refibulauit turgidum faber penem. Scazon duplex. Papin.6. Thebaid. Torto chlamydem diffibulat auro.

Hybernus, Ibis, Ibicus, Liber, Libo, Libum, Libra, Libella

Hybernus ab hyẽs ſatis patet. Hybris, teſte Nebriſſenſi. Hybernia variatur. Ibis. Iuuen. ſat. 15, Pars hæc illa pauet ſaturam ſerpentibus ibim. Ibicus, viri proprium. Horat.3. Carm. Ode 15, Vxor pauperis Ibici. verſus eſt glyconicus. Ibo,ſcibo,ſcibam,in crementis patent. Liber,id eſt Bacchus: & mobile. vnde Libero,liberalis,&c. Virg. Liber & alma Ceres. Idem, Libertas quæ ſera tamẽ,&c. pro cortice & codice corripitur. Horat. Hic meret æra liber. Libo libas. Virgil. Oſcula libauit. Libum. Idem, Et adorea liba per herbã. ſed Libo,proprium viri,corripitur apud Horatium epiſt.20. Libra,licet Neſtor quodam in loco velit corripi. hinc librare,&c. Lucretius libro quarto,
Et libella aliqua ſi ex parte claudicat hilum,
Omnia mendoſe fieri & obſtipa neceſſum eſt. quare non imitabor hymnographum Paulinum, Nólenſem epiſcopum dicentem, Nardi Maria piſtici
Sũpſit librã mox optimi. verſus ſunt dimetri iãbici.

Libethrus, Libethra, Scribo, Scribonius, Scriblita, Sibilus

Libethrus vel Libethra,mons & fons Magneſiæ, muſis ſacer. vnde ipſæ Libethrides dicũtur cũ th aſpirato. Rufus in Arato, Et deuota virum tegeret Libethra peremptũ. Virg. in Bucol. Nymphæ noſter amor Libethrides. Scribo. vnde Scriba ſcribæ,&c. Horat. Scribimus indocti. Scribonius & Scribonia,hominũ propria. Propert. lib.4, Nec te dulce caput mater Scribonia læſi. Scriblita,placentæ ſpecies. Mart. lib.3, Circumlata diu menſis, ſcriblita ſecundis Vrebat nimio ſæua caloꝛe manus. Scibilis, vt ſcibam & ſcibo. Sibilus vel ſibilum. Sibi-

Io. Virgilius, Venientis ſibilus Auſtri. Sibia. Tibia. Papin. 7. Thebaid. Tibia cui teneros ſuetũ pro- Tibia
ducere manes. nequeo excuſare Petrarcham in ſeptima Aphricæ dicentem,
Impleat hic ocreas ſemori, tibiáſque pedéſque
Armet. hinc Tibicen. Tribulum tribuli, & pro eodem Tribula tribulæ, vehiculi genus, quo frumẽta Tribulum
in area teruntur. Virgil. 1. Georg. Tribuláque traheæque & iniquo pondere raſtri. hic neutrum eſt. Var
ro, E ſpicis in areã excuti grana: quod fit apud alios iumẽtis iunctis. ac tribula. Hic fœmineum eſt. Tri
bulus autem, id eſt ſpina, corripi notum eſt. Ouidius 10. Metamor. -lolium tribulíque fatigant
Triticeas meſſes. Tybur, oppidi nomen, cum y Græco. vide Catillus A ante t. hinc Tyburs & tybur- Tybur
tinus & propria: Tyburtus 7. AEneid. Tyburna, Murrhi vxor apud Sillium lib. 2. Tyburnus in 1. Tyburnus
Sylu. Papinij. Tybarni in 6. Val. Flacci. Tibula, teſte Stoa. Vibius, id eſt duplicis vitę, vt anſer anáſ- Tybarni
que: quia tam in terra quàm in aqua viuit. Stat. in 3. Sylu. Vibia cur magnos æquẽt animalia diuos? Vi Vibius
bius quoque, viri proprium eſt. Mart. lib. 9, Vibius hanc Marti pro duce vouit auem. Vibidius, viri Vibidius
nomen. Horat. ſatyra vltima, Summus ego, & prope me Viſcus thurinus, & infra
(Si memini) Varinus cum Seruilio balatrone
Vibidius: quos Mecœnas abduxerat vmbras. Viburnum, breuiſſimum virgultum. Virgil. in Bucol. Viburnum
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Vibex patet in crementis. Gibbus poſitione produ- Vibex
citur, à nõnullis male exceptũ. ¶ I ante b corripitur, vt Libya vel libye. Lucretio lib. 2. ſic legitur recte, Gibbus
Quæ bone cognita, ſi teneas, natura videtur
Libera, continuo dominis priuata ſuperbis. Vbi prius legebatur Libya continuo: & correxi non reſpi-
ciens ad ſenſum, Continuo Libye. Senſus autem eſt, Si prædicta teneas, id eſt cõſyderes: bone, id eſt be
ne: natura erit libera ſuperbis dominis, id eſt grauis deorum iugo. Ibernia vel Ibernie Ibernies, inſu-
la Britanniæ, quam veteres Iuuernam, non Iberniam vocabant. Græci quoque ἰουέρναι. Strabo tamen
ἰέρναι. Vnde Claudianus in quarto Conſ. Hono. Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne. quanquam
etiam Iberne legitur, ait Hermolaus. Claud. in laudibus Stiliconis, -totam cum Scotus Ibernam
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Tethys. Bapt. Mantuanus id nomen in prima produxit, tanquã ab
Hybernus hyberna hybernũ dicatur. Hybris, id eſt contumelia. Hybriſter hybriſteris, pœnultima
longa in genitiuo, id eſt conuitiator. Hybriſticus, conuitiatorius, corripiunt natura primã: ſed Horatius
poſitione produxit hybrida. Libanus etiã rectius corripitur, licet à Sedulio producitur: cuius autho-
ritate deceptus Stoa dicit ſemper produci. Auſon. Horum ſpirat odor Libani ceu montis honor thus.
Interpres Dionyſij, Aſt humile Libanus claudit portentus in ortum. Libro libras videtur corripi in
hoc Priapeiæ, Medis laxior indicis libratis. Scribilita, id eſt placenta. Plautus, Nunc dum ſcribilitæ æ-
ſtuant, occurrite. Tyburnus, ethnici dei nomen. Stathius 1. Sylu. Illa recubat Tyburnus in vmbra.

Tibula, teſte Stoa, corripitur. Item Tibareni vel Tiberani, populi Aſiæ, ſummum bonum in iocis &
riſu collocantes. In Valerio Flacco leguntur etiam Tibarni.

I ante c corripitur,

I ante c

vt Frico. Martialis libro quarto, Hinc oleo, corpúſque frico, mollíque palæſtra Frico
Stringo libens. Male in pleriſque omittitur prius (que): quia Frico vbique corripitur. Cichorea nõ
producit à Columella. Dicax. Micypſa. Dicarchis vel dicarchæa: licet Petronius videatur producere.

EXCEPTIO. Bicus, viri nomen apud Philelphũ in 17. Cliciades, viri proprium. Ouid. in Ibin, Cli Cliciades
ciadæque modo circumdatus ignibus atris. Sed multi libri habent per t Clitiades. Aliqui tamen exce-
perunt. Cyce Cyces, per y Græcũ, mulieris nomẽ. Ero ad Leandrũ, Lucidáque Alcyone, Cycéque & Cyce
Alimone nata. Cichus, viri nomẽ, à Fauſto ſemper producitur. Dico dicis, tertiæ: nam primæ cor- Dico
ripitur: quod indicãt cõpoſita dedico, prædico. Dica in Plauto. Ficus, hinc Ficulnus & ficedula. Mar Ficus
tial. Res mira eſt ficus, nõ habet vnus ager. Ficedula videbitur in E ante d. Ficeliæ, locus in vrbe qui- Ficedula
dam, teſte Calderino, Martialẽ lib. 6. ſic legẽte, Incolis & veteres tu quoque ficelias. Merula tamen fice- Ficeliæ
dulas legit: & in antiquo codice ſic ſe reperiſſe dicit. Icarus, Dędali filius. Ouid. 1. Triſt. Icarus Icarias Icarus
nomine fecit aquas. Icaria, inſula in mari Icario. Lucan. Ipſe per Icariæ ſcopulos Epheſúmque relin- Icaria
quens. Icarius, mons Atticæ, & pater Penelopes, qui Icariotus quoque dicitur. vnde ipſa Icariotis Ica
riotidis dicitur. Propert. Quæque ferunt faſtus Icarioti tuos. Icon, iconcula, iconius, iconiſmus, ico- Icon
nium, authores ſunt Neſtor & Sulpitius. Ico icis, percutio. tantum producitur contra multos. qui Ico
contradixerit, afferat contra me veteris poetæ teſtimoniũ. Lucret. lib. 3, Percuſſit corpus, extra propellit
& icit. In eodem, Nec radicitus ex vita ſe tollit & icit. ſiquis dixerit, licet is Caper fuerit, icit, hic prệteri-
tum eſſe, nugas egerit: quia infinitum Icere manifeſto producitur à Catullo apud Gelliũ in vltimo epi-
gram. Infeſtum telis icere muſca caput. multos decepit grãmatiſtarum peruerſitas. Liciũ, vnde Tri- Licium
lix triticis, teſtiuilicium, liciatorium. Lucan. lib. 10, Vt mos eſt Pharijs miſcendi licia telis. Licianus, viri Licianus
proprium. Mart. lib. 1. epig. Videbis albam Liciane Bilbilim. Iam. trim. arch. Licheus, viri propriũ in Licheus
14. Sillij. Lichen, cum ch aſpirato, vt præcedens, morbus qui à Mento mentagra Latine dicitur. Mar Lichen
tialis libro 11, Non vleus acre, puſtulæve lucentes:
Nec triſte mentum, ſordidi ve lichenes. Scazontes ſunt. Lychas, viri proprium, variatur à Virgilio. Lychas

vide Camers,A ante m. at pro Herculis famulo,in ſaxum verſo,ſemper corripitur. Ouid.9.Metam.
Mica Ecce Lycham trepidum.cum y Græco & ch aſpirato. Mica,fruſtillulum è pane vel alia re decidẽs,
& cœnationis paruæ nomen.Mart.lib.2,Mica vocor: quid ſim,cernis:cœnatio parua.Idem lib.7,Nul-
Michylus láque mica ſalis,nec amari fellis in illis. Michylus,cum y Græco in ſecunda,proprium viri.Ouid.15.
Nice cũ ſuis Metam.Michylus illius dijs acceptiſſim⁹ æui. Nice,id eſt victoria:Nicao,vinco.hinc Nicolaus,qua-
ſi populi victor. Nicander, Nicanor, Nicophanes, Nicomachus, Nicoſtratus, Nicoſtrata, Niceros
Nicerotis,Nicocrates, & alia multa hominum propria,quæ omnia primã producunt:licet verſificato-
res quidam magis quàm poetæ id non obſeruauerint,inter quos reperietur Riga.ſic Nicopolis,oppi-
di nomen,quaſi victoriæ vrbs: quod nomen primam producit in Baptiſtæ Catharinaria, cuius eſt &
hic verſus,Nicomachi proles ſtellis Erimanthidos vrſæ.Philelphus Nicolaum Quintum in Decadi-
bus ſuis ſemper Nicoleon appellat,quia Nicolaus hexametrum nequit adire.Iuuen.Saty.3,Et cæro-
Niceterium matico fert Niciteria collo.Eſt autem Niciterium,vel per e in ſecunda,teſte Mancinello, Niceterium,
Pica victoriæ præmium. Pica.Mart.in Diſtichis,Pica loquax certa dominum te voce ſaluto:
Picus Me ſi non videas, eſſe negabis auẽ. Pſyche, anima, & amica in Martiale. Picus,alia auis, & vir
in eam auem (vt fabulantur) verſus. Ouid.14.Metam.
Picus in Auſonijs,proles Saturnia terris
Picenum Rex fuit. Picenum,regio Italiæ.hinc Picens picentis.Et Picentinus,tam appellatiua quàm propria.
Sil.lib.6,Picenum diues.Mart.Picentina Ceres niueo ſic nectare creſcit. Phycus Phycuntis,cum y
Græco,oppidum & promontorium.Lucan.lib.9,Impulit,ac ſæuas meritum Phycunta rapinas
Sica Sparſit. Picumnus in Macrobio. Sica,breuior gladius quẽ latrones baculo abſcõdunt.hinc ſicarius
vnico c ſcribitur à Nebriſſenſi & Calepino: nec video qui contrarium præcipiat. dicitur quaſi ſeca à
ſecando,vt aliqui volunt.videbis in V ante b Subula,& O ante q Alioqui.Hinc ſicula diminutiuum
Siciliquus apud Catullum ad Ianuam. Siciliquus, menſura continens ſcrupula ſex, volunt dici, quòd ſemi-
unciã ſecet.vide I ante p,Scrypulus. Sycos,id eſt ficus:vnde Sycomorus,Sycophanta:vide in medijs
Sicut Sycomorus,O ante r. Sicut,ſicuti,ſicubi,ſicunde,nota ſunt.Claud.in 3.de raptu Proſerpinæ,
Sicubi Deſertóſque thoros, & ſicubi ſederat olim,
Spica Perlegit. Siche ſiches,in Iuuenco. Spica.Virg.in Moreto,Allia cũ fractis ſpicis. Dicitur quoque
Spicus ſpicus: & quod plurali caret,ſpicum. Cicero in Arato,Spicum illuſtre ferens inſigni corpore virgo.
Spicum Hinc Spiceus,ſpicea,ſpiceum. Spicilegium à Spico ſpicas,& Inſpico, & Spiculũ,haſta in ſpicarum
Spiculum ſpeciem,& aculeus.Virg.4.Georg.Et ſpicula cæca relinquunt.de apibus loquitur. Sichæus,Didus
Sichæus maritus,variatur: licet correptio ſit longe frequentior.Virg.Huic coniunx Sichæus erat.Idem,Ille Si-
Sicilia chæum,&c. Sicilia,Græci Sicelia cum e in ſecunda etiam dicunt.Hinc Sicelis.Sappho ad Phaonem,
Sicelis Quid mihi cum Leſbo? Sicelis eſſe volo.Virg.in Bucol.Sicelides muſæ,&c.Hinc Siculus,ſicula,ſicu-
Siculus lum:quod contra primitiui naturam corripitur tantum. Idem 3. AEneid. Ore Arethuſa tuo Siculis
Sicania confunditur vndis.Sicilia,inſula eſt quæ alio nomine Sicania & Trinacria & Triquetra dicitur:ſed Si-
cania,vt Sicanus,ſicana,ſicanum,primam & ſecundam variat(vt opinor).Virg.AEneid.3,
Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium vndoſum.Sil.lib.14,Sydera Eliſæis aderat gẽs Sicana votis. Idem in eodem,Aſtus mi-
ſcebant Tyrios leuitate Sicana.Ouid.13.Metam. Sicania tribus hæc excurrit in æquora linguis. Si-
Sicha cha,viri proprium cum ch aſpirato.Sil.9,At Sicha auxilium magno turbante dolore. Siconius,viri
Siconius proprium.Catullus,Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus
Ticinus Spurcata impuris moribus intereat.vocatiuus eſt.Quidã cc geminãt. Ticinus,fluuij nomen.Sil.
lib.1,Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ.ſic cæteri.ideo apud eũdem lib.6.lego,Adde & Tici-
ni ſpumantes ſanguine ripas.licet vulgo(vt opinor)mendoſe legatur,Adde etiam.Hanc opinionem
adiuuat vir vndecunque doctiſſimus Baptiſta Pius,carpens illud Sidonij in tertio Panægyrico,Vlti-
ma iam clatos quærunt poſt damna Ticini. Cæteri(ait)prima intenta proferunt. Ticinum in neu-
Ticinum tro genere,à fluuio nomen oppidi eſt:quam Papiam nunc vocant.Errat ſemper Philelphus per men
doſam Sillij lectionẽ deceptus.vt in decima octauæ,Quoſque pater Ticinus nitida perlucidus vnda.
Trica Trica tricæ,vel Trice trices,vrbs Cretæ.Seneca in Hecuba,Parua Cortyne,ſteriliſque Trice.ſapphi-
Apina cus eſt.Eſt etiam Apuliæ oppidũ,vt Apina. quæ oppida cum tanta ignominia euertit Diomedes, vt
in prouerbia abierint:nam quoties rem nullius pretij nominare volumus,tricas apináſque vocamus.
Mart.Sunt apinæ tricæque, & ſiquid vilius iſtis. Tricæ in eadem quantitate ſunt capilli, aut res aliæ
quibus gallinarum pedes inuoluuntur.hinc Extrico,intrico,verba. Tricies,triceni.Martialis,Bis tibi
Tricies triceni,&c.Sic triceſimus,quod trigeſimus quoque dicitur.. Vicus,inde vicinus,vicina,vicinum:Vi-
Triceni cinia,Vicinitas.Horat.Turba impia vici. Vicies,viceſimus,& vigeſim⁹,viceni. Virgil. in AEtna,Vi-
Vicus cenos perſæpe dies iacet obruta moles.Mart.lib.1,Non plenum modo vicies habebas.phaleucius eſt.
Vicinus ¶I ante c corripitur,vt Cichorea,herba. Horat. Ode 31.lib.1,Me cichorea leuéſque maluæ. Vbi duæ
priores corripiuntur,cum tamẽ ſecunda per ω ſcribatur in lexico.Quidam apud Columellã legunt,
Ciachorea & teneris frondens lactucula fibris. Alij,Intuba cum teneris, &c. Icon iconis. Græcis
εἰκών priorem producit,& ſecundam in obliquis corripit. Lycæus,Arcadiæ mons,corripitur tantũ.

Ouid.Metam.1.Et cum Cyllene gelidæ pineta Lycæi. Leges igitur apud eundem,Conſitáque arboribus.Lyrcæa reliquerat arua. Sic legit Iacobus Crucius Bononieſis.Eſtque Lyrcæus,fluuius ex Lyrcio monte Arcadiæ.Papin.4.Thebaid. Aret Lerna nocens,aret Lyrcæus,& ingens
Machus.Val.Flac.lib.4, -dominum Lyrcæia tellus,
Anſáque deprenſæ timuerunt conſcia culpæ. Lycus,viri & fluuij nomen,à Virgilio & alijs fere corripitur.Ouidio tamen pro fluuio ſemel producitur lib.1.de Ponto,
Torquet enim fortuna parum,niſi Lycus in Hebrum
Influat,&c.Idem in quarto de Ponto,Hue Lycus,huc Sagacis,&c. Bichus,vir,producitur à Philelpho. Cicbæ,vir alter à Fauſto. Dica à Paulino ad Auſonium,Cõfeſſus dica mutatæ in praua notandum. Et Plaut. in Pœnulo, Cras ſubſcribam homini dicam. nunquid me vis cæterum? Dicarchis,vrbis nomen Puteoli,Stoa notauit variari,ſed plures corripiũt.Nam Dicæus,id eſt iuſtus, corripitur à Pythagora & Phocylide. Liceo,teſte Bebelio, ab Horatio producitur, Nonnunquam pretio pluris licere notante. Quidã liceare legunt,quia liceor actiue ſignificat.Liceo paſſiue,iuxta illud,Nõ licet aſſe mihi,qui me non aſſe licetur. Perſius,Et certum Græcos curto centuſſe licetur. Lychione à Pylade ꝑducit. Micheſteus ab Nicolao Valla in 14.Iliados. Mycernus,vir. Ouid.in Ibin, Qualia Mycerni membra fuiſſe ferunt. Micypſa,rex Numidiæ.Sil.lib.2,Ille Iubam Tapſum patrem,clarúmque Micypſam. Nomen aui. Iuuen.ſaty.5,Canna Micypſarum prora ſubuexit acuta. Michax, producitur,teſte Stoa: ſed in Lucano, quem citat,legitur Mazax: Medorum tremulum quum torſit miſſile Mazax.Vbi Sulpitius ait,Michax ſiue Mazax, ſiue Maca, poſt Naſamones,populus eſt iaculandi peritus.Neſcio an Lucanus noue in Maca priorẽ produxerit,quia à Sillio ſemper corripitur:nec vſquam inueni alibi Michax aut Mazax: ſed bene Macans. Herodotus lib.4, Macas populos Africæ poſt Naſamones locat.Sunt etiam Macæ,populi Indiæ: pro quibus mendoſe magnæ ſcribuntur.Sil.
Cyniphij didicere Macæ,ſquallentia barba,
Ora viris,humeróſque legunt velamine capri. Nice,id eſt victoria,in compoſitis ſemper producitur, vt Nicophorus Iupiter, Nicarte nympha, Nicea vrbs, & in ſecunda parte Beronice,&c. Cicinnus & Cicinnatus ſine n litera ante c in prima quam producũt,ſcribenda ſunt, teſte Becichemo. Picunnus,auis picus & deus. Macer,Et nunc agreſtes inter Picunnus habetur. producitur ergo vt Picus.

Sichem.Iuuencus,Venit Samaritida Sichem.Fauſtus,Cúmque ſui Sichem patri necatus obit.vterque ergo ꝑducit. Icon iconis,pœnultima genitiui correpta: ſed prima quæ per ει ſcribitur longa,poteſt dici econ. Iconicus vel econicus,imaginarius,factor imaginum. Ticinus tantum produci aſſero cum Baptiſta Pio:& apud Sillium mendoſe legi,Adde etiam Ticini,&c. pro Adde & Ticini.Sic alibi ſæpe.Et Claud.in 6.Conſul. Honor.Colla leuant pulcher Ticinus & Abdua viſu.vt habent emẽdati codices . Apud Serenum autem leges,Allia præcepit Titini ſententia necti. pro Titinij, qui fuit medicus,teſte Bebelio,& poeta togatarum ſcriptor.Male ergo Stoæ Ticinus cenſetur corripi. Sycoſis,morbus per ω Latine ficus:& quicquid eſt à σύκος,id eſt ficus.vt Sycaminos, morus,& locus quidam in 6. Plinij,cap.29. Sycomorus,arbor,id eſt ficus fatua. Sycophãta,comeſtor ficuũ,&c. Tichobates per ει,dicitur per muros aut parietes currẽs. Trucca aut Tricce tricces,geminato cc,à Tricca filia Penei,authore Hermolao lib.4.cap.8.Plinij ex Homero. Trico triconis à tricis,eſt homo moroſus,& ad rixas paratus. Lucil.Cotta ſenex Craſſi pater huius Paneti Magnus fuit Triconum, manus ſoluere nulli Lentius.vbi forté ſcripſit Tricon.

I ante d producitur,

I ante d

vt Idus. Mart.lib.3,Lux tibi poſt Idus numeratur tertia Maias. Neotericorum quidam male corripuit, vt Idolatra contra Sulpitium & plures: quia idololatra dicendum eſt, prima producta. qui aliter fecerunt,carpantur.Ouid.6.Metam.AEqua viro fuerat Lydas,tamen ille per vrbes,&c.Vulgo male habetur Lydias.Idem alibi,Riſit amatorem Lyda puella ſuum.ſic cęteri: ergo puto emendandum Phidias,ſtatuarij nomen.Mart.lib.9,Lyſippum lego,Phidiæ putaui.Phaleucius.lib.10.quoque, Phidiacæ cuperent quàm meruiſſe manus.Sic cæteri.ideo non imitabor Auſonium in epig.Cuius opus Phidiæ, quid ſignum Palladis eius,&c. Pridem,pridie contra Sulpitium. vide I ante d,Poſtridie. Phidias

Sidon,Sidonius non inuenio corripi,licet quidam dicant variari. Triduum licet contra generalem regulam videatur.

EXCEPTIO.

Cnidos vel Cnidus,Phrygiæ oppidũ.hinc Cnidius,cnidia,cnidium. Neſtor per c ſcribit:quia per g Gnidos non ſcribitur,ſed profertur vt Caius.Lucan.lib.8, -paruæ Cnidius.
Radit ſaxa Sami: ſpirat de littore Coo
Aura fluens:Cnidon inde fugit, clarámque relinquit
Sole Rhodon,magnóſque ſinus Telmeſidos Idæ
Compẽſat medio pelagi Pamphylia puppi. Cydon cum y, vrbs Cretæ.hinc Cydon cydonis,aliquis illius vrbis:& Cydonius, vt cydonia poma:& Cydon,canis.Stat.7.Thebaid. -credas è plæbe cydonũ Cydon
Parthorúmque fuga totidem exhauſiſſe ſagittas.Mart.in Diſtichis,

Si tibi Cecropio ſaturata cydonia melle
Ponẽtur,dicas hæc melimela licet. Sil.2,Geſâque,latratórq; Cydon,tectúmque,focíque. Ouid.in 1.
Cydonias — de Arte,Illũ Gnoſiadéſque Cydoniadéſque iuuencæ.Nebriſſenſis putauit ꝓduci ex libro in quo con-
Cydon — iunctio male omittebatur. Cydon,viri propriũ,variatur. Stat.9.Thebaid.Et male dilectum miſeræ
Cydona ſorori. Idem quinto Thebaid. Quid te flaue Cydon, &c. de quo Seruius in illud Virgilij 9.
AEneid.Dum ſequeris Clytiũ,infœlix noua gaudia Cydon.ſic ait,Sane Cydon,proprium, naturali-
ter producitur: commune,corripitur.Stathius etiam in proprio corripuit: vt Hæc regi promiſſa Cy-
don.Quod fecit abutens licentia: qua vtimur in nominibus proprijs.hæc Seruius.vbi docet propriorũ
ſyllabas eſſe communes:in qua re decipitur,vt in præfatione clare docui. Tu igitur dic variari Cydõ,
Didyme — viri proprium. Didius pro Cæſare. Didyme didymes,cum y Græco in ſecunda ſyllaba,inſula vna
Didymi — ex AEolijs.Ouid.7.Metam.At non Olearos Didyméque & Tenos & Andros. Didymi didymorũ,
Didymus — etiam cum y Græco in ſecunda,ſunt montes fœlicis Arabiæ.Didymus eadem ſcriptura,viri propriũ:
Didymæus — interpretatur geminus: hinc Apollo Didymæus dictus,quòd geminam ſpeciem ſui numinis præfe-
rat illuminãdo formandóque lunã.Mart.lib.3,Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.Sedul.
Dindymus — lib.5,Cui Didymus cognomẽ erat. de Thoma loquitur. Dindymus,cũ y Græco in ſecunda,mon-
tis nomen,poſitione producitur: plurale eſt Dindyma Dindymorũ.Ouid.4.Faſt.Dindymon & Cy-
belen & amœnam frondibus Iden.Eſt quoque viri nomen. Mart.lib.5,Velle tuum nolo Dindyme,
Didymaon — nolle volo. Didymaon, cũ y Græco in ſecundo,viri nomen.Virgil.AEneid.5,Et clypeũ afferri iuſſit
Fides — Didymaonis artes.Clypeũ artes, appoſitio eſt. Fides tertiæ & quintæ declinationis in diuerſis ſigni-
ficationibus, etiam ſi proprium fuerit.Horat.Muſa dedit fidibus,&c. Virgil.AEneid.8,Accipe dáque
fidem.ſic fidelis & perfidus:at verbũ fido producitur.ſic infidus.Fidiculæ corripito, vt fides vnde de-
ſcendit.funiculi ſunt quibus extorquetur veritas. ſic fidicen,fidicina, & Fidius, deus,qui fidei præeſt.
hinc Mediuſfidius, iurandi aduerbium: quaſi ita me dius,id eſt deus(vnde dij plurale manſit in vſu)
Fidius — fidius iuuet.Hæc declaratio magis mihi placet, quàm eorũ qui dicũt Fidius dici à filius, verſo l in d,
vt ſit dius fidius, Iouis filius: quia dios, Iupiter eſt. Ouid.6.Faſt.Quærebam nonas Sancto Fidio ne
Fidelia — referrem. hic Sanctus, etiam eſt cuiuſdam dei nomen. Fidelia fideliæ,vaſis nomen.Perſius,Tumet
Fidena — alba fidelia vino. Fidena fidenæ,vel Fidenæ fidenarum,Italię oppidum,variatur.Iuuen.ſaty.6,Viuat
Guido — Fidenis,& agello cedo paterno.Virg.AEneid.6,Hic tibi Nomentum & Gabios vrbémque Fidenam.
Hydor — Guido,proprium viri,variatur à Fauſto. Hydor cum y Græco,aqua eſt: variatur à Græcis,teſte Ne
Hydaſpes — ſtore.hinc Hydrops,hydra,hydria. Hydaſpes, fluuius Indiæ.Lucan.6,Qua rapidus Ganges, & qua
Idem — Nyſæus Hydaſpes. ſimiliter corripitur 10.AEneid.vbi eſt viri propriũ. Idem in neutro genere.vn-
Idus — de identidem.Catul.Qui ſedens aduerſus identidem te.Sapphicus eſt. Idus Idi,viri propriũ eſt apud
Idume — Sillium lib.2. Idume Idumes,Iudææ vrbs.vnde Idumæus,idumæa,idumæum. Lucan.lib.3,Gazá-
Ideo — que & arbuſto palmarum diues Idume. Ideo,coniunctio facile occurret. Idioma apud Pyladem.
Idoneus — Idoneus: vide Procuro in 2.lib. Idaſmenus , viri proprium.vide Melos,E ante l. Midas Midæ,
Idaſmenus — vel Mida,Rex notiſſimus ob auriculas aſininas.Stat.lib.2.Syl.Viue Midæ gazis,& Lydo ditior auro.
Midas — Claudianus in ſecundo de Stiliconis laudibus,Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro. apud e-
undem mendoſe leges Midæ & Midam, pro nudæ, nudam. Quidem,coniunctio. Ouid.1.Metam.
Rhidium — Ille quidem obſequitur,ſed te decor,&c. Rhidium.Martialis lib.2,
Quum ſint crura tibi,ſimulent quæ cornua lunæ:
In Rhidio poteras Phœbe lauare pedes. Rhidiũ(vt inquit Domitius)geometriæ dimẽſionis vas,
ab anguſto fundo in oris latitudinẽ exiens. Idem ait poſſe legi Imbricio. Merulæ neutrum placet:
ſed legendum credit Rhytium cum y Græco in principio: quod ſignificat vas lunari ſpecie, vt ait.
Sidicini — Sidicini,populi Campaniæ: apud quos eſt oppidum Theanum.Sil.lib.5,
Nec Sidicina cohors deſit: Viridaſius armat
Video — Mille viros. Tridens,bidens per regulam generalem corripiuntur. Video.Virg.2.AEneid.Quæ ſit
Viduus — rebus fortuna,videtis. Viduus,vidua,viduum,vidulus,& quicquid habet V ante i,teſte Sulpitio.
¶I ante d producitur,vt Tydeus:quod Niger male corripi credidit,putans eſſe triſyllabum. Phidias
Græce omnes producunt,quia ει ſcribitur.ſolus Auſonius auſus eſt corripere,propter quem Stoa va-
riari cenſet,ſed verius producitur. Didymus,viri nomen,à Martiale corripitur,& pro Thoma à Se-
dulio & Iuuenco: qui dicit,Sed properemus ait,Didymus tunc talia fatur.Arator tamen,qui in mul
tis errauit,produxit dicens,Modo Didyme diſcis.ſed propter eum non cenſebo cum Stoa variari, ſed
corripi. Didymi,montes Theſſaliæ duobus prioribus correptis apud Heſiodũ, vt dicit Hermolaus
cap.9.lib.4.Plinij. Didius,viri nomen,producitur. Ouid.Faſt.6,Didius hoſtiles ingeminauit apes.
Fuit Prætor Romanus eũ exercitu cæſus. Didius, alter imperator corripitur ab Auſonio,Vt parri-
cidæ regna adimat Didio.mallem producere: quia parricidæ ſecundã non recte produxit. Midea,pœ
nultima lõga:quia per ει corripitur in prima ab Homero,ὄντε μίδειαν.finis hexametri.Quũ alij lebiã
vel lebadeam dicãt,apud Stathium mendoſe Thebadea legitur.Hermolaus cap.7.lib.4.Plinij. Hy-
dor,id eſt aqua,producitur apud Volaterranum lib.32.à Demetrio poeta : corripitur tamẽ ab Auſo-
nio in Græco epigrammate de Dodra. Idioma producit lib.4.Pylades,Seu quod nos doceant:nam

ferę idioma pelaſgū. Sidon,viri nomen. Valerius Flac.lib.6.corripit,Non Rodalo cum fratre Sidon. Triduum & Triduanus,ſunt qui putent corripi ea ratione,qua corripiuntur Tridens & Triceps:ſed Bebelius rectius produci docuit,vt pridie,poſtridie,meridies,& plura, in quibus authoritas potior eſt quàm ratio.afferam teſtimonia,licet aliquando aliter docuerim. Mart.lib.2,Si totus tibi triduo legatur.Prudent. in Laurentio, Poſt hoc ſequeris triduum. videtur tamen corripi in duobus ſeptenarijs primæ ſcenæ Ciſtellariæ Plauti, Nunc ego te ámabo obſecro, vt hanc mecum triduum hoc ſolum ſinas.Item,Quanquam mihi iſtud erit moleſtum triduum,& damnum dabis.Idem in Aulul. Pictura ſit: eam vendat, ita quatriduo eam. Iam.trim.ex quo quantitas non liquet. Vidulus in Rudente Plautus variare videtur. Eſt autem Vidulus, vulua ſcortea, aut ſacculus, ſiue follis, in quo erant illic lenonis reculæ.

I ante f corripitur,

I ante f

vt Triformis.de ſimplicibus exempla non inuenio.

I ante g breuis eſt,

I ante g

vt Migro,contra Alexandrum.M.Manilius lib.3, -ſed tempore ſedes Migro
Naſcentum acciperent proprias, ſigníſque migrarent. Lucret.lib.2, Inde locum quando remigrat,fit blanda voluptas. Phrygius,phrygia,phrygiū,apud Virgilium & alios. Bigæ,trigæ producuntur: quia duæ breues in vnam longam contractæ ſunt,pro biagæ,triagæ. Phrygius

EXCEPTIO.

Digentia digentiæ,riui proprium.Horat.19.epiſt.Me quoties reficit gelidus Digentia riuus, Digentia
Quē Mandela bibit rugoſus frigore pagus. Fligo,verbū: vnde affligo,infligo,&c. ſic Fligæ fligarū. Fligo
Claud.Flectit & aſſuetum ſpolijs affligit egeſtas. Frigus,frigeo,frigutio, frigero,refrigero,frigil, fringuilla,auis: ſed rectius(vt Neſtor ait) fringuilla poſitione producitur: ſic quoque Frigo frigis producitur,verbum tertiæ.Rufus in Arato,Si matutino fringuilla reſultat ab ore. Frigit tamen pro erigit corripitur,teſte Marcello. Gyges,lacus Lydiæ.hinc Gygæus,gygæa,gygæum.Propert.lib.3, Frigus Gyges
Omphale in tantum formæ proceſſit honorem
Lydia Gygæo tincta puella lacu. Etiam cum eſt viri proprium producitur.Virg.9.AEneid.
Principio Phalarim,& ſucciſo poplite Gygem
Excipit. Producitur quoque pro puero formoſo. Horat.lib.2. Carm. Ode 5, Luna mari Cnidiúſve Gyges. verſus eſt alcmanicus dactylicus tetrameter.At Gyges,nomen immaniſſimi gigantis,corripitur.Ouid.4.Faſt.Quid grauius victore Gyge captiua tuliſſet?Et in Triſt. Centimanúmque Gygen. Stat.2.Thebaid.Dircæúmque Gygen. ſcribit ſemper cū y Græco. Pyga, pygæ cū y Græco. Horat. ſaty.2.lib.1,Ne nummi pereant,aut pyga,aut denique fama.Hinc Depygis adiectiuū.Ibidē, Depygis naſuta breui latere, ac pede lōgo eſt. Pygargus,capræ ſylueſtris ſpecies: aut (vt vult Plinius)aquilæ genus albicāte cauda.nā pyga cū y Græco,cauda eſt:Argos,albus: nec dicitur per d,Pygardus.Iuuen. ſaty.11,Sumine cū magno lepus atque aper & pygardus.verſus eſt ſpondaicus. Phrygiū,lignū aridū, vt vult Sulpitius. Sigæum,Troiæ promontorium,& vrbs.hinc Sigæus,ſigæa,ſigæum. Lucan.lib. 9,Sigæáſque petit formæ mirator arenas. Sigalion apud Auſonium. Sigerius,vide A ante t,Satyrius. Stigo in vſu non eſt: ſed bene Inſtigo,veſtigo,&c.Virgilius in AEtna,Preſſóſque inſtigant agmine ventos. Strigilis variatur. Perſius,I puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.Iuuen.ſat.3, Pyga Pygargus Phrygium Sigæum Sigerius Strigilis
-ſonat vnctis Strigilibus:pleno componit lintea gutto.de hoc in declinationibus dictū eſt. Strigoſus apud Lucillium. Triginta,trigeſimus,vide A in vltimis: à tris,vt à bis viginti,vigeſſis,treſſis, octuſſis,&c. Mart.12,Amphora vigeſſis: modius datur ære quaterno. Trigon,pro piſce Lipplus in Oppiano ſemper produxit.❡I ante g corripitur, vt frigit verbum,pro erigit,teſte Nonio Marcello. Triginta Viginti
Ligula etiam corripitur : quia n abijcitur: ſed interdum integre dicitur, nec corripitur. Mart. in Apoph.Quamuis me ligulam dicant equitéſque patréſque,
Dicor ab indoctis lingula grāmaticis. Idem lib.2,Non heſterna ſedet lunata lingula planta. dicitur calceamenti vinculum. Gygæus, Straboni lacus producitur. Et Gyges pro lacu proculdubio producitur,teſte Bebelio. Frigutio etiam producitur.verùm in Plauto,vt interpretatur Pylades,fringutire dicitur.vt in Caſina,Tu nam quid fringutis?Placiades autem hunc Plauti locum citans,dicit frigutire dici,ſubtiliter aggarrire.Ennius in Alceſtide comœdia,Hæc anus admodum frigutit:nimirū ſauciauit ſe flore liberi.Marcellus ſic ait,Frigere & frigutire cū ſono diſſilire. Plautus in Caſina,&c. Afranius in priuigno,Occaſione certa mulier in collum plorat: occurrit nepos puſillus, neptis porro de lecto frigit. Trigon,piſcis.Lippius lib.1,Difficilis Trigon,torpedo nomine vero.Sic alibi ſemper. Sigalion,Harpocrates,ſilentij deus.à ſigao,id eſt ſileo: ſige,ſilentium.apud AEgyptios erat ſimulacrum,quod digito labris impreſſo ſilentium videbatur indicere,aut vt taceretur,Serapin & Iſin homines fuiſſe: aut quia cum ſilentio adorandum eſt: nec præter rogationes & dei laudes quicquam in templo dicendum. Hinc Harpocrates pro taciturno ſumitur, & pro eo qui arcanum minime effert.Catullus,Factum me eſſe puta Harpocratem.Auſonius ad Paulinum,
Tu velut OEbulijs habites taciturnus amiclis

Aut tua Sigalion AEgyptius oſcula ſignet,
Obnixus Pauline taces. Strigilis dixi variari. correptio eſt longe acceptior: quia à ſolo Iuuenale legitur produci,quem citauimus. Trigæ & quadrigæ,I ante g producunt,quia dicuntur,teſte Gellio lib.19.cap.8. quaſi triagæ & quadriagæ: & ita duæ breues in longam vertuntur,vt tibicen. Phrygium pro ligno arido,dicitur produci: non Phrygius,phrygia, phrygium. Strigoſus, id eſt macer, quaſi ſtringoſus:quòd corpora ſtringat.hinc ſtrigoſus apud Gellium. Lucil.lib.2,Hic ſtrigoſus bouinatórque ore improbus duro.

I ante l

I ante l producitur,

Miletus vt Miletus,Ioniæ vrbs.Martialis lib.8,Nec Miletus erat vellere digna tuo. Huius conditor Miletus etiam dicitur.Ouid.9.Metam.Sponte fugis Milete tua, celeríque carina
AEgæas metiris aquas: & in Aſide terra
Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen. Iuuen ſaty.6,Et Sybaris colles:hinc & Rhodos & Miletos.ſpondaicus verſus eſt: ſic cæteri.Ideo non imitabor Aratorem libro ſecundo, Sicanio lateri remis vicina Mileti. In eodem, Menſibus hybernis tribus in regione Mileti. Ilithyia tantum produci docui in I ante a. Mile,milia ſubſtantiua: nam mille adiectiuũ,poſitione producitur,vt Sillius poetæ nomen:licet frequenter imprimatur & Silius & Sylius.

EXCEPTIO.

Tilia Corripiuntur habentia s vel t ante i,vt Stilus,ſileo,Tilia.Ouid.8.Metam.
Quóque minus dubites,Tiliæ contermina quercus
Collibus eſt Phrygijs. Sic cæteri: nec apud Serenum Tilia,ſed Talea legẽdum eſt.vt docui in talea,
Pſilotrum A ante l.Errauit in hoc Neſtor. Hinc tolluntur Pſilotrum, vnguentum quoddam. Martialis lib.3,
Pſilotro faciémque lauas,& dropace caluam.Et lib.6,Pſilotro nitet,aut acida latet oblita creta. Syla
Syla cum y,ſylua & mons Lucaniæ. Virg. AEneid.12,Ac velut ingenti Syla ſummóve Taburno. Siloa à
Silenus neotericis variatur. Silenus,Bacchi nutritius,variatur. Virg.in Bucolicis,Silenum pueri,&c.Ibidem,
Scilicet Cantante Sileno. Scilicet.Virgilius, Scilicet, is ſuperis labor eſt. Sylo,viri proprium, apud Catul-
Sylo lum video vnico l ſcribi. Tylis,nomẽ viri in Sillio. Thyle Thyles,cum th aſpirato & y Græco,te-
Thyle ſte Neſtore contra Tortellium,qui cum i Latino ſine aſpiratione Tile ſcribi præcepit. Dicitur quoque Thule,teſte Neſtore,vt cupreſſus pro cypreſſus.Mancinellus negat per y ſcribi,quia Græce habet ꝏ diphthongon: quam in u longam vertimus: ideo ſolum per u Thule dicitur. Virg.1.Georg.Tibi ſeruiat vltima Thyle.Sil.16,Incola Thyles. Thylos ſimiliter ſcriptũ,teſte Neſtore contra Tortellium, alterius inſulæ nomen,corripitur.Priſcianus in Periegeſi id te docebit. Bilibris corripitur compo-
Cilium ſitione, vt Trilix,trilinguis. Cilium,folliculus quo oculus integitur:à Cilere,id eſt mouere.hinc ſu-
Cilicia percilium,quod pilis obtegitur.In Priapæis,Cõueniens Latio pone ſupercilium. Cilicia Ciliciæ,re-
Cilix gio. vnde Cilix, ciliſſa, Cilicium cilicij. vide Cilix in crementis. Cylindrus cum y Græco in prima
Cylindrus ſyllaba. vide A ante r, Area.fit à Cylizo,id eſt voluo:eſt lapis, & in Menæhmis coquus. Cylydros
Cylydros vel Cylydrus, cum y Græco vtrobique, ſerpentis nomen. Lucanus libro 9, Cherſydros tractúque
Filix via fumante Cylydri. Cilianus, viri nomẽ in Baptiſta. Filix, vide crementum. Filimacius & Fi-
Filimacius limacia,hominum propria. Sidon.libro quinto, Hoc foueat faciem pulcher Filimacius vdam. Idem
Filimacia libro ſecundo, Locarunt matronam Filimaciam ſepulchro. Phaleucius eſt. Gilippus, proprium
Gilippus viri.Tibul.4,Non magni potior ſit fama Gilippi. Sic apud Virgilium AEneid.12. Gilium,loci no-
Gilium men,apud Petrarcham in ſexto Aphricæ,
Linquitur ad læuam Gilium,vicináque contra
Hilaris Stat iuga. Guilielmus Gilibertus apud neotericos. Hilaris,hilare,&c.Græce Hilaros dicitur. hinc Hilarius & Hilarion propria,& Hilarœdus, laſciui & delicati carminis cantor. Virgilius,Et multo in
Hyle primis hilarans cõuiuia Baccho. Hyle Hyles,Bœotię oppidum,variatur,quia Nebriſſenſis dicit produci ab Homero.Papin.Qui breue littus Hyles. pro ſylua & Sarmatica gente producitur. Valerius
Hylas Flaccus, Mouit & Hylea ſupplex cum gente Syenen. Hylas Hylæ, Herculis puer. Virgilius, Cla-
Hylactor maſſent vt littus Hyla,&c. Hylactor cum y Græco, vt duo præcedentia,canis nomen.vide Aglao-
Ilerda dos,A ante o. Hylax,canis in Damone Virgilij. Ilerda Ilerdæ,vrbs Hiſpaniæ.vide Lamus,A ante
Ilertes m. Ilertes Ilertæ, Cyrenaicorum dux in ſecundo bello punico. Sil.lib.3, Conſilio viridis, ſed bello
Iliſſus ſerus Ilertes. Iliſſus, fluuius Atticæ,variatur, teſte Nebriſſenſi, & ſcribitur gemino ſſ. ego tamen in verſibus, quos citat, vidi Heliſos apud Papinium cum e aſpirato, & vnico ſ. vide Heliſos I ante ſ.
Ilaris Ilaris,Ilarus,&c.ſine aſpiratione nõnulli ſcribunt. Apuleius tamẽ aſpiranda cenſet,vt dicit Neſtor.
Lilæa Ilaira,mulieris nomen.vide I ante r. Ilerdes, viri nomen in 16. Sillij. Lilæa,quarundam vrbium
Lilæus nomen.vide AE ante a. Lilæus,viri proprium.Sillius decimoquarto,
Quam rapidis puppem manibus frænare Lilæus
Lilybæum Dum tentat,ſæua truncatur membra bipenni. Lilybæum cum y Græco in ſecũda,ſequente b cum
Milium æ diphthongo,Siciliæ promontorium & vrbs.vide Pachinus A ante c. Milium,frumentum quod-

dam.volunt à mille dici,propter acinorum multitudinem.Martialis lib.12,
Frumentum,milium,ptiſanámque,fabámque ſolebas
Vendere: pragmaticus nunc emis agricola. Milo vel Milon, athletæ & aliorũ nomen, corripitur tantum à Latinis,licet quidam dicant à Græcis produci.Ouidius 15.Metam.Robora flétque Milon ſenior,quum ſpectat inanes. Lucanus,Pompeiana reum clauſerunt ſigna Milonem. Pila,ſphærula luſoria.Horatius, Indoctúſque pilæ.at eum y Græco Pyla,pro columna,producitur.Virg.8.AEneid. Saxea pyla cadit. Horat.ſaty.4,Nulla taberna meos habeat, neque pyla libellos. Pilus,id eſt crinis. Catul. Prætor nec faceret pili cohortem. Phaleucius eſt. At Pilum producitur,pro telo Romano: à perimendo dictum,quaſi perillum. hinc Pilatus, pilo armatus. Mart. Et pilata redit,iámque ſubitque cohors.hinc Pilatus,cognomen infœliciſſimi Pōtij:licet alia ſopnient indoctiſſimi barbariei aſſertores.Sedul.lib.5,Mox igitur dominũ Pilati ad mœnia duci.minus docte corripit ab Aratore & nonnullis alijs. Pylos, cum y Græco,vrbs à Nelo Neſtoris patre condita. vnde Neſtor Pylius dicitur. Stat.4.Thebaid.Mittit opes,Danaáſque Pylos,Neleia turmas
Nondum nota Pylos. Ouid. lib.1.de Ponto, Crede mihi pylio Neſtore maior ero. Pileus,vndecunque fiat, producitur. Perſius,Hæc mera libertas,hanc nobis pilea donant. A Pilus fit verbum pilare. Martialis,Quem præſtas culum,quem Labiene pilas? Pylemon,viri nomen in 11.Strabonis. Pylene Pylenes,cum y Græco,vrbs AEtoliæ,teſte Lactantio. Papin.4.Thebaid.Belli fama viros ſenſit ſcopuloſa Pylene. Philyte, apud Valerium Flaccum libro quinto. vide Bixer in crementis. Philetus vel Piletus,viri proprium apud Papinium in ſecundo Syluarum,& in ſecundo libro Martialis. Pileus in decimotertio Strabonis. Pylades,eum y Græco,viri proprium.vide Matella,A ante t. Philos,id eſt amicus.hinc multa ſunt,vt Philoſophus,Philoponus,Phileros philerotis,Philomela,Philemon, Philomelus, Philetas, Philadelphus,Philippus, Philenis, Philetes, œnophilus, Philophilonis, Philodemus,Philagrius,Philoctetes,&c. quæ omnia phi ſyllabam corripiunt.Mart.lib.2,
Candide κοινα φίλων ſunt hæc tua candide πάντα:
Quæ tu magniloquus nocte diéque ſonas. Marcus Manilius lib.1,Arma philippæos implerent agmine campos.Virg.3.AEneid.Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.Propertius lib.2,Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. Idem lib.3,Callimachi manes,& coi ſacra Philetæ
In veſtrũ quæſo me ſinite ire nemus.ſic Philiſtion,proprium viri.Mart.lib.2,Mimos ridiculi Philiſtionis.ſic hæc & cætera à philos ſemper corripiuntur: ideo periti poetæ nunquam in heroicis, elegiacis, ſapphicis, phaleucijs, cæteriſque generibus,tribrachum & proceleuſmaticum reſpuentibus,vſi ſunt his dictionibus philoſophus & philoſophia: ſed pro ijs ſemper dixerunt ſophus,ſophia.quāobrem nolim imitari Sidonium dicentem in epithalamio Polemij,
Ilicet hîc ſummi reſident ſeptem ſapientes
Innumerabilium primordia philoſophorum. hic vnus maiori licentia vſus eſt, quàm cæteri omnes ante eum. Nec ſequar vetulum male feriatum dicentem, Philoſophia exilium patitur,& philopecunia regnat.Sidonius quoque produxit Philoctetes,dicēs ad Fœlicem,Philocteta tibi dedit pharetram. vocatiuus eſt. verſus autē Phaleucius, vbi in (Philocteta) prima male producitur, vt notat Baptiſta Pius.ſed forſitan aliquis more Catulliano diceret primum pedem eſſe iambum. Phylires, populi apud Priſcianum in Perihegeſi. Phylæ Phylarum, aut Pylæ Pylarum,eum y Græco,vrbs pluraliter, teſte Sulpitio in illud Lucani lib.10,Regni clauſtra Phylæ.cum y Græco,vt Phylace phylaces, oppidum Theſſaliæ,vbi regnauit Proteſilaus.hinc Phylacides,producta prima contra primitiui naturam. Ouid.in 2.de Arte,Phylacides aberat Laodamia tuus. Vxor Proteſilai,Laodamia.hinc Phylacea dicitur vel Phylaceia.Idem in Ponto,Vt viuat fama coniunx Phylaceia,cuius
Iliacam celeri vir pede preſſit humum. Lucan.lib.6,Quæ tetigit Phylace teleóſque & dorion ira.
Phylax,cuſtos: Phylatto,cuſtodio:hinc ſiquidem corripitur, vt docet Arctophylax cum y Græco. Philas Philantis, in Pylade. Phylira,cum y Græco in prima, arbor quam Latini Tiliam appellant. hinc Phyliræ dicuntur tenuiſſimæ membranulæ inter corticem lignúmque tiliæ, quibus in coronis oblectabantur conuiuæ.qua de re multa dicit Beroaldus in annotationibus,& Politianus in Miſcellaneis cap.72.Ouid.5.Faſt.Ebrius incinctis Phylira conuiua capillis
Saltat. Horat.1.Carm.Ode vltima,Diſplicent nexæ Phylira coronæ. Sapphicus eſt.Pro Chironis matre ll duplicat,teſte Georgio Valla.hinc Phyllirides Chiron,& Phyllirius,quod ſecundā cōtra primitiui naturam producit:aut vnico l Phylireius:id rectius credo.Ouid.5.Faſt.Phyllirides tenuit, ſaxo ſtant antra vetuſto.Ibidem,Excipit hoſpitio iuuenem Phyllirius heros.aut Phylireius heros.Idem 7. Metam.Non exempta foret pœnæ,fugit alta ſupérque
Pelion vmbroſum,Phyleræáque tecta,ſupérque Othryn.& cætera. Sic Scyllacæũ quoque(vt aſſerit Strabo libro octauo, teſte Feretto) ll geminat:tamen Virgilius correptionis gratia l vnum abſtulit in tertio AEneid. dicens, Cauloníſque arces & naufragum Scylacæum. Scylla quoque, tam mulieris quàm herbæ nomen, ll geminat: & apud Columellam male vnico l vulgo Scyla legi putamus.
¶I ante l producitur,vt Miletus,quod propter Aratorem Quintianus putat variari. Ilithyia ſolum

Pila
Pilus
Pilatus
Pylos
Pylene
Philyte
Philetus
Pylades
Philos cum ſuis
Philoctetes
Philetas
Philoſophus
Philoſophia
Phylæ
Phylace
Phylax
Phylira
Phyllira
Scyllacæum

produxero cum Ouidio & Horatio: quia opuſcula quæ aſcribuntur Virgilio, in quibus corripitur, ſæpe ſunt mendoſa. Silenus, quia per ει ſcribitur Græce, aſſerit Quintianus tantum produci: & verſum illum in Bucolicis eſſe ſubdititium, Quantum omnis myndus gaudet cantante Sileno. quem tamen ſenſus exigere videtur. Tilia, cum Stoa ne dixeris variari, quia certat cũ Neſtore. Tylis, vir, producitur. Silius lib. 7, Et geminas acies ſuperantem vertice Tylin. Silius, poetæ nomen, vnico l fere ſcribit̃: forſan eſt à ſilus, vt ſilo. Silena. Lucil. Simila Silena, ſatyra ſi laboroſa Philena. Scylace, vrbs circa Cizicum Hecateo & Põponio. Valerius Flaccus videtur Scylaceon vocare, Spumoſúmque legunt fracta Scylaceon ab vndà. vbi corripitur: ſicut AEneid. 3, Caulonísque arces, & nauifragũ Scylacæũ. ſic melius quàm Scyllaceũ legitur ll gemino. Thule, non Thyle ſcribendũ aſſerit Hermolaus in ſecũd. caſtig. quia Græce per υ ſcribitur. Siloa variatur à Prudẽtio. Silianus, vir, corripitur à Mãtuano. Gilibertus producit̃ à Fauſto. Guilielmus corripit̃ ab Eraſmo. Hylax ab hylacteo, id eſt latro, corripitur à Virgilio in Bucol. nomen eſt canis. Corripitur etiam Lilybæũ, promontoriũ & vrbs Siciliæ, dicitur etiam Lilybe Lilybes, & Lilybæus, licet Stoa neget. Val. Flac. lib. 7, Qui te iam Lilybæe tuens. Priſcianus in Dionyſio, Eminet ad zephyrum Lilybe, Pachinúſque ſub ortum. Hyle, vrbs Bœotiæ variatur. Interpres Strabonis libro 9, Quíque habitabat Hylen opibus ſtudioſus habendis. In eodem, Qui penes Harma colunt ac Hylerium vel Erythros Hylènque & Peteonem. Sic variatur apud Homerum. Pilatus, non dicitur propter Aratorem minime claſſicum variari, vt vult Stoa.

Philoſophus etiã, non dicitur variari cum Stoa, propter Sidonium, qui produxit. nulla neceſſitate cum ſophicis potuiſſet dici, more veterum. Nec Philon producitur cum Critino, Num vera Philon nuntias. Iambicus dimeter. Phylax, id eſt cuſtos: Phylace, id eſt cuſtodia & vrbs Theſſaliæ.

Phylagina, auis, etiã cuſtodia. Phylacteriũ, tutela & locus cuſtodiæ. Phylarchus, tribun⁹: & Phylatto, cuſtodio: omnia corripiunt primam. A Phylace fit patronymicum pro poſſeſſiuo Phylachæis. Laodamia Proteſilao, Conueniunt matres phylacæides, & mihi clamant. Mylas, fluuius, corripitur etiam, teſte Bebelio. Ouidius, Sacratúmque Mylam paſcua læta boum. Non legetur Mylias in Seneca, vt notauit Hermolaus. Pylæmenes vel Pylameneus corripitur. Vide E ante n. Pylæ, portæ: vnde Thermopylæ corripitur: vt Lympháque in œteis mallia Thermopylis. Hinc Pylagota, &c. Pylæmon producitur à Nicolao Valla quinto Iliados, ſed in multis errat: ide o corripiam cum Strabonis interprete libro 12. ex Homero, vt putatur, Paphlagonáſque ferox ducebat in arma Pylæmon: Ex Enetis muli ducunt genus vnde feroces. Pylæus, vir, interprete Strabone libro 13, Hippothous regit, & par Marti in bella Pylæus. Phylas Phylantis, vir, corripitur à Pylade lib. 4.

I ante m

I ante m in diſſyllabis producitur,

vt Cimex, cimicis. Martialis libro vndecimo, Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus. In eodem libro, Et teges, & cimex, & nudi ſponda grabati. Limus: hinc ſublimis, illimis. Oblimo oblimas. Limen. hinc elimino, eliminas. Strymon: hinc ſtrymonius, ſtrymonia, ſtrymonium. Lucan. tertio, Deſeritur ſtrymon, &c.

EXCEPTIO.

Dimas
Fimus
Hymen
Mimas

Dimas dimantis, viri proprium. vide Ephitus, E ante p. Papinius ſexto Thebaid. Phædimus atque Dimas. Fimus. Virgilius primo Georg. Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, néve. Errauit in hoc nomine Petrus Riga in Exodo dicens, Cum fimo vituli carnes, coriúmque cremãtur. Hymen variatur. Catul. Hymen ô Hymenæe, Hymẽ ades ô Hymenæe. Ouidius in Epiſt. Turpia famoſus corpora iungit Hymen. Hymenæus tãtum corripitur. eſt nuptiarum deus. Mimas Mimantis, mons in minori Aſia. Ouidius ſecundo Metamorph. Et tandem niuibus Rhodope caritura Mimáſque. Eſt quoque gigantis nomen. vide Ophias, I ante a. de quo Horatius libro tertio Carm. Ode quarta, Sed quid Typhœus, & validus Mimas. verſus eſt alcaicus dactylicus. Nimis, aduerbiũ. Hora tius, Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. id eſt meretrices fœtidæ aut fœtores axillarum. Simon & Simo, vt Agamemnon & Agamemno: vide crementum. ideo Baptiſtam producentem non ſequar: multo minus Sedulium dicentem libro quarto, Stagna petit, paruáque ſedens in Simonis alno. Simul. Virgilius AEneid. quarto, Quam ſimul ac tali præſenſit peſte teneri. Thymum, herba apibus gratiſſima, cum th aſpirato & y Græco. Virgilius primo AEneid. Feruet opus, redoléntque thymo fragrantia mella. ſic cæteri: ideo errat Neſtor qui voluit variari propter indoctum Macrum maſculine dicentem, Si deſit thymus, pro thymis ponere thymbram

Nimis
Simon
Simo
Simul
Thymum

Præcipiunt medici. Errauit Macer in valde multis, vt opus noſtrum perlegenti patebit. docti thyma, non thymos dicunt. Ouidius primo de Arte,

-olentia nactæ
Paſcua, per flores & thyma ſumma volant.

I ante m in polyſyllabis corripitur,

vt Timantes Timantis, proprium viri. Valerius libro quaro, Monitu rediere Timantis. fuit etiam pi-

ctor, Parrhaſij æmulus, vt ait Tortellius. Hymettus, cũ y Græco, mons Atticæ in ſeptimo AEneid. Quidam libri corrupte habent Hymettia pro Simethia. Timœtes, viri propriũ in ſecundo AEneid.

Chimæra

Chimæra, quanuis à Græcis per ει diphthongum ſcribatur in prima ſyllaba, teſte Hermolao Barbaro in quintum Plinij. id notauit Nebriſſenſis ante me: nam & ipſe Hermolaum in Plinium perlegi.

EXCEPTIO.

Chimerinos

Chimerinos, id eſt hyemalis. Mart. lib. 9, Si daret autumnus mihi nomen, oporinos eſſem:
Horrida ſi brumæ tempora, chimerinos.
Dictus ab æſtiuo therinos tibi menſe vocarer:
Tempora cui nomen verna dedere, quis eſt?

Cymodoce
Cymothoe

Cymodoce Cymodoces, vel Cymodocea, nympha maris, dicta quòd vndas maris quieſcere faciat. vide I ante o, Spio. Cymothoe, cum y Græco, vt præcedens nomen, à cyma, id eſt fluctus: & thoo, curro: etiam eſt nympha maris. Sillius libro 7, Ad quæ Cymothoe nympharum maxima natu. ſiquid eiuſdem ſit originis, producatur. Cimmerij, populi nomen, poſitu producitur, teſte Neſtore. Dimidium producitur compoſitione, vt nimirum.

Hymera
Limone
Mimalion.

Hymera, cum y Græco, fluuius & oppidum. Sillius libro 14, Armauere ſuos qua mergitur Hymera põto. Limone, mulieris proprium, apud Ouidium in Ibin. Limonium, herba per ει. Mimalion, viri proprium. Propert. lib. 1, Mimalion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iaſidos. Ouid. 2. de Arte amandi, Fleſſe ſub arboribus Mimaliona ferunt. Mimallones, gemino ll, id eſt bacchæ, corripit. Perſius, Torua Mimalloneis, &c. Mimermus in Horatio.

Simius
Simia

Simius & Simia. Iuuenalis ſaty. 8, Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. Martialis in Apophoretis, Callidus enixas elidere ſimius haſtas. ſic cæteri: nam apud Stathium nunquam corripitur contra Calderinum Neſtorémque, inepte legentes ſimium pro nimiũ. verba Papinij in fine Syluarũ ſunt, Infantem lingua nimium ſalibúſque proteruum. inſulſiſſimus ſenſus eſt, ſi ſimium legas, vt cũ Sulpitio ſentio. Simiæ, inſulæ ſunt in Carpathico mari: & opinor ſimiliter produci.

Similus
Simethus

Similus, agricolæ nomen. Virgilius in Moreto, Similus exigui cultor cum ruſticus horti. Simethus, fluuij nomen. Virgilius nono AEneidos,
-genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis luco Simethia circum
Flumina: pinguis vbi & placabilis ara Palici. At Simethus, viri proprium, corripitur. Sil. lib. 9,
Arma fuere decus victori bina Simetho. Pro fluuio etiã ſæpe corripitur.

Timagenes

Timagenes, philoſophi nomen. Horat. epiſt. 19, Rupit Hyarbitam Timagenis æmula virtus. ſic quicquid eſt à time, id eſt honor (licet æſtimo correptum quidam hinc eſſe velint: quod vt corripi notum eſt, ita hinc deriuari incertũ eſt) vt Timæus, Timotheus, Timarchus.

Timæus
Timotheus

Sedul. Dũ reſidens cæcus Timæi filius illud. Errauit more ſuo Riga, dicens in Luca, Bartimæus, Timæi filius vnus erat. Fortunatus, Et cum Timotheo viuere cura meo. Timarchus, viri propriũ eſt in quarta tertiæ Philelphi. ſic Timocrates, Timoſthenes, &c. ¶I ante m in diſſyllabis producitur, vt Cima cimatis, vel Cima cimæ, herbarum ſummitas, vel tenuior caulkculus. Colum. lib. 11, Frigoribus caules & veri cimata mittit. Plinius, Et homini non minor rapaciorum gratia, quaſi cimarum. hinc Cimoſus. Columella libro vndecimo, Quæ duri præbent cimoſa ſtirpe ſabelli. Plinius lib. 9. cap. 20, Ex omnibus braſſicæ generibus ſuauiſſima eſt cyma, ſiue quyma, & inutilis habetur. Ita legit Hermolaus, aſſerens in Palladio fere aliter ſcribi cyma, quàm quyma: Cyma vero, quaſi κύημα, quod fœtum partúmque ſignificat. Thymum, Stoa dicit variari, ego tantum corripi: nec in nominatiuo Thymos legi. In polyſyllabis quæ corripiũtur. producitur Cymatilis: & quicquid eſt à Cymo cymatos, quod eſt vel fluctus, vt Cymodice, Cymothoe, nymphæ. Eſt aut Cymatilis aut cumatilis, veſtis vndulata, vulgo ſymballota inepte vocatur. Dimidiũ compoſitione producitur, ſed differentia quam inter dimidium & dimidiatum aſſignat Valla raro, ſed in carmine ſeruatur etiam à claſſicis. Nam apud Martialem legimus, Dimidias natas, dimidio labro, dimidium mullum, dimidios triẽtes, &c. Apud Iuuenalem, dimidium tegmen. Apud Plinium, dimidio orbe. Apud Ouidium Metam. 3, Qualia dimidiæ ſumantur cornua lunæ. Et apud Manilium lib. 3, Dimidia hora. Limonium, herba per ει ſcribitur, & ita diphthongo producitur. Simius & ſimia apud claſſicos ſemper producuntur. Apud Papinium enim legetur nimium non ſimium, nec valet Stoæ ratio, qua cenſet confundi. Corripitur tamen licenter ſimius, piſcis, à Lippio. Mimalion, perperã dicitur pro Milanion aut Melanion, à μίλον. Simethus, fluuius, & adiectiuum Simethius, vt Acis & Simethis, nympha, variantur. Virgilius, Eductum Martis luco Simethia circũ Flumina. Et Ouidius Faſtorum quarto, Quáque Simethæas accipit æquor aquas. Et Metam. decimotertio, Acis erat Fauno nympháque Simethide cretus. Et in eodem, Terga fugæ dederat conuerſa Simethius heros. Hymetus etiam variatur. Virgilius AEneidos ſeptimo,
Eductum AEgeriæ lucis Hymetia circum
Littora. Stat. Strident Hymetthia mella. Alibi corripitur. Mimerinnus ſcribẽdum, authore Aldo, & producitur in epiſtolis Horatij. Timomachus, Timoſthenes, Timoleon, Timolaus, Timodemus,

Timoxenus, Timotheus: & quicquid à Time, quod eſt honor, & pretium deducitur, producitur: vt Timuchus, id eſt honorificus. quo nomine vocabantur ſenatores Maſſiliæ, teſte Strabone libro 4. & Timopolæ, qui pretio non parcentes, in funere honorifice epulas emunt, & epulum dant. de quibus multa Hermolaus cap. 2. lib. 32. Plinij. Thymiaſis, id eſt exhalatio. à quibuſdam apud Propertium legitur, Grata domus nymphis humida Thymiaſis. Alij legunt hymniacis, vt h ſit litera. Vide Hermolaum cap. 32. libro quinto.

I ante n producitur,

I ante n

Plinius — vt Plinius, viri proprium. Martialis, Facũdo mea Plinio Thalia. Phaleucius eſt. Auſonius in epigram. Vidit nubentem Plinius androgynum. Petrarcha in 2. libro epiſt. ad Rainaldum male corripit dicens, Hæc fuga Virgilius, Plinius tenet illa Secũdus. Inarime, Trinacria, vinũ, linũ, licet à Græcis corripiatur, teſte Neſtore. Lucan. lib. 9, Et tectũ lino ſpargã per vulgus Oſirim. Inachus h habet in ſecũda ſyllaba.

EXCEPTIO. Corripiuntur habentia purum c, vel m, vel s ante i. Purum dico propter crinis, ſcrinium, clino, inclino, &c. ſpinus, ſpina, quæ producuntur. Exempla ſunt

Cinamomũ — Cinamomum, minus, Sino finis. Poetæ, vbi Cinamomum dicere non poterant,

Cinnamum — Cinnamũ gemino nn dixere. nam eadem arbuſcula eſt Cinamomum & Cinnamum: neque à canna dicitur, vt indocti arbitrantur. Lucanus libro 10,

Infudere comæ, quòd nondum euanuit aura
Cinnamon externæ, nec perdidit aera terræ.

pro cinamomum per ſyncopam, teſte Omnibono. Mart. lib. 3. Et fluere excuſſo cinnama fuſa vitro. Tortellius, teſte Neſtore, errauit dicens cinnamomũ n geminare. Neſtor affert Græcũ verſum ex Dionyſio in Perihegeſi, vbi producitur tertia, correptis cæteris in cinamomũ.

Cinnyps — Cinnyps, cum duplici nn & y Græco in ſecunda ſyllaba, teſte Neſtore, cõtra Totellium, eſt Libyæ fluuius. & in 12. Sillij, viri proprium. in obliquis ſuſcipit aſpirationẽ, vt cinnyphis. hinc cinnyphius, a, um. Virgilius tertio Georgic. Cinnyphij tondent hirci. Tolluntur ab hac exceptione Chinea, collis Brixiæ apud Catullum ad Ianuam, vt interpretatur Parthenius.

Minos — Minos, Cretenſium rex. Ouidius 8. Metam. Omnia poſſideat, non poſſidet aera Minos.

Minotaurus — Minotaurus, monſtrũ Labyrintho incluſum. Virg. 6. AEneid.

Mixtúmque genus, proléſque biformis,
Minotaurus ineſt Veneris monumenta nefandæ.

Mineus — Mineus, viri propriũ. vnde Mineius & Mineis Mineidis. Ouidius quarto Metamor.

Finis erat dictis, & adhuc Mineia proles
Vrget opus.

Mina — Mina minæ, id eſt mna, libra, dicunt produci. Minæ minarũ, pro cõminationibus corripi, vt verbũ ipſum minor. at Mino minas, pro ago, produci. Petrus Riga in lib. Machabæorũ, Ex auro clypeũ minarum, mille minarũ Expertẽ. In hymno diui Franciſci tam poteſt corripi quàm produci, Mina gregẽ duc ad regẽ. non adducit alia teſtimonia ad productionẽ Neſtor. Ideo hæc omnia iuxta corripi credo: quia Priſcian9 in libello de põderibus ſemper corripit: vt Accipe præterea paruo, quã nomine Graij Mnam vocitant, noſtríque minã dixere priores. In eodem, Sexaginta minas, ſeu vis ſex milia drachmas.

Sinum — Minus mini, propriũ viri apud Beroaldũ: & Minæi, populi apud Priſcianũ in Perihegeſi. Sinum, id eſt vas. Virg. in Bucol. Sinũ lactis, & hæc tibi liba Priape quotãnis Expectare ſat eſt. Dicitur quoq; Sinus ſini. Plautus, Ei ne hic ſinus cũ vino fertur. pro alijs ſignificatis corripitur. Virg. Sic effata ſinus lachrymis impleuit obortis.

Synas — Synas ſynadis, cũ y Græco & vnico n, teſte Neſtore, Phrygiæ oppidũ, fœminini generis. Papin. libro primo Syl.

Purpura ſola cano Phrygiæ, quam Synados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys.

Ibidem pro lapide Synadico maſculine dixit,

-regula longa Synada diſtinctũ variat.

Sina, mons, qui etiã Sinai ſaltẽ in genitiuo Græcanico, producitur à Baptiſta Mantuano.

Ginus — Ginus, viri propriũ, corripitur in nona ſeptimæ Philelphi dicentis, Et meus iſte Ginus.

Hinulus — Hinulus, ceruorum pullus, & ex equo & aſina mulus, variatur, vt oſtendit deductũ hinuleus. Propertius, Atque hinuli pellis totos operibat amãtes. Horatius in Odis, Vitas hinuleo ne ſimilis chloe. Aſclep. eſt. Georgius Valla aſpirat nomen: licet ſint qui ſine aſpiratione ſcribi præcipiant. Idem ſcribit gemino nn Hinnulus: quod mihi non placet.

Inula — Inula, herba. Columel. libro 11, Capparis & triſtes inulæ ferulǽque minaces.

Inuus — Inuus, Pan. hinc Caſtrum Inui, eſt oppidum, quod nũc Nouum caſtrum dicitur, quòd ibi colebatur Pan, vt dicit Seruius in illud Virgilij 6. AEneid.

Hi collatinas imponent montibus arces
Pometios, caſtrúmque Inui, Bolámque, Corámque.

Linus, viri nomen. Ouidius, Et Linon in ſyluis idem pater edidit altis. Virgilius, Nec Linus huic mater, &c. Martialis libro primo,

Dimidium donare Lino quàm credere totum
Qui mauult, mauult perdere dimidium.

Errat Petrarcha ad conuitiatorẽ dicens, Orpheus, Amphion, vel natus Apolline Linus.

Lino, Linio — Lino, & Linio linis: hinc illinio, oblinio, &c. Horatius, Incomptis allinet atrum. Virgilius, -ſeruatáque mella Theſauris relines. Sedulius,

Membra operis natale lutum per clauſtra genarum
Illiniens hominẽ veteri de ſemine ſupplet.

Errat more ſuo Riga in Tobia dicens, Linijt hinc oculos, fit medicina patri. Apud Lucretium libro quarto, ſenſus facile indicat, nõ illiniaris, nec illinaris legendum eſſe, ſed illiciatis: ſic, -vt melius vigilare ſit ante, Qua docui ratione, cauerę́que ne illiciaris.

Nam vitare,plagas in amoris ne iaciamur,
Non ita difficile eſt,quàm captum retibus ipſis
Exire,& validos Veneris perrumpere nodos.Notate diligenter hæc verba Lucretij. Apud Virgilium in
AEtna non(limitur) habetur in emendatis libris: ſed per e(lenitur)à lenior leniris,id eſt mitigor:& eſt
optimus ſenſus,vt videbis ex doctiſſimi Badij enarratione. ſic igitur legas, Si lenitur opus, reſtat ma-
gis,vritur illic. Ninus,rex Aſſyriorum.Ouid.4.Metamor.Conueniant ad buſta Nini,lateántque ſub Ninus
vmbra. Ninos,vrbs Aſſyriorũ maxima,quæ Niniue quoque dicitur:quo nomine in Flãdria oppidu- Ninos
lum Brabantiæ conterminum eſt,mea patria: vbi vterque parens in domino quieſcit, pro quorum a-
nimis orare ne pigeat te,quiſquis meis laboribus euaſeris doctior. A Niniue fit Niniuita. Lucanus,
Et fœlix(ſic fama)Ninos ventoſa Damaſcus. Pynarus,fluuius.Priſcianus in Perihegeſi, Pynarus
Cui tamen immenſo fluuij ſe gurgite miſcent
Per longum Pyramus ſpatium,Pynarúſque voluti.ſcribitur cum y Græco. Tinarus, viri proprium. Tinarus
Virg.9.AEneid. Irrumpunt,aditus Rutuli vt videre patentes.
Continuò Quercens,& pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tinarus,& Mauortius Hæmon.hic s litera interimitur,niſi tollas &, vel legas Mar-
tius. Tinea,vermis.Mart.lib.2,Non metuas mortem Næuole, ſed tineas. Iuuen.ſatyra 7,Poſitos ti- Tinea
nea pertunde libellos.Ouid.15.Metamor. Agreſtes tineæ(res obſeruata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.Sic cæteri,quot quot ſunt fide digni: quocirca variari non recte
dicit Neſtor. Neque enim imitabor Serenum dicentem, Natura interna eſt cum viſcere tinea ſerpens.
Nec Sedulium libro quarto,Non mordax ærugo vorat,non tinea ſulcat.Nec Rigam in Luca,In ter-
ris vbi ſunt ærugo,tinea,fures. Tines,tinetis,apud Philelphum in prima nonæ.Idem tamen in ſecũ- Tines
da ſextæ male produxit Linus. Tinias,cum i ante a,fluuius prope Meuaniam.Sillius lib.8, Tinias
Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum, Nárque albeſcentibus vndis
In Tybrim properans,Tiniæque inglorius humor. Tynichus cum y Græco & ch aſpirato in tertia,
eſt viri nomen.Marul. At non ſic Tynichúſque ſenex Spartanáque natum
Fleuit:eris molli mollior ipſe nuru. Trinoctius,trinodis,& ſimilia compoſitione noſcuntur. Auſo-
nius de numero ternario,Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo. ¶I ante n producitur,vt Inarime,
inſula.apud Homerum & Virgilium quidam legũt duabus dictionibus εἰν ἀρίμοις, ab arimis ſiue po-
pulis,ſiue beſtijs:ita Ethruſcorum lingua dicente ſimias,quas Græci pithecos vocant.Hermolaus capi-
te ſexto lib.3.Plinij.Hinc Inarimen volunt dici Pithecuſſam,quod nomen,teſte Hermolao,capite vige-
ſimoprimo libro trigeſimoſexto Plinij geminat ſſ,vt Taphiuſſa & Scotuſſa. Ianus autem Parrhaſius
in illud Claudiani de raptu Proſerpinæ lib.3, -rupitne Typhoea ceruix
Inarimen. Aſſerit Hermolaum manifeſtò errare, quòd putauerit Ouidij carmen ad doliariorum figli-
nas referri poſſe. Carmen Ouidij eſt, -ſteriliſque locatas
Collepithecuſſas habitantum nomine dictas. Habitantum, inquit Barbarus,poteſt dici dolariorum.à
pithos,quod eſt dolium : non à pithecos, quod eſt ſimia. Nam ſequentia Ouidij contrarium dicunt:
dicit enim in Metamorphoſi Ouidius, Inarimen Prochiten legit,ſteriliſque locatas
Colle Pithecuſſas habitantum nomine dictas. Quippe deûm genitor fraudem,& periuria quondam
Cercopum exoſus,gentiſque admiſſa doloſæ, In deforme viros animal mutauit,vt ijdem
Diſſimiles homini poſſent ſimileſque videri.Vbi diuerſas ponit Pithecuſſas ab Inarime.A Cercopum
moribus natum eſt prouerbium,Cercopizin,in planos & ſcurras. Cynos,oppidum:& Cynum,pro-
montorium Locridis,videtur Homerus producere. Hermolaus cap. 7. lib.4. Synnas legitur nn ge-
minato.Et Minæi,populi Arabiæ fœlicis per α. Sinus in AEtna nouè producitur. Ille per obliquos
ſinus.Et Varro in primo de lingua Latina, Sinum, vas à ſinu deducit, quia ſinum laxiorem habet:at-
tamen pro vaſe recte producitur,pro ſinu & curuatura corripitur. Mineus,nomen diſſyllabum viri.
Minutius contra Bebelium à Silio corripitur. Mina,ſi Plauti vera ſit lectio, nõ ſemel ab eo produ-
citur,ſed Pylades mnæ pro minæ legit.Ibidem, Hic argenti ſunt ſexaginta mnæ. Lino & linio corri-
piuntur:ideo nunc in Mantuano Badius legendum cenſet,Delinire animos, & blando impellere mo-
tu. Niniuita variatur.Prudentius,In Niniuitas ſe coactus parcito. Phinous,viri nomen,Stoa putat
corripi: ſed apud Stathium in 7.Thebaidos rectius legitur,Cuſpide demiſſa Chromin Iphinorúmque
Phagémque. Iphinous apud Valerium Flaccum & Ouidium etiam legitur. Tinea à nullo claſſico
producitur,licet à Stoa variari dicatur. Minos,& patronymicũ Minois producuntur tantum: ideo vt
Stoa notauit,legetur Propertius lib.2,Nec ſic cum incolumem Minois Theſea vidit.

I ante p corripitur,

I ante p

vt Scyphus,cum ſ ante c, ſequente y Græco,non cyphus:nec vſquam producitur, vt contra Tortelliũ Scyphus
bene docet Neſtor:nec enim apud Virgilium in emendatis codicibus eſt in ſeptimo AEneidos, Hoc
pater Anchiſes cypho libabat ad aras. ſed auro libabat. cum Tortellio errat Sulpitius. Martialis lib.8,
Hic ſcyphus eſt in quo miſceri iuſſit amicis

Largius AEacides,& bibit ipſe merum. Deceptus eſt Tortellius(ſi Neſtori credimus) gloſſa interli-
Niphates neari,vbi habetur auro,id eſt cypho,expuncta librariorũ vitio s litera. Niphates,quanquã apud Græ-
cos per ei diphthongon ſcribatur,teſte Nebriſſenſi.Iuuenalis,
-quoſdam facit iſſe Niphatem
Cyperus In populos. Cypros.Ouid.10. Metamor. Telluris Cypriæ pars optima, &c. Cyperus, quod Sulpi-
tius male dicit produci: pro hoc tamen Neſtor inepte Cyprus legerat apud Sulpitium. Homerus in 3.
Odyſſææ, Ende kyperos.eſt heroici finis. Theocritus in primo Edyllio, teſte Neſtore, ſimiliter prima
breui ſecundam produxit. Scribitur per y Græcum in prima ſyllaba,& ει diphthongon in ſecunda ſyl-
laba:quam vertimus in e longum vel i longum,vt Cyperus vel cypirus. arbor eſt dicta à Latinis Ligu-
ſtrum. Eſt herba quoque. In hoc errat Macer dicens,Cum trito validum cypiro ſi iungis acetum. fru-
ctum producit candidum. Hieronymus in Canticis cap.primo,Botrus cypiri dilectus meus mihi in vi-
neis Engadi.mendoſe legitur cypri. Cyperus quoque,eſt viri propriũ. Martialis libro octauo,A piſto-
Hypocrita re cypere non recedis. Phaleucius eſt. hæc ex Neſtore. Hypocrita corripitur,vt omnia ab hypo, id eſt
ſub,veluti hypocauſtum. hinc hypocritius à Philelpho ſemper corripitur pro ſimulatore:nam hypo-
criſis,ſimulatio,quaſi ſubtectio iudicij.ab hypo cum y Græco,id eſt ſub:& criſis,id eſt iudicium. ideo,
teſte Neſtore,errauit Riga in Leuitico dicens,Aurea facta foris ſimulans hypocrita fingit. Errat Sulpi-
tius,& quotquot putant hoc nomen poſſe produci:quia optime ſic hexametrum ingreditur,Peſſimus
à populo vult ſanctus hypocrita dici. Papinius in Syluis, -vbi languidus ignis inerrat
Hypocauſta AEdibus,& tenuem voluñt hypocauſta vaporem. Hypocauſta, ſunt vaporaria vbi ſudamus in ther-
mis. Syphax. vide crementum. ideo errat Petrarcha in octauo Aphricæ, -nuntius hoſtem
Aduentare refert: Syphacis filius vltro. Aliquando idem corripit, quia putauit propria variari: in quo
errat,vt docui in præfatione. Cippus, Hippocrates: & ab hippos cætera poſitione producuntur, vt
Dyſphilus Dyſphilus, malus amicus. Nam dys cum y Græco in compoſitione malum indicat. hinc Dyſcho-
lus. Iuuen.ſatyra 3, Non eſt Romano cuiquam locus:hic vbi regnat
Diphilus Protogenes aliquis,vel Dyſphylus aut Erimanthus. Mancinellus tamen Diphilus legit pro Iouis, id
eſt Cæſaris,amico.nobis prior opinio magis placet.
Grypus EXCEPTIO. Grypus,eſt gryps & naſus aduncus & ænygma:gryphon Græci inſolubile dicunt.
Hypates vide crementum. Hypates hypatis,fluuius Siciliæ. Sillius 14,
Hypatem ac facilem ſuperari gurgite parco
Iphis Pantagiam. Cum y video ſcribi,vt Hypate,oppidi nomen, ſimiliter productum,vt opinor. Iphis,viri
proprium & puellæ in virum verſæ. dicitur ab Iphi,id eſt robur. quicquid igitur fit ex Iphi, produca-
Iphigenia tur. Ouid.9.Metamor. Vota puer ſoluit quæ fœmina vouerat Iphis. Iphigenia & Iphianiſſa, mulie-
Iphianiſſa ris proprium. vide I ante a. Iphitus,viri proprium. Virgilius 2. AEneidos, Iphitus & Pelias mecum,
Iphitus Iphinous,viri proprium. vide Danis,A ante n. Iphinoe Iphinoes,propriũ mulieris. Val.Flac.lib.2,
Iphinous Dicta placent,portátque preces ad littora Graijs
Iphinoe Iphinoe. Iphiclus, viri nomen. Propertius lib.2, Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boues. Iphilus, viri
Iphiclus proprium in primo Valerij Flacci. Iphias, patronymicum. Ouid.5. Triſtium, Auſáque in accenſos
Iphilus Iphias ire rogos. errauit Petrarcha in ſexto Aphricæ,Cernit Iphim,& nimio conſumptam Byblida lu-
Iphias ctu. Niphe,licet nonnulli libri habeant nymphe: nam nymphe cum y Græco hic legendum non eſt:
Niphe cum ſit hic Niphe,nymphæ Dianæ nomen,& interpretatur,teſte Regio,lotrix. apo tu niphin, id eſt à
Pipilo lauando. vide Rhanis,A ante n. Pipilo,pipilas,paſſerũ eſt,cum vocem edunt. Catullus de paſſere,Ad
Pipo ſolam dominam vſque pipilabat. Phaleucius eſt. Pipo,pipas. Varro in Aboriginibus,Mugit bos,ouis
balat,gallina pipat. Author Philomelæ, Accipiter pipat,miluus hiánſque lepit:
Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit. Ego Columellæ auſcultandũ puto de gallinaceis pullis dicenti
in lib.10.cap. 5, Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint, & auſcultetur ſi pipiant. Corripitur
Rhipæi quoque Pipinna,vndecunque ſit,à Martiale libro vndecimo. Pipinus apud Baptiſtã. Rhipæi,mon-
tes Scythici. à rhipizo,id eſt flo:quia ventis perpetuùm obnoxij ſunt. Virg. Georgic.3,Gens effræna ni-
Rhipheus mis rhipæo tunditur euro. Rhipheus,viri nomen. vide Ephitus,E ante p. Rhypa,vrbs in Homero.
Ripa Ripa. Virgilius,Non bene ripæ creditur. At Rhipæ rhiparum,pro montibus Arcadiæ,corripitur. vide
Scipio Betulum,E ante t. Rhypes cum y Græco, Achiuorum vrbs,producitur,vt dicunt. Scipio, proprium
& appellatiuum. Sillius 13,Aſpicit,& ſubito turbatur Scipio viſu. Horatius 1. ſatyra libri ſecundi,
Attamen & iuſtum poteras,& ſcribere fortem
Scipiadam. Plautus in Aſinaria, Scio eſſe quàm me hunc Scipionem contui. Iambicus trimeter eſt.
Scrypulum ſic cæteri. Petrarcha ſæpe male corripit. Scrypulum, quod y in u verſo dicitur ſcrupulum, ponderis
genus eſt. Martialis libro quinto,Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ,
Flammatæve togæ ſcrypula tota decem,
Luxuria eſt. Idẽ lib.10,Libras ſcrypula ſextuláſque dicit. Phaleuciꝰ eſt. Ouidiꝰ,aut alius de medicamine
faciei,Quinque parant marathri ſcrypula,myrrha nouẽ. ſic cæteri quibus fides habenda eſt. Errat igitur
Macer dicẽs,Quattuor aũt ſcrypulos mihi ſignificare videtur. & Priſcianus in carmine de ponderibꝰ(ſi
Priſciani ſit,quia pluſcula ſunt in hoc carmine doctis nõ imitãda)vbi dicit,Siliquꝰ drachmę,ſcrypuli

ſi adiectio fiet.maſculinum apud veteres non legi. Sipho ſiphonis,fiſtula aut canalis tubus per quē, Sipho
vrgente ſpiritu,aqua vel alius liquor emittitur.hinc diminutiuum eſt Siphunculus,id eſt exigua fiſtu- Siphunculus
la ex ære,plumbo,aut marmore:ex qua exilit aqua è fonte. Iuuenalis ſatyra 6, Effigiémque deæ longis
ſiphonibus implent. Sipus Sipūtis,oppidum,à multitudine ſepiarum. Sepius prius dictum.hinc Si- Sipus
puntinus,vt Nicolaus Perottus Sipuntinus.Sill. lib.8, Quæſiuit Calaber ſubducta luce repente
Immenſis tenebris & terram & littora Sipus.Idem lib.5,
Quas recipit Salpina palus,& ſubdita Sipus
Montibus. Sypharium,cum y Græco,aut ſuparium,aut etiam ſeparium,ſunt qui dicant eſſe mimo- Sypharium
rum præmium:alij velamen eſſe putant ſcenarum. vide grammaticorum diſſenſiones in illud Iuuena-
lis ſatyra 8, Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti,
Syphario clamoſum ageres vt Phaſma Catulli. Stypendium,cum y Græco,teſte Neſtore,contra pri- Stypendium
mitiui naturam corripitur:quia à ſtype dicitur,teſte Varrone. Catullus, Indomito nec dira ferens ſty-
pendia tauro. Sidon. Quæ captiua dedit quondam ſtypendia Barche. Idem contra omnium authorita-
tem corripuit libro octauo dicens, Poſſit fœdere ſub ſtypendiali. Phaleucius eſt.hoc non imitandum
eſt,teſte Baptiſta Pio. Stipes ſtipitis. Virgil. Stipitibus duris agitur. Sunt qui deriuent à ſtyps: & cum Stipes
y Græco ſtypes ſcribunt. Stypa,vnico p,teſte Neſtore,& y in u verſa,ſtupa dicitur.hinc Stupeus,ſtu- Stypa
pea,ſtupeum. Virgil. 2. AEneid. Subijciunt lapſas,& ſtupea vincula collo
Innectunt. Georgius Valla vult pp geminare ſtyppa,ſtuppa:ſtyppeus, ſtuppeus. Stypo ſtypas, id eſt Stypo
condenſo,& rimas obturo:quia in hoc ſtypa vti ſolemus. Ouid.3. Metam. Quæ quanquā comitū turba
eſt ſtypata ſuarum. At corripiuntur ſtipula & ſtipulor ſtipularis. Virgil. Stridenti ſtipula, &c. Iuuen.
Quantum vis ſtipulare,& protinus accipe quod do. Tiphata tiphatorum,collis prope Capuā. Sil.12, Tiphata
-arduus ipſe Tiphata Inuadit propior. Sunt qui Tiſata ſcribunt. Tiphys,cum y Græco in ſe- Tiphys
cunda ſyllaba,nautæ nomen. Valerius Flaccus lib.1, Peruigil Arcadio Tiphys pēdebat ab aſtro. Ty- Typhon
phon Typhonis,gigas, & impetuoſa ventorum rotatio. Manil. lib.4, Quum fugeret Typhona Ve-
nus,ſubſedit in vndis. Ouid.2. Faſt. Terribilem quondam fugiens Typhona Dione. Iterum Manilius
libro 2, -merito Typhonis habentur Horrendæ ſedes,quem Tellus ſæua profudit,
Quum bellum cælo peperit. Pro vento autem Lucanus lib.7,
Et trabibus mixtis auidos Typhonas aquarum
Detulit.mendoſe legebatur phytonas, teſte fidiſſimo interprete Lucani Verulano. Nullos inueni ve-
teres qui Typhon corripuerint:ideo nolim imitari Martianum Capellam in hoc, contra omnium au-
thoritatem corripientem in ſecundo libro,quum dicit, Diſſona ſacra,mitram,ditémque,ferúmque Ty-
phonem. Neque Philelphum dicentē in tertia ſextæ, Redderer inferior,fierémque Typhonis amator.
Et in quinta octauæ, Dicta Typhonæo crepitent tua grandius ore. Typhoeus, eiuſdem gigantis no-
men,primam ſemper corripit, vt in ſynalœpha & hypermetris viſum eſt. Triphillis,apud Priſcianū
in Perihegeſi. Vipera. Ouid.10. Metamor. -venenum
Vipera diffudit,creſcētēſque abſtulit annos. ¶ I ante p corripitur, vt probaui de Hypocrita,quod Stoa
maie cenſet variari. Cyperos,quod alij in canticis legendum cenſent,videtur Hermolao in cap.12.lib.
25. Plinij recte legi cypros,id eſt liguſtrum,ex Dioſcoride. Vnguentum etiam ipſum à Theophraſto,
inquit,Cypros dicitur. Cyphus, Perrhæborum mons & pagus apud Strabonem lib. 9. ex Homero
producitur. Hypocha,retis genus:à Lippio neſcio an recte producitur. Hypaſides,filius Hypaſi,aut
potius Hyppaſides producitur à Nicolao Valla. Stipendium cum veteribus producito tantum: licet
Stoa propter Sidoniū dicat variari,& ſtypis à ſtyps corripiatur. Ouid. de Ponto, Qui ſtypis æra negat.
Scrypulum cum doctoribus ſemper producito: quia opuſculum de ponderibus non eſt à claſſico
compoſitum,licet illud probet Stoa. Iphitides,Iphiti filius,producitur vt Iphitus. Vide Pritanis,I an-
te t. Rhypes Rhypium,Achaiæ vrbs,à Stoa produci cenſetur. Grypus ſeu Grypius, viri nomen in
Rudente Plauti:videatur illic. Iphition,viri nomen,producitur à Nicolao Valla Iliados 20. Pipulū,
id eſt conuitium,teſte Nonio,cuius quantitas in Aulularia Plauti vix diſcernitur. Lipothymia, de-
fectus animi:& Lipopſychia,deliquium animæ per ei ſcribuntur.

I ante q corripitur,

I ante q
Siquidem

vt Siquidem, etiam vbi oratio eſt:licet tunc quoque produci poſſet. Ouid.4. Faſt.
Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus,
Státque ſemel iuncti rumpere vincla thori.
Hoc quoque tentemus,ſiquidem ieiuna remanſit:
Sin minus inferni coniugis vxor erit. Idem lib.3. ſine titulo,
Quæ mihi ventura eſt,ſiquidem eſt ventura ſenectus:
Cū deſit numeris ipſa iuuenta ſuis. In qua correptione videtur liberiore vſus licentia:nemo enim (ſi)
vnquam corripuit.at compoſita vox perpetuùm corripitur:ſed vnde compoſita eſt, ſignificationem
non gerit. Eſt enim ſiquidem,idem quod nam:in qua ſignificatione inquit Lucanus libro quarto,
Hoc ſiquidem ſolo ciuilis crimine belli Dux cauſæ melioris eras.

Liquetius — EXCEPTIO. Liquetius, Venetiæ fluuius. hinc adiectiuum liquetius, a, um. vt apud Virgiliũ AEneid. 9. teſte Seruio, Quales aeriæ liquetia flumina circum. imperitiores, teſte Seruio, legunt liquentia.

Liquor — Liquor liqueris, deponens tertiæ. Virg. 1. Georgic. Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Liquor, nomen, rectius corripitur: quia ſolus Lucretius produxit. vt lib. 1, Pondus vti ſaxis, calor ignis, liquor aquarum. Et ibidem, Fiet vti cibus omnis, & aridus, & liquor ipſe.

Liquens — Liquens à liquor. Virgil. Aut quum liquentia mella.

Liqueſco — Liqueo liques: hinc Liqueſco corripitur. Perſius, Tot tibi quum in flammas iunicũ omenta liqueſcant. Virg. Campóſque liquentes. Adde liquor. Liqueſco producitur. Ouid. 1. de Ponto, Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. Iterum

Liquo — Liquo liquas corripitur. Lucan. lib. 7, Ereptáque tela liquauit. Ab his

Liquidus — Liquidus variatur: quia poteſt eſſe tam à liquo, quàm à liquor. eadem tamen eſt ſignificatio. Lucret. lib. 1,

In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum Liquidus humor, &c. Idem in 2,
Illa quidem debent ex læuibus, atque rotundis
Eſſe magis fluido, quæ corpora liquida conſtant. Idem in 3, Craſſáque conueniunt liquidis, & liquida craſſis.

I ante r.

I ante r in diſſyllabis producitur,

Ciris — vt Ciris, cũ i Latino, interpretatur tonſa: Cirin enim, Græce ſignificat tondere. dicitur Scylla Niſi filia ob tonſum patris crinem, in auem alaudam verſa. Virgil. in Ciri, Candida conceſſos aſcendat Ciris honores. Ouid. 8. Metam. -in auem mutata vocatur
Ciris, & à tonſo eſt hoc nomen adepta capillo. ſic cæteri omnes. quamobrem non verebor dicere mendoſum eſſe locum hunc in AEtna Virgiliana,
Mentiti vates, ſtygias, vndáſque canentes:
Hi Tityon ſeptem ſtrauere in iugera fœdum:
Sollicitant magna te circum Tantale pœna,
Sollicitántque Cirim: Minos tuáque AEace in vmbris
Iura canunt, ïdémque rotant Ixionis orbem. Omnes libri, quos videre licuit, habẽt per s literam Sirim, paucis exceptis, qui habent, Sollicitántque ſiti. Calderinus id quid ſit, minime declarat. Eſt qui dicat ſirim, id eſt puellam, de qua in Ciri Virgilius loquitur. puto legendum, Sollicitántque Scinim, id eſt immanem illum gigantem & latronem, de quo incredibilia poetæ fabulantur: vt de Tityo, Tantalo, Ixione, cæteríſque gigãtibus, & crudeliſſimis latronibus: quorum hic paucis meminit Virgilius. Itaque auſim iurare legendum eſſe, Sollicitántque Scinim: licet id ante me nemo dixerit, quod ſciam. Fuit autem

Scinis — Scinis, gigas & latro immaniſſimus à Theſeo tandem interfectus. hic Iſthmum obſidens (vt in quinto refert Diodorus) duas pinus flectebat, ac vtrique hominis brachia alligabat: deinde ſurſum emittens corpus diſcerptum maximo cruciatu afficiebat. quod oſtendit Ouidius 7. Metam. dicens,
Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus. Claudianus in primo libro contra Rufinum,
-quis prodere tanta relatu
Funera, quis cædes poſſet deflere nefandas?
Quid tale immanes vnquam geſſiſſe feruntur:
Vel Scinis Iſthmiaca pinu, vel rupe profunda
Syron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla? Syron, latro etiam fuit à Theſeo interfectus. hinc ſyronia ſaxa, & ſyronides petræ. Miror, miraculum, nemo ignorat produci. Martialis, Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis. id ſi conſyderaſſet Nebriſſenſis, nunquam dixiſſet vocalem ante vocalem produci in Dehinc, apud Horatium in Arte, Cogitat vt dehinc ſpecioſa miracula promat. vera lectio

Scyros — eſt, Cogitat vt ſpecioſa dehinc miracula promat. Scyros, cum ſc literis, ſequente y Græco, vna ex Cycladibus. Papin. 1. Achil.
Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem. hinc Scyrius, ſcyria, ſcyrium: & Scyrias, ſcyriadis. Virgilius, Armiger Automedon vnà omnes ſcyria pubes. Sidonius (vt in quartum Plinij notauit Hermolaus) peccauit in hoc nomine dicens in Burgo. Vel ſcyrias vacuaſſe colus, vel ſerica fila

Nireus — Per cannas torſiſſe leues. Nireus, viri proprium. Nebriſſenſis male credit triſyllabum eſſe prima correpta: quia diſſyllabum eſt, vt Orpheus: & ſi per diæreſin triſyllabum fiat, prima producitur. Horatius in Epodo ad Neæram, Nec te Pythagoræ fallant arcana renati:
Formáque vincas Nirea. ſecundus verſus eſt iambicus dimeter, vbi accuſatiuus Nirea primam producit. Tyro, contra quendam ineptum.

Lyra — EXCEPTIO. Lyra cum y Græco. Ouid. 11. Metam. Flebile neſcio quid queritur lyra: flebile lingua Murmurat exanimis: reſpondent flebile ripæ. Inſtrumẽtum muſicũ eſt: à lyrin, id eſt canere. hinc forte

Lyris — Lyris, impudicæ mulierculæ nomen. Mart. lib. 2, Quod faciat, vult ſcire Lyris, quod ſobria fellat. nam

Liris — Liris, fluuij nomen, cum i noſtro etiam in prima, producitur. Idem libro decimo, Deſyderantur

nec Marica,nec Liris. Scazon eſt. ſic producitur tantum Lira per i noſtrum,& ſulcum ſignificat. hinc Lira
Deliro deliras,id eſt inſanio & erro: nam delirat,qui non recto ſulco ſemen tegendo incedit. hinc De- Deliro
lirus,a,um,pro inſano & à recto recedẽte. hinc perdelirus, id eſt valde delirus. Lirare,eſt liras facere. Sũt Delirus
qui deliro è Græco lirin,id eſt ineptire deriuẽt. hinc liras,ineptias & nugas dicimus. Plautus,Nam tuæ Perdelirus
blanditiæ mihi ſunt(quod dici ſolet)gerræ,germanæ ædepol liræ. Vtut eſt,nuſquam corripiũtur De-
liro,delirus,perdelirus:neque per y Græcũ vnquã ſcribenda ſunt à lyra,muſico inſtrumento,quicquid
Neſtor & multi alij dicant. Nam ineptiſſime legunt perdelyrus pœnultima breui, pro diſſono & ab-
ſono apud Lucretium libro 1,Quod facit hic idem,perdelyrus eſſe videtur. nam non in maſculino ge-
nere legendum eſt perdelyrus,ſed in neutro perdelirum. quod ſenſus facile indicat, Dicere rem nul-
lam in numero conſtare,nec ignem, Quod facit hic idem,perdelirum eſſe videtur. Senſus hic eſt,
Dicere rem nullam in numero conſtare,nec ignem,
Quod facit. id eſt dicit hic idem Heraclitus: id videtur perdelirum,id eſt valde falſum & fatuũ. ſi per-
delyrus legas,ineptiſſimus erit ſenſus. nam quorſum refert dicere, &c? ſed quid verbis opus eſt? quum
ipſe Lucretius paulo pòſt id manifeſtet dicens, Quod mihi quum vanum tum delirum eſſe videtur.
Horat. ad Lollium, Quicquid delirant reges, plectũtur Achiui. Idem ſatyra 3. lib. 2, Auerſus mercatu-
ris,delirus & amens. ſic cæteri. Myron,vel Myro myronis,ſtatuarij nomen. Stat. 1. Syl. Myron
Quicquid & argento primùm vel in ære Myronis
Luſit. Auſonius in Epigram. Bucula ſum cælo genitoris facta Myronis. ſcribitur cum y Græco, vt
Myron,id eſt vnguentũ:quod ſimiliter corripitur. Hinc Myropola,vnguentarius. Myron myri,quia
pro vnguento,eſt neutrum ſecundæ declinationis. Pyra,cum y Græco,lignorum congeries. Virgi- Pyra
lius,Innumeras ſtruxere pyras. ſic Pyrus, pyrum, arbor & fructus. omnia hæc à pyr,id eſt ignis, du- Pyrus
cũtur. Virgilius,Inſere nũc Melibœe pyros,pone ordine vites. Quiris ſingulare,in raro vſu eſt. Perſi⁹, Pyrum
Heu ſteriles veri quibus vna Quiritem Quiris
Vertigo facit. Syrus cum y Græco,vt Syria,rectius corripitur. Iuuen. ſatyra 6,Quàm quæ longorum Syrus
vehitur ceruice Syrorum. Horat. ſatyra 6, Túne Syri Damæ,aut Dionyſi filius audes
Deijcere è ſaxo ciues,aut tradere Cadmo? notum eſt hic primam corripi:quia(ne)interrogandi dictio
corripitur. Ideo quidam male putarunt Syridamas,vnicam eſſe dictionem prima producta:quum po-
tius dicere debuiſſent prima correpta,ſecundam & tertiam produci. Catullus,Hoc miſſo in Syriam re-
quierãt omnibus aures. ſic cæteri. Iuuenalis in 3. ſatyra produxit Syrus dicens,Iampridem in Tyberim
Syrus defluxit Orontes. Et Syria. Petrarcha, -Syria mollis
Porrigat ipſa manum. Styrax tantum corripitur. vide crementum. Tyros vel Tyrus,inſula & vrbs. Styrax
Tibul. lib. 1, Prima ratem ventis credere docta Tyros. Ouid. 3. Metam. A Tyro hac profugos poſuiſtis Tyros
ſede Penates. ablatiuus corripitur propter vocalem ſequentẽ:vt Sub Ilio alto. Tyros etiam,caſeus in-
terpretatur:vnde Butyrum:de quo in medijs agemus. Tyra Tyræ,cum y Græco, vt præcedens,loci Tyra
nomen. Val. Flac. lib. 6, Linquitur abruptis pelago Tyra,linquitur & mons
Embolus. Tyres,cum y Græco,genitiuo Tyræ. Virg. AEneid. 10, Te fugiẽs fratrémq;, Tyren currúq; Tyres
volutus. Sill. 6, Exanimũ Naſamona Tyren ſuper ipſe iacebat. viri nomẽ eſt. Tyras Tyræ, cũ y Græ- Tyras
co,fluuij nomen. vide Halis, A ante l. Tyrus,viri nomen,variatur à Sillio. ¶I ante r in diſſyllabis pro-
ducitur,vt Spiro:& inde ſpiritus,quod male corripuit Sedulius,Cum ſancto ſpiritu gloria magna pa-
tri. niſi forte ſic edidit,Pneumate cum ſancto,aut ſpiritui ſancto. Styrus,vir:de quo Valerius Flaccus,
Tum gener Albani Styrus qui aduenerat oris. Thyre,vrbis nomen,neutrum plurale ſecundum Ste-
phanum. Stat. Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem. Tyrus,viri nomen, variatur à Sillio. Cor-
reptionem vide A ante n, Granius. Producitur lib. 15, Cadit vno vulnere Tyrus. Lira,compoſitum
perdelirũ,producitur. Lucret. lib. 1. quem ſic legit Pius, Dicere porro ignem res omnes eſſe,neq; vllã
Rem veram in numero rerum conſtare,niſi ignis
Quod facit,hoc idem perdelirum eſſe videtur. vbi,ſi vera eſt lectio, ſit ſenſus, Quod, id eſt quam eſſe
ſentias,niſi illam faciat ignis. Quod pro quam Badio poni videtur, & idem in neutro produci,niſi le-
gatur,hoc itidem,&c.

I ante r in polyſyllabis corripitur,

vt Pyreneus,viri propriũ,per eu diphthõgon:non per æ,cõtra Tortellium. Ouidius Metam. 5, Clau-
dit ſua tecta Pyreneus. Notentur è longis deriuata,vt viroſus à virus:nam à vir corripitur. Tuynthius
à Tiryns,vireſco à vires:quod verbum ſignificat vires acquirere & fortiorem fieri. Furius Antias apud
Gellium lib. 18. cap. 11, Increſcunt animi, vireſcit vulnere virtus. hoc à vireo,corripitur. Stat. lib. 1. Syl.
Exuit,atque alios melius reuireſcit in annos. Spiritus,à ſpiro,&c.

EXCEPTIO. Chironomon chironomontis, vt Leon leontis: vel chironomas chironomantis,vt Chironomõ
adamas adamantis,teſte Mancinello in hunc verſum ſatyræ 5. Iuuenalis,
Saltantem ſpectas,& chironomonta volanti
Cutello donec peragat dictata magiſtri. Dicitur quoque cheronomos cheronomi. eſt autẽ is qui ad
menſam edenda incidit certa lege manus, nã chir,manus eſt:& nomos,lex:ars hæc,chironomia dicitur:

chironomantia,eſt ex manuum inſpectione diuinatio. chær Græce per ει diphthongum ſcribitur: ideo
Chirurgus in compoſitis producitur.Mart. Chirurgus fuerat: nunc eſt Veſpillo diaulus. ſic chirocrates, chiro-
Chirographum graphus vel chirographum.Iuuen. ſatyra 13, Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni.vnum eſt chi-
ragra à Latinis correptum.Perſius,Lapidoſa chiragra.Mart.lib.1, Sed nil patrono porrigit,hæc chira-
Chiragra gra eſt.Philelphus ſecutus deriuationem Græcam,auſus eſt hoc nomen producere: vt in tertia nonæ
Cyrios dicens,Nunc te chiragra fatigat. Cyrios cum y Græco in prima, id eſt proprius, authenticus & do-
Cyriacus minus.hinc Cyriacus & Cyrinus,virorũ propria:& acyros,improprius. vnde acyrologia. Cyrinius,
Cyrinius viri proprium.Mart.lib.8,Sic tua Cyrini promas epigrammata vulgo.vocatiuus eſt.ſic Cyrillus recte
Cyrene producitur à Fauſto. Cyrene cyrenes,& Cyrenæ cyrenarum,cum y Græco,vrbs Libyes.hinc Cyrenia
dicta eſt tota Libya.eſt alterius quoque oppidi nomen.hinc Cyrenæus & Cyrenaicus. Lucan. libro 9,
Aphrica Cyrenis etiam tunc bruma rigebat.Sil.lib.4, Nec nõ Cyrene Pelopæi ſtirpe nepotis.interdũ
corripitur.Catul.Laſerpiciferis iacet Cyrenis.Phaleucius eſt.Ideo nõ male dixit Petrarcha in 3.Aphri-
cæ,Plura cyrenæo cecidiſſent milia campo. Cyrene, Ariſtei mater,producitur tantũ,vt ex Georgij 4.
Ironia diſces. Ironia,id eſt ſimulatio vel illuſio,tam in prima quàm in tertia Græce per ει diphthõgon ſcri-
Liriope bitur:vt Irenarcha & Ireſione in prima. Liriope,nympha.Ouid.Metam.3,
Cærula Liriope,quam quondam flumine curuo
Myriones Implicuit,&c.fuit Narciſſi mater. Lirium,herba per ει diphthongon. Myriones,viri nomen.Horat.
lib.1,Carm.Ode 6, Nigrum Myrionem aut ope Palladis.Aſclep.eſt.Habet y Græcũ in prima ſyllaba.
Aliqui tamen Merionem legunt. vide quæ in hunc verſum affert Badius. Miritenes,vide E ante n.
Pirata Pirata.Lucan.lib.2,Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit. Pirithous,viri propriũ. vide Ma-
Pirithous tella,A ante t.quidam Perithous dicunt. Pirene pirenes,cum i noſtro,mons & fons muſis ſacer apud
Pirene Corinthum.Perſius in præfatione, Heliconiadáſque, pallidámque Pirenen. Scazon eſt. Stathi. 1. ſyl.
-nec conſcia detur
Pyrene Pirene largos potius mihi gurges in hauſtus. Pyrene cum y Græco,mons Hiſpaniæ:à Pyrene puella
quam Hercules compreſſerat,quæ illic à feris lacerata dicitur & ſepulta.alij deriuant à pyr, id eſt ignis,
propter crebra fulmina.variatur hoc nomen:ſed productio eſt longe frequentior.Silius lib.14, Pyrene
miſit populos,qui nomen amore,&c. Lucan.lib.1, Nubiferos colles atque aeream Pyrenen. verſus eſt
ſpondaicus.vt apud Iuuenalem ſatyr. 10, Additur imperijs Hiſpania, Pyrenénque
Tranſilit. Tortellius male legit Pyreneúmque:quia(vt recte dixit Neſtor)Pyrenæus pœnultimã diph
thongo producit,vt Pyrenæi montes. Tibul.lib.1,
Non ſine me eſt tibi partus honos,tua bella Pyrene
Teſtis & Oceani littora ſanctonici.Sidon.in 3.Panæg. Tyrrheni Rhenſque liquor vel longa Pyrene.
Sic Petrarcha 4.Aphricæ, -tum filius vltor
Et patris & patrui nomen dedit,iſque Pyrenen
Piroma Tranſgreſſus,&c. Pyrino,mulier,teſte Egnatio. Piroma & Pirula producũtur,teſte Sulpitio. Py-
Pyramus ramus cum y Græco,viri & fluuij nomen.Ouid.4.Metam.Pyrame reſponde. Pro fluuio, in oraculo,
Tunc erit vndiſonus late,quum Pyramus olim
Littora pertundẽs Cyprum labetur in almam.Priſcianus corripuit.vide Pynarius,I ante n.Itaque pro
Pyramis fluuio variatur. Pyramis,cum y Græco,à ſimilitudine flammæ nomen accepit.Latini metam dicunt.
Pyræus Mart.Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis. Pyræus, Athenienſium portus & promonto-
Pyralis rium cum y Græco.Ouid.5. Metam.Portus Cecropios, intra pyræáque littora tangit. Pyralis pro-
ducitur,teſte Nebriſſenſi,cum y Græco:eſt enim beſtiola pennata,muſcæ magnitudine ex igne proue-
Pyrites niens. Pirea,frutex per ει diphthongon. Pyrites:producuntur huius nominis omnes ſyllabę apud
Priſcianum in Periegeſi.& eſt lapillus cui plurimus ignis eſt. ſed multa à pyr corripiũtur,vt Pyrois,
Phthiriaſis pyropus,pyracmon,pyretrum,&c. Phthiriaſis,morbus pedicularis.à phthiron,id eſt à pediculis,cum
ph & th aſpiratis in eadem ſyllaba.hinc phthirophagi,homines ſolis piſcibus victitantes,à tenuitate vi-
ctus,quaſi pediculis veſcantur.ſcribitur Græce per ει diphthongon. Pyraſus,vrbs apud Homerum.
Pyreicus Pyreicus,pictor in 3.Propertij,Pyreicus parua vendicat arte locum. cũ y Græco. ſic legit Beroaldus.
Sirius Pyrodile,vna Hyadũ apud Pyladẽ. Sirius,ſtella in ore Canis cæleſtis. Sil.lib.1, -nec puluere feſſum
Agminis ardenti labeſcit Sirius aſtro. Syria,inſula,quæ etiam Syrus,Pherecydis patria, producitur ab
Stiria Homero,teſte Strabone lib.10. Stiria,ſtiricidium. Mart. lib.7, Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo.
Claud.Aſtringit ſtiria ſetas. Sphirena,piſcis in Oppiano. Tireſias,cũ i Latino in prima:quia Græ-
ce ſcribitur per ει diphthõgon,teſte Calepino,fuit augur Thebanus.Propert.lib.4,Magnam Tireſias
Tyridates aſpexit Pallada vates.dicitur etiã Tireſia in nominatiuo. Tyridates,Armeniæ rex.Horat.lib.1.Carm.
Ode 26,Quis Tyridatem terreat vnice?verſus eſt alcaicus dactylicus. ¶I ante r corripitur in polyſylla-
bis,vt Quirinus,nomen Romuli iam pro deo habiti:ſed etiam Quiris,vnde dicitur,corripitur. Oui-
dius,Siue quòd haſta Quiris.Quirinus etiam martyris melius corriperetur:& Quiritare,quod eſt Qui-
ritium, id eſt Romanorum auxilium inuocare. Author Philomelæ ſua authoritate produxit pro
voce verris, id eſt porci maſculi. Dyrrachium rr geminato ſcribitur. Cyrinus ab Iuuenco
producitur. Myrace, Bebelio producitur. Myraces, viri nomen Nicolao Vallæ anapæſtus eſt : ſemel

tamẽ videtur moloſſus eſſe libro ſexto,& pro fluuio capi. Irenarcha per ει,id eſt princeps pacis: εἰρήνη,
ης,pax. Ireneus,pacalis. Iros, εἶρος, lana. Irocomos,lanam tractans. Iropocus,habens vellera innexa.
Ireſione vel Ereſione per ει in prima, ramus oleaginus implexus lanis, quia εἴριον eſt lana. Lirium
etiam per ει in prima,id eſt narciſſus. Siriaſis,morbus:vel à Sirio ſtella,vel à ſiris, id eſt cauernis,pro-
ducitur. Pirenæ corripitur à Lucano libro 4,Iámque Pirenææ quas nunquam ſoluere Titan.Et Au-
ſonio in Moſella, Gallorum extremos inter celſámque Pirenen.Et à Prudentio. Claudianus tamen in
Stili.prod.Pirenæa tegit lapidoſis frondibus ilex. Diribetorium,Græce διειριβιτώριον,producta pri-
ma,quid ſit,vide Hermolaum cap.41.lib.16.Plinij. Sireum per ει in prima & ai in ſecũda,eſt vini ſpe-
cies Hermolao cap.9.lib.14. Pyræus vel pyræeus,cuius accuſatiuus pyræa.Stat.Munychiã & trepi-
dis ſtabilem pyræea nautis.Ouid. Sunion expoſitum,pyræáque tuta receſſu
Linquit.Alij legunt Pyreæáque littora tangit. Propertius, Inde vbi pyræi capient me littora portus.
Itaque varia eſt lectio & quantitas. Syria,inſula à Syrus:aut Siria à ſirio,ſtella,producitur,vt ſyrus &
ſirius. Pyraſus,vrbs Phthiæ,producitur Homero,vt citatur à Volaterrano lib.8. Spirarchus,primi-
pili & cohortis præfectus:à σπεῖρα,id eſt cohors,producitur. Pyrodiles, vna hyadum,producitur
à Pylade lib.1. Sidonio in Euch.producitur Lirinis,Seu te lirinis priſcum cõplexa parẽtem eſt. Py-
rino Pyrinus,mulieris nomen. Ouid.in Sappho,Nec mihi Pyrino ſuberãt Mnaiſve puellæ. Videantur
Racemationes Baptiſtæ Egnatij. Pyramus,fluuij nomen,Priſcianus variat: viri nomen, Ouidius pro-
ducit. Producitur & Pyramis. Mart. Barbara pyramidum,&c. Pirera, frutex, per e ſcribitur. Spire-
na,piſcis,Lippio producitur. Tyridates,viri nomen,corripitur à Baptiſta Mantuano.

I ante ſ producitur,

I ante ſ

vt Chryſos,cum ch aſpirato & y Græco. hinc Chryſoſtomus & Chryſeus,a,um, id eſt aureus. Mart.
lib.10, Chalcea donanti,chryſea quid dederas?chalcea,id eſt ærea. Piſæ piſarum:hinc Piſæus,a,um.
Ouidius lib.5. Metam.Eſt medium Cyanes & Piſææ Arethuſæ.errauit hic Petrarcha Ecloga decima.
EXCEPTIO. Biſon biſontis,animal iubarum prolixitate deforme:naſcitur in Germania.Mart.Illi Biſon
ceſſit atrox bubalus atque biſon.Idem,Turpes eſſeda,quòd trahunt biſontes. Phaleucius eſt. Biſun-
tos,teſte Iacobo Bononienſi. Criſis cum i noſtro ſine aſpiratione,id eſt iudicium.hinc hypocriſis,ca- Criſis
tacriſis,id eſt dijudicatio. At catachreſis cũ ch aſpirato in tertia ſyllaba,dicitur abuſus. hoc Neſtor. Ci-
ſena teſte Bebelio. Ciſium,vehiculum.Ciſiarius,qui ciſium regit .Auſon.in epiſt.1,Vel ciſio triiugi, Ciſium
ſi placet,inſilias.Idem ad amicum quendam,Sed ciſium aut pigrum cautus conſcende verædũ. Fri- Friſius
ſius,apud neotericos. Hyſopus vel hyſopum,herba,cum y Græco & vnico ſ apud Latinos:quia cor- Hyſopus
ripitur:licet apud Græcos ſſ geminet Hyſſopus, ſcribitúrque per ω magnum. & eſt Hyſopus fœmini-
ni generis. nec mirum eſt(inquit Neſtor,ex quo hoc ſumpſimus)vnum s à Latinis abijci in Hyſopus:
quia ſimile in multis factum videmus: vt Grabatus, Syracuſæ, Gothia, lacus, & nonnulla alia apud
nos corripiunt primam,quam apud illos poſitu extendunt.recte igitur dixit Alanus lib. 4, Si cælum
terræ conformat cedrus hyſopo.Male autem Macer, Eſt hyſopum ſiccum, calidũ quoque:tertius illi
Eſt in vtroque gradus.In eodem luto hæſitat Riga in lib.Regum,dicens,Aut hyſopus ſignat humi-
les,cedrúſque ſuperbos. Nec male tamen ſſ gemino hyſſopum poſitione produxeris. Iſara iſaræ,flu- Iſara
uius Galliæ in Rhodanum fluẽs.Lucan.lib.1,Hi vada liquerunt Iſaræ,qui gurgite ductus. Iſaurus, Iſaurus
fluuius.vide Metaurus E ante t. Iſaurum, oppidum. quod pluraliter Iſaura Iſaurorum Ammianus Iſaurum
dixit.hinc Iſauricus dictus eſt Seruilius, qui Iſaurum vicit.Iſauri & Iſauræ,populi ſunt. Ouid. Aphri Iſauri
ca victorem de ſe vocat,alter Iſaurum. Sidon.in Panægy.Adieci ſerie quos nunc moderaris Iſauros. Iſalces
Iſalces, viri propriũ. Sill.lib.5,Optabat pugnam ante oculos ſpe laudis Iſalces. Iſocrates, viri no- Iſocrates
men.Rufin.Laudamus Iſocratis artem. Iſerus,teſte Bebelio. Iſidius contra primitiui naturam, ab Iſerus
Iſis.vide Io,in I ante o. Lyſias,viri nomen,corripuit Arator in ſecundo libro. Miſer.Perſius,O mi- Iſidius
ſer inque dies,&c.hinc miſericors,miſericordia,miſeror,miſereor, miſeret, &c. Niſantes, viri nomen. Lyſias
Valer.Flac.lib.1, ô ſi mihi ſanguis, Quantus erat,quum ſignifero cratere Niſantem Miſer
Non leuiore tholum manus hæc compeſcuit auro. Niſi,coniunctio,paſſim legitur. Niſus Niſi,no- Niſantes
men,ſine dubio producitur. Phthiſis cum phth aſpiratis in eadem ſyllaba,eſt pulmonis exulceratio. Niſi
à phthinin,id eſt tabeſcere.phthiſici ſunt qui eo morbo laborãt.Iuuen.ſatyra 13, Et phthiſis,& vomicæ Phthiſis
putres,& dimidium crus.Serenus,Si vero phthiſis annoſo ſedet improba morbo. inepte ſcribit Vgutio
tiſis,teſte Neſtore,ſine p & aſpiratione. Phthyſis cũ phth aſpiratis,ſequente y Græco ante s, eſt ſpui-
tio.à phthyzo, id eſt ſpuo:verbum eſt doricum : nam communis lingua ptyſis ſine aſpiratione dicit
cum y Græco in prima pro ſputione: à ptyo, id eſt ſpuo. Phyſis cum y Græco in prima, id eſt na- Phyſis
tura.vnde phyſicus,phyſiologus,&c.Auſonius de numero ternario, In phyſicis tria prima deus,mun-
dus,data forma.quare bene dixit Alexander Nequam,Corrumpit natura phyſin curſúque rotatóque.
Sidonius in Græcis negligentior male produxit, vt videre potes in Ethos, E ante t. Piſidæ, populi. Piſidæ
Claudianus in 2.libro contra Eutropium,
—vtrique propinqui
Finibus obliquis Lydi Piſidǽque feroces. Priſcianus produxit in Perihegeſi, Poſt hos Piſidûm pin-

Piſaurus guiſſima rura coluntur. id eſt Piſidarum. Phyſa, dea in Politiano. Piſaurus, fluuius Piceni: à quo Piſaurũ, oppidum, nomen habet. Catul. ad Iuuenciũ, Præterquam iſte tuus moribũda à ſede Piſauri
Ptiſana Hoſpes. Ptiſana vnico ſ, licet Græci geminent, teſte Calepino, confectio quædam ex ſucco vel farina hordei. vide Milium, I ante l. hinc Ptiſanarium, vas, in quo coquitur vel tunditur ptiſana. Horatius
Siſer ſatyra 4. libro 2, Agedum, ſume hoc ptiſanarium orizæ. Siſer ſiſeris, herba. Horat. ſat. 18, Peruellunt
Siſymbrium ſtomachũ ſiſer, halec, fercula coa. Columella lib. 11, Iam ſiſer, Aſſyrióque venit quæ ſemine radix. Siſymbrium cum y Græco in ſecunda ſyllaba. Ouidius 4. Faſt.

Cúmque ſua dominæ data grata ſiſymbria myrto,

Viſellius Textáque cõpoſita iuncea vincla rota. Viſellius, viri propriũ. Horatius ſat. 1, Eſt inter Tanain quid-
Viſurgis dam ſocerúmque Viſelli. pro Viſellij. Viſurgis, fluuij nomen, apud Apollinarem in laudibus Narbonis. ¶I ante ſ producitur, vt Iſis: Mantuano tamen corripitur Iſidorus, quia ſecunda eſt breuis, & tertia longa: Artis & ingenij locuples Iſidorus, vtraque

Inclytus Heſperiæ, &c. Et ſic ab Iſis corripitur Ouidio Iſidius. Hiſſopum omnes claſſici producunt, vt ſentit Bebelius etiã poſitu. Miſos, id eſt odio habens, producitur, ſi Aldus recte dixit Miſanthropos eſſe epitritum quartum. Ideo neotericorum quidam male corripuit miſomuſus. Iſacipara, id eſt Sara, mater Iſaac: ſed ab Iſaac fieret Iſaacipara. Valerandus à Varanis, Hoc Abrahame pater, hoc Iſaace doces. Criſias, viri nomen, corripitur in Anticlaudiano apud Pium in primum Lucretij, -inſtat

Vt Briſſo, ſtudet vt Criſius, ſpeculatur vt Argus. Biſuntos corripuit Martialis apud Iacobum Bononienſem ita eum legentem, Hæc tam ruſtica malo quàm Biſuntos. Phaleucius eſt. Biſuntium in Hiſpania eſt oppidũ, teſte Ptolemæo. Male ergo alijs legitur Bituntos, &c. Iſapis, flumen, corripit primã, pro quo Stoa legit Sapis: vide A ante p. Iſus, locus non longe ab Anthedone, corripitur, ſed variatur interdum. interpres Strabonis lib. 9, Diuinámque Iſon, Anthedonáque inde ſupremã. Iſabella corripitur à Mantuano. Niſi coniunctio ab omnibus corripitur. vnde legetur A. Gellij lib. 19. cap. 9. Valerij editui carmen ſic, At contra hunc ignem Veneris, niſi ſit Venus ipſa,

Nulla eſt quæ poſſit vis alia opprimere. Sunt qui legant, Si nõ Venus ipſa. Phyſis & phyſicus corripientur, licet Sidonius producat, vt legit Stoa. Iſaurus corripitur primo Faſtorum,

Africa victorem de ſe vocat, alter Iſauras

Aut Cretam, domitas teſtificatur opes. pro Iſauricas. Alij nõ male legunt, Alter Iſauri aut Cretædo teſtificatur opes. Phyſadea, nympha & fons. Politianus ex Callimacho,

Vos hodie ancillæ ferte vrnas ad Phaſidęam,

Aut ad Amymonẽ, progeniem Danai. Biſegnus aut Beſegnus à Baptiſta Mantuano corripitur.

I ante t

I ante t corripitur,

Scytha vt Scythia: Scytha contra Sulpitium, niſi mentiatur Neſtor. Virgilius in Bucolic. Pars Scythiam, &c. Lucan. lib. 10, Non Scytha, non fixo qui ludit in hoſpite Maurus. ſic cæteri.

EXCEPTIO.

Producuntur habentia m vel r vel u ante i, vt Mitis, ritus, vita. Sic exceptionem ponit Alexander: ego illius exceptiones raro mutaui: ſed excipienda diligenter notaui: quanquam forſitan non pauciora
Mitylene ſunt exceptis. Tolluntur igitur ab hac exceptione permulta, vt Mitylene mitylenes, cum y Græco in ſecunda, vrbis & inſulæ nomẽ. Mart. lib. 10, Quũ tibi nõ Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mitylene:
Mitilo Sed domus in vico Lælia patricio. Mitilo mitilas, cicadarũ eſt cantantiũ. In carmine de Philomela,

Vere calente nouos componit acredula cantus,

Mitra Matutinali tempore tunc mitilas. Mitra, id eſt ſol, apud Perſas. vide Typhon, I ante p in verſu Capellæ. ſic, teſte Lactantio, in vltimo verſu primi Thebaid. Indignata ſequi torquentem cornua mitram. Etiam eſt pilei genus: vt apud eundem in primo Achil. Bachæáque terga, mitráſque huc tuleris. Sic Prudentius in Pſychomachia, Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilẽ. Virgilius in Coppa, Cop-
Mithridates pa Syriſca caput Graia redimita mitella. hoc diminutiuum eſt à mitra. Mithridates, rex: vnde Mithri-
Mitio daticus, a, um. Mart. lib. 5, Profecit poto Mithridates ſæpe veneno. Mitio, paſtoris nomen in ſeptima
Britannia Ecloga Petrarchæ: ſi à Mitis deriuetur, male corripitur. Britannia, regio: Britanni, populi. Virgilius, Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Mart. Dicitur & noſtros cantare Britannia verſus.

Quid prodeſt? neſcit ſacculus iſta meus. Lucretius etiam produxit in ſexto, Nam quid Britannis cælum differre putamus? Ergo variatur: ſed corripitur ſæpius. ſic Britannicus proprium & appellatiuũ. Briton vero ſemper opinor produci. in quo errat Alexander dicens, Britoniſque brito, caro carnis. Vi-
Britomartis de crementum. Britomartis, nympha quam Minos perſequebatur. Virgilius in Ciri,

Te erepta Britomartis ſpes eſt vna ſepulchri:

Te Britomarti diem potui producere vitæ. Claudianus in 3. de laudibus Stiliconis, Sparſa comam
Criticus Britomartis agit. Criticus, id eſt iudicãs ſiue arguens (à Crino, delibero ac iudico) variatur. Horatius, Vt Critici dicunt. Iuuen. Saty. 2, Critice pelluces, &c. vbi per e aliqui Cretice legunt. Mart. lib. 7, AE-
Criton qualis liber eſt Critice, qui malus eſt. Critias, viri nomen. Apul. in Apol. oratione prima, Carmina vti Critias lux hæc optata canatur. Criton critonis. Martialis lib. 11, Quod ſanare Criton, non quod Hy-

gæa poteſt. fuit medicus. Fritillus, tabula luſoria: de qua multa leges in annotationibus Beroaldinis. Fritillus
Mart. in Xenijs, Hæc mihi charta nuces, hæc eſt mihi charta fritillus:
Alea nec damnũ, nec facit iſta lucrum. Rhytium. vide Rhidium, I ante d. Vitium contra primi- Vitium
tiui naturam, quia vito producitur. Horatius, Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. Vitellus Vitellus
contra primitiui naturam: quia à vita dici volũt. eſt enim oui pars, ex qua viuit pullus. Horat. ſaty. 4.
lib. 2, Quatinus ima petit voluens aliena vitellus. aliena accuſatiuus eſt. ne credas (vt quidam) Vitellus
eſſe fœminini generis. Vitellius, viri nomen. Auſon. de Cæſaribus, Nec regno dignus, nec morte Vi- Vitellius
tellius, vt vir. Vitelliani, literæ virorum ad amicas. Martial. in Apo. Nõdum legerit hos licet puella, Vitelliani
Nouit quid cupiant vitelliani. Phaleucij ſunt. Vitulus, vitula. Virgilius, Quum faciam vitula, &c. Vitulus
Vitrum, vide I ante n, Cinnamum. Vitrum

SECVNDÒ PRODVCVNTVR.

Bitus, viri nomen. vide I ante t, Bacchius. Bitonia, teſte Sulpitio. Bithynia, bithynus, bithynicus Bitus
cum th aſpirato & y Græco in ſecunda ſyllaba. Bithynia eadem eſt quæ Bebrycia: Mygdonia, Põtus: Bitonia
prima rectius producitur, quam Iuuenalis corripuit etiam. Petrarcha in 2. Aphricæ ſecũdam male cor- Bithynia
ripit. Manilius lib. 4, Cappadocum Armeniæque iugis Bithynia diues. Claudian. lib. 2. in Eutrop. Bithynus
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. Valerius Flaccus lib. 3,
Aut Cererem lætúmque pecus, nec palmite Bacchum
Bithynio phrygióve ſatum. Iuuen. ſatyra 10, Donec Bithyno libeat iugulare tyranno. Idem ſatyra 7,
Quanquam & Cappadoces faciant equitéſque Bithyni. Mart. Iam te rem factam Bithynice credis ha-
bere. Bithynus itaque primam variat. Clitella. Horat. Sat. 5, Hinc muli Capuæ clitellas tempore po- Clitella
nunt. Clitiades, viri proprium. vide Cliciades, I ante c. Citus, pro diuiſo, teſte Seruio. Clitorius, Clitorius
Arcadiæ fons, bibenti vini odium ingerens. Ouidius 15. Metamorph.
Clitorio quicunque ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudétque meris abſtemius vndis. Clite, mulier, apud Valerium Flaccum. Cliton cli- Cliton
tonis, Arcadiæ fluuius, teſte Lactantio. Papin. 4. Thebaid. Et rapidus Cliton, & qui tibi Pythie Ladõ. Clitis
Citargi, piſces in Lippio. Clitis, fluuij nomẽ. vide E ante q, Sequana. Clitumnꝰ, Vmbriæ fluuius. Clitumnus
vide I ante n, Tinias. Si etymologiæ perſcrutator es, videto Tortellium & Neſtorem. Dito ditas, & Dito
diteſcere, nota ſunt: quia fiunt à dis, ditis. Horat. Qua ratione queas diteſcere. Dithyrambus, viri no- Dithyrãbus
men: vnde hymnos quoſdam in Bacchi honorem cantatos dithyrambos dixere. veruntamen ipſe Bac-
chus dithyrambus dicitur: quia dia dyothyron, id eſt per duas portas tranſierit: nempe per vterum Se-
meles, & femur Iouis. ſcribitur in prima ſyllaba cum i noſtro: in ſecunda vero cũ th aſpirato & y Græ-
co. Horat. lib. 4. Carm. Ode 2, Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit: numeríſque fertur
Lege ſolutis. Sapphici ſunt cum adonico. Ditis, proprium viri in Ouidio. Italia variatur: quia o- Italia
mniũ grammaticorum cõmuni aſtipulatu corripitur, & per ectaſin à poetis producitur, quia aliter ſta- Italus
re non potuit. quia verò omnes poetæ producunt, nemo vereatur producere. Sic Italus variatur. Sic I-
talis, italidis. Lucret. lib. 1, Italiæ terrarum oras à finibus eius. Virgilius, Italiam fato, &c. Ouid. 15, Grata
quis Italicis author poſuiſſet in oris. Virgilius 12. AEneid. Italides quas ipſa decus ſibi dia Camilla. Sil.
lib. 6, Nec tamen aduerſis fuerat fracta Itala virtus. Mart. Mutauere meas Itala regna comas. Virgil.
9. AEneid. Coniecto ſternit iaculo, volat Itala cornus. Idem AEneid. 8, Hinc Auguſtus agens Italos in
prælia Cæſar. Horat. Satyra 7, At Græcus poſtquã eſt Italo perfuſus aceto. Litigo vt lis litis: vnde li- Litigo
tigium, litigioſus. Mart. Ah miſer & demens viginti litigat annos. Lithorius, fluuij nomen apud Si- Lithorius
donium in tertio Panægyrico cum th aſpirato. Littus, putamus in omni ſignificatione tt geminare Littus
cum Georgio Valla, vt oblittero oblitteras, quicquid grammatici plurimi dicant. Vide tamen ſi cordi
eſt Neſtorem vocabularium. ſic littera in verſu: ſecus in proſa. Nitor niteris. Ouid. Nitimur in veti- Nitor
tum. hinc Obnitor, enitor, &c. Nitella (teſte Calderino) pulueris auri mica, contra primitiui naturam. Nitella
Martialis lib. 5, Rhenique nodos, auream que nitellam. Scazon eſt. nec mitellam legere potes, teſte Cal-
derino: quia id nomen primam corripere oſtendimus. Pituita variatur. Catullus ad Furium, Pituita
A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua
Mucúſque, & mala pituita naſi. Phaleucij ſunt: vbi prima cum pœnultima manifeſte producitur. vn-
de deprehenditur error eorum qui putarunt pœnultimã ſemper corripi. Horat. Sat. 12, -ſtomachóque
tumultum Lenta feret pituita: vides vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia. Et in epiſtola prima, Præcipue ſanus, niſi quum pituita moleſta eſt. Fruſtra
recurrunt ad Proceleuſmaticum. in Perſio autem eſt ſynæreſis, vt ſit pituita triſyllabum, Sopnia pitui-
ta qui purgatiſſima mittunt. itaque prima variatur, pœnultima ſemper producitur: author meus Ne-
ſtor. Sunt tamen qui apud Perſium legant Sopnia qui. eſt autem pituita, morbus ex catarrho proue-
niens. Pithenor, viri proprium cum th aſpirato. Ouidius 14. Metamorph. Pithenor
Hunc Lycus, hunc Idas & cum Pithenore Nycteus,
Hunc miratur Abas. Pitheus, teſte Nebriſſenſi: ſed video fere Pittheus gemino tt ſcribi, vt philoſo- Pitheus
phi nomẽ Pittachus, vt teſte Neſtore, pſittacus. Pytiſma, cum y Græco in prima ſyllaba, eſt leuis ſputi Pytiſma

irroratio. à Pytizo, id eſt ſputo leui & crebro irroro. Iuuen. ſat. 11, Qui Lacedæmonium pytiſmate lu-
Pityliſma bricat orbem. Mancinello nõ placet opinio Politiani dicentis in 38. cap. Miſcellaneorum, Pityliſma di-
cendum eſſe, non pytiſma. Pytizin Græcis ſpuere ſignificat. Pytho, nympha & vrbs. Pytholaus, Py-
Python thodorus, Pythodoris, & cætera à pytheſce, teſte Strabone. Python vel Pytho, cum y Græco & th a-
Pythius ſpirato, vt Pythagoras, pythius, a, um: Pythias, Pytheleon: & quicquid eſt à pytho, id eſt putredo: ex qua
Pythias ſerpens Python poſt Deucalionis diluuium natus dicitur. Ouid. 1. Metamorph. Strauimus innumeris
Pythagoras tumidum pythona ſagittis. Horat. Qui Pythia cantat. Idem producit Pythias. Virgilius, Littera Pytha-
Pytheleon goræ. Horat. Rhodio quod Pytheleonti. Pitho, ſuadendi vis. Scython ſcythonis, viri in fœminam
Scython verſi nomen cum ſc, & y Græco, & th aſpirato. Ouidius 4. Metamorph.
Nec loquar, vt quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Scython. Sithonia, regio. vnde Sithonius, a, um, cum th a-
Sithonia ſpirato: à Sithon ſithonis, Macedoniæ mõte. Virgilius in Bucol. Sithoniáſque niues hyemis ſubeamus
Sithon aquoſæ. Sithon cum i noſtro, vt præcedens, & th aſpirato, olim erat quæ nunc Thracia. hinc Sitho-
nius, id eſt Thracius. Ouid. Et Sithonio aquiloni. Senec. in vltima tragœdia, Dextera nati date Sitho-
Scitor niæ. verſus eſt anapæſticus dimeter. Sithonis, apud Ouidiũ pro Threiſſa, aut propriũ mulieris. Sci-
tor ſcitaris verbum, vt ſupinum ſcitum. Virgilius 2. AEneid. Tum vero ardemus ſcitari & quærereq;
Thita cauſas. Thita cum th aſpirato in prima ſyllaba, cum i noſtro, aut melius per e vocalem theta: Græcæ
literæ nomen eſt θ, & valet thæ̃ſtque mortis ſignũ: quia prima litera in θάνατος thanatos, id eſt mors,
θ eſt. Perſius, Et potis es nigrum vitio præfigere thita. Mart. Eſt operæpretium diſcere thita nouum.
Titillo Titillo titillas, pruritum prouoco. Lucretius libro 2, Titillare magis ſenſus quàm lædere poſſunt.
Titan Titan. Ouid. Nullus adhuc Titan præbebat lumina mundo. ſic pro eodem Titanus, & Titanius, a,
um, & Titanis titanidis. At loci nomẽ Titanus corripitur: vnde adiectiua titanus, a, um: & titanęus, æa,
æum. Rufus in Arato, Qualia deuexo nectuntur ab ordine cuncta:
Vrgentúrque viam ſimilem, noctéſque diéſque
Lucis ab exortu procul in vada calpe Titana.
Tityrus Nanque titanæo quũ ſunt elata profundo, Rurſus in occiduos merguntur ſingula fluctus. Ti-
tyrus cum y Græco in ſecunda ſyllaba, paſtoris nomen, interpretatur hircus. Virgilius, Tityre tu patu-
Tithonus læ, &c. Tithonus, cum th aſpirato in ſecunda ſyllaba, Auroræ maritus. Propertius in 2,
Zythus At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam,
Deſertũ æoa paſſa iacere domo eſt. Horat. Longa Tithonum minuit ſenectus. Sapphicus eſt. Zy-
thus cum y & th aſpirato, genus eſt potionis ex hordeo. inuenio quoſdam maſculine zythus ponen-
tes: alios vero in neutro zythum cum y & th aſpirato. Colum. lib. 11, Vt peluſiaci proritet pocula zy-
thi. ¶I ante t corripitur, vt Itys, Tereos filius. Ouidius Metam. 6, Nec mora traxit Itym. Et in eodem,
Proſilijt, Ityóſque caput Philomela cruentum. Vbi (proſilijt) propter ſyncopen producitur: & Ityos re-
ctè legitur, nõ Itys, vt Stoa legit, credens variari. Ithyreus vel Ithureos, Bebelius & Stoa produci pu-
tant, legentes apud Virgilium Georg. 2, Cornus & ithyreos, &c. vbi tamen vera lectio eſt, Cornus, ithy-
ræos taxi torquentur in arcus. Nec deſyderatur coniunctio, quia præmittitur:
At myrtus validis hoſtilibus, & bona bello
Cornus, ithyræos taxi curuantur in arcus. Nec ibi ſolum corripitur. Nam Lucanus lib. 7. ait,
-Creta cydonas
Miſit, ithuræis curſus fuit inde ſagittis. Et in eodem,
Tũc & Ithyræi Medíque Arabéſque ſoluto Arcu, &c. Scytha tamẽ corripitur, & ita Crinitus imi-
tatus Catullũ, trochæum pro ſpõdæo poſuit in ſapphico, Et calent Scythæ genus efferatum. Scythæ
multũ bibaces ſunt: vnde Græci Scythiſſo, teſte Herodoto lib. 6. Titanus, oppidum, corripitur apud
Strabonem lib. 9. Vide Hyperea. Producuntur habentia m, vel r, vel u ante t in prima ſyllaba: vt Mi-
tis, vitis, triticum. Male ergo Fauſtus, Et quando inuerſa triticum tellure ſerendum eſt. Nam Virgilius
recte Triticeam in meſſem, &c. Britannus etiam Virgilio corripitur, Et penitus toto diuiſos orbe
Britannos. In Strabone tamen Brittannia ſcribitur. Brito autem, ſeu Britto rectius, producitur. Fauſtus
tamen dixit, Flauáque cũ rutulis colla britona comis. Britomatris, id eſt virgo dulcis, Diana. Rhy-
tion, vrbs in 13. Strabonis, & vas quoddam in 4. Plinij. Pritanis, viri nomen. Virgilius AEneid. 9, Al-
candrúmque Haliúmque Nemenáque Prytanímque. Sic legit Seruius, vt ſit ſpondaicus verſus. alij ta-
men legunt Brytaniúmque. Idem verſus eſt 13. Metam. ex Homero. Prytanei, populi ſunt in 9. Stra-
bonis. Brytaneum aut Pritaneium corripitur. Valla interpres lib. 3. Herodoti,
Quum tamen in ſiphno fuerint Prytaneia cana,
Cana fori facies, &c. Vitiligo, in corpore hominis macula alba. Lucillius, Hæc odioſa mihi vitiligo
eſt, quũ dolet, inquit. hæc Feſtus, vbi corripitur. Citargus, piſcis. Lippius in primo, Citargi trigæque
ſimul tenues melanuri. Citus, pro diuiſo producitur, teſte Seruio: pro veloci, corripitur. Ideo Mar-
cellum carpit Quintianus dicentem in illud Virgilianum, Haud procul inde citæ Metium in diuer-
ſa quadrigæ. citæ, id eſt diuiſæ: cum tamẽ corripiatur: ſed Pius putat bene legi, Haud procul hinc citæ,
&c. Litium, non licium multi ſcribunt: ſed quia legimus trilices media longa, Badius leget Licia in

Bucolicis prima longa. Littera & littora,quia producuntur,vt volunt,contra naturam, in carmine tt geminato ſcribentur.Non ſic litteræ in proſa. Clite,vxor Cyzici.Valerius Flac.lib.3,
Parte alia Clite laceras ſuper ora mariti
Fuſa comas. Clitonius,vir,producitus in tertio Pyladis. Ditis, Tyrrhenorum vnus in delphina verſus:ſed pleriquc codices habēt Dyctis. Ouid.Metam.3,His quoque des veniā,pro nobis mitte precari, Ditis ait. Pytiſma,apud Iuuenalem,Qui Lacedæmoniū pytiſmate lubricat orbem. Pytho vel Python,maſculinum,ſerpentis ab Apolline cæſi nomen,producitur:ſicut & Pytho,vrbs fœmininum. Tibullus lib.2,Delos vbi nunc Phœbe tua eſt? vbi delphica Pytho? Pitho etiam ſuadendi vis & flexanima dicta,priorem (quia per ει ſcribitur) producit:& Pythia,id eſt Phœbus, ſacerdos Phœbi,& interpres ac pronuntiatrix oraculorum eius.à πύθεσθαι ,prima longa,cum omnibus inde deductis,& à pythone ſerpente:vt Python apud Solinum,Aſiæ locus. Pythopolis,in Aſia vrbs:& Pythion,in Aſtareno ſinu locus:& Pythij,teſte Herodoto lib.6. qui apud Lacedæmonios publice cum regibus paſcebātur. Item Pythogenes, Pytholaus, Pythodorus,& ſimilia virorum nomina.Et Pythodoris pythodoridis. Pytho,nympha maris,genitiuum facit Pythus. Sithonis,mulier. Ouidius Metamorph.7, Sithonis accepto quod auara popoſcerat auro. Sitos,frumentū:& inde Sitarchia,id eſt annona præcipua & commeatus. à ſitos dicitur etiam paraſitus,pœnultima longa,ſicut prior in ſitos,&c.

I ante u conſonantem producitur, 　I ante u.

vt Priuus priua priuum,priuilegium. Priuernum,Volſcorum oppidum,male excipitur.Sillius lib.6,
- Leuinus ab alto
Priuerno vitis Latiæ præſignis honore.Priuernus,viri proprium,apud Virgilium AEneid.9. Liuinus per i in prima,multi ſcribunt:vt primum fuerit à Liuius poſſeſſiuum,veluti à Plautus Plautinus:inde alicuius cognomen: dehinc nomen,vt in pleriſque alijs:veluti Quintilius Quintilianus,Iulius Iulianis,&c.Siue autem Leuinus ſiue Liuinus ſcribatus, iam manifeſte oſtendi produci tantum,vt Liuius.Horat.ad Auguſtum, Non equidem inſector:delendáque carmina Liui 　Liuintis 　Liuius
Eſſe reor.Errat igitur Petrarcha in 6.Aphricæ dicens,
Maieſtate deus Latia,Liuiúſque morandi
Author erat reditus.

EXCEPTIO.

Triuicus,pagi Italici nomen.vide I ante c.ſed forte à tris fit,vt triuium:quod corripitur per generalem regulam,vt biuium. Niuis à nix crementa indicant. Triuia,Diana,à triuijs nomen habere creditur.¶I ante u conſonantem producitur:in quo nomine Mantuanus errat in Villa refrigerij, 　Triuicus
Hic pater hiſtoriæ Liuius,graue,grande,ſuperbum 　Fatus.

O ANTE CONSONANTES IN PRIMIS SYLLABIS.

O ANTE B producitus,vt Gobius,& gobio gobionis,piſcis nomen. Sobrius,a,um.Martialis in Xenijs,Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.Iuuenalis ſaty.11, 　O ante b.
Nec multum cupias,quum ſit tibi gobio tantum 　In loculis.
EXCEPTIO.Corripe habentia duas conſonantes ante o,vt Probus,probrū,globus.Virgilius,Lucentémque globum,&c.Apud Lucretium lib.2. legendum eſt,Scilicet eſt glomeroſa tamen,&c. non globoſa.Produc Crobialum in Valerio Flacco,& Strobilus in Plauto. Obelus dicitus veru:quo Latini vtuntur metaphoricωs pro virgula quadam inter puncta.hac vſi ſunt eccleſiaſtici interpretes,quoties ſignificant aliquid additum in tranſlatione,quod in prototypis non babetur.Hinc obeliſcus magis voce quàm re diminutiuum.Virg.de Roſis, Hæc peperit primi veſtigia celſa obeliſci, 　Obelus 　Obeliſcus
Mucronem abſoluens purpurei capitis.ſic,teſte Neſtore,Homerus primo Iliados.Petrarcha in lib.3. epiſt. ad Andream poetam,Venit Ariſtarchus obelis armatus acutis. Obex variatur: ſed quidā volunt productum ſcribi per i ante e: ſic obiex: & in obliquis eſſe geminum ij:alterum conſonans,alterum vocale.Correptum vero ſine i ſcribi obex,& in obliquis vnicum i retinere : quod fieri diximus in obijcio,ſubijcio.Sillius lib.13, -tum cardine verſo
Obtrixi torquent obices.Idem lib.4,Et fidos certant obices arceſſere ſylua.Sidonius in primo Panægy. Cætera deſtituit reſolutis axibus obiex.Virgilius AEneid.10,Ecce maris magna claudit nos obijce pōtus. Obolus,cum o in ſecunda,pondus quoddam.Priſcianus de ponderibus, 　Obolus
Semioboli duplum eſt obolus,quem pondere duplo
Gramma vocant.Ibidem,Nam nihil his obolóve minus maiúſve talento. Phobetor phobetoris,Somni filius:& interpretatus,teſte Regio, terrefactor.multi inepte dederunt primæ ſyllabæ œ diphthongon.Ouidius 12.Metamorph. 　Phobetor
Hunc Icelon ſuperi mortale,Phobetora vulgus Nominat. Robertus, viri proprium,neoterici variarunt. Sobarus,a,um,vehemens,ſi vera eſt lectio Domitij Calderini apud Virgilium in AEtna ſic legentis, Tum ſiquis lapidum ſummo pertabuis igni, 　Robertus 　Sobarus
Aſperior ſobaris,& quædam ſordida fax eſt. Cæterū,teſte Badio, ſæpius ſopita,quàm ſobaris legitur;

Soboles & ſenſus bonus eſt, vt ipſe declarat. Soboles. Virgilius, Chara deûm ſoboles,&c. Tobias neoterici variant. ¶Excipitur à prima exceptione Strobilus, ſerui nomen, in Aulularia Plauti: ſcribitur enim per ω,& interpretatur nucleus pineus. Crobialium, oppidi aut promontorij nomen, teſte Volaterrano lib. 10. Valerius Flaccus, Crobiali latus,& ſatis tibi Tiphy negatum
Parthenium, &c. Excipitur à regula principali Dobera, pœnultima longa,& pluralis numeri, oppidi nomen, quod corripitur ab Hadriano poeta Græco apud Hermolaum cap. 10. libro quarto Plinij. Dicitur etiam, Doberon:& incolæ, Doberes. Tobius Prudentius corripit, Sancti ſator ille Tobiæ. Anapæſticum dimetrum.

O ante c corripitur,

vt Cocles, Procneſſos, Voco, vocabulum. At produc Vocula, voculatio, vociferor: quia fiũt à vox vocis. Corripiuntur rurſus Procus, proco procas, procax. reliqua à pro ſatis patent: producuntur vt procerus. ſed acta agimus. Brocardus, viri proprium, produxit Philelphus. Boces in Lippio, piſcis.
Cocalus Bocchus, viri nomen, quidam cc geminãt apud Claudianum. Cocalus, viri proprium. Ouid. 8. Metam.
Iámque fatigatum tellus AEtnæa tenebat
Dædalon,& ſumptis pro ſupplice Cocalus armis Mitis habebatur. hinc Cocalidæ cocalidarum. Sil-
Coceius lius 4, Cocalidûm inſidijs. Coceius, viri proprium. ſed aliqui gemino cc Cocceius ſcribunt. Horatius ſatyra 5. lib. 1, Huc Venturus erat Mecœnas optimus, atque
Cocytus Coceius,&c. Cocytus cũ y, infernalis fluuius. Virgilius 6. AEneid. Cocyti ſtagna alta vides, ſtygiám-
Dochimus que paludem. Cocalia & Cocota per ω mega. Dochimus, cum ch aſpirato, pes metricus ex Bacchio & iambo, vt doceremini. Rufinus, Tullius orator ceu multi dochimô ornat. Idem, Rhetoricas, pulchre
Focale ſtructuras dochimus ornat. Focale à faucibus dicitur, au in o longum verſa, vt fit in ſuffoco & præ-
Suffoco foco, apud idoneos authores nunquam correptis. ideo ridemus verſiculum, Suffocat extinguens, ſuf-
Præfoco focat guttura ſtringens. Mart. in Apophoretis, Si recitaturus dedero tibi forte libellum:
Hoc focale tuas aſſerat auriculas. Focale erat capitis tegmentum ad aures promiſſum, quo recitaturi oratores vtebantur delicatiores & valitudinarij. Eſt etiam focale (vt Calepinus declarat) ferrum quo ignito criſpantur crines, corripitque primam: quia à foco nomen habet. Horatius Sermonum 13,
-quæro facias ne quod olim
Mutatus Polemon: ponas inſignia morbi Faſciolas, cubitale, focalia, potus vt ille,&c. Ouidius in Ibin, Præfocent animæ Gnoſia mella viam. Lucretius libro 3, Aut in melle ſitum ſuffocari, atque rigere. At
Iocundus corripe Focillo, refocillo,& ſiquid manifeſtò à focus deriuetur. Iocundus, non dicitur, ſed iucundus
Locuſta à iuuando. Locuſta, mulieris proprium. Iuuenalis Satyra 1,
Inſtituítque rudes melior Locuſta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos. Appellatiuum quoque Iuuencus producit dicens, Mandere locuſtas ſolitus ruralibus aruis. Hymnographus vero corripuit dicens, Mella locuſtis. ver-
Ocyor ſus eſt Adonicus. Ocyor, ocyus, ocyſſime, ocyum, ocyari, ocyter, ocyoſus:& quicquid eſt ab ocys, id eſt
Ocyalus velox, vt Ocymũ herba. Ocyalus, viri proprium, quaſi velox, vt mare. Hals, mare eſt. ſic dicit Tortel-
Ocyrhoe lius. Ocyrhoe, Chironis filia.& ſcribuntur omnia per y Græcum. Ouid. 1. Metam. Fugit ocyor aura. Idem, Ocya ſi tollas, periere cupidinis arcus. Idem 2. Metam. producit Ocyrhoe. Columella lib. 11, Ocyma comprimite,& grauibus denſate cylindris. nomẽ deductum à naſcendi velocitate. at per z & i no-
Ozimum ſtrum Ozimum, eſt, teſte Neſtore, edulium quoddam redolens. ab ozo, id eſt redoleo: non ab Oza, viri Hebræi nomine contra Vgutionem,& reliquos barbariei magiſtros. ſic legit Neſtor Perſium, Quũ
Oceanus bene diſcincto cantauerit ozima vernæ. ſed hic quoque nonnulli ocyma legunt. Oceanus. vnde Oceanis oceanidis,& Oceanitis oceanitidis, vulgo patent.& quidam ab ocys, id eſt velox, deducunt. apud
Ocheus Martialem viri propriũ eſt, Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus. Ocheus per eu diphthongon, viri nomen, ch aſpirat. Valerius Flac. lib. 6, Mixta perit virtus, neſcit cui debeat Ocheus,
Ochus Aut cui fata Tyres. Ibidem, Impulit aduerſus præceps equus Ochea conto. Ochus, cum ch aſpirato, viri nomen. Valerius Flac. lib. 3, -grauis inuenit Ochum
Ochenius Phœas,& trepido Pollux impingitur Hebro. Ochenius, viri nomen, cũ ch aſpirato: vt in eodem lib.
Ocha -ſubit ilia cuſpis Ochenij. Ocha, pro aucha, quidam producunt. at Latini nec ocha nec aucha: ſed
Ocyron Latina voce anſer vtuntur. Ocyron, fluuij nomen, teſte Tortellio cum y, opinor produci, vt Ocy-
Phoca rhoe. Oca, inſula in Priſciano. Ocalea in 9. Strabonis. Phoca, piſcis & hominis nomen. Ouidius 1.
Phocis & ſimilia Metamorph. Nunc ibi deformes ponũt ſua corpora Phocæ. Phocena per ω mega. Phoce phoces, & Phocea, oppidũ. Phocis, regio. Phoces, populi. ſic Phocei, phocenſes, phocaicus, phocais, phocides.
Phocus Lucan. libro 5, Maſſiliæque ſuæ donatur libera Phocis. Sic Phocilides. Phocus, AEaci filius. Ouid.
Phoceus 7. Metam. Excipit AEacides illos in limine Phocus. Phoceus, cum eu diphthongo, viri nomen. Lu-
Phocion can. lib. 3, Eximius Phoceus animam ſeruare ſub vndis. Phocion, viri proprium apud Philelphum in
Poculum quinta ſeptimæ. Poculum, vas potorium. vide E ante b, Hebe. ſic Pocillum, pòcillator. Procopius,
Procopius viri nomen. Sidon. in 1. Panægyrico, Procopio genitore micas, cui priſca propago. Nota ſunt ex pro
Procyon cõpoſita: quia Latina producuntur, vt procedo. Græca corripiuntur, vt Procyon: ſtella eſt ante canem,

vt deriuatio indicat. ſcribitur cum y Græco, vt cynos, id eſt canis. Manil. lib. 1, Tum Procyon velóxque lepus, tum mobilis Argo. Et lib. 5, At Procyon oriens, quum iam viceſima cancro eſt. Cicero in Arato, Ante canem Graio Procyon qui nomine fertur. Rufus in Arato, Vltimus eſt Procyon geminorum ſubditus aſtro. ſic Horatius cum cæteris. Baptiſta in Mariana, Cœperat & claros Procyon abſcondere vultus. Idem in eodem contra omnium authoritatem produxit: in qua re & pauxillulis alijs non imitabor Baptiſtam dicentem, Poſt rapidum leporem, iugulas & Procyō vſtum. neſcio an examuſſim accuſatiuo Procyō vſus ſit, quū ab omnibus nominatiuus Procyon poni conſpiciatur. Ptochodochiū per ω mega. Socrates producitur tantū à doctis, quia Græce per ω ſcribitur πτωχέςτης, licet Petrarcha corripuerit. ſic Socration ſocrationis. Catul. Porci & Socration duræ ſiniſtræ. Phaleucius eſt. Voca vel Boca, piſcis per ω. ℂO ante c corripitur. Excipiuntur Cocalia, ſpecies è teſta intectis per ω: & Cocota, auis etiam per ω in prima. In Iuuenale legetur cotytto non cocyto, Cecropiam ſoliti baptæ laſſare cotytto. Et in Priapęa legitur Cyzicos, &c. Focus, piſcis in Auſonio. Iocaſta, teſte Stoa, ſed tetraſyllabū opinor. Locuſta, cibus Baptiſtæ, corripitur à Prudentio & Mantuano. Bochus, rex: ſed Bocchus ſæpe ſcribitur, ſicut occo potius quàm oco. Ocimum, herbæ ſpecies. Ocymum, pabuli genus, à celeritate naſcendi nominatum: vtrunque ω habet. Hermolaus cap. 5. lib. 19. Plinij. Pius in Columella Ozyma legit. Ocimoides apud Pliniū cap. 15. lib. 24. Hermolao per ω ſcribitur. Ocalea vel Ocaleæ, vrbs Bœotiæ & amniculus, authore Strabone lib. 9. Stathius, Ocaleæ Medeónque, & confertiſſima ſyluis Niſſa, &c. Ochra ochræ, color qui à pictoribus teritur, per ω apud Plinium cap. 6. lib. 35. Ocypodes etiam per ω, Indiæ populi curſu equos præuertētes. Strab. in 15, Oca, inſula. Priſcianus in Periheg eſſ, Europes macris contingit Abantius Ocam. Socaicandros, inſula per ω apud Hermolaum cap. 25. lib. 6. Ocypete, vna Harpyiarum, producitur à Pylade lib. 3. Sochis, non Sothis per ω, Hermolao cap. 8. lib. 36. Ex Herodoto. Ociamum, oppiduli nomen, & pagus, producitur à Baptiſta Mantuano. Phocæna, per ω piſcis. Phocylides per ω bene producitur ab Aldo. Ptochos per ω, id eſt mendicus: & ptochodochiū, mendicantium domus. Ptocheia, inopia, paupertas, etiā per ω: & Voca ſeu Boca piſcis.

O ante d in diſſyllabis producitur, — O ante d

vt Nodus, & Codrus apud ſolum Philelphum (quantum memini) correptum in ſexta primæ, Omnia codrus habet, nouit codrus omnia ſolus.

EXCEPTIO. Modus. Horatius, Eſt modus in rebus. Modo. Naſo, Et modo qua graciles, &c. — Modus, Modo
Odor & odos. vnde odorus. Virgilius, Et odora canum vis. Rhodus, inſula & vrbs. vide I ante d, Cnidos. Eſt etiam nymphæ nomen: interpretatur roſa. Ouidius 4. Metamorph. — Odor, Rhodus

Diligis hanc vnam, nec te Clymenéque Rhodóſque,
Nec tenet AEææ genitrix pulcherrima Circes.

O ante d in polyſyllabis corripitur,

vt Odium, ſodalis, à ſuadendo. Martialis lib. 12, Nulli te facies nimis ſodalem. ſic Podium, &c.

EXCEPTIO. Clodius, viri nomen, à Claudius: vt à caurus, corus: à caudex, codex, &c. Inuenies apud Iuuenalem ſic Clodoueus vltima duntaxat correpta in veteri epigrammate apud Guaguinum in hiſtoria Frācorum. Dodona, ſylua & oppidum Epiri. vnde Dodonæus & Dodonius, vt probauimus. Virgilius 1. Georg. Deficerent ſyluæ, & victum Dodona negaret. Zodiacus, Circulus: dici poteſt animalis. Auſonius ad Vrſulum, Quótque ſuper terram ſydera Zodiaci. Cicero in Arato, — Clodius, Clodoueus, Dodona, Zodiacus

Zodiacum hunc Græci vocitant, noſtríque Latini
Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero. ℂO ante d in diſſyllabis producitur, vt Rodo. male ergo Prudentius, Aut populata rodit gemmantia germina bruchus. niſi legatur fodit aut comeſt. Ioda. Claudianus in laude Probi, Ad Ioda nutricis, &c. In polyſyllabis Odion producitur à Nicolao Valla Iliados 5, Altronum Odion ductorem percutit haſta. Rhodolphus à neotericis variatur.

O ante f corripitur, — O ante f

vt Ofella. Mart. Me meus ad ſubitas inuitet amicus ofellas. primitiuū offa poſitu extenditur. Ofellius, viri proprium, corripitur ab Horatio. Tophus, Græcū eſt per ph ſcribendū. Profugio ſatis patuit.

O ante g producitur, — O ante g, Cogiſantra

vt Cogo, Cogiſantra: licet nonnulli dicant corripi: quibus ſine teſtimonio nihil credo. Martialis lib. 6, Sobolem fatetur eſſe ſe Cogiſantræ. Scazon eſt, ex quo non poſſumus quicquam colligere: quia quintus pes tam poteſt ſpondæus eſſe, quàm iambus. Eſt autem Coſigantra, viri nomen. Ogyges, rex Thebanorum. Hinc Ogygius ogygia ogygium. Ogyris, inſula quædam: vtrunque cum y Græco in ſecunda ſyllaba.

EXCEPTIO. Bogus, augur Hannibalis. Sillius lib. 4, Contra læta Bogus Tyrio canit omnia regi. ſic Bogud à grammaticis corripitur. Et Bogus, Maurorum rex. Logos, maſculini generis contra Alexandrum. correptio patet ex compoſitis Aretalogus, dialogus, &c. Sic Logica, logicus. Ogunæ in Pylade. Phlogis, mulieris nomen: à Phlox, id eſt flamma. Martialis lib. 11, Pulchrior eſt Chione, ſed Phlogis hulcus habet. Phlogius, viri nomen. Val. Flaccus lib. 5. — Logos, Phlogis, Phlogius

Autolycum Phlogiúmque,& Deilæonta ſecutos
Rogo Herculis arma viros. Rogo:vnde interrogo,arrogo,&c.notũ eſt. Rogus.Ouidius 4.Metamorph.
Rogus Quódque rogis ſupereſt vna requieſcit in vrna. Toga,vnde togatus. Togatulus,corripitur tantũ,
Toga quicquid dixerit Porphyrion grammaticus,cui ſine teſtimonio non credimus. Propertius lib.2, Siue
togis illam fulgentem incedere cois. Male aliqui hanc lectionem peruerterunt:quia Tibullus,Ouidius,
cæteríque corripuerunt tantum,& deriuatiuum cous produxerunt.Martialis lib.10,Sic maior nume-
Vogeſus rus togatulorum.Phaleucius eſt. Vogeſus,mons.Lucanus lib.1,
Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno,
Caſtráque quæ Vogeſi curuam ſuper ardua ripam Pugnaces pictis prohibebant Lingones armis.
Male quidam omiſerunt (quæ)nomen,putantes ſecũdam produci cum prima in(Vogeſus):quod eſt
contra veritatem & Poetæ ſenſum.¶Ogunæ, filia Niobes, producitur à Pylade. In(Vogeſus)ſuffra-
gatur mihi Stoa.

O ante l

O ante l corripitur,

Stola vt Stola,cõtra Alexandrum,etiam ſi Porphyrion dicat variari:cui ſine poeta nõ credimus,quia omnes
hoc nomen corripiunt.Ouid. in 2.Triſtium, Ecquid ab hac omnes rigidas ſummouimus arte,
Quas ſtola contingi,vittáque ſumpta vetat?ſic cæteri quotquot ſunt imitatione digni. Solarium,
vectigal quod pro ſolo ſoluitur. Solanus,proprium viri apud Ouidium in 2.de Ponto.Eadem à ſol
Polydamas deducta producentur. Polyſyllabum,&c.à poly,id eſt multum, exceptis duobus quæ productionis
Polypus gratia à Græcis per ου diphthongum ſcribuntur, quam in u longum vertimus : ergo per u dicimus,
Pulypus Pulydamas,pulypus,teſte Marino Becichemo:& ita inuenio in optimis impreſſionibus: licet Neſtor
velit productionis gratia ll geminari Pollydamas,Pollypus.prior opinio videtur mihi nõ abſona:quia
idem fieri dicit Neſtor in Coleus & culeus,Opilio & vpilio.Vtut eſt,hæc duo iam dicta ſemper pro-
ducemus:quoniam id ab omnibus factum videmus.ideo Nicolaum Vallam non imitabor dicentem
in Heſiodo,Tum polypo durum eſt gelidis habitare ſub vndis. Errauit idem ſæpius, emendaturus,ſi
fata ſiuiſſent.Perlege illius carmina,& me verum eſſe cognoſces.Ouidius 4.Metamorph.
Vtve ſub æquoribus deprenſum pulypus hoſtem
Continet ex omni dimiſſis parte flagellis.piſcis eſt à multitudine pedum dictus.à poly cum y Græco,
multum:& pus podis,id eſt pes pedis.Eſt etiam naſi vitium.Horatius in 3.ſaty.Delectat veluti balbi-
num pulypus hagnæ.genitiuus eſt pulypi vel pulypodis.Perſius,Ne mihi Pulydamas.viri nomen.ſic
Coleus cæteri. Coleus corripitur pro teſticulo.alij à colendo,alij à cole pro caule,alij aliunde deducũt.Hinc
coleatus:vt à muto,mutoniatus:à mentula,mentulatus.Gellius lib.9.cap.9,
Paſce adamate mihi pulchre heus tu Tityre capras,
Et potum ad fonteis age Tityre:ſed coleatum Hunc aphrum rufúmque caue,ne cornua vibret.Sæ-
Culeus piſſime producitur,nec niſi apud hunc correptum legi,& tum volunt per u ſcribi culeus : quia tunc
Græci per ου diphthongon ſcribunt, licet ſemper fere videamus per o impreſſum.Mart.lib.12,Omnes
quem modo culei timebant.Author Priapæorum,Stamus ſub Ioue culeis apertis.Phaleucij ſunt.Plu-
Dolon ra videbis in V ante l. Dolon dolonis,viri nomen,puto corripi tantum:licet à Mancinello inter cõ-
munia reijciatur,& vnicum locum(qui illi productionis teſtimonio eſt)deprauatum eſſe librariorum
incuria in epiſtola Penelopes,Rettulit & ferro Rheſum Dolonáque cæſos. Hariolor legendum eſſe
per encleticam geminatam,Rettulit & ferro Rheſúmque Dolonáque cæſos.id ideo ſuſpicor,quia alibi
ſemper video corripi.Ouid. 13. Metam.Conferat his Ithacus Rheſum imbellémque Dolona.Ibidem,
Auſum eadem quæ nos phrygia de gente Dolona
Interimo.Virg.lib.12,Antiqui proles bello præclara Dolonis.ſic cæteri. Tolero:ne cum ineptis tollero
dicendum putes. Dolo dolonis,teli genus.Virgilius 7.Æneid.Sæuóſque gerunt in bella dolones.
Bola EXCEPTIO.Bola bolæ,oppidum Italiæ.vide I ante n,Inuus. Hinc Bolanus,proprium & appel-
Bolanus latiuum.Horat.ſaty.9.lib.1,O te Bolane cerebri fœlicem aiebam.hic fœlix genitiuum habet.ſic Pa-
Boletus pinius in 5.Syl. Boletus,fungi genus.Mart.lib.1,Boletum qualem Claudius edit,edas.Hoc eſt vene-
Colis natum vt intereas. Colis colidis,inſulæ nomen in Oceano Indico.Priſcianus in Periegeſi,
Deuoluens Hypaniſque trahit,rapidúſque Megarus,
Quos capit Emodo miſſos Gangetica mõte Tellus, porrigitur quæ ad terræ Colidis auſtros. Co-
Colon lis quoque pro caule producitur,& capitur metaphoricῶs pro mentula.Hinc coliculus. Colon,id eſt
membrum,per ω.hinc dicolon,tricolon,&c. Terentianus,Idcirco & verbo nunquam vno cola ligari.
Nebriſſenſis male dicit corripi.At Colon pro inteſtinis,vnde colica paſſio,corripitur.Serenus,
Quum colon inuiſum,morbi genus,intima carpit: Mande galeritam volucrem, quam nomine di-
Colum cunt. Colum,vaſculum per quod lac vel alius liquor purgatur.& id facere,dicimus colare.Martialis
Colo, colas in Apo.Frigidior colo non ſalit vnda tuo.Virg.Coláque prælorum fumoſis deripe tectis.Manlius,Et
Colos colare vagos inductis retibus amnes. Colus,quo nent:& colo colis,corripiuntur. Colos,oppidum
Coliphium Græciæ,producitur à Papinio in 7.Theb.Legito:& diligẽtiam noſtram probabis. Coliphium,panis
luctatorum,quia membra fortificat: à colon,id eſt membrum:& iphi,robur,teſte Domitio in illud 7.

Martialis, Quum coliphia ſedecim comedit. Phaleucius eſt. Iuuenalis ſaty. 2, Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Georgius Merula vult gemino ll colliphia dici, vt ſit diminutiuū à collix, quod panem ſubcineritium ſignificat. ſed ſic collicium, non colliphiū diceretur. ideo aſtipulor Domitio, nō Merulæ. Choliambus, id eſt ſcazon: quaſi claudus iambus. à cholos, id eſt claudus, Græce per ω ſcribitur. Doliū. Iuuenalis ſaty. 11, Nam quis plura linit victuro dolia muſto. Folia foliæ, venefica. Horatius in Epodo, Ode 5, Ariminenſem foliam. iambicus dimeter eſt. ſem fo, hîc tertius pes ſpōdæus eſt.

Choliambus · Dolium · Folia

Moles: vnde molior, deponens. Virgilius, Miratur molem. Idem, Molirique arcem. At mollis, mollio, ll geminant. Moly, cum y Græco & vnico l, vt contra Tortellium docet Neſtor: genitiuus molyos: & eſt herba quædam & flos. Ouidius 14. Metam. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly vocant ſuperi, nigra radice tenetur, &c. Nolo, non vis. Mart. Vxori nubere nolo meæ. pentametri finis eſt. Nola, Campaniæ oppidum. Sillius lib. 8, Illic Parthenope & Pœno non peruia Nola. ſic Nola, tintinabulum. Olim. Virgilius, Hæc olim meminiſſe iuuabit. Olearos, inſulæ nomen. Vide I ante d, Didyme. Olenus vel Olenos, AEtholiæ vrbs: & alia Bœotiæ. Hinc Olenius olenia olenium. vide hædus AE ante d. Stat. 10. Thebaid. Olenos Ionijs & fluctib⁹ hoſpita portu. ſic Olenius, viri proprium: Olenus, viri proprium. Ouidius 10. Metam. -voluitque videri
Olenus eſſe nocens. Olea, menſuræ nomen. nam pro arbore notum eſt corripi. Priſcianus de ponderibus, Oleáque à drachma non re, ſed nomine differt. Polus, viri nomen, video ſemper ſcribi per ω: vt Pholis, nomen piſcis. Proles. Virgilius, Pulchra faciet te prole parentem. hinc Proletarij, qui in plæbe Romana pauperrimi erant: qui ob egeſtatem militare non valentes, proli gignendæ domi vacabant. Hinc proletarius ſumitur pro vili, rudi, & protrito, vulgarique: vt Proletaria doctrina, Proletarius grammatiſta. Prolixus: quia à pro & laxus. Pſole, id eſt præputium. vide Calepinū. Pſoleō producitur in Priapæis. Solus, ſolitudo. Virgilius, Solus hic inflexit. Solum, id eſt ſuſtentaculum, corripitur. hinc ſolidus. Ouidius, Aſtra tenet cæleſte ſolum. Solor ſolaris, Solamen, ſolatiū, conſolor. Virgilius 1. AEneid. Solabar fatis contraria fata rependens. Solennis & ſolers ſemper producuntur. Martianus lib. 3. cap. de faſtigio, vult Solers vtranque poſitu producere. Ouidius lib. 9, Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe. Virg. 5. AEneid. Annua vota tamen, ſolenneſque ordine pompas. Scolus, per ω, vrbs Bœotiæ. Spoletū. hinc Spoletinus: vt ab Arretiū Arretinus: nō per a Spoletanus: oppidum Vmbriæ eſt. Martialis in Xenijs, De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagœnis. Tmolus, mons Ciliciæ. de quo plene diximus in lib. 2. cap. de poſitione. dicitur quoque Timolus, vt ibi docui. ¶O ante l corripitur, vt Stolo. Auſon. Iam non potes ô Stolo doceri. Phaleucius eſt. Bebelius & Stoa aſſerunt produci. Forſan pro ſtolido, Auſonio corripitur. Polycletus corripitur, vt cætera à Poly. Martialis lib. 8, Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua? Prudentius producit, ſcribens forte Pollycletus, vt Perſius mellos: aut Pulycletus; vt Perſius Pulydamas. Solomon, non Salomon, ſcribitur Græcis: Hieronymus tamen interpretatur Salomon. Vola, concauum manus & pedis, Prudentio corripitur: Nunquid vola, nūquid. Baptiſta tamē Mantuanus licenter producit, Et verſus in humum volis repedare per ignes. Polypo, mulieris nomē, corripitur à Stathio in quinto Thebaidos. Lolligo, collyrium, collina, pollētinus, poſitione producuntur, licet Stoa exceperit. Sic & Pollentia, Liguriæ vrbs. Et Ollius, fluuius. Polus, cæleſtis axis, ſine dubio corripitur. Polus, viri nomen per ω, producitur. Polides, viri nomen aut patronymicū, producitur à Nicolao Valla Iliad. 20. Nolanus à Prudentio male corripitur, -& altæ
Cāpanus Capuæ, iámque Nolanus adeſt. Pholis, piſcis per ω. Choliambus pes, id eſt claudus iābus, à χωλός. In Martiale Galliambum lego. Bolax & Bolos per ω, & quicquid inde fit, producitur. Interpretatur gleba. Sulpitius tamen in alio ſignificato, & forte Latinum nomen accipiens corripit, Lurco legit dulces abſque rubore bolos. Molides, viri nomen, aut patronymicum Moloſſon facit. Valerius 14. Iliad. Ola vnico l: quia ab aula, mutata au in o longum, vt contrà poſuit, authore Pio, Lucretius lib. 3. auras pro oras,
-tremerétque per auras
Aeris accipiter. Oliarus, non Olearus Græce ſcribitur, inſulæ nomen. Hermolaus cap. 12. lib. 14. Plinij. Colotis per ω in prima & ſecunda, lacertulæ ſpecies. Græci etiam κῶλα nuncupant, quæ nos lacertos & crura dicimus. Hermolaus cap. 29. lib. 9. Plinij. Scolecion per ω, vermiculus. Scolecia, æruginis genus: ſic & ſcolex, vermis. Colias coliadis, vrbis nomen 8. Herod. Horrebunt remis mulieres Coliacenſes. Polion & Polea per ω, ſignificat aſini pulli fimum primo editum.

Moles · Moly · Nolo · Nola · Olim · Olearos · Olenus · Olenius · Olea · Proles · Proletarij · Solus · Solor · Solennis · Solers · Spoletum · Tmolus

O ante m corripitur,

vt Tomentum: licet à tome, id eſt inciſio, deriuari videatur. Martialis in diſtichis, Tomentum conciſa palus circenſe vocatur. Vomer vel vomis contra primitiui naturam: quia à vomendo dicitur.

O ante m · Tomentum

EXCEPTIO.

Bromius, id eſt Bacchus: à bremin, id eſt à fremendo: quod bacchantibus conuenit. Hinc Bromia, ancilla apud Plautū in Amphitryone: & ſimiliter corripitur, vt Bromus, viri propriū. Ouidius 4. Metam. Thuráque dant, Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque, Ignigenámque, &c. Hypermeter eſt. Idem 12. Metam. Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelúmque, Bromúmque. Coma comæ.

Bromius · Bromia · Bromus · Coma

Como — Ouid. Te coma, te citharæ. hinc comatus, & como comas, verbum primæ. Virgilius quarto Georg.
-nec ſerta comantem
Narciſſum. At Como comis, id eſt orno, tertiæ coniugationis verbum, producitur. Ouid. Ecquid ſi
Cometes — comatur, ait. Cometa vel Cometes cometæ, ſtella crinita. Manil. lib. 1, Talia ſignificant lucentes ſæ-
Comes — pe cometæ. Cometes, viri proprium. Ouid. 12. Metam. -ſocium quoque ſaxea moles
Comeſſor — Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometē. Comes comitis. ſic Comitor comitaris. Virg. 2. AEneid.
Chromis — Sic comes, & longe ſeruet veſtigia coniunx. Comedo: quia à con & edo. at producitur Comeſſor
Chromus — comeſſaris: quia Græcum eſt, vt vult Merula in illud Martialis ad Fabianum, Qui nec leno potes, nec
Chromius — comeſſator haberi. Chromis chromis, Chromus chromi, & Chromius chromij, virorū propria, cum
Chromion — ch aſpirato. Papin. 3. Thebaid. Et Chromis & Dorylas. Idē 4. Thebaid. Cernis Chromiúmque Chro-
Dominus — múmque. Sic Chromion: vide On in cremētis. Dominus, dominor, dominiū, dominicus, nota ſunt.
Domus — Domus. Virg. Ite domū. ſed doma Græcum producitur, teſte Neſtore. Domo domas. Virg. in 6,
Doma — Os rabidum fera corda domans. Domitius in præfatione patuit. ſic Domitianus. Mart. lib. 9, Dum
Domo — Ianus hyemes, Domitianus autumnos. Scazon eſt. Dromos, id eſt curſus, & locus in quo curritur.
Domitius — hinc Dromo, dromonis, & Dromas dromadis, canis & camelus & piſcis. Ouid. 3. Metam. Et Dromas
Domitianus — & Canace. ſic Hippodromus, via lata per quā multi equi poſſunt currere, corripitur in duodecimo li-
Dromos — bro Martialis. Glomus, & verbum glomerare. Ouid. 1. Metam. Magni ſpeciem glomerauit in orbis.
Glomus — In Lucretio male legitur glomere pro pōdere. Gomor, vt Sulpitius notat. Gomorrha Chriſtiani va-
Homilia — riant. Homilia, teſte Neſtore: ſic quicquid eſt ab homos, id eſt ſimilis: vt homogloſſus, id eſt ſimilis
Homos — linguæ. homœomeria, partium ſimilitudo. vide I ante a. Homœoſis, homophonis, &c. Homonœa,
cum ſuis — proprium mulieris, interpretatur concordia, conſenſus. vt in epitaphio apud Calepinum, Hoc Homo-
Homo — nœa breui cōdita ſum tumulo. Homo. Ouid. Natus homo eſt. Homerus. Horatius, Dormitat Ho-
Homerus — merus. Homolaides homolaidum, vide Menœceus, E ante n. Homole homoles, Theſſaliæ mons.
Homolaides — Virg. 7. AEneid. Deſcendunt Cētauri Homolen, Othrynque niualem. dicitur etiā Homolos vel ho-
Homole — molus. Nomas nomadis, id eſt Numidia. Sil. lib. 5, Erumpunt multúſque Maces, Garamáſque No-
Nomas — máſque. Eſt quoque fœmineum. vt apud eūdem lib. 2, Eurydamas Nomados dextra, &c. id eſt Haſby-
tæ. Nomas etiam, eſt fluuij nomē ſimiliter correptum apud Valerium Flaccum libro quarto. Capitur
quoque pro ipſa Numidia. Martialis, Cui diadema daret marmore picta Nomas. Eſt ſagæ nomen ſi-
Omaſum — militer correptum apud Propertium lib. 4. Nomius 10. Thebaidos. Omaſum. Horatius, Seu pin-
Omitto — gui tentus omaſo. Omitto. Idem, Pleraque differat, & præſens in tempus omittat. Prometheus.
Prometheus — Ouid. Inde Promethides. &c. Male autem Petrarcha in 7. Aphricæ, -quis feruor in illo
Par fuit, ex quo Prometheus ſubduxit ab aſtris
Particulam? Promulus, viri propriū, apud Virgilium in 9. AEneid. Pomilo, Pomilio, Pomilus, va-
Stomachus — riantur. vide Pumilus, V ante m. Stomachus, vnde ſtomachor. Horatius, Ieiunus ſtomachus, &c.
Tome cum ſuis — Tome, id eſt inciſio. hinc quædam deriuata Latini ſumunt, vt tomaculum, eduliū ex inteſtinis por-
ci. Iuuen. ſaty. 10, Exta & cādiduli diuina tomacula porci. per ſyncopam tomaclum dicitur. Mart. lib.
Tomaculū — primo Epigram. Quod fumantia qui tomacla raucis. Phaleucius eſt. Tomi tomorum & Tomos,
Tomi — id eſt vrbs Ponti, vbi Medea fertur fratrem ſecuiſſe: hinc Tomita & Tomitanus. Ouidius,
Tomos — Inde Tomos dictus locus his: quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Sidonius in laudibus Narbonis,
Et te carmina perlibidinoſa
Notum Naſo tener, Tomóſque miſſum
Quondam Cæſareæ nimis puellæ
Tomus — Falſo nomine ſubditum Corynnæ. Phaleucij ſunt. Tomus, liber imperfectus, ſiue libri particula ab-
Tomyris — ſciſſa, teſte Calderino. Mart. lib. 1, Scriptura quanti conſtet, & tomus vilis. Scazon eſt. Tomyris, cū
y in ſecunda tantum, regina Maſſagetarum, quæ Cyrum interemit. Tibul. lib. 4, Nec quæ regna vago
Vomo — Tomyris finiuit Araxe. Tomorus in 7. Strab. Vomo. Iuuen. Conuomit hæc inter nautas, & pran-
Vomica — det & errat. Vomica, tumor excreſcens, ſaniē vomens ſiue reijciēs, corripitur à Iuuenale. vide Phthi-
Vomanus — ſis. Iuuenalē libētius imitabor, quàm Serenū qui dixit, Vomica qualis erit. Vomanus, fluuij nomē. Sil.
lib. 8, Státque humectata Vomano Hadria. ¶O ante m ꝑducitur, vt Doma fere: in lexico tamen, &
quia per ω, & per o ſcribitur, variandū videtur. Domatiū ſimiliter, id eſt domuncula: ſed verius pro-
ducuntur. Dromas dromadis, canis nomen, Metam. 3. Et dromas, piſcis curſor: & dromas, camelus,
quem inepti dromedarium vocant. à dromos per o micron ſcribuntur. Liuius lib. 34, Cameli quos ap
pellāt dromadas. Promos variatur Bebelio. Chromion, vir, corripitur Pyladi lib. 2. Comana, op-
pidum, Hermolao cap. 3. lib. 6. Plinij: quia à coma dicitur, corripitur. Vomica corripitur à Plauto
in Perſa, Quid hoc, quid in collo tibi tumet? vomica eſt. Nomius, viri nomē, corripit̄ à Stathio The-
baid. 10. Sic corripitur Nomius Apollo. Gomorrha Prudētius primā corripit, & mediam producit.
Fauſto econtrario ablato altero r, Corruit in rapidas Gomorrha verſa faces. Homonœa corripitur,
interpretatúrque concordia, conſenſus. Homolus, Theſſaliæ mons, corripitur à Mantuano. Dici-
tur etiam Homole Homoles, quo nomine etiam vrbs dicitur Hermolao cap. 9. libri quarti Plinij.

H.j.

Glomus videtur à Lucretio produci lib. 2, Nam ſi tantundem eſt in lanæ glomere, quantum, &c. Sic etiam Pius legit exponens glomere, id eſt globulo. Alij tamen corripiunt. Tomarus aut tmarus: vtroque enim modo dicitur. Strabo lib. 7. Sed & tomorus. vnde Tomori, Iouis ſacerdotes. Idem lib. 7, Aut Tomari incutiam cædem per membra cruentam. Claud. in Panæg. Robora ſed cæſo Tomari Iouis augure luco. vbi prius mẽdoſe legebatur, Teneri Iouis: ſed Ianus legere videtur Tomuri. Nam dicitur (inquit) Tomurus Iupiter, à Tomuro Dodone monte circa radices centum fontibus nobili. de quo Strabo, Solinus, Plinius ex Theopompo. Bromus, planta, videtur corripi: quia o micron habet apud Theophraſtum.

O ante n corripitur,

O ante n

vt Sonus, tonus, bonus, &c.

EXCEPTIO.

Produc habentia c, d, vel p ante o, vt Conor, dono, pono. apud Manilium lege, En conor dignos, &c. ſine &. Hinc tolluntur Clonius, viri proprium, in 9. AEneid. Cronius, viri nomen, in 7. Martialis. Chronus, in Silio: ſic Chronographus, &c. & Cronia, Saturni ſacra, in Lactãtio. Chthonius, viri nomen, 12. Metam. Conon cononis, viri nomen. Propertius lib. 4, (Clonius; Conon)

Me creat Archytæ ſoboles, Babylonius Horops,

Horon, & à proauo ducta Conone domus. Donyſa, cũ y Græco, inſula in mari AEgæo. Virgilius in Ciri, Marmoreámque Paron, viridémque allapſa Donyſam, (Donyſa)

Argiuámque ſimul, &c. Donace donaces, mulieris proprium. Calph. Ecloga 9, Quid merui, cur me Donace formoſa relinquit? Phonaſcus apud Sidonium: tu producito tantum. quia Græce per ω mega ſcribitur. vide O ante n in medijs. Neſtor excipit Donus: quod quidam (vt inquit Neſtor) volunt eſſe viri proprium: alij pro domino accipi apud Lucretiũ lib. 6. dicentem, At quum membra Donus, &c. vt ſit viri proprium: ſenſus eſt ineptiſſimus: ideo melius illi, qui volunt Donum pro domino dictum. Sed nec his aſſentior: quia opinor legendũ eſſe Domnus per m ante n, pro dominus: vt Lamna, pro lamina ſæpius legitur. Ouidius in 4. de Ponto, At tibi progenies alti fortiſſima domni. Lucret. lib. 6, At quum mẽbra domnus pertexit feruida ſeruis. hic autẽ corripitur, quia n interdũ liqueſcit, vt Ichneumon, Therapne, &c. aliqui libri habẽt dominus: ſed nõ ſtat verſus. Domnus autem extra verſum barbariſmus eſt: & in verſu rarẽter admittitur. quocirca ridiculi ſunt, qui domni non domini appellari volunt: & iube domne, non domine, cãtant. Gonos, id eſt angulus, patebit in medijs. Ionas apud Sidonium. Monychus, Centauri nomen, & aliorum fortè virorum. Val. Flaccus lib. 1. Argo. (Donace; Donus; Domnus; Gonos; Monychus)

Fert grauis inuito victorem Neſtora tergo

Monychus: ardenti peragit clarus Antora quercu. Quicquid aliud eſt à monos, id eſt ſolus, corripitur tantum. ſiquis ex Sulpitio, vel alio grammatico aſſerat variari, niſi ex vetere poeta fide digno probauerit, nugas egerit. Mart. in apo. Sæpe duas pariter ſæpe monaulon habet. Sidon. libro quarto, Quam totam monachus virente in æuo. Phaleucius eſt. Cur autem monychus producitur, hæc ratio mihi videtur: quia contractæ ſunt duæ breues in vnam longam: dicendum fuerat Mononychus: à monos, ſolus: & onyx cum y Græco, id eſt vnguis, quod in genitiuo aſpirationem capit: quia dicitur onychis. hinc monychus cum y Græco, & ch aſpirato ſcribitur. Nonus, nonaginta, &c. Nonæ Nonarum, nonacria, nota ſunt hæc. nam Nonæ, eſt in primo Faſt. At primo Metamorph. Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas. Nonius, viri proprium, videbis in Struma, V ante m. Thonites, cum th aſpirato apud Priſcianum in Periegeſi, Atque lacu medius Thonites intrat & exit. Tonum in libello de ponderibus, menſuræ aut ponderis nomen. Zona. Horat. Ibit eo quo vis qui zonam perdidit & rem. ¶O ante n corripitur: ſed producuntur habentia c, d, aut p ante o: vt Donax, piſcis, Lippio. Et Proneſus, inſula, vel procneſus Stoæ. Attamẽ corripiuntur Coniſco vel croniſco in ſecũdo Lucretij. Conia, puluis. vnde aconiti adagialiter dicti, qui ſine puluere vincũt. Chronus, viri nomen. Sil. 1, Et geminos Chronum atque Gyam, &c. Cronia, Saturni ſacra. Actius in Annal. Conficiunt ſacra quæ Cronia eſſe, &c. Donuſſa, Achaiæ oppidum, corripitur ab Homero: ſed & Donoeſſa dicitur. A regula principali excipiuntur producta, vt Ionas, prophetæ nomen apud Sidoniũ, Compleſſi Ionam, reſonant dum viſcera monſtri. Sonus, amnis per ω, teſte Hermolao cap. 18. lib. 6. Plinij. (Monos cum ſuis; Nonus; Nonacria; Nonius)

Tonum. Priſcianus de ponderibus, Cui tono interius modico. Certe tonus corripitur, vt tono, verbum. Sonautites, per ω in prima, & au in ſecũda: vel vt Apollonius, Soonantes, prima breui. Thonis apud Homerum & Gazam, vxor AEgypti, & vrbs ad oſtium Nili: & Thonitus, ſtagnum per ω. Hermolaus cap. 27. lib. 6. Plinij.

O ante p corripitur,

O ante p

vt Sophrõ, id eſt caſtus. vnde Sophronius, viri propriũ. Sophroniũ, ꝓpriũ mulieris. Sophronicus, ſophroſyne, contra quoſdã docentes Græce per ω mega ſcribi in prima ſyllaba. Mart. lib. 11, Tãta tibi eſt animi probitas, oriſque Sophronii vocatius eſt. Tropis, inuerſio. Idem lib. 12, Fumoſæ feret ipſe tropi de fæce lagenæ. Opilio: nam teſte Seruio in illud eclogæ decimæ, Venit & vpilio, tardi venere ſubulci. Vpilio propter metrum dixit Græce: vt vnoma, pro onoma, nam o micron, productionis gratia, (Sophronius; Tropis; Opilio; Vpilio)

vertitur aliquando in æ diphthongon, quam vertimus in u longum. hæc verba doctiſſimi Seruij faciunt ad opinionem noſtrã de Polypus & pulypus.

Poples Poples, naturaliter produci credũt Nebriſſenſis & Verulanus: quia correptionem nequiuerunt inuenire. Seruius dicit in 9. AEneid. Poples, naturaliter corripi, & dicit corripi à Sereno. ego inuenio idem apud longe doctiorẽ Lucretium in libro quarto dicentem, Brachia palpebr æque cadunt, poplitéſque cubanti. Opobalſamum, ſuccus balſami. Ops opos, ſuccus eſt. Notantur geminãtia pp, vt Poppyſma, poppyſmus, oppidum, opportunus, opperior deponens. Oppianus, viri proprium, facile apud Martialem reperies. tertiam huius nominis ſyllabam Lippius inepte corripuit. Hoplomachus naturaliter corripitur.

EXCEPTIO.

Produc habentia c ante o, vt Copia, cophes, ſcropha, cophos, id eſt ſurdus, vt videbis in Proſopon, O ante p. Tollũtur hinc Copos in compoſitis, vt artocopus.

Scopus Scopus, ſagittariorũ ſignum. hinc

Scopulus ſcopulus. à ſcopin, id eſt ſpeculari. hinc epiſcopus.

Scopas Scopas ſcopæ, cælatoris doctiſſimi nomen. Martialis,

Solus Praxitelis manus Scopǽque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores. Phaleucij ſunt.

Cophinus Cophinus, id eſt corbis. Iuuen. ſaty. 3, Quorum cophinus fœnúmque ſupellex. Copax.

Dropax Dropax. vide Pſilotrum & crementa.

Opis Opis opis, nympha. Claudian. in 2. de laudibus Stiliconis, Et ſoror optatũ numen venatibus Opis. Sic apud Virgiliũ in 4. Georg. & 11. AEneid.

Opoclope Opoclope, mulieris proprium. Philelphus in 7. primæ, Aſpicit Opoclopen, paritérque exuritur igni.

Populus Populus, arbor. Virg. Populus in ſyluis.

Pſophis Pſophis: vide crementum. Propago, vide compoſita à pro.

Popea Popea, Neronis vxor: vnde

Popeanum Popeanum vnguentum, cuius ſecundam & tertiam ſyllabam quidam non docte corripuit. Iuuen. ſaty. 6,

Panc tumet facies, aut pinguia Popeana
Spirat.

verſus eſt ſpondaicus. male putant quidam Popeanum à popa dici. vide Mancinellum interpretem Iuuenalis. Seneca in Octauia, Iungátque noſtris igne Popeam thoris. hic prima noſcitur produci: quia eſt iambicus trimeter. Qui dixere poppea, pp gemino ſcribi, idem debuiſſent dicere de poppeanum. Propetides, puellæ, 10. Metamor.

Sopio Sopio ſopis, id eſt dormire facio. Ouidius in 7. Metam. Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem. Virg. lib. 1. AEneid. Hunc ego ſopitum ſopno ſuper alta Cythera.

Semiſopitus At ſemiſopitus video ſemper corripi. Ouid. in 2. Amorũ, Purpureo iacui ſemiſopita thoro. Et in epiſtola Ariadnes, Theſea preſſuras ſemiſopta manus. Ex quo ſuſpicamur (inquit Nebriſſenſis) primam habere indifferentem. itaque de industria dicit ſe breuiaſſe quodam in loco, vbi patriam ſalutauit dicens, Hic fuerant cunæ, quæ me ſopiere iacentem. Ego mallem producere. At corripito Sopor, Soporo ſoporas.

Stlopus Stlopus vnico p, à Nebriſſenſi ſcribitur: quia excipit id nomen. ſonus eſt qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſius, Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. aliqui cum c ſclopus ſcribunt.

Tophus Tophus Græcum, teſte Neſtore. Virg. Et tophus ſcaber, & nigris exeſa cylindris. Ouidius 3. Metam. Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum. Lapis eſt aſper qui facile in arenam ſoluitur. hinc Tophaceus & Tophinus. ¶ Excipitur etiam Sophone Sophones, Syriæ pars, prima & ſecũda productis. Claudianus tamen videtur corripere. Hermolaus cap. 12. lib. 5. Plinij. Sic Sophron per ω in Lexico Aldino ſcribitur: Sophronius tamen à Martiale corripitur. Producuntur etiam habẽtia C ante o: tamen Copas corripitur, teſte Stoa: & Copæ Coparum, vrbs. vnde Copais, lacus Straboni lib. 9. Scope ſcopes, inſula: & Scopæ ſcoparum, inſula. Hermolaus cap. 31. lib. 5. Plinij. Propetides. Ouidius 10. Metam. Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propetides auſæ
Eſſe negare deam.

Opis, vicus circa Tigrim, Straboni lib. 2. Zopiſſa, viua pix: quia per ω ſcribitur.

O ante q

O ãte q corripitur,

vt Quoque, coniunctio: loquor, &c. Ablatiui producuntur, vt notũ eſt: veluti quoque à quiſque, &c. quæ vbi aduerbiaſcunt, nominum quantitatem retinent.

O ante r

O ante r corripitur,

Scoria vt Scoria. Virg. in Ciri, Sordibus & Scoria patiar tabeſcere tali. ita legit cum Calderino Badius. Baptiſta in exhortatione contra infideles, Sub Decio cædi melius fuit, atque cruorem
Fundere, quàm ſcelerum Scoria tabeſcere tanta. Quidam dixere produci, & apud Virgilium eſſe mendum. vellem productionis afferrent teſtimonium: & quomodo Virgilius emendandus eſt, ediſſertarent. Corinthus. Claudianus in ſecundo de raptu Proſerpinæ,
Criſpatur gemino veſtíſque corinthia cinctu Poplite fuſa tenus.

EXCEPTIO.

Florianus Producuntur habentia l vel r ante o, vt Gloria, florus, roro, prora. quare non ſatis docte dixit Arator, Nominis ore tui iã Floriane tenes. fit enim à flos floris, flora, florus, Florianus. Borus, Idomenei pater, producitur in 9. Strabonis.

Choreus Choreus, cum eu diphthongo, ſacerdotis propriũ. Virg. 11. AEneid. Forte ſacer Cybele Choreus, olímque ſacerdos.

Corus Corus, ſine aſpiratione, ventus: qui etiam caurus dicitur, & Argeſtes argeſtæ. Lucan. lib. 7, -victus violento nauita Coro,
Dat regimen ventis. at Chorus, cũ ch aſpirato, pro cœtu corripit.

Corã Corã, præpoſitio. Virg. 1. AEneid.

Poſtquã introgreſſi, & coràm data copia fandi. Corycus, cum y Græco, vrbs portus & mons Cili- Corycus
ciæ. hinc Corycius, corycia, corycium. Virg. Georg. 4, Nãque ſub OEbaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galeſus,
Corycium vidiſſe ſenem. Corytus, cum y Græco & t exili: à Græcis cum g ſcribitur gorytos: neque Corytus
à corio dicitur, vt barbari docent: pharetra eſt. Nonius vult eſſe miſſile in ſagittarum modum. Virg.
10. AEneid. Corytíque leues humeris, & letifer arcus. Sil. lib. 2,
Coryti fratrum ex humeris, calamíque paterni
Pendebant. Sidon. in epithalamio Ruricij & Iberiæ, Cui ſax, arcus, corytus pendebat: at ille, &c. ita
legit Baptiſta Pius, ne Sidonius duas longas contra omnium authoritatẽ corripuiſſe cenſeatur, ſi (vt
codices habent omnes, quos Baptiſta vidit) legeremus in genitiuo (cuius): ſic, Cuius ſax, arcus, cory-
tus pendebat: at ille, &c. Coritha corithæ, vel Corithe corithes, cum th aſpirato, nobiliſſimæ equæ Coritha
nomen: vt Hirpinus, nobiliſſimi equi nomen. Iuuen. ſaty. 8, Sed vænale pecus, corithæ poſteritas &
Hirpini, &c. Coralium variatur: ſed productio eſt acceptabilior. Ouid. 4. Metam. Nunc quoque co- Coralium
ralijs eadem natura remanſit. Idem 15. Metam. Sic & coralium quo primum contigit auras. Claud. in
nuptijs Honorij, Mergit ſe ſubito, vellítque corallia Clotho. Sidonius in epithal. Ruricij, Lactea pu-
niceo ſinuantur colla corallo. Corallus, populi nomen, corripitur tantũ. Ouid. in 4. de Ponto, Hîc
mea cui recitẽ, niſi flauis ſcripta Corallis. Choros, locus, per ω mega. hinc chorographus, &c. Cho
raſmij, populi apud Priſcianum in Perihegeſi. Doron, id eſt donum vel palmus, producitur: hinc
Dorotheus, &c. ſic Dorus, Dorias. At Dory, id eſt lãcea, corripit. hinc Doryphorus, Doryclus. Do- Doron
ris Doridis, filia Oceani & Tethyos, interpretatur amaritudo: & ponitur pro mari. Virgilius in Gallo, Doris
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Doriſcus, à Doride appellata, vrbs Thraciæ. Dorus,
Neptuni filius: vnde appellati ſunt Dores, teſte Seruio in 2. AEneid. hinc Doricus, dorica, doricum: & Dorus
Dorius, doria, dorium. Virg. 2. AEneid. Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica caſtra, Dores
Deſertóſque videre locos. Auſon. ad Paulinum, Nam glorioſum Græculus nomen putat,
Quod ſermo fucat Dorius. eſt iambicus trimeter cum dimetro. Dorion, id eſt Meſſeniæ oppidũ. Dorion
Papin. 4. Thebaid. Getico quos flebile vati Dorion. vide etiam Philace, I ante l. Argumenta librorum
Papinij aut valde mendoſa ſunt, aut ab indocto aliquo compoſita: nam in argumento ſexti libri cor-
ripitur male Dorion, & plura. Doro dorus, nympha in Baptiſta. Hora. Ouid. Nec quæ præterijt Hora
hora, redire poteſt. Horoſcopus. Perſius in 6. ſaty. -geminos horoſcope Varo Horoſcopus
Producis genio. ſic Horologium, & verbum Horoſcopo horoſcopas. Manil. lib. 3,
Iam facile eſt, ſiquod quandoque horoſcopet aſtrum,
Noſcere. Horops & Horus, virorum nomina. vide O ante n, Conon. Morari pro inſanire & ſtul- Horops
te agere, apud Suetoniũ in Nerone. Nã pro expectare, vel in mora tenere, corripit. Prius dicitur à mo- Horus
ros, id eſt fatuus, quo Plautus in Truculento vſus eſt dicens, Amor mores hominum moros & mo- Morari
roſos efficit. ſi moroſus à mora reperiatur, corripietur. nam à moribus producitur. Morio morio-
nis, fatuus qui naturali quadam ſtoliditate, & oris deformitate oblectat. Mart. lib. 8, Morio dictus Morio
erat, viginti milibus emi. Morus pro Mauro, & arbore, cuius fructus morũ eſt: negamus à mora Morus
dici. Ouid. Ardua morus erat. Idem, Pendentia mora rubetis. Noricum, regio Europæ. hinc Nori-
cus, norica, noricum. Sidonius in primo Panægyrico, Noricus oſtrogothum qui continet, ille time- Noricum
tur. Sic cæteri. Noris, vrbs, teſte Neſtore. Norax, vir in Pylade. Ora, appellatiuum. Virgilius, Noris
Troiæ qui primus ab oris. pro dea, Quirini vxore, corripitur. Ouidius decimoquarto Metamor. Ora
Excipit, & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea iuncta Quirino eſt. Oro oras, oratio, orator. Virg. Oramus Oro
prohibe. Oromedon, viri nomen. Propertius lib. 3, Cœum & Phlegræis Oromedõta iugis. Oricos, Oromedon
eſt vrbs AEtoliæ. Sil. lib. 15, Ille & nocturnis cõterruit Oricõ armis. Horat. lib. 3. Carm. Ode 7, Gygens Oricos
ille notis actus ad Oricon. Aſclepiadæum. Orata, piſcis, quaſi aurata: à colore auri. Mart. Nõ omnis Orata
laudẽ, pretiúmque orata meretur. Producitur ſimiliter pro viro, à piſce ſic dicto. Orithos cum th Orithos
aſpirato, vrbs Epiri, teſte Seruio. hinc Orithius, a, um. Propt. lib. 1, Vt te fœlici vectã per cærula remo
Accipiat placidis Orithos æquorib9. Virg. 10. AEneid. Incluſam buxo aut Orithia terebyntho. O- Orion
rion, viri nomen, poſt mortem inter aſtra relati, variatur: ſed productum volunt per u Vrion quidem
dici: genitiuus eſt Orionis, cuius pœnultima ſimiliter variatur. Stat. 7. Thebaid. Atque auro rude ful-
men habẽt Orionis alti. Lucan. in 1, Armatúmque auro circũſpicit Oriona. verſus eſt ſpõdaicus. ſic fre-
quẽtiſſime inuenies, ſed nec rarẽter corripit. Ouid. in 1. de Arte, Pallidus in lyncẽ ſyluis errabat Oriõ.
Virg. 1. AEneid. Quũ ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion. Horat. in Epodo, Ode 15, Dũ pecori
lupus, & nautis infeſtus Orion. Stat. in 1. Syl. Noctibus hybernis & ſydera terret Orion. Hîc nõnulli
dicunt auem ſignificare: quæ ſonoro cãtu ſydera terrere putatur. Valerius Flac. lib. 2, -tantus Orion
Iam cadit: irato iam ſtridet in æquore Perſeus. Ouid. in 13. Metam. Ecce facit medijs natas ab Orione
Thebis. ne verearis hoc nomen variare, vel in minimo carmine, quicquid aliqui dicant. Orion: dici-
tur quoque Aorion, teſte Neſtore: ab aor, id eſt enſis, quia enſifer dicitur. vt in ſecundo de Arte apud
Ouidium, Enſifer Orion aſpiciendus erit. Catullus, Proximus hydrochoo fulguret Orion. Hydro-

chous,id eſt aquarius. Politianus nou putat aorion legendum eſſe:ſed cum o ante a oarion. vide Mi-
Orithius ſcellaneorum cap.69. Orithius. Sidon.iu Epithal. Ruricij,
Inter cyaneas Ephyræa cacumina cautes,
Qua ſuper Idalium leuat orithion in ætram
Origanum Exeſi ſale montis apex. Origanum Calderinus vult produci, Merula corripi. vide I ante g. Orifi-
Oritæ cium,quia fit ab os,vt Orea oreæ,frænum:dictum,quòd ori inſeratur. Oritæ oritarum,populi. Pri-
Orithyia ſcianus in Perihegeſi, Oritas Aribáſq; ſimul Linique Arachotas. Orithyia:vide I ante a. Oropus,
Phota vir & vrbs,per ω mega. Oretani, populi & montes in Baptiſta. Oreus,vrbs in Homero. Phora,
Phoreus loci nomen. vnde Britomartis,nympha dicitur phoræa. Virgilius in Ciri,
Vnde alij fugiſſe ferunt,& numina Phoræ
Virginis aſſignant. Phoreus per eu diphthongon, viri proprium apud Valerium Flaccum in tertio
libro. Legito Flaccum,ne de noſtra diligentia quicquam dubites. Pſora,id eſt ſcabies,per ω mega:vt
Sora Porus,rex & lapis. Sora ſoræ,Italiæ oppidum. Sil.lib.8, Ducebat ſimul excitos, Soræque iuuentus
Soracte Fulgebat telis. Sora etiam, Arabiæ vrbs eſt:& Soræ,quidam Mauritaniæ populi ſunt. Soracte, A-
puliæ mons,qui Soractes ſoractis,maſculine,& Sorax aliquando dictus eſt. Virg. AEneid.11, Summe
deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo. Sil.lib.8, Et ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Titubauit hic
Petrarcha in primo epiſt. ad Benedictum, Si dubitas,non paruus adeſt mons ille Soractis
Teſtis,&c. Sorex, mus. Serenus, Si prægnans artus captiui ſoricis edit. Soros,id eſt cumulus, Græ
ce ſcribitur per ω.hinc Soritæ,ſunt argumentationes connexæ,quas vulgus de primo ad vltimum vo-
cat. Capella lib.2, Soritas cumuli acceſſibus aggerans. Aſclepiadæum eſt. Idem, Pellax ſoritas cúmque
ſenſim congeris. Iambicus trimeter,habens,more comico,in ſecundo loco ſpondæum. vt apud Apu-
leium in prima oratione Apologiæ, Nitelas oris ex Arabico frugibus. mallem extra comœdiam iam-
Thorax bum. Thorax, cum th aſpirato. Virg. 6. AEneid. -bis ſex thoraca petitum,
Toranius Perfoſſúmque locis. Toranius, viri proprium. Mart.lib.5, Torani potes eſurire mecum. Phaleucius
Voraptus eſt. Voraptus, viri nomen. Valerius Flaccus libro ſexto,
Sancte mihi Vorapte pater,tua pectora nato Suggere. ¶O aute r corripitur, vt Scoria in Ciri. in Le-
xico tamē per ω ſcribitur. Et Corāble,herba braſſica. Pius in caſtigatiombus Columellæ lib.11, Nūc
veniat quauis oculis inimica coramble. Boros per ω,oppidum Liciæ:alio nomine Sardis. Borus,
Strabo lib.9, Fabro ortus Boro. Corycus. Interpres Dionyſij, Corucus parcéque calens & celſa pha-
ſelis. Choros per ω,id eſt locus. hinc Chorographia,cuiuſquam loci ſingulatim deſcriptio: & Cho-
rographus,locum ſingularem deſcribens cum adiacentibus. Corytus, ne corripiatur,legam ſic Sil-
lium, Turba ruit,ſtridúntque ſagittiferi coryti. vt ſit ſpondaicus verſus. Súntque coryti,arcuum ex co-
rio tegmina,ſed & ſagittarū. Alijs legitur Stridunt ſagittæ,ferique coryti. Coralium per ω ſcribitur:
idem produci deberet, authore Bebelio. Corax producitur etiam Bebelio. Choraſmi vel Cho-
raſmij,populi à Choraſmia vrbe, Parthis appoſita. Hermol.cap.16.lib.6. Plinij. Corinthus omnino
corripitur:& ideo legitur apud Claudianum in ſecundo de raptu Proſerpinæ, Criſpatur gemino ve-
ſtis cortynia cinctu,&c. Oricum,oppidū à Colchis conditum,initium Epiri. Oricus, portus Epiri.

Oreæ, fræni, quòd ori inſeruntur. dicti Trebelligni oratione pro ſe ad populum, Equo,qui mihi
ſub feminibus occiſus erat,oreas detraho,inſpectante L. Stertemo. Oretani producitur à Mantua-
no pro montibus ſeu populis Granatæ. Orion non auem,ſed ſydus horrificum ſignificat,teſte Iano
in Claud.2. Soros,id eſt tumulus,nunc per ω,nunc per o ſcribitur,& ita conſulantur Latini. Mo-
randus,viri nomē,variat̄ à Mantuano,fortè deducēte à mora & more. Norax, Mercurij nomē,pro-
ducitur à Pylade lib.3, Editus hoc Norax,&c. Moroſis etiam pœnultima longa,morbus qui cū me-
moria vſum rationis intercipit, peior lethargo. Hermolaus in gloſſ. Oropus,viri & vrbis nomen,in
prima & ſecūda per ω ſcribitur. inde Oropion,populus. Oremus,piſcis,producit̄ Lippio. Oromazes
producitur,teſte Bebelio. Ora,mulier,corripitur lib.6. Valerij Flacci: appellatiuū certū eſt produci.

Pſorax per ω,id eſt ſcabies. Horus,deus,vnde dictæ ſunt horæ Macrobio Satur.1. Porus,rex,vni-
co r. Claud. ad Hadrianū, Tradita captiuo ſpatioſior Media Poro. Porus,tophus Vitruuio etiā prio-
re longa, teſte Hermolao cap.3.lib.31. Plinij. Porus, priore breui, id eſt meatus. Sorex non ſolum à
Sereno producitur, ſed etiā à Plauto in Bacchid. Male ergo author Philomelæ, Et grillus grillat,de-
ſticat inde ſorex. Thorax, mons & viri nomen,producit priorem:vt Thorax,pectoris munimen.

Zoroaſtres prodúcitur,teſte Bebelio. Errauit ergo Prudētius,aut ſynæreſi vtitur cōtra Iudæos, Qui
Zoroaſtreos turbas & fronte ſuſurros. Socrates etiā per ω ſcribit̄,& ita à quibuſdā inepte corripitur.

O ante ſ

O ante ſ producitur,

Proſa vt Proſa: Sulpitius dicit variari: cui non credo: quia puto à nemine fide digno corripi. Auſonius de
numero ternario, Proſa Aſiæ in cauſis numeros imitata chororum. Cum Auſonio dixit bene Gaufre-
dus in arte poetica, Legibus arctatur metrum,ſed proſa vagatur. Moſes in ſaty.14. Iuuenalis.

EXCEPTIO.

Coſæ Coſæ coſarū, vrbs Thuſciæ. Virg.10. AEneid. Quíque vrbē liquere Coſas,quis tela ſagittæ. Salluſti⁹,

teſte Seruio,ſingulariter dixit Coſa. Coſira, vrbs Aphricæ & inſula, variatur. Sillius 14, Et bellare Tabas docilis Coſiráque parua. Ouid. Faſt.3,Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſiræ. Doſis,id eſt datio,ſcribitur Græce per o micron.hinc antidoſis, id eſt retributio. Moſas Moſæ,viri proprium. Sil. 15,Decidit enſe Moſæ. Moſa Moſæ,fluuij nomen:vide Sequana,E ante q. Moſella,etiã fluuij nomen. Auſonius,Largus tranquillo perlabitur amne Moſella. Moſini,populi quidam Aſiæ. Tibul. libro quarto,Quáque Hebrus Tanaiſque Getas rigat atque Moſinos.nec latet me à quibuſdam legi Magiuos. At Priſcianus in Perihegeſi ait,Moſſiníque domos præbẽt quis lignea tecta. Noſos,id eſt morbus,per o micron. Oſiris,oſiris,vel oſiridis, Iouis filius ex Niobe. Iuuen. ſaty.6,Scilicet & tenui popano correptus Oſiris.hic Tortellius male legit(pepono),teſte Neſtore.nam popanum,genus placentæ eſt tenuis,vt apud Græcos teſtis eſt Suidas. Oſius,viri proprium.Claud. in ſecundo libro cõtra Eutropium, Hinc Oſius ſtetit,inde Leo fiducia creuit. Oſinius, viri proprium. Virgilius decimo AEneid. Qua rex Cluſinis aduectus Oſinius oris. Poſidium,vrbs, per o micron. Poſui præteritũ. Ouidius,Hæc ſuper impoſuit. Poſides:vide I ante d. Pros corripitur,& ſignificat ad: hinc Proſœdia. Proſeucha,cũ ch aſpirato,oratio quæ fit ad deum, & locus vbi mendici rogant, vt in pleriſque locis templi veſtibulum. Proſeucho ſignificat intendo,attendo,adhibeo. Iuuen. ſaty.3,Ede vbi conſiſtas,in qua te quæro proſeucha. Proſymna, cum y Græco,vrbs Argiuorum. Stathius Thebaid.4, Hinc armat Lariſſa viros,hinc celſa Proſymna. In hac multum colebatur Iuno. Idem Thebaid.1, Iunonia tẽpla Proſymnæ. Proſopon,Proſopopœia,vide O ante p in medijs. Proſerpina,Plutonis vxor,variatur,licet productio ſit acceptabilior. Virgilius primo Georg. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.ſic cæteri præter Horatium ſemel tantum libro ſecundo Carm. Ode 13,

Coſira Doſis Moſas Moſa Moſella Moſini Oſiris Popanum Oſius Oſinius Proſœdia Proſeucha Proſymna Proſopon Proſerpina

Quàm pœne furuæ regna Proſerpinæ
Et iudicantem vidimus AEacum.

verſus ſunt alcaici dactylici. Et præter Senecam ſemel tantum in Hercule furente,Vidiſti Siculæ regna Proſerpinæ. Aſclepiadæum eſt. Roſa. Ouidius,Vrticæ proxima ſæpe roſa eſt.hinc Roſeus, quod à ros producitur, vt Roſidus. Virgilius 7. AEneid. Qui Roſea rura Velini. Soſius , bibliopolæ nomen. fuerunt autem Soſij plures. Horat. in vltima epiſtolarum libri primi, Scilicet vt proſtes Soſiorum pumice mundus. Idem in Arte, Hic meret æra liber Soſijs, &c. At Soſia,ſerui comici nomen,producitur contra quorundam doctrinam:quia teſte Tortellio,ſcribitur per ω mega,idque verum eſſe facile deprehẽditur ex Terentio & Plauto. Vt in argumẽto Amphitryonis,Habitu Mercurius ei ſubſeruit Soſiæ. Sic Soſides,Moſchi filius,qui poſtea ab auo Menæhmus dictus eſt. Dicitur vtrunque à Soſo,id eſt conſeruo & cuſtodio. ❡ O ante ſ producitur: ſed quia (pros)præpoſitio Græca ſemper corripitur ſequente vocali,videtur in(pro)corripi,non intelligẽtibus primam ſyllabam eſſe pros non pro:vt in Proſagoge,quod eſt acceſſus: Proſagogis,exploratio: Proſegoria,ſalutatio,vbi ſecunda tantum ſyllaba,quæ ſcribitur per η,producitur. Corripitur etiam pros in proſelytus,proſeucha. De compoſitis cum pro dictum eſt. Corripitur etiam doſis, id eſt datio,& inde antidoſis. Et Noſocomium,id eſt ægrotorum domus. Noſomaticus,id eſt valetudinarius. Noſos, per o,morbus. Coſiæ. Mantuanus in Alphonſo lib.3,In Coſias deueni acies,&c. Poſidium,vrbis nomen,ab Homero corripitur,& per o micron ſcribitur.

Roſa Soſius Soſia

O ante t corripitur,

O ante t

vt Quotus,quotannis,quotiens,quotidie,quotidianus. quæ duo tt, productionis gratia quandoque admittunt. vide regulã compoſitorũ de I & o. Philelphus in quarta ſextæ, Quottidie doctis poſſunt ſermonibus vti. Notus,ventus ſine aſpiratione. Nothus,cum th aſpirato, quẽ indocti baſtardum vocant. Nota notæ,id eſt ſignum.hinc notare contra primitiui naturam,ſi à noſco fiat. nam ſupinum notum per generalem regulam producunt,vt quæ hinc fiunt,Notus participium,Noteo notes, Noteſco,& Notifico notificas,verba. Propertius libro ſecundo,

Noteſco Notifico

Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri,
Quàm fuerant Phthij buſta cruenta viri.

Ouid. in primo de Ponto, Atque modũ pœnæ notificare meæ. Virg.7. AEneid. -quos Dædala Circe
Suppoſitos de matre nothos furata creauit.

Corripe item Coturnix, Otho,Photinus. tamen, teſte Goudano, Lucretius in quarto,niſi menda ſit,ait,

At capris adipes & coturnicibus auget

Otho. vide I ante t,Vitellius. Botrus,botrys,botryo,teſte Neſtore in Sulpitium. Gothus,Gothia: licet Græce tt geminent,& ita poſſumus producere. Auſonius, Hinc poſſum victos,inde referre Gothos.populi nomen eſt cum th aſpirato.

Gothus

EXCEPTIO. Produc habẽtia duas conſonãtes ãte o, vt Clotho,Plotæ,Plotius,Plotia,ptoton, id eſt caſus,contra Nebriſſenſem. vide O ante t in medijs. Mart. Caluo Plotia cum Melanthione. Phæleucius eſt,& mulieris nomen. Horatius ſaty.5. lib.1,Plotius & Varius Sinueſſæ Virgiliúſque. viri nomen eſt. Puto deduci à Plautio,vt Clodius à Claudio. Proteus. Horat. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo.ſic cæteri præter Senecam in Hecuba dicẽtem,Pelion regnum Protei ſuperbũ. Sapphicus eſt.fuit de⁹ marinus. Protogenes,viri ꝓpriũ,vel appellatiuũ ꝑ generis primo. Prototomi,pro

Proteus Protogenes Prototomi

caulibus qui primò ſucciduntur. ſic cætera à protos, id eſt primus, contra Alexandrum & Sulpitium,
qui ex Riga vel alio neoterico non ſatis docto erroris occaſionem ſumpſere. Iuuen. Protogenes ali-
quis, &c. Colum. lib. 11, Sed iam prototomos tēpus decidere caules. Mart. lib. 9, Et faba fabrorum, pro-
totomique rudes. Scotus producit apud Claudianū & Sidoniū. Scotinus corripitur, vt quæ tol-
Broteas luntur hinc. Broteas, viri proprium. vide E ante a. Crotus, id eſt vir quidam inter aſtra relatus. de
Crotus quo multa dicit Baptiſta Pius in Sidonio in Epithal. Polemij, vbi dicitur, Falciferi Croton ire ſenis per
ſumma polorum. Colum. lib. 11, Sed trepidus profugit Chelas, & ſpicula Phœbus
Croton Dira negat, tergóque Croti feſtinat equino. Croton crotonis, vrbs in ſinu Tarētino, à viro eiuſdem
nominis dicta. Ouid. 15. Metam. Inuenit æſarei fatalia fluminis ora:

Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus, iuſſáque ibi mœnia terra

Crotalum Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbē. Sil. lib. 11, -patefecit amicas Alta Croton portas. Cro-
talum, id eſt crepitaculum: inſtrumentum muſicum quo in ſacris vtebantur AEgyptij, teſte Tortel-
lio. Calderinus in Martialem vult eſſe margaritas quas in auribus portabant mulieres, vt ſonitu de-
lectarentur. Croton Græce, plauſum ſignificat: crotin, pulſare. Virgilius in Coppa, Criſpum ſub
crotalo docta mouere latus. In Priapæis, Cymbala cū crotalis pruriginis arma Priapo. Crotopus,
Crotopus viri nomen. Vide O ante p. Crotiorus. vide O ante r. Proteruus dictum eſt in compoſitis à pro.
Crotiorus Proteros in Martiale. Secundo producuntur Cotillus, ab Horatio. Cotilus, viri nomen apud
Proteruus Martialem lib. 2. & alibi ſæpe. Cote cotes, vel Cotes cotis: quia ſcribitur per ω mega, teſte Nebriſſen-
Cotilus ſi. Eſt autem Mauritaniæ oppidum. Dotion, vrbs: & Doto, nympha per ω mega. Iota, literæ Græ-
Cote cæ nomen. Mart. in fine ſecundi, Vnum de titulo tollere iota potes. Poteſt tamen eſſe triſyllabum.
Iota Lotos, arbor, & in eam arborem verſa nympha. dicitur quoque Lotis lotidis. ſunt qui velint herbā
Lotos eſſe. notum eſt Loti fructum eſſe ſuauiſſimum: quo victitantes populi quidam Lotophagi dicuntur.
Mart. lib. 4, Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat. Priſcianus in ſitu orbis, Hoſpitijs gaudēs gens
Lotium degere Lotophagorum. Lotium, id eſt vrina, à lotus contra primitiui naturam corripitur, teſte Lau-
rentio Valla lib. 1. cap. 2. Catullus tamen produxit in hoc ſcazonte ad Egnatium, Hoc te amplius
bibiſſe prædicet loti. pro lotij. Ita legunt doctiſſimi: & eſt ſenſus melior quàm legendo lotus: licet ita
Otium habeant nonnulli libri. Si per t ſcriberemus cum Philelpho Otium, excipiendum foret. OEtos per
Poto œ diphthongon dicitur. Otos multi dicunt. Otides, auiculæ per ω mega. Poto notum. hinc cō-
Photis poto, &c. Photis photidis, teſte Bebelio. Soter ſoteris, id eſt ſaluator, per ω magnum ſcribitur: &
Soter eſt quandoque viri proprium. hinc Soteria ſoteriæ, ſalus: Soterion, ſalutare. Soteria ſoteriorum, dona a-
Soteria mico data, quæ ipſe pro ſalute dijs vouit. Mart. lib. 7, Nam quoties ſurgis, Soteria poſcis amicos.
Sotes Sotes ſotæ, viri nomen, interpretatur parcus. Aſotos vero prodigus eſt. Martialis libro quarto,

Sote filia Clinici Labulla
Deſerto ſequeris Clitum marito,
Et donas, & amas echis aſotos. id eſt, es prodiga. Phaleucij ſunt. Sotades, viri proprium, & carminis
genus, quod Sotadeum & ſotadicum dicitur. Mart. lib. 2, Nec retro lego Sotadem cinædum. Phaleu-
cius eſt. Idem lib. 6, Reum putatis eſſe Sotadem, non eſt. Scazon eſt. Auſonius ſic hexametrū inchoat,
Totus Sotadicon. Totus. Mart. Tota quidem ponatur anas. Virgilius in 4. Georg. ſynæreſi vſus eſt dicēs,

Magnanimóſque duces, totiúſque ex ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam. Ita legit & declarat Badius. at corripiuntur Toties &
Votienus totidem. teſtimonia facile occurrent. Votienus, viri nomen. Mart. lib. 8, Docti patria Narbo Votie-
ni. Votum, nomen, vt ſupinum à voueo, notum eſt. ¶O ante t corripitur. Excipitur protos & inde
compoſita, vt protomartyr, quod licenter corripuit Stoa, licet excuſet neceſſitatem metri: quia habet
breuem inter duas longas, Quot teſtes diuini operis protomartyr Agyrtes. Proteros, id eſt prior per
ο micron ſcriptū corripitur: ſed, vt dixi, protos producitur. Vnde putem mendum eſſe in libro emiſſo
à Bebelio: in quo prototomi & Proteus dicuntur primam corripere. Corripitur autem Brotos, id eſt
tabes, ſanies. Broteos, cruentus. Broteus, vir apud Ouidium in Ibin: & Brotos, homo. At Brotos per
ω, id eſt comeſtibilis: & Brotys, id cibus, producuntur. Proteron ſeu poteron, aut, vt Aldus peteron,
corripit Martiali. Scotinus, id eſt obſcurus, tenebroſus: vt Heracletus, & ſcotus ac Scotia & ſcoto-
ma per ο ſcribuntur. Sunt tamen qui tt geminant in ſcottus. Glotoro in Philomela, Glotorat im-
menſo de turre ciconia roſtro. Dotion, pro quo male apud Plinium, Strabonem, & Lucanum Do-
rion legitur: eſt Theſſaliæ locus & oppidum à Dotia Elati filia: aut à doto ſeu doti. vide Hermo-
laum cap. 9. lib. 4. Plinij, qui vult Lucanum male poſuiſſe Dorion pro Dotium libro ſexto,

Quæ tetigit Phylace Pteleóſque & Dorion ira
Flebile Pieridum. Sane Dorion eſt in Achaia, vbi Thamyræ vati ſuccenſuere Pierides. Ego autem
Dorion reperio ſemper produci. Vnde interpres Strabonis ex Homero, Ac helos & pteleos tum Do-
rion eſt ibi muſæ, &c. Interpres autem Heſiodi, Sola habitant Dotij geminis in collibus arui. Do-
tij corripuit: legere autem non licet Doti, quia adiectiuū. Doto, nympha. Val. Flaccus libro 1, Hanc
Panope Dotóque ſoror iactatáque fluctu. Pontilianus, non Potilianus in Martiale Aldino legitur.

Cotes,promontorium Aphricæ,Volaterrano lib.12. Cotillus,vir. Horatius ſaty.vlti. Monſtraui incoquere illutos Cotillus echinnos. Cotylus autem,collis eſt apud Troiam. Otus, Ephialtis frater. ſic Volaterranus. Othos producitur,Bebelio & Stoa authoribus. Otus,Phyllei ſocius,ductor Epæorum. Strabo lib.10. Photinus,hæreticus. Prudentius in Pſycho.

Hac ſeſe occultante Photinus & Arrius arte,
Immanes feritate lupi.

Photinus tamen,alterius viri nomen,corripitur. Lucan.8, Auſus Pompeium leto damnaſſe Photinus. Totus,Stoa propter verſum,in quo mihi magis placet ſynæreſim eſſe, dicit variari. Illud fuerat notatu dignius à nullo grāmaticorum hactenus animaduerſum, Totus,tota,totum, vnde toties:vt à quotus,quoties tantum corripi, vt eſt redditiuum dictionis quotus,quæ corripitur omnibus. Manilius lib.3, Detrahitur ſummæ tota, pars quota demit vtrunque

Omnibus ex horis:

Badius. Hæc Deſpauterius argute quidem, ſed nihil faciunt ad locum Virgilianū. Vnde dictio (totus) dupliciter accipitur. Altero modo pro integro,& ſic producitur. Horat.1. ſermonum, Neſcio quid meditans nugarum totus in illis. Virg. Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad vnguem,&c. Et in ſexcentis locis alijs. In illo autem, Totiúſque ex ordine gentis:aut ſynæreſis eſt,aut legendum,licet duriuſcule, Ex totius ordine gentis:quia media eſt communis. Cotiæ,alpes. Prudentius in Laurentium, Trans Cotianorum iuga. Iambicus dimeter. Coturnix ſemel producitur. Lucretius lib.4, Præterea nobis veratrum eſt acre venenum:

At capris adipes & coturnicibus auget.

Sic legunt Hermolaus,Pius, cæteríque: verius tamen corripitur. auis eſt quæ qualea vulgo dicitur, & Græce ortyx. Otides,auiculæ,perdicibus non multum abſimiles,per ω,& quicquid eſt ab ὦτα, id eſt aures: vt Otia,animātia quædam ventri aurem coniunctam habentia,genus oſtreorum. dicuntur etiam Otaria. Otacuſta,explorator magnatū. Otene,per ω,regio Armeniæ. Oteni,eius incolæ. Hermolaus cap.13.lib.6. Plinij. Photis per ω, puellæ nomen, interpretatur Lucida.

O ante u corripitur,

O ante u

vt Ouis, Ouidius. Mart.lib.7, O nullis Ouidi tacende linguis. Phaleucius eſt. Prouincia producitur, quia à prouinco eſt:quòd eam populus Romanus prouicit,id eſt antè vicit,teſte Feſto. Ouare corripitur. hinc Ouatus. Perſius, Hinc illud ſubijt,auro ſacras quòd ouato

Perducis facies.

non accedo ijs qui ab ouum hîc deduci volunt.

EXCEPTIO. Ouum. Horat.ſaty.4.lib.2, Longa quibus facies ouis erit,illa memento,&c. Nouatenſis producitur à Mantuano.

V ANTE CONSONANTES IN PRIMIS SYLLABIS.

V ante b
Rubeo
Rubrica

V ANTE b corripitur, vt Ruber, rubeo & rubrica, teſte Neſtore contra Sulpitium. Sabellicus docet corrupte legi apud Papinium lib.3. Syl. Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Rubentéſque roſæ primos moriuntur ad auſtros.

Legendum eſt, Rumpentéſque roſæ,id eſt tum primum erumpentes,& florere incipientes. Rubus. Serenus, Manditur apta rubus gingiuis,& bona labris. Rubi ruborum,Italiæ vicus vel oppidulum. Horat. Inde Rubos feſſi peruenimus. hinc Rubea vimina pro fiſcellis afferebantur. Virg. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga. apud Horatium quidam male habent In rubos, &c. Iubar. Virg. de ortu ſolis, Et clarum emicuit ſole oriente iubar. Menda eſt ibidem, quum dicitur, Tithoni coniunx roſeo ſub lumine iubar

Inficit,& cælum luthea ſydereū.

recte foret ſolem Phœbum,aut quid ſimile. Notat id Badius diligentiſſimus & doctiſſimus. Subucula. Horat. Occurri,rides,ſi forte ſubucula pexæ

Trita ſubeſt tunicæ.

Rubi
Iubar
Subucula

EXCEPTIO. Produc b vel n ante u, vt Bubo, nubo. ſed corripe bubulcus: & quæ antè docuimus,pronubus,innubus. Connubiū verò variatur à Virgilio & alijs. Virg.1. AEneid. Connubio iungam. Ouid.1. Metam. Nec quid hymen,quid amor,quid ſint cōnubia,curat. Secundò produces Cubus apud Auſonium. Glubo glubis,verbū tertiæ cōiugationis,id eſt corticē detraho. vnde & pecus glubi dicitur,cū pellis detrahitur. Cato de Re ruſtica, Salictum ſuo tempore cædito,glubito atque alligato,librum cōſeruato. hinc deglubo. Sueto. in Tyberio, Boni paſtoris eſſe tondere pecus,nō deglubere. Auſonius metaphoricῶs de impudiciſſima muliercula dixit, Deglubit,fellat, molitur per vtranque cauernam. hîc (molitur) paſſiuum eſt à molo. quod aliquando metaphoricῶs capitur in venereis.

Cōnubium
Glubo

Huber,fixum & mobile: hubertas:inhuber,huberare,exhuberare,hubertus,id eſt abundans. aliquādo eſt viri proprium. omnia cum aſpiratione,teſte Georgio Valla. Virg. Binos alit hubere fœtus. Iubilum,quod ex gaudio, voce,nec tamen verbis exprimitur. hinc Iubilo iubilas,verbum. Sillius lib.14, Et lætus ſcopulis audiuit iubila Cyclops. Calphur. ecloga prima, Non mōtana ſacros diſtinguunt iubila verſus. Fauſtus ecloga quarta, Iubilat omnis ager,vocémq; ad ſydera iactat. Iubileus & per o iobileus,aliunde eſt,vt in prima Enneade docet Sabellicus:ideo non reprehendo Petrarcham, dicentem in ſecundo epiſtolarū ad Clementē ſextum, Et iubileus erit, ſcis quid loquor,annue tandem. Lubricus & Lubrico lubricas,teſtibus Neſtore,Sulpitio & Nebriſſenſi: quia correptionem nondum inuenerunt: nec corripiam,donec inuenero. Pubes,pubeſco, pubertas: vnde impubis, &c. Virgilius,

Huber cum ſuis
Iubilum
Iubilo
Pubes

Rubigo Pube tenus virgo. Rubigo, ferri & ſegetis vitium. Horatius, Iuppiter vt pereat, poſitum rubigine
ferrum. Sic Rubigus & Robigus. Apud Martialem non rubigine cum Neſtore, ſed ærugine cum Sul
pitio lego in ſecundo libro: ſic, Vteris ore aliter, nimiáque ærugine captus

Allatras, nomen quod tibi cunque datum eſt. quamobrem cenſeo non imitãdum nec in hoc, nec in
pluſculis virum alioqui doctiſſimum Prudentium, dicentem in Pſycho. Condere vagina gladium ne
Suber tecta rubigo. Suber. Perſius, Vt tamale vetus vægrandi ſubere coctum. Subula, inſtrumentum cer
Subula donum. Mart. lib. 3, Quódque tibi tribuit, ſubula ſicca rapit. Subulo ſubulonis, lingua Thuſca ſi-
Subulo gnificat tibicinem. Auſonius, Peruerſæ Veneris poſtico vulnere foſſor

Lucilli vatis ſubulo pullipremo. Subulones quoque, cerui quibus ſunt cornua ſimplicia, miniméque
Tuber ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem. Tuber neutri generis, fungi ſpecies. Iuuenalis ſatyra quinta,
Fumat aper: poſt hunc raduntur tubera, ſi ver
Tunc erit. metaphoricῶs tubera dicuntur tumores rotundi in quocunque corpore. diminutiuum eſt
Tuberculum. hinc nomẽ & verbũ Tubero. vnde Extubero extuberas. Tuber verò tuberis, arbor quæ-
dam & illius pomum corripitur. Martial. in Xenijs, Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis,

Et vernæ tuberes. quid tibi cum Libycis? ¶Cubus, Græce κύϐος, id eſt teſſera qua luditur in alueolo,
quam imperiti taxillum dicunt. eſt etiam quadrantal in numeris, cum omne latus eiuſdem numeri æ-
qualiter in ſeſe ſoluitur, vt Ter, tria. producitur Auſonio de ternario, In paribus nouies ternum con-
texere cubum. Mantuanus licenter corripit, Sed iactare cubos, pugnámque laceſſere pyrgo. Cubus, pi
ſcis nomen, producitur à Lippio. Lubricus, Stoa dicit variabile: ſed de correptione deſydero teſtimo
nium. Rubigo, Stoa putat variari: ſed apud idoneos ſemper producitur. In Martiale enim male legi-
tur Rubigine pro ærugine. Et in Ouidio, Scabríque rubigine dẽtes. Vacat(que). Prudentius autẽ ſæpe
errat. Tuber, videatur in libro noſtro de generibus. Auſon. Legatur Pullipremo, non pullopremor.

V ante c

V ante c producitur,

vt Mucus, Lucania, Lucanus, apud Horatium & alios. quare minus peritè dixit Petrarcha in tertio
Aphricæ, Fama dedit nomen ſimili pietate Lucanus,
Strauit opes Lucillius, &c. Mucro, ſemper inuenio produci, licet Neſtor dicat variari.

EXCEPTIO.

Trucido Corripe habentia c, vel n, vel r, ante u: vt Cuculus, nucleus, trucido. quod compoſitione notum eſt.
fit enim è trux trucis & cædo. Lucretius libro 6, Ignem continuò magno clamore trucidat. Tollun-
Cucubo tur hinc Cucubo cucubas, quod noctuarũ eſt. Author Philomelæ, Noctua lucifuga cucubat in tene-
Cucurio bris. Cucurio cucuris, quod gallorum. Idem, Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat. Nuceria, Cam
Nuceria paniæ oppidum. Sillius lib. 8, Illic Nuceria, &c. Et Bruchus producitur à Prudentio. Ducarius, viri
Ducarius proprium: forſan à dux ducis. Sillius libro 5, Aduolat ora ferox, mentémque Ducarius acri, &c. Duco
Educo ducas: vnde educo, nutrio. Catullus, Nuſquam ſe extollit, nunquam mitem educat vuam. Duco, ter-
Ducenti tiæ coniugationis producitur: ſed dux ducis corripitur. Ducenti, duceni. Martialis libro 12, Deinde
ducenta ſonas, & ais non eſſe minoris. non imitabor eum qui dixit, Ducentos quadraginta ſuper (niſi
Lucrum fallimur) annos. Lucrum. Virgilius, Sperne lucrum. Sic Lucror, lucellum. Lucrinus, lacus Campa-
Lucrinus niæ, à lucro, dictus propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. Martialis libro tertio,
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino,

Sugitur inciſo mytilus ore mihi. Lucretius, viri nomen. Ouidius in Amoribus,
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti:

Exitio terras quum dabit vna dies. Lucretia, mulieris nomen, maſculini menſum ſeruat. Lucer-
Lucretius na, contra primitiui naturam, quia à lucendo dicitur. Martialis lib. 10, Seras tutior ibis ad lucernas. Pha
Lucretia leucius eſt. Lucretilis, mons in Sabinis. Horatius 1. Carm. Ode 17, Velox amœnum ſæpe Lucretilem.
Lucerna verſus eſt alcaicus dactylicus. Luceres, Romuli milites, variatur. Ouidius 3. Faſtorum, Quoſque vo-
Lucretilis cant Rhamnes, Luceribúſque dedit. Propert. libro 4, Hinc Taties, Rhamnéſque viri, Luceréſque colo-
Luceres ni. At Luceria, oppidum, producitur. Horatius libro 3. Carm. Ode 15, Tonſæ Luceriam non citharæ
Lucumo decem. Aſclepiadæum eſt. Lucumo, vide V ante m. Sucerda in Lucillio. ¶V ante c producitur, vt
Sucerda Fucus, ſeu phucus, veſpæ genus, & color adulterinus. Catullus, Tincta tegit roſeo conchyli purpura
fuco. Stoa dicit variari propter Columellam, quem legit ſic lib. 11, Delectura quidem fronti, data ſigna
fucorum. vbi Pius legit focorum: nonnulli, furoris. Ab habentibus R ante u. Tollitur propter Pru-
dentium in A Martius. Bruchus, Aut populata fodit gẽmantia germina Bruchus. Buchar, viri no-
men, à Mantuano corripitur. Mucro, Neſtor cenſet naturaliter corripi, ego tantum productum legi.

Buces ſeu byces, lacus. Valerius Flaccus, Quíque lacũ cinxere Bycen. Lucerna, piſcis nomen, à Lip
pio in diſtichis producitur, & ab eodem corripitur in Oppianico Laterna: ſed neutrũ recte, vt opinor.

Sucerda, ſtercus ſuillum. Male dicitur aut ſcribitur in Marcello, Stercus murum ſeu muriũ: quia il-
lud Muſcerda dicitur: corripitur Lucillio apud Nonium, Hic in ſtercore humi, ſtabulíſque, fimo atque
ſucerdis. Vbi pro ſtabulis male legitur ſabulis.

V ante d producitur, V ante d

vt Rudus,apud Columellam in 11. Cudo,contra Alexandrum. Virgilius 4.Georgic.Excudunt cæ- Cudo
ras, & mella tenacia fingunt. In eodem libro menda eſt, Omnia tentanti excuderat. pro extuderat,ab
extundo,vt notauit Badius.Similiter in 8.AEneid.Excuderat,ſcilicet,pro extuderat.

EXCEPTIO.

Pudet,pudor,pudens, commune & proprium. Pudicus,pudicitia.Ouidius,Rapuítque pudorem. Pudet
Ludouicus à neotericis variatur. Rudis,mobile & fixum: vt Ennius ingenio maximus,arte rudis. Ludouicus
hoc eſt apud Ouidium in 2.de Triſtibus.Horat. Spectatum ſatis & donatum iam rude quæris. Ru- Rudis
dẽs,funis nauticus. Virgil,in primo,Inſequitur clamórque virûm,ſtridórque rudentũ. Rudo rudis, Rudens
Seruius vult naturaliter produci:tu propter authoritatem Virgilianã dicas variari. Virgilius 7.AEneid. Rudo
Sera ſub nocte rudentum. Ouidius in 3.de Arte,Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola. Perſius,Findor vt
Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Rudiæ rudiarum,Ennij patria. Sil.lib.12, -Rudiæ genuere vetuſtæ: Rudiæ
Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumno. Rudinus,apud Auſonium,id eſt Ennius. Sudes. Rudinus
vide ſtypes,I ante p. Studeo,ſtudium. Horat.in Arte,Qui ſtudet optatam,&c. Trudes trudis, con Sudes
tra primitiui naturam:quia à trudendo dicitur. Virgilius quinto AEneidos, Studeo
Conſurgunt nautæ,& magno clamore morantur: Trudes
Ferratáſque trudes,& acuta cuſpide contos
Expediunt,fractóſque legunt in gurgite remos. Perticæ ſunt ferro munitæ,quibus naues detrudere ſo
lent , vt videbis apud Virgilium Badiana diligentia illuſtratum. Tudito tuditas, lucri gratia nego- Tudito
tium ago. Ennius, Nec tuditantes rem ceſſant extrinſecus vllam. Tuder tuderis, oppidum Vmbriæ Tuder
neutri generis. Sillius libro ſexto, -vertice montis
Deuexum lateri pẽdet Tuder,atque vbi latis. Dicitur etiam Tudertum tuderti.hinc adiectiuũ ſeu de-
nominatiuum tuders tudertis.vt à Tybur tyburs:quod male quidam putarũt ipſum oppidum ſigni-
ficare tacentes de(tuder).Idem lib.4, Et gradiuicolam cælſo de colle Tudertem. Præteritum contu
di in generalibus patuit. ¶V ante d producitur,vt Rudus. Stoa(ruder)nominatiuum male cenſet.Co
lumella libro 11, Rudere tam pingui ſolido vel ſtercore aſelli. Rudio & rudimentum corripiunt ru,vt
Rudis. Trudes. Virgil. Tractáſque trudes.alij ſudes legunt,putantes trudes non poſſe corripi, quia
trudo corripitur: ſed non ſemper primitiui quantitas ſeruatur. Tudito tuditas.Lucretius in ſecũdo,
Nec tuditantia rem ceſſant extrinſecus vllam . Tudiculare etiam dicitur commouere. Varro, Hicci-
ne nobis terne tudiculaſſe.

V ante f producitur, V ante f

vt Buſo, rufus, Rufinus. Martialis,Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. vbi autem Neſtor legit,
Quique Rhipas Betulúmque tenent.impreſſio Badiana(quam cęteris ſolemus præferre)habet tam in
litera quàm in commentarijs,Quíque Rufas Batulúmque tenent.quæ lectio an vera ſit,nihil aſſero.ſi
vera eſt,neceſſe eſt hic excipere Rufæ rufarum,pro caſtello Italiæ:nec exciperetur Betulum in I ante t: Rufæ
quia hîc Batulum legitur cum A ante t.¶V ante f producitur: ſed Rufæ Rufarum, caſtellum Italiæ
corripitur,teſte Stoa,à Virgilio,Quíque Rufæ,&c.

V ante g producitur, V ante g

vt Rugio.quamuis dixit Philomelæ author,Tygres indomitæ rancant, rugiúntque leones. Bugloſ- Rugio
ſa producitur tantum, teſte Neſtore. Mugilis, piſcis. Catullus,Percurrent raphaníque,mugiléſque.
Phaleucius eſt. Lugeo.Ouidius 1.Metamorph. Luget vt amiſſam.mendum eſt in octauo Aphricæ,
-quàm noſtræ vulnera gentis Nunc lugeo. pro doleo.

EXCEPTIO.

Corripe habentia f,vel i,vel p,ante u:vt Fugo,fugio,iugum,pugil,pugillus. Tolluntur hinc Fruges, Fruges
frugi,frugalitas,& quicquid hinc fit.Iuuen.ſat.5,Ventre nihil noui frugalius. Iugerũ iugere in hete- Frugi
roclitis patebit. Iugis. Sedulius lib.2,Iugibus hoc votis,hoc nocte diéque precemur.Sic cæteri.Ideo Iugis
eundem non ſequar,hoc nomen ſæpe corripientem.vt lib.1,Sceptrũ iuge gloria conſors.Et lib.3,Quæ
domino miſerante iuges. In eodem,Et quotquot tetigere,iugem ſenſere ſalutem. Pugio, teli genus. Pugio
Martialis in Apoph.Pugio quem curuis,&c. Pugillaris & hoc pugillare, vel pugillar, variatur:quia Pugillaris
non ſolum Prudentius corripuit.Iuuen.11.ſatyra,Nec pugillares defert in balnea raucus
Teſticulos.hic adiectiuum eſt. Auſonius ad notarium,Bipatens pugillar expedi. hic corripitur, quia
verſus eſt iambicus dimeter. Prudentius,Vnde pugillares ſoliti percurrere cæras. Iuglans,teſte Neſto
re. Sunt pugillares,tabellæ in quibus ſcribimus. Tugurium. Virgilius in Bucol. Pauperis & tuguri Tugurium
congeſtum ceſpite culmen.¶V ante g producitur,vt Rugio.Mantuanus, Quum fera rugitu vox fre-
mit æquoreo.Stoa aſſerit corripi vt in Philomela, Bebelius produci. Iuglans variatur,teſte Stoa: nec
tamen correptionis affert teſtimonium . Similiter Bebelius. Macer certe corripit. dicitur Iouis glans:
ſed quia o in u mutat,videtur produci, vt Iupiter: licet Iouis corripiatur,etiam propter g & l ſequen-
tes. Bugloſſa variatur Stoæ, correptionem ex nullo probanti: ſimiliter Bebelio.Macer certe corripit:

minus recte,vt videtur:quia Græce(βυ)ſcribitur,vt Bugloſſus aut bugloſſa,piſcis:vulgo ſolea Flandrinis lingua:quia vtriuſque rei formã aut effigiem habet. Vgo aut Hugo variatur à Mantuano. Rugus,loci nomen,Sidonius corripit : viri aut populi nomen produxit. Pugil corripitur. ſed Stoa dicit variari propter illud Prudentij in ſecundo contra Symmachum,Vnctis pugilibus miles pugnabat Hetruſcus.Vbi pugiles pro pugionibus videtur accepiſſe:vtcunque accepit,non eſt claſſicus.

V ante l

V ante l corripitur,

vt Hulul o hululas: vlula, auis nomen. Notentur geminata , vt Bulla: quod tamen Georgius vnico l ſcribit bula.

Fuligo — EXCEPTIO. Produc habentia f,vel g,vel m ante u:vt Fuligo,guliocæ,iuglandiũ putamina:mulus,mula. Sed corripe Fulix vel fulica,auis nomen:gula & mulier. Auienus in Arato,

Et quum parua fulix trepido volat arua volatu

Bulimeon — Stagna ſinẽs. Virg. In ſicco ludunt fulicæ.cætera ſatis nota ſunt. Bulimeon,fluuij nomen.Priſcian.in
Bule — Perih.Bulimeon pariter præſtringẽs littora currit. Bule,id eſt conſilium. Culus.Author Priapæo-
Culus — rum,Et quod nos culum,culeon ille vocat.hic culeus,eſt teſticulus vel teſticulorum ſacculus: veluti apud Martialem,Quum depilatos Chreſte culeos portas.Scazon eſt. quãdo corripitur,coleus dicitur,
Culeus — vt in O ante l diximus. Culeus etiã, eſt vter in quo ſceleſtiſſimi claudebantur cum Simia ſerpente & gallo,vt apud Iuuenalem.vide Simia,I ante m.Interpretatur apud nos vagina. Dicitur quoque per o coleus:& ſic prima corripitur, vt docet Neſtor per Homerum in primo Iliados. Idem contra Tortellium & Guaſparinum docet vnico l ſcribi, & Græcum eſſe contra ineptulos qui crediderant à claudo
Dulia — deriuari. Dulia,& quicquid eſt à dulos,id eſt ſeruus:quia Græce δυλεία per υ diphthõgon ſcribitur,
Dulichium — teſte Calepino.vide in medijs V ante l. Dulichium,cum ch aſpirato in Maleaco mari inſula.hinc dulichius dulichia dulichium.vide Same A ante m.Dicitur quoque Dulichia dulichiæ.Propertius libro
Iulius — 2,Quum tetigit charæ littora Dulichiæ.à Dulicho, Triptolemi filio. Iulius. Virgil. Iulius à magno,
Iulianus — &c. Iulianus & Iuliana,hominum propria.& poteſt à Iulius eſſe poſſeſſiuum Iulius iulia iulium:vt lex Iulia:& Iulianus iuliana iulianum.Martialis libro 3,Si temperari balneum cupis feruens Fauſtine,quod vix Iulianus intraret. Scazontes duo ſunt. Quidam male corripuit:emendabit ſi ſapit.
Pulex — Iulis iulidis, piſcis in Oppiano. Pulex tantum producitur à doctis. nam qui corripuerunt, indigni ſunt quos imitemur,contra Neſtorem,Sulpitium,cæteróſque neotericos. Martialis in Apoph.

Defendit manus hæc ſcapulas mordente moleſto

Pulice,vel ſiquid pulice ſordidius. Pulex etiam vermiculus eſt braſſicis infeſtus, ac alijs quoque herbis. Columel.lib.11,Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſet. Non Ouidius, ſed alius neſcio quis male ait,Parue pulex,& amara lues inimica puellis. Macer de viribus herbarũ, Non metuet pulices,iſtóq; fungantur odore. Sic plures indocti:quorũ ineptijs decepti ſunt Philelphus in ſexta quartæ,& Fauſtus
Pulypus — Ecloga 4,Quid breuis iſte pulex,quid vilis homuncio poſſit. Pulypus & Pulydamas, vide O ante l,
Pulus — Polypus. Pulus,pulaſtra,teſte Georgio Valla: nam Pullus,id eſt niger,ll geminat. Pulegium apud
Thule — Martialẽ. Thule. Iuuen.ſat.15,De conducendo loquitur iam rhetore Thule. inſula eſt,de qua non-
Vligo — nihil in I ante l, Thyle,dictum eſt. Vligo vliginis,humor terræ. Sil. 8,Et quos peſtifera Pontini vligine campi. Maro 2.Georg. At quæ pinguis humus,dulcíque vligine læta. Sulpitius dicit apud eundem
Vlius — corripi,cuius nõ occurrit teſtimoniũ. Ne corripias,niſi inueneris. Bebelius dicit Vlus produci. Vlius, Apollo Mileſius,per υ diphthõgon,id eſt ſalutifer. ¶V ante l corripit,vt Hululo. Ouid.15.Met. Tum quoque Sithonios hululauit mœſta per agros. Stoa variari dicit propter Boetium lib.4.in hoc glyconico,Flere dum parat,hululat. Sed non ſequar. Pulex producitur: nec dicã cum Stoa variari propter carmen de Philomela. Sic etiam producitur tãtum Pulex,viri nomen. Fulica corripitur,ſed Stoa dicit variari propter verſiculum Antiatis apud Gellium lib.18.cap.11,Vt fulica leuis volitat ſuper æquora claſſis.ſed Crinitus legit,Vt fulica ipſa leuis,&c. Corripitur enim Virgilio,Auieno,& Ouidio dicenti 8. Metamor. Nunc celebres mergis,fulicíſque paluſtribus vndæ.aut paludibus. Iulis,piſcis,producitur. Lippius,Iulides has homines. Bula quidem rectius per vnicum l ſcribatur: quia à βυλὴ,quod eſt conſilium,dicitur:ſed tamẽ producitur. De origine vide Feſtum Pompeium. Bulis,vrbis nomen. & Bulimia,per υ,magna fames,origine longa ſunt.

V ante m

V ante m producitur,

vt Humanus,humor,humeo,humecto,& quæcunque hinc fiunt.

EXCEPTIO. Corripe habentia c,vel n,vel t ante u.vt Cumulus,Numantia: licet à Petrarcha in in 2.lib.Epigram. producatur numiſma. Martial. Cur data ſunt equiti bis quinque numiſmata,quare. Male legitur dixit Riga in Luca,Cæſareum numiſma videns quod mõſtrat Hebræus. Græce nomiſma dicitur. à nomos,id eſt lex. Nummus vndecũque dicatur. poſitu producitur tãtum,licet quidam ſine veterum authoritate propter grãmaticorum deriuatiũculas auſus eſt corripere. apud me profecto nihil valuerit grãmaticorum voluntas contra poetarum communem vſum. Numa numanus,tumeo,
Cume — tumulus, tumultus. Tolluntur hinc Cume cumes, vel Cumæ cumarum, Campaniæ vrbs. Horat.
Numen — Non mihi Cumas eſt iter. Stathius 5.Sylu. Collis & Auſonij pridem laris hoſpita Cume. Numen.

Ouid.Si flumina numẽ habetis. Numatius.Mart.lib.10,Simplicior priſcis Numati Galle Sabinis.vo Numatius
catiuus eſt proprij nominis. Struma , tumor & morbus: qui à ſcrophis eum frequenter patientibus Struma
ſcrophula dicitur.hinc ſtrumoſus.Iuuen.Strumoſum atque vtero pariter,gibbóque tumẽtem.Eſt etiã
viri proprium,aut de viro per opprobrium dictum. Catul.Sella in curuli Struma Nonius ſedet.iambi
cus trimeter. Numella,vinculi genus.Lucret.lib.6,Hæc numella videtur.eſt finis verſus. Numella

SVBEXCEPTIO.

Humus,humilis,humerus,nota ſunt cum deriuatiuis. Pumilo vel pumilio,& pumilus:culus fœ- Humus
mineũ Pumila, id eſt Pygmæus & pigmæa. Inuenitur quoque hic & hæc Pumilis. Papin.Sylu.1,Hic Pumilo vel
audax ſubit ordo pumilonum. Ibidem,Mirantur Pumilos ferociores.Phaleucij ſunt. Mart.in Apop. io, & pumil⁹
Parma tibi ſcutũ Pumilonis erat. Colum. Pumiles aues,niſi quẽ humilitas earum delectat, non pro-
bat.Dicuntur quoque per o Pomilo,pomilus,&c. Rumex,herba.Virgil.in Moreto,Fœcũdúſque ru Rumex
mex,maluæ;violǽque virebant.Alij habent inulæ,non violæ. Eſt quoque teli genus, teſte Feſto apud
Lucilliũ, Tum ſpara,tum rumices portantur:tragula porro.Petratcha corripit ſecũdam cum prima in
Rumetũ.¶V ante m producitur,Viſumẽ.Corripe habẽtia c,vel n,vel t ante u:vt Cumulus,crumena,
numerus,numiſma,numa,non numen. Rumulus,pro Romulo:& Rumis, ſeu Remus pro Remo,
Stoa putat poſſe corripi vt corripitur Rumis,& inde irrumo: quin & Romulus corripi putatur apud
Auſoniũ in Sulpitia,Sed genus Auſoniũ Romulíq; exturbat alumnos.Sed carmen illud non eſt Au-
ſonij,ſed poetriæ cuiuſdam non magnæ authoritatis.Nec Romulus corripi poteſt,quia à Roma dedu
citur,non econtrario. Rumor videtur corripi in illo Auſonij,Quantus in amne rumor,quanto ruit
agmine princeps,ſed verius legitur tumor. Glumiæ,guloſi. Lucillius lib.30,Quot veniunt glumiæ,
illæ vetulæ,improbæ,ineptæ.Sic apud Marcellum legitur.

V ante n producitur, V ante n

vt Munio,cunæ,&c.male ergo qui dixit,Dic patribus muniant vrbem,dic mœnia firment.Idem ma-
le ait,Frater & hunc iuxta iunior,frons ipſa fatetur Argutum. Guneus,funis,luna,&c.

EXCEPTIO. Cuneus,inſtrumentum quod ad findenda ligna adhiberi ſolet.huius prima pars a- Cuneus
cutior eſt.Virg.Nam primi cuneis ſcindebãt fiſſile lignum.per tranſlationẽ Cuneus,eſt peditum mul-
titudo,in cunei formã redacta.hinc Cuneatus cuneata cuneatum,excuneatus,&c.vt Cuneatum thea-
trum,&c. Cuniculus, animal notum, & foramẽ.ſubterraneum ex quo vapor trahitur in balnearibus Cuniculus
vaporibus. quod Feſtus neutro genere cuniculũ dicit.Mart.in Xenijs, Gaudet in effoſſis habitare cu-
niculus antris.ſic cæteri in quouis carminis genere. Druna,fluuius in Auſonio. Tunica. Martial. Tunica
Et laxas ſcombris ſæpe dabis tunicas.¶V ante n producitur:ſed Druna fluuius, corripitur in Moſella
Auſonij,Te Druna,te ſparſis incerta Druentia ripis,&c.

V ante p corripitur, V ante p

vt Duplex,ſtuprum. Iuppiter autem geminat pp, vt Supparus: etſi Georgio Vallæ credas,ſtuppa. tu
videto quæ diximus in ſtypa,I ante p.

EXCEPTIO. Produc habentia vel n,vel p,vel r ante u:vt Nuper,pupus,rupes. Pupus,eſt puer Pupus
paruulus ac tenerior:& pupa,ſimilis puella.hinc imagũculas puellares, pupas vocamus. Diminutiua Pupa
ſunt Pupulus,pupula: hinc iterum pupillus pupilla, pro ijs qui extra poteſtatem patris ſub tutoribus Pupulus
eſſe cœperunt.hinc quoque pupula & pupilla ob paruitatem,dicta eſt oculi particula.ſcribũtur omnia Pupillus
vnico p,vt videbis ex Neſtore & Calepino.& deriuatio ſatis declarat.nihil autem horũ corripitur à fide Pupula
dignis:licet grammatici dicant pupilla variari.Mart.Puppam ſe dicit Gellia,cum ſit anus.Perſius, Pupilla
Dicite pontifices,in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc,quod Veneri donatæ à virgine puppæ. Catullus,Deprẽdi modo pupulũ puellæ.phaleu-
cius eſt.Varro,Mammam lactantis ſugentem paſcere puppũ. Horat. in prima epiſtola, -piger annus
Pupillis,quos dura premit cuſtodia matrum. Manilius lib.iiij,Paruula ſic totum peruiſit puppula cæ
lum.Lucret.lib.4.Et quaſi perterget pupillas,atque ita tranſit.Sic cæteri quotquot ſunt fide digni. er-
go contra alios dicas tantum produci.ſiqui contrà ſentiant,vincãt me veterum authoritate. Scrupu Scrupulum
lum quoque produci tantum contra Neſtorem docuimus in Scrypulum,I ante p.quia pro correptio-
ne citat Neſtor ridiculos poetaſtros, vt illic vidimus. Scrupus, lapillus breuis : qui preſſus ſollicitu-
dinem creat.vnde ſcrupulus pro difficultate & ſollicitudine capitur.hinc Scrupeus,ſcrupoſus,& ſcru- Scrupus
puloſus:quæ omnia produci tantum dicimus:licet neotericorum forſan nonnulli corripuerint.Luca- Scrupulus
nus libro 5,Scrupoſíſque anguſta vocant ibi littora ſaxis.id eſt aſperis.Virgilius libro ſexto,
Spelunca alta fuit,vaſtóque immanis hiatu
Scrupea,tuta lacu nigro.Sic Seneca,Rufus,&c.Vnicum corripitur Rupilius,viri proprium. Horatius Rupilius
ſat.7,Proſcripti regis Rupili pus atque venenum. pro Rupilij per apocopen. Bupalus,in Politiano. Cupa

Cupa vnico p,teſte Nebriſſenſi,olim dicebatur caupa:hinc Caupo cauponis.vide Calepinum & in- Cupennius
terpretes Lucani in hunc verſum lib.4, Nanque ratem vacuæ ſuſtentãt vndique cupæ. Cupennius, Stupa
viri proprium. Horatius ſatyra ſecunda, -nolim laudarier inquit, Vpilio
Sic me mirator cunni Cupẽnius albi. Stupa,vide I ante p. Vpilio.vide O ante p,Opilio. Vpupa Vpupa

ſolum corripitur cõtra plures. vide E ante p, Epops. Vſens, ad ſ pertinet: quia Latinum eſt. Virgilius, Atque in mare conditur Vſens. fluuij nomen eſt & viri. Pupugi per regulam generalem corripitur. ¶V ante p corripitur, vt Vpupa, quæ Græcis dicitur Epops. Producito habentia n, vel p, vel r ante u: vt Scrupulũ à nullo claſſico corripitur, licet Stoa putet poſſe variari. Producitur etiam Rupes, vnde legetur ſine (que) illud Gellij libro 12. cap. 1, Aeriæ rupes, mẽs quòd tibi dura feróxque eſt. Pupa ſemper producitur, in quo errat Plautius Perſij interpres. nam apud Auſonium vera eſt lectio, Barbara, ſed quæ Latias vincis alumna puppas. Verſus eſt choriãbicus, ſapphicus, ex tribus choriambis & bacchio: ſic, Barbara, ſed quæ Latias vincis alumna pupas. Cupedo producitur, Cupido corripitur. Lucretius in primo, Haud igitur poſſunt tali ratione teneri

Res in concilium medij cupedine victæ. Et libro 5, Quantæ tum ſcindunt hominem cupedinis acres

Solicium curæ. Et libro quarto, -quo pluria habemus,

Tam magis ardeſcit dira cupedine pectus. Cupedo, eſt cupiditas gulæ. Cupido, eſt præcipue cupiditas & deus amoris, filius Veneris: & ita interdum ſeruat genus maſculinum, ſi ſit alterius rei. Horatius, Arrepta cupidine falſo. Lucretius libro quarto, vt opinor, de alijs rebus fœminino dixit genere,

Hoc facile expletur laticum frugúmque cupido. Bupalus: Politianus in neutro genere, Bupalum & ſtratum morſu, &c.

V ante r

V ante r producitur,

vt Curia, curio curionis. Lucanus libro primo, Audax vænali comitatur curio lingua. Furius, viri nomen. Catullus, Furi & Aureli comites Catulli. Sapphicus eſt. non credo ei qui dicit variari, niſi correptionis egregium teſtimonium videro: nam Martialis etiam in ſexto ait, Tu ſi Furius antè dictus eſſes. Phaleucius eſt.

Curius EXCEPTIO. Curius, viri optimi nomen. Iuuenalis, Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuũt.
Apud Propertium in quibuſdam libris mendoſe legitur Curius pro Curtius libro tertio, Curtius pro
expletis ſtatuit monumenta lacunis. hic Curtius, teſte Beroaldo interprete, lacum ſignificat, qui erat in
Cures foro Romano à Curtio viro forti dictus. Cures, Sabinorum oppidum. Perſius, Diues erat Curibus
Curetis quantum non miluus oberrat. hinc Curetis, teſte Beroaldo in illud Propertij libro quarto,

Quid tum Roma fuit tubicen vicina Curetis,

Quum quateret lento murmure ſaxa Iouis? Hinc Quirites dicti putantur. Itaque dic tubicen Cure-
Curetes tis, id eſt à Curibus: non curetis Iouis. nã Curetes, pro Cretæ populis, & Iouis ſacerdotibus producitur
tantum. Virgilius 4. Georgic. Curetum ſonitus, crepitantiáque æra ſecutæ. Martialis lib. 9, Curetes te-
xere Iouem crepitãtibus armis. Sillius libro 2, Cres erat æriſonis Curetum aduectus ab antris. Ouidius
4. Metamor. vult natos eſſe è largo imbri dicens, Largóque ſatos Curetas ab imbri. Puto ſingularem
eſſe Cures curetis. Curetes quoque, populi ſunt Dalmatiæ. & ſic Curetes corripitur. Lucanus libro 4;
Curulis Illic bellaci confiſus gente Curetum. Curulis. Stathius 4. Syluarum, Exultent leges Latiæ, gaudete
Curules. hic fœmininum eſt pro ſedibus, quibus in curru magiſtratus vehebantur. maſculine quoque
ipſi magiſtratus aliquãdo curules dicti ſunt. Dicitur quoque in neutro genere Curule. Horatius, Cui-
libet hic faſces dabit, eripiétque curule. hoc alij à curru, alij à Curibus deducunt: nobis ſatis eſt recte
Duraton menſum docuiſſe. Duraton duratonis, montis proprium. Martialis libro 4, Et ſanctum Durato-
Durius nis ilicetum. Phaleucius eſt. Duranus, fluuius in Auſonio. Durius, Luſitaniæ fluuius. Sillius li-
bro 1, Hinc certant Pactole tibi Duriúſque Tagúſque. Strabo Duriã appellat: multi Doriam. Durius,
Furo vir, in 16. Sillij. Furo furis, furio furias, furor, furia furiæ. Lucanus, Quis furor ô ciues? Muria, ge-
Muria nus liquaminis. Perſius, Tingat holus ſiccum muria vafer in calice empta. Dicitur etiam muries mu-
Muridus riei. Muridus. Murio, teſte Badio in Sulpitiũ. . Murinus murina murinum, produc poſſeſſiuum
Murinus à mus muris. Martialis tamen corripuit contra primitiui naturam: ſi vera eſt lectio Domitiana libro
nono, Campis diues Apollo ſis murinis. verſus eſt Phaleucius, è plurimis verbis Domitij. ſufficit nunc
hæc ſubieciſſe. Campi murini, dicuntur campi Apollinis Smynthæi. ſyllabam à primitiuo mutat: à
mure murinus corripit. quod dandum eſt poetæ in verbo quod recens pro Smynthæo deriuauit, quan
Nurus uis Plinius hordeum murinum dixerit à muribus. hæc & plura Domitius. Nurus. Ouidius 11. Me-
Spurius tamorph. Ecce nurus ciconum, &c. Spurius, qui incerto patre natus eſt. à ſparin, id eſt ſeminare: quia
ſcilicet nihil aliud de patre quàm ſemen affert. Græcum eſt: nec à ſpurcus deriuatur, vt indocti ſopnia-
Turius runt. hinc verſiculos incerti authoris ſpurios vocamus. Auſonius ad Vrſulum grammaticum, Quiſ-
Thuris que notas ſpurijs verſibus appoſuit. Turius, viri nomen. Horatius ſatyra 1. libri ſecundi, Grande ma
lum Turius ſiquis ſe iudice certet. Thuris thuris, viri proprium. vide Maris, A ante r. ¶V ante r pro-
ducitur, vt Furius, quod Stoa & plures dicunt variari: ſed quia ſine teſtibus ego illis non credo. Neque
producitur furo, vel furor, furiæ, & furiatus: quæ omnia corripiuntur. Furius, eſt virorum nomen.
Producitur etiam Duria, ſi recte legitur Claudianus de laudibus Serenæ, Floribus & roſeis formoſis
Duria ripis. vbi Hermolaus legit Formoſus Curia ripis. Murinus, apud Martialẽ Calderinus & Stoa
legunt: quia Myrinus à Myrina vrbe non diceretur: ſed Myrineus. Aliter ſentit Pylades in ſecundo de
geneal. Vt Myrinus myrina te, quòd in vrbe colunt, &c. Curetes dicit Stoa variari, ſed propterea

non variem ſententiam meam. Furippus per iocum ab Auſonio variatur. Durius, vir, corripitur à Sil
lio: Duranus ab Auſonio, Concedet gelido Durani de monte volatus. Amnis, &c.

V ante s producitur, vt Puſio, muſa, &c.

EXCEPTIO. Fruſino fruſinonis, Italiæ oppidum & illius populus. Iuuenalis ſatyra tertia, Fruſino
-optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur. Sillius 12, Bellator Fruſino. Puſillus, licet puſio & pu- Puſillus
ſus, vnde putatur deduci, producantur. Iuuenalis ſatyra 10, -nec vnquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli. Apud Horatium, Ruſam aut puſillam appellet, &c. puto
legẽdum Ruſam aut ruſillam, &c. Suſanna Suſannæ, proprium mulieris, quam falſò adulterij accu- Suſanna
ſatam liberauit Daniel. Claudian. ad Iacobum magiſtrum equitum, Sic tibi det vires ſancta Suſanna
ſuas. Baptiſta etiam producit. Claudianus potior eſt. Suſurrus ſuſurra ſuſurrũ, vnde ſuſurro nomen Suſurrus
& verbum. Horatius libro 1. Carm. Ode 9, Lenéſque ſub noctem ſuſurri. Iambicus dimeter hypercata-
lecticus. Ouidius lib. 7. Metamorph. Procrin adit, linguáque refert audita ſuſurra. ¶V ante s produ-
citur, vt Buſiris. Virgilius, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras. Stoa credidit primam & ſecundam varia-
ri, legens Stathium in Thebaide: ſic, Non trucibus monſtris Buſirim, infandúmque dediſti
Cercyona: & ſæuũ velles Scirona crematum. vbi licet exemplari ſuffragante legam, Non trucibus mon
ſtris Scinin, infandúmque dediſti, &c. Verba enim ſunt Euadnes ad Theſea, qui Scinin tyrannum ſu-
ſtulit, vt atteſtatur Plutarchus in vita Theſei. Suſanna etiam producitur in Claudiano, quem ſe-
qui tutum eſt.

V ante t in diſſyllabis producitur, V ante t

vt Brutum, animal rationis expers. hinc Brutus bruta brutum, pro ſtolido & bæluto. hinc Brutij, qui- Brutij
dam Italiæ populi (quaſi bruti & obſcœni.) Perſius, Aſt vocat officium trabe rupta, Brutia ſaxa
Prendit amicus inops. Sic Brutianus, Brutus etiam, propria virorum: & verbum bruteſcere, obbrute-
ſcere. Scutum tamen, vndecunque ſunt, ſcutula, ſcutulatus corripiuntur. Iuuenalis, Cærulea indutus
ſcutulata, & galbana raſa. Tutor tutaris, vnde Tutela etiam pro oppido quodã producitur à Martia
le in lib. 4. Epigrammatum. Nuto nutas: apud Sillium in primo male ponitur nutãtia pro micantia:
quod non poetæ, ſed Chalcographorum vitium eſt.

EXCEPTIO. Cutis. Perſius, Ego te intus & in cute noui. Petrarcha, Cutis
Non venit cutis è vitio, quòd ruga ſenilis
Canitiéſque premat. Frutex, vnde frutico, &c. Ouidius 1. Metamorph. -domus antra fuerunt, Frutex
Et denſi frutices, & iũctæ cortice virgæ. Lutum, cœnum, apud Martialem. Hinc Luteus, & lutoſus, Lutum
& lutatus. At Luthum, cum th aſpirato, nomẽ Græcum coloris producitur. Hinc Lutheus & lutheo- Luthum
lus. de ſignificatione & deriuatione vide Neſtorem. Virgilius in Bucol. Croceo mutauit vellera lutho.
Idem, Mollia lutheola pingit vaccinia caltha. Perſius, Surgit tacite tibi luthea pellis. Iuuenalis autem
ſynæreſi vſus eſt dicens, -gladióſque parante
Incude, & lutheo Vulcano ad rhetora miſit. Sunt qui putant corripi, ſed ſynæreſin non attẽdunt. tan-
tum ergo producamus. Muto mutonis, membrum virile: non autem (vt indocti credunt) aries. & va Muto
riatur, quia mutoniatus, id eſt mentulatus inuenitur corripi. Horatius ſatyra ſecunda,
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hæc animus. Lucillius, Mutoni lachrymas tum læua abſterſit amica. Martial. libro 3, Dormis
cum pueris mutoniatis. Phaleucius eſt. ſic in Priapæis, &c. Muthul, vt quidam volunt. Puto, ver- Puto
bum: Puta, verbum & aduerbium. Catullus ad Furium, Noli ſpernere nec putare parui. Phaleucius
eſt. Putus, nomen à putando. Putris. Papinius primo Thebaid. -lacera ora, putréſque Putris
Sanguineo videt imbre genas. Hinc putreo, putror, nomen, &c. Idem 4. Sylu. Deterges ſterilis ſoli pu- Putror
trorem. Phaleucius eſt. At putor, id eſt fœtor, producitur vt primitiuum puteo. A putreo quoque fit
putredo. Ouid. in primo de Ponto, Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis. Rutrum, vt apud Lucil
lium Rutellum. Suthul quidam breuiant. Vter vtra vtrum: vnde aduerbium Vtrum, pro an, ſimi- Vter
liter correptum. nota ſunt hæc: ſed dubium eſt de (vter) ſubſtantiuo tertiæ declinationis. Nebriſſenſis
(cui ſuffragor) credit corripi: quia vterus hinc deductum corripitur. Vti pro vt, aduerbiũ eſt, & cor-
ripitur. Vti ab vtor, producitur. ¶V ante t in diſſyllabis producitur, vt Gluten: vnde glutinum & glu Vtor
tino. Virg. 4. Georg. Narciſſi lachrymam, & lentum de vimine gluten. Stoa legit in de obitu Mecœna-
tis, Conglutinantur aquæ. vbi legendum Conglaciantur aquæ, &c. Mutinũ producitur in Priapæa,
ſicut ab Horatio Muto mutonis. Mutio. Perſius, Mén' mutire nefas. Eſt ſummiſſe loqui, timore offen
dendi. Author Philomelæ attribuit hircis. Tutor vt producitur, ita ab eo deducta, tutela, tutelaris, &
Tutanꝰ, deus: & Tutulina, tutãdi dea. Marcel. Suthul, vrbs: & Muthul, fluuius, à quibuſdã corripiun
tur. Vter variatur à Lapo Florẽtino & in Plutarchi Theſeo. producit enim ibi, Vter vt inſanis, pelagi
iactaberis vndis. Corripitur autẽ ibidẽ in illo Sibyllæ verſiculo, Ipſe madebis vter, ſed non fas mergier
vnquam, &c. Putus, vt puto verbum corripitur: quia putus, eſt purus: putare, eſt purificare arbores &
vites. Ideóque Iuuenalis ſic legetur, Pauca licet portes argenti vaſcula puri. id eſt non admixti auro &

gemmis:nec legetur puti:quia quantitas & ſenſus refragantur. Vult enim extenuare pretium vaſculorum,nõ augere. Argentum autem putum melius eſt non puto,ſed purum vilius eſt eo cui admiſcentur gemmæ,& quod inauratur. Rutrus,cuius diminutiuum eſt rutellus. Lucil.ſatyra 13,

Frumentarius adeſt,modium hic ſecum atquer utelum

Vnà affert. Inſtrumentum eſt,teſte Crinito lib.23. quod hoſtorium Priſcianus vocat,id eſt baculus teres,quo in dimetiendo frumento modij æquantur. Nominatiuus ſecundũ Marcellum videtur eſſe rutrus quartæ. Varro,Stoici filius rutru caput diſplanat. Aſſerit autem rutrum,à rudendo dictum. Pomponius,Illum radiſti rutrum. Varro à ruendo in primo de lingus Latina:cui conſonat, quòd in rutello prima corripitur. Rutum à ruo corripitur,& ſic ruta & cæſa,id eſt diruta:qua voce vtitur Cicero in ſecundo de Oratore,Ne in rutis quidem & cæſis,&c. Putor putoris, videtur tantum produci vt puteo,verbum. apud Stathium Putrotem lego,non cum Stoa putorem. Lutum niſi ſit,vnde luteus color,corripitur. Prudentius tamen de natura animæ,Dicitur in luto quoniam concreta veterno eſt.

V ante t

V ante t in polyſyllabis corripitur,

vt Ruteni,populi. Notẽtur è lõgis,quia producũtur:vt Vtilis ab vtor:glutinũ,glutino glutinas,à gluten. Brutidus,bruteo,à brutus. Hinc Brutidius,ſecundæ declinationis,viri proprium in 10. Iuuenalis.

EXCEPTIO. Buteo buteonis,auis ex accipitrum genere,quam Græci à numero teſtium triorchen appellãt. Orchis apud Græcos teſticulus eſt. Author Philomelæ, Inque paludiferis buteo bubit aquis. non eſt mihi alterius poetæ teſtimoniũ.

Futio · Futilis

Futio futis. Hinc effutio,& nomen futilis. Horatius,Effutire leues indigna tragœdia verſus. Manilius lib.1,Nunquam futilibus excanduit ignibus æther. nota pentemimerim.

Glutio

Glutio glutis,vnde deglutio,id eſt deuoro. Iuuenalis ſatyra quarta,

Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus

Indupeɾatorem.

Gutius · Iuturna

Gutius, viri propriũ,in 7. quintæ Philelphi. Iuturna Iuturnæ, Turni ſoror. Ouid. 1. Faſt. Circa Iuturnæ compoſuere lacus. Idem 2. Faſt. Iuppiter immodico Iuturnæ victus amore

Multa tulit tanto non patienda deo. Sic Virg. &c.

Mutuo · Mutius · Puteo

Mutuo aduerbium,mutuus nomen,mutuo & mutuor verba. Mart. Mutua quòd nobis ter quinquaginta dediſti. Mutius,viri proprium. Iuuenal. ſat.1, Quid refert dictis ignoſcat Mutius,an non? Puteo putes,fœteo. inde putidus,puteſco, putor. Perſius, Diſce,nec inuideas quòd multa fidelia putet

In locuplete penu. Puteoli in Ouidio.

Plutarchus

Plutarchus,viri proprium. Philelphus in ſexta ſecundæ,Plutarchi valido fœcundum nectare pectus.

Puteus · Rutilius

Puteus autẽ corripitur,licet à Puteo verbo fiat. Rutilius, viri proprium,variatur. Mart. lib. 5, Famæ Rutilium ſuæ relinquat. Phaleucius eſt. Ouid. in 1. de Ponto, Et graue magnanimi robur mirare Rutili. Idem 6. Faſt. Hanc tibi præpoſito memorant dixiſſe Rutili.

Struthius · Tutia · Tutius · Tuticanus · Nutrio

Struthius,auis,producitur teſte Neſtore:quia ſcribitur Græce per ου diphthõgon in prima ſyllaba,ſequente th aſpirato:& dicitur etiam ſtruthio. Tutia tutiæ,riuulus in via Appia. Sil. in 13, Tutia deducit tenuẽ ſi nomine riuum. Tutius,viri propriũ. Mart. lib. 3, Romã petebat eſuritor Tutius. Iambicus dimeter. Tuticanus,viri propriũ,producitur authoritate Ouidij,vt in præfatione probaui. Nutrio, Sulpitius dicit produci tãtum, quem Neſtor carpit propter authoritatem Claudiani dicentis, Sæpe nutrit,ducítque ſimul,refouétque leonem. Neſtorem refellit Bebelius volens legendum eſſe,Spe nutrit,non Sæpe nutrit. vtvt eſt,video Philelpho correptionẽ placuiſſe. vt in prima Decade, Hunc ſoror, hunc vxor nutrit,illum filia pellex. Ego libẽtius produxero:quia optima eſt Bebelij opinio. ¶V ante t corripitur in polyſyllabis,vt Puteus. Puteoli tamẽ inde ductum producitur,metri neceſſitate. Ouid. 13. Metam. Puteolóſque ſinus, Meſſapiáque arua relinquit. Strabo autem lib. 5. dicit,quòd alij à puteis,alij à putore deducũt:ſicut ab vtroque Varro & Feſtus. A putore autem,vt dixi,bene producitur. Puticulæ puticularum,vel Puticuli puticulorũ,quòd potius à putendo,q̃ à puteis Varroni deduci videantur,produci quoque videntur. Mutito, id eſt mutua ago,vt mutuum putem produci. Butyrum,id eſt bouis caſeus,ab Latinis quidem corripitur, ſed vix reperies apud claſſicũ. Græci certe,vt notauit etiam Bebelius,primã producunt,quam per ου ſcribunt. Butonius aut butonium,herba per ου,in quarto Theophraſti. Struthophi, populi ſtruthorum pellibus tecti, in 16. Strabonis. Struthocameli, animalia. Struthius,auis. Struthea,vrbs. Struthea,mala cydonia minora & odoratiora,& Struthopodes,per ου omnia hæc ſcribuntur. Sicut & στρουθός,paſſer:& ſtruthion,paſſerculus, & herba quam radiculam vocamus.

V ante u

V ante u producitur,

Iuuerna

ſi conſonans nulla pręcedat,vt Vua: ſecus corripitur,vt Iuuo,pluuia. Vnicum tollitur Iuuerna,quod producitur:& eſt regio inter Hiſpaniam & Britanniam. Iuuenalis ſatyra 2, -arma quid vltra

Littora Iuuernæ promouimus,& modò captas

Orchadas,& minima contentos nocte Britannos. ¶V ante u conſonantem corripitur,præcedente conſonante:vt Fluuius à fluo,fluuidus,quod Lucretius in ſecundo. ſed Pius aſſerit tribrachum pro dactylo licenter poſuiſſe,cum diceret, Sed quòd amara vides eadem quæ fluuida conſtant. Et in eodem, Nam quod fluuidum eſt è leuibus atque rotundis. Vbi m non abijcitur.

Mediarũ ſyllabarum quãtitas.

MEDIA ſyllaba eſt,quæcunque eſt inter primam & vltimam. Ea noſcitur poſitu, vt poteſtis: Diphthongo,vt Matthæus: Vocali ante vocalem,vt Pluuia: Accẽtu longo vel breui,cremento,exemplo & regula. De generalibus regulis ſatis dictum. De diphthongo ante conſonãtem dicemus in E litera,vt in primis fecimus. Sed ne in notis morer,deſino præfatiitem aggredior.

A IN MEDIIS ANTE CONSONANTEIS.

A ante b corripitur,vt Cannabis. — A ante b

EXCEPTIO. Producuntur verbalia à prima coniugatione in(bilis)&(bundus)vt omnia nomina in abulum : vt Amabilis, lætabundus, venabulum, acetabulum,&c. Inſtabilis corripitur,vt ſtabilis:ſic Inhabilis,&c. Atabulus,ventus Apuliæ peculiaris. vide A ante p, Apulia. Barabbas non ſatis docte quidam excipiunt,quia poſitu producitur,vt Neſtor docet:fit enim à bar,id eſt filius: & abba,id eſt pater . Vocabulum eſt ſyrum, teſte Hieronymo. Sedulius libro 3, Tunc coluere Baal, nunc elegêre Barabbã. Errauit igitur Riga in Luca,Sed ſolui Barabbã,non CHRISTVM poſcit Hebræus. — Atabulus — Barabbas

Amabo nõnulli ſcioli voluere corripi,quãdo eſt blãdiendi interiectio,ſed nugantur: quia ſiue verbũ ſit,ſiue interiectio,producitur ſolum. Catul. Amabo mea dulcis Ipſithilla. Mart. lib. 8, Dic verum mihi Marce,dic amabo. Sidon. ad Fœlicẽ,Dic dic quod peto,magne dic amabo. Dolabra puto naturaliter produci propter diminutiuũ Dolabella,quod in viri nomen abijt, licet eum o in ſecunda Dolobella vulgo dicatur. Certe ſecunda producitur.ergo vel hic vel in o ante b excipiendum nomen fuit, quod ante me nemo fecit,quod ſciam. Iuuen. ſat. 8, Inde Dolabella eſt,atque hinc Antonius,inde Sacrilegus Verres. Addit Aldus Manutius, vir facile doctiſſimus Candelabrum & volutabrum: quia è longis ſunt. Sic etiam velabrum & ventilabrum. — Amabo — Dolabra

A ante c corripitur,

vt Syllacæum, AEacus, Dyrrhachium, Tribrachus, Amphibrachus, &c.

EXCEPTIO. Producuntur nomina in aculus,a,um,tam adiectiua quàm ſubſtantiua: vt Vernaculus,nouacula,habitaculũ. Et in aceus,a,um:vt Herbaceus,vinacea vinaceorũ:& in acius, Gallinacius: & deducta è barbaris,vt Dordacũ,Cameracũ,Garlacus,&c. quæ accentu noſcuntur. Ancaches ancachæ,cum ch aſpirato,populi nomẽ eſt. Val. Flac. lib. 6, Doctus & Ancaches patulo vaga vincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas. Bænacus,vide Larius, A ante r in primis. Bonifacius,viri nomen,contra primitiui naturã. Sidon. ad Fœlicem, Quorũ vnus Bonifacium ſecutus. Cloaca. Iuuen. Pinguis torrente cloaca. Cochlaca,cum ch aſpirato in ſecunda ſyllaba,veluti cochlea,vnde dicitur:eſt nanque lapillus ex flumine rotundus,ad cochlearum ſimilitudinem. Producitur,teſte Neſtore: fatetur tamen ſe nondũ exemplum metricum inueniſſe:nec ipſe inueni:nihilominus Neſtori aſtipulor. Eumacus,viri propriũ,in 2. Sylu. Papinij. Filimacius & filimacia,vide I ante l. Iracundus. Horat. Impiger,iracũdus,inexorabilis,acer. Siquid aliud ſit in acundus,producatur. Iacis in Ouidio, Iacob in Prudẽtio. Laudace Laudaces, propriũ mulieris in Priapæis. Limaca,nomẽ primæ à limax. — Ancaches — Bænacus — Bonifacius — Cloaca — Cochlaca — Eumacus — Filimacius — Iracundus

Meracus. Perſius, Anticyras melior ſorbere meracas. Hinc meracior meraciſſimus,id eſt merus, omnes producunt. Calepinus putãs etiã corripi,citat verſiculũ, Conſtitui meracas,edidicíque notas. quem male credit eſſe Virgilij,vt Badius notat:id quidẽ minime iniuria, quia opuſcula pleraque Virgilij eſſe dicuntur,nec ſunt . Cæterum dictũ verſum inueni in Priapæis,quæ Badius non cenſet Virgiliana, vbi Priapi verba ſunt, Sed rudis hic dominum toties audire legentem — Laudace — Meracus

Conſtituit meracas,edidicíque notas. Quiſquis Priapæa cõpoſuit,licet impudicus, tamẽ doctiſſimus fuit omnino imitandus:ſed Priapæa,temporum incuria,plerunque mendoſa ſunt: & hîc mendum eſſe ſuſpicor,licet non ſtatim liqueat quo pacto reſtituendum ſit. ſic in eodem opere, Quædam ſenior Hectoris parente. pro annoſior. Phaleucius eſt. vt poſtea, Vndæ Tenedos æquoríſq; regi. Et in Catalecto, Si laudem aſpirẽ humilis,ſed adire ſirenas. ergo Meracus ſolum producito. Idem Calepinus dicit verbum Hippaco hippacas mediam producere, quod, teſte Feſto, ſignificat celeriter ducere. Muſtaceus vel muſtaceum,libi genus ad conciliandum ſtomachum:à muſto,vel à muſtace lauro(vt quidam volunt)nomen deductum eſt. Iuuen. ſatyra 6, Cauſa nec eſt quare cœnã & muſtacea perdas. Papinius in 1. Syſu. maſculine producit. Cato de re ruſt. Muſtaceos ſic facito. Numacius, vide V ante m. Opacus:vnde verbum Opacare. Virg. Frigus captabis opacum. Otacilius, viri nomen. Martialis libro 10, Torquatus nitidas vario de marmore thermas — Hippaco — Muſtaceus — Numacius — Opacus — Otacilius

Extruxit,cucumã fecit Otacilius. Paſtinaca,herba pix & piſcis,trigon ac turtur. Macer, Et paſtinacæ virtus in ſemine tantum,nondum inueni apud alium. Piſtacium,ex nucum genere arbor. Palladius, Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacea ramos. Pittacium gemino tt corripitur,teſte Neſtore. At Petacius producitur. Rufus in Arato, Gramma ſi carpit ſemeſa Petacius anſer. Portulaca, herba. Macer. — Paſtinaca — Piſtacium — Pittacium — Petacius — Portulaca

Pediacia ἀνδράχνη Græce,quæ portulaca Latine Dicitur.apud aliũ non legi. Pediacia,viri propriũ. Horat.
Phæacia ſat.8,Iulius & fragulis Pediacia ſurque Voranus.nonnulli per t ſcribunt Pediatia. Phæacia,regio:populi Phæaces ſunt & Phæaci & Phæacij,ſemper producitur. uã apud Propertiũ Phæacas optimi libri
Sarracum habent,vbi mendoſe Phæacias legitur. Phanaces,dei nomẽ in Auſonio. Sarracum gemino rr,vehiculi genus ſine aſpiratione:quia,teſte Placentino,Phœnicium eſt nõ Græcum. Iuuenalis ſaty.5,Frigida circunagunt pigri ſarraca Boote. Sarraca,duarum vrbium nomen eſt,quarũ vna eſt in Media,altera
Sampſacum in Arabia. Selachia,piſcis in Oppiano. Salacia,dea in Pylade. Sampſacum,herba quædam, teſte Goudano cum Bebelio,qui dicit Heraclitus à Græcis corripi.ergo nos corripere poſſumus,ſi opus fue
Syracuſæ rit:quia nulla authoritas obſtat, quum poſitu,non natura producatur. Syracuſæ ſyracuſarum, vrbs Siciliæ cum y Græco variatur,ſed productio eſt frequentior. Sillius lib. 14,Ipſa Syracuſæ patulos vrbs inclyta muros. Auſonius de Syracuſis & Catina,Quis Catinã ſileat aut quadruplices Syracuſas? Sillius lib. 14,Inde Syracuſias caſtris circundedit arces. Virgilius in Bucol. Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu. hic tertia contra primitiui naturã corripitur,quia Græce ſcribitur per ȣ diphthongon. Sed(vt bene dicit Ferettus)quando corripitur,merito ſcribitur per o Syracoſius,vt diximus de pulypus & polypus,culeus & coleus,Vrion & Oriõ. Id diligentiſſime cõſyderandum eſſe docet Ferettus:quia ȣ diphthougus ſemper vertitur in u longum,& correptionis gratia aliquãdo in o. Ergo(vt cũ Feretto ſentio)
Valaci per u ſcribimus producẽdo Syracuſius, Vrion:per o tãtum,vbi corripimus,Syracoſius,Orion. Valaci, populi apud Baptiſtã in exhortatione cõtra infideles. ¶A ante c in medijs corripit:ſed Iacob à Prudẽtio producitur,ſed,vt opinor,in priore:quia diſſyllabũ fecit in Apotheoſi,Hoc colluctantis tractarũt brachia Iacob. eum tamen tanquam mediam producẽtem inſecutus amicus noſter Eligius Houcarius dixit,Mater Iacobi reliqua cũ prole ſecuta eſt. Claudianus autẽ,vt eum citaui,in(Iacobus)tertiam ſolã produxit. Produc in aculum,vt tabernaculũ,quod Bebelius non recte indifferens cenſet:vt ſimilia quatuor aut quinque ſyllabarũ. Bonifacius,quia omnes ſunt breues Crinito,Bonifacꝰ dicitur. Cloacina à Prudentio contra Sabellianos producitur, Nemo Cacinæ aut Tiphonæ ſuper aſtra deabus Dat ſolium,quamuis ſolidam perſoluat acerram. Videtur enim à Cloaca ductum. Cluacina, Venus à cluendo, id eſt pugnando,colitur Lacedæmone,& Romæ armata & barbata. vnde Auſonius, Armatam Venerem vidit Lacedæmone Pallas,&c. Plautus in Curcul. Qui mendacem & glorioſum apud Cluacinæ ſacrũ,&c. Verſus eſt ſeptenarius. Salacia,piſcis producitur à Lippio:Salacia, Neptuni vxor à Pylade. Iſacipara producitur à Mantuano. Iacis in quarto de Ponto Ouidio producitur, Ipſa vides onerata ferox vt ducat Iacis. Lingulaca,piſcis & mulier. pro muliere Plautus in Aſinaria,Ea lingulaca eſt nobis:nam nunquam tacet. Verſus ſenarius. Minaciæ,id eſt minæ. Plautus in Rudente, Minacias ego iſtas flocci nõ facio. Iambicus trimeter. Videtur ſequi obliquos minax. Lucaniacus,nomen Bacchi apud Auſoniũ. ſic & Phanaces. Iacchus cc duplicat. Limaca ſequitur obliquos nominis limax. Pheacius apud Propertiũ lib.3, Nec mea Pheacias æquãt pomaria ſyluas. Legam pheaxas.

A ante d

A ante d corripitur,

Carneades vt Carneades,philoſophi nomen. Fœlix lib.4, Carneadéſque parem vim gerat helleboro. Academia
Troiades opinor corripi ſolum. vide A ante c:vt Troiades contra quoſdam qui putauerunt variari. Virgil. At procul in ſola ſecretæ Troiades acta. Perſius, Ne mihi Pulydamas,aut Troiades Labeonem Prætulerint. hic putãt Troiades produci:quia per tres ſyllabas legunt: quum per diæreſim ſit tetraſyllabum, vt Troia:aliquando triſyllabum,veluti alibi monſtrauimus. In adus ex barbaris propria producũtur,
Ageladas EXCEPTIO. Ageladas ageladæ,egregij ſculptoris nomen. Columella lib. 11,
Abaddir Nec Polycletæa vel Phragmonis aut Ageladæ
Cicada Arte laboretur. Abaddir poſitu extenditur,eſt lapis quẽ Saturnus glutiſſe dicitur. Cicada. Martialis in 1, Sed quandam volo nocte nigriorem
Iader Formica,pice,gracculo,cicada. Phaleucij ſunt. Iader vnico d,fluuius in Hadriaticũ mare fluens:vnde
Iadra oppidum non procul ab eo eſt Iadra appellatum,quod producitur tantum. Lucan. lib.4,Et tepidum
A ante f in molles Zephyros excurrit Iader. A ante f ſi inueniatur in ſimplicibus,corripietur,vt multi dicũt. Venafrum tamen & Venafranum tantum producta legi:& Caraſa in Baptiſta. ¶A ante d corripitur, vt Leucadia,puella. Propertius,Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ. Plautus tamen videtur producere in Curc. Ditis damnoſos maritos apud Leucadiam Opperiam. Iambicus ſeptenarius. Aſclepiades Prudentius non recte producit. Troades Stoa aſſerit variari:fatetur tamen,quod verum eſt, Troades poſſe legi,quo modo recte legitur in proœmio Perſij. Naiades Tortellius male credidit variari,quia teſte etiam Aldo,tetraſyllabum eſt. vt in Bucolicis, AEgle Naiadum pulcherrima. Legitur tamen triſyllabum,vt Pleiades,ſed a corripitur. Alladius,Latinorũ regis nomen. Paulus Marſus producit in Geneal. Ro. Succedit ſuperos imitans Alladius ignes.

A ante g

A ante g producitur,

Quadraginta vt Virago,quadraginta,& ſimilia. vide A in vltimis:ideo male quidam corripuit quadraginta. vide in V ante c,Ducenti. Bethphage,teſte Bergomate:repagulum,contagio,ambages,quæ compoſita ſunt, vt coagulum. Tibullus lib.2,Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte.

I.j.

EXCEPTIO.

Compoſita præſertim Græca libentius in medijs docemus quàm in primis,quòd horum compoſi-
tio pleroſque lateat.Compoſita igitur ab Agoge,id eſt ductio,corripiuntur contra plures. Matara- Agoge
tius recte ſenſit:ſed ſine teſtimonio rem egit. Tollam igitur ego primus vt multos alios,& hunc ſcru-
pulum.Itaque aſſeuero hæc corripienda eſſe,Iſagoge,paragoge,ſynagoga,pædagogus,&c. In iſagoge Pædagogus
puto primam produci,quia Græce eſt ει diphthongus. Martialis lib.12,Crinitæ Line pædagoge tur-
bæ.Phaleucius eſt.vbi(pæda)eſt trochæus.ſic ſynagoga apud Sedulium recte corripitur.Agoge venit
ab ago verbo Græco. ab eodem Apage:ergo hoc quoque corripitur. Corripiuntur quoque no- Apage
mina ſecundæ,vt Lucagus,Vertagus,Pāphagus,& quicquid eſt à phagin,id eſt comeſſe. Onager,Me-
leager,canager,quæ ſiquando videantur produci,menda eſt pro Onagrus,Meleagrus,&c. Nam & ſic
quoque dicitur. Suffragium à ſuffragor producitur.Petronius Arbiter, Ad ſonitum ſtrepitúmque Suffragium
lucri ſuffragia vendunt. Sic verba ſuffragor,refragor:ideo non probo verſiculum, Suffragor & refra- Suffragor
gor,patrocinor,auxiliórque. Ouidius in Priapæis, Copias ius perdit,tu ſuffragare rogatus. ſic nomen
ſuffrago ſuffraginis producitur,vt contagium.Virgilius,Nec mala vicini pecoris contagia lædent. Et Contagium
apud Suetonium Choragus,& Virgilium Oleaginus. Comagenus quoque viri proprium produ- Comagenus
citur apud Iuuenalem. Corripiuntur ſine dubio Naufragus, Naufragium. In quinto Manilij ne- Naufragium
ceſſitate metri dicitur,Incubuit pontus,timuit naufragia tellus. Corripiuntur omnia ab Agora,id Agora
eſt forum,vt Pythagoras, Anaxagoras,Hermagoras, Athenagoras,&c. quæ ſunt virorum propria. Pythagoras, &c.

Ab eodem eſt(vt opinor)Mandragora, herbæ nomen.Colum.lib.11,
Quanuis ſemihominis veſano gramine fœta Mandragora
Mandragoræ pariat flores,mœſtámque cicutam.Martialis lib.6,Inuentus mane eſt mortuus Andra- Agria
goras,&c.Corripiuntur quoque ab Agria,id eſt dolor & atrocitas,vt chiragra,podagra.Mart.lib.9, Chiragra
Tortorem metuis?Podagra chiragráque ſecatur Podagra
Caius,& mallet verbera mille pati. Acragas,mons & oppidum.Virgilius 3.AEneid. Acragas
Arduus inde Acragas oſtendit maxima longe Mœnia.hunc libentius ſequar quàm Priſcianum,qui
in pluſculis puritatem Romanam minus cuſtodiuit:vt quum dixit in Perihegeſi(ſi tamen Priſcianus
author eſt)Hic ſalis Acragas miracula poſſidet vnus.genitiuus eſt Acragantis. Abdenago,teſte Sul- Abdenago
pitio. Allage,id eſt mutatio.hinc Hypallage,&c. Aſtyages,viri nomen. Sidonius in primo panæ- Aſtyages
gyrico,Aſtyages Cyro pellendus forte nepoti.Ouidius 5.Metam.
Quem ratus Aſtyages etiam nunc viuere longo
Enſe ferit.ſcribitur cū y Græco. Arpiages,viri propriū in Ibin. Attagen,Attagena patent in A an- Cartilago
te t. Cartilago,teſte Calepino & Bebelio:& eſt circa aures concauitas. Lalage lalages,nymphæ & Lalage
mulieris nomen.Martialis lib.2,Deſine iam Lalage triſtes ornare capillos. Maſſagetæ,vide E ante t. Maſſagetæ
Pantagia fluuij nomē,vide Patagia in A ante t. Paphagones,Paphagonia,vide A ante p. Thyr- Pantagia
ſagetes thyrſagetæ,populus Scythiæ,cum th aſpirato & y Græco.Fuit autem is populus Orgijs Bac- Paphagones
chi deditus, vnde nomen habet à thyrſis ducendis ſiue agendis, quod ſatis reprobat eos,qui apage, Thyrſagetes
pædagogus & ſimilia putarunt produci. Valer.Flac.lib.6,
Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis
Thyrſagetem,cinctúmque vagis poſt terga ſilebo Pellibus,& nexas viridātem floribus haſtas. Bir-
rhaginus,viri propriū,producitur à Philelpho in 18. ¶A ante g producitur,vt Indago nomen & ver
bum:& indagus,a,um,quod Stoa correptum legit apud Capellam,Indaga veri. ſed legendum eſt in-
diga. Comagenus,populus Syriæ.Iuuen.Tractato Armenius vel Comagenus aruſpex. Choragus
non corripitur, vt olim male docui : ſed reuocaui à nullo admonitus,niſi illo Suetonij in Auguſto,
Quum primum iſtorum conduxit menſa Choragum. Græce per ω ſcribitur,quod in e vel in a longū
noſtri vertunt. Apage autem ſine dubio corripitur. Plautus in Amphitryone,Apage,nō placet me
hoc noctis eſſe: cœnaui modo. Pelagius.Mantuanus, Armipotens ſumptis audere Pelagius armis.
cū videatur à pelago deduci,ſed neceſſitate metri producitur. Idem corripuit ſemel Gonzagida, quā-
uis producatur Gonzaga. Abagarus corripitur à Mantuano. Naufrago & naufragium aut naui-
fragus corripitur. Virgilius, Caulonîſque arces & nauifragum Scylacæum.non naufragum. Ouidius,
Nauifragúmque fretum gemino quod littore preſſum. Manilius ſine dubio producit naufragia.
Suffragium à ſub & frangor,non,vt quibuſdam videtur,à ſuffragor,quod producitur, corripitur in
opuſculo de Nuce,Quid,niſi ſuffragium nymbos vitantibus eſſem? Thyrſagetæ & Thyſſagetæ &
Thuſſagetæ recte dici ex Hermolai caſtigationibus cognoſces,& in omnibus a corripitur. Calagur-
ris oppidum.Prudentius in Cæſare Auguſto,Noſtra geſtabit Calagurris ambos.Sapphicus eſt.Man-
tuanus etiam corripit,Sed Calaguram vocat. Pendragon,pater Arturi, corripitur à Mantuano : ſed
etiam vltima multo durius.dicitur caput draconis lingua Britonum. Pelagon,viri nomen corripi-
tur octauo Metam. Andrago,herba,producitur à Macrobio.Stoa vult corripi:ſed ſine teſtimonio.

A ante l corripitur, A ante l

vt Coralium,licet productionis gratia & noue quidem Claudianus ll geminauit. Merdaleus in Pria-

pæis. Italus,Tantalus.vnde Italis,Tantalis. Italia,licet ſemel à Manilio producatur.
EXCEPTIO.Produc deriuatiua in alis & ale,vt animalis. Manilius lib.2,Omnia peruolitans cor-
púſque animale figuret.ſic Aqualis:vnde aqualiculus.Perſius,Pinguis aqualiculus,&c. Grãmati-
cus,a,um,melius dicitur quàm grammaticalis.Sidonius tamen inquit in laudibus Narbonis,
Quicquid rhetoricæ inſtitutionis,
Quicquid grammaticalis aut palæſtræ. Phaleucij. Vitalis producitur.ſic Vitalianus(vt opinor)licet
Abeſalom corripiat Philelphus in ſecunda ſeptimæ. Abeſalõ,dictio tetraſyllaba,non Abſalon.interroga Chal-
dæos & Græcos & Hebræos.cum e ſcilicet ante ſ,& m non n,in fine, pœnultima producta. dicit hoc
contra Sulpitium Neſtor.Non recte dixit Philelphus in tertia ſecundæ, -pœnas Abſalon horrendas
Aretalogus dederat,Dariíque vocarunt. Idcirco Sattrapas peccat item in Darius,vt alibi oſtenſum eſt. Aretalo-
Aſcalon gus,vide E ante t. Aſcalon,teſte Sulpitio,ſic Aſcalonium : licet aliter videatur ſentire Calepinus.
Atalanta Atalanta Ouidius variat: productio eſt perrara. Canalis,vide A ante n. Caramalus,viri propriũ
Canalis apud Sidonium in laudibus Narbonis. Cephalenia,inſula Ionij maris.hinc Cephalenus,cephalena,
Caramalus cephalenũ.Sillius 15,Saxa Cephalenum & ſcopuloſis Neriton aruis. Focale,vide O ante c. Genealo-
Cephalenia gus in Prudentio. Ialyſij cum y Græco in ſecũda ſyllaba,populi ab Ialyſo Rhodi vrbe.aliqui tamen
Focale ſcribunt per e in ſecunda ſyllaba,vt notat Tortellius. Ouidius 7.Metam.Phœbeámque Rhodon &
Ialyſij Ialyſios Telchinas.Nominatiuus oppidi eſt Ialyſus. Magalia,vide A ante g. Mapalia,vide A ante p.
Magalia Meſſala,viri proprium:vnde Meſſalinus & Meſſalina,poſſeſſiua & hominum propria.Perſius,Meſ-
Mapalia ſalæ lippa propago. Omphale,Herculis amica.vide I ante g,Gyges. Omphalos appellatiuũ, corri-
Meſſala pitur ab Auſonio. Pharſalos,oppidi nomen. Pharſalus,viri nomen,qui oppido nomen dedit.hinc
Omphale Pharſalus pharſala pharſalum,& Pharſalia id eſt Theſſalia:omnia produeuntur præter Pharſalia,quod
Pharſalos variatur,ſed rectius producitur.Lucan.lib.6,Emathis æquorei regnum Pharſalos Achillis.Ibidem,Ex-
ire è medijs potuit Pharſalia campis.ſic idem ſemper.Ouidius 15.Metam. -obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ,Pharſalia ſentiet illum.Catul.Pharſaliam coeunt,& Pharſala tecta frequentant.
Alij habent ſine coniunctione,Pharſalia tecta frequentant. Hunc imitatus Petrarcha in ſecundo A-
phricæ dicit,Hæc & Pharſalicas mortes,Ephyreiáque arma. Et Alcimus,
Mantua da veniam fato ſacrata perenni,
Sandalium Sit fas Pharſaliam poſt Simoenta legi. Sandalium,id eſt ſolea : & Sandaliotis,inſula ſic ob formam
dicta.Virgilius,ſiue(vt Domitio placet)Lactantius in obitu Mecœnatis,
-argentata tuos etiam ſandalia talos
Sardanapal9 Vinxerunt certe,nec puto Bacche negas. Sardanapalus,vltimus Aſſyriorũ rex.Vide I ante u, Sca-
phium. Sodalis,vndecunque fiat. Stymphalus cũ y Græco,lacus Arcadiæ:in cuius ripis erat Stym-
phalum oppidum.hinc ſtymphalius,a,um:& ſtymphalis ſtymphalidis.Martialis lib.9,
AEripedem ſyluis ceruum,Stymphalidas vndis
Abſtulit.Ouid.lib.2.Faſtorum,Teſtis erit Pholoe,teſtes Stymphalides vndæ. Virgilius,aut Auſonius
potius de laboribus Herculis,Deijcit horriſono quinto Stymphalides arcu.ſic cæteri.ideo mendoſe le-
gitur,Stymphalides pepulit volucres diſcrimine quinto. Legendum eſt profecto, Stymphali pepulit
volucres diſcrimine quinto.quod ante me neminem animaduertiſſe vehemẽter miror: præſertim cum
pleraque in Virgilij opuſculis librariorũ vitio ſint mẽdoſa. ¶A ante l corripitur,vt Omphalus apud
Auſonium,& interpretatur vmbilicus. Omphale ſemper producitur:licet Fulgentius ab Omphalus
deductum velit:quia eius etymologiæ ſunt pleræque friuolæ. Choraliſtria,auis,producitur in quarto
Propertij. Italia ab omnibus corripitur,vt Italus:præterquam ſemel à Manilio lib.4,Gallis protenſis
Italia maxima bellis.ſed propter paucorum licentiam nolim in fluuidus,naufragium,aut Italiã,ſylla-
bam male productam communem cenſere. Stymphalus & Stymphalides ſolum produxero cum do-
ctiſſimis,licet Bebelius & Stoa inter ambigua locarint propter illum verſiculum Virgilij,qui à multis
Auſonij putatur:Stymphalides pepulit volucres diſcrimine quinto. vbi ſine vitio legatur Stymphali.
Nam Stymphalides Virgilius produxit,Deijcit horriſono,quinto Stymphalides arcu. In eodem ta-
men errore fuit Pylades libro quinto,dicens de Hercule,Stymphalidas ſummo percuſſit in aere telis,
Stymphalus Arcadico quas tulit orbe lacus.Aliter Claudianus de Hiſtrice,Audierã memorãde tuas
Stymphale volucres.Et Catullus, Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta
Perculit imperio deterioris heri.In prima tamen ſcena Perſæ corripi videtur,Cum auibus Stympha-
licis,cum Antæo deluctari mauelim. Sed ego aut Stymphali legam, aut luctari malim. Cephalle-
nia in Strabone ſcribitur:in alijs perſæpe Cephallene.quibuſdam Cephalonia.Seneca in Troade,Greſ-
ſus nefandos dux Cephalonum admouet.Iambicus trimeter. Notmitala.Auſonius,Dum Notmita-
læ ſolita eſt oſtẽdere gazas. Atalanta variatur.Ouidius Metam.8,Venit Atalanta Schœnei pulcher-
rima virgo.Idem Metamorph.10,Nil opus eſt Atalanta tibi,fuge coniugis vſum.Domitius duas aſſe-
rit Atalantas:alteram Iaſij,alteram Schœnei filiam:ſed in his Ouidius tantũ de Schœnei filia loquitur.
Abeſſalom Stoa correpturum ſe dicit,donec productionis inuenerit teſtimonium,quod ego illi ſuf-
ficiam.Prudentius in Amart. Solus Abeſſalom lacerans pia viſcera ferro.Sic ibidẽ ſæpius, nec vnquã
corripuit. Aldus ſemper gemino ſſ impreſſit. Corallis etiã Auſonius dixit in Moſella,Quum viri-

des algas & rubra corallia nudat. Aliter Mantuanus in quarto Sylu. Date ceruicem corallia circum.
Magdalena neceſſitate metri producitur à Mantuano. Ialyſos vel Ialyſus Græce per η ſcribitur, quæ hic in a longum vertitur. Interpres Strabonis lib. 14. ex Homero, Lindon Ialyſonque dein, clarámque Camiron. Vide Volaterranum lib. 10. Genealogus & Genealogia, neſcio an metri neceſſitate, an natura producuntur. Prudentius contra Sabellianos, -cum patre CHRISTVM
Eſſe deum, velut ille inquit genealogus idem:
A domino dominus flammas pluit in Sodomitas. hoc eſt Moſes Geneſ. ſcriptor. Hieruſalem. Prudentius in Pſychomachia, Tunc Hieruſalem templo illuſtrata quietum
Suſcepit iam diua deum.

A ante m corripitur,

A ante m

Salamis

vt Salamis. Virgilius 8. AEneid. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem. ſic cæteri. Bebelius dicit in Perihegeſi contra omnium conſuetudinem produci in hoc verſu, Fertilis AEginæ tellus, & opima Salamis. id non imitabimur: veruntamen diligenter quæſiui hunc verſum, quem in Perihegeſi inuenire nequiui. Notentur vbique è barbaris ſyllabæ extenſione deducta: quia (vt in præfatione teſtati ſumus) fere producuntur: veluti Roboam roboamus, Aminadab aminadabus, Iob iobus, Eſrom eſromus, Phicol phicolus, Abeſalom abeſalomus, Henric henricus, &c.

EXCEPTIO.

Calceamen

Produc nomina in amen & amentum, vt examen, vnde examino: firmamen, calceamen, calceamentū, in quo, & in pluribus hallucinatur Arator dicens lib. 2, -tangere non ſum
Calceamenta pedum dignus: neque ſoluere ſummam
Quæ ligat excelſas humilis corrigia plantas. hic, teſte Neſtore, producitur male ſecunda in (corrigia) quia dicitur à corrigo corrigis. Contamino cōtaminas, & intamino: quia compoſita ſunt ab antiquo verbo tamino: & hoc à tama. vide Calepinum. Mart. lib. 1. epig. Sic interpoſito vilis contaminat vnco.

Contamino

Dictamum

Philamon

Thymiama

Alama in Baptiſta. Dictamus vel dictamum, vtrunque dicitur, teſte Neſtore. vide E ante t, Creta: eſt herba, & Cretæ oppidum. Philamon, proprium viri in 11. Metam. dicitur quoque per e Philemon, ſed alterius nomen. Thymiama, teſte Sulpitio, ſcribitur cum y Græco, vt thymum, vnde fit. odor eſt ſuauiſſimus thymi naturam referens. hinc thymateria ſunt aceræ: quia thymiama incēdebatur in ſacrificijs. ¶ A ante m corripitur, vt Diamas, adamas. Syridamæ in Horatio. Duo ſunt ſeruilia nomina, in quo deluſus eſt Stoa. legitur enim ſic, Túne Syri, Damæ, aut Dionyſi filius audes? Alama, vrbs Granatæ, producitur Mantuano in Alphonſo, Scandit, & irrumpēs captam populatur Alamam. Cyclaminus, radicis nomen. Lippius, - radice ſubacta,
Quā cyclaminon dicunt candore perunctā. Calanus, non Calamus dictus philoſophus Indus. Pyrames, viri nomē, dicit Bebelius produci Ouidio. Gāgama, rete piſcatoriū. Lip. Gangamas grypos, &c.

A ante n corripitur,

A ante n

Balanus

vt Galbanum, lachanum: & contra Alexandrum Balanus. Horatius lib. 3. carm. Ode 29, Preſſa tuis balanus capillis. verſus eſt alcmanius dactylicus tetrameter. genus eſt nucis, vel glandis. & ab Horatio pro vnguento myrobalano capitur. Acron dicit eſſe herbam vnguētariam. Balanus quoque à glándis ſimilitudine dicitur id genus alui ſubducēdæ, quod clyſteris loco ſubditur. Balanus item vrbs eſt Epiri. Myrobalanū dicitur quaſi vnguentaria nux vel glans. nam Balanus, glans eſt: myron, vnguentum. Arbor eſt fructum glandi ſimilem ferens. Corripit omnes ſyllabas. ideo carminibus Homeri Virgiliíque minime conuenit. quod pulchre ſignificauit Martialis in Apophoretis, dicens,

Myrobalanū

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus:
Hoc ex vnguento conſtat & ex balano. id eſt myrobalanū. Inepta ſane videtur mihi Calderini declaratio dicentis id Virgilium non dixiſſe, quia balanos Græcum eſt, Virgilius autem Latine ſcripſit. nec Homerum, quia vnguentum non dixit, nam Græce ſcripſit. Inſulſa eſt hæc enarratio: ſiquidem, vt ego qui hæc primus animaduerti (quantum ſciam) ſic declaro: hoc nomen myrobalanū, quod propter tot breues nec Virgilius nec Homerus dixit: conſtat ex vnguento, id eſt componitur ex dictione quæ vnguentum ſignificat. vt ex hac dictione Græca myron, & ex balano, dicitúrque myrobalanum. Neque enim ſignificat Martialis nomen aliquod ex Græco Latinóque confectum. Miror id Merulam non animaduertiſſe, qui tam auide Domitium ſugillare ſolet.

Deriuatiua

EXCEPTIO. Produc deriuatiua in anus, in anſus, aneus, & anis: vt Phaſianus, extraneus, immanis, inanis: & habentia vocalem ante a, vt Mathiana, Vitelliani. Martialis lib. 3, Et impiorum phaſiani Colchorum. Scazon eſt. In Priapæis autem ſynæreſis eſt vbi dicitur,
Nec tamen extraneū facias pecus omne Priape: Horti ſit facias ianua clauſa tui. Produc etiā quarumcūque rerū propria: vt Bolanus, Nicanor, Voman9, Numanū, Laletania, Meuania, Garganus, mōs, & Scipionis equus. Lecania, mulieris nomē, vt Theano. Corripitur Sagana. Cyane & cyaneæ liquēt ex vocali ante vocalē. Tollūtur ab hac exceptione quæ corripiūtur hæc & forſan plura: ſed difficulter tot nobis addideris quot nos Sulpitio Neſtorique. Ariſtophanes, Epiphanes, Metrophanes, & Diophanes & ſimilia, cōtra Calepinū, niſi liber mēdoſus ſit: vide A ante n in primis. Aſtyanax, & ſiquid eiuſdē ſit o-

Extraneum

Propria

riginis. Arane. Ananias apud Aratorem. Aſcanius, Apidanus. Abana, Damaſci fluuius, teſte Calepino. Bethania apud Sedulium. Capaneus, Catane, Conchani. Cæranus, viri proprium. Caranus, viri proprium in Auſonio. Drepanum, promontorium ſiue oppidum Siciliæ à curuo ſitu inſtar falcis. drepanos enim, falx dicitur. Ouidius in Faſtis, Quique locus curuæ nomina falcis habet. Dardanus dardania. Diſſimanus apud Ouidium in Ibin, viri proprium. Ecbatana ſiue egbatana, pluralis numeri, vrbs Medorũ & regio, corripitur, teſte Calepino. Eridanus. Emmanuel in Prudẽtio variatur. Corripitur etiam Euganeus, populi nomen. Hypanis, fluuius, vide A ante l, Halys. ſimiliter eſt viri nomen. vide E ante p, Ephitus. Illibanus apud Auſoniũ. Libanus, vide I ante b. ſimile eſt, vbi viri proprium eſt. Marcomanes, populus, apud Claudianũ in laudibus Stiliconis. Manganus, viri nomẽ in octaua ſextæ Philelphi. Oceanus. Pelicanus, auis, teſte Sulpitio. Multi tamen cenſent producendum. peccant qui gemino ll, Pellicanus ſcribũt. Pauſanias apud Philelphũ in ſexta quintæ. Peutanei, populi apud Priſcianum in Perihegeſi. Pytane. Pytanus, propriũ viri in Auſonio. Rhodanus. Stephanus. Mart. lib. 11, Scis quæ ſint Stephani balnea iuncta mihi. Sequana, vide E ante q. Sardanapalus, vide A ante l. Suſana, oppidi nomen. Silius lib. 3, At nõ Sarmaticos attollens Suſana muros. Sicania: at ſicanus variatur. vide hæc in I ante c. Taprobane vel Taprobana. Teſſiman⁹. Vranius: ſic Vranie, vt vranos, id eſt cælũ. Aranea vel araneus. Ouidius, Antiquas exercet aranea telas. Sathanas: quia fit à Sathan (vt alibi diximus) producitur. ℂ A ante n corripitur. Cyane, quod Stoa cũ pluribus dicit variari: ego tamen corripi. vide I ante a. Ouid. Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas. Iuuen. ſaty. 15, ——vel cõcurrentia ſaxa Cyanes, plenos & tempeſtatibus vtres. Aliqui tamen, inquit Stoa, Cyaneæ legunt. Mancinellus etiam ibi dicit Iuuenalẽ Cyane cyanes declinaſſe, pro Cyaneis inſulis vel ſcopulis potius, in Ponto mille quingentos paſſus ab Europa diſtantibus, teſte Mela, quas olim dicũt fuiſſe inſtabiles, authore Ouidio. Merula dicit à colore nomen habere. eſt autem cyaneus color, cæruleus, id eſt niger: aut inter nigrũ & viridem. Et variatur apud Prudentiũ in prima & in ſecunda. vt in Pſycho. Lumine vicino ne fortè cyanea propter. Et in paſſione Petri & Pauli, Cyaneúſque latex vmbram trahit imminentis oſtri. Primus pes eſt dactylus: eſt enim verſus ex tetrametro bucolico & tribus trochæis. Cyanos etiam vel cyanus, eſt gemma quædam, & lutum arenáque, ex qua colores faciunt complures, authore Plinio, capite nono libri trigeſimiſeptimi. Eſt item Cyanos, gemma apud Theophraſtũ, quæ nunc gemmarijs turchina vocatur. Euganei, terræ Venetæ habitatores, corripitur ab Iuuenale & cæteris. Orchanes, viri nomẽ, corripitur à Mantuano. Quidam Hadrianus inepte corripuit, & Stoa nomen ſuum Quintianus: quia in anus producuntur, vt Politianus, Quintilianus: tamen Lippius inepte corripuit Oppianus. Extraneus quod in Priapæa videtur corripi, per ſynæreſin defenditur. Subterraneus bene Prudẽtio vt Iuuenali producitur: dicit enim Iuuenalis, Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna, &c.. Cremaniola & Chananæus corripiuntur à Mantuano. Emmanuel non ſemel corripitur à Prudentio. Iphianaſſa, id eſt Iphigenia, corripitur à Lucretio in 1, Iphianaſſai turparunt ſanguine fœde
Ductores Danaum, &c. Marcomanes, populi nomen, apud Claudianũ corripitur. At Mantuanus etiã o produxit, Ecce quot ardentes tibi Marcomana iuuentus. Suppedaneus corripitur Bebelio. Pelicanus producitur, vt Callanis callanidis, mater Aſſaraci, Paulo Marſo. Zizania & zizanium etiam Prudentio producuntur. Agoranomus, qui præeſt rebus vendendis, producitur Plauto in Curc. Bactriani, populi, corripiuntur à Mantuano.

A ante p

A ante p corripitur,

vt Catapulta. Sidonius in Burgo. Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares.

EXCEPTIO.

Anapus
Cynapes
Caiaphas
Iapis

Anapus vel Anapis, fluuius Siciliæ. vide I ante a, Acyane. Boaphon in Baptiſta. Cynapes cum y Græco, fluuij nomẽ. vide Halys, A ante l. Caiaphas ſecundum quoſdam: nam ipſe nuſquam notaui.

Iapis iapidis, medici nomen (vt Seruius ait) ab iapai, id eſt curare. Virgilius 12. Æneid. Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis. ſcribitur cũ i Latino vtrobique. Fuit item vir Ætolus: vnde iapidia apud Venetiam ea pars vbi Timauus fluuius eſt: nunc Forum Iulium dicitur. Virgilius Georg. 3, Caſtella in tumulis & iapidis arua Timaui. Iapetides, lyricen. 5. Metamorph. Tu quoque iapetide non hos adhibendus ad vſus. At Iapetus corripitur, vt alibi patet. Iapyx, cũ y Græco in tertia ſyllaba, filius Dædali: vnde Iapygia Calabria dicta eſt. Ouidius 15. Metamorph.

Iapetides
Iapyx

Præterit & Sybarim, Salentinúmque Niæthum,
Turinóſque ſinus, Temeſénque, & Iapygis arua. Ibidem, Linquit Iapygiam, &c. Eſt quoque aliorum virorum nomen: vide Helops E ante l. Iapix iapigis, cum i noſtro in tertia ſyllaba, ventus ex Apulia proficiſcens, qui Circius dicitur. Lucan. lib. 6, Excipit auerſos Zephyros & Iapiga Pindus. Iſapis, fluuij nomẽ, teſte Calepino, cui aſtipulatur Bebelius. Meſapus, vir. vnde Apulia dicta eſt Meſapia. Virgilius Æneid. 7, At Meſapus equûm domitor, Neptunia proles. Neapolis, oppidi nomen, quaſi noua vrbs. nã neos, nouus eſt: polis, vrbs. Virg. in Ætna, Nũc extincta ſuper tectiſque Neapolin inter. Mart. lib. 5, Et quas docta Neapolis creauit. Phal. eſt. Stath. 4. ſyl. Nec ſolũ feſtas ſecreta Neapolis aras Ambiat. ſic cæteri. Ergo non recte dixit Petrarcha in 2. epiſtola ad Luchinum,

Iſapis
Meſapus
Neapolis

Neapolis ſuræ medium,femur occupat altum Ianua.vbi etiam Genua dicit.video doctiſſimis pla-
cere Genua prima breui,& Genuenſis dici:non Ianua nec Ianuẽſis. Priapus,omnium deorum quos Priapus
miſeranda gentilitas coluit fœdiſſimus.vide Sinum,I ante n. Proſapia Prudentius ſemper producit.

Serapis ſerapis vel ſerapidis,fuit Oſiris cognomen,qui primò apis,poſtea ſerapis,quaſi Soroſapis di- Serapis
ctus eſt,id eſt apidis ſepulchrum:nam ſoros dicitur cumulus,arca vel aceruus in quo mortuus poni-
tur:iam Sarcophagum omnes vocant,quòd ibi Oſirim colere cœperunt antequam templum eius ex-
tructum eſſet.Mart.lib.9, Heu quàm lingua ſilet,non illam mille cataſtæ

Vincebant,nec quæ turba Serapin amat.ſic cæteri præter Martianũ Capellã Fœlicem, qui legendus
quidem totus eſt,imitandus non totus:quia male dixit Achilles,& ſimilia vltimam corripere:& quæ-
dam contra veterum authoritatem aut produxit,aut corripuit,vt liquet hoc noſtrum opus perlegen-
ti.Martianus itaque ſolus auſus eſt ſerapis corripere,dicens in 2.lib. Te Serapin Nilus,Memphis vene-
ratur Oſirim. Caue imiteris. Serapion ſimiliter producitur,vt ſerapis,quod quidam etiam aſpiratum Serapion
ſeraphis dicunt. Sinapi vel ſinapis,vel ſinape ſinapis.Colum.lib.11, Sèque laceſſenti fletum factura Sinapi
ſinapis.¶A ante p corripitur,vt Satrapes. Boaphon,dæmõ,Vulcani famulus,à clamoſa voce cũ flam
ma producitur.Mantuanus,Clamans lato ferus ore Boaphon. Eſapus,fluuius.Strab.12,Aphnij ab E-
ſapo potantes flumine Troes. Carapha producitur à Crinito. Proſapia à Plauto & Prudentio.O-
napus producitur in epithalamio Serenæ apud Claudianum. Priapus,portus & vrbs:à Priapo,deo in
13.Strabonis.Incolæ Priapeni vocantur:producitur vt Priapus.Horatius 1.Serm.

Quum faber incertus ſcamnum,faceretne Priapum,
Maluit eſſe deum. Seraphis producitur,teſte Bebelio. Serapis apud doctos tantũ producitur:licet
Capella interdum corripiat,& frequenter Prudentius. Iſapis, teſte etiam Stoa producitur: ſed lego
ſapis.vide Sapis,A ante p.

A ante q corripitur,

A ante q

vt Tanaquil tanaquilis,mulieris nomen.Iuuen.Ante tamen de te Tanaquil tua quando ſororem.A-
blatiui,& hinc aduerbia,producuntur,vt vtraque,&c.

A ante r corripitur,

A ante r

vt Catharina,apud Baptiſtam frequens.Philelphus in tertia nonæ produxit.Sypharium,Lazarus,De-
mochares,Timochares,Tenarus,&c.Nota è longis compoſita:vt Apparent rari nantes in gurgite va-
ſto.ideo male aut mendoſe in ſexto Aphricæ dicitur, -nullis oculis ſol clarior vnquam
Apparuit.pro illuxit,vel aliquo ſimili.

EXCEPTIO.Produc deriuatiua in aris & are,vt Molaris,cochleare,altaria,pugillaria,&c.Atque in
arius,a,um:vt Aquarius,ſtlataria,panarium,binarius,denarius.Phalarica,helciarius,cauſarius,& ſimilia
deriuatiua.ſic Ducarius,viri propriũ à dux,vt opinor.Mart.Hanc volo quam redimit totam denarius
alter.Idem ſynæreſim qualis eſt in veſtigijs apud Sedulium fecit lib.9,Denarijs tamen hanc non emo
baſſe tribus.ſic ſagittarij & aquarij in Manilio & Auieno:vt ærarij in Priapæis. Nefarius vndecunque Nefarius
fiat,prima breui ſecundam producit.In Propertio mendoſe legitur Nefarijs pro ſe flammis. AEnaria AEnaria
variatur. Amaracus,vnde amaracinus,a,um,herba quæ vulgo maiorana dicitur,& puer Cynaræ in Amaracus
eam verſus.Colum.lib.11,Sic vbi odoratas prætexit amaracus vmbras. Amarus,amareo,amareſco,a- Amarus
maricare,amator amatoris.Virg.2.Georg.Triſtia tentantũ ſenſu torquebit amaror. Auarus auaritia. Auarus
Horatius,Semper auarus eget. Auraricus,proprium viri,vbi u conſonans eſt, niſi putes dicendum Auraricus
araricus aut auaricus.Sillius lib.5,Terga dabat leuibus diffiſus auaricus armis. Angario Chriſtianorũ
quidam protraxere. Aaron in Prudentio. Baleares,inſulæ Hiſpaniæ:à Baleo Herculis comite:aut vt Baleares
quidam volunt,à balo,id eſt iacio,extrito altero l,correptionis gratia:nam fundæ peritiſſimi ſunt harũ
incolæ.hinc adiectiuum balearis baleare,& balearicus,a,um.Lucanus lib.3,Lygdamus excuſſæ balearis
tortor habenæ. Caphareus,per eu diphthongõ,Eubœæ mons altiſſimus verſus Helleſpontum,apud Caphareus
quem plurima Græcorum claſſis afflicta eſt propter Palamedis necem: vnde & Caphareum mare di-
ctum.Stathius 9.Thebaid.Qui ſæpe Caphareos arcem.genitiuus eſt. Caluaria vtcũque capias. Hi- Hilarius
larius, viri proprium, licet videatur eſſe ab hilaris, producitur à Sidonio Apollinari in Euchariſtico,
Eucherij venientis iter,redeuntis Hilari.Idem corripit viri proprium Hilarion atque Macharius. Lõ- Longarenus
garenus.Horat.ſaty.2,Longarenus foret intus.viri proprium eſt. Larua,diſſyllabum eſt,vt ſylua.hinc Larualis
Larualis triſyllabum,quod Priapæorum author tetraſyllabum fecit per mutationem u conſonantis in
vocalem:quod interdum fieri oſtendimus in ſylua,voluo,ſoluo:primam tamen produxit,cum natura-
liter videatur eſſe breuis:quia fit à lar,laris.Ait autem, Ad me nocte ſolet venire,& affert
Pallorem maciémque larualem.Hendecaſyllabi ſunt. Margarita rectius corripiendum putant. Pru- Margarita
dentius in Pſychomachia, -quod mille talentis
Margaritarum ingens, opibúſque & viribus arcæ. Arator tamen ait in ſecundo libro, In margaritas
vertant contagia porci. Neuter autem recte : habet enim breuem inter longas. ſic recte dixit Eraſ-
mus, Placet pudore margarita lacteo.verſus eſt iambicus trimeter. Megarus, fluuij nomen. vide Megarus
O ante l, Colis. Pinarius,viri proprium,8.AEneid. Palara,auis,in carmine de Philomela. Tiara, Pinarius
Tiara

vel tiaras tiaræ:hoc maſculinum,illud fœmineum. Iuuenalis ſatyra ſexta,Phrygia veſtitur bucca tiara.
Zodoara Virgilius 7. AEneid. Sceptrúmque ſacérque tiaras. Erat autem pileus Phrygius. Zodoara iungitur à
Sulpitio,quia Macer producit. ¶A ante r corripitur,vt Deiotarus: ſed numeralia in arius,vt binarius,
ternarius,denarius videntur natura produci.licet Aldus putet variari propter Martialem, Denarijs tamen hanc non emo baſſe tribus. Et illud Probi ſeu Catonis,Dilige denarium,ſed parce dilige formã.
In quibus exiſtimo ſynæreſim,vt in(omnium) facit Lucretius lib. 5, Imbecillorũ eſſe æquum miſerier
omnium. Et Auſo. Quæ nati generíque & progeneri ſimul omnium. Sic & in pluribus alijs ſynæreſim
offendes. Aphareus,vir,producitur Nicolao Vallæ:& Caluaria etiã,piſcis,Lippio. Lazarus ſecundã
circunflectit,& tamen licenter à Prudentio corripitur. Calaxare,nympha marina,producitur à Pylade
lib. 3. Mortariũ vt cætera deriuatiua in are,aut arius,ria,rium,producitur. AEnaria,inſula,ab AEneæ
nauiũ ſtatione dicta,variatur.nã Stat. 3. Sylu. corripit,AEnariæque lacus:niſi ſit ſynæreſis. In Opuſculo de AEtna vt putatur Virgilij,& in Baptiſta Mãtuano producitur. Nefarius aut nefarius omnino
producuntur. Horatius in Arte,Scelerata palàm coquit exta nefarius Atreus. Illud autẽ Propertianũ ſic
nũc ex Pio in annotationibus reſtituo,Neſcio ſe flammis accubuiſſe nouis. Ignarus ignariter & prognariter producuntur vt ſimilia, auarus,amarus. Ennius in Annal. Vt pro Romano populo prognariter armis. Plautus in Perſa,Age indica prognariter. AEneid. 1,Non ignara mali,&c. Ferraria,vrbis
nomen,à Mantuano variatur: ſed melius producitur ſicut Ferraria à ferro. Calaros, inſula & vrbs
quondam,producitur:quia Græcis ſecunda per η ſcribitur. Margarita & margaritum rectius corripiantur,vt Margaris Mantuano. Aaron Prudentius producit in Pſyc. Huius forma fuit ſceptri geſtamen Aaron. Byzares patet in crementis. Noualara,vrbs,producitur à Mãtuano. Tatarus,teſte Stoa,producitur à Claudiano in ſecunda prima breui. Sahgaris,tanquam ſit nymphæ nomen,
additur Verſificatoriæ noſtræ ab ineptiſſimo zoilo meo citante Ouidium Faſtorum 4,
Fallit,& in nympha Syngaride deſinit eſſe,
Quod fuit,&c. Loquitur de Aty puero Cybeli dilecto. Ego cũ Paulo Marſo lego Sagaritide,pro nympha quadam Sagari fluuij in Phrygia filia:cuius amore captũ Atyn,vt primùm reſciuit Cybele,nympha interemit:vnde Atys in furorem actus,ſeipſum caſtrauit.

A ante ſ } 3

A ante ſ corripitur,

vt Iaſius,Damaſus. Sulpitius pluréſque dicunt hic propria communia eſſe:quod mihi non placet:quia
Gymnaſium correpta à poetis volo tantum corripi,vt Iaſion:producta tantum produci,vt Iaſon,&c. nam falſa eſt
regula, Propria ponuntur ad placitum, vt plene docui in præfatione totius operis. Gymnaſium.
Mart. lib. 3,Gymnaſium,thermæ,ſtadium eſt,hac parte recede. Errat in hoc Riga in Geneſi dicens,
Mythologi cedant,& apud gymnaſia vatum
Gelaſinus Hæc habeant primum præcipuúmque locum. Gelaſinus corripitur. Martialis lib. 7,Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt. Id eſt riſus & contracta ex riſu non iniucunda regula. hinc dentes anteriores
quos ridendo oſtendimus, gelaſini appellantur. à gelao,id eſt rideo: & gelos gelotis,id eſt riſus. Sunt
quoque gelaſini,qui geſticulatione facetoſa corporíſque rotatu ridiculo,ſeu venuſtulis,& ſubinde obſcœnis verbis prolectant. hinc gelaſinus ille Plautinus riſionibus & ſalſis dicterijs & morologijs populum oblectat:& dum facit vt nemo à riſu temperet,irridetur:fitque eius riſus deriſus. vnde eſt Plau-
Gelaſianus tinum illud,Caue ex gelaſino fias catagelaſinus. id eſt deridiculus. Gelaſini à Sidonio dicuntur Gelaſiani,protracta ſecunda ſyllaba,non recte,vt opinor:quia in Græcis ſæpe errauit. nã eadem eſt vtrique
origo. Dicit autem Sidonius in laudibus Narbonis,Mimos,Schœnobatas,Gelaſianos. Phaleucius eſt.
Agaſo EXCEPTIO. Agaſo. Perſ. Nõ treſſis agaſo. Amaſis,AEgyptiorum rex. Lucanus lib. 9,Non mihi
Amaſis Pyramidũ tumulis euulſus Amaſis. Albumaſar,vt quidã notauerunt,producitur. Amaſius amaſia
Colocaſia docti quidam dicunt produci. Colocaſia colocaſiæ,apud Plinium: Virgilius vero & plures per multitudinis numerũ Colocaſia dixere. Vt in Bucol. Mixtáque ridenti colocaſia fundet acantho. Capraſius,viri nomen. Apol. in Eucha. Miſerit in cælum montes,quæ ſancta
Iaſon Capraſi vita ſenis. pro Capraſij. Gymnaſiæ,inſulæ in Perihegeſi. Iaſon,AEſonis filius. Ouidius 7.
Naaſon Metamorph. Pelle moram,tibi ſe ſemper debebit Iaſon. Naaſon,viri nomen. Baptiſta,Eſromúſque
Omaſum Aram genuit,Salmona Naaſon. Omaſum. Horatius in Epiſt. 16,Patinas cœnabat omaſi. Orbaſius,
Orbaſius viri nomen,apud Macrum. Occaſio,quia fit ab occaſum. Parnaſus,teſtibus Sulpitio & Nebriſſen-
Parnaſus ſi. Sed Mataracius dicit gemino ſſ Parnaſſus ſcribi. hinc muſæ Parnaſſides dicũtur. Ouidius 1. Metam.
Paſcaſius Nomine Parnaſus,&c. Paſcaſius apud Baptiſtam in agone Luciæ. Viridaſius, Sidicinorum dux.
Viridaſius vide I ante d,Sidicini. Eleazar poſitu producitur. ¶A ante ſ corripitur,vt Damaſus,papæ nomen,apud Mantuanum. ſic Pegaſus,ceraſus. Amaſius & Amaſio & Amaſia,amator & amica producuntur
à Prudentio in Romano,Amaſionum componuntur fraudibus. Iambicus trimeter. Pegaſus,viri nomen, producitur à Nicolao Valla Iliados quinto. Gymnaſiæ vel gymneſiæ, inſulæ baleares è
regione Hiſpaniæ,vt etiã Stoa aſſerit produci:nec ab re:quia Græce per η ſcribitur. Parnaſus aut Parnaſſus recte producitur. vt Georgius Valla ſecundo, Vt ceraſis vlmiſque etiam Parnaſia laurus. Capella ablata ſ corripuit: & ideo Stoa putat variari. Gelaſimus & catagelaſimus. Plautus in Sticho,

Nunc ego nolo mihi é gelaſimò te catagelaſimum. Iambicus ſeptenarius. Gelaſimus dicitur riſi-
bilis aut ridiculus. Fuit etiam,teſte Suida, Democriti agnomen qui perpetuo riſu pulmonem agitare
ſolebat.Gelaſini etiam dicuntur anteriores dentes quos ridendo oſtendimus. Eſt etiam gelaſinus,linea
quæ ridendo efficitur correpta la ſyllaba. Martialis,Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt.Catagelaſi-
nus dicitur derìdiculus.

A ante t corripitur,

A ante t

vt Barathrũ,cyathus,calathus,pragmaticus,affatim,teſte Gellio. Nabathæus.Ouid.1.Metam.Eurus — Nabathæm
ad aurotam,Nabathæáque regna receſſit.Apollinaris contra veterũ authoritatem hoc vt pleraque alia
produxit:in qua re hunc nõ imitabimur,vt notat doctiſſimus vir Iohannes Baptiſta Pius Bononiẽſis.
Ait autem Apollinaris in 2.Panægyrico,Texta Nabathæum pro remo ſulcat Hydapſen. Notentur é
longis deriuata,vt Aratrum,optimates,larinates.Notentur geminata,Haliattes,Viriattus,&c. — Aratrum
EXCEPTIO. Producantur deriuatiua in atus,a,um: in atius,a,um: in aticus,a,um: in ator,&c. &
deriuatiua aduerbia in atim,vt tunicatus,palatium. ſic palatinus,viaticum,aleator, paludatus, ſenatus,
ſenator,vicatim,bouatim.ſic oppidi nomẽ Collatia,à collata pecunia,vt volunt.ſic Collatinus. Pro-
ducuntur quoque in ates nomina,vt Teutates teutatæ,id eſt Mercurius: Niphates,Achates,&c.Hinc — Hippocrates
tolluntur Socrates,Xenocrates,Hippocrates,&c.ex cratos,id eſt robur:& ſiquid tale ſit à ſtratos,id eſt — & à cratos
exercitus:aut à bates,id eſt ambulãs,vt Schœnobates,Ichnobates,Eurybates,&c.Iuuen. Augur Schœ-
nobates,&c.Ouid.3.Metam.Ichnobatéſque ſagax,&c.Idem in Epiſt.Eurybati data ſum Thaltibióque
comes.cũ y Græco.Mart.Os hominis mulſum me rogat Hippocrates.Auſon. in monoſyllabis,Cincta
mari quænam tellus creat Hippocratem?Co.Horatius, Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere char-
tæ.in Guaguino male dicitur Socrates produci.Macer ineptiſſime dixit hipocras,vt vbi de allijs loqui-
tur.Ipſe refert,Hipocras educi poſſe ſecundas.Et de Elleboro albo,

Inque ſuis Hipocras aphoriſmis iſtius herbæ

Solius meminit.Ex his ſolis iudicare poſſumus hunc Macrum indoctiſſimum poeticæ artis fuiſſe diu
poſt Macrum Ouidianũ:quod patet ex ipſius verbis.nam Plinij teſtimonio perſæpe vtitur.vt de Ab- — Errata
ſinthio,Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam. ſic alibi ſæpe. Sane tot ſunt Macri errata,vt — Macri
nihil ex eo ſolo auſim affirmare.Subijciam aliquot Macri verſus,in quibus manifeſtò deprehenditur
erraſſe: Herbarum matrem dedit arthemiſia nomen,
Arthemis Græce quæ dicitur,indéque nomen:
Et ſic ſub dio prius infrigidata bibatur.
Parotidas vulnúſque recens hoc adiuuat vnguen. Parotis,eſt hulcus ſecundum aurem:à para : ergo
prima corripitur:& ὦτα per ω,id eſt auris:ergo ſecunda producitur.Macer hoc ſemper male ponit,
Hoc vnguentum clyſterio ſi funditur intus,
Hoc Mithridates rex Ponti ſæpe probauit:
Rumpit vel ſpargit ſic apoſtemata dura.
Hac ſumpta magnus Socrates fuit exanimatus.
AEſtiuas mire iuuat epiphoras oculorum.
Ante febris typum reddas à frigore tutum,
Si fricentur eo cum vino melléque trito. Hæc de Macro:quem vt indignum præteriſſem,niſi illi ni-
mium tribuiſſet Neſtor.id quoque de Riga dicendum eſt:ſed pergamus. Corripiuntur quoque alia
quædam propria.Martialis,Sum fateor,ſempérque fui Calliſtrate pauper.ſic Chæreſtratus apud Per-
ſium,& Soſtratus apud Ouidium.ideo Piſiſtratus imperite producitur à Petrarcha libro 2.epiſt. ad
Benedictum. Lithoſtratum non dicitur, ſed per ω, lithoſtrotum.vide O ante t. Antiphates,pro- — Antiphates
prium viri,vide Lamus,A ante m. Pelates,viri proprium.Ouidius 5. Metamorph. Cynipheus Pela- — Pelates
tes,&c. Zalates,viri proprium.vide E ante p,Ephebus. Pherecrates,viri proprium,opinamur corri- — Zalates
pi,vt Hippocrates:quia ſimiliter eſt à cratos:ideo nec in hoc Apollinarem imitabor,Necnõ alcaico vel — Pherecrates
Pherecratico aſclepiadæum eſt. Lapathes.vide A ante p. Sarmates corripitur,vt Sarmata.Apollinaris — Lapathes
etiam male produxit Socraticus.

EXCEPTIO.

Aratus,Græci poetæ nomen.Germanicus in Arato,Ab Ioue principium magno deduxit Aratus. — Aratus
Argathonius,ſine n ante t docti quidam ſcribunt. Bullatius,viri proprium,apud Horatium in e- — Bullatius
piſtola 11. & deductũ eſt à Bullatus. Croatia,regio. Croati,populi in Mantuano. Curatius à cu- — Croatia
ratus,viri proprium. Martialis libro 4,Quum Tyburtinas damnet Curatius auras. Calatia.vide A — Cerathus
ante l. Cerathus.vide E ante r. Cicatrix,vt alij quidam,excipio donec correptionem inuenero. hinc — Cicatrix
cicatrico,verbum pœnultima producta. Egates.vide E ante g. Egnatius, viri nomen. Catullus, — Egates
Egnatius quòd candidos habet dentes. Erymathus,fluuij nomen.Ouidius in 2.Metamorph.Et celer — Egnatius
Iſmenios cum Phocaico Erymatho.Volunt ſine n ſcribi. Elegatius,piſcis in Auſonio. Fabrateria, — Erymathus
oppidum Italiæ.Iuuenalis ſaty.3, -optima Soræ — Fabrateria
Aut Fabrateriæ domus,aut Fruſinone paratur. niſi dicas ſecũdam produci,oportebit cum tertia quar-

Grabatus. tam produci:quod non ſatis placet. verum ante me nulli nec de hoc̃,nec de illo meminerunt. Gra-
batus,lectica ſiue lectulus cum fulcro. Virgil. in Moreto, Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato.
Mart. lib.2,Ibat tripes grabatus,& bipes menſa. ſcazon eſt. ſic cæteri:nec vſquam pro gremio legi. qua-
re rideamus cacatum Græciſmum cum ineptijs eius dicentem, Pro gremio grabatum, pro lecto dico
Hypata grabatum. Hypates,fluuius. vide I ante p. ſic Hypate hypates,vel Hypata hypatæ,oppidum. & ſcri-
Horatius buntur hæc per y Græcum. Horatius. Ouid. in 4. de Triſtibus,Detinuit noſtras numeroſus Horatius
Leucate aures. Leucate leucates,montis nomen. Claudianus de victoria Stiliconis contra Alaricum, Littora
Leucates. hic genitiuꝰ eſt. dicitur quoque Leucates leucatæ. Virg. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina
Lupatum montis. Lupatum,frænum acerrimum. Virg. -preſſiſque negabunt
Verbera dura pati, & duris parere lupatis. ſed hoc deriuatiuum eſt à lupus, &c. vt viri proprium
Lutatius Lutatius à lutatus. Palatus vel palatum. vide A ante r,Naris. Pilatus. vide I ante l. Palatium,
Palatus Palatinus. vide A ante l. Pediatia alij per c,alij per t ſcribunt. vide A ante c, Pediacia. Pirata. vide I
Pilatus ante r. Reate reatis,Vmbriæ oppidum:ex quo Veſpaſianus originem duxit. Sil. lib. 8,
Pediatia -magnæque Reate dicatum
Reate Cælicolûm matri. Phabatum,viri nomen,eſt apud Sidonium. Sabatij,populi,à ſabatijs paludibus.
Trebatius vide A ante b,Sabatia. Trebatius. vide E ante b. Tiphata .vide I ante p. ſic Teatus, Tegeaticus.
Tiphata Theatrum, amphitheatrum puto produci tantum. Theate,oppidi nomen in 8. Sillij. Vaſatæ apud
Paulinum. Veratrum, teſte Feretto, producitur ſolum. ¶A ante t corripitur, vt Nabathæus,quod
propter Sidonium corripientem non dixero variari cum Stoa. Affatim etiam inter ambigua Stoa po-
nit. Prudent. Affatim plenis quibus imbuātur. Sapphicum eſt,& ita corripitur. Arator producit,Sup-
petit affatim exemplorum copia. Deriuatio productioni conſonat, ſiquidem, vt Pompeio placet, à
fandi copia dicitur. Nec Gellius dicens primam acui,continuò ſecundam corripi dicit:quia prima acu-
to accentu,ſecũda ſæpe eſt longa:vt Deinde,deinceps,alonge,apprime. & in Exaduerſum ſecunda non
tertia acuitur,licet poſitione longa ſit. Creatura ſecunda eſt longa, licet Sidonius ſynæreſim faciat,
aut potius errauerit dicens, Authori laudes dic creatura tuo. Galatia producitur. vide A ante l in
primis:dicitur etiam Galattis. Socratos,& cætera à cratos ſemper corripiuntur. Errat ergo Sidonius,
Quas atomos vocat ipſa leues Socratica poſt hunc. Et adhuc indoctior Maximianus, Socratem pal-
mam promeruiſſe ſerũt. Atrebates producerem vt Fidenates, Arpinates:licet Sidonius dicat, Atrebatũ
terras peruaſerat hinc coeuntes. Lapathos vel lapethos, Græce per η producitur, vrbis & amnis no-
men. Theate,oppidum Marucinorũ. Sil. 8,Magnúmque Theate trahebat. Et lib. 17, Marucina do-
mus,clarúmque Theate ferebat. Lutatius,non Luctatius,vt mendoſe imprimitur,viri nomẽ. Sil. 13,
AEquoreis victor cum claſſe Lutatius armis. Claudianus lib. 1. in Eutropium, Pœno Scipiadæ, Pœno
præclare Lutati. Iterũ Sillius in 6, Poſſeſſor pelagi,pronáque Lutatius aura. Armatus,fluuius. Gua-
rinus interpres Plutarchi in Lyſandro, Armatum iubeo te deuitare ſonantem
Terrigenam,qui pone ſubit cum fraude dracona. Callidates,viri nomen:licet in ates deſinant,corri-
pitur:quia compoſitum eſt à Callos,id eſt bonum & pulchrũ:& Dates,dator. Plaut. in Moſtel. Quis
iſthic dormit? Callidates,ſuſcita iſtum delphium. Elatia,regio,producitur. Plautus in Curc. Centau-
romachiam, Elatiam, Vnimammiam. Hippocrates & hippocraticus tantum corripi debent,licet Pru-
dentius quadam neceſſitate metri produxerit in Romano. Hecatombe Prudentio in Romano pro-
ducitur, Addamus illum vis Hecatomben tuam. Lapathes tantum corripuero cum Sereno. Aratus
tam ducis quàm aſtronomi nomen tãtum produxero. Argathonius,ſine n ante t. Sil. lib. 3, Argatho-
niacos armat Carteia nepotes. Fuit regulus Tarteſiorũ. nam Carteia, Tarteſſus eſt. Croatio,regio:&
Croati,populi,à Mantuano contra infideles producitur. Elegatius, piſcis Auſonio: Vrentes Thynni,
& male tecti ſpina elegati. pro elegatij. Vecarus,nihili vox. videatur E ante c.

A ante u ## A ante u producitur,

vt Octauius. Virgil. in Culice, Luſimus Octaui gracili modulante Thalia. Male autem Petrarcha in 8.
Aphricæ, Dixerat Octauius,&c.

EXCEPTIO.

Bathauia Bathauia,regio: vnde Bathauus, bathaua,bathauũ,variatur:& per th aſpiratũ ſcribitur. Lucan. lib. 1,
Vangiones, Bathauíque truces,quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Iuuen. ſatyra 8,Hic petit Euphratẽ iuuenis,domitíque Bathaui. Mart. Et mu-
Patauium tat Latias ſpuma Bathaua comas. volunt à bathy,id eſt altum dici. Patauium, vrbs Italiæ, Titi Liuij
patria. eam Antenor condidit:nunc Padua dicitur. hinc Patauinus,a,um. Virg. AEneidos 1,Hic tamen
ille vrbem Pataui,ſedéſque locauit. pro Patauij. licet Petrarcha Patauum triſyllabum nominatiuũ ex-
tulit. Carauagini corripit primã,ſecundámque & tertiam quartámque producit. Philelphus in ſexta
Durauus decimæ. Tetauus primam ſecundámque apud Macrum variat. Adijcito Durauus. vide V ante r.
¶A ante u conſonantem producitur, vt Cadauer,timauus. Durauus,fluuij nomẽ,tollitur hic à Stoa,
licet per n Duranus ſæpe legatur: vt Tetanus,morbus in Macrobio. apud Hermolaum cap. 7. lib. 32
Plinij, Tetanus,morbus: & qui eum patitur, Tetanicus dicitur. Becichemus in collectaneis negat do-

ctos pro Patauio Paduam vſurpare. Nec apud Catullum (inquit) legetur, Paduã morientur ad ipſam:
ſed Patavi morientur ad vrbem. aut de alio Oſtio Padi, quod Padoa dicitur, locutus eſt Catullus. Vt-
cunque eſt, Patauium corripitur. Sic multi cẽſent Andegauum & Gandauum corripi: ſed Gandauum
vulgo producunt. Compoſita ſequuntur ſimplicia, vt Proauus, abauus, concauus, media correpta:
ignauus, producta.

E VOCALIS ANTE CONSONANTES IN MEDIIS.

E ANTE b corripitur, vt Muliebris, Decebij, cerebrum, fœnebris, funebris, &c. Nota é longis, — E ante b
vt ephebus. vide E ante p.

EXCEPTIO.

Alebes, viri proprium. Ouidius in Ibin, Quóſque putas fidos (vt Lariſſæus Alebes) — Alebes
Vulnere nõ fidos experiare tuos. Inepte creditur ab alio legẽdum eſſe Alebas. Ibidem eſt Alebus, alte-
rius viri proprium. Delebilis producitur per regulam generalem, quam ponam in I ante b. Chore-
bus, vide Chorœbus. Hecatebeletes apud Suetonium.

AE diphthõgus ante b, Perrhæbe Perrhæbes, vrbs Theſſaliæ. hinc Perrhæbus, a, um. mecum eſt Ne- — AE ante b
briſſenſis. Ouid. 12. Metam. Corpore non læſo Perrhæbum cænea vidi. Propert. lib. 3, Aut cur Perrhæ- — Perrhæbe
bi tremuere cacumina Pindi? — Perrhæbus

OE diphthongus ante b, Amœbæus in ſecunda ſyllaba cũ œ diphthongo, & cum æ in tertia, inter- — OE ante b
pretatur mutuus & viciſſitudinarius. ab amœbomai, id eſt adinuicem reſpõdeo & retribuo. genus eſt — Amœbæus
carminis, in quo qui canunt, vtuntur æquali numero verſuum: & ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut ma-
ius, aut contrarium aliquid dicat. vt eſt apud Virgilium, Vis ergo inter nos, &c. vide ibi Seruium, &
poſt hunc Calepinum. Amœbæus, citharœdus. Chorœbus, viri nomẽ. De quo Virgilius 2. AEneid. — Chorœbus
Et lateri glomerant noſtro, iuueniſque Chorœbus. Neſtor vult ſcribi per c exile & cũ œ diphthongo
in ſecunda ſyllaba, reprehendẽs Tortellium, quòd dixerit per ch aſpiratum ſcribi ſine aliqua dipthon-
go Chorebus. ¶ E ante b corripitur in medijs, vt Archebulus apud Terentianum pœnultima longa.
Sic tenebræ, latebræ, ſalebræ per naturam Mirobrechi apud Suetonium in Auguſto. à brecho verbo
producitur. Hecatebeletes, longe iaculans, cognomentum Parthi, & ſæpius Apollinis. Hecatebolus,
idem. Chorebus producitur AEneidos ſecundo. ſcribitur ſine diphthongo Tortellio. AE ante b,
vt Paræbates, vir in quinto Herodoti.

E ante c producitur, — E ante c

vt Imbecillus. Vide in primis, Verecundus, & verbum verecundari. Mart. lib. 8, Diſce verecundo ſan- — Verecundus
ctius ore loqui. Sic cæteri præter neotericorum nonnullos carpendos, nõ imitandos: quia decepti ſunt.
Inter quos eſt Angelus Politianus dicens ad Innocentium pontificem maximum, Sponte ſublatis ve-
recunda faſces. verſus eſt Sapphicus. Sic qui dixit, Triſtor cum lætor, queror, iraſcor, verecundor. No-
tentur é breuibus deriuata, vt Altrinſecus, extrinſecus, quindecim, hendecaſyllabum.

EXCEPTIO.

Acerſecomes interpretatur capillatus. ab à, id eſt ſine: & cero, id eſt tondeo: come, id eſt coma: quaſi — Acerſecomes
ſine tonſura comarum, vt inquit Mancinellus in octauam ſatyram Iuuenalis, – ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in coniuge crimen. Berecynthos vel Berecynthus, mons. vnde Cybele — Berecynthus
berecynthia dicitur. vide Atys, A ante t. Ezechias etiam corripitur: vide I ante a: vt entelechia & ille- — Ezechias
cebræ apud Claudianum. Pherecles. Phereclus apud Auſonium. Pherecydes in I ante d. ſic Phere- — Pherecles
crates. Romechium cũ ch aſpirato. Ouid. 15. Metam. Romechiúmque legit Caulonáque, Naríciám- — Romechiũ
que. Iacobus Bononienſis legit Rumentum. Seneca. Iuuenalis ſatyra 8, -quis tam — Seneca
Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni? Senecio, teſte Nebriſſenſi. Suffecius, viri nomen. Ca- — Senecio
tullus, Tito & Suffecio ſeni recocto. Phalcucius eſt. Telecoon. vide E ante l. Adijcito his Albune- — Suffecius
car, vrbis nomen, in Baptiſta. — Telecoon

AE ante c, Chamæcyſſos, genus hederæ: à chamæ, cum ch aſpirato & æ diphthongo, id eſt hu- — AE ante c
mus vel infimus: & cyſſos cum y Græco & gemino ſſ, id eſt hedera. ſic Tortellius. Gynęcia, bona dea — Chamæcyſ-
à noſtris dicta. Gynæces, mulieres. Gynæcium, mulierum diuerſorium. hæc per y Græcum ſcribuntur. — ſos
Pyræchines. — Gynæcia

OE ante c, Diœceſis, pœnultima longa, id eſt gubernatio, adminiſtratio, diſpoſitio ſiue iuriſdictio: à — Gynæcium
diœco, id eſt guberno, tutor. Sunt autem Diœceſes pontificum, in quas adminiſtrandi officij ſui liberã — OE ante c
habent poteſtatem: propter quod diœceſani epiſcopi vocantur. hæc cum Neſtore Calepinus. Errant — Diœceſis
Vgutio & Catholicon cæteríque barbariei milites, dicentes (diœceſis) à de & cæſio, vt ſit deciſio. Mo- — Monœcus
nœcus, portus & ſtatio quædam Liguriæ: à monos & œcos, quaſi ſola domus. & dicitur portus Her-
culis: quia teſte Seruio in 6. AEneid. illic Hercules ſolus habitabat, aut ſolus colebatur. Monœci, vi- — Monœceus
de O ante n. Monœceus, filius Creontis, teſte Georgio Valla. Parœcia, id eſt incolatus: & vulgo di- — Parœcia
cuntur omnes domus vni animarũ paſtori ſubiectæ. Parœcia à para, id eſt iuxta: & œcos, domus. Sunt
qui à parochus parochia cenſeant recte dici. Parœcus, contubernalis qui non longe à me habitat. — Parœcus
Si quid aliud ab œcos, id eſt domus, iungatur, vt ſecundum aliquos gynœcium: nos opinionem Tor-

Solœciſmus tellij & Guarini ſecuti, per æ ſcribimus. Solœciſmus, ſolœcus, ſolœciſſare. Stœchon cum ch aſpirato literam dicimus. Antiſtœchon pro litera, vt ſella pro ſeda: dicit hoc Tortellius. E ante c producitur, vt verecundus. Ideo Stoa iuſte carpit illud Maximiani, At poſtquam teneram rupit verecundia frontem. Sed quod notauit Stoa, corripuit etiam male Politianus, quem putauit in nulla ſyllaba erraſſe. Plautus autem in Amphit. Nimis verecunda es: potin' es vt abſtineas manum? ſic vt dicunt, ſcanditur abiecta s, Nimive, recun, des potin, &c. Phalecus, ſeu vt vulgo ſcribitur, phaleucus: ego tantum producerem. Terentianus tamen variat. Imbecillus, Horatius & Lucretius producunt. Prudentius corripit in Periſteph. Quem lex corporis imbecilla poſcit. Correptioni ſuffragatur Bacillus, vnde deducitur: & ideo Stoa variari cenſet: ſed tutius Horatium ſequaris, quem non latuit origo: & forte veteres vt neutri generis, ita prima longa Bacillum dixere, non bacillus à baculo. Execror & duodecatemoria cõpoſitio indicat corripi. Albunecar, arx Granatæ. Mãtuanus, Albunecar proſtrata iacet. Acerſecomes in Macrobio. In lexico acerſecomes dicitur intõſus, ſed vt opinor, compoſitum eſt ab à, id eſt ſine, &c. Pherecydes corripitur. vide I ante d. tamen Pherecyadæ producitur. Sil. Inde Pherecyadum muros, &c. Pherecrates corripitur. Phereclus, vir, corripitur. Auſonius, Meriones Phereclũ vibrata percutit haſta. Fuit tempore belli Troiani faber celeberrimus, qui Paridis naues ædificauit, teſte Homero, qui id nomen etiam corripit. Ouidius in epiſtola Parid. Hac duce Sigæo dubias à littore feci

Longa Phereclæa per freta puppe vias. Romechium non ſentit Iacobus Bononiẽſis legendũ apud Ouidium, ſed rumentum. Entelechia per e corripitur recte à Philelpho. vide E ante l. OEclides pro Amphiarao OEcli filio, ſic legit Regius Metamor. octauo,

Ampycidéſque ſagax, & adhuc à coniuge tutus

OEclides. Alij legũt Oiclides & Oiclus. vtrunque autem legatur. ſi pater dictus OEclius, ſiue Oiclius, œ & oi erit diphthongus in cli ſyllaba longa: ſin Oiclus, aut Oeclus, diuiſæ erunt ſyllabæ, vt in Oilus & cli breui. AE ante c, vt Menæchmus, viri nomen apud Plautum: vt Tetantæchmes, filius Artabani in ſeptimo Herodoti. Patæcus etiam, viri nomen, apud Herodotum. OE ante c, vt Appœcides, viri nomen, apud Plautum in Epidico. Monœcus Straboni libro quarto. Metœcia metœciorum, id eſt aduentitia. Parœcia. Calepinus putat non inepte etiam dici Parochia, ſed aliud videtur: quia parochi mediam corripit. Horatius, Præbent & parochi quæ debent, ligna, ſalémque. Solœcus à Solis vrbe, à Solonis nomine dicta. Plutarchus in Solone.

E ante d

E ante d producitur,

vt Diomedes, Lycomedes, Aedon, Sarpedon, ſiue onis ſiue ontis genitiuus obtineat, quicquid grammatici dicãt: quibus credã, vbi ex Latino vel ex Græco poeta fide digno dicti ſui teſtimoniũ attulerint.

EXCEPTIO.

Alcimedon, & alia in medon — Alcimedon, viri proprium, & quæ in medon deſinunt (quantum notare potui) cætera, vt in Amphimedon, Automedon, Daomedon, Eurymedon cum y Græco, viri & fluuij nomen. Euthymedon cum th aſpirato & y Græco, vt Calepinus notat, viri nomen, idem dicit Tortellius. Hippomedon, viri nomen, in 1. Thebaid. Laomedon apud Ouidium & Virgiliũ. Oromedon, vide O ante r. Theromedon. Sunt nonnulla originis eiuſdem, terminationis diuerſæ ſimiliter correpta: veluti

Alcimedes — Alcimedes, viri nomen. Alcimede alcimedes, Iaſonis mater. Valerius Flaccus lib. 1, Vox tamen Alcimedes planctus ſupereminet omnes. Virg. in Bucol. Et nobis idem Alcimedon, &c. Ouid. 5. Metam. Et Libys Amphime-

Andromede — don, &c. Idem 4. Metam. Protinus Andromedem, &c. Idem in 1. de Arte, Tiphys & Automedon dicar amoris ego. Priſcianus in Perihegeſi, Eurymedon amnis radit vicina profundo. at viri nomen in ſeptimo Thebaidos. Ouid. in primo de Ponto, Non tibi Theromedon crudúſque rogabitur Atreus.

Cathedra — Cathedra, & quicquid eſt ab hedra, id eſt ſedes, vt exhedra, ſynhedra. Mart.

Exhedra — Illic æra ſonant: at circum pulpita noſtra,

Synhedra — Et ſteriles cathedras, baſia ſola crepant. Celedon, viri nomen, quinto Metam. ſed aliqui dicunt per a

Celedon — celadon, vt apud Papiniũ in primo Sylua. Alij veleda, alij velada legunt. Democedes, medici nomen,

Democedes — corripitur teſte Calepino. Empedocles. Horatius, Dum cupit Empedocles, &c. Eſſedum. vide Bi-

Empedocles — ſon I ante ſ. Ficedula variatur. Iuuen. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Mart. in Xenijs,

Eſſedum — Cærea quæ patulo lucet ficedula lumbo,

Ficedula — Quum tibi fortè datur (ſi ſapis) adde piper. Auis quædam eſt. Heledona, Polypi ſpecies per pſylon.

Lacedæmon — Iphimeda, Iphimedia. Lacedæmon, vrbs dicta à Lacedæmone Iouis filio. Incolæ, Lacedæmonij & Lacedæmones dicuntur. vt docet Baptiſta Pius in illud Sidonij in 2. Panægytico,

-fert Indus ebur, Chaldæus amomum,

Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,

Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuum. Vegetius lib. 3, Athenienſes & Lacedæmones ac Macedonas rerum potitos priſci teſtantur annales. bene igitur Fauſtus, Quum dux occubuit Lacedæ-

Lebedus — mone ſoſſus ab hoſte. Lebedus, oppidi nomen. Horat. Epiſt. 11,

Scis Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior, atque

Macedon — Fidenis vicis. Macedon à Macedone filio Iouis, vel (vt alij volunt) Macedoniæ regina. populi nomẽ:

qui etiam Maceta dicitur:& ipſa regio, Macedonia. Lucan.6,Quum tibi ſacrato Macedo ſeruetur in
antro.Dicitur nanque Macedo vel Macedon.hinc Mcedonius & Macedonicus,a,um.cuius ſecũdam
propter tot breues Ouidius auſus eſt producere,dignus certe quem ſequamur in 12. Metam.Qui clypeo,gladióque,Macedoniáque ſariſſa.non ſequar autem Aratorem: cui nec eadem authoritas, nec neceſſitas opitulatur in 2.lib. Vir quippe Macedo,In ſopnis hæc viſus ait,miſerere precamur.Et in eodem,
-fructuque loquelæ
Veſcitur eſuriens Macedona pérque ſoporis Dona, &c. Melchiſedech, vide crementa. Menede- Melchiſe-
mus,teſte Donato. Peucedanum,herbæ nomen. Lucan.lib.9,Peucedanúmque ſonans flammis, &c. dech
Remedium. Lucret. lib.6, Nec ratio remedi communis certa dabatur. pro remedij per apocopen. Peucedanũ
Tenedos,inſula. Virg. Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama. Veleda in Stathio. Vagedruſa, Remedium
Siciliæ flumen,apud Siliũ lib.14. Punicorum. Vnedo,arboris nomẽ,corripitur teſte Nebriſſenſi:quia Tenedos
(vt ait)ex vnus & verbo edo es eſt componitur. Zebedeus, Vide E ante u vocalem. Vagedruſa
AE ante d, Cauædium:quia fit ab ædes. Cinædus,puer parthicus. à κινέω,id eſt moueo: & αἰδοῖα,id Vnedo
eſt verẽda:non autẽ κύων,qui eſt canis,vt Vgutio ſopniauit:quia tunc cũ y Græco ſcribi oporteret. ita AE ante d
docet cũ Tortellio Neſtor. Iuuen. ſaty.2,Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos. Veræd9,verædari9. Cinædus
OE ante d, Comœdia, tragœdia, pſalmœdia, proſœdia, teſte Georgio Valla. Hodœdocus, latro & viarũ OE ante d
obſeſſor. Obœdio,id eſt obtempero: ſic Neſtor ex Apuleio. ❡E ante d producitur, vt Tangredus.
Sed à breuibus ſimplicibus corripiuntur,vt ſuppedito, à pes pedis. Corripiuntur etiam Ephimeda & Andromeda, & Sebedona,polypi ſpecies per e. Menedemus eſt,teſte Donato, Pæon tertius. Craſpedon per e,id eſt lacinia. Vnde Craſpedites, ſinus in Plinio: quoniam oppidum illud velut in lacinia erat. Beroal. in 8. Apul. & Hermo. cap. 32. lib. 5. Plinij. Pheredus, viri nomẽ,corripitur à Nicolao Valla Iliados 3. Ipimedia videatur I ante a. Protomedea,nympha maris: Laomedia etiam, nympha maris,corripiũtur à Pylade lib.3. Macedo tantũ corripitur:ſed metri neceſſitate Macedonius apud Ouidium,& Macedonicus apud Mantuanum corripiunt ſecundam,& tertiam quæ etiam breuis videtur, producunt. Et quia ſalua quantitate poetæ non poſſunt dicere Macedonum, dicunt Macedum. Veleda E ante d corripit, Stoa teſte Syl.1,Captiuæque preces Veledæ. Carchedon, id eſt Carthago per e ſcriptum inuenitur. Gepeda per e ſcribitur in Volaterrano,& eſt populi nomẽ. Euremides,i non e habet ante des forma patronymica. Ecedemus, vir. vnde Ecedemia quæ poſtea Academia dicta eſt, authore Dicæarcho. licet ab Academo quodam hunc vicum Atticæ deducant alij. Author eſt Plutarchus in Theſeo. OE diphthongus ante d, vt Cephalœdis & Cephalœdium,oppidum. vnde cephalœdias patronymicum pro patrio. & incolæ, Cephalœditani dicuntur, teſte Hermolao cap.8. lib. 3. Plinij. Sillius Quæque procelloſo Cephalœdias ora profundo.

E ante f corripitur,

vt dicunt: ſed difficulter inuenies exemplum,quia elephas per f male ſcribitur.

EXCEPTIO.

Variantur infinita cum facio & fio compoſita:veluti Liquefacio,liquefio,patefacio. ſic Rarefacio, Liquefacio
expergefacio, tepefacio. Ouid.6. Metam. Thura liquefaciunt, indutáque cornibus aurum. Catul. Tepefacio
Omentum in flamma pingue liquefaciens. Horat. Serm.13, In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Patefacio
Catul. Alta tepefaciet permixta flumina cæde. Propertius, Nec flentis dominæ patefiãt nocte feneſtræ. Expergefacio
Lucret. lib.6, Cauſa patefiet,&c. Idem lib.4, Atque patefecit quas ante obſederat ater. Idem in eodem Rarefacio
libro, Expergefactíque ſequuntur inania ſæpe. Idẽ lib.6, Et rarefecit calido miſcente vapore. Idẽ lib.2,
Iure igitur pereunt,quum rarefacta fluendo
Sunt. Calphurnius Ecloga prima, Læta patefactis incidere carmina fagis. Veneficus,venefica,veneficũ Veneficus
producimus:quia venenum ſecundam extendit. Ouid. in 1. de remed. Deme veneficijs carminibúſque fidem. Idem in epiſt. Barbara narratur veniſſe venefica tecum. ſic cæteri.

E ante g corripitur,

vt Elegia ſemper correptum, vt Triſtega Græcum: quia per ε ſcribitur vtrunque. Notentur deriuata è longis, vt collega, collegium.

EXCEPTIO.

Cethegus. vide E ante t. Categoria, categoricus per η, vt exegema, exegeticus, perihegeſis. Naupe- Cethegus
gus, per η nauium fabricator. Soropegus, ſtrategus, ſtrategema, ſcænopegia: hæc omnia per η Græce
ſcribuntur. Symplegas ſymplegadis, inſulæ & ſcopuli nomen. Sunt autem ſymplegades plures ſic Symplegas
dictæ, quod inter ſe aliquando concurriſſe fabulis dicuntur: à ſyn,id eſt con:& plutto,id eſt collido. appellantur quoque Cyaneæ. Lucan. lib.2, Vana repercuſſit pontum ſymplegas inanem. Mart. lib.11,
Si conſtringantur gemina ſymplegade culi,
Et Minyas intrent, cyaneáſque nates. Sympl[illegible] opus. In quo luctantes ac omnino concertatores ſpectantur.
AE ante g, Cynægyrus, viri nomẽ. Cratægus. P[illegible], laus & ſolennitas. hinc Panægyrici verſus, AE ante g

quibus aliquid laudamus. & dicitur panægyris cum y Græco in tertia ſyllaba:quaſi vndique cõgregatio:quia pan omne ſignificat:agyromai,congrego. eſt quoque puellæ nomen in Plautina Sticho.

¶E ante g corripitur, vt triſtega per e in lexico Græco. Triſtegos, habens tectum, vel tabulã tantum. Diſtegos verò duplex, à στέγη vel στέγος, id eſt tectum vel caſa. στεγάζω, id eſt tego vel ſuſtineo & firmo. Stoa & plures male (vt arbitror) putarunt produci. Stega, teſte Fulgentio, eſt nauis proſcorniũ, id eſt tabulatum, ſuper quod nautæ ambulant: ſicut Plautus ait, Forte ego vt in ſtega conſederam. Plautus autem in Bacchidibus ait, Forte vt aſſedi in ſtega. Et videtur illud eſſe ſtege quod Gallis dicitur *eſtage*, Latine tabulatum. Categoria, categorus, & categoricus, vt dixi per η κατηγορία, id eſt accuſatio vel prædicamentum. Categorus, accuſator: Anticategoria, mutua criminatio. Demegoria per η in prima & ſecunda reliquis breuibus, id eſt concio. Aſiegenes producitur lib. 7. Herodoti in oraculo Athenienſibus dato, Et Mars acer equis vrgens Aſiegene curru. Aſiegenes, in Aſia genitus. AEthregenetes per η in ſecunda: facit enim ſpondæum & anapæſtum, id eſt ſudificus, Boreæ epitheton, ſerenitatem generans. Gellius lib. 2. cap. 22. Cynegos per η in ſecunda, & cynegetes per η in ſecunda & e in tertia, id eſt venator. Cynegeticà volumina, de venatione, vt Olympij Nemeſiani. Naupegus per η, fabricator nauium: & η in a, Naupagium, locus vbi naues ædificantur. Veneti eum locum, vt dicit Pius in primum Lucretij, reſanatam vocant. Soropegus etiam per η, pollinctor, qui facit loculos ſepulchrales. Soros enim eſt loculus & cumulus oſſium & cadauerũ. Strategema etiam per η vt dixit: & Strategus, imperator aut dux: & ſtrategia, id eſt militatio, prætura. Strategiũ, locus quò conueniunt milites. quæ omnia E ante g producunt. Scenopegia vel ſcenophegia, neutri generis & plurale, celebritas Iudæorum in tentorijs fixis: à ſcenos vel ſcena, id eſt tabernaculum & tentorium: & pegneo, per η in prima, id eſt figo & conglutino: vnde etiam ſoropegus, &c. Exegetice, pars grammaticæ interpretatur enarratiua vel expoſitiua. Exegetes, præceptor. Exegema, exegemates, & exegeſis, narratio aut expoſitio. Omnia producunt E ante g. quia Græcis η habẽt: ſic & perihegeſis. AE ante g, vt Cratægus, arbor, ſyluestri meſpilo non abſimilis, quæ Cratægo cratægonis etiam dicitur Theophraſto lib. 3. Panægyris Græcis per η quod nunc per a, nunc in e longum, nunc in æ vertimus. Polyægos, non polyægas, nec polyagos, cap. 11. Plinij. lib. 4. locus à caprarum copia dictus Hermolao. Sed hæc fere omnia ſunt compoſita, habentia diphthongon in principio ſecundæ partis componentis: vt tragœdia, & fere alia: quod ſemel dico, ne me eius rei ignarum putes.

E ante l

E ante l producitur,

Candelabrũ

vt Philomela, non Philomena, vt imperiti dicũt. Philomelus, Eumelus: licet à melos deduci videantur. Tortellius interpretatur philomela, id eſt amica pomorum: quia mela ſunt mala. Perimele, candela, candelabrũ. Mart. in Apoph. De candelabro magna lucerna tibi. Male corripitur in hymno de diuo Martino, Cunctis candelabrum luminis extitit. Famelicus in Priapæis, &c.

EXCEPTIO.

Praxiteles
Ariſtoteles
Ageladas
Achelous
Abimelech
Alleluia
Arelas
Angelus
Ampelus
Ardelio
Ampelius
Auelis
Cybele

Corripiuntur compoſita à telos, vt Pyrgoteles, Praxiteles, Ariſtoteles, contra duræ ceruicis nebulones, qui nulla authoritate à ſtultitia ſua poſſunt depelli. Iuuenalis ſatyra 2, Siquis Ariſtotelem ſimilem vel Pittacon emit. Capella lib. 4, Pallens afflictim verſat Ariſtoteles. Author Priapæorũ, Non me Praxiteles Scopáſve fecit. Phaleuciũ eſt. Auſon. in epigram. Praxitelis manibus viuo iterũ Niobe. Corripe etiã à ſcelos, id eſt crus deducta, vt Monoſceli, homines Indici ſingulis cruribus. Periſcelis periſcelidis, cruris ornamentum. Horat. in ſexta epiſtola, Nota refert meretricis acumina: ſæpe catellam, Sæpe periſcelidem raptã ſibi flentis vti mox. Ageladas ageladæ, non agelas dicitur: licet id Calepinus ponat. vide A ante d. Achelous, viri & fluuij nomẽ. Ouid. 8. Metam. Vincas alios Acheloe dracones. Abimelech. Alleluia apud Sidoniũ in ſecũdo libro epiſt. ſed rectius oratio eſt quàm dictio. Arelas, vrbs in Auſonio & Prudẽtio. Angelus, euangeliũ, apud Iuuencũ & alios. Ampelus, viri nomẽ, ſignificat quoque vitem ſiue vineam. Ouidius 3. Faſt. Ampelon intonſum ſatyro nymphaque creatum Fertur in Iſmarijs Bacchus amaſſe iugis. Ameletis, in tertio de Arte. Ardelio, qui ſtudio quodã omnem in rem ardet, nihil perficit. Mart. lib. 2, Vis dicã quid ſis? magnus es ardelio. Ampelius, viri nomen. Sidon. ad Fœlicem, Paulinũ, Ampeliúmque, Symmachúmque. Phaleuciũ eſt. ſed producitur Ampelus, promontoriũ, vt Calepinus notauit. Auelis, gentis nomen. Auſon. ad Pontiũ, Illibanũ, Numidámque Auelim, Parthúmque Vononẽ. Aſphodel9 vel aſphodelũ, herba, corripitur in Gellio. Cybele cybeles, vel Cybeles cybelis, ſi Neſtori credim9, deorũ mater. Claudian9 in 3. de raptu Proſerpinæ,

-procul irrita venti Dicta ferant, ſubijcit Cybele, non tanta tonanti
Segnities. Sic cæteri ſæpiſſime: neque tamen raro geminato ll Cybelle dicunt. Idem in eodem libro,
-penetralibus amens
Proſilit: & tali cõpellat voce Cybellem.

Cybelus
Cypſelus

Sil. 17, Iámque petita aderat Latia portãte Cybellem. ſic cæteri modo producũt, modo corripiũt. Cybele, Cybelea, Cybela, vrbes. Cybelus, ſacerdotis nomen: vnde Cybelem dictã volunt: ſimiliter corripias. Cypſelus cũ y Græco, vt Cybele & Cybelus, Ixionis & Labdæ filius: vnde Corinthij Cypſelidæ dicti ſunt. Dictus autem Cypſelus, à cypſela frumẽtaria menſura, in qua abſconditus fuit à matre, quærentibus eum Corinthijs, vt interficerent. vide Domitium in

Cirim Virgilianam, vbi dicit, Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi
Præterit. Cypſelus, amnis in 7. Strabonis. Eleleus, Bacchus. Ouid. 4. Metam. Nyctiliúſque Eleleúſq; Eleleus
pater. Eutrapelus, viri nomen: interpretatur vrbanus. eutrapelia, vrbanitas eſt. Sunt quoque Eutrape- Eutrapelus
li, qui ſupra annorum rationem grandi corpore creſcunt, citóque moriuntur: in quo, voce Latina ca-
remus, & Græca vtimur. apud Martialem lib. 7. tonſoris nomen eſt,
Eutrapelus tonſor, dum circuit ora Luperci,
Expungítque genas, altera barba ſubit. Encheladus, gigantis nomen apud Lucanū lib. 6, Enchela- Encheladus
dum, &c. ſic apud Papinium, Virgilium, &c. eſt quoque grāmatici nomen. Iuuen. Satyra 7, Quis gre-
mio Encheladi doctíque Palæmonis affert. Encheliæ, oppidi nomen. Lucan. lib. 3, Encheliæ verſi te- Encheliæ
ſtantes funera Cadmi. Entelechia per ε, vt Etelis, piſcis. Ficeliæ, locus quidam Romæ, teſte Calderi- Entelechia
no, cui refragatur Merula. vide in primis. Hedymeles, cantoris nomen. vide E ante d. ſiquid aliud ma- Etelis
nifeſte fiat à melos, corripiatur. Nam Philomelus, philomela Tortellius deducit à philos, amic⁹: & me- Ficeliæ
la, id eſt mala ſiue poma, vt dictū eſt: licet aliqui à melos deriuēt. Hecatebeletes, id eſt Apollo apud Hedymeles
Suetonium. Icelos, Sopni filius. Ouid. 11. Metam. Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus Icelos
Nominat, Sic (vt opinor) Icelus, liberti nomen apud Suetoniū. Menelaus. Ouid. 5. de remedio amo- Menelaus
ris, Redde Parim nobis, Helenam Menelaus habebit. Meneleus, canis nomen: interim etiā viri. Ouid. Meneleus
3. Metam. Harpalos & Meneleus hirſutáque corpore Lachne. Marcelianum, vnguentū dictum à Marcelianū
Marcello, vnico l correptionis gratia extrito. ita enim legit Domiti⁹ illud Martialis lib. 3, Cuius olet to-
to pinguis coma Marceliano. Nephele nepheles, Helles mater, vnde ipſa Nepheleias dicitur. Lucan. Nephele
lib. 9, Qua pelago nomē Nepheleias abſtulit Helle. Nyctelius, id eſt Bacchus: ſed quidā per i Nycti- Obelus
lius dicunt. habet in prima y Græcū. vide Eleleus. Obelus, id eſt veru. Græce ſcribitur per ι tenue: er- Penelope
go corripitur. hinc obeliſcus. vide in primis O ante b. Male putat Calepin⁹ produci. Penelope. Ouid. Pterelas
Penelope coniūx ſemper Vlyſſis ero. in Priapæis Penelopea dicitur. Sic Penelops, auis. Pterelas ptere- Semele
læ, viri nomē & canis. vide AE ante l, Lælaps. Semele, Bacchi mater: & Lucus, qui Stimele quoque Stimele
dicitur. Ouid. 3. Metam. Limē adit Semeles. Idē 6. Faſt. Lucus erat dubiū Semele, Stimeléne vocetur. Sepelio
Sepelio. Mecœnas, Nec tumulū curo, ſepelit natura relictos. Sthenelus, viri nomē. Virg. 10. AEneid. Sthenelus
Hinc Stenelum petit, & Rhœti de gente vetuſta
Anchemolū. Stipelus vel ſtiphelus, centauri nomen. vide Bromius, O ante m. Sicelis, vide I ante Stipelus
c. Sphacelus herba per ι. Thymele Thymeles, mulieris nomē. Iuuen. Diues & à trepido Thymele Sicelis
ſuppoſta Latino. interpretaē pulpitū. Auſo. in epiſt ad lectorē, Seria cōtractis expēde poemata rugis: Thymele
Nos Thymelem ſequimur. hoc eſt pulpitum & hiſtrionicā artem. vnde Thymelici ſunt hiſtriones. vt
ff. De his qui notantur infamia: vbi ſic dicitur, Neque thymelici, neque xyſtici ignominioſi habeantur.
vbi ineptiſſime legitur theomelici & xeſuſtici. ſunt autem xyſtici, athletæ qui per hyberna tempora in
porticibus exercentur. nam xyſtos per x ſequente y Græco, porticus eſt. thymele autem per th aſpiratū
& y Græcum ſcribitur. multa de his Beroaldus in annotationibus. Thargelia, mulier in Beroaldo.
Vindelici, populi. Mart. lib. 9, Me tibi Vindelicis raptū narrabat in oris. Xerampelinæ, vide E ane r. Vindelici
AE ante l, Chamælæa, herba. Chamælæon, animal. Chamæmæla, herba. omnia ſcribūtur per ch aſpi- Xerāpelinæ
ratum, vt contra Tortellium dicit Neſtor. Mantæle mantęlis, & mantælum, & per i longum man- AE ante l
tile, eſt id quo manus abſterguntur: à manus & tela, vt vult Neſtor. Lucil. Mappas, mātæla, merúmq;. Chamælæa
Ouid. 3. Faſto. Dixerat ad dextram villis mātæle ſolutis. Plautus, Nec his ſycophantijs, nec phucis vllum Mantæle
mantælum obuium eſt. Mart. Mantile é menſa ſurripit Hermogenes. ¶ E ante l producitur, vt Sua-
dela, tutela, & ſimilia, quæ quidam ll gemino ſcribenda cenſent. Corripiuntur autem multa à nobis
præterita. Apeeliotes, ventus. Pylades in pri. Primus ab exortu conſurgit Apeeliotes,
Quē Subſolanum lingua Latina vocat. In Gellio tamen neſcio an recte ἀπηλιώτης ſcribitur. Ho-
mœoteleuton per ι, à telos, id eſt finis, quod corripitur: & inde teles. Aſphodelos vel aſphodelon, her-
ba quæ haſtula regia dicitur, per ι, corripitur ab Heſiodo ſic verſo, Aut quanta vtilitas in malua atque
aſphodelo ſit. Cypſelus, Corinthiorū tyrannus: Cypſelus AEetides claræ rex eſto Corinthi. Cypſele
etiam eſt alueare, & Cypſelus amnis Straboni lib. 7. Ameletides, vt Aldus impreſſit Ouidium in ter-
tio de Arte, Conueniunt tenues ſcapulis ameletides altis. ſed Barptolemæus Merula legit analectides
quæ ſunt, vt inquit, modici puluini, &c. Carduelis Baptiſta Pius in elegijs corripit, Dulcéque cardue-
lis fundit in aſtra melos. In elis tamen deriuatiua producuntur, vt patruelis. Arelas, oppidū. Auſon.
Prode duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit alpinis opulenta Vienna colonis. Encheliæ, vrbs, vbi Cadmus in anguē verſus fingitur. ab en-
chelijs, per ι, id eſt ſerpēs & anguilla. Suagela, tetraſyllabū prima longa, quia α habet: tertia vero breui
per ι, vrbs eſt Cariæ. Hermol. cap. 29. lib. 5. Plinij. Agelæ, Straboni dicuntur pupillares epulæ apud
Cretenſes, vt viriles andriæ & andronæ. ſcribitur per ι Hermolao cap. 8. lib. 15. Plinij. Antipelargoſis,
id eſt retributio, & gratiæ relatio per e, vt Pelargos, id eſt ciconia. vnde prouerbium Antipelargin, &c.
Penelope, tela procos decipiebat. Vnde nomen adepta eſt. Penion enim, eſt fuſus quo reuoluitur
ſubtegmen, vt ait Mācinellus. Penelops per e, vt Penelope, auis nomen: vnde Penelope dicta. Spha-
celus, herba ſaluiæ ſimilis: etiam per e tenue. Eſt & morbus, Latine ſyderatio dicitur. Sphaceliſmus

ſimiliter per e, morbus radicis, Latine radicatio in quinto Theophraſti de cauſis plantarum. Ectrapeli apud Pliniũ cap.16.lib.7.pœnultima breui,vt Eutrapelus. Entelechia per e,vt dixi:& Etelis,piſcis:& hecatebeletes. Icelos,liberti nomen apud Suetonium arbitror corripi,vt corripitur Icelos,Sopni filius. Paranatelion per ι pſylon,ſydus iuxta aliud oriens. Thargelia,mulieris pulcherrimæ nomen,corripitur à Beroaldo. Rachelæus à Rachelis corripitur,vt opinor licenter à Mantuano. Scopeliſmus per ι,criminis ſpecies,de quo multa Crinitus. AE ante l,vt Chamelæa,herba aut frutex,interpretatur parua olea,vt chamæſyce,parua ficus. Pompælonenſes,populi.

E ante m producitur,

E ante m

Diaſtema — vt Diaſtema,id eſt ſpatium. Græce ſcribitur per η:ergo producitur teſte Iohãne Pio & Calepino. ideo (vt vterque teſtatur) errauit Sidonius in epithalamio Polemij,dicens, Sic placidam Paphien ſeruare diaſtema quintum.

Euphemia — Euphemia,mulieris nomen:interpretatur bona fama. nam εὖ bonũ indicat: φήμη, fama eſt:vnde per ph aſpiratum multi non irrationabiliter phama ſcribunt. apud Græcos autem in prima ſyllaba per η φήμη pheme ſcribitur:hinc Polyphemus. quare errauit Sidonius in 1. Panægyrico dicens,Gaudeat Euphemiam ſydus diuale parentis. errat ſimiliter poeta doctiſſimus Baptiſta Mantuanus in Catharinaria dicẽs,Funus Anaſtaſiæ vidi,Euphemiæq; dolores.

Eleemoſyna — Eleemoſyna,hexaſyllaba dictio eſt: cuius tertia ſyllaba producitur : quicquid Verulanus & alij quidam dicant. ſcribitur nanque tertia ſyllaba per η, quam in e longum vertimus:in pœnultima habet υ Græcum. mecum ſentit doctiſſimus vir Henricus Bebelius. interpretatur autem miſericordia. nam eleos, miſeratio eſt: & dicitur munus quod amore dei pauperi datur. Erotema,id eſt interrogatio.

Vindemia — Vindemia. Virgilius 2. Georgic. Floret ager,ſpumat plenis vindemia labris. ſic cæteri. hinc Vindemiator:quod per ſyncopam Horatius

Vindemator — Vindemator dixit ſatyra 7. libri 1, Vindemator & inuictus quum ſæpe viator. Ouidius detraxit a literam,dicens in Faſtis,At non effugit vindemitor hoc quoque cauſam. Sic Seneca in Claudium, Carpebat raras ſerus vindemitor vuas.

Abſtemius — Abſtemius(vt in primo Fabius meminit) grammatici deducunt ab abſtinentia temeti. ideo quidam putant variari:multo melius producitur. Sidonius in Euchariſtico,
Vix coctos capture cibos abſtemius æuum
Ducis.

Academia — Academia dicas produci tantũ. vide A ante c.

Eremus — Eremus ſine aſpiratione producitur tantũ cõtra Alexandrũ,Sulpitiũ,& alios plurimos. ſcribitur nãque Græce per η in ſecũda ſyllaba ἔρημος. nos η in e longum vertimus,& ος in us,dicimúſque eremus:vnde eremita. hæc eſt veriſſima Neſtoris doctrina,quam probat per Dionyſium in Periegeſi. Bebelius quoque diligentiſſimus grammaticus verſum Græcũ ex quarto Lactãtij hunc citat,Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσαι. Pulchre id obſeruauit diuinus poeta Baptiſta Mantuanus, dicens ecloga 10, Sola quòd in vaſtam nondum diſceſſit eremum. Errauit itaque hic,vt in alijs compluſculis,Prudentius in Pſychomachia dicens, Excidit ergo animis eremi ſitis. Et Maffeus in Antoniade, Expediam primámque eremum primóſque receſſus. Et hymnographus,Præpotens martyr eremíſque cultor. Mamotrectus & Vgutio,pluréſque barbarici milites ineptiſſime dicunt ab hæreo deriuari,vel à remoueo. eſt enim Græcum fœmineum,&c.

EXCEPTIO.

Anathema — Anathema,teſte Valla in Matthæum,licet Prudentius,vt plures alij,dixerit, Dum vetitis anathema, legens anathema fauillis. huic tamen aſtipulatur Calepinus, in quo multa aut mendoſa, aut falſa deprehendi.

Alemania — Alemania,regio:vnde Alemanus. Claud. in 4. conſul. Hono. Implorátque tuum ſupplex Alemania nomen.

Anchemol⁹ — Anchemolus cum ch aſpirato,viri nomen. vide E ante l, Sthenelus.

Archemorus — Archemorus,viri nomen in 17. Silij. & ſæpe apud Papinium cum ch aſpirato ſcribitur.

Anemos — Anemos, ventus,teſte Calepino. At anæmos cum æ diphthongo dicitur exanguis, teſte eodem. ab a, priuatiua particula: & hæma,id eſt ſanguis, n euphoniæ cauſa interpoſitum eſt,extrita aſpiratione. Authemius ſiue anchemius,viri nomen apud Sidonium & Claudianum.

Artemis — Artemis artemidis, id eſt Diana. hinc Artemiſia, herba. in quibus errauit Macer, vt etiam ex compoſito Artemidorus perſpicere poſſumus. Mart. lib. 7,Quum vinceret Artemidorus.

Autolemus — Autolemus,viri nomẽ. Marulus,Dixerat Autolemo flammas conſultus aruſpex. Chryſothemis:quia fit à themis.

Elementum — Elementum. Ouidius, Denſior his tellus,elementáque grandia traxit. Gethſemani,Chriſtiani in pœnultima & antepœnultima corripiũt.

Neoptolemus — Neoptolemus,viri nomen,interpretatur nouus miles:ſic enim dictus eſt Pyrrhus,Achillis filius apud Virgilium in ſecũdo AEneidos.

Polemos, Polemon, Ptolemæus — Polemos,& interpoſita t litera Ptolem⁹, interpretatur miles. quicquid hinc eſt corripitur,vt Neoptolemus,Triptolemus, Polemæus, Polemon, Philopolemus in Captiuis Plauti, Barptolemæus. Polemon igitur,viri nomen,vide O ante c, Focale. Lucanus 9, Te Ptolemæe feram, &c. regis AEgyptij nomẽ. aliter vſi carpãtur.

Polemius — Polemius,viri nomẽ. Sidonius in Polemij epithalamio,
Hoc in gymnaſio Polemi ſapientia vitam
Excolit. pro Polemij per apocopen.

Ploxemum — Ploxemum Tranſpadani vocant capſam. Catullus de AEmilio, Gingiuas vero Ploxemi habet veteris.

Solemus — Solemus, viri nomen. Ouid. 4. Faſtorum, Huius erat Solemus Phrygia comes vnus ab Ida.

Telemachus — Telemachus,viri nomen. vide E ante l. Telemus. vide E ante l.
Tlepolemus. vide E ante p. Triptolemus,viri nomẽ. Ouid. 4. Faſtorum, Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo.

Vehemens — Vehemens,quod frequenter per ſynæreſin eſt diſſyllabum. Lucretius libro 2, Nam tibi

vehementes noua res molitur ad aures. Sic ibidem protulit (earũ) Vt noſcas referre earũ primordia rerum. Cicero in Arato, Geſſit iam vero clinata eſt vngula vehemens. vbi nota ſimplex clinata, quo Cicero in eo opere identidem vtitur. hos imitatus eſt Horatius in vltima epiſtola, dicens,

Vehemens & liquidus, puróque ſimillimus amni

Fundit opes. Propter dictum Ciceronis verſum malo ſynæreſin eſſe quàm primo loco anapæſtum, vt Fluuiorum rex, &c.

AE ante m / Achæmenes / Achæmenides / Achæmenij / Adræmon / Chamæmelum

AE ante m, Achæmenes, primus Perſarum rex. vnde Perſæ Achæmenidæ & Achæmenij dicuntur. Propertius lib. 2, Non tot Achæmenijs armantur Suſa ſagittis Spicula. Achæmenides, comes Vlyſſis, teſte Tortellio, per æ diphthongon ſcribitur in ſecunda ſyllaba, non cũ i Achimenides. ergo in I ante m ab aliquibus male excipitur. Ouid. 14. Metam. Noſcit Achæmenidẽ, &c. Adræmon, Thoantis pater teſte Tortellio Chamæmellũ, herba quæ male camomilla dicitur, vt ait Calepinus. ſcribitur autẽ cũ ch aſpirato. Calodæmon, cacodæmõ, vt dæmõ. Diadæma. Euæmõ & Eudæmonidas, virorũ propria. Lacedæmõ, Lacedæmonius. Palæmon, viri nomẽ. Pylæmenes cũ y Græco, viri nomẽ. Talæmenens, viri nomẽ, qui Troianis auxiliũ dedit, vt dicit Tortellius.

OE ante m

OE ante m, Parœmia, proœmiũ. Philopœmen, viri nomen. ¶E ante m producitur, vt eleemoſyna, hexaſyllaba dictio. cum η enim ante m ſcribitur, interpretatur miſericordia. Stoa male dicit corripi. Diaſtema ſolũ producetur. Stoa fruſtra Sidonium excuſat, vt in Euphemia, quod per η ſcribitur, ídque nobis in e longum fere vertitur. Abſtemius variatur, ſed productio eſt melior. Ouid. 15. Metam. Gaudétque meris abſtemius vndis. Lucil. 6, Lanificam dici ſiccam atque abſtemiam vbi audit. Rubrius in ſaty. Abſtemiũ temulenta ſugit Metenia nomẽ. Andremon, nomen viri, corripitur Vallæ. 14. Iliados,

Artemis, Diana, quaſi aerotomis, quia aerem ſecat: corripitur & artemiſiũ, quod Plutarchus in Themiſtocle dicit eſſe Euboiæ litus. Chryſothemis corripitur, vt themis: & tutemet, vt tute. Barptolemæus corripitur, vt Ptolemæus & aptolemus, id eſt imbellis. Antemius corripitur. Sidonius, Huic ſocer Antemius præfectus, conſul, & idem. Polemo regis nomen in 11. Strab. ſicut Polemon philoſophus in Horatio. Eremi nunquã corripitur. legitur in Claudiano, Sedãtur gemitus Herebi. vbi male legatur eremi. Bene autem dixit Prudentius in Dittochæo, Aſpide ſicca mala via deſeruiebat eremi.

Anáthema, maledictio, deteſtatio per e: ſed anathêma, id eſt additamentũ per η, & ita hoc producitur, illud corripitur. Echemythia per e, id eſt taciturnitas, vt Pythagoræ Gellio libro 1. cap. 9. Boemundus Mantuano, Echomaneus Nicolao Vallæ corripiuntur. Artemon, vir molliſſimus: & Artemona, mulier: & artemon, velum per e. Aſtranemos e breui. Pius in ſecundum Lucretij graphice appellat vanos & ventoſos aſtrologos. Noemi, Socrus Ruth. Prudentius, Illa ſocrum Noemi fido comitatur amore. Vehemens aliquando contrahitur in diſſyllabum. apud Prudentium triſyllabum, Præceptor vehemenis eundo firmat. Phaleucium eſt. Sic & alij multi.

E ante n producitur,

E ante n

vt Galenus triſyllabũ: licet cũ indoctis aliter dixerit Macer. Euenus, Agenor, Antenor, Agareni. & apud Baptiſtã in exhortatione contra infideles legendum puto, Semen Agarenum Trinacria. non agarenicũ, niſi dicatur hic vt in pluſculis à veterum obſeruatione defeciſſe. Dindymene, id eſt Cybele.

Genos / Diogenes / Origenes / Sthenos / Boryſthenes

EXCEPTIO. Corripe compoſita à Genos, id eſt genus. veluti Protogenes, &c. Auſon. in Epig. Diogenes obijt: non obijt, ſed abit. eadem ratione corripitur Origenes, ideo plurimorum deceptor Riga male dixit in Lucam, Scripſit Origenes, quòd nõ tenebroſa fuerunt. Idem, Ecce nouũ mirũ Diogenes cornua perdit. Mart. Mantile è menſa ſurripit Hermogenes. Virg. in Bucol. Non tulit Antigenes. Iuuen. Aduocat Archigenem. Idem, Protogenes aliquis. Corripiuntur quoque compoſita à Sthenos cum ſth aſpirato, id eſt robur. vt Demoſthenes, Boryſthenes cum y Græco, fluuius, inſula, & oppidũ, vnde Boryſthenidæ Scythæ, & Boryſthenius, a, um, & Boryſthenis boryſthenidis. Priſcianus in Perieгeſi, Hic vbi deſcẽdit porrecta Boryſthenis vnda. Propert. lib. 2, Gloria ad Hibernos lata Boryſthenidas. ſic Antiſthenes, Calliſthenes, Pliſthenes, virorum nomina. hinc Antiſthenius, Calliſthenius. Ouid. 2. de remedio Amoris, Illam Pliſthenio gaudia ferre viro. Corripe etiam compoſita à Xenos, id eſt hoſpes vel peregrinus, vt philoxenus, id eſt hoſpitalis: philoxena, talis fœmina: philoxenia, hoſpitalitas. Ariſtoxenus, optimus hoſpes. nam ariſtos, optimus eſt: axenus, inhoſpitabilis. Polyxena cum y Græco, Priami filia, interpretatur multorum peregrina. à poly cum y Græco, & xenos. ita tradit Calepinus. Tortellius autem à poly & zene admiranda. hic Calepino libentius accedo. Ouidius 3. Metamorph. Placet Achillæos mactata Polyxena manes. Proxeneta in Xenium, E ante n dictum eſt. Quare indocte quidam dixit, Tam demens vt ſis Ariſtoxenus inepte,

Armenia / Aſenech / Achæmenes / Achæmenides

Qui viuentẽ animam diſputat eſſe nihil. Armenia, regio. Papin. 1. Syl. Armenia & patiens Latij iam pontis Araxes. ſic cæteri præter Rigam & nonnullos Riga indoctiores: quos male imitatus Petrarcha dixit in 2. Aphricæ, Vincetur Iudæa tenax, Armenia duplex. Placentinus aſpirat Harmenia. Iuuenalis, Armenius Zalates, &c. Aſenech, hebræum nomen. Achæmenes. vide AE diphthongon ante m. Argetes, Apollo per e pſylon. Achæmenides. vide ibidem. Ambenus, proprium montis & viri apud Valerium Flaccum lib 6. Alcamenes, teſte Calepino, ſculptoris nomen. Ariaſmenus, viri no-

Amphigenia men in 6.Valerij Flacci. Amphigenia.vide I ante a. Alimentus,viri nomen in 10.Thebaid. Abde-
nago, teſte Sulpitio. Anaximenes, philoſophi nomen in Sidonio , & Ariſtomenes apud Marullum.
Berenice Sic Acheſſomenus in Pylade. Berenice Berenices,non per o Beronice,quicquid dicat Neſtor, autho
re Antonio Parthenio interprete Catulli.Iuuenalis,Deinde adamas notiſſimus & Berenices
In digito factus pretioſior.fuit AEgypti regina,& alia Herodis filia, & quaruncunque nomen fuerit,
corripietur.Aliqui excipiunt Berenix:quod nuſquam inueni. Berenicis.vide I ante c. Carcenas,pi-
Carmenion ſcis,eſt in Oppiano. Carmenion,viri nomen. Martialis libro 10, Nec te Carmenion vocem ſororem.
Celeneus Phaleucius eſt. Celeneus, viri nomen. Clymene,Phaetontis mater.vide O ante d,Rhodos. Cly-
Clymene menus , viri nomen apud Ouidium ſexto Metamorph. Vtrunque per y Græcum ſcribitur. Clazo-
Clymenus menæ clazomenarum,oppidi nomen.Horatius ſatyra 7, Perſius hic permagna negotia diues habebat
Clazomenæ Clazomenis,etiam lites cum rege moleſtas. In Calepino male dicitur pœnultima produci. Crome-
Diadumen9 non in Pylade. Diadumenus,viri nomen. Martialis libro tertio,Hoc tua ſæue puer Diadumene ba-
Echeneis ſia flagrant. Echeneis.vide Echinus,E ante c. Eumenis,furia. Silius libro 2,Eumenis in medios ir-
Eumenis rumpit turbida cœtus. Eumenius,viri proprium in 11.AEneid. Eumenes tamen producitur,vt qui-
Eumenius dam volunt. Eurymenæ eurymenarum,cum y Græco.Valerius Flaccus libro 2,Inde ſalutauit Eury-
Eurymenæ menas. Eugenius Eugenia,vt Amphigenia. Eumenides,vir in tertio Triſtium Ouidij. Echimene,
Eugenius proprium mulieris in Pylade. Eulimene,nympha in eodem. Hebenus & hebenum,arbor. Virgil.1.
Hebenus Georg.Fert hebenum,ſolis eſt thurea virga Sabæis. Helena vel Helene etiam diuæ Auguſtæ nomen:
Helena licet indocti tum velint produci.vide Menelaus. Helenus,viri nomen.Virgilius lib.4.Georgic. Hos
Helenus Helenus monitus. Helenium,frutex. Herenius,teſte Bebelio. Hippomenes,viri nomen apud Oui
Hippomenes dium in decimo Metamorph. Hymeneus. Idaſmenus,viri nomen.vide I ante d. Idomeneus, vi-
Idaſmenus ri nomen 3.AEneid. Iphigenia,vide I ante a.Sic Agenius:& eiuſdem originis cætera, Iuuenis.Ho-
Idomeneus ratius,Imberbis iuuenis. Ingenium,& ingenuus,& ingenitus,& compoſita,Aduena,alienigena,&c.
Iphigenia Ialmenus,vir,in Auſonio. Melpomene, muſarum vna apud Virgilium & alios. Miſſumenos,o-
Iuuenis dio dignus & diſplicens: ſed Diſcxapothos dicitur iucundiſſimus & maxime optatus.Mart.in Apop.
Melpomene Non erit in turba quiſquam miſſumenos iſta:
Miſſumenos Sed poterit quiuis eſſe diſexapothos. Miritenes,lapis pretioſus.Priſcianus in Periegeſi,Miritenémque bonum nardi cum reddat odorem. Nyctimene nyctimenes , puella in noctuam verſa , cum y
Nyctimene Græco in prima ſyllaba.Ouidius 2.Metamorph.Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori. Potes
Olenos pro noctua capere. Neriene variatur , teſte Gellio . OEcumenicum per ι pſilon. Olenos & ole-
Olenus nus.vide O ante l. Orchomenus,Theſſaliæ mons: vnde Orchomenum, oppidum: & Orchomenon
Orchomen9 fluuius. vnde adiectiuum Orchomenius orchomenia orchomenium. Ouidius 5.Metamor.Vſque ſub
Ormenis Orchomenon. Ormenus,viri nomen apud Papinium in 10.Thebaid. Ormenis, nympha, in epiſt.
Deianiræ. Ormenium,vicus.Ormenius, cōditor eius in 9.Strabonis. Ochenius,in O ante c. Par-
Parmeno meno. Eraſmus ad Guagunum, Necnon Parmeno vti Terentianus.Phaleucius eſt. ſic Parmenio.
Parmenio Pœmenis.vide OE diphthongon ante m. Parthenos cū th aſpirato, id eſt virgo.vnde Parthenice.
Pœmenis Parthenius,viri,montis, & fluuij nomen. Appellatiuum vero proprie cum ſignificat qui ex ea quæ
Parthenos virgo nupſit,natus eſt:vt dicit Mancinellus in illud Iuuenalis ſatyra 12, --mittere lances
Periclyme- Parthenio factas. Parthenope in Virgilio. Periclymenus,cum y Græco in tertia ſyllaba, nomen eſt
nus apud Ouidium in 12.Metamorph. Philopœmenes, vir in Auſonio. Et Phonolenides 12. Metamor.
Porſena Porſena,Romanorum rex.Martialis lib.1,Vrere quam potuit contempto Mutius igne:
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.ſic cæteri ferme.Virgilius tamen metri gratia per geminum nn Porſenna dixit in 8.AEneidos, Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat
Accipere. Sthelenus. Telomeneus. Tiſamenes,vir in Pylade.

AE ante n AE ante n,Amphiſibæna,ſerpēs. Bohtæna,piſcis. Balæna, marina bælua. Celæno,harpyiarum
vna,& etiam Pleiadum. Celænæ celænarum,oppidum Phrygiæ. dicitur quoque ſingulariter Celæ-
na,teſte Neſtore. Cæſæna,vrbs,teſte Tortellio. Dracæna,draconis fœmina. Encænia,& quicquid
eſt à cænos,id eſt nouus. Hyæna cum y Græco. Lacæna. Leæna. Muræna. Nazarænus. Parænesis,admonitio. ſic Apæneos. Proſcænium:quia eſt à ſcæna. Phocæna,piſcis.

OE ante n OE ante n,Amœnus,amœnitas,&c. Apœninus,vt vult Seruius, quia à pœnis nomen habere pu-
Apœninus tat:Neſtor & alij per geminum nn ſine diphthongo Apenninus ſcribunt. Buthœnus,cum th aſpira-
Apenninus to,id eſt Hercules,teſte Georgio Valla. Camœna. Calœnum,vinum optimum. Lagœna & quic-
quid eſt ab œnos, vt Philœnos: & à cœnos, id eſt communis , vt Epicœnum: & à ſcœnos, id eſt fu-
nis,vt Oxyſchœnos,iuncus marinus,quaſi acutus funis. Oxys,acutus eſt,cum y Græco. holoſchœnos
etiam marinus iuncus,quaſi totus funis.nam holos totus eſt. Prothœnor. ⁋E ante n producitur,
vt cathena. Errauit ergo Franciſcus Pius in hymno, Aſſertor ſuperas cathenato dæmone ſedes. quod
aliqui excuſant : quia putant quòd cathena dicatur à cane & teneo : ſed hoc contra vſum poetarum
nihil militat . Non tamen occurrit ratio qua th aſpiretur. Excipiuntur multa in Verſificatoria noſtra prætermiſſa.Ariſtomenes,vir apud Marullum:& Anaximenes,apud Sidonium. Carcenas,piſcis

apud Lippium, Carcenades nudæ naſcuntur tegmine vulſo. Argenetes, Apollo apud Mantuanum.

Degener, & degenero, vt genus generis. Helenium frutex, vt Helena. Hymenæus, vt Hymen.

Ialmenus, vir. Auſonius in Periochis, Aſcalaphúſque potẽs, & Ialmenus acer vterque. Halalcomene halalcomenes, vel Halalcomenæ halalcomenarum, vel Halalcomenium neutro genere, vrbs Boeotiæ, in qua Minerua præcipue colebatur: Halalcomeneis inde dicta. Vide Hermolaum cap. 7. libri 4. & cap. 8. libri 23. Plinij. Pylæmeneus, aut Pylæmenes, Paphagonum dux, corripitur ab Homero. hinc Pylæmenia. Nerione variatur. vide E ante r. OEcumenicum per e pſilon. Ochenius. vide O ante c. Parmenio, vt Parmeno. Parthenope, vt Parthenice: vnde Partheniæ Lacedæmonij è virginibus, id eſt innuptis nati. Parthenias in octauo Strabonis. Philopemenes, dux acer. Auſonius, Carcere in Argiuo Philopemena lenta adijt mors. Echimene, mulier, corripitur à Pylade libro 4. Aſmenidæ, apud Virgiliũ. Temenidæ, in octauo Herodoti. Eulimene, Pyladis tertio. Polyſthenes, Thyeſtis & Atrei frater. Volaterranus. Tiſamenes. Ouidius in Ibin, & Pylades libri 5. Armene, media producta Xenophonti: Menippo & Straboni correpta. Hermolaus cap. 2. libri 31. Plinij. Eurymene, Hecatæo Theſſaliæ oppidum: Plinio Macedoniæ. Hermolaus cap. 2. lib. 31. Plinij. Encriomenos, per ω tertia & pœnultima per η, ab ariete ductum cognomen. Ormenium, vicus ſub monte Pelio: nunc vocatur Oriminium: cuius conditor fuit Ormenius. Oromenon & Acheſſomenus, viri, corripiuntur à Pylade. AE ante n, vt Demænetus, ſenex Plautinus. Scorpæna, piſcis Hermolao. & Sciena, piſcis, quam Varro vmbrã vocat. Hermolaus. Melænis, mulier, interpretatur nigra aut fuſca. Syæna, piſcis à ſue dictus: alio nomine chœrilla & porculus. Hermolaus cap. 7. lib. 32. Plinij. Sphyræna, piſcis, quem Theodorus malleolum vocat. Gangræna, cancer, morbus. Panænus, frater Phidiæ, ſed varie ſcribitur. Straboni interim Panænus, interim Pandænum: nec Phidiæ frater, ſed ex fratre nepos. Pauſaniæ, Panænus & panæus.

E ante p corripitur, vt Telephus, elephas. — E ante p

EXCEPTIO.

AEſepus, fluuij nomen. Hinc AEſipius æſipia æſipium. Valerius Flaccus libro tertio, — AEſepus

Ampycides petit aduerſis AEſepia ſyluis

Flumina, & æquoreas pariter decurrit ad vndas. Ego video in prima habere æ diphthongon. Neſtor vero legit Aſepus, quia putauit corripi apud Priſcianum in Periegeſi, Atque malos lemures quod pellit munus Aſepi. notum eſt apud Flaccum produci, & opinor Neſtorem decipi: quia apud Priſcianum in omnibus libris, quos vidi, etiam diuerſarum impreſſionum habetur Iaſpi, non Aſepi: ſic, Atque malos lemures quod pellit munus Iaſpi. Itaque, quantum ad diphthongon attinet, Tortellio ſuffragor.

Aſclepius, viri nomen, Græce habet in ſecũda ſyllaba η, quam in e longum vertimus. author eſt Neſtor. Macer male variauit. Ioſephus ſimiliter Græce ſcribitur per η, quam in e longum vertimus, teſtibus Neſtore & Antonio Nebriſſenſi. in quo nõ optime ſenſit Sulpitius. Vt in Epodo, Anate eremo muliere ſcrypſlo. in quibus tamẽ dicit ſe tritum vſum ſequi. quod verum non eſt, ſi de doctiſſimorum vſu loquatur. Inepte itaque dixit Riga in libris Regum, Inde refert Ioſephus, quòd mira gerens Eleazar. Dicitur etiam Ioſippus. Lycepes, Centauri nomen, in Pylade recte producitur. — Ioſephus

AE ante p, Hypæpa hypæporum, cum y Græco, Lydiæ vrbs, monti adiacens. ab hypo, id eſt ſub: & æpos, cacumen & vertex. hoc eſt ſub cacumine. Ouidius ſexto Metamorph. Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis. Præſæpe, Præſæpio præſæpis: & ſiquid hinc fit aliud, apud antiquos diphthongon habere conſueuit, teſte Neſtore. Palæphatus, Palæpolis, Palæpaphia, & ſimilia à palæ, diu: & palæos, vetus. — AE ante p Hypæpa

OE ante p, Hodœporus, viator. Hodœporicum, id eſt itinerarium, hoc eſt liber aliquod iter deſcribens. Nomen (itinerariũ) Bebelius credit eſſe barbarũ: licet Itineror verbum non ſatis elegans in Apuleio legatur, & Calepinus ponat itinerarium. ſi tamen in Hieronymo vſquam inueniatur, non multum damnauero, ſed Hodœporicum libentius dixero. Synalœpha, epiſynalœpha, & ſiquid fit ab alœphe aliud per œ diphthongon ante p ſcribatur, teſtibus Tortellio & Neſtore cum Georgio Valla Placentino. ❡E ante p corripitur, vt Elephas. Producitur AEſepus, fluuius in Lycia, licet Stoa cum Neſtore in Periegeſi Aſepus prima correpta legant. Aſclepium, vrbs per η, ab Aſclepio, qui eſt Eſculapius. hinc Aſclepia ars, id eſt medicina: Et Aſclepiades, vir, cuius pœnultimam male produxit Prudentius. Canephori per η, caniſtrum ferentes. Lycepes, Centauri nomen producitur, teſte Bebelio. Vnde Pylades lib. 3, Mox Helimus ſubit, & latrans Bromus atque Lycepes. Bulephorus per η, conſultus, conſiliarius, conſilium ferens. Hierocepis, inſula Plinio: & vrbs Straboni, huius hierocepidis. dicitur etiam Hierocepia, & interpretatur ſacer hortus Hermolao cap. 31. lib. 5. Plinij. ❡AE ante p, Hypæpa, Veneri ſacra. Incolæ dicuntur Hypæpeni Hermolao cap. 29. libri 5. Plinij. Stoa Hypæpios non recte, vt opinor, vocat. Acræphia, oppidi nomen Hermolao cap. 7. libri 4. Plinij. Palæphatus inter ea quæ fidem non capiunt, meretricem fuiſſe Scylla tradit: quæ quum degluberet amatores, indignatione deorum in maris monſtrũ verſa ſit ex puella. Palæpaphiæ teſtimonio vtitur Virgilius in Cyri, Docta Palæpaphiæ teſtatur voce papyrus. Mendoſe legitur, Palæphagiæ teſtatur voce Pachynus. Idque — OE ante p Hodœporicũ — Synalœpha

neſcio quis (nam Domitij gloſſulas illas eſſe non arbitror) ad Venerem Pachynúmque Siciliæ promontorium perridicule refert. Hæc Ianus in fine tertij de raptu Proſerpinæ. Palæpolis, vetus vrbs dicitur: & Palebyblus, vrbs apud Libanum ſita.

E ante q

E ante q corripitur,

vt Diequinti, diequarti: vel diequinte, diequarte, aduerbia temporis, contra primitiui naturã corripiuntur, teſte Gellio libro 9. Noctium Atticarum. ¶E ante q corripitur, vt Diequarti, teſte Gellio: ſed Cn. Martius diequarto produxit: ſed opinor hoc per locutionem, illud per compoſitionem dictum.

E ante r

E ante r corripitur,

vt Magiſterium. Tibullus, Quum mea ridebunt vana magiſteria. Miniſterium, bucerus, quærcerus, inferus, ſuperus, poſterus.

EXCEPTIO.

Propria · Cythere · Cytherea

Propria fere producuntur, vt Homerus, Saleranus, Cythera cytherorum. Cythere Cytheres, id eſt Venus. Auſonius in Epigram. Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere. at pro Venere Cytherea contra primitiui naturam corripitur vbique, præterquam ſemel in Faſtis. Virgilius in 1. AEneid.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum

Acheron · Hiera

Fata tibi. ſic Cythereius. Abdera, Acheras. Iberius, Iberia, &c. Plurima tamen corripiũtur, é quibus multa hic ſubieci. Acheron. Lucanus lib. 3, Præparat innumeras puppes Acherontis aduſti Portitor. Male habetur in Calepino id nomen æ diphthõgo debere annotari, & eſſe fœminini generis, quum ſit maſculini, fluuius eſt infernalis. Aſterie, aſteris, aſterion, & quicquid eſt ab aſter, id eſt ſtella: vt Aſteriſcus. Bructerus, Bellerophon. Cerberus, Craterus, Cicero, Cremera, Camere, camerius, caſperula, Caſperia. Eucherius, Eleutherius, Eleutheria, Eleutheræ, Eperie. Glycere, Glycerium. Hiero, Hieronymus, Hieroſolyma, & quicquid eſt ab hieros, id eſt ſacer, niſi per ſynæreſin proferatur. Manilius, Hiera Syracuſas, Salamis nanque vrget Athenas. Inſulæ nomen eſt. Apud Virgilium eſt triſyllabum ſecunda producta. nymphæ nomen in nono AEneid. Quos Iouis eduxit luco ſylueſtris Hiera. Sillius libro 14, Hic mitis Hieronis opes, hic ſancta vetuſtas. ſynæreſis eſt. Baptiſta in (Hiericus) ſynæreſin fecit, & nihilominus corripuit, dicens in Ecloga decima, Vnda coit rurſum tandem Hiericunte relicta. Iuuencus, Ieremiam dixere alij, pars eſſe prophetã. Hymera. Laberius. Martialis lib. 6, Affirmas Laberi, quid ergo non vis? pro Laberij. Phaleucium eſt. Mermeros, viri nomen, in duodecimo Metamorph. Nuceria. Pierus. Proteros, loci nomen in quarto Martialis. Silerus, fluuius, qui & Siler. Sillius libro 8, Nunc Silerus qui nutrit aquis. Sigerius. Staberius apud Horatium in 3. ſatyra libri ſecundi. Tyberis, tyberinus, Tyberius. Horatius ſatyra tertia libri ſecundi,

Tyberius

Te Tyberi numerare cauis abſcondere triſtem

Valerus · Valerius

Extimui. Vocatiuus eſt à Tyberius: ideo indocte dixit Sidonius in tertio Panægyrico, Capreáque Tyberi. Tripherus, viri nomen apud Iuuenalem ſatyra 6. Valerus, viri nomen 10. AEneid. Quem tamen haud expers Valerus virtutis auitæ. Valerius, viri nomen. Horatius ſatyra 6,

Contra Leuini Valeri genus vnde Superbus

Nicerotes · Seuerus · Aſſeuero · Perſeuero

Tarquinius regno pulſus fuit vnius aſſis. apocope eſt pro Valerij. Ergo non recte dixit Petrarcha in 3. libro epiſtol. Inſigne exemplum Marcúſque Valerius offert. Adde dictis Nicerotes, pigmentarij nomen. vnde Nicerotianum vnguentum appellatur. Martialis lib. 10, Nimbis ebria nicerotianis. Phaleucium eſt. Et ab eros, id eſt amor compoſita, vt phileros philerotis. & ab ceros, cornu, vt Rhynoceros, ægoceros. Camerinus, camerina, ætherius, amerium, amerinus, aptera, luceria, AEgeria, Nouerium, Treueri, & quæ non occurrunt plura. Notentur compoſita, quia producuntur é longis, vt Enimuero. Seuerus, ſequens verum: ſed etymologia potius quàm compoſitio videtur. hinc Aſſeuero aſſeueras, perſeuero perſeueras. Papinius 4. Sylu. Nam ſi ludere Grype perſeueras. Phaleucium eſt. Arteria arteriorum pluraliter. Lucretius libro 4, Propterea radit vox fauces ſæpe, facitque

Arteria · Cyperus · Cratera · Cauteria · Dicterium

Aſperiora foris gradiens arteria clamor. Dicitur quoque arteria arteriæ ſingulariter. Cicero, Læduntur arteriæ. Gellius, Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis. Quidam non recte corripuit, vt notat Calepinus. Auſterus apud Horatium ſatyra ſecunda. Baptiſterium per η. Cyperus, vide I ante p. Cratera, cauteria, clyſterium, cœmiterium, cantherius, Centeria, Chariſteria ſcribuntur per η. Dicterium, breuiter, acutè, ſalſéque dictum. Martialis libro 6, Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes:

Galerus · Myſterium · Niceterium · Poderis · Panthera · Pſalterium

Sic te conuiuam poſſe placere putas. Elaterium, per η, vt Ergaſterium. Galerus, capitis tegmen. Iuuenalis ſatyra 6, Et nigrum flauo crinem abſcondente galero. diminutiuũ eſt Galericulus. hinc Galerita, alauda, à galeri ſimilitudine propter plumam elatam in capite. vide Colon, O ante l. Myſterium. Auſonius ad Theonem, Accipe cõgeſtas myſteria friuola nugas. ſic Ouidius cæteriq́. Monaſterium per η producitur. Niceteriũ. vide I ante c, per η, vt OEnantera. Poderis, veſtis quædam, male dicitur in Calepino corripi, quia teſte Neſtore (cui ſuffragantur doctiſſimi viri Badius & Antonius Nebriſſenſis) Græce ſcribitur per η, quam in e longam vertimus. male corripitur à Riga. Panthera, facile reperies teſtimonium. Pſalterium, organum muſicum. Hebraice Nablon dicitur. Virg. in Ciri, Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda. Errauit in hoc vt in pluſculis Arator ad Virgiliũ Papam i-

ta ſcribens, Metrica vis ſacris non eſt incognita libris,

Pſalterium lyrici compoſuêre pedes. Pyreterium per ɛ,vt Phaleria. Soteria,vide O ante t. Seuerus,iam dictum eſt. Statera. Martialis lib. 10, Non ergo eſt manus iſta,ſed ſtatera. Papinius lib. 4. Syl. Repit languida quadrupes ſtatera. Phaleucius eſt apud Papinium,teſte Domitio. ſignificat lignũ, vnde vincto fune,& alligata mula trahebatur currus: à ſimilitudine ſtateræ, quæ eſt inſtrumentum quo res ſine bilancibus ponderantur. Synteresis per ɛ. Trieteris, trium annorum ſpatium. hinc Trieterica ſacra,quæ tertio quoque anno fiunt. ſic Dieteris, biennium eſt. etos, annus eſt. Stathius quarto Thebaid. Ludis & ara ſacrum recolet trieteris Opheltem. Virgilius, Audito ſtimulant trieterida Baccho. Sillius libro 4, Edoni: vt Pangæa ſuper trieteride motu: Trieris,teſte Neſtore,per ɛ ſcribitur,& producitur. nauis eſt triremis, cuius præfectus Trierarchus dicitur, ſecunda itidem producta. Thymiaterium per ɛ. Soteria Statera Trieteris

AE ante r, Arcæra,currus vndique clauſus. Arcæris,ſecuris ærea,qua in ſacrificijs vtebantur ſacerdotes. Aphæreſis,epaphæreſis,diæreſis,ſynæreſis,& quicquid eſt ab hæreſis. Chimæra. Cithæron cum i Latino, viri & montis nomen. Megæra, furia,aut pro Herculis vxore,nec per æ diphthongon Megæra: nec per ſecundam vocalem Megera:ſed per a primam vocalem Megara dicendum eſt, teſte Domitio in illud Martialis libro 11, Tu Megaram credis non habuiſſe nates. fuit Creontis filia. Machæra cum ch aſpirato,id eſt gladius. Neæra. Procærus, ſyncærus, & quicquid eiuſdem eſt originis. Phaletærus,viri nomen. AE ante r Megara

OE ante r, Pomœrium,quaſi poſt mœnium. locus eſt intra extráque muros,vbi ædificare non licet. inepte capitur pro pomario. Lucanus, Longa per extremos pomœria iungere fines. Œ ante r corripitur,vt Diereſta in Plauto. vnde & Ianus Parrhaſius ad Nautam aduerſarium ſuum, OE ante r

I nunc,& manibus tractas quibus arma Priapi,

Redde diereſto myſtica liba deo. id eſt CHRISTO crucifixo. Tolle propria & de proprijs deducta, vt Eliberis, Granata. Eliberus, Granatæ incola. Eueridas,viri nomen,teſte Stoa. Politianus, O Euerida quod maneat pretium. Ex Callimacho apud quem eandem quantitatem habet. Hæc etiam ſunt propria, Philere, Cyperen, Heſperyſia, Valameris, Galeritus in 4. Propertij. Bigeritanus,aut potius Bigerritanus. Auſon. In fundo patriæ Bigerritanæ. Nam ſic Paulinus Auſonio, Dignáque pellitis habitas deſerta Bigerris. Tolluntur ab hac exceptione permulta in Verſificatoria noſtra, quibus addantur Cytherea, Veneris cognomen,à Cytheris media longa. Maro, Sunt alta Cytherea. vnde ſunt qui dum corripitur, Cytharæa ſcribant. vt Parce metu Cytharæa,manent immota tuorum

Fata tibi. Vbi tamen Cytheræa ſcriptum offendi. Ouidius aliquando Cytheræa producit. vt Faſto. 4,

Mota Cytheræa leuiter mea tempora myrto

Contigit,& cœptum perfice dixit opus. Et Metamor. 4, Mercurio puerum diua Cytheræide natum:

Et Cytheriacus. Martial. in Apop. Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſton. Cythera cytherorum ſemper e producunt,ad quæ Venus dicitur è maris ſpuma cõcreta, conchǽque inſidens primùm appulſa,idcóque illic plurimum colebatur. Veruntamen ſemel apud Auſonium(ſed opinor mendum eſſe)corripitur, Sed Cytheron totus ternas ex ære ſacrauit

Relligione patrum,&c. Vbi,quia ſingulari vſus eſt,de alio loquitur loco. Elutherius tertiam corripit, quia per e pſylon ſcribitur, in quo errauit Mancinellus,primam & tertiam producens, Quæ miranda dedit quõdam Eleutherius en nunc. Et iterum, Annua qui celebrant demum Eleutheria poſſint. Eleutherius Iupiter, dicitur liberator: & eleutheria, ſacra liberatoria. Strabo libro nono, Tunc Eleutherio Ioui templum conſtruxerunt, & certamen gymnicum coronatum deſignauêre,eleutheria, id eſt liberatoria,ludos ipſos vocitantes. Sic corripitur Eleutherus filius Apollinis. Vnde Eleutheræ,vrbs:& Eleutherus,amnis in 16. Strabonis. Amennus, populi nomen ab Amerio oppido,corripitur libro 8. Silij.

AEtherius, viri nomen ab AEthere, corripitur bene à Sidonio. Craterus, medici nomen, omnino corripitur. Perſius, Ecquid opus Cratero? Egeria, Horatius cæteríque corripiunt. Eraſmus tamen neſcio qua ratione produxit in Proſopangliæ. Nouerum,vici nomen, ab Auſonio corripitur. Eperie, nympha corripitur 11. Metamorp. Sic & Tiberius Auſonio. Camerina,oppidũ,corripitur:vt Camerinus,poetæ nomen:& fluuij in Claudiano. Acheron etiam,vt notum eſt,corripitur: éſtque dubij generis: quia Virgilius dixit, Acheronte refuſo. Et Plautus in Captiu. Verum enimuero nulla adæque eſt Acheron,atque ego vbi fui. Sic recte legũt Pius & Saracenus,quos inepte carpit Pylades,teſte Vgoleto Thaddæo,qui ſe dicit è Germania attuliſſe Nonij Marcelli librũ,in quo citat hunc Plauti locũ pro fœminino genere. Nec mirũ eſt: quia non ſolum fluuij,ſed paludes etiã dicuntur apud inferos eſſe. Vnde Styx & Lethe dicuntur ſolũ fœminini generis. Et quia compoſitum cẽſetur ab α priuatiua particula, & χαῖρον quod eſt gaudium,quaſi ſine gaudio:non videretur huius loci,niſi quia partem ſecundam non ſequitur: non enim diphthongo ſcribitur, nec ſecundam producit. Aptera,vrbs, eſt etiam dictio compoſita,interpretata ſine alijs:quòd ibi Sirenes à muſis victæ,& alis depoſitis, ſe in mare præcipitauerunt,teſte Stephano. corripitur vt ptera. Luceria etiam vrbs, corripitur ab Horatio in tertio libro Carminum. Secundo producuntur Græca in erium deriuatiua, niſi ex compoſito corripiantur, vt corripitur Glycerium: ab eros, id eſt amor. Exempla longorum ſunt, Pſalterium, dictenum,

myſterium,quæ fere per η ſcribũtur:vt Baptiſterium,cœmeterium,cauterium,monaſterium,elaterium,
medicamentum quoddam. Thymiaterium,thuribulum, acerra. Ergaſterium, officina. Acroate-
rium,ſuggeſtus, pulpitum,auditorium. Buleuterium, locus conſilij. Deſmoterium, carcer. Di-
caſterium,forum iudiciale. Eclyterium,ſolutio. Criterium,etiam forum iudiciale. Pirateriu m,ten-
tatio , & locus tentationis. Poleterium, forum vænalium rerum. Teleſterium, locus vbi initiatur.
Phrontiſterium,ſchola, locus curæ & ſolicitudinis. Chreſterium,locus vaticinij. AEſtheterium,
ſenſorium,id eſt ſenſuum ſedes. Septerium,Apollinis quædam ſolennitas. Tripterium,inſtrumen-
tum fricandi & ſcalpendi. Clyſterium,clyſter. Sphacteria ſphacteriorum plurale neutrum,quòd ibi
Heraclidæ iugulati crederẽtur.Sphatto enim,iugulo dicitur. Eſt etiam Sphacteria ſphacteriæ,numero
ſingulari,vrbs quædam. Poterion,calix,poculum. Chariſteria chariſteriorum,pro referendis gratijs
libamina. Pyriaterium,focus,locus vbi inſtruitur ignis. Apodyterium,ſpoliatorium veſtium in bal-
neo. Deleterium, vbique per η,venenum. Phylacteria,amuleta,res quæ contra veneficia & alia no-
xia geſtantur. Aſſeuero, vt verum, ſemper producitur.in Auſonio erratum me cum alijs decepit: le-
gebatur enim Aſſeueratos pro Aſſere natos: quod,vt plane cognoſcas, de Caſtore, Polluce, ac Helena
eſt epigramma hoc,

Iſtos ter gemino naſci quos cernis ab ouo:
Patribus ambiguis & matribus aſſere natos.
Hos genuit Nemeſis:ſed Læda puerpera fouit,
Tyndareus pater his & Iuppiter,hic putat,hic ſcit.

Penteconterus per η, id eſt nauis quinquagenûm
remorum in 8.Herodoti. Canterius,equus caſtratus & aſinus improprie apud Apuleium. Auſonius,
Canteri moneo male nota petorrita vites. Eſt etiam vinea. Centeria per η,herba quædam. Synteresis
per η à τήρησις,quod eſt ſeruatio: & diatereſis, conſeruatio. Indocti,quia Græci poſt n proferunt t vt
d,ſcribunt Synderesis,vt multa alia. Amynteres,rami in ceruorum cornibus,per η,vt Phaleria. Ca-
ſteria Marcello locus,vbi cum nauigatio quieſcit,remi & gubernacula conquieſcunt.vtitur Plautus in
Aſinaria. Meliceris & Meliceria melicerię per η, morborũ nomina,vt ſimplex cerion,id eſt fauus. ſic
primicerius,Græce protocerios. Cucerius etiam producitur, authore Bebelio. Nauclerus etiã pro-
ducitur,vt apud Plautũ in Aſinaria. Macrocheræ per ει in pœnultima,ſunt tunicæ manicatæ,haben
tes manicas oblongas.Vocantur etiam cheridotæ. AE ante r,vt Chamætære, & chamætærides,ſunt
pediſequæ Græcis quaſi ſeruæ à pedibus. Hermol. cap.5.lib.36. Plinij. Exærembus,vinarius in Aſi-
naria Plautina. OE ante r,vt Hypochœris,herba,à porco nominata:dictio eſt compoſita.

E ante ſ corripitur,

E ante ſ — vt Epheſus.Notentur compoſita Obeſus,adeſus. Arator libro 2, Iam ſermone potens Epheſi conuer-
terat vrbem,ſic cæteri docti contra indoctos.

EXCEPTIO.

Numeri — Producuntur numeralia quæcunque habent e ante ſimus,ſima,ſimum:vt Viceſimus,&c. Sidon. in
præfatione de laudibus Narbonis, Nam quod carmine pro tuo rependo:
Hoc centeſima laudium tuarum eſt. Phaleucia ſunt. vide genitiuum Laudium. Producuntur om-
Arceſius — nia à neſos,id eſt inſula. vt Proconneſus, Peloponneſus, Cherſonneſſus,&c. Arceſius, Vlyſſis auus.
vide A ante e,Laertes. Carcheſium cum ch aſpirato,poculum.Valerius Flaccus lib.1,Ipſa ter æquo-
reo libãs carcheſia patri, Sic ait AEſonides. Eſt quoque naualis veli pars ſumma,eadẽ ſeruata quan-
Catachreſis — titate. Catachreſis,abuſio.ſcribitur,teſte Neſtore,Græce per η,vt Anachoreſis, teſte Gaudano. Ca-
Cabeſus — reſus,vir in Valerio Flacco,& fluuij vrbiſque nomen.producitur in Strabone. Cabeſus,vrbis nomen
Diœceſis — in 13.Strabonis producitur. Cineſias per η, vt Apoſiopeſis, exegeſis, &c. Diœceſis, quia, teſte Ne-
ſtore(cui ſuffragantur Calepinus & Antonius Nebriſſenſis cum cæteris doctis) ſcribitur Græce cum
œ diphthongo in ſecũda ſyllaba, & η,quam in e longum vertimus in tertia ſyllaba. ineptiſſime itaque
Eccleſia — dicitur dioceſis pœnultima breui. Diaporeſis, dubitatio,teſte Calepino. Eccleſia,Græce per η ſcri-
bitur:ideo optime dicit Baptiſta,Flumina & ablutos genitrix eccleſia lacte.Eccleſiaſtici ſcriptores plu-
rimi hoc nomen corripuere,quos nec in hoc,nec in pluribus imitandos credo,nec ipſum Lactantium
alioqui doctiſſimum dicentem, Eccleſiæ paſtos hubere, lacte, ſinu. Eteſiæ , vide E ante t. Epithe-
Galeſus — ſia,Phorbantis mater in Pylade. Eutreſis, vrbs in Homero. Galeſus,fluuij & viri nomen.Papinius
libro 3. Sylu. Et Lacedæmonij pecuaria culta Galeſi.Pro viro producitur in 7.AEneid. Geneſa, op-
Haleſus — pidum eſt,teſte Goudano. Haleſus,fluuius & mõs non longe ab AEtna.Columella libro vndecimo,
Et quæ Sicanij flores legiſtis Haleſi. Producitur pro viro quodam in ſeptimo AEneid. & in duodeci-
mo Metamorph. Herbeſos,oppidum prope Hyblã.Sil.lib.14,Non Herbeſos iners. Haleſinus fons.
Priſcianus in Perieg. Hic & Haleſinus fons eſt mitiſſim⁹ vndis. Herbeſus in Virgilio. Ithaceſius in
IESVS — octauo Silij. IESVS, Græce ἰησοῦς per η, quam literam in e longum vertimus : nec vllam obtinet
aſpirationem.vide finem primi libri. Prudentius licenter Iſus pro Ieſus dixit.id ego nollem imitari:vt
Bile ſub obliqua pretioſam proderit ISV.non ſinit poſitio vocali in i conſonantẽ verſa IESV dicere.
Lycabeſos — Lycabeſos cũ y Græco,mons Atticus.vide Hegaleos,E ante g. Larneſus, teſte Goudano,eſt quod-

dam oppidum. Lyrneſus,oppidum Phrygiæ. Virgilius 12. AEneid. Lyrneſi domus alta ſolo Laurente ſepulchrum. cum y Græco, vt quod gemino ſſ ſcribitur Lyrneſſus, Theſſaliæ oppidum. Marpeſus,mons Pari,vt Seruius inquit. hinc Marpeſius marpeſia marpeſium. Virgilius 6. AEneid. Quàm ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes. Magneſia & regio & vrbs & promontorium, teſte Neſtore. hinc Magneſij, aut Magnetes populi. Matheſis, quia,vt Nebriſſenſis ait, Græce per η ſcribitur μάθησις. idem dicunt Badius,Calepinus,Bebelius,& ſenſit Baptiſta Mantuanus,dicens,Sunt Sophiæ partes,eſt ingenioſa matheſis. Mataratius & Goudanus dixerunt corripi , moti forſitan authoritate Apollinaris in ſecundo Panægyrico dicentis, Percurrit matheſin numeris, interrogat vmbras. ſed is plerunque errauit propter ignorantiam Græcæ linguæ,vt per Hermolaum probauimus:ideo melius puto producendum eſſe hoc nomen cum Baptiſta,&c. Megaleſia,feſta & ludi Magnæ deæ. Ouidius 4. Faſtorũ,
Inſtiteram quare primi Megaleſia ludi

Lyrneſus · Marpeſus · Magneſia · Matheſis

Vrbe forẽt noſtra. Maleſus,teſtibus Badio & Bebelio. Mileſius à Miletus poſſeſſiuum. Virgilius Georg.3,Mileſia vellera nymphæ carpebant. Micaleſos,promontorium Oncheſti ciuitatis,vt ait Lactantius in 7. Thebaid. Papinij,vbi producitur. Moneſus,viri proprium. Sillius libro ſeptimo,
Eminus hos,gladio Sapharum,gladióque Moneſum &
Morinũ. Moneſes Moneſæ, viri nomen in 6. Valerij Flacci. Myndeſos cum y Græco, vrbs Syriæ: vnde Myndeſius myndeſia myndeſium. Ouid.5. Metamorph. Occidit & Celadon,Myndeſius occidit Aſtreus. Meneſis,vt vulgo apud Horatiũ legitur,per e in prima & ſecunda ſyllaba: aut per u in prima ſyllaba Muneſis,vt eſt in Appiano,teſte Antonio Mancinello,fuit viri potentis & clari nomẽ. Horatius Ode 6. lib.3,Carm. Iam bis Meneſis & Pacori manus. verſus eſt alcaicus dactylicus. Mimeſis, per η. Opeſos. vide E ante s. Meſembriacum,oppidi nomen eſt. Oneſimus,viri nomen:interpretatur vtilis. Oneſis,eſt iuuamen,vtilitas. ſed inuenio vulgo per e in prima:& æ diphthõgon in ſecunda ſyllaba Enæſimus. Ouidius 8. Metamorp. At non lethiferos effugit Enæſimus ictus. Phroneſis & Prymneſium per η. Poeſis. Horatius in Arte,Vt pictura poeſis erit. Pleureſis,Græci Pleuritis pleuritidis dicunt,à pleuras,id eſt latus. eſt enim laterum dolor. Macer,Coſtarum quam pleureſim vocat Attica lingua. Prudentius Macro non indoctior corripuit. Phreneſis. Iuuenalis ſatyra 14,Quum furor haud dubius,quum ſit manifeſta phreneſis. id eſt furor & amentia. quidã Phrenetis legũt, teſte Mancinello. Martialis libro 4,Declamas in febre Mathon,hanc eſſe phreneſin:

Mileſius · Micaleſos · Moneſus · Moneſes · Myndeſos · Meneſis · Muneſis · Opeſos · Oneſimus · Poeſis · Pleureſis · Phreneſis

Si neſcis,non es ſanus amice Mathon. Serenus licenter corripuit,dicens,Ex vitio crebri phreneſis furioſo mouetur. mecum eſt doctiſſimus Nebriſſenſis. Phileſius in Ibide Ouidij. Syntereſis,teſte Neſtore,per t in ſecunda ſyllaba,non cum d ſcribitur,dici poteſt attentio ſeu cõſeruatio. Nam à ſyntereo, id eſt conſeruo deriuatur. Eſt animæ pars, quæ vitijs aduerſatur: & ſeſe ſemper immaculatam cupit à peccato ſeruare. Synœceſis,per œ diphthongum in ſecunda ſyllaba,id eſt cohabitatio,producitur,teſte Neſtore,cum y Græco in prima ſyllaba. fit enim à ſyn,id eſt con: & œcos, domus. Spercheſiades, patronymicum à Spercheſius,viri proprio,producitur in libro 5. Metam. Ouidij. Theumeſus,mons apud Thebas. Hinc Theumeſius,frequens in Papinio. Theoreſis cum th aſpirato,id eſt contẽplatio, producitur,teſte Neſtore. Theomai,contẽplari. Telmeſis. vide I ante d,Cnidos. Thermeſus in Periegeſi. Titareſus,fluuius,quem Orchon etiam dicunt. Lucan. lib.6,Defendit Titareſos aquas. Male legebatur citharœdus:vt notauit Antonius Sabellicus. Vageſus per primã vocalẽ ante g in 10. Sillij.

Syntereſis · Synœceſis · Spercheſiades · Theumeſus · Theoreſis · Titareſus · Vageſus

AE ante s, Anapæſtus. Anæſum,herba. Ancæſa, vaſa cælata,quòd circumcidendo fiant:ipſúmq; cælare hinc dictum eſt,d in l verſo. Clytemnæſtra,mulieris propriũ. Diocæſarea à Cæſare,vt Neocæſarea. Hephæſtion,viri nomen. Palæſtra,palæſtrita, palæſtrina. Et apud Priſcianum in Periegeſi, Maſæſylij,populi nomen.

AE ante s

OE ante s,Argyrœſa,teſte Tortellio,vrbs AEtoliæ. ¶E ante s corripitur,vt Temeſe vnico s,& ſine h,vrbis nomen in Brutijs & Cypro vtrobique ærifodinam habens. Ouidius 15. Metamorph. Hippotadæque domos regis Temeſéſque metalla. Hinc Temeſeus. Producitur numerus in eſimus , vt milleſimus,centeſimus:& à multus multeſimus apud Lucretium libro ſexto,Quàm ſit paruula pars, & quàm multeſima conſtet. id eſt minima & viliſſima, & in plurimis vltima. Secundo producuntur compoſita à neſos,id eſt inſula,vt Peloponneſus, Myonneſus quæ nn geminant, & Arconneſus, inſula vrſorum, alio nomine Aſpis,& Alopeconneſus, à vulpium omine inſula & vrbs. Hieronneſus, inſula ſacra. Heronneſus,Iunonis inſula. Priaponneſus,Priapi inſula. Crommyonneſus, cæparum inſula. Cherſonneſus,oppidum Iſthmi:incolæ,Cherſonneſij. ſcribitur etiã Cherronneſus. Halonneſus,inſula à ſale dicta,antea Proconneſos. Proneſos,oppidulum Cephaleniæ. Valerius Flaccus libro 3, Tonſas auróque Proneſon. Excipiuntur etiam in eſius nomina à Græcis deriuata, quia η habent,vt ab Ithaca,Ithaceſius, ſcribitur etiam Ithaceius. Et à Mychale Mychalæus in ſecundo Claudiani contra Eutropium. Eſt autem Mychale, vrbs Ioniæ. Vnde etiam Mychaleſius dicitur . Et Mychale, mulier apud Iuuenalem. Mileſius à Mileto. vnde Mileſia vellera. Mendeſius à Mede Medes, vel potius à Mendis Theſſaliæ oppido. Eteſius ab annis,ſignificat anniuerſarium. Lucretius libro quinto,Pulueruienta Ceres & eteſia flabra aquilonum. id eſt Eteſiæ,qui ſunt venti certo anni tempore flantes . Vnde idem libro ſexto,Anni tempore eo quo Eteſia flabra feruntur. Hic(quo) particu-

OE ante s

la propter vocalem ſequentem corripitur, non abſumitur. Item ab Hecale Hecaleſius, vt Iupiter Hecaleſius. Fuit autem Hecale per diminutionem Hecalena, anus quæ Theſeum comiter hoſpitio accepit:ob quod meruit à poſteris diuinos honores:de qua re vide Plutarchum in Theſeo. Phyleſius. Ouidius in Ibin, Quæque in Adimantum Phyleſia regna tenentem,

A Ioue venerũt, te quoque tela petant. Eſt populi nomen, teſte Domitio. Phileſius, eſt Apollinis cognomen, teſte Hermolao, in primum Melæ: Megaleſius, à Megale. Excipiuntur etiam hæc ſequentia, Thalæſius, viri nomen: videatur E ante t, ethopolus. Temmeſſus, vrbs, alio nomine Telmeſſus & Telemeſſus: Græce Telmiſſus fere dicitur à Tẽmeſſo conditore Apollinis filio. Differt autem à Telmeſſo Termeſſus, quòd in Piſidia hæc ſit, illa in Lycia. Hæc ex Hermolao cap. 27. lib. 5. Plinij. vbi Telemeſſis etiam ſſ geminat. Verum licet hæc omnia tam in Volaterrano libro decimo, quàm apud Hermolaum ſſ gemino ſcribantur: neuter tamen præcipit id fieri debere. In Strabone certe & in Perihegeſi vnico ſ, Termeſus ſcribitur: ſic, Poſt has Piſidum pinguiſſima rura coluntur,

Termeſus Libyæ, necnon clariſſima Stege. Telmeſus in 9. Strabonis, eſt Lyciorum vrbs: & Telmeſis, promontorium in 14. Strabonis. Volaterranus lib. 10. dicit Stephanum putare Telmeſſum, oppidi nomen, gemino ſſ ſcribi. quod ſi eſt, poſitione producitur, & reliqua. Tarteſus, teſte Stoa, ſed ſæpius Tarteſſus ſcribitur. nomen eſt fluuij. alio nomine Bethis. Anacreonti ſcribitur gemino ſſ. Megaleſos, teſte Stoa. Stathius Thebaid. 7, Quos pinigeris Megaleſos in aruis. vbi libri quos vidi habent Micaleſos, & in Volaterrano ſcribitur Mycaleſſos. Mileſus etiã, teſte Stoa. Prymneſium, funis nauticus, ex Græco per η noſcitur produci. Teumeſus, teſte Stoa Theumeſus vel Teumeſſus (ſic enim varie ſcriptum reperio) eſt mons Bœotiæ: Teumeſia Tempe apud Stathium. Pylades lib. 5, Vaſtantem iuuenis Teumeſia regna leonem. Opeſos nullo modo corripietur, licet Hermolaus cap. 11. libri 4. Plinij apud Ouidium Odeſſon, non Opeſon legerit. OEdypereſia, vrbs, alio nomine AEgira, producitur ab Homero, οἰδυπερησίην, καὶ αἰπεινὴν ὀδελόεσσαν. Hermolaus cap. 5. lib. 4. Plinij. Aleſium, vide I ante ε, Aliſium. Aleſus, vir, producitur à Pylade libro 5. Titareſus, aut, vt Homerus dicit, Titareſius, fluuius eſt qui etiam Eurotos dicitur: licet alij Orcum vocent. vide Hermolaum cap. 8. libri quarti Plinij. Epiteſia, Phorbantis mater, producitur à Pylade libro ſecundo. Corteſius, viri cognomen, producitur à Mantuano. Paracleſis per η, id eſt aduocatio vel conſolatio. Quinquageſies, vbi nunc dicimus quinquagies. Plautus in fine Menæch. Vix credo tota auctione capiet quinquageſies. Eutreſis, oppidum & caſtrum Theſpienſium producitur ab Homero apud Volaterranum libro octauo. Cineſias. Diatereſis, id eſt conſeruatio. Antitheſis, altercatio, controuerſia. Apæteſis, id eſt repetitio. Aporrheſis, id eſt fatigatio. Doceſis, apparentia, opinio, exiſtimatio. Doneſis, prima breui, motus, agitatio. Ecphoneſis, pronuntiatio & exclamatio, per ω in ſecunda. Enanthropeſis, incarnatio, per ω. Exegeſis, id eſt expoſitio. Eroteſis, interrogatio. Cathæreſis, deſtructio.

Cœmeſis, dormitio. Syndeſis, conſcientia. Metachoreſis, ſeceſſio. Mimeſis, imitatio. Phroneſis, ſapientia aut prudentia: contra ineptum Theodolum quem imitatus Anticlaudianus libro 4, Altius inquirit phroneſis, ſenſúque profundo. Sed Anticlaudiani ſcriptor minime eſt claſſicus, nec dignus quem imitemur: quia Phroneſis etiam primam, quæ per ο producit. Phroneſium, mulieris nomen, in Truculento Plauti: in cuius prologo hic verſus ſenarius eſt, Hic habitat mulier, nomen cui eſt Phroneſiũ. Eſt autem Phroneſis ſapientia, & malorum ac bonorum neutrorúmque ſcientia. Eadem ab Homero Phronis appellatur. dicta quaſi pheroneſis, id eſt afferens commodum & vtilitatem. nam ὄνησις iuuamen & vtilitas. & ὀνήσιμος, vtilis. φρόνησις certe, id eſt prudentia, vt omnia iam dicta, per η ante s ſcribitur. Pius in Plautum propter Anticlaudianum male φρόνισις ſcripſit. Matheſis Sidonius male corripuit: quia etiam per η ſcribitur. & propter eum Stoa male ſentit variari. Bene Prudentius in ſecundo contra Symmachum, Nec præſcripto aliquo pellit ſua vota matheſis. Pleureſis variatur, ſed vix Latine dicitur: neque enim Græce pleureſis dicitur, ſed pleuritis, pleuritidis, pœnultima longa. Eſt laterum dolor: quia pleura, eſt latus. Hinc ſimili quantitate ſeruata rectius pleuriticus quã pleureticus dicatur, eo morbo laborans. Apoſiopeſis per η, & ſimiliter apoteſis, id eſt dubitatio. m

beſia, Plautus in Curcul. ſignificat bibendi cupiditatem. Sicut Peredia, ibidem edendi cupiditatem, à peredendo. Careſus, viri nomen. Valerius Flaccus libro 6, Dypſanta Careſus. Eſt etiam fluuius & vrbs, & ſcribitur per η, ſed Homero per ſſ geminatum. Sed etiam Græci non ſemper orthographiam ſeruant, nam illis interdum Epheſſus ſcribitur, cum tamen Epheſus mediam corripiat. Fatetur autem Hermolaus Græcos nunc s aut c ſimplici, nunc geminato eandem dictionem ſcribere. Vide eum cap. 29. lib. 5. in annotat. Plinij. Cabeſus vel Cabeſſus, vrbs vnde Othryoneus venerat petiturus Caſſandram filiam Priami, vxorem. Strabo, hoc eſt eius interpres, libro 13. ex Homero,

Quem noua bellorum iampridem fama Cabeſo
Traxerat, intactam & forma præſtante petentem

Caſſandram. Apud Strabonem & plures Cabeſus & Careſus vnico s ſcribuntur. Apud Hermolaum cap. 27. lib. 5. Plinij, Cabeſſus, vrbs Cappadociæ, Othryonei patria, tam Græce quàm Latine geminum ſſ obtinet: quãuis Hermolaus id non expreſſe præcipiat. Nicolaus Valla in decimoquarto Iliad. Cabyſon vocat: ſed illi non adhibeo fidem: quia plurima inuertit. ait autem quod dictũ eſt, Hos inter patria Ca-

byſo inſignibus armis, Othryonęus erat Caſſandræ accēſus amore. forte per incuriam υ, quod Græcis
i ſonat, in y verterat. Virgil. in 2, procū Caſſandræ Chorœbum vocat. Phreneſis non eſt dicēdum, ſed
Phrenitis phrenitidis: docet in Iuuenalem Merula, de qua re plura in cap. 8. lib 26. Plinij, & in gloſſe-
ma. Pleuriticus (inquit) dicendum, non pleureticus: & pleuritis, non vt medicorum officinæ pleureſis:
vt phrenitis, non phreneſis. Hippocrates, Galenus, cæteriq; vtuntur genitiuo in idis. Sic Arthritis, non
arthreſis: Nephritis, non nephreſis: etiam ſi ita legatur apud Vitruuiū, Martialem, Celſúmque vitioſe
ex conſuetudine imperitorum. Hæc Hermolaus. Prudentius vulgus in phreneſis ſequitur, vt Iuue-
nalis, ſicut vulgo legitur, Cum ſit manifeſta phreneſis, pro phrenitis. Geneſius, diui nomē, producitur
à Prudentio. vide Ardelas, E ante l. IESVS. Prudentius, vt impreſſit Aldus in Pſycho.
-pretioſam proſit IESV
Impendiſſe animam. Et ibidem, Vtq; homini, atque deo mediū interuenit IESVS, &c. Eccleſia. Pro-
ſper, In toto mundo quem vera eccleſia præbet. Carboneſius, viri nomen, producitur à Beroaldo.
Hebeſus, vir, producit Virgilio. vide E ante b in primis. Moneſis producitur. Val. Flac. lib. 6, Corre
pto crine Moneſen. Aldus dicit hoc nomen æ diphthongon habere in ſecunda, & o breue in prima, &
e longum in vltima. Itaque apud Horatium monæſes legendum cenſet, non meneſis, &c. Vageſus,
vir. Silius libro 10, Agnouit ſonipes, arrectíſque auribus acrem
Hinnitum effundens ſternit tellure Vageſum. ¶AE ante s, vt Apæſus, & quod idem eſt, Pæſus, fluuij
& vrbis nomen tam Græce quàm Latine æ diphthongon habet apud Hermolaum in cap. 32. libro 5.
Plinij. licet in Strabone iam Latino diphthongus abſit vitio fortè chalcographi. Incolæ dicuntur Pæ-
ſini apud Strabonem, cuius interpres ait lib. 13. ex Homero, Qui campos Adraſtiæ habent, necnon &
Apęſum. Item, Diues opum variarum habitabat mœnia Pæſe. Monæſes, de quo iam diximus. Sed
quòd dixi Apæſum & Pæſum eundem fluuium ſignificare, quidam aliter ſenſit. Vnde de diuerſis dicit
Ianus Parrhaſius in illud Claudiani in ſecundo de raptu Proſerpinæ,
Haud procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur. Ouidius (inquit) Perguſam dixit, non Pergū, Haud procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus
Nomine Perguſa. Nec mirū: nam qui Pruſiadi mons imminet, à multis Argathone, à quibuſdā Ar-
gathon dicitur. Homerus etiam per apocopen multa protulit vt Meſſenen, Meſſen ex interpretatione
Strabonis & Euſtachij. Quāquam Papinius vt diuerſas accepit Atarnam, Tarnā, Apæſum & Pæſum.
Simias item Dodonē Dodo dixit. Epicharmus, Syracuſas Syraco. Lycophron, Aborigenes Borigenes,
Iphigeniā Iphin, Aſclepium Epium. Aeſchylus argo nauis gubernatorem Tiphin, ablata prima conſo
nante, Iphin. Et alij Membliaron inſulam Bliaron: Amorginámque veſtem, quæ nomen habet ab in-
ſula Amorgo, quidam morgin appellauerunt, vt refert Pollux.

E ante t producitur,

E ante t

vt Ortygometra, id eſt coturnix vel mater ortygū, id eſt coturnicū: vt tettigometra, cicadæ genus, inter-
pretatur cicadarū mater. Tettix, cicada eſt: meter, mater. quod per η ſcribitur, teſte etiam Neſtore. Pa-
racletus, teſte cū cæteris doctis Philelpho. à Paracleo, id eſt hortor, rogo, cōſolor: vnde Paracletus cōſo Paracletus
lator dicitur. Bapti. Mantuanus in agone Margaretæ ſumit pro angelo quodā, dicens, Cui nomen para
cletus erat, deſcēdere mandat. Multi inepte corripuerunt paraclitus: quia ſcribitur Græce per η, παράκλητος. Paraclitus
& male ſecundum nonnullos per ει diphthōgon, quā ſimiliter nos vt η vertimus in e longum
vt κυθέρεια cytherea: ſic Paraclitos paracletus. nonnunquā tamen propter euphoniā vertimus ει in i
longū: vt Thaleia, thalia. author Seruius in illud Virgilij, Noſtra nec erubuit ſyluas habitare Thalia: mu
ſa. & Græce ait thalia: nam Latine thalea debuit dicere: ſicut κυθέρεια, cytherea: ſed propter euphoniam
contēpſit ius regulæ: ideo in Græcitate permāſit. hæc Seruius. Quāobrem Tortellius ait per e Paracle-
tus quidē dicendū fuiſſe. Maluerūt tamen noſtri Paraclitus, vt idem ſit ſonus apud nos qui fuit apud
Gręcos. Et forte propter euphoniā ſic Agapitus dixere, non agapetus. Propterea vir doctiſſimus Curius
Lancilotus ait, Paracletus non paraclitus, mera eſt oſtentatio: vt brabiū, non brauium, Gaſparum, Ha-
milcarum, &c. Vtvt eſt, pœnultima producetur tantū: licet Prudentius & alij multi corripuerint. Nec
dicitur cum y Græco à clytos, id eſt inſignis, paraclytus. Nā (vt ait Philelphus in 13. lib. epiſt. Si hoc no
men vſquā inueniretur, ſignificaret infamem, aut præter famā. nam para aliquando ſignificat præter:
& diminutionē repræſentat. Clytos famā & inſignē: vnde inclytus. hoc autem dictu abſurdum & im-
pium eſt de ſpiritu ſancto. Curetes ſine claſſici authoritate ne corripias. Notentur è correptis com-
poſita, vt pedetentim in quinto Lucretij. Impeto, impetus, & ſimilia quæ corripiuntur.

EXCEPTIO.

Corripe denominatiua in etas, vt Pietas, ſatietas, varietas: & compoſita à metron Monometrum, di- Theton
metrū, &c. & à Theton cum th aſpirato in prima duntaxat ſyllaba, id eſt poſitum: vt Syntheton, aſyn-
theton, metrum, antitheton, epithetō, figurarum nomina. Agonotheta, id eſt certaminis diſpoſitor, La
tine munerarius dicitur. Alloeotheta, aliter poſita. Perſius, -crimina raſis
Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras
Laudatur. Argenetes. Aſyndetos per e pſylon. Arete, id eſt virtus, pœnultimā corripit. vtimur in Arete

Panaretus quibuſdam compoſitis: vt Panaretus, viri nomen. Anaxarete, mulieris nomẽ. hoc interpretatur tu-
Anaxarete trix virtutis: illud vero omnẽ virtutem continens: quo nomine dictus eſt liber Ieſu filij Syrac. Hiero-
nymus in prologo ſuper Parabolas Salomonis, Fertur & Panaretus Ieſu filij Syrac liber. Mart. lib. 6,
Quum peteret ſeram media iam nocte matellam
Arguto madidus pollice Panaretus,
Spoletina data eſt: ſed quam ſiccauerat ipſe. Ouidius decimoquarto Metam.
Viderat à veteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxaretem humili de ſtirpe creatus. Achete, cicadarũ ſpecies arguta, per ι pſylon. & AEtius,
Aretalogus viri nomen in Sidonio. Aretagus, teſte Mancinello in illud Iuuenalis ſaty. 15,
-riſum fortaſſe quibuſdam
Mouerat, vt mendax Aretalogus: in mare nemo Hunc abicit ſæua dignum veráque Charybdi. di-
citur ab arete, id eſt ars, virtus, ſermo, oratio, ratio, verbum, ſtudium. Eſt itaque iactans virtutem: tum
ſuam, tum alienam, ac fabuloſus & garrulus. Neſtor contra Domitium negat ab arete dici, quæ eſt
virtus: ſed deducit ab Aretos, id eſt placidus. Tortellius legit aretæ logus, vt ſit oratio: veluti men-
dax eſſet ſermo: qui Aretæ vxori Alcinoi dirigebatur. ſed nugatur Tortellius, quia vt Neſtor docet ex
Apollonio & Homero Græcis poetis, Areta aretæ, vel Arete aretes, pro Alcinoi vxore primam ſyllabã
Arethuſa & tertiam producit. Arethuſa cum th aſpirato, nympha in fontem ſui nominis verſa, vel in fluuium
Acœnetus potius. Ouid. 5. Metam. Cur ſis Arethuſa ſacer fons. Acœnetus, pædagogi nomen. interpretatur, te-
ſte Mancinello ſine communitate: ab a, id eſt ſine: & cœnetes, id eſt communitas. propriã enim ſpe-
Aſchetos ctabat vtilitatem. Iuuen. ſaty. 7, Diſcipuli cuſtos præmordet Acœnetus ipſe. Aſchetos cum ch a-
Archetypus ſpirato, equi nomen in 6. Thebaid. Papin. Archetypus, archetypa, archetypum, cũ ch aſpirato, & y
Græco, id eſt exemplaris: vt ſit Archetypum, vetus exemplar: veluti quod ipſe author fecit: ad cuius
ſimilitudinem conamur ſimilia efficere. Sic dicimus Archetypus liber, archetypa epiſtola, archetypa
vaſa, &c. ab archæos, id eſt antiquus, vetus, teſte Mancinello: & typos, forma. archæos tamen pœnul-
timam producit. alij deducunt ab archos, id eſt princeps, vt ſit principalis forma. Iuuenalis ſaty. 2,
Amethyſthꝰ Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleanthas. Amethyſthus, lapis contra ebrietatem valens. Cale-
pinus vult hoc nomen ſcribi cum th aſpirato in tertia ſyllaba & y Græco, atque cum th in vltima ſyl
laba: ab a, id eſt ſine: & methyſthis, id eſt ebrius: vel methe, id eſt ebrietas. Neſtor dicit vltimam ſylla-
bam eſſe ſus, ſine th. ab a, id eſt ſine: & methyſos, id eſt ebrius. hinc amethyſthinus vel amethyſinus.
Neſtor carpit Tortellium, qui dixerat hoc nomen in tertia ſyllaba habere i Latinum. Mart. Quum po
tes amethyſtinos trientes. Phaleucius eſt. Prudentius in Pſycho. Sardonichen pingunt, amethyſthi-
Archetius na pingit iaſpis. Archetius, viri nomen. Virgilius AEneid. 12, Ferit enſe grauẽ Thymbræus Oſirim,
Archetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates. Areticus apud Macrum. Calpetus, viri
Calpetus nomen. Ouid. 4. Faſt. Et tuus eſt idem Calpete factus auus. Capetus, viri nomen. Ouid. 8. Metam.
Capetus - clarus ſubit ecce Latino
Chaletus Epytus ex illo: poſt hunc Capetúſque Capíſque. Chaletus cum ch aſpirato, viri nomen apud Pa-
Chryſendetũ pinium lib. 9. Thebaid. Chryſendetum cum ch aſpirato & y Græco, vt chryſos, id eſt aurum. dici-
tur vas aureum vel in auro ligatum. Chryſodetum verò, eſt auro ligatum. Martialis in fine 6. lib.
Ponuntur ſemper Chryſendeta Calpetiano:
Calpetianus Siue foris, ſeu cũ cœnat in vrbe domi. Calpetianus, viri nomen. vide Chryſendetum. Chreme-
taon, viri proprium apud Papinium 7. Thebaid. Phylea falcato Chromin & Chremetaona curru.
Cynetes Cynetes cum y Græco, tertiæ declinationis, muſca minutiſſima longis cruribus in capite habens ro-
ſtrum, quo perforat pellem hominis. naſcitur ex humore, & iuxta aquas abundat. Corripitur, teſte Ca-
Darcetis lepino. Cercetij, populi in Priſciano. Darcetis, fœmina in piſcem verſa. Ouid. 4. Metam.
Cogitat, & dubia eſt de te Babylonia narret
Darceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſthini credũt coluiſſe figura. Vocatiuus eſt, & corripitur ſimiliter in 7. Thebaid. Ere-
Eteretes thria in 1. Strabonis. Epipetrum & Epimetrum per ι pſylon. Eteretes, id eſt Cretenſes. Silius 14,
Mœnibus Eteretum non fauſta ad prælia Minos. Eetion. vide E ante e. Erethuſa, Heſperethuſa
Feretrius & Lampethuſa in Pylade. Feretrius Iupiter à fero, aut ferio, vt docet Propertius lib. 4. vbi poſt mul
Feretrum ta dicit, Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Iouis. apocope eſt, pro feretrij. Feretrum à ferendo, capulus
quo mortui efferuntur, vel etiam in Capitolium captiui, perinde ac mortui. Seruius & Varro dicunt
pheretrum eſſe Græcum, & proinde per ph aſpiratum ſcribi. nam Græci pheretra vocant aurum, ar-
gentum, gemmas, principum imagines, hoſtium ſpolia, & cætera, quæ in pompa ferebantur. Sil. lib. 5,
Dona Ioui portet pheretro ſuſpenſa cruẽto. Idem, Ante Syphax pheretro reſidens captiua premebat
Lumina. Virg. AEneid. 11, Sed venit in medium, pheretro Pallante repoſto
Hicetaon Procubuítque ſuper. neutram opinionem improbandam cenſeo. Hicetaon, viri nomen. vide in pri-
mis A ante ſ. Iaſius ergo in tertio Iliados Homeri rectè dixit Nicolaus, Bello præſtans Hicetaon.
Herpeta Herpeta, morbꝰ apud Macrũ. Hecatebeletes & haliæetus per ι pſylõ. fit hoc tamẽ tetraſyllabũ per
Hypetaon ſynæreſin pœnultima longa, & hæreticus per ι pſylon ſcribitur. Hypetaon, viri proprium. Valerius

Flaccus lib.6,Et nunc magnanimos Hypetaona,Geſſominúmque,
Nunc Arimen Nolbúmque notat. Heluetij, populi. Mantuanus in exhortatione contra infideles, Heluetij
Heluetij tibi dura acuunt venabula & enſes. Iapetus,viri proprium.Ouid.1.Metam.Quam ſatus Ia- Iapetus
peto mixtam fluuialibus vndis,&c. Iapetides,vide A ante p. Lāpetie Lāpeties, Solis filia. Propert. Iapetides
lib.3,Pauerat hos Phœbo filia Lampetie. Lucetia, Venetiæ oppidum, teſte Sulpitio in illud Lucani Lampetie
lib.2,Tu quoque commiſſæ nudatam deſeris arcem
Scipio Lucetiæ. Lucetius,lingua Thuſca Iouem ſignificat,quòd lucem dat.quod nomē apud Vir- Lucetius
gilium ſolum legitur, teſte Seruio in illud AEneid.9, Lucetium portæ ſubeuntem, ignéſque feren-
tem.ſed hîc viri nomen eſt. Macetes Macetæ,vel Maceta macetę,id eſt Macedo.Stat.in Achil.Quo Macetes
Macetæ ſua tela cient, quo turbine cæſtum. Magetæ, Scythiæ populi,apud eundem in 2. Achil. Magetæ
Maſſageta Maſſagetæ,vel Maſſagetes Maſſagetæ,Scythicus populus. Sil.lib.3,Nec qui Maſſagetem Maſſagetes
monſtrans feritate parentem. Meretrix notum eſt,vt meretricor. Nemeta,fontis nomen. Mart.li- Meretrix
bro primo,Et Nemeta quæ vincit niues.Iambicus dimeter.hic primus pes dactylus eſt. Nepeta,her- Nemeta
ba in Sereno. Obſtetrix ab obſtando.vide Pactumeius in V ante m. Oretæ, populi apud Priſcianū Obſtetrix
in Perihegeſi,Poſt hos Cercetij,juxta quos Axenus altis Oretæ
Fluctuat æquoribus,necnon Oretǽque feroces. Phaeton.vide A ante e. Pleureticus in Macrobio. Phaeton
Paræneticus per ι pſylon. Phaetuſa,Phaetontis ſoror.Ouid.2.Metam. Phaetuſa
Plangorem dederant è quis Phaetuſa ſororum
Maxima.hoc Tortellius male per œ ſcribit Phœtuſa. Penetro,cum ſuis notum eſt. Pharetra.Oui- Penetro
dius ſecundo Metam.Exuit hic humero pharetram,lentóſque tetendit
Arcus. Pheretrum dictum eſt in Feretrum. Pyretrum cum y Græco,herba apud Macrum. Pal- Pyretrum
petus,viri nomen 10.Thebaid. Phlegeton,fluuius infernalis ſemper ardens.Claudianus in primo de Palpetus
raptu Proſerpinæ,AEquora gurgitibus Phlegeton perluſtrat anhelis. Peucetius. Ouid.14.Metam. Phlegeton
Peucetióſque ſinus,Meſapiáque arua relinquit.ſed Regius (Puteolos)legit. Pometij pometiorum, Peucetius
vel ſingulariter Pometia pometiæ,Italiæ oppidū.vide I ante n, Inuus. Suffetius aliqui per t ſcribūt: Pometij
multi per c.vide Suffecius,E ante c. Spleneticus in Macrobio. Taygetus & Taygete,vide A ante i. Taygetus
Temetum rectius producitur: quia apud Iuuenalem quidam (duxerat) non(deduxerat)legunt.
Theletuſa,mulieris proprium.Mart.lib.8,Si Theletuſa venit,promiſſáque gaudia portat. Triete- Theletuſa
ris,dieteris: Trietericus,dietericus. vide E ante r. Triquetra, Sicilia,à figura. nam Triquetrus trian- Trieteris
gularis eſt.Sil.lib.5,Hic AEtnæa cohors Triquetris quam miſerat oris. Thyrſagetes,vide A ante g. Triquetra
Vegetus à vegeto vegetas.teſtimonia facile occurrent. Venetus, Venetiæ,Venetia. ſic viri nomen Vegetus
Henetus: vnde hæc deriuata dicuntur:vt ab Heſperus Veſperus,apud Martialem & alios. nec auſim Venetus
producere Venetia cum Petrarcha in 3.lib.epiſtolarum dicente,Altérque Venetia mundus.Neſtor ta-
men propter tot breues,Petrarchæ ſuffragatur. Vietus variatur: & eſt naturalibus deſtitutus virib⁹. Vietus
à vieo vies.Lucretius lib.3,Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietum
Veſtem ſentimus.Horatius in Epodo Ode 12,Quis ſudor vietis,& quàm malus vndique membris
Creſcit odor.

AE ante t,Agrætius,teſte Agrætio. Cynætha cū y Græco & th aſpirato,capræ nomē. Diæthus AE ante t
hiſtoricus cum th aſpirato,teſte eodē. Diæta,cœnandi locus eſt,& victus,à diætaomai,viuo & cō-
uerſor. Diæta quoque,eſt iudicij locus. Nā diæteo,id eſt iudico vt arbiter. Diætarij,qui diætæ ſer-
uiunt.Diætitę,id eſt arbitri. indocti Diætam putant eſſe vnius diei iter. Melanchætes,canis nomē:
interpretatur nigram iubam habens.Chæten,cum ch aſpirato,iubam dicimus:melam,nigram.Ouid.
3.Metam.Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit. Menelætus, aquilæ ſpecies. Niæthus,cum i
Latino, fluuij nomen. Panætius, philoſophus. Philætas,poeta. Panætolium,AEtoliæ maximus
mons tanquam totam continens AEtoliam.

OE ante t,Colœtia.Damœtas,viri nomē. Menœtius.vnde Menœtiades. Orœtes orœtæ,Sardiū OE ante t
præfectus. Propœtides,Deucaliō. Polypœthes,Pirithoi filius. Timœtes,Priami filius. Timœ-
tas,viri nomē,teſte Tortellio. ŒE ante t producitur,vt Irretire: quia à rete deducitur. Prudentius in
Marcionitas,Ars illi captare feras,animalia bruta
Irretire plagis,&c.vbi male legebatur Inretit ore plagis. Vietus,mollis,debilis,languidus. Lucretius
in tertio,Nec ſupera caput eiuſdem cecidiſſe vietam
Veſtem,&c.Sic & Prudentius ſæpe producit. Tolluntur permulta: Aphetæ aphetarum per ι in ſe-
cunda:interpretatur dimiſſæ,locus vbi Xerxianę naues habuere ſtationes,& vbi olim Hercules ab ar-
gonautis derelictus. Aphete aphetes,& Apheſis apheſios, dimiſſio. Apheteria,tertia tantum pro-
ducta,ſunt carceres vnde equi curſuri emittuntur. ſunt etiam inſtrumenta ad vrbium expugnationē
apta.Sacerdos ethnicus authore Apuleio,lib.11.Metam.Aut ſcriba,quem grammatea dicebant, per-
acto ſacrificio,conuerſus ad populum dixit λαοῖς ἄφεσις,id eſt populis miſſio:ſcilicet eſt vel datur,vt
tunc demū omnibus abire fas ſit.Noſtri in eodē ſenſu dicūt,Ite,miſſa eſt. Vbi(miſſa)eſt nomē ſubſtā-
tiuum,haud ſordidum pro miſſione,quaſi ſit,Miſſio eſt iam vobis,id eſt poteſtas abeundi, vt remiſſa
peccatorum apud diuum Cyprianum pro remiſſione,teſte Michaele Ritio in ſecundo de Francorum

regibus: vbi docet miſſam haud inepte ſynecdochicos pro toto ſacrificio accipi, citans dictum Apuleij locum: quem ſi Franciſcus Philelphus diligenter trutinaſſet,& ad Chriſtianorum ritum reſpexiſſet,non tam facile iudicaſſet miſſam pro ſacrificio barbare dici.qua in re Leonardum Aretinum vellicauit Badius,Vt miſſa Latine dicatur pro verbali quod eſt miſſio,aut participium in eo ſenſu,hoſtia miſſa eſt,quia poſtea videntur reliqua adiecta:non tamen videtur qui poſſet pro re diuina dici. Nam illa miſſio populi,non eſt pars rei diuinæ, ſed denuntiatio eius completionis. veruntamen quicquid ab eccleſia ſancta in vſum receptum eſt, nulli ſordidum videri debet. Athlotheta, certaminum iudex & brabeuta,quo nomine Suetonius vſus eſt: ſcribitur per ε,vt Agonotheta & Nomothetæ,id eſt legiſlatores.Hermolaus. Toretæ,populi quos Oretas quidam vocant. Dionyſius corripit id nomẽ apud Hermolaum in 6.cap.lib.6.Plinij.vbi in eodem verſu Cercetij,nomen populi etiam corripitur. Cercetius,vel per diphthongũ Cercetieus,etiam per ε breue,mons eſt Icari inſulæ.Hermolaus in cap. 31.lib.5. Plinij. Sceletribe Sceletribes per ε in prima & ſecunda.Hermolaus in cap.3, lib.25.Plinij.

Euergetes, id eſt benefactor aut beneficus, cognomentum cuiuſdam Ptolemæi regis AEgypti:per E ante t. Sic Cacogetes,id eſt malefactor alterius,Ptolemæi nomẽ. Sceletizontes, id eſt ſupplantatores,quidam leguut apud Plinium cap.8.lib.34. Hermolao per e breue ſcribitur in prima & ſecunda.Alij tamen Celetizontes legunt:vt ſint pueri in equeſtri certamine currentes, qui Celetæ pœnultima longa dicuutur. Muſagetes vel muſageta per ε,ſol ab Orpheo dicitur,quòd omnium orbium cæleſtium temperat muſam,id eſt harmoniam. Thyrſagetæ ſimiliter e ante t correpta. Sic hæreticus & hæretizo. Spleneticus à Macro corripitur & Pleureticus, ſed debuit dici Pleuriticus ſecunda lõga,vt dictum eſt prius in Pleuritide. Aſyndetus,id eſt inconiunctus aut diſiunctus,corripitur, ſed compoſitum eſt. Amethiſtus,teſte Aldo,per ſt iu vltima,eſt lapillus pretioſus.ſecundam corripit.

Aſchetes,id eſt intolerabilis,indetentus, etiam corripitur,vt dixi. Achetæ etiam per æ, cicadarum quædam ſpecies arguta. Epipetrum,herba:& Epimetrum etiam,herba.vtrunque per ε breue. Parænetes,admonitor: paræneticus,admonitorius: vt Parænetica epiſtola.vtuntur etiam Latini hac voce,cuius ſecunda æ dipbthongum,tertia ε breue habet. Herpeta,morbus:ab herpetos per ε,id eſt ſerpens reptilis. Hecatebeletes,Apollo,corripitur apud Suetonium. Haliæetus,aquila marina cum æ diphthongo in tertia,& ε breui ante t:dictio eſt pentaſyllaba.Hals halos,mare,& αἰετος, aquila. Baptiſta Mantuauus de quercu,Vt neque qui tantum rapidus haliæetus alis

Nititur interdum.per ſynæreſin efficitur tetraſyllabum.Ouidius Metam.octauo,

Et modo factus auis fuluis haliæetus in alis

Ibat. Cæterum forſan legendum eſt ſine præpoſitione(in)fuluis haliæetus alis. Argenetes,ſol per ε ante t, à Mantuano recte corripitur. Arethoon, viri nomen, corripitur à Nicolao Valla Iliad.20. pœnultima longa. AEthregenetes,ſudicus Boreas apud Gellium lib.2.cap.22. Nepeta,herba,à Sereno corripitur,teſte Stoa.Nonnulli per i ſcribunt Nepita.Apud Strabonem certe lib.5,Nepita,oppidi nomẽ eſt:in cuius octauo ita habetur,Calaminthus,herba,id eſt Nepita.At in Volaterrano ſemper nepeta ſcribitur.Nepeta vel nepetos per e tenue,apud Hermolaũ in 5.cap.lib.3.Plinij ſcribitur. Hinc Nepetinus,oppidum,vulgo nunc Nepe dicitur. Temetum rectius producitur,etſi variari parcè poterit.vide E ante m. Dercetis melius quàm darcetis,corripit. Arethuſa,fons Siciliæ:& lotus Syriæ munitus iuxta Emeſam. Demænetus, ſenex Plautinus per e. Erethuſa, Heſperethuſa, Heſperi filiæ:Et Lãpethuſa,Solis filia,corripiuntur à Pylade. Thiſſagete,in Herodoto per e reperitur. Teleta aut Telete teletes,per ε,myſteriũ,expiatio,cõſecratio,initiatio: & quæ vulgo ꝓfeſſio & prima miſſa dicitur, haud inepte(vt opinor)diceretur teleta.Vide Beroaldũ in Apuleio. Drapetæ per ε,fugitiui. In lexico Drapetes per e, ſeruus fugitiuus. Heuretes per e, id eſt inuentor. Heuretis heuretidis,id eſt inuentrix. Heureſis etiã per e,id eſt inuentio.Heurema heurematos,id eſt inuentio,per η producitur. Eretria,vrbs Euboiæ ſecundum Chalcidem maxima.Incolę,Eretrij & Eretrienſes.quo nomine etiam plures aliæ vrbes vocantur.Strabo lib.10,Nomen habet ab Eretrio Titane Phaetontis filio,vt dicit Hermolaus in ſecundum Melæ.Vtrunque per ε ante t. Ergetium,vrbis nomen: incolæ, Ergetij. Sil. Hadrianum Ergetiúmque ſimul. Obſtetrix. Georgius Anſelmus in hunc verſum Truculenti Plautinæ,Quem accerſis? Archinam obſtetricem:dicit,Obſtetricem magis ex re dictam arbitramur: quia parituræ aſſidet, vt ſuppetias ferat, quàm quòd contra parientem ſtet. Ob enim,ad ſignificat, vt probat Pompeius ex Ennio. In volumine antiquiſſimo epiſtolarum diui Hieronymi quod habemus, vbique obſetrix legitur, non obſtetrix,quaſi obſeſtrix dixeris : adde quòd obſideo, etiamnum eſt ex aduerſum ſedeo.Hæc ille. Quæ Badio parum placent,quia obſtetrix non ſedendo,ſed ſtando opem fert: nec obſetrix, ſed obſeſtrix dicitur. Ob autem in vtranque partem accipitur bonam, quia ſignificat propter:vt Officium,dum quis facit: ob, id eſt propter quod talis factus eſt. & officio, id eſt noceo,quaſi ob,id eſt contra id quod debeo facio. ſic obſtetrix quæ ſtat ob,id eſt propter opem ferendã parturiẽti. AE ante t,Aræthyrea.vide E ante a. Euchæte,gnoſtici in Crinito. Theætetus,viri nomen. Paratæca,vrbs. Parætacene,regiuncula Medorum. Parætonium.Aparætonij,Aphricæ pars.

Abrodiætus,Parrhaſij cognomen. OE ante t,Colœtia in Theophraſto.

E ante u producitur,

E ante u

vt Paraſceue,præparatio. à paraſceuazo,id eſt præparo.non,vt indocti dicũt,à para & ſcæua. primam corripit tantum: ideo(vt notauit Neſtor)male dixit Riga in Luca,Poſt paraſceuem lux quæ ſequitur Phariſæos. vbi ſecunda in(Phariſæus)male corripitur:quia rectiſſime ſcribitur gemino ſſ Phariſſæus.

Beneuentum,oppidi nomen compoſitione noſcitur. & per compoſitionem Longæuus diphthongon obtinet. Iſteuones Baptiſta corripit. ¶E ante u producitur,Iſteuones,populi Germaniæ:apud Mantuanum in exhortatione contra infideles choriambum facit.

I ANTE CONSONANTES IN MEDIIS.

I ante b

I ANTE b corripitur,vt Delibutus,contra multos.vide E ante l. Senſibilis corripitur à Lucretio. Alia in bilis à verbis quartæ,vt Ipſum ſenſibile:volunt variari.Sed melius dicit Aldus,Nomina in bilis & bundus à ſupinis formata pœnultimam ſupini imitari:vt deletum delebilis,ſcitum ſcibilis,cupitum cupibilis,petitum petibilis,notum nobilis,volutum volubilis,ſolutum ſolubilis,ſititum ſitibundus,quæ producuntur.Contrà,corripiuntur territum terribilis,moritum moribundus, ſtatum ſtabilis: quod Priſcianus contra primitiui naturam dicit corripi, quia ſtatum à ſto putat produci.

EXCEPTIO.

Oribaſus

Oribaſus,nomen canis.vide Lælaps, AE ante l.interpretatur montes aſcendens. Nam Oros, mons eſt:bæno,id eſt aſcendo.& ita videtur produci contra regulam de i in compoſitione. Perrhibia,mulier in Pylade. ¶I ante b corripitur in medijs,vt Furibundus. Sitibundus Aldus aſſerit debere produci,& recte:quia venit à verbo quartæ. Male ergo Mantuanus de morte Frederici, Quod tractare manu tanto ſitibundus amore. Oribaſia oribaſiorum , feſta fuere ab Hercule inſtituta in honorem Hylæ pueri.Georgius Valla dicit quòd boc nomen producitur,vt Oribaſus,nomẽ canis. Perrhibia, mulieris nomen,producitur à Pylade libro ſecundo.

I ante c corripitur,

I ante c

vt Epicurus:quod Petrarcha in ſecundo libro epiſtolarũ ad Guilielmum Veronenſem male produxit.

Orichalcum in Arte Horatij:licet Græce per ει diphthongon ſcribatur,teſte Politiano lib.1.epiſtol.

AEdicula.Iuuen.ſaty.8,Siquis in ædicula deus vnicus. Notentur è longis deducta,Fœlicito,cornicula,cornicor,radicitus.

EXCEPTIO.

In icus

Produc ex barbaris deducta nomina in icus: qualia ſunt plurima Gotthorum, Vandalorum,Germanorum & aliorum barbarorum nomina, apud veteres Latinos vix reperta: vt Henricus, Vlricus, Alaricus,Ledericus,Lodouicus,Athanaricus,Rodoricus,Genſericus,&c.quæ non minus producenda ſunt,quàm Iacobus,Ioſephus,Adamus,&c. licet nonnulli male auſi ſunt corripere. Claudianus in ſexto conſulatu Honorij,En Alaricus ait, non qualem nuper ouantem
Vidimus. Mantuanus in exhortatione contra infideles, Henrice ſilebo. finis verſus eſt. Philelphus in decima ſecundæ,Qui finem in vita nullum nec rebus agendis
Conſtituit,Frederice,ſibi ratione carere

Fredericus
Fœdericus

Arbitror. Neſtor ſcribit Fœdericus per œ diphthongon in prima ſyllaba à fœdus: & ideo dicit pœnultimam corripere.Bebelius credit à fœdus,& ico dici. Ego facile crediderim Fredericus dici ex barbaro Frederico.Nebriſſenſis vult ſimiliter Theodoricus pœnultima lõga dici à Theodorico.Ego puto,etſi Gotthorũ regis nomẽ fuerit,à Greco Theodorus vel Theodoros deduci:vt à Gallus Gallicus, &c. & proinde pœnultimam corripi : licet libro octauo dicat Sidonius, Theodorice tuæ manus rogantur.Phaleucium eſt.Vt in laudibus Narbonis,Theodoricus amat,ſibíque fidum

Theodoric⁹

Aduerſos probat ante per tumultus. in quibus ſynæreſi vſus eſt. Quæ autem è Latinis aut Græcis deducuntur propria in icus,corripiuntur.ideo male de omnibus intelligitur illud Alexandri,In proprijs icus producitur,vt Fredericus. Corripiuntur itaque hæc & longe plura,Mylicus,Melicus,Ruſticus,Monychus,Ibycus,Eutychus,Autolicus,Stoicus,Vrbicus,Gallicus,Germanicus, Dominicus, Garricus,Atticus,Perſicus,Getulicus,Ponticus,&c. Teſtimonia facillima inuentu ſunt.lege, ſi dubites,Neſtorem.Mart.lib.8,Qui propter cœnam Ruſtice cædo cocum. hic Ruſticus,viri proprium eſt: pro diui Dionyſij ſocio turpiſſime producitur.At pulchræ ſunt differentiæ(inquiet aliquis)
Ruſticus arua colit,Ruſticus ad æthera ſcandit.
Eſt Helena meretrix,Crucis inuentrix ſit Helena.
AEquora ſunt maria,eſt virgo matérque Maria. Cur non itidem recipis hos verſiculos?
Donatus eſt doctor,ſed donatus datus extat.
Vrbanus eſt ſanctus,vrbanus habetur honeſtus.
Mobile fœlicis,fixum ſibi Fœlicis optat. Si has & ſimiles mille nugas effutiuiſſet Græciſmus aliquis vel Alexander,iam eſſent barbaris tanquam Delphica oracula,adeò tenaciter inhærent ſemel male recepta. Profecto hæ nugæ etiam viros alioqui doctiſſimos in errorẽ duxere,veluti Guaguinum cum

quodam non indoctiore dicentem, Sic me (crede) tui verſus Dominice leuarunt:
Vt ſolet ægrotos dum venit alma ſalus. Potuiſſet recte dicere Mācine: ad Mancinū enim ſcripſit.
Quæ tamen é longis ſunt, producuntur. Vt à νίκη, id eſt victoria: Philonicus, Stratonicus, Olympio-
Theſſalonica nices, Polynices, Hipponicus, &c. quæ ſunt fere virorum propria: vt Theſſalonica, oppidi, cum th
aſpirato, vt Theſſalus. Claud. libro 2. in Rufioum, Taogebat Macedûm fines, muróſque ſubibat
Polynices Theſſalonica tuos. Papin. lib. 10. Thebaid. -commendat honorem
Berenice Frontis, & oblatam Polynicis munere grato
Loricam. Fit à poly: ideo in ſecunda y Græcum ſeruat. Produc vndecūque eſt Berenice. Iuuen. ſaty. 6,
Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus
Myrrhina, deinde adamas notiſſimus, & Berenices
Berenicis In digito factus pretioſior. Berenicis berenicidis, oppidum. Sil. lib. 3, Affuit vndoſa cretus Berenicide
Amicus miles. ſic Eunica, &c. Amicus, inimicus, & quæ hinc fiunt. Perſius, Es modicus voti, preſſo lare: dul-
Amycus cis amicis. Amicio hinc nō eſt: ideo corripitur. vnde amictus, &c. Amycus, viri proprium cū y Græ-
co naturaliter corripitur. Virgilius, Nunc Amyci caſum gemit. frequens eſt in Valerio Flacco: nec cor-
ripitur ad differentiam appellatiui Amicus. eſt enim hoc Latinum, illud Græcum. à Græcis noſtri
(amicus) nullam rationem habentibus proculdubio ſemper correptum, vt ab Homero, &c. Nam e-
iuſmodi differentiam ponere, ſapit neſcio quid triuiale: quale inter Ruſticus commune, & Ruſticus
proprium barbariei primipili excogitarunt. quæ res doctiſſimos quoque decepit, vt frequenter nota-
ui. Ergo ſi quiſpiam ab amicitia nomen aut cognomen nanciſceretur, is amicus pœnultima longa di-
ceretur: veluti in multis factum tam longis quàm breuibus: veluti Ruſticus, Seuerus, Maximus, Bar-
Anticus bara, Regina, &c. Anticus producitur, vt Poſticus. Apricus, apricari: ſole gaudens, & ſole gaudere.
Apricus Perſius ſaty. 5, -cicer ingere large
Apricari Rixanti populo, noſtra vt floralia poſſint
Apicius Aprici meminiſſe ſenes. Apicius, viri proprium. Mart. lib. 3, De nullo quereris, nulli maledicis Api-
Aricia ci. Aricia: hinc Aricinus, aricina, aricinū, vrbs Italiæ. Virg. 7. AEneid. Viribus inſignem quem mater
Equicolus Aricia miſit. Horat. vlti. epiſt. Emptor Aricini quondā Veientis & arui. AEquicolus: vide AE diph-
Caicus thongum ante q, & ſine diphthongo Equicolus vide ibidem. Bellicanus in Auſonio. Caicus, flu-
uius. Ouid. in 3. de Arte, Quæque bibunt vndas Myſe Caice tuas. pro monte ſimiliter productum le-
gi, & pro viro apud Virgilium AEneid. 1. Caici quoque, populi ſunt Germaniæ. Lucan. in 1, Et vos
Craticula crinigeros bellis arcete Caicos. Craticula à cratis diminutiuū. Mart. in Apo. Parua tibi incurua cra-
ticula ſudet ofella. Petrarcha male corripuit, teſte Neſtore, dicens, Craticulam & gemino fœcundum
Canicula martyre buſtum. Canicula. Perſius, Sed quid agis? ſiccas inſana Canicula meſſes
Clauicula Iamdudum coquit. ſic cæteri. Clauicula neſcio an vſquam corripiatur. producitur certe à Germani-
Cuticula co in Arato, Qualis ferratos ſubicit clauicula dentes. Cuticula. Iuuen. ſaty. 11, Noſtra bibat vernum
Caprificus contracta cuticula ſolem. Perſius, Semper & aſſiduo curata cuticula ſole. Caprificus, quia à ficus eſt.
Cuniculus hinc caprificari, caprificatio, &c. Perſius, Rupto iecore exierit caprificus? Caprifici, ſunt etiam canicula-
Corycus res dies. Cuniculus. vide V ante n. Corycus certe corripitur, vt patet in O ante r. Priſcianus ta-
Conuicium men in Periegeſi auſus eſt producere. Cuticus. Conuicium à vicis dictum in quibus plurimum
Ceruical fit, vel à vocum multitudine (vt Feſto placet) quaſi coouocium. Mart. lib. 3, Lis erit, ingenti faciet con-
Embricus uicia voce. Hinc Conuiciari verbum. Ceruical, extrico, fœliculus, meretricula ex primitiuis noſcun-
AEquicolus tur. Embricus, teſte Sulpitio. Equicolus. vide AEquicolus. Erica, herba, per ει diphthongon.
Febricito Febricito neſcio an veterum quiſquam corripuerit: notaui nuper productionem apud Martialem
lib. 11, Febricitantem baſiabit & flentem. Scazon eſt. quare cum Macro non corripiam, donec corre-
ptio ex veterum aliquo nota fuerit. Fulica videtur apud Gellium produci: cum reliquis corripiam.
Febriculoſus Febriculoſus quoque producitur: ergo & febricula vt opinor. vide E ante b, Febris. Fuſciculeus, vir
in 2. Martialis. Formica. vide A ante d, Cicada. Grenicon, fluuius in Pylade. Iunices produci-
Iunices tur per crementem, quia puto ſingulare eſſe iunix. & ſunt Iunices, iuuencæ adhuc teneræ ætatis, quæ
Labicum vitulæ eſſe deſierunt. Perſius, Tot tibi quum in flammas iunicum omenta liqueſcant. Labicum &
Lorica labicus labica. vide A ante b. Lorica. Ouidius tertio Metam.
Loricæque modo ſquamis defenſus, & atræ
Lectica Duritia pellis. Lectica, lecticula. Martialis libro nono,
Dat tibi ſecuros vilis lecticula ſopnos:
Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Sic eſt in libris quos vidi. Neſtor tamen legit Tegeticula.
Lumbricus Lumbricus, vermis terrenus à lubricitate dictus. Serenus, Lumbrici quoque terreſtres naſcentur oli-
Marica uo. Macer, Lumbricos ventris, hanc ſæpe bibendo, necabis. Laſerpicium. vide A ante ſ. Marica,
mater Latini. Virg. 7. AEneid. Hunc Fauno & nympha genitum laurente Marica
Accipimus. Eſt etiam oppidi nomen, vt dicunt Lucani interpretes in illud libro ſecundo, Per regna
Matricida Maricæ. eſt finis verſus. Matricida neceſſitate quadam apud Auſonium, vt dictum eſt. Mauricus,
Mauricus viri proprium iuſtiſſimi. Martialis libro quinto, Probitate Marcos, æquitate Mauricos. Scazon eſt.
Myrica Myrica cum y Græco in prima, humile virgultum: naſcitur in Italia, alio nomine dicitur Tamari-

ca. Virgilius, Non omnes arbuſta iuuant, humiléſque myricæ. Mendicus & verbum Mendico men- Mendicus
dicas. vide Tetricus, E ante t. Multicium, veſtis. Iuuen. ſaty. 2, Quæro an deceant multicia teſtem. Multicium
nonnulli per t multitium ſcribunt: & dicitur à multus, &c. Naſica, viri nomen. Horat. ſaty. 15, Filia Naſica
Naſicæ metuentis reddere ſoldum. Naſica etiam, vrbs Indiæ eſt. at per au diphthongon Nauſicaa,
fuit Alcinoi filia. vide A ante a, Neſſica, teſte Priſciano. Nouicius. ſed multi per t nouitius ſcribunt. Nouicius
Iuuenalis ſatyra tertia, -tetrúmque nouitius horret Porthmea. Numicius, viri & fluuij nomen, Numicius
rectius producitur: tetraſyllabum eſt, non (vt quidam putant) triſyllabum Numicus. Ouid. Metam.
quarto, In freta flumineis vicina Numicius vndis. ſic recte tredecimi AEneid. author ex Ouidio dixit,
Vicina Numicius vndis. Virgilius AEneid. 7, Tyrrhenum ad Tyberim, & fontis vada ſacra Numici.
pro Numicij apocope. Vt apud Horatium in 19. epiſtola, Brunduſium Numici melius via ducat,
an Appi. At in alia epiſtola apud eundē vocatiuus eſt, Nil admirari prope res eſt vna Numici. Nu-
trico nutricas, producitur ab Eraſmo dicente, Atque eadem tellus ſucco nutricet eodem. Pædi- Pædico
co, nomen & verbum, à παῖς παιδὸς, id eſt puer. In Priapæis dicitur habere primam ſyllabam quæ eſt
in Penelope: ergo Penelope in prima videtur habere æ diphthongon. Mart. Pædicatur Oros, fellat
Linus, Olle quid ad te? Idem, Conciſis natibus non eſt pædico maritus. Palicus, Ethnicus deus. fue- Palicus
runt autem Palici duo, quorum mater Thalia ex Ioue grauida: metu Iunonis optauit ſibi terram de-
hiſcere. quod factum eſt. ſed tempore partus rurſus exhibiti ſunt filij, quos ob id Palicos dixere. de
quibus pulchre Macrobius in 5. lib. Satur. Dicuntur autē Palici, à πάλιν, id eſt rurſus: & ἵκειν, venire.
author Seruius in nono AEneid. Ouid. 5. Metam. Stagna Palicorum rupta feruentia terra. Sillius,
Et qui præſentes domitant periura Palici. Poſticus. Perſius, Poſticæ occurrite ſannæ. Pudicus. Poſticus Pudicus
Ouidius, Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Phericus & Prodicus, vt quidam volunt. Phœni- Phericus
copterus. vide OE ante n. Plitricius, vir in Baptiſta. Periculum. Ouidius quarto Metamorph. Phœnico-pterus
Quantâque vitarit narrare pericula geſtit. Pediculus à multitudine pedū, vermiculus capitis: nec à
παῖς, id eſt puer, dicitur contra multos, quia prima corripitur: hinc pediculoſus, pro quo apud Mar- Pediculus
tialem ineptiſſime legitur periculoſus, vt cum Nebriſſenſi ſentio, qui in nominato libro attulit hunc
verſum, Et menti dominus pediculoſi. quem magno labore quæſiui: quia quanuis legeram Martia-
lem, tamen hunc verſum non animaduerti: tandem reperi in libro duodecimo, Hinc menti dominus
periculoſi. vbi legi debet, Hinc menti dominus pediculoſi. Phaleucius eſt. Subijciam totum pœne epi
gramma, nequis dubitet pediculoſi venuſte: periculoſi verò inſulſiſſime legi.

De importunis baſiatoribus.

Tantum dat tibi Roma baſiorum.
Poſt annos modo quindecim reuerſo,
Quantum Leſbia non dedit Catullo
Te vicinia tota, te piloſus
Hircoſo premit oſculo colonus.
Hinc inſtat tibi textor, inde fullo:
Hinc ſutor modo pelle baſiata,
Hinc menti dominus pediculoſi,
Hinc defioculus, & inde lippus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

Pœnultimum verſum pueris indignum reliqui. Petricoſus, id eſt moleſtus: à petris dictum nomē. Petricoſus
non auſculto Domitio qui à tricis dici putat. Martialis libro tertio, Res petricoſa eſt Cotile bellus
homo. Rubrica. vide V ante r, Maſurius. Redimiculum: & ſiquid aliud in iculum eſt à verbis Rubrica Redimiculū
quartæ. Iuuenalis, Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt. Saticulus, Campaniæ populus. vi- Saticulus
de Arunci, A ante r, aut Seticulus. Sophopichion. Catullus, Dij magni Sophopichion diſertum Sophopi-chion
Othonis caput oppido puſillum. Phaleucij ſunt. Alij legunt holopichium, quod interpretatur totus
cubitalis: nam πῆχυς, cubitus eſt. alij ſalapentium: atque alij aliter. Siticula, ſiticuloſus. Horatius in Siticula
Epodo, Ode 4, Siticuloſæ Apuliæ. Iambicus dimeter. primus pes iambus eſt: quia Pyrrhichium non Siticuloſus
admittit ratio carminis in prima regione: ſed ne vſquam: quia Vltima cuiuſque eſt communis ſylla-
ba verſus. Manifeſtum eſt quod dico ex Priapæis,

Non ſturnus mihi gracculúſve raptor,
Aut cornix anus, aut aquoſus anſer,
Aut coruus nocuit ſiticuloſus. Phaleucij ſunt. Sopniculoſus. Martialis libro tertio, Sopniculoſus il- Sopniculo-ſus
le porrigit glires. Scazon eſt. Tegeticula. vide I ante c, Lectica. Triuicus, pagus Italiæ. vide A an- Tegeticula
te p, Apulia. Tibicen, patet. Vaicus, viri nomen. Sillius libro primo, Stantem pro muro & mu- Triuicus
tantem membra Vaicum. Vaticanus variatur. Martialis libro primo, In Vaticanis condita muſta Vaicus
cadis. Iuuenalis ſaty. 6, Et Vaticano fragiles de monte patellas. Horat. 1. Carm. Ode 20, Vaticanus

Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago. Sapphicum cum adonico. Petrarcha inepte etiam primam corripuit, dicens ad Be-
nedictum, Diceris & clauſtro Vaticani corpus humandum. In multis iam dictis, quæ videntur per

naturam corripi,vt Canicula,cuniculus,craticula,clauicula, ſiticuloſus, pediculoſus,&c. Mallem veterum authoritatem ſequi quàm grammaticorum præcepta. ſiquis tamen hæc corripuerit, tolerabitur,ſi in cæteris vetuſtatem inuiolatam cuſtodiuerit. **Vmbilicus** Vmbilicus. In Priapæis,Nequicquam ſibi pulſet vmbilicum. Phaleucius eſt.Horatius in Epodo,Ode 14, Ad vmbilicum ducere. verſus eſt iambicus dimeter. Vepicus,quia à Picus eſt.Sillius octauo,

Vepicus Vepicus quondam venerabile nomen ab alto

Viticula Saturno. Viticula,à vitis. Virgilius in Diris,Dulci nanque tumet nondum viticula Baccho. Vrtica. **Venſica** vide O ante ſ,Roſa. Veſica, vel venſica à vento, vt Capro placet. vide Pepedi in præteritorũ ge**Vſtica**minatione. Vſtica, mons in Sabinis, & inſula iuxta Siciliam,atque in ea vrbs. Horatius libro primo Carm. Ode 16,Valles & Vſticæ cubantis

Leuia perſonuere ſaxa. duo ſunt verſus: prior iambicus dimeter hypercatalecticus: ſecundus alcmanius dactylicus tetrameter. Veronica producitur,teſte Laurentio Valla.

¶I ante c corripitur,vt Ruſticus. Orichalcum Latini quidam corripiunt: Græcis tamen per ει ſcribitur. Callimachus certe produxit: quem imitatus Politianus haud illepide dixit,Se vel orichalco magna hæc dea vel Symoentis. Poteris igitur, ſi vſus feret , interdum producere. Andronicus. Andronica,& cætera à nice,id eſt victoria, producuntur, vt Berenice. Vironice vel vironica. Olympionices,&c. Eunica,nympha quæ cum alijs Hylam rapuit. Bellicanus. Auſon. Et iacula & fundas & nomina Bellicani. Grenicon,fluuij nomen, producitur à Pylade libro tertio. Embicus producitur,teſte Bebelio. Sunt quibus Embricus dicatur. Fulica Stoæ variatur: mihi tamen corripitur. vide in primis V ante l. Neſſica producitur Priſciano de accẽtu. Plitricius,viri nomen Mantuano.

Saticulus producitur Virgilio,ſed Stoa Seticulus legit. Iunices,quia in ſingulari eſt Iunix. ſic notentur cætera nomina ab ix:vt Sicilicis à ſicilix. vnde Ennius,Incedit velis vulgo ſicilicibus latis. Sunt Sicilices,authore Feſto,haſtarum ſpicula lata. Erica,frutex,per ει in primo Theophraſti. Viticula à Virgilio in Diris producitur. Neſtor(vitecula)legit: quia viticula (inquit)poſſet dactylũ efficere. Sed hæc ratiuncula nec Stoæ, nec mihi placet. Chamæſice apud Plinium cap.15.lib.24. ſed compoſitum Camarice camarices, produci arbitror, vt Tamarix tamaricis, & quod idem eſt myrice: licet Plinius videatur ſeparaſſe,mirante Hermolao in cap.7.lib.28. Plinij. Phœniceus aſſerit Stoa variari,ego tantum corripi: licet Phœnix,vnde deriuari dicitur , obliquos producat : quia multa contra primitiuorum naturam aut corripiuntur aut producuntur,quæ ſine authoritate varianda non ſunt. Inter quæ Phœniceus,& hinc Punicens & punicus,id eſt ruber, rubicundus, purpureus: quia purpuram apud Punicos à cane inuentam dicit Philelphus. Ouidius tertio Amorum, Sagáve phœnicèa defixit nomina cæra. Idem duodecimo Metam. Phœniceas veſtes,eluſáque vulnera ſentit. Virgilius AEneid. 5, Puniceis ibant euincti tempora tenis. id eſt purpurei coloris. Anſonius in roſis, Ecce & defluxit rutili coma punica floris. Coma punica,id eſt phœnicei coloris. vnde Lucretius libro 2, Purpura phœniceúſque color clariſſimus omni. id eſt rubens. Authore Pio à Phœnice,id eſt palma,non improbãte Gellio. Hinc Phœnicei & phœnicati equi,quos baios dicimus: quia Perſæ folia palmarum baias vocant, teſte Pio. Lucretius libro quinto, Arbuta puniceo fieri matura colore. id eſt purpureo: propter Tyrum vrbem à Pœnis conditam,in qua florentiſſima purpura tingebatur. Propertius, Tingunt Gygæo punica roſtra lacu. Sunt qui à cortice mali punici deflectũt. Lectores iudicent,inquit Pius. Phœnices tantum producito. Lucanus libro quarto,Phœnices primi,famæ ſi creditur,auſi. Ex Græca ſcriptura potius phœnicius quàm phœniceus ſcribi videtur. Badio autem videtur,ſi pro colore purpuræ, aut palmæ punico capiatur,ſiue phœnicius, ſiue phœniceus,ſiue puniceus,ſeu punicus dicatur, tantum quidem corripi: ſed ſi adiectiuum ſit phœnicis, aut gentis, aut auis,aut viri, & in eo ſignificatu capiatur, produci , vt phœniceus nidus. Phœnicum , meretricillæ nomen, fortè à colore ductum Plauto corripitur ſemel ad colorem alludenti in Pſeudulo,

Niſi hodie ex fundis multi tuorum amicorum omnis huc penus

Affertur , cras Phœnicium phœnicio corio inuiſes pergulam. Alibi in eadem fabula ſemper producitur. Titiuilicium , nullius pretij recula, authore Feſto, corripit Plautus in Caſina. Fulgentius, Titiuilicium (inquit) dici voluerunt fila putrida quæ de telis cadunt. Marcus Cornutus in ſatyra, Titiuilicij ſal cedo tibi. Sunt qui ſcribant Titiuillitium: ſunt qui Titiuilitium,culpa forſan chalcographi. Vmbilicus ſæpe correptum inuenio. Spinthurnicium,diminutiuum à ſpinthurnix,quod eſt inauſpicatiſſimæ auis nomen. Plautus in Milite,

Bellula eſt. PA. pithecium hæc eſt præ illa & ſpinthurnicium. Septenarius eſt. Pithecium,ſimiola. vide commentarios. Paleontichi, ſecunda per æ,& quarta per ει,id eſt veteres muri. Sic Macrontichus,longus murus, loci nomen in ſecundo Melæ. Sophopichium aut Sophopechium, quia per η Græce ſcribitur,interpretatur cubitalis ſapiens. Sic Aldus impreſſit, Catullum dij magni ſophopichium diſertum. quę impreſſio valde placet Mecœnati meo Haloino. Alij aliter legunt,vt Holopichium & Solopichium, Salicippum,&c. Dictum eſt in Caluum oratorem, breuis ſtaturæ Ciceronis æmulum. Quidam etiam , inquit Hermolaus in 29.cap.lib.8. Plinij legunt, Dij boni ſolpugium di-

ſertum. vt ſit ſolpugium, diminutiuum à ſolpuga, beſtiola perexigua & pernicioſa. Sed & Solopachi-
um, quaſi holopachium defenditur à breuitate corporis, cubitum totum non excedentis. Nam & Ly-
cophron Heptapachyn Achillem à ſeptem cubitis appellat. Poſſet & xylopachyum legi, &c.

I ante d corripitur, — I ante d

vt Præſidium: & compoſita, Bifidus, trifidus, recidiuus, perfidus à fides: ſed à fido infidus producitur.
Notentur è longis compoſita, occido, trucido, à cædo: conſydero, deſydero, deſyderium: & proprium
Deſyderius. Horatius, Tu quid ego, & populus mecum deſyderat, audi. reliquorum teſtimonia facile
occurrent. Catullus, Cum deſyderio meo nitenti. Phaleucius eſt.

EXCEPTIO.

Produc in Ido denominatiua, qualia ſunt Formido, libido, cupido, tam pro cupiditate quàm pro — Ido.
deo amoris. Myrmidon corripitur, etiam ſi Myrmido dicatur: quia de Latinis intelligimus, quo-
rum genitiuus in inis deſinit. Produc maſculinum in ides, ab eus: vt Pelides, Achillides, Phoroni-
des, Promethides, Neoclides, Dryantides, Coronides, Theſides, Tytides, &c. Ab us vero pauca, pro-
ducunt, vt Lycurgides, Belides, & (vt Neſtor vult) Bacchides bacchidæ. Bacchides bacchidis, viri pro-
prium, corripitur à Riga dicente, Alcimus hoc ſpatio rediens cum Bacchide pugnat. Reliqua patro-
nymica in ides, non ab eus, corripiuntur, præter forſan pauciſſima. corripe itaque Priamides, Iapeti-
des, &c. Ouidius libro ſexto Faſtorum, Nulla Coronides cauſa doloris ait. à Coroneus in ſecundo
Metam. non eſt Coronide legendum à Coronides: ſed Coronida in accuſatiuo à Coronis: Cum iu- — Coronides
uene Hæmonio vidiſſe Coronida narrat. hoc eſt, coruus dicit ſe vidiſſe Coronida, amicam Phœbi
cum iuuene quodam Hæmonio. Hi ablatiui Theſeide & Phoronide non ſunt à maſculinis in des,
ſed à nominatiuis in is: quæ pœnultimam genitiui ſemper corripiunt, ſiue ſynæreſis ſit, ſiue non: ſi-
ue ab eus fiant, ſiue aliunde: vt Phoronis phoronidis, id eſt Io: de qua meminit Ouidius. ab Phoro-
neus: vnde maſculinum pœnultima longa Phoronides. Theſeis theſeidis, vt AEneis æneidis, poema
de Theſeo, &c. Ouidius in Ibin, Vtque Lycurgidem iactauit ab æquore natum. Virgilius, Belide no-
men Palamedis, &c. Belides plurale corripitur: quia eſt à Belis belidis. Abydos vel Abydus cum y — Abydos
Græco, Aſiæ vrbs. Virgilius primo Georgicorum, Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi. hinc
Abydenus, abydena, abydenum, &c. Acidia, id eſt ignauia, inertia, tædium: quod per e acedia rectius — Acidia
dici potuiſſet. vide A ante c. Aphidas, viri nomen in duodecimo Metam. Acidalus, fons in Orcho- — Acidalus
meno Veneri ſacer: vnde Venus Acidalia dicitur. hinc Acidalius, acidalia, acidalium, id eſt venereus.
Martialis libro nono, Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi. Ariſtides in ſecundo Triſtium.
Alcides, id eſt Hercules. vide E ante p, Tlepolemus. ab Alceus patronymicum eſt: vt Achamides, — Alcides
Lycorides, & plura. Alybides cum y Græco in ſecunda ſyllaba, populi quidam: vnde Priapus di- — Alybides
ctus eſt Alybida. Virgilius in Coppa, Huc Alybida veni: feſſus iam ſudat aſellus. Calidon vel per e — Calidon
potius Caledon, ſylua Britanniæ, vt docet Omnibonus in illud Lucani 6, Vnda Caledonios fallit
turbata Britannos. pœnultimam genitiui corripit: quam producit per y Græcum Calydon, quod ſe-
cundam corripit: & eſt AEtolorum vrbs. Virgilius, Quod genus aut Lapithis tantum aut Calydo-
ne merente. Chelidon chelidonis, pœnultima genitiui correpta, id eſt hirundo: vnde dicta eſt herba — Chelidon
Chelidonia: quam oculis eſſe ſalubrem oſtendère dum venenatis pullorum oculis illa medentur, — Chelidonia
Macer, dum alterum recte ponit: alterum maculat, dicens,

Indéque nomen habet chelidonia: nanque chelidon
Dicitur hæc volucris Græcorum more vocari.

Longe libentius ſequar doctiſſimum Columellam lib.
11. dicentem, Purpureæque chelidoniæ, pinguéſque mariſcæ. Serenum quoque dicentem, Sæpe che-
lidoniam cum ſucco lapathis addes. Eſt quoque Chelidonia lapillus pretioſus & quædam regio, ea-
dem ſemper quantitate retenta. Priſcianus in Periegeſi,

Partibus extremis Pamphylia clauditur Iſtro,
Atque chelidoniæ rupes cinguntur eodem.

Crepida licet à Græcis producatur: tamē Latini, quos — Crepida
ſequemur, qui Latine ſcribere volumus, tantum corripiunt. vt Perſius, &c. Dauides Dauidæ, id eſt — Dauides
Dauid, Iudæorum rex. Fortunatus, De magno magnus Dauides ſcripta reliquit. Euclides. Sidonius
in laudibus Narbonis, Euclides ſpatium ſciens olympi. Phaleucius eſt. Martialis libro quinto, Ducē-
ta clamat coccinatus Euclides. Scazon eſt. Elegidium diminutiuum ab Elegia, vt Epiſtolium ab epi- — Elegidium
ſtola. Perſius, -non hîc eſt Ilias Acti

Ebria veratro, non ſiqua elegidia crudi
Dictarunt proceres.

Euripides, vtrobique cum i Latino, teſte Georgio Placentino. Sidonius ad Fœ- — Euripides
licem, Orcheſtram quatit alter Euripidis. Et in laudibus Narbonis, Ceſſiſſent Sophocles & Euripi-
des. Phaleucij ſunt. In Gellio etiam corripitur: ideo variatur. Et Eueridas, vir, producitur à Calli-
macho. Faſtidio, faſtidium: vtrunque eſt in ſecunda ecloga Virgilij. apud quem (niſi codex men- — Faſtidio
doſus ſit, vt eſſe ſuſpicor) in Ciri Frigidulus contra primitiui naturam producitur, Hinc magno ge- — Frigidulus
nerata Ioui frigidula ſacra. notat hoc Badius. ergo vt frigidus, ita frigidulus tantum corripe.

Formido — Formido formidas, verbum notum: de nomine dictum eſt. Godofridus aut Godofredus, viri no-
Godofridus — men. Iſidius ab Iſis. vide I ante o, Io. Lacydes per y Græcũ, viri nomẽ, teſte Calepino dicente Hera-
Lacydes — clides corripi, quod Bebelius vult produci: quod placet. Meridies dictum eſt in regula compoſitio-
Meridies — nis de i. Neſidæ, populi in Periegeſi. Poſides, ſpadonis nomen. Iuuen. ſatyra 14, Vt ſpado vincebat
Neſidæ — capitolia noſtra Poſides. Poſidæi, populi apud Priſcianum in Dionyſio. Phaſides, viri nomen, ſcio
Poſides — produci: licet teſtimonium mihi exciderit. Pherecydes cum y Græco, poeta Græcus, phthiriaſi interijt.
Poſidæi — Serenus, Sed quis non paueat Pherecydis fata tragœdi,
Phaſides — Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Pherecydes — Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt? Poſtridie vt pridie, contra Sulpitium & plures, qui aut
Poſtridie — neſciuerunt, aut dubitauerunt harum dictionum menſus. Ego itaque primus hanc rem enucleabo ex
Pridie — oratore celeberrimo Quintiliano, cuius verba in lib. 9. de compoſitione hæc ſunt, Creticus eſt initijs optimus, Quod precatus à dijs immortalibus. Et clauſulis, In conſpectu populi Romani vomere po-ſtridie. Hic (ſtridie) eſt creticus, id eſt amphimacrus, pes ex breui inter duas longas. Quòd autem creticus ſit amphimacrus, patet ex eodem libro vbi dicitur, Media inter longas breuis faciet amphimacrũ: ſed frequentius eius nomen eſt creticus. Et ex Apuleio prima Apologiæ oratione, vbi hic eſt iambicus trimeter, Conuerritorem pridianæ reliquiæ. vbi (reliquiæ) ſingulare eſt. Piſidæ variatur. vide I ante ſ.

Thucydides — Polyphides in Pylade. Quotidie variatur. Thucydides in ſecunda ſyllaba producitur. in Catale-
Veſtidius — ctis corripitur in Auſonio. Vectidius, viri nomen. Perſius, Quæſieris, Noſtin' Vectidi prædia? cuius? Pro Vectidij per apocopen.

I ante f — I ante f non inueni, niſi in compoſitis, quæ corripiuntur, vt Scænifactor: licet Arator produxerit. Aliſæ producitur. multi aliphæ ſcribũt. vide A ante l. ¶ I ante d corripitur, vt Quatriduanus apud Mantuanũ in diua Cæcilia. Notentur ſemper deriuata & compoſita de longis & cum longis, quæ illorum naturã ſequuntur, vt Decido à cædo, & inde deciduus. Ouid. Metam. 8, Contremuit, gemitúmque dedit decidua quercus. At ſucciduus à ſuccido, à ſub & cado corripitur Metam. 10, Poplite ſucciduo.

Præcidaneæ & ſuccidaneæ, hoſtiæ: quia à cædo, producũtur Gellio lib. 4. cap. 6. Quæ in Bebelio notauerã, ipſe correxerat, vt intellexi, antequam mea viderat. Patronymica in ides, quæ habent primitiuum in eus, producuntur, vt diximus in eorum formatione: vt Coronides, Coronei nepos, ex Coronide pœnultima breui: quia in is idis corripiunt: licet in ides i producant. Ouidius Faſt. 6, Nulla Coronides cauſa doloris, ait. Et in primo Faſto. Accepit Phœbo nympháque Coronide natum. id eſt AEſculapium. Sic Ariſtides ab Ariſteus. Ouidius 2. Triſtium, iunxit Ariſtides. Amphiarides quidam pœnultima longa legunt: ſed melius Amphiaraiades pœnultima breui, id eſt Alcmæon, Amphiarai filius, qui matrem ſuam Eriphylem interfecit. vt Faſt. 2, Amphiaraiades Naupactæo Acheloo
Solue nefas dixit, ſoluit & ille nefas. AEnides ab AEneas, & Lycorides ab Lycoreus ſimiliter producuntur. Polides, viri nomen, producitur à Nicolao Valla. Poliphydes à Pylade. Magydaris aut Magudaris vtroque modo ſecundam producit. Male ergo Alexander Magudarim, turrim, &c. Plautus in Rudente, Sanún' es? ſeu tibi confidis fore multam Magudarim? Septenarius. Syridama male, vt dixi, in A ante m, vt vna dictio legitur. Chelidonia propter Macrum Stoa ambiguis annumerat, mallem cum Sereno producere, quanuis Mantuanus dixerit,
Cui dedit, & nomen paries chelidonia paſſim
Surgit. Chelidonius, viri ſancti nomen. Prudentius, Inter ſolennes Cypriani vel Chelidoni. Aphidas, centauri nomen, producitur à Pylade libro tertio. Et vir in ebrietate interfectus apud Ouidium forte idem. Dicit autem 12. Metam. Sopitus venis non experrectus Aphidas. Eueridas, de quo Politianus, O Euerida quod maneat pretium. Euripides, licet Sidonio corripiatur, melius tamen producitur.

Heraclides apud Aldum & Bebelium per e ſcribitur ab Heracleus, id eſt Hercules. Calepinus inepte dicit id nomen pœnultimam corripere. Piſidæ variatur. vide I ante ſ. Et Quotidie in cõpoſitis oſtendi variari. Thucydides ſecundam variat. Eam corripuit, producta prima, Auſonius in pentametro Græco, ὀκτὼ θυκυλίδας, ευνία ἐροδόντα. in quo vocales non abſumuntur in catalecto quod Virgilio aſcribitur: licet Catulli alij malunt. ſic legitur à Pio in poſterioribus annotationibus cap. 43,
Corinthiorum amator iſte verborum,
Iſte iſte rhetor: nanque quatenus totus
Thucydides Britannus Atticæ febres
Tau Gallicum imminet, ipſemet male illiſit. Iſta verba omnia iſte miſcuit fratri. Scazon carmen eſt, quod mendoſiſſime vulgo legitur. Deridet autem poeta quendam nequiter Atticiſſantem, barbarum alioqui & inſulſum. Ludens in τ litera Græca inauſpicata, quippe crucis pœnam vt habet figuram ſignificante. dicit illum, cum neſciat vti τ Græco, manere tau Gallicum: id eſt crucem Gallicanam: quoniam fratrem veneno ſuſtulit. Et per irriſionem Thucydidem vocat: quia cum eſſet ineptiſſimus, ſeſe alterũ Thucydidẽ iactitauit. Videatur Pius. Scaurides, piſcis à Lippio producitur, Scaurides Brenni cum ſcaris Boces vtrique. Frigidarium contra primitiui naturam, niſi mendũ ſit, corripuit in prima Lucillius ſaty. 8, Sallere murenas, mercẽ in frigidaria ferre. Ita video vbique impreſſum. Epicydes pœnultima lõga, fuit Glauci iuſtiſſimi Lacedæmonij pater, vnde Epicydides tertia & pœnult. lõgis.

Laurentius Valla in tertio Herodoti ex oraculo Græco,
Glauce Epicydides equidem expedit ab breue tempus,
Sic horco viciſſe interuertiſſéque nummos.

I ante g corripitur,

I ante g

vt Corrigia male productum ab Aratore. vide A ante m, Calceamentū. Mitigo, læuigo, clarigo, liti-
go, porrigo, verba: quia omnia ab ago, vt Mite ago, clarum ago, litem ago, porro vel procul ago, &c.
Notentur è longis compoſita, vt Affligo, infligo, profligo, etiam primæ verbum: infrigido, refrigero,
infigo: depygis & philopygiſta. vide I ante g, Pyga. Bene profecto dixit Petrarcha in primo Aphricæ,
At cœptum primo, profligatúmque ſecundo
Eſt bellum. male autem dixit Macer, Et ſic ſub dio prius infrigidata bibatur. Porrigo
EXCEPTIO. Producuntur in igo nomina, vt Porrigo, morbus & minutus furfur. Iuuen. ſatyr. 2, Siligo
-grex totus in agris Vnius ſcabie cadit & porrigine porci. Siligo ſiliginis, tantū fœminini generis, vt
recte docuit Badius noſter cōtra Sinthentū. male dicitur in Calepino corripi. Iuuen. ſaty. 5, Sed tener &
niueus mollíque ſiligine factus. Idem, Tot medicaminibus coctæque ſiliginis offas. Mart. lib. 9, Illa ſi-
ligineis pingueſcit adultera cūnis. Falſus itaque eſt verſiculus, Si bona ſit ſiligo, veniet bonus inde ſili-
go. ſic Origo, lolligo, vertigo, vligo, fuligo, caligo. Auriga aurigæ, & verbū aurigor aurigaris. Ouid. 2. Auriga
Metam. Hic ſitus eſt Phaeton, currus auriga paterni. Caligo caligas, obſcurus ſum. Virg. 2. AEneid. Caligo
Caligat, nubem eripiam, &c. Ideo Petrarcha hallucinatur in 7. Aphricæ dicens,
Eſt mihi propoſitum, quoniam caligantia mundo
Lumina ſunt propius veſtris accedere terris. Caliga autem, & hinc verbum caligo corripi notiſſimū eſt.
Caſtigo in Iuuenale & alijs. Diapiganon, ex ruta medicamentum. apud Macrum de ruta, Diapiganon
Ex hac antidotum non paucis vtile cauſis
Conficitur. Medici dicunt diapiganon illud: Piganon in Græca lingua, quia ruta vocatur. Faſtigium, Faſtigium
rei ſummitas. Iuuen. ſatyra 3, - ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit, quoties voluit fortuna iocari. hinc faſtigiare verbum. Fatigo. Virg. Terga fatigamus haſta, Fatigo
&c. in 9. AEneid. Inſtigo notum eſt. Læſtrygones, Italiæ populi quondam, quorum rex Antiphates Læſtrygones
fuiſſe dicitur. hinc Læſtrygonius, a, um. Sil. lib. 7, Littora Caietæ, Læſtrygonióſque receſſus. Tibul. lib.
4, Incultos adijt Læſtrigonas Antiphatémque. Sidon. ad Fœlicem, Et Læſtrygonij famem tyranni. ſic
cæteri. ideo idem minus docte dixit ad Maioranum, Læſtrygones nos eſſe putat, monſtrúmque tribu-
tum. ſcribitur autem per y Græcū in ſecunda ſyllaba, & æ diphthongon in prima. in correptionē Sido-
nium imiteris. Origanū, herba: nam Græce ſcribitur per ει diphthōgon, quæ in e longam vel in i lon- Origanum
gam vertitur: itaque origanū correptis prima & tertia ſecundam producit, & ex Græcis poetis Nican-
dro & Athenæo docet Georgius Merula contra Calderinū, qui, teſte etiam Nebriſſenſi, male legit apud
Martialem lib. 5, Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas, origanúmque liber. quia recta lectio eſt oxygarū, id eſt acutū garū: vtpote ex aceto &
oleo, cū quo lactucæ ſumuntur. & eſt periphraſis principij cœnæ. Macer igitur male dicit, Origani vi-
res, &c. Præſtigiæ Capella corripit: Prudentius producit. Quadrigæ produci notum eſt, vt Bigæ. Quadrigæ
Salpiga, ſerpentis nomen. Lucan. lib. 9, Quis calcare tuas metuat ſalpiga latebras. Vectigal. Horat. Salpiga
1. Sermonū, Iurgatur verbis, ego vectigalia magna. Veſtigo veſtigas, & veſtigiū. Sic inueſtigo, perue- Vectigal
ſtigo. Virgilius in Moreto, Veſtigátque focum, &c. Sedulius in fine per ſyncopam veſtigis pro veſtigijs Veſtigo
dixit. Vropygiū in tertio Martialis. ¶ I ante g corripitur, vt Caliga, & eius verbū caligo. Caligo ta-
men, pro obſcurus ſum, & pro obſcuritate nomē, producitur. Sil. lib. 12, Iuxta ac caligante ſitu, longúm-
que per æuum. Mendoſe vulgo legitur, Ac iuxta caligante ſitu, &c. vt Stoa recte notauit, Inſtigo vt
caſtigo omnino producitur. Sic & alia cū longis cōpoſita Affligo, profligo, confligo, confrigeſco. Re-
frigerius à Mantuano, vt refrigerium nomē: & Depygis apud Horatium, & Vropygium apud Martia-
lem, Cocciges apud Lippium. Neſcio an recte, Hippi, Cocciges, Celetes, fluuiíque Erithini. Aborigi-
nes. Paulus Marſus in genealogia Romanorum,
Tunc Aboriginibus patentia littora magnis
Tybridis ora ſubit, cui tunc erat Albula nomen.
Rex Aboriginibus reddebat iura Latinus. Sic & origo nomen. Melampigus, lapidis nomen, interpre-
tatur niger fons. author Herodotus in 7. Præſtrigiæ, præſtrigiator & præſtrigiatrix variātur: rectius ta-
men producuntur: quod Stoa ignorauit, negans poſſe produci. Capella lib. quarto, Et mors marſica
dudum fieret præſtrigiatrix. Prudentius in hymnis, Procul eſto peruicaci præſtrigiator aſtu. Iamb.
catal. Et in Laurentio, Deprome theſauros, malis
Suadendo quos præſtrigijs
Exaggeratos obtines. Et Plautus in Amphit. Aut pol hæc præſtrigiatrix mulier multo maxima eſt.
Iambicus ſeptenarius eſt, in quo (præſtrigiaſtrix) ſecundam producit. Præſtrigiæ in Captiuis, Oper-
ta quæ fuere, aperta ſunt: patent præſtrigiæ. Iambicus tetrameter acatalect. octo pedes ferens, in quem

Pylades, Præſtrigiæ, inquit, cum r in ſecunda ſyllaba ſcribenda dictio eſt, cum à ſtrigendo fiat: & eius ſecunda ſyllaba longa eſt, vt patet hoc loco. Sic in Pœnulo, Præſtrigiator hic quidem Pœnus probus eſt. Iamb. trim. acat. Sunt autem præſtrigiæ, eluſiones & deceptiunculæ viſum præſtringentes manuū, celeri agitatione præſtrigiatoris aut præſtrigiatricis. Badio autem cum litera auferatur, videtur mirum & nouum ſyllabam, cui affertur, produci: quia ſolet in alijs corripi, vt Ligula, mammilla, tigillum, ſigillum, coniugis. quod forte Stoa aſpexit: & opinatur, vbi ſyllaba longa eſt, antique n ſeruatum, vt dicant præſtringiæ, præſtringiator & præſtringiatrix. Nullum tamen ita impreſſum eſt exemplum, nec ſic loquatur aliquis, niſi ſit vt de ligula & lingula in ſuperioribus luſit Martialis. Maſtigia tantum produci reperio. Plautus in Moſtel. Exi è culina, ſis foras maſtigia. Eſtque malus quiſpiam verbero, multa verbera meritus. Maſtigo, id eſt flagello. Maſtix maſtigos, generis maſculini, teſte Pylade, flagellum non lachryma lentiſci, vt medici neoterici putant: ſed ea vocatur Maſtiche maſtiches fœminini generis, & media breui. Maſtigophorus, flagellifer. Prudent. in ſecundo cōtra Symmachum, Tum maſtigophoris oleóque & Gymnadis arte, &c.

I ante l corripitur,

vt conſilium, peſtilēs, Herſilia, inquilinus, Vergili, vigili, Pompili, & alij à breuibus vocatiui, quos ratione accentus nunquam opinor non corripi contra Sulpitium, donec ex fide digno contra me proferantur teſtimonia. Ouidius in Priapæis, Si pauper mihi ſit vel inquilinus. Phaleucius eſt. Mart. lib. 10, Proh pudor Herſiliæ ciuis & AEgeriæ. Horatius libro 1. Car. Ode 14, Nulli flebilior quàm tibi. Virgilius. Et alibi, Adduxere ſitim tēpora Virgili. Aſclepiadæa ſunt. ideo, teſte etiam Neſtore, nō recte dixit Arator,

Publica libertas ſanctiſſime papa

Vigili aduenit. nam vigilius à vigil dicitur: & proinde corripitur. ſic Baſilius corripitur, vt opinor, veluti Baſilus, viri proprium, apud Iuuenalem. Mantuanus tamen vocatiuum Baſili produxit, forſan propter dictum Verulani: ego tamen non auſim imitari. Notentur è longis cōpoſita, vt Primipilus, dux quadringentorum militum in prima acie, ſiue quiuis centurio primæ cohortis. hinc primipilaris. Eraſmus, Primipilari duce quo triumphant. Argiletum, locus Romæ ab Argi morte dictus. Mart. lib. 1. Epig. Argi nempe ſoles ſubire letum. Phaleucius eſt. Compilo, ſuppilo, expilo: à Græco verbo pileo, id eſt complano & æquo, pro diripere & ſurripere: nam qui diripiunt domum, vel quid aliud, videntur rem æquare ac complanare. nam quo pacto pulchrius domum complanaueris, quàm quicquid

Oppilare — in ea eſt auferendo? Lucretius lib. 6, Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra. id eſt occludere. Ouid. 14.

Expilo — Metam. Expilátque genis oculos. id eſt diripit, ſpoliat: non autem eſt hic pilos extrahere. vnde expilare hæreditatem vel ſupellectilem: vnde eſt titulus De crimine expilatæ hæreditatis. Cic. Si ſocium ſpolias, ærarium expilas. Horat. Satyra 1, Iam ſatis eſt: ne me Criſpini ſcrinia lippi

Compilo — Compilaſſe putes, verbum nō amplius addam. Indocti capiunt pro colligere. Quæ à verbo pilo, id eſt

Depilo — pilos extraho, fiunt, corripiūtur, vt Depilo. Mart. Cui præſtas culum, quem Labiene pilas? Idem lib. 9, Quum depilatos Chreſte culeos portes. Scazon eſt. Notētur geminata cordilla, agilla, Pōpillus, Pompilla, Mnaſillus, pugillares, agillinus, Catillus, &c.

EXCEPTIO.

Ile, Ilis — Producūtur ſubſtantiua in ile, & à nominibus formata in ilis: vt Bouile, caprile, ſuile, equile, quintilis, ſextilis, aprilis, teſtilis, ſi à teſta vſquam legatur. at per th aſpiratum & y Græcum in ſecunda ſyllaba Theſtylis, mulieris nomen, corripitur. Virgil. Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu, &c. Senilis, virilis. ſic etiam cubile, ſedile, ancyle, mantile, ſubtilis, & vndecunque eſt, exilis. At corripitur Quintilius, viri nomen: licet à quintilis videatur deduci. Corripe autem quæ in atilis deſinunt, Fluuiatilis, aquatilis: & à verbis vel participijs in tilis, ſilis, vel xilis: vt Solutilis, textilis, ſeſſilis, nexilis, ſcutilis, fertilis, miſſilis. ſic neutrum miſſile, docilis, vtilis. ſic amicabilis, &c. cum parilis, humilis, dapſilis. Lucret. lib. 1, Diuidere, & noctes pariles agitare diebus. quidam inepte produxerunt. Lucanus lib. 7, Spargitur innu-

Aſylum — merum diuerſis miſſile votis. Aſylum cum y Græco, locus confugij. ſcribitur, teſte Neſtore, vnico l. à ſylao, id eſt ſpolio, rapio, aufero, violo, & a priuatiua particula: quòd inde auferri neminem licet. Aſyla ſunt omnia dei templa: & per principale priuilegium, quædam loca prophana. Tortellius vult etiam vnico l ſcribi, & cum Seruio à ſyro, id eſt traho, deducit, r in l verſo, quod in pleriſque videmus: vt Pellex, pellucidus, intelligo. Iuuen. ſatyra octaua, Nomen ab infami gentem deducis aſylo. hæc opinio placet: licet non ignorem Placentinum gemino ll, Aſyllum ſcribere: ab a, priuatiua particula: & ſyllo,

Aſilus — id eſt rapio. vnde petroſyllum, herba, deducitur. Aſilus vnico l & i noſtro, vt Neſtor ait: quo teſte quidam gemino ll, aſillus ſcribunt: inter quos eſt Georgius Valla. Volatile eſt paruum: dictum Ta-

Aſilas — banus, & œſtrus vel œſtrum. vide OE diphthongon ante ſ, OEſtrus. Aſilas aſilæ, cum vnico l & i noſtro, teſte Neſtore, viri nomen. Virgil. libro 9, Chorynæū ſternit Aſilas. Aſilus, viri nomen. Iuuen. ſatyra prima, Ad palum gemit vxor Aſili. Sunt quoque Aſili, populi. Sil. lib. 8, Quis AEſis, regnator e-

Achilus — rat, fluuióque reliquit Nomen, & à ſeſe populos tū dixit Aſilos. Achilus, quod per e quoq; recte di-

Allophylus — ceretur Achelus, dicit ſine labijs. nā χεῖλος, labiū eſt per ει diphthongon. Allophylus, id eſt alienigena,

producitur,teſte Neſtore:qui recte dicit in hoc errauiſſe Rigam in Aurora dicentem,Crine quòd Allophylis hoſtibus ille datur. Errauit quoque ante hunc,vt in idolum, paraclitus,& pluſculis, doctiſſimus alioqui poeta Prudentius,dicens,Allophylos,ſegetéſque cremat ſic callida vulpes. ſic Mantuanus,

In quibus elato ſternebat vulnere Sanſon
Allophylos,malámque manu vibrabat onagri.

Compoſitio facit ne credam hos imitandos. Fit enim ex allo,id eſt aliud:& phylon cum y Græco,id eſt gens,genus,natio:vnde etiam Pamphylia, regionis nomen,quæ multũ populoſa eſt. Stat.1.Syl. Hunc quoque pérque nouem tenuit Pamphylia meſſes. vide I ante d,Chelidonia. Allophyli,in ſacris,ſunt Philiſthæi:nec dicitur à philos,id eſt amicus,vt indocti ſopniant. Abyla cum y Græco per metatheſim: quia Græci alyba dicunt,teſte Calepino,variatur, & eſt Hiſpaniæ mons. Acilius,viri nomen. Iuuen.ſaty. 4, Proximus eiuſdem properabat Acilius æui. male verò Petrarcha in libro 3.Epiſt. -velut Appius alter

Aciliúſve forem. vbi etiam prima male producitur. Aufilenus, viri nomen: Aufilena, mulieris nomen. Catul. Aufilena bonæ ſemper laudantur amicæ. prius eſt apud eundem. Atilius, viri nomen in Martiale. Calepinus dicit pro piſce quodam produci etiam Atilus. Agyleus, Apollo in Horatio.

Arilius,teſte Bebelio. Cobylum per y Græcum. vide O ante p,Inopus. Conchyliũ vel conchyle conchylis,cum y Græco in ſecunda ſyllaba. Iuuen.ſatyra 3, Horum ego non fugiam conchylia. Crocodilus vnico l,teſte Neſtore contra Gaſparinum,belua Nili, ſcribitur Græce per ει diphthongon. Iuuen.ſatyra 15, AEgyptus portenta colat,crocodilon adoret. Eſt quoque AEgypti oppidum,pœnultima ſimiliter producta. Condyloma producitur apud Macrum cum y Græco, morbus quidam. vide(ſi Celſo careas)Calepinum. ait autem Macer, Vſtum curat eas, & condylomata ſoluit. Creopylus in Strabonis 14. Duilius, viri nomen. Sil.lib.6, Exuuias Marti,donúmque Duilius alto,

Ante omnes merſa Pœnorũ claſſe dicabat.

Eriphyle. vide E ante r,Heriphyle. Fœnilia fœniliæ,ſimiliter producitur. Galilæa variatur à Iuuẽco. de productione,Inde Galilæã repetẽs ſaluator IESVS.

Incilo in Lucretio. Lucilius vnico l video ſcribi,& plures ante me exceperunt. Perſius, Secuit Lucilius vrbem,&c. ſiquis contendat gemino ll Lucillius debere ſcribi,non multum repugno. Manilius & Manilia,vide A ante n. Maſſylia cũ y Græco in ſecũda ſyllaba,vrbs Libyæ,teſte Seruio. hinc Maſſyllus,a,um. Sil.lib.3, Quin & Maſſyli fulgentia ſigna tulere. Idem lib.2, Hic medius iuuenũ Maſſylæ gentis in agmen. Maſylianus cum y Græco in ſecunda, viri proprium. Mart.lib.4, Quum ſis improbior Maſyliane. Phaleucius eſt. ſcribitur hoc nomẽ vnico ſ,quia prima corripitur. vulgo tamen per errorem aliter ſcribitur. At Maſſilia gemino ſſ,& per i noſtrum vtrobique,vrbs Narbonenſis Galliæ corripitur:& vulgo inepte Marſilia dicitur. Lucanus libro quarto,Maſſiliã delere vacat. Oileus, viri nomen:vnde eſt patronymicũ Oilides. Virgilius, Furias Aiacis Oilei. Seneca in Medea, Fulmine & ponto moriens Oileus. Sapphicũ eſt. Propert.lib.4, Victor Oilide rape nunc,& dilige vatem. Odilia, mulieris proprium apud Eraſmum. Occilo producatur,vt incilo. Pamphylia, vide I ante l, Allophylus.

Pantilius,viri nomen. Horatius lib.1.ſatyra vltima, Mẽn' moueat cimex Pantilius? aut crucier quòd Vellicet abſentem Demetrius? Petilia, vrbis nomen. Sil.lib.12, Fumabat verſis incenſa Petilia tectis. hinc Petilianus tam propriũ quàm appellatiuum. Martialis lib.12, Petilianus delicatꝰ in regnis. Scazon eſt. Phaſilis,aut per e potius Phaſelis nomen oppidi. Lucanus lib.8, Auſus adhuc villis & primũ parua Phaſilis. Palilis,vide A ante l,Pales:notum eſt:vt virilis,gentilis,&c. ſic ſubtilis,exilis. Rutilius variatur. vide V ante t. Seruilius,viri nomen:vt Seruilia,mulieris,variatur:ſed productio eſt frequentior. Sil. libro quinto, Interea rapidis aderat Seruilius armis. Seruilia eſt productũ in 10. ſatyra Iuuenalis. Corripitur Seruilius ab Horatio in vltima ſatyra,Si memini,Varius,cũ Seruilio balatrone. Sextilus,viri nomẽ. Mart.lib.2, Ex iſtis nihil es,fateor Sextile: quid ergo es? Triphylis in Martiale. Trochilos,auis,regulus,teſte Calepino. Venilia,Turni mater. Virg. lib.10, Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. Veſpertilio in carmine de Philomela, & in primo Strabonis. ¶ I ante i corripitur, vt Pœcile pœciles,& pœcilia. Mant. in primo Syluarũ, Quas Stoa pœcilijs inuenit picta figuris. Pœcilos, id eſt varius. Notentur geminantia ll, vt Catullus, quod,ablato altero l, Horatius ſemel corripuit.

Agillani ab Agilla vrbe. Stoa tamen hinc excipit. Codicilli,puſilli,pugillares,vt pugillus: Mirmillo, Cordilus,Cordilla. Lautillus,piſcis Lippio. Occillo ab occo:ſic ſorbillo à ſorbeo,vacillo & ſimilia.

Incilo,id eſt vexo,increpo,improbo. Lucret.lib.3, Iure,vt opinor,agat:iure increpet,incilétque. Lucil. lib.20, Nunc Cai quoniam incilans nos lædis viciſſim. Crocodeli apud Strabonem per e ſemper inueni. Dactylotheca,ſi Stoæ credimus,ſemper producitur:ſed quia dactylus corripitur, putem corripi. & ſic apud Martialem legendum lib.11, Quòd dactylothecam non habet. Trichila, vas habens tria labra,producendum foret per ει:ſed correptionis gratia, altera vocalis interdum demitur, vt in orichalcum. Sic,teſte Pio,Columella dicit lib.11, Atqui ſub trichila manantem repit ad vndam. Atilius, teſte Bebelio. Mart.lib.9, Languidior noſtris ſi quando eſt Paulus Atili. Atilius Bebelio producitur, & Mnaſilus,teſte eodem,vnico ergo l ſcribetur. Thrailus. Ouid. in Ibin,

Vtque vel Eurydamis ter circum luſtra Thraili
Eſt Lariſſæis raptus ab hoſte rotis.

Sic veſpertilio in Philomela. Triphylia,regio, producitur,vt Pamphylia, Allophylus,& ſimilia à phylon, id eſt natio:licet Prudentius corripiat, Allophylon ſegetéſque

Abyla · Acilius · Aufilenus · Aufilena · Cobylum · Conchylium · Crocodilus · Duilius · Eriphyle · Fœnilia · Galilæa · Incilo · Lucilius · Manilius · Manilia · Maſſylia · Oileus · Occilo · Pamphylia · Phaſilis · Rutilius · Seruilius · Sextilus · Triphylis · Venilia

cremat nunc hæreſis ignes. Creophylus,viri nomẽ.Strab.lib. 14, Ante Creophyli Iuppiter at fuerã. Plutarchus in Lycurgo dicit,quòd Homeri poemata apud Creopyli filios ſeruata ſint. Crocylea,ſecunda & tertia productis apud Homerum.Græce κροκύλεα. Scribilitæ videntur produci à Plauto. vide I ante b. Pompilius corripitur à claſſicis Horatio, Perſióque: Prudentius tamen licenter dixit in Romano,Pompiliorum noſtra carpunt ſecula. Iambicus trim. Bouile videatur producendum,ſed Varro negat Latine dici,Vt enim(inquit in primo de Analogia) ab oue fit ouile,ſic nõ dicetur à boue bouile. Hœdile nunquam corripies.vnde Aldus cenſet Horatij lib.1. Carm. Ode 17. ſic legendum, Nec Martiales hœdilia lupos.Verſus eſt alcaicus dactylicus. Seruili⁹ variatur.Ennius lib.7.Annaliũ, Hunc inter pugnas compellat Seruilius ſic. Sillius autem,hoc nomen ſemper producit. Oppilare. Lucret.lib.6,Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra.id eſt reſiſtere,& more pilæ fulcire. Pilea eſt ſaxea moles vel columna,vulgo pilare dicitur.Maro,Saxea pila cadit.Sic ibidem Pius.

I ante m

I ante m corripitur,

Patrimus / Matrimus — vt Specimen. Patrimus. Matrimus quidam volunt produci: Ego vero corripi, donec ex veteribus aliud cõſtet:quibus nõ inuitus credere ſolet Politian⁹,qui in primæ Cẽturię cap.58.hæc corripit,dicẽs,

Concelebranto choros:verum hæc ſit patrima proles

Matrimáque: at nuptæ genibus Iunonis ad aram Oranto.

EXCEPTIO.

Theotimus — Producito à time,id eſt honor,compoſita:vt Theotimus,Polytimus,virorũ nomina.Catullus(cuius carmina puto non extare præter paucos verſus apud Gellium & Crinitũ) Aufugit mi animus, credo,vt ſolet,ad Theotimum.Mart.lib.12, Feſtinat Polytimus ad puellas. Theotimus, & alterius viri nomen Timotheus,vt Theodorus & Dorotheus,interpretatur dei honor.Polytimus à poly cũ y Græco,interpretatur vir magni honoris vel æſtimationis. AEſtimo verbũ,vndecũque eſt,corripitur. Pro-

Imen & tum — duc item verbalia in imen vel mentũ à verbis quartæ,vt Lenimen,rudimentũ,pauimentum,experimentum,cum diſcrimen:licet à verbo tertiæ diſcerno: & (vt nonnulli notauerunt) detrimentum. Eraſmus de fuga vitæ humanæ,Detrimenta nocent:age,iam meliora ſequamur.Virg.lib.11. AEneid. Dura rudimenta,& nulli exaudita deorũ.quapropter non auſim imitari Mantuanũ dicentẽ,Poſt igitur tantorũ operum experimenta laborum.Iuuen.Verre pauimentum,&c.Siquid extẽſione ſyllabæ è barbaris fiat,

Oblimõ — notetur,vt Ioachimus.Cõſyderato è longis deducta,vt diſcrimino diſcriminas, apprime, oblimo oblimas,illimis,ſublimis,elimino eliminas.Horat.ſatyra 2, -bonã deperdere famã, Rem patris oblimare malum eſt vbicũque.id eſt inquinare,abſumere,&c.ſic apud Claudianũ in tertio de raptu Proſerpinæ, Luxus & humanas oblimat copia mentes. Horatius ad Torquatum, -ne fidos inter amicos Sit qui dicta foras eliminet.Ouidius 3.Metam. Fons erat illimis nitidis argenteus vndis.Idem in 1. Metam.

Alimenus — Os homini ſublime dedit,cælúmque videre iuſſit,&c. Alimenus,viri nomen in 10.Thebaid.Papinij.

Archimedes / Ariminum — Archimedes,philoſophus.Capel.lib.6,Archimedæa aſtrificante manu. hic vocalis non interimitur: quod ſæpius apud Capellam reperio,quàm velim imitari.potes etiam cũ Terentiano corripere. Ariminum,oppidi nomen. Lucan.lib.1,Vicinúmque minax inuadit Ariminum & ingens. Errauit in hoc

Alimon / Amimone — vt in alijs plurimis Petrarcha.hinc Ariminenſis.vide O ante l,Folia. Alimon,viri nomen.vide Cyce, I ante c. Adimantus, viri nomen, apud Ouidium in Ibin. Amimone amimones, fons & mulier. Propert.lib.2, Teſtis Amimone latices quum ferret in aruis

Cõpreſſa, &c. Arimathia.vide I ante a. Adrymachides in 9. Sillij. Enthymema,argumẽtationis ſpecies,cũ th aſpirato & y Græco.Iuuen.ſatyra 6,Torqueat enthymema,nec hiſtorias ſciat omnes.

Epithima / Ephemeris vel ephimeris — Epithima,teſte Calepino. Ephimeris, vel per e potius in ſecunda ſyllaba ephemeris,id eſt diarium. hoc eſt libellus in quo acta quotidiana continentur: nam ephimeros, quotidianus eſt.ab epi, id eſt de vel ſupra:& himera, dies. Sic amphimeros, ephimerinos. Propertius libro tertio, Et ponit duras inter ephemeridas.Iuuen.ſatyra ſexta,Cernis ephimeridas. Opimus,a,um.Virg.AEneid.1,Genitor tũc Be-

Opimus / Opimius — lus opimã,&c. Opimius,viri nomen apud Horatiũ ſatyra 3.lib.2. Opimianũ vinũ apud Martialem.

Pẽtemimeris — Pentimemeris multi dicunt, ſed in ſecunda ſyllaba rectius ſecunda vocalis ponitur: & in tertia vocalis tertia,ſic,pentemimeris,vt in primo libro diximus.Auſon.ad Theonem,

Iſtos compoſuit Phaleucus olim,

Qui pentemimerim tenent priorem. Quadrimus.Mart.lib.12,Quadrima nigri nec corona pulei.Scazon eſt. ¶I ante m corripitur,vt Petimen.Lucil.Vt petimen naſo aut lumbos ceruicibus tangat.Petimina ſunt in humeris iumentorum hulcera.Vide Feſtũ. Polymeſtor corripitur,& ſcribitur ſine n,teſte Stoa contra Tortellium. Patrimus & Matrimus Stoa ſine teſtibus aſſerit ſolum produci: ſed quia Politianus ſemper corripit, quem Stoa peritiſſimum cenſet: ego quoque corripiam. Redimo & redimio ac redimitus tantum corripienda ſunt: licet Prudentius in Pſycho.Ipſa redimitos olea frondente capillos. Exanthimata aut exanthemata, quia per η,ſunt eruptiones pituitæ. Anthimus,viri nomẽ producitur à Nicolao Valla Iliad.4. Rixinor,Aretæ pater & Alcinoi ſocer,producitur à Pylade lib.3. Archimedes corripiendum videtur,vt cætera ab Archo,Archigenes,&c.Capella tamen produxit libro 6, Archimedæa aſtrificante manu. Achimenides excipitur à Stoa, vt opinor,non recte:

quia Achæmenides à doctis ſcribitur. Ouid. 2. de Ponto, Puppis Achæmenidē graui Troiana recepit.
Arimathia, videatur I ante a. Hermotimus, Theotimus, & cætera in timus producēda ſunt. Adri
machidæ populi nomen in Africa, excipitur à Stoa, ſed rectius videtur ſcribi Adyrmachidæ. Sic enim
Herodotus lib. 4. Et Sillius lib. 9, Vulgus Adyrmachidæ pariter gens accola Nili.

I ante n corripitur, I ante n

vt Itiner. Manilius lib. 1, Fecit & ignotis itiner commercia terris. Ergo quidam in plurali itinera im- Itiner
prudēter produxit. Claud. in 4. conſulatu Honorij, Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores. Iuuen.
Quorum cophinus, fœnúmque ſupellex. Lucan. Par geminis Chiron, & idem quod carcinos ardens. id
eſt cancer. Mart. lib. 7, Luſciniæ tumulum ſi Theleſina dedit. Non ſequar igitur Philelphum in ſe- Luſcinia
cunda ſeptimæ dicentem, Nec culices elephas, pia nec luſcinia coruos. philomela eſt. Corripe item
Pampinus, lancino, circino, faſcinum, lenocinor, ſuccinum, dominus, &c.

EXCEPTIONES QVATVOR.

Prima, Producuntur deſinentia in ina vel ine vel inæ, vt Rapina, Nerine, heroine, Adraſtine, ſaginæ. Ina
Iuuen. Satyra 4, Propera ſtomachum laxare ſaginis. Propertius libro 4, Qui dabit immundæ vænalia Ine
farra ſaginæ. Propertius lib. 4, Parua ſaginati luſtrabant compita porci. In hac re Calphurnius Sicu- Sagina
lus à veteribus defecit: quem hic imitandum non credo. ait itaque in quarta Ecloga, Vt quoque tur-
ba bono plaudat ſaginata magiſtro. Hic decepit Fauſtum in Ecloga contra Balbum, Sola reſumebat
pingui ſaginata popina.

DEMVNTVR HINC

Aſina aſinæ, vel Aſine aſines, oppidū. Lucan. lib. 8, Quas Aſine cautes, & quas Chio aſperat vndas. Aſina
Apinæ apinarum, res viliſſimæ: & Apina, oppidum. vide I ante c, Tricæ. Buccina notum eſt. Ca- Apinæ
tina catinæ, vel Catine catines: ſed aliqui per a in ſecunda ſyllaba dicendum eſſe Catane volunt: Siciliæ Buccina
oppidū eſt. Sil. lib. 14, Tū Catine nimiū ardenti vicina Typhœo. Caſina comœdia Plautina corripi- Catine
tur ſemper in Plauto. Euphroſyne vel euphroſyna: ſic Eleemoſyna, & vtrūque per y Græcū ſcribitur. Euphroſyne
prius eſt mulieris & vnius Gratiarū nomen. Fœmina, notū eſt. Felſina in Iuuenale. Fiſcina, naſſa Eleemoſyna
ex iunco vimineo. Colum. lib. 11, Preſſáque flameola rumpatur fiſcina calta. Fuſcina, tridens. Mart. Fœmina
Fuſcina dente minax nexu fuit anchora curuo. Gauſapina, veſtis quædam. Mart. Menſe vel Auguſto Felſina
ſumere gauſapinas. Lamina notū eſt. Machina. vide A ante c. Mnemoſyne. vide E ante m. Mu- Fiſcina
tina mutinæ, oppidum. vide A ante l, Pharſalos. Nundinæ, notum eſt. Patina in 2. ſatyra Perſij. Pa
gina in 5. eiuſdem. Proſerpina. vide O ante s. Ruſpina, vrbs Aphricæ. Sil. lib. 3, Quǽque procul cer-
nit non æquos Ruſpina fluctus. Sophroſyna cum y Græco, mulieris proprium. Sarcina per c lite-
ram: vnde Sarcino ſarcinas verbum, ſatis notum eſt. Sarſina per s literam in ſecunda ſyllaba, Vmbriæ
oppidū, Plauti patria: vnde Sarſinas ſarſinatis. Sil. lib. 8, Vel raſtris laudande Camers his Sarſina diues
Lactis. Statina ſtatinæ, vel Statinæ ſtatinarū, inſula in litore Cāpano. Stat. circa finē lib. 3. Syl. AEna-
riǽque lacus medios, Statináſque renatas. Sibina, telum quoddam. Ennius apud Feſtū, Illyrici reſtant
ſicis ſibiníſque fodentes. Squatina, nomen piſciſ, teſte Stoa. Trutina trutinæ, Trutino trutinas.
Perſius, Caſtiges trutina, &c. Xerampelinæ, natura mobile eſt, vt gauſapina. Foemininum maſculi-
ni regulam ſeruat, vt Domina, aſina, fidicina.

SECVNDA.

Propria fere producuntur, vt Leuinus, lupinus, altinum, Arpinū, Virginia, mulieris nomen in 13. lib. Propria
Sillij. Sic Virginius, Gabinus, Charinus contra quendā alioqui doctiſſimū. Mart. lib. 4, Quare non ha-
beas Charine purum. Phaleucius eſt. Sic Carphinia, Cebrinia, Matrinia, Gabinia: & quæ piſcium ſunt
Coracinus, echinus. & herbæ nomen, Staphilinus. Volſcini, Leontini, & cætera gētilia. Tollūtur hinc
quædam ex prima exceptione nota, vt Ruſpina, &c. cum his Ariminum. vide I ante m. Alemonin⁹,
vt quidam notarunt, Arſinoe, mulieris nomen, apud Flaccū lib. 5. Alcinous apud Martialem & alios.
Albinouanus apud Horatium. Cælinus per æ diphthongon, aut vt alij habent per κ Cilinus, viri
nomen. Sil. lib. 7, Cælinus Arreti Tyrrhenis ortus in oris. Cyminus, cum y Græco in prima ſyllaba,
à κυμαίνομαι, id eſt fluctuare & exæſtuare, eſt lacus & mons Hetruriæ. Virg. lib. 7. AEneid,
Hi Soractis habent arces Flauiniáque arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucóſque Capenos. Sil. lib. 8, Stagna tenent Cyminíque lacū. Euxinus
producitur tantum. in Periegeſi Axenus non Euxinus legendum eſt. vide E ante n, Xenium. Earin⁹,
vide præfationē totius operis, vbi de proprijs loquimur. Fucinus, duplex Italiæ lacus: vnus Marſorū,
alter Volſcorū. Sil. lib. 4, -viridi quē Fucinus antro Nutrierat. Fulginia, vrbis nomē in eodē lib. Fu-
ſcinus, viri nomē. Iuuen. ſaty. 14, Plurima Fuſcine ſunt, & fama digna ſiniſtra. ſic legit Neſtor. Nōnul-
li legunt, Plurima ſunt Fuſcine, & phama digna ſiniſtra. Fruſino. vide V ante ſ. Gallicinus, viri no-
men. Sidon. lib. 8, Sancti & Gallicini manu oſculata. Phaleucius eſt. Geſſomin⁹, viri nomē in 11. AE-
neid. Hebrinus, viri nomen. Sil. 14, Troianúſque Hebrinus ſtructis qui nomina muris. Herminius,
viri nomen in 11. AEneid. Tycinus, viri nomen cum y Græco in prima. Horat. Tonſori Lycino, &c.
Matineſſa, loci nomē apud Mart. lib. 4. Morinus, vir & gēs Gallica, qui vulgo Morinēſis dicit. Sil.

Et Morinum pugnas æris ſtridore cientem. Virg. AEneid. 8, Extremíque hominum Morini, Rhenúſq;
Myrinus bicornis. Myrinus eum y Græco in prima ſyllaba, viri nomen. Mart. in Xenijs, Nuper quum Myrino
Pachynus peteretur miſſio læſo. Pachynus (licet Priſcianus corripiat) ſolum produces. vide A ante e. Sterti-
Stertineus neus, viri nomen apud Horatium. ſic Statineus corripi quidam notauit. Scatinia rectius producitur.
Statineus vide A ante t. Sardinia, regio. Mart. lib. 4, Nullo fata loco poſſis excludere: quum mors
Scatinia Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt. Petrarcha male produxit in ſecundo Aphricæ, Trinacriæ &
Sardinia craſo diues Sardinia cælo. Tarquinius, viri nomē. Ouid. 2. Faſt. Hoc cupiūt fratres, Tarquiniúſq; pa-
Tarquinius ter. Aliquando eſt triſyllabum Tarquinus, & tum producitur. Manilius lib. 5, Aut Brutum atque pa-
Titinius rem Tarquinum, & Horatia facta. Titinius, cuiuſdam medici nomen, vt vult Bebelius. Tauromi-
Taurominū num, mons aſperrimus in Sicilia, ſuper quem & oppidum Taurominum eſt. hinc Taurominita &
Taurominitanus. Lucan. lib. 4, Taurominitanam vincunt feruore Charybdim. Errauit igitur, teſte e-
tiam Baptiſta Pio, Apollinaris, & id quidem in eodem nomine bis, dicens, Vel Taurominitana quod
Torini Charybdis. Phaleucius eſt. Torini, quidā populi. Valerius Flaccus lib. 6, Melis honor Torinis dictat
Ticinus ſua mulctra Satarchen. Ticinus à doctis producitur tantum. vide I ante e. Vtinū, oppidi nomen,
teſte Neſtore. Vatineſſa. vide A ante t. Aſinius, viri propriū etiam corripitur: vt Amphinoe, Calli-
nous, Iphinous, Barcino, Arines, Aſtynous, Epinit⁹, Cotinuſa, Antinous, Chorine⁹, & plura ſine dubio.

TERTIA.

Inus in deriuatiuis Producuntur deriuatiua in Inus, ina, inum, vt Peruſinus, Venuſinus, Feſceninus, à Feſcenio vrbe
Campaniæ: vnde verſus Feſcenini, qui in nuptijs canebantur, quos alij à faſcino dici putant, quia in-
cantamenta arcere putantur: & ſic contra primitiui naturam produceretur. Seneca in Medea,

Excute ſolennes digitis marcentibus ignes,

Feſta dicax fundat conuiuia Feſceninus. Verſus eſt ſpōdaicus. Matuta, id eſt aurora: vnde matutinus:
veſper, veſpertinus: iuſtus, Iuſtinus, vnde Iuſtinianus: quod eum Philelpho nollem corripere, vt vul-
gus ineptum, dicens, Dat Gallienus opes, & ſanctio Iuſtiniana. Auguſtus Auguſtinus, elephantinus,
Clandeſtin⁹ muſtelinus, formicinus, ouinus, mediaſtinus, clandeſtinus: quæ duo ab Aſtu vrbe deducuntur, in qui-
Mediaſtinus bus Alexander, Sulpitius, Tortellius cum multis alijs hallucinantur. Eſt itaque clandeſtinus, occultus,
quaſi clàm de aſtu, hoc eſt vrbe. Hinc verbum clandeſtinare. Lucillius, Clandeſtino tibi quod
commiſſum fuerat. Mediaſtini videntur dici à medio vrbis, famuli viliſſimi: qui in medio ſunt nu-
tus omnium obſeruantes, vt omnibus pateant: quos hodie lignarios & bacularios dicimus. vide Cale-
pinum: qui multa bene de hoc dicit. Lucretius libro primo, Oportet naturam clandeſtinam cæcámque
adhibere. Idem libro ſecundo, Significant clandeſtinos cæcóſque ſubeſſe. Manilius lib. 1, Et clandeſtinis
ſurgentia fraudibus arma. ſic cum cæteris Sillius. Horatius ad Villicum, Tu mediaſtinus tacita prece
rura petebas. Lucil. lib. 17, Villicum, Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum.

DEMVNTVR HINC

Craſtinus, diutinus, ſerotinus, perendinus, priſtinus, hornotinus, protinus, quatinus. ſed hæc duo, ad-
uerbia ſunt. & quæ fiunt à nominibus materiarū, lapillorum, vel gemmarum, vnguentorum, odorum,
colorúmque: vt Gauſapinus, faginus, oleaginus, cedrinus, adamātinus, ianthinus, hiacynthinus, amethy-
ſtinus, cryſtallinus, amaracinus, amygdalinus, bombycinus, byſſinus, carbaſinus, myrrhinus. Murrha, gē
ma: vnde fiunt vaſa murrhea vel murrhina, teſte Beroaldo: crocinus, glaucinus, praſinus, ſmaragdinus,
ſandicinus, ſpadicinus, onychinus, tyranthinus, xerāpelinus. Corripe item hiccine cū chimerinos, opo-
rinos, therinos, earinos. vide I ante m, Chimerinos. Mart. lib. 9,

Et turbata breui quæſtus cryſtallina vitro

Myrrhina ſignauit, ſepoſuitq; decem. Sic idem cū cæteris frequēter. ideo male dixit Riga, Cryſtallina
fuit facta feneſtra decēs. Male quoq; hūc imitat⁹ eſt Petrarcha dicēs in 3. Aphricæ, -hāc Gorgonis ora
Cryſtallinus Cryſtallinus habens clypeus tegit inque tenebris. Lucret. lib. 2, Sicut amaracini blandum ſtactæque li-
Amaracinus quorem. Idem alibi, Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne

Vnguentum. Sic in adagio, Nihil eum amaracino ſui: ab amaraco, herba vnguentaria. Idem in 2. libro,

In quo iam genere in primis adamantina ſaxa,

Prima acie conſtant ictus contemnere ſueta. Propertius lib. 3, Colchis flagranteis adamātina ſub iuga
tauros. Horat. 1. Carm. Ode 6, Quis Martem tunica tectum adamantina. Aſclepiadæum eſt. Ergo in-
docte dixit Petrarcha libro 2. epiſt. ad Bernardum Rutenenſem,

Vox adamantina eſt, calamus quoque ferreus: omnis

Promptus ad inſultus. dicere potuiſſet Vox adamantæa eſt, &c. vt Ouid. 7. Metam. Ecce adamantæis
Vulcanum naribus efflant. & ſic pœnultima per æ diphthongon ſcribitur. Prudentius in Pſychoma-
Smaragdin⁹ chia, Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno. Male autem Riga in libro Heſter. Sēque ſmaragdi-
nus miſcet vterque color. male quoque Gualterus in arte poetica dicens, Luce ſmaragdina vel ſyderis
Crocinus inſtar ocelli. Catullus, Fulgebat crocina candidus in tunica. Mart. lib. 9, Pallia donauit glaucina Coſme
tibi. Idem lib. 10, Quum potes amethyſtinos trientes. Phaleucius eſt. Sidonius in Propentico, Narciſ-
ſos hiacynthinóſque flores. Phaleucius eſt. Ouid. Metam. 10, Annua prælata redeūt hiacynthina pōpa.
Perſius, Hic aliquis cui circa humeros hiacynthina læna eſt. aliqui legūt ianthina læna eſt, vt Britānicus,

qui ſi eo commento voluerit hiacynthinus produci, ei non credimus ſine veterum teſtimonio. neque enim Alexandrum Nequam dignum puto imitatione in compluſculis: veluti vbi dicit, Pelle hiacynthina cæli color eminet alti. Iacobus Goudonus vt dicpret tantum produci, teſtatus eſt apud poetas, qui videntur corripere, legi debere hiacynthius, a, um. Martialis lib.8, Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus. Idem libro 1, -vilis contaminat vnco

Vrbica Lingonicus Tyriāthina bardocucullus. Idē, Coccina formoſæ donas, & ianthina mœchę. Virg. -quoniam tibi pocula ponam

Fagina, &c. Idem ſecundo Geotg. Truditur è ſicco radix oleagina ligno. Serenus, Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

QVARTA.

Aginor, teſte Calepino, verbum primæ, deponens, id eſt vilia negotior. Aginator, qui paruo pretio ſeu Aginor
lucro mouetur. Acynacis cum y Græco in ſecunda ſyllaba, gladius Perſicus. Val. Flac. lib.6, Inſignis Acynacis
manicis, inſignis acynace dextra. Architriclinus, magiſter triclinij, qui cœnationi præeſt omnia curan- Architricli-
do. & dicitur à cline, id eſt lectus, ſuper quem diſcumbitur. vnde Hexaclinos, & quicquid hinc eſt pro- nus
ducitur. Manilius lib.5, Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia templis
Concertant. Ideo mendum eſt apud Virgilium in Coppa, Triclinia vmbroſis frigida arundinibus. aut Triclinium
per ſyncopam Triclina legendum eſt. Caminus, fornax, non infumabulum, vt indocti tradunt: nota Caminus
eſt productio. Catinum, vide A ante g, Laganum. Cyminum, vel y Græco in u verſo cuminum. Catinum
Perſius, Et pallentis grana cymini. Couinus, currus Britannicus apud Martialē lib.12. Deſtinatus Couinus
producitur neceſſitate quadā à Iuuenale in ſatyra 4. dicente, Et domini gladijs iam deſtinata: ſed olim Deſtinatus
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus. Alij corripiūt, vt deſtino & obſtinatus ſemper. Virg. in 2. AEneid. Et me deſtinat aræ. Horat. 2. Carm. Ode antepœnult. Rapacis Horci fine deſtinata. verſus eſt iambicus trimeter catalecticus. Catul. Sed obſtinata mente perfer, obdura. Scazon eſt. In Iuuenale quidam
feſtinata legunt. Deſtinatus ergo ſolū corripe. Echinus, vtcunque capias, vide E ante c. Feſtinus, fe- Echinus
ſtino. Gelaſinus, catagelaſinus, Inquilinus, Morticinum. Opinor, inopinus, opinio, omnino: paſtinacha, propino, popino, puluinar, puluinus, ſupinare, ſupinus, ſagino, ſalinum, Telchines, tintinabulum in Iuuenale. ¶ I ante n corripitur, vt Tintino. Catul. Tintinant aures, gemina teguntur

Lumina nocte. Sapphicum cum adonio: ita legit Stoa, & ante cum Georgius Valla Iuuenalis enarrator, aſſerens contra primitiui naturam tintinabula produci à Iuuenale ſatyra 6, Tot pariter pelues & tintinabula dicas. Verum Aldina impreſſio apud Catullum non tintinant, ſed tinniunt habet, vt apud Perſium ſatyra 5, Ne qua ſubærato mēdoſum tinniat auro. Plautus in Menæhmis tinio vnico n, pro tinnio dixit, Hoc eſt quod olim clanculum ex armario

Te ſurripuiſſe tiniebas vxori tuæ. Iamb. tri. duo. Tintinabulum Plautus vnico n dixit: ideóque, niſi neceſſitas cogat, corripiatur. vt in Pſeudolo, Quid eoſ lanios inde accerſam duo cū tintinabulis. Iamb. ſeptem pedum. vbi duo pro duos dixit. Marcellus autem aſſerit titinnire veteres pro ſonare vſurpaſſe. vnde ſunt tintinnabula, vt ait, niſi liber ſit mendoſus. Ab exceptione prima in Verſificatoria noſtra, tollenda Caſina, Plautina comœdia & mulier. vt in argumento, Adoleſcēs ducit ciuē Caſinā cognitā. Iamb. tri. Reperies in ea fabula perſæpe id nomen, & ſemper correptis prima & ſecunda ſyllabis. Felſina, id eſt Bononia, corripitur à Mantuano. Et Farſina, Plauti patria, qui inde Farſinas, non Sarſina nec Sarſinas. Volater. AEgina inſula, ab AEgina AEaci matre, pœnultimā corripit: licet metri cauſa Horatius producat. Volaterranus author lib.9. Squatina, piſcis, corripitur Stoæ. Reſina non corripitur. vide E ante ſ. Hermina vel Hormina & Nurſin⁹, vrbes in octauo Strabonis producūtur ab interprete eius, vt plura nota à Stoa, à nobis ſatis comprehenſa. Ab exceptione ſecūda, tollenda Hercynia, maxima Germaniæ ſylua. In Perieg. Saltibus Hercynijs Germania ſubiacet atrox. Claud. de laudib⁹ Stil. Vt procul Hercyniæ per vaſta ſilētia ſyluæ. Antinous, vir. Propert. in quarto, Quid loquar Antinoū cæleſti ſede locatū? Chorineus, viri nomen, corripitur AEneid.9. Iphineus corripitur Valerio Flacco libro ſecundo, Tranſit ad Iphinoum. ita lege, non Iphinum, contra Stoam. Barcino, oppidum Hiſpaniæ. Auſo. Tarraco & oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto. Prudentio Barcinon dicitur ſecunda breui. Paulinus autē eadē producta Barcinus, Cæſarea eſt Auguſto cui Barcinus amœna. Gotinuſa, inſula, corripitur in Periegeſi. Lauiniū. vide Lanuuiū, I ante u. Scantinia cōmunibus annumerat Stoa propter Auſoniū: melior eſt productio. Sardinia tantū corripuero cum tota vetuſtate, licet Stoa propter Prudentiū variet. Amphinee, nympha marina corripitur à Mantuano. Callinous, vir, à Terētiano. Ticinus & ticinū, videantur in primis ſyllabis, I ante c. Chalinus in Caſina Plauti viri nomē, ſemper corripitur. Arſinoe, mulier & vrbs, corripitur à Lucano lib.9. fuit ſoror & vxor Ptolemæo ſecundo. Arines, vir, corripitur à Valerio Flacco 6. Aſtinous, vir, à Valla Iliad.5. Epinitus, Niobes filius, corripitur à Pylade libro ſecundo. Virginius male corripitur à Cæco Pontano. Nam Iuuenalis, Virginia gibbum. Idem, Quid enim Virginius armis, &c. Scribitur antiquarijs Verginius. Euxin⁹, Stoa variari putat, ſed rectius producitur: ſicut Parhinus, Iuſtinianus apud Græcos etiam ſecundam corripit, & interdum quartam, vt Tribonianus, Cyprianus, contra perpetuum Latinorum vſum, qui A ante n producunt. Secundam corripit verſus vulgaris, Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana.

Quartam verſiculus Stoæ ex Græco verſu, qui in digeſtorum Florentiæ viſitur frontiſpicio: ſic verſus eſt, Hunc Iuſtiniani fabricauit cura libellum. Lycimus quidem corripitur: non tamen Lycinia, mulieris nomen. Horatius car. 2, Permutare velis crine Lyciniæ. Sic producitur Lycinia, ſeruæ nomen, AEneid. 9. Licinus etiam, cucumeris rotundi ſpecies, corripitur in 11. Columellæ. Volſinij, vrbis Italiæ nomen, corripitur in tertia Iuuenalis: & incolæ dicuntur Volſini. Item Cæcina corripitur à Petro Crinito lib. 1. poematum, Sed ô ſacrum pectus, quis ille vndantibus
Te Cæcinæ lymphis dedit. Iambicus trim. cum dimetro. Vt idem,
An diua Mape filia potens Cæcinæ, Marulle te mihi abſtulit? Hic (Mape) priorem producit. Circa tertiam exceptionem. Bouinus, Quintianus negat Latine dici, quia veteres bubulus non bouinus dicunt. Id ſi verum eſt, haud Latine locutus eſt Laurentius Valla in quartum Herodoti dicens, Hæc mihi videtur eſſe cauſa cur omnino cornua bouino generi non ſuccreſcunt. Ibidem, Bouino corio, &c. Sic idem ſæpius alibi. Circa quartam exceptionem. Acinacis in Verſificatoria aſſerui cum y Græco in ſecunda ſcribi, & deſinere in is cum Torrentino pluribúſque, qui maſculinis in is annumerauerunt: & certe in quarto Herodoti Ferreus acinacis legitur in nominatiuo, ſed cum iota. Stoa dicit nominatiuum eſſe acinax. nam obliqui ſunt in Herodoto frequentes: nec rari apud alios, Acinacis, acinaci, acinacem, acinace: non acinacidis, non acinacim, quo modo haberet, ſi in is deſineret: ideo Aldus aſſerit non in is, ſed in es longum deſinere: quia Græce ſcribitur cum η in vltima ἀκινάκης. Suffragatur Aldo author Lexici Græci, in quo ſic habetur, ἀκινάκης acinaces, gladius Perſicus. Vt autem in Herodoto male imprimitur acinacis pro acinaces: ita è diuerſo vbi haud raro legi videtur Seſoſtres pro Seſoſtris: quia Plinius lib. 36. cap. 9. à Seſoſtride dixit, aſtipulãte etiam Hermolao apud Horatium, car. 1. Stoa vult Acinacis genitiuum eſſe in hoc alcaico, Vino & lucernis Medus acinacis, &c. Triclinium, Stoa vult ob verſum Virgilij variari, ſed ne ei adhæreas. Amineum variatur, vide A ante m in primis ſyllabis. Bouinator apud Gelliũ, aut Bouiator, vt legit Stoa, id eſt tergiuerſator, producitur à Lucillio in 11, Hic ſtrigoſus bouinatórque ore improbus duro. Sterquilinium producitur à Plauto in Caſina, Ex ſterquilinio effoſſa tua illic præda eſt. Iambicus tri. Morticinus, a, um. Prudentius in ſecundo, Vrnas reorum morticinas lambere. Iambicus tri. Prodino, vetus verbum. Feſtus, Prodinunt, prodeunt, vt Ennius annal. 3, Prodinũt famuli, tũ candida lumina lucent. Tapinoſis, id eſt humiliatio, per ει diphthongon in ſecunda, & per ω in tertia. ſic Tapinoma tapinomatis, id eſt humilitas. Sidon. lib. 3. Epiſt. Nec per tapinomata depreſſa tenuatur. Deſtinatus, Stoa aſſerit corripi tantum, & bene. vt AEneid. 2, Et me deſtinat aræ. In Iuuenalis autem ſatyra 4. vt bene dicit, quia ſententia arridet, legetur feſtinata, non deſtinata. Sic, Proximus eiuſdem properabat Acilius æui
Cum iuuene indigno, quem mors tam ſæua maneret,
Et domini gladijs tam feſtinata: ſed olim . Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus. Vbi melius etiam legitur tam feſtinata, quàm iam. Muginari, eſt quid tardius conari, ac propè idem quod muſſitare & minfacere, quod proprie eſt vix audere proloqui. vt Ennius in annalibus, Quod minimũ eſt, neque (vt aiunt) minfacere audent. Cicero ad Atticum, Dum tu muginaris, neque mihi quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum. de hoc multa Crinitus lib. 18. de honeſta diſ. producit muginor, I ante n. Lucil. lib. 7, Muginamur, molimur, ſubducimur Atta. Marcellus inquit, muginari, eſt murmurare.

I ante p

I ante p corripitur,

vt Antiphus, viri nomen. ſic Antipho, adoleſcẽtis nomen apud Terentium. Sunt qui dicant Antiphos produci. Ego teſtimonium deſydero. Stat. 9. Thebaid. Sternit Hyona Chromis, Chromin Antiphus, Antiphon Hypſeus.

Aliphæ, Caiphas, Coliphium, Enipeus, Euripus, Manipulus

EXCEPTIO. Aliphæ: hinc aliphanus. vide A ante l. Caiphas variatur. Iuuẽcus, Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis. Sedulius lib. 5, Protinus ad triſtes Caiphæ deducitur ædes. Coliphium, vide O ante l. Enipeus vel enipheus. vide E ante n. Euripus interpretatur irrequietus: mare eſt inter Bœotiam & Eubœam, quod fluit refluítque. fuit hoc nomine philoſophus quidam eadem quantitate ſeruata. Lucanus lib. 5, Euripúſque trahit curſum mutantibus vndis. Sidon. in laudibus Narbonis, Euripus ſibi machinam tetendit. Phaleucius eſt. Euripides variatur à Terentiano. Manipulus producitur tãtum, teſte Martiano Capella, quem Ferettus imitatur: quibus credo, donec correptio liqueat: licet Seruius author ſit variari in illud 11. AEneid. Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis. Edice pro edic.

Obſtipus, Racipalis

Obſtipus, a, um: obſtipo obſtipas, cõſtipo, & cætera à ſtipo ſtipas. vide in primis I ante p. Horat. Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti. Quidam geminant p, vt notat Nebriſſenſis. Racipalis, vide A ante c. Seriphos, vna Cycladum. Seriphum, oppidũ eſt. Papin. in 1. Syl. Cyclades hinc ſpretæ, Myconóſque, humilíſque Seriphos. ¶ I ante p corripitur, vt Sonipes, per compoſitionem. Caiphas melius ſecundam producit. Prudentius in dito. Impia blaſphemi cecidit domus ecce Caiphæ.

Aliphæ, ſiue aliſæ etiam producitur. Euripides variatur: productio eſt melior. Leliphagus, herbæ nomen, non eſt excipiendum: quia, teſte Stoa, Leliſphagus debet dici. Latine ſaluia dicitur, in Lexico eleliſphacos. Seriphi ſeriphorum producitur, vt Seriphos.

I ante q

I ante q producitur,

Siliqua

vt Antiquus, obliquus: quia ab æquus eſt. Excipitur ſiliqua: vnde verbum ſiliquare. vide A ante n, Ga-

neo. Aliquis,aliquando,vtique,reliquus,reliquiæ,vndique:& ſiquid ab his fit,corripiemus. ¶Reliquus corripiam tantum,licet veteres videantur etiam produxiſſe.vide regulam,Eſt re breue.

I ante r corripitur,

I ante r

vt Anticyra. Horatius.Nauiget Anticyram. Halmyrotes,id eſt marinus.Martialis lib.10,Cide ſtare putabit halmyrotem. Phaleucius eſt. Ephyre ephyres,id eſt Corinthus.ſcribitur cum y Græco,teſte Neſtore.Ouidius in epiſtola Medeæ, Hic Ephyren bimarem Scythia tenus,ille niuoſa

Omne tenet ponti qua plaga læua iacet.In his nonnullos erraſſe comperies,quiſquis grãmaticorum volumina diligenter diſcuties.Notentur compoſita,Suſpiro,nimirum,&c.

EXCEPTIO. AEgyra,vrbs,teſte Volaterrano lib.10. Apyrinum cum y Græco in ſecunda ſyllaba. Apyrinum
vide V ante b,Tuber.Sunt autem apyrina,poma quædam. Archimagirus,coquorum princeps : ar- Archimagirus
chos,princeps eſt:& magirus,coquus.Iuuenalis ſat.9,Finxerunt pariter librarius,archimagirus.nec dicitur à machæra,vt Vgutio ſopniat. Almyria in Baptiſta. Abiron quidam recte produxit. Buſiris, Buſiris
deus quidam gẽtilium.vide A ante s,Thraſius. Butyrum cum y Græco,interpretatur bouis caſeus. Butyrum
nam tyros,caſeus eſt.à Græcis producitur,teſte Neſtore:Latini variãt.Valgius,Lac niueum butyrúmque nouum cum melle comedit.hunc ſecuti ſunt Macer & Serenus.Egnatius,Molliqué ſubacta butyro.Sidonius ad Catullinum,Infundens acido comam butyro. Phaleucius eſt. Bechyres in Periegeſi. Collyrium,cum y Græco in ſecunda ſyllaba,medicamentũ oculorum: & apud Columellam,e- Collyrium
tiam ventris.Horatius ſaty.5, Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Callianira in Baptiſta. Coſira.vide O ante s. Camiros,vrbs,Græce habet ει diphthõgũ. Coſira
productionem oſtendit Neſtor ex Homero. Cypirus. vide I ante p. Corcyra,cum y Græco,inſula Dalmatiæ adiacens.Lucanus lib.2,In portus Corcyra tuos ſeu læua paratur. Cercyra,cum e ſecunda vocali in prima,& y Græco in ſecunda,id eſt Corinthus,producitur,teſte Neſtore. Deianira,mulieris nomen.Ouidius 9.Metam. Nomine ſiqua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas quondam pulcherrima virgo. Deliro,delirus,perdelirus,produeuntur tantum: vide I ante r,Lira & lyra. Empyrius à neotericis variatur. Empiricus, empiria,vel potius empericus, per ει
diphthongon Græce ſcribimus. Epirus epirota.vide E ante p. Equiria. Ouidius 3.Faſt. Altera gra- Epirus
mineo ſpectabis equiria campo. Enchiridiũ pœnultima per ει diphthongõ vt Gaſterochiræ. Ilaria, Equiria Ilaira
Leucippi filia,quam Pollux deperijt.ſoror eius Phœbe dicebatur,quã Caſtor amauit. Propertius lib.1,
Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe:

Pollucem cultu non Ilaira ſoror.ita legit Beroaldus: quidam tamẽ libri habent Thelaira per th aſpi
ratum. Ianira in Pylade. Magirus.vide Archimagirus. Lairus,viri nomen: à lair.ideo recte dixit Lairus
Riga,teſte Neſtore,Mente leui ſplendet curata nata Lairi.Notauit hoc Neſtor. Ithyrei,populi:dicũ
tur etiam y Græco in u verſo Ithurei.vide V ante r. Niſyrus in 10.Strabonis. Oſiris.vide O ante s. Niſyrus
Papyrus cum y Græco.hinc Papyrius & Papyrianus.Iuuen.Creſcit multa damnoſa papyro.Mart. Oſiris
lib.8, Heu heu quàm bene nunc Papyrianæ Papyrus
Annæi faceret manus Sereni.Phaleucij ſunt.Manilius lib.1,Conditor vt Pyrrhi per bella Papyrius vl- Papyrianus
tor. Petoſiris,aſtrologi nomen.Iuuen.Saty.5, -nulla videtur Papyrius
Aptior hora cibo,niſi quam dederit Petoſiris. Podalirius,medici nomen,apud Ouidium in fine 2.de Podalirius
Arte amandi. Phillirius. vide I ante l. Rabirius,viri nomen. Martialis lib.7,Aſtra polúmque tua Rabirius
cepiſti mente Rabiri. Ramirus in Baptiſta. Sapphirus,lapillus.vide E ante r,Beryllus. Semiramis Sapphirus
ſemiramidis,Nini vxor.Ouidius 4.Metam. -vbi dicitur altam Semiramis
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem. Stantyra,cum y Græco ſtantyrorum,plurale tantũ,vrbs, Stantyra
Ouidius 1.Triſt.Saltus ab hac terra breuis eſt Stantyra petenti.ſic habent plurimi libri. ſed Neſtor le- Tenthyra
git Tenthyra cum aſpiratione in ſecunda ſyllaba:quod nomen dicit variari. productio iam patet. De correptione,Iuuenalis Satyra pœnultima,Qui vicina colunt vmbroſæ Tenthyra palmę.propter dubiã
lectionem mallem cũ Iuuenale corripere. Tenthyra iam dictum eſt in Stantyra. Thelaira,in Ilaira. Thelaira
Vechires,cum ch aſpirato,populi.Priſcianus in Periegeſi,Byzeres primi iuxta quos terra Vechirum. Vechires

¶I ante r corripitur,vt Satyra. Almyria,vrbs,producitur Mantuano. Abiron: de quo in Biblijs Io.Tiſſurus,Sic hauſtus Abiron,&c. Apiria per ει in ſecunda,id eſt inexperientia,infinitio ſiue infinitas. Empiria etiam per ει,id eſt experiẽtia,peritia.Empirus expertus. Hinc Empirici vel Emperici ει in e verſa,id eſt medici experti. Buſiris,primam & ſecundam producit.Virgilius in Bucol. Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.In Ciri,vt ſuprà dixi,nõ legetur Buſirim,ſed Scinin quem in primam Iuuenalis Mancinellus Scinona inepte vocat,cum non Scinon,ſed Scinis dictus ſit. Vide Plutarchum in vita Theſei.& lege in Ciri,Non trucibus monſtris Scinin infandúmque dediſti:vt latius annotaui,& vnus excogitaui in V ante ſ. Gadira & Gadiruta,vrbs in Gadibus,per ει ſcribitur. Euſtathius tradit Gadiram anguſtias ceruicéſque ſignificare,quaſi γῆς δειρὴν.Hermolaus in 22.cap.lib.4.Plinij. Butyrum,teſte Stoa,rectius longum eſt:quia Græci producunt tantũ. Callianira,nympha marina,producitur vt Deianira. Mantuanus interpretatur viros honeſtans:quia καλὸς, honeſtus: ἀνὴρ, vir eſt.

Ianira,nympha maris eſt.pæon tertius apud Pyladem lib 3. Meganira eandem videtur ſortiri ori-

ginem: ideo arbitror ſimiliter eſſe pæonem tertium. Fuit autem coniunx Celei,ad quam Ceres filiam quærens,diuertit Celei ſamulum,non famulam fuiſſe Iambam,qui Cererem conuitijs procidit, Marinus Becichemus author eſt. Vnde Iambi pedis origo Diomedē emaculandū cenſet, apud quem corrupte Iambes famulæ,pro Iambæ famuli legitur.Hinc Iamban Ceres in ſtellionem vertit. Euchirus vel Eucherus,vel Euchir euchiris,viri Corinthij nomen.apud Plinium ει ſcribitur: vt ex Hermolai caſtigationibus colligitur. Taphoſiris,vrbs AEgypti,interpretatur Oſiris ſepulchrum, quanquam ſunt Taphoſires duæ:altera mari propior,altera remotior. Hermolaus cap.8,lib.17.Plinij.Producitur ergo vt Oſiris. Perdelyrum,pœnultima breui apud Lucretium legit Stoa,aſſerens ibi m literam more vetuſto corripi,non collidi. A lyra,delyrus,id eſt diſſonus.Delirus autē à lira,id eſt ſulco,ſine dubio producitur tantum,vt verbum lirare,id eſt errare,Auſonio: Et ſi Pierius patitur lirare ſorores,
Nunquam ipſe torquet aulaca.Id eſt ſulcum.aulax enim ſulcus dicitur.Mēdoſe legebatur aulica pro aulaca.de hac re alibi loquimur. Empyreus vel empyrous apud neotericos tantum reperitur & variatur.Mantuanus,Hinc noſtri dixere patres empyria regna.Quintianus,Anna vale,empyreo memorabilis Anna theatro. Enchiridium per ει ante r. Oſiris neſcio qua incuria omiſeram: producit i ante r. Niſyros etiam producitur:eſt inſula & vrbs.Interpres Strab.lib.10.ex Homero,Qui Niſyron habent celſam,Capathûmque,Caſûmque.Male imprimitur ibi Carpathum,contra rationem metri: quia Homerus Capathum pro Carpathum dixit.Vnde Strabo dicto lib.10,Carpathus autem, quam Homerus Capathum vocat,excelſa eſt,circuitum ducentûm ſtadiorum habens: fuítque vrbibus quatuor pollens,& nomen celebre conſecuta eſt:à qua pelago quoque nomen eſt inditum. Vna vero vrbium ipſarum Niſyrus dicta eſt,cognominis quidem Niſyriorum inſulæ. Amphirani in Claudiano mendum eſſe ſuſpicor,nec adhuc ſcio quomodo legendum ſit in ſecundo libro contra Eutropium, Fregit luxuries Amphiraníque triumphi.ſic quidem legitur,ſed an recte,neſcio. AEgira,Peloponneſi vrbs, cuius incolæ dicuntur AEgiratæ in 4.Polydori. Pœnultima longa ponitur apud Volaterranum lib.9.

Ramirus,viri nomen. Mantuanus. Aſpice bellacē clara cum prole Ramirum. Gaſterochiræ,epitheton Cyclopum,Latine ventrimani,qui ſuo aluntur artificio.Author Strabo lib.8,Vbi aliquādo gaſterocheres lego:Græce ει diphthongō habet vt χεὶρ,id eſt manus. Onirocrites,cōiector,diuinaculus, ſopniorum iudex, producitur:quia per ει ſcribitur ὄνειρον,ſopnū:ὄνειρος,deus ſopnij: ὀνειροπόλος,ſopniorum interpres, in Lexico.Fulgentius,Non poetam furentem aſpicias,ſed onirocriten ſoporis nugas hariolantem adnectas.Crites eſt iudex.Siquid aliud ex eodem fonte ortum noris,producito. Sapphirus apud claſſicos producitur tantum: ne cum Stoa variandum credas,quia Sidonius corripuit.Sapphiratus. Bechires ſeu Vechires,populi. Collyræ,panis genus Polluci,producit Plautus in Perſa.

I ante ſ

I ante ſ corripitur,

vt Acriſius,viri nomen.Ouidius 3.Metam.An ſatis Acriſio eſt.Notentur geminata,vt Phariſſæus,teſte Georgio Valla.Iuuēcus,Ecce Phariſſæi Sadducæíque doloſi.Idem alibi,Inde Sadducæi tali cinxere latratu.Riga,Sedulius,& plures male corripiunt Phariſſæus.Notētur è longis,vt achryſos,holochryſos,flores in Baptiſta.

Amethyſus — EXCEPTIO.Amethyſus.vide E ante t,Amethyſthus. Aliſium in octauo Strabonis. Amphiſa,
Amphiſa — vrbs Phocidis.Lucanus lib.3,Phocaicas Amphiſa manus,ſcopuloſáque Cyrrha. Amphryſos vel am-
Amphryſus — phryſus,fluuij nomen.vide I ante u, Sperchius. Amphyſus, Dryopes filius,apud Naſonem in 9.
Anchiſes — Metam. Anchiſes,nomen ex Virgilio notiſſimum. Aruiſium,Chij promontorium:vnde Aruiſius,
a,um.Virgilius in Daphnide,Vina nouum fundam calathis,aruiſia nectar. Amiſon,vrbs Ponti,teſte
Cambyſes — Calepino. Aloiſius in Baptiſta. Aphrodiſius,teſte Stoa. Cambyſes,pater Darij,dictus Nabucho-
Cariſianus — donoſor.Lucanus lib.10,Cambyſes longe populos peruenit ad æui. Cariſianus,viri nomen.ergo etiā
Cariſius — Cariſius,quia ſe habent vt Iulius Iulianus, Quintilius Quintilianus:vbi poſſeſſiua tranſierunt in pro-
Criniſus — pria.Mart.lib.6,Nil laſciuius eſt Cariſiano.Phalecius eſt. Criniſus,fluuij nomen.Virgil.5.AEneid.
Troia Criniſo conceptum flumine mater
Cephiſus — Quem genuit. Cephiſus.vide E ante p. Cogiſantra:ſed multi per e Cogeſantra dicunt.vide O an-
Cogiſantra — te g. Donyſa.vide O ante n,Dionyſius,Bacchus & vir.vide I ante r,Syrus.hinc Dionyſæus,a,um.
Donyſa — cuius ſecundam contra aliorum morem videtur mihi produxiſſe Sillius lib.3, Ac Nebriſſa Dionyſæis
Dionyſæus — concita thyrſis.habet y Græcum in tertia ſyllaba. Diuiſi,diuiſum,diuiſio. Eliſa,Dido,vnico ſ,teſte
Eliſa — Neſtore.Ouidius in Epiſt.Nec conſumpta rogis inſcribar Eliſa Sichæi. Claudianus contra omnium
morem corripuit:ideo ipſum non imitabor dicentem in primo libro contra Rufinum,
Inuadit muros,Eliſæ notiſſima dudum
Eliſæus — Tecta petit.ſed forſan locus eſt mendoſus. Eliſæus,prophetæ nomen,Sidonius in Euchariſtico pro-
duxit dicens,Quíque duplex quōdam veniſti in pectus Eliſæi. hic ſynæreſi vſus. Gauiſus,vt notum
Heliſos — eſt. Heliſos,pro quo multi legunt Iliſſos,fluuius Atticæ regionis.Papinius 4.Thebaid.
-quos pigra vado Langia tacenti
Lambit,& anfractu riparum incuruus Heliſos.Idem 12.Thebaid.Celauit Geticos criſpis Heliſos amo-
Lariſa — res. Eliſabeth variatur. Ialiſos in 13. Strabonis. Lariſa vnico ſ,teſte Neſtore,vrbs AEtoliæ.Stat.2.

Thebaid. Poſthabita eſt Lariſa iugis. Lariſſa autem, gemino ſſ, eſt Theſſaliæ oppidū. Hinc Lariſſæus, a, Lariſa
um. Lucanus lib. 6, Atque olim Lariſſa potens. Laliſio, onager adhuc paruus. Mart. in Xenijs, Laliſio
Dum tener eſt onager, ſoláque laliſio matre
Paſcitur, hoc infans, ſed breue nomē habet. Melchiſedec neoterici variant. Moyſes. Sedulius, Cla- Moyſes
rum videre Moyſen. Ocriſia, mulieris nomen. Ouidius 6. Faſt. Nanque pater Tulli Vulcanus, Ocri- Ocriſia
ſia mater. Paradiſus, etiā vrbis nomen. Sidonius lib. 7, Iam te circunſtant paradiſi milia ſacri. hīc ma- Paradiſus
ſculinum eſt. ¶ I ante ſ corripitur, vt Acriſius, Danaes pater: vnde ipſa Acriſione, & inde adiectiuum
Acriſionæus, a, um. Raphael Regius cenſet duos Acriſios, hunc & Laertæ patris Vlyſſis patrem in 13.
Metamorph. Nam mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi. Vbi recte legitur non Acriſius, ſed Arceſius il-
li. Nam Homerus Laertæ patrem Arceſium vocat, & ipſum Laerten Arceſiaden, patronymicum.
Holochryſi, flores quaſi toti aurei apud Mantuanum producitur. Loiſus, Aloiſius, virorum no-
mina, producuntur à Mantuano. Phariſſæus, Georgius Valla cum ſſ gemino ſcribit, & ita poſitione
producitur. Iuuencus lib. 4, Illa phariſſæi, ſadducæique doloſi. Stoa dicit variari: quia Sedulius ait,
Poſt dominus Phariſæa petens conuiuia cœnæ. Productio eſt longe melior. Aliſius vel Aleſius, viri
& filiæ nomen, Græcis per η. Interpres Strabonis lib. 8, Simul intus Aliſion ambit. Aleſion Hermo-
lao dicitur etiam Colone. Moyſes producitur Prudentio, Vidit enim deus eſſe bonū, velut ipſe Moy-
ſes. Prima rectius produceretur, teſte Bebelio, quia Græce μωυσῆς ſcribitur per ω. Iuuenali priore lon-
ga ſine y dicitur Moſes. Aphrodiſius producitur, teſte Quintiano. éſtque quorundam cognomen:
vnde dictus Alexander Aphrodiſius. Scribonius Aphrodiſius interpretatur Venerius. Tertiam ſylla-
bam haud iniuria producit, quia Aphrodite, id eſt Venus eandem protendit: nec poſſet carmen aliter
commode ingredi. Sic aphrodiſias & aphrodiſia aphrodiſiorum, Veneris feſta, & multa ſimilia legun-
tur. Amyzon ante z producitur. Eliſabeth Iuuencus corripit, Mantuanus producit. Ialyſos pa-
tet in A ante l. Stoa male Lalyſos: quia iota, non λ habet. Mauriſius, vt legit Stoa illud Virgilij,
-Mauriſia pictis
Gens epulata thoris. ſed errat: quia Mauruſia dicitur apud Claudianum, Sillium, Ouidium: ſicut ab a-
cheron etiam interdum acheruſius dicitur, & à Rhamnis Rhamnuſius. Melchiſedec variatur, quia
producitur Prudentio in præfatione Pſycho. Melchiſedec qua ſtirpe, quis maioribus
Ignotus, vni cognitus tantum deo. Iambicus trim. Mantuanus autem corripuit, & declinauit Melchi-
ſedecis. Paralyſis, metri neceſſitate Chriſtiani produxere: rectius tamen vbi fieri poſſet, corriperetur:
ſicut Lyſis, id eſt ſolutio. & inde compoſita, apolyſis, id eſt abſolutio: analyſis, id eſt reſolutio, &c. An
tiſſa, Amphiſſa, Epiſſa, vrbium nomina, ſſ geminant, vt ſimilia quædam. Iliſſus etiam, amnis in Attica
muſis ſacer, ſſ geminat, vt Iliſſides, muſæ.

I ante t corripitur, I ante t

vt Conditio. Martialis lib. 9, Accipe & hoc munus conditione mala. Natalitius, ſaturnalitius, præ-
toritius, &c. Idem lib. 7, Ad natalitias dapes vocabar. Phaleucius eſt. Prochyta, inſula. Ammodites,
ſerpentis nomen. Nauita, orbita, &c. Adytum cū y Græco, licet Græci producant, ſi Calepino cre-
dimus. Virgilius 2. AEneid. Iſque adytis hæc triſtia dicta reportat. ſic cæteri. Polymitus, a, um, omnes Polymitus
ſyllabas corripit, teſte Neſtore, contra Rigam dicētem in Geneſi, Quæ polymita fuit oſcula dando pa-
tri. Sic monomita, dimita, trimita. Eſt autem veſtis polymita, variorum colorum. Polymitarius, qui po-
lymitas facit. Hexamita, ſex colorum, &c. Idem dicit Calepinus. Mitos cum i noſtro, ſine aſpiratio- Mitos
ne filum eſt, quod licium dicitur: poly cum y Græco, multum. Mythos autem cum th aſpirato, & ſi Mythos
militer cum y Græco, fabula dicitur, & priorem producit. Capella lib. 2, Nunc ergo mythos terminatur,
infiunt. Iambicus eſt trimeter archilochius. Hoc vt plurima alia, meum eſt. nam ante me cæteri omni-
no in his & alijs vel errauerunt, vel dubitauerunt. Alphita, viri proprium. Neophytus, proſelytus,
blanditiæ: cum ex blandus, non ex blanditum deducatur. Lecythus contra Alexandrum, Sulpi- Lecythus
tiúmque: quia corripitur ab Homero 8. Odyſſeæ, teſte Neſtore. Funditus, &c. Notentur ex genera-
libus nota, vt laceſſitum, etiam licet præteritum tam laceſſi quàm laceſſiui ſit. Architectus cum Mar- Architectus
tiale tantum corripito.

EXCEPTIO. Producuntur deriuatiuæ formæ Græca in itis, & ites, & ita: vt Leuites leuitis, Samari- Ita, ites, ita
tes, ſamaritis ſamaritidis, Moabita, moabitis moabitidis. Anachorita, eremita, margarita: licet quidam
Chriſtianorum corripuerint. Palæſtrita, Memphitis, Taurominita: & hinc Taurominitanus: vt Sama-
rita, Samaritanus: Tomita, Tomitanus: Sybarita, vnde Sybariticus: Haſbyta Haſbytes, gentile nomen: ſic
Haſbyte haſbytes, mulieris nomen. Gadites, Gadita, Gaditis, Gaditanus. Oceanitis oceanitidis. Argitis,
Andronitis, &c. Producuntur quoque in itus huiuſmodi nomina è nominibus formata, Auritus, Itus
auitus, patritus, mellitus, recutitus, maritus: vnde maritare. Cerritus gemino rr, teſte Neſtore, quaſi ce-
reritus, id eſt inſanus, & Cereris ira vexatus. Horatius Sat. 13, Cerritus fuit, an cōmotus crimine mentis. Cerritus
Claudianus, Concutit, & glebas fœcundo rore maritat. Seruitus, vt ſeruitium corripitur. Ex dictis
liquet Sedulium in lib. 4, Prætereúnſque viæ dominus loca Samaritanæ. non recte ſamaritanus, a, um,
corripuiſſe: nec Sidonium recte corripuiſſe Taurominitanus. vide I ante n, in ſecunda exceptione, ſic

Titius ptouidendum ne corripiamus Abderites, abderitanus,&c. Producuntur nomina à verbis in titius, veluti Suppoſititius,arreptitius,cõmentitius,fictitius,ſurreptitius,&c.à nominibus corripiũtur,vt Patritius. Martialis lib.5, Hermes ſuppoſititius ſibiíjpſi eſt. Phaleucius eſt. Sic in argumento Menæhmorum,Hic fuerat auitus,ille ſurreptitius. Iambicus trim. archilochius. Sic in prologo eiuſdem fabulæ, Adoptat illum puerum ſurreptitium. ſimiliter eſt iambicus trimeter archilochius. Hæc & ſimilia caute conſyderanda ſunt,vt Tanaiticus,à Tanais tanaitidis:vel à Tanaites:& hoc à Tanais. Sidonius in 2.

Itim Panægyrico,Caucaſus & Scythicæ potor Tanaiticus vndæ. Produc quoque in itim aduerbia à nominibus,Viritim. Sillius lib.17, Lux atrox micat,& præſens aſtare viritim Creditur. Nomina lapidũ in ites,quia deriuatiua ſunt, ex dictis liquet produci. veluti Pyrites,thonites, actites,ſelenites : quæ & plura apud Priſcianũ in Periegeſi leguntur. Eadem ratione producitur Sorita

Aquitania vel ſorites, argumentationis ſpecies. vide O ante r. Aquitania,regio Galliæ: cuius populi Aquitani

Aconitum ſunt. Tibullus lib. 1,Hunc fore Aquitanas poſſet qui fundere gentes. Auſonius etiam corripuit. A-

Amphitrite conitum herba venenifera. Ouidius 1.Metamorph. Lurida terribiles miſcens aconita nouercæ. Am-

Architas phitrite amphitrites,Neptuni vxor. pro mari ponitur,vt in eodem libro,Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Architas,philoſophus. Propertius lib.4,Me creat Architæ ſoboles Babylonius Orops. ideo,teſte Baptiſta Pio,indocte dixit Sidonius in primo Panægyrico,

Quicquid Anaximenes,Euclides,Archita,Zenon,

Amithone Archeſilas,Chryſippus,Anaxagoráſque dederunt. Amithone. Sappho Phaoni,Vilis Amithone,vilis

Agapitus mihi candida Cidno. Agapitus:quia Græce per η,ἀγάπητος ſcribitur. ideo rectiſſime dicẽdum fuerat

Anitia Agapetus. teſtis eſt Valla in Iohannem. Anitia,mulieris nomen:ergo etiam Anitius. Auſonius lib.1.

Aphrodite Epig. Ante quater plenum conſumpſit Anitia luſtrum. Aphrodite vel aphroditia, id eſt Venus:ab aphros,id eſt ſpuma,ex qua nata putabatur:producitur vt reliqua in ites itis, & ita à nominibus for-

Alithyia mata. Alithyia,nymphæ nomen,à Græcis producitur tantum: licet Theodulus corripuerit : inepte profecto vt multa alia:inter quæ eſt protoplaſtus : cuius primam produci liquet ex elegantiſſimo hymno,Pange lingua glorioſi prælıũ certaminis. Alites alitæ,populi nomen. vide Ballonoti,O ante n.

Berytus Berytus. vide E ante r. Camaritæ & Calonites, populi in Dionyſio. Corytaris in Theocrito.

Corytus Corytus. vide O ante r. At Corythus cum y Græco ſimiliter:ſed cum th aſpirato, oppidi nomen, corripitur:ſic Neſtor contra Tortellium:quia ſine aliqua aſpiratione cum i noſtro coritus,pro oppido ſcribi voluit. Virgilius AEneid.7,Hic illum Corythi Tyrrhena à ſede profectum. Coritha corithæ,

Catamithus vel Corithe corithes,equæ nomen. vide O ante r. Catamithus cum i noſtro & th aſpirato in vltima ſyllaba,puer quo quis abutitur. à cata,id eſt pro: mithon,pretium: quaſi pro pretio vel mercede. Au-

Cocytus ſonius in Epigrammatis,Aut Iouis Elyſij tu catamithus eris. Cocytus. vide O ante c. Caſtritius,

Caſtritius viri nomen,Petrarcha produxit,dicens, -ſi dulcis aget

Corbitæ Libertas,animum Marcus Caſtritius armet. Corbitæ,teſte Calepino,naues ſunt onerariæ,quæ in ſummo malo pro ſigno corbes habere ſolebant. Plautus, Tardiores quàm corbitæ ſunt etiam in tranquil-

Damaſithon lo mari. Damaſithon,viri nomen,apud Ouidium in Ibin. Eboſita,mel ex arundinibus. vide E an-

Eboſita te b. Eritus. Sidonius ad Fœlicem,Muſas ſat venerabiles Eriti. Phaleucius eſt: viri nomen eſt. Enſi-

Eritus ton in Ouidio. Fortuitus, a,um,variatur. Papinius 12. Thebaid. AEqua & fortuito ductæ quater

Fortuitus aggere pinnæ. Horatius lib.2. Carm. Ode 15,Nec fortuitum cernere cæſpitem. verſus eſt alcaicus da-

Gallita ctylicus. (tui)ſecundus pes eſt iambus. Gallita, mulieris nomen apud Iuuenalem Sat.12. Galerita,id

Galerita eſt alauda. vide Colon,O ante l. nec mirum: fit enim à Galerus. Galeritus, vir in Propertio. Her-

Hermaphroditus maphroditus,Mercurij ex Venere filius. Hermes,Mercurius: Aphrodite,Venus. Martialis lib.10, Odit amatrices Hermaphroditus aquas. Hyarbita,viri nomen. vide I ante m, Timagenes. Haſbyte,mu-

Hyarbita lieris nomen,apud Sillium. prius habet y Græcum in prima,& poſterius in ſecunda ſyllaba. Hera-

Haſbyte clitus,philoſophi nomẽ:quia Græce ſcribitur per ει diphthongon ἡράκλειτος,teſtibus Hermolao Bar-

Heraclitus baro,& cum Iohanne Baptiſta Pio cæteris doctis, vt Calepino,&c. nec authoritate carent. Lucretius ſyllabariæ ſtructuræ obſeruantiſſimus,vt ait Baptiſta Pius:is inquã in primo libro ait, Heraclitus init quorum dux agmina primus. adducit Pius apud Sidonium,vbi huius nominis meminit,carmen Græcum,in quo Heraclitus producitur. Sidonius in primo Panægyrico,

Quicquid Pythagoras,Democritus,Heraclitus

Defleuit,riſit,tacuit. ita legit Pius,quia coniunctio que(quam Hermolaus Barbarus hic perperam offendit) eſt tollenda:quippe quum non legatur in bonis exemplaribus,& ſenſui ſuperuacanea ſit,aſyntheto venuſtius & modificatius decurrente. Fefellerunt igitur Hermolaum Barbarum (quem ſecutus eſt AElius Nebriſſenſis)bonarum literarum columen praua exemplaria. Hamerochita. vide A an-

Ilithyia te m. Ilithyia. vide I ante a. Idolothytus cum th aſpirato, ſequente y,dici poteſt idolo immolatus

Idolothytus vel ſacrificatus ,& melius ponitur in neutro genere idolothytum:producitur,teſte Neſtore. Inuitus,

Inuitus inuita inuitum:ſic inuitare,nota ſunt. Irrito,prorito proritas. Virgilius lib.10,Irritátque virum telis.

Inuitare id eſt laceſſit & prouocat. ſed Irritus,id eſt non ratus corripitur : & verbum hinc factum irrito irritas.

Irrito de quo vulgatur hic verſiculus,Irritat euacuans,irritans prouocat iras. Luſitania, Hiſpaniæ regio.

Luſitania Sillius lib.3, Hos Viriatus agit,Luſitanúmque remotis

Extractum luſtris,&c. Prudentius tamen in Cæſarauguſta,Luſitanorum caput oppidorum. Sapphicũ in quo(ſi)corripitur. Mauritania in 4.Manilij. Mephitis terræ putor,eſt ex aquis ſulphuratis & corruptis. hinc adiectiuum Mephiticus mephitica mephiticum. Virgilius lib.7,Sæuam exhalat opaca mephitim. Miſitius,viri nomen. Martialis lib.3,Quum peteret patriæ Miſitius arua Rauẽnæ.

Nouitius. vide I ante c:quia per c aliqui ſcribunt:quum rectius per t exaretur. Niciterium. vide I ante c. Nutritius: quia à longo ſupino deriuatur.ideo recte dixit Architrenius, Languida ſegnities Veneris nutritia tractat. Odites,viri nomen 5.Metam. Ophites:quia deriuatiuum eſt in ites. Oritæ. vide O ante r. Orithyia. vide I ante a. Onytes,vir 12. AEneidos. Paraclitus.vide E ante t, Paracletus. Pampitius,viri nomen,in Euchariſtico Sidonij. Polites,viri nomen apud Papinium 7. Thebaid. Pituita.vide in primis I ante t. Potitius,viri nomen.Virgilius AEneid.8,

-lætíque minores
Seruauere diẽ,primúſque Potitius author.

Pampitius,vir in Sidonio. Polygiton,viri nomẽ. Auſo. Thermarum in ſolio ſiquis Polygitona vidit. Paraſitus,Paraſitaſter,& verbum Paraſitor paraſitaris. Iuuen.Ad cœnã quoties paraſitus venerit infans. Dicitur à para,id eſt ad vel iuxta:& ſiton,id eſt cibus vel frumentũ.Siteia,id eſt ſagina.nam paraſiti ſunt adulatores,qui diuitũ menſas ventris gratia ſequũtur. Paralyticus,cum y Græco in tertia ſyllaba,ſolutis neruis homo eſt:& ab Aratore producitur,

-ſurgens paralytice dixit,
Vectorem compone tuum.

melius corriperetur,vt Hippolytus,&c. Scriblita.vide I ante b. Therſites therſitæ,viri nomen apud Iuuenalem & alios. Valitudo quidam hîc excipiunt : ſed per e rectius ſcribitur valetudo à valeo,vt dicit Georgius Valla Placentinus lib.13.cap.12.de denominatiuis.Horat. Gratia,phama,valetudo,contingat abunde.M.Manilius lib.1,

Quæque valetudo veniat,concordia quanta
Bella facit.

Veliternus in 13.Sillij. ¶I ante t corripitur,vt Blanditiæ,à nomine blandus:vt Dicere nec cano blanditias capiti.Sic Conditio à verbo tertiæ condo:ſed à condio producitur,vt conditus pœnultima breui à condor:conditus eadẽ longa à condior.male ergo,vt alia multa Maximianus,O quàm dura premit miſeros conditio vitæ. Polymitus & Lecythus tantum corripiuntur.Quintianus aſſerit poſſe produci:quia i & y apud Græcos ſunt literæ ancipites,quæ ſtulta eſt ratio : licet enim in diuerſis dictionibus varientur: non tamen in iiſdem, niſi alia ſubſit cauſa. Seruitus & Seruitium tantum corripiuntur.Horat.Seruitus creſcit noua:nec priores.Sapphicus.Virgilius in Bucol.1.Ideo male quidam neotericus non indoctus dixit,Et ſeruitutem duram ſeruire coactos. Credidit forſan à verbo deduci,cum à nomine deducantur,ſicut blanditiæ. Ambitus participium,vt ſuo loco dixi, producitur,ſed nomen tantum corripitur.Iuuen.Rapit ambitus atque libido.Horatius,Per amœnos ambitus agros.Errat ergo neotericus qui dicit,Ambitu vigilum ſolers,&c. Architectus & architectonica male ab Aratore & alijs non claſſicis producuntur:archi enim in compoſitione ſemper corripitur à Martiale & alijs. Orithias,vir.Ouidius Metam.8,Orithiæ magni roſtro femur hauſit adũco. Eurythus, rex OEchaliæ, quæ in Eubœa eſt Ioles & Dryopis pater, quæ ab eo Eurythides dicuntur, corripitur. Ouidius Metam.9,

At puer Amphiſus,nanque hoc auus Eurythus illi
Addiderat nomen.

Et ĩh eodem,

Eurythidos lachrymas,admoto pollice ſiccat Alcmene.

Ideo videtur erraſſe Strabonis interpres libro octauo dicẽs,OEchaliámque tenent Eurythi principis vrbem. Et in eodẽ,Regis ab Eurythi regno OEchaliáque creati. Corbita,id eſt nauis magna & tarda,corripitur apud Crinitum lib. 17. Margarita & margaritum tantum producuntur:quia per ɪ ſcribuntur.Secunda tamen eſt breuis. Taurominitanus à Taurominita cum claſſicis tantum producam,vt à Tomita Tomitanus. Stoa propter Sidonium aſſerit variari.Sillius 14,Taurominitanam cernunt de ſede Charybdim.Iuuenalis, Taurominitanæ rupes,quoniam omne peractum eſt. Sic Lucanus & cæteri. Dormito & cætera frequentatiua à ſupino,producta pœnultima,producentur.Mappheus tamen 13.AEneid.de gallina, Dehinc perturbatos crocitans exquirit,& omnes,&c.Cum tamen dicatur Crocio crocis crocire : vnde crocitum:ſed credidit forſan verbum primitiuum,nec à crocio deductum. Ignitus,ſiue à nomine,vt auritus, ſiue à verbo,vt redimitus:producetur: nec eſt barbarum,vt contra Hermolaum Barbarum oſtendit Stoa ex Gellio lib.13.cap.8.& 9.& ex Apuleio ſecundo Floridorum dicente, Martis ſtella ignita. Aquitania & Aquitanus,vt dixi,etſi rectius producuntur,poteris cum Auſonio corripere in Moſella. Tẽperat ingenuos qua læta Aquitania mores.Idem,Inter Aquitanas gentes,& nomen Iberum. Tibullus lib.2,Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis. Architas Sidonio corripitur:& ideo Stoa varium cenſet,ſed tantum produxero.Horatius,Menſorem cohibent Archita.vbi producitur:eſt enim heroicus tetrameter. Camaritæ & Calonites,populi,producuntur à Dionyſij interprete. Cotytto t geminat.vide Centuriã Politiani cap.10. Cotytaris producitur,teſte Stoa,à Theocrito & eius interprete Philetico. Eryſiton.Ouidius 8.Metam.Mœrentes adeunt,pœnámque Eryſitonis orant.Multi autem legunt Eryſichthonis.In Epiſtola Briſeidis producitur etiã Amython. Emiſſitius,proiectitius,cõductitius & ſimilia,ſolũ, produci ex Plauto facile cognoſces. Præbitere,vetus verbum, id eſt præire,apud Plautum,vt ait Feſtus,& producitur.Vt in Rudente ,Malo cruciatu in Siciliam præbiteres. Ve-

Miſitius
Nouitius
Niciterium
Nutritius
Odites
Ophites
Oritæ
Orithyia
Onytes
Paraclitus
Pampitius
Polites
Pituita
Potitius
Polygiton
Paralyticus
Scriblita
Therſites
Valitudo
Valetudo
Veliternus

ſiternus,vir. Sillius 13, Iámque Veliternum mediam tranſegerat aluo. Exocitus,piſcis,alio nomine adonis. Lippius, Multi exociton dicunt. Hamerochita,Amaritides,Epaphroditus vt Aphrodite,producuntur, Odites,viri nomē. Ouidius Metamorph.5, Poſt regem primus Odites. Onytes,viri nomen. Virgilius AEneid. 12, Et mœſtum mittit Onytem. Conchitæ,conchiarum piſcatum exercentes: vt Hamiotæ,hamis piſcantes. Plautus in Rudente,Saluete fures maritimi conchitæ atque hamiotæ. Iambicus tetram.catal. vbi (conchitæ)producit mediam. Cerithum,non Cerinthum Homerus vocat,prima & ſecunda longis. Hermolaus lib.4. cap.12. Plinij. Haſbytæ in Ptolemæo & Sillio. Veteres tamen Aſbyſtæ dixerūt. Hermol.cap.& lib.5. Plinij. Phragitides. Prudentius,Quid cum ſacrādus accipit Phragitidas? Anitius. Prudentius in Symmach. Fertur enim ante alios generoſus Anitius vrbis,&c. Galerit9,vir:vt Galerita,auis. Propertius 4, Prima Galeritus poſuit,&c. Caſſita à Caſſis produci opinor, vt producitur galerita: quia eadem eſt auis. Heraclitus ſiue Heracletus producitur. Interpres Laertij, Vitæ Heraclitus viuere difficilis. Mauritania. Manilius lib.4,

Exſiccat populos,& Mauritania nomen
Oris habet.

Suſpicio nonnulli per c ſcribunt,alij per t. productum inueni: ſed dubito vtrum ſuſpectio debeat ſcribi: verum in multis ſuſpitio ſcribitur. Iuuencus, Nunquid(ait)Iudam talis ſuſpitio tangit? Auſonius,Concinnat veriſimilis ſuſpitio culpas. Martialis lib.11, Oblinitur minimæ ſiqua eſt ſuſpitio culpæ. Quia tamen ſuſpicor & ſuſpicio i corripiunt ante c, videtur ſuſpitio pro ſuſpectio ſcriptum. Valitudo quibuſdam corripitur: ſed rectius cum Horatio Valetudo ſecunda longa dicatur.

Comitium. Plautus in Curc. Tuum profecto nec forum,nec comitium. Iambicus trim. Trapezita. Plautus in Curc. Lyconem quæro ego trapezitam,dic mihi. Iambicus trim.

I ante u

I ante u producitur,

vt Saliua,conniueo. Perſius, Væh niſi conniues. Male autem Nebriſſenſis per indiligentiam in præteritis dicit, In xi prætereunt hæc frigeo conniueóque. Sic Deriuo. Duo corripiuntur, vt Niniue, vrbis nomen: & Symbriuium, y Græcum in prima habens,flumen apud AEquicolos,qui ſunt ſupra Tybur: & adhuc retinent nomen, vt Marſus ait in illud Syllij lib.8, Symbriuio raſtriſque domant AEquicola rura. Rediuiuus ſecundam ſyllabam corripit. ¶I ante u corripitur, vt rediuiuus in ſecunda: ſic rediuiæ,&c.

Niniue

Symbriuium

O ANTE CONSONANTES IN MEDIIS.

O ante b

O ANTE b corripitur, vt Taptobane in Periegeſi. licet Baptiſta Mantuanus in quodam loco produxit.

Canobis

EXCEPTIO. Iacob9,Iobus,October,vtrobique,&c. Canobus,vnde canobita: nſic Canopus & canopita dicimus,teſte Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria. Catullus, Grata Canobitis incola littoribus. Petrarcha in 4. Aphricæ, Vnus vtrobique eſt,eadē mens permanet & frons. Longobardi producitur à Mantuano in exhortatione contra infideles. Iobolus,quia fit ex Iob: & Iacobus, ex Iacob. Ambobus,duobus,ſatis patent. Macrobius puto corripi per regulam de o in compoſitione Græca: Petrarcha tamen dixit in 2.lib.epiſtol.ad conuitiatorem,

Macrobius

Parma æuo collapſa ſui monumenta Macrobi
Oſtentat.

¶O ante b corripitur in medijs, vt Niobe, Taprobane. Ouidius de Ponto. Cœnobium etiam,teſte Bebelio. Dolobella autem male excipitur à Stoa: quia ſcribitur Dolabella, vt diminutiuum à dolabra. Obolus quidem o corripit, ſed in compoſitione mutat o micron in ω ante b: vt Diobolum vel diobolus,triobolon,tetrabolon: & id verum eſſe ex Plauto varijs in locis patet. Vt in Rudente, Talentum magnum nō poteſt triobolum hinc abeſſe. Iambicus tetram.catal. Vbi (triobolum) manifeſte neutri generis eſt: & ita melius dicitur quàm triobolus. Trioboli hinc dicitur, ea loquendi figura,quaſi nauci & frugi homo. Súntque diobolum & triobolum, ſpecies numiſmatum Atticorum. Et quia diobolum,minimi eſt pretij,habétque noctuam in altera facie: ideo nihili hominem noctuam ſolemus appellare aut diobolarem, vt meretriculam,lenonem,& ſimiles. Vicrobon,nihili nomen eſt, & in Catullo deprauatè legitur, vbi legendum eſt, Sicui iure bono ſacer alarum obſtitit hircus. Sic Catullus ad amicum.

O ante c

O ante c corripitur,

vt Apocope: quia Græce per o ſcribitur. Ideo errauit in figuris Alexander,dicens, Quod fini tollit Apocopa, dat Paragoge. ſed excuſatur in figuris. Notentur è longis, negotium, præfoco, ſuffoco,&c.

Ocus in proprijs

Quandoquidem,quandocunque variantur, vt quando: at quandoque tantum producam vt vbique. Produc quoque propria in ocus è barbaris: qualia ſunt Iodocus,Guinnocus,&c. At quæ Græca ſunt, corripiuntur: veluti Laodocus,Demodocus,&c. Produc quoque deriuatiua in ocinium,qualia ſunt Latrocinium,patrocinium,tyrocinium, lenocinium,& ſiqua ſunt ſimilia: cum verbis hinc deriuatis, aut contrà: veluti patrocinor,latrocinor,lenocinor,&c. Horat. ſaty.3. lib.1, -quum dicas eſſe pares res

Ocinium

Latrociniū

Furta latrocinijs,& magnis parua mineris
Falce reciſurum ſimili te.

Ouidius 2. de Arte, Siue latrocinij ſub imagine calculus ibit. Manilius lib.5,

Et lenocinium vitæ præſénſque voluptas.Ouid.1.Triſt.Cauſa patrocinio non bona maior erat. Ma-
nilius lib.1,Nec tyrocinio peccet,circúmque feratur. Exocitus,epitritus quartus in Lippio. Ianno- Iannocius
cius,viri nomẽ,producitur à Philelpho. Triochala producitur in 14.lib.Sillij. ¶O ante c corripitur, Triochala
vt Πάτροκλε.Patrocle enim apud Homerum dactylus eſt:ſed propter c & l poteſt produci. Hypo-
cha producitur à Lippio:Et Exocitus.

O ante d corripitur,vt Exodus. O ante d

EXCEPTIO.Produc deriuatiua Græca in odes,& compoſita ab ode,id eſt cantus: veluti gæodes,
id eſt terrenus:capnodes,fumoſus:thiodes,ſulphureus. Melodes,& rectius forſan per œ diphthon- Melodes
gon melœdes:veluti melœdia & melodia.Et eſt melœdes,dulcia carmina canens poeta.Sidonius lib.9,
Proculus melœdes inſonare pulſibus.Iambicus trimeter. Hilarodus,hilaris cantor.ſic Palinodia, ſic Hilarodus
Proſodia:ſed per œ diphthongõ proſœdia rectius dicitur:vt rectius Pſalmœdia dicitur quàm pſalmo- Palinodia
dia.Philelphus in nona quintæ, Liber eris ſatyra,fies palinodia,meme
Steſichorum facies.Eſt contrarius cantus,à palin,id eſt rurſum.hinc eſt adagium Palinodiam canere.
Epodos contra Sulpitium.nam tritum abuſum non vſum ſequitur:nam(vt recte ait Neſtor) Græ- Epodos
ce per ω ſcribitur.Authoritatem à Neſtore omiſſam ego ſufficiam.Auſonius in Epig.

Dactylicos,elegos,choriambum carmen,epodos,
Socci & cothurni muſicam
Carpentis impone tuis:nam tota ſupellex Vatum piorum chartea eſt.

dicitur ab epi & ode. carminis
genus eſt:de quo videbis apud Horatij interpretes. Exodium hinc non eſt: ſed ab exo,id eſt extra: & Exodium
hodos,id eſt via,extrita aſpiratione:vt in periodus,ſynæreſis,argyrippus,Ariſtippus,&c. Eſt enim Exo-
dium ab exodus imminutum : & ſignificat exitum actionis,id eſt cantum vel ridiculum aliquid, vel
geſtum quem hiſtriones in fine comœdiæ,vel tragœdiæ,vel etiam ſcenæ cuiuſque exhibent,vt popu-
lo riſum moueant:id quod quotidie fieri videmus à barbaris.nec aliud videtur mihi voluiſſe Iuuenalis
in 6.Satyra dicens, Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ
Geſtibus Autonoes, &c.

Multi crediderunt ab ode deduci : nonnulli, quibus ipſe ſuffragor,
ab exodos.Exodijs præcipue in Attellanis vtebãtur. Neſtor vult etiam erogationẽ ſignificare ab Exo-
drazo,id eſt erogo.multa dicit Neſtor:vide ſi libet:nos quãtitatem rite docuimus. Botrodum,Celti- Botrodum
beriæ oppidum.Martialis lib.12,Botrodum,Plateámque Celtiberis. Phaleuctus eſt. Cuſtodio cuſto- Cuſtodio
dis,vt cuſtos cuſtodis,cuſtodia. Erodio vel Erodius,auis,per ω ſcribitur, teſte Neſtore. Emoda e- Erodio
modæ,oppidi nomen.Val. Flaccus lib.6, Iungit opes Emoda ſuas,ſua ſigna ſecuti Erodius
Axamatæ. Emodus,montis nomẽ,vide Colis,O ante l. Glycerodes,in(Melodes)patet. Herodes. Emoda
Perſius,Herodis venere dies. Hierodæ,ſacri cantores.patet vt Melodes. At Herodotus corripitur. Emodus
Herodion & Herodianus,vt Herodes. Laodocus.vide A ante o. Nebrodes,monticuli nomen,ex Herodes
quo naſcitur Himera.Sil.14, Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis. Orodes,viri nomen.Virgil.10. Laodocus
AEneid.Iacet altus Orodes. Rapſodia,per ω. Thermodon,cũ th aſpirato,fluuij nomen eſt.Virgil. Nebrodes
AEneid.9,Quales Threiciæ quũ flumina Thermodõtis. hîc Seruius ait,Thermodoon,& per ſyncopã Orodes
Thermodon.Ego vero nondũ inueni verſum in quo neceſſario ſit tetraſyllabũ:nam prædictus verſus Thermodõ
eſt ſpondaicus:ideo nunquã dixero ſecundam corripi.Priſcianus in Periegeſi,Inter Amazonidas Ther
modõ Martius amnis,eodẽ modo Ouidus,vt videre potes in Halys,A ante l.Sil.lib.2,Thermodontia-
ca munita in prælia pelta.Idẽ lib.8,Perſtrepit & tellus & Amazonius Thermodon. ¶O ante d cor-
ripitur,vt Exodos & exodiũ ſicut hodos. Sic & ſynodus,methodus. Producũtur deriuatiua in odes,vt
Pyrrhodes,vir. Clypeodes,gẽma. Anemodes,vẽtoſus. Branchodes,raucus.Brãchos enim raucitas.
Glœodes cum œ,id eſt lubricus ſordidus.Glœos enim,ſordes. Gloſſodes,linguoſus,à gloſſa. Go
niodes,anguloſus. Homodus,mons Indiæ. Diacodion,medicamentũ ex papauerum capitibus per
ω ante d.Rhapſodia per ω,id eſt coaptatio & compoſitio. vnde grammatici Rhapſodi. Erodius per
ω,ardeola,teſte Gaza. Calcodontiades,patronymicum. Valla Iliad.4. Thermodon Stoa in ambi-
guis locat,ego ſolum produci opinor: ſed propter metrum, duo o in vnum contrahuntur, & Ther-
modoon fit Thermodon:niſi ω ante d mutetur in o micron. vt in ſecũdo Claudiani,Thermodontia-
co Tanain fregere ſecuri.Ouidius tamen ait,Et tu fœmineæ Thermodon cognite turbæ.

O ante f non inueni:ſi inueniatur,volunt corripi. O ante f

O ante g corripitur, O ante g

vt Syllogiſmus,à Sidonio indocte productum,dicente in primo Panægyrico, Syllogiſmus

Quæ vel Ariſtoteles partitus membra loquendi
Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis.

Author huius rei eſt Hermolaus Barbarus,vt in præfatione vidi-
mus. Technologus,de artibus loquens.hunc ineptum vulgus artiſtam vocat. Produc agoge,id eſt
ductio.vnde iſagoge,ſynagoga,paragoga,pædagogus,&c.quibus adde Bagogus,viri nomẽ,teſte Gou- Bagogus
dano. Octoginta facile occurret. Toloſtobogi,teſte Hermolao in quintum Plinij cap.32. ¶O an Octoginta
te g corripitur,vt Syllogiſmus,ſicut ſimplex logiſmus contra Sidonium. Bagogus,vt opinor,inepte Toloſtobogi

legitur in Ouidio pro Bagous,in ſecundo Metam. Eſtque ſerui nomen, de quo Hermolaus in cap.4. lib.13. Plinij. Artotrogus, paraſito conueniens nomen,tanquam helluonem voces. Ἀρτὸς enim, panis: & τρώγω,comedo. Plaut. in Milite,Sed vbi Artotrogus?hic eſt:ſtat prope virum.Iambicus trimeter. vbi pœnultima producitur in Artotrogus. Microtrogus,id eſt parum comedens,eadem,origine habet ω ante g. Gelaſimus in Sticho Plauti,Nunc microtrogus nomine ex vero vocor. Iambius trim.

O ante l

O ante l corripitur,

vt Neapolis:& quicquid eſt à πόλις, id eſt vrbs. Conſolor autem producitur,vt ſimplex ſolor.

EXCEPTIO.

Bibliopola
Pharmacopola

Producuntur deducta à πωλέω, id eſt vendo:qualia ſunt Bibliopola,librorū venditor. byblios cum y Græco in prima,id eſt liber. pharmacopola,myropola medicamentorum vnguentorúmque venditor.ſic Ichthyopola,Lachanapola,&c. Martialis in Apophoretis de Lucano,

Sunt quidam qui me dicunt non eſſe poetam:

Sed qui me vendit,bibliopola putat. Horatius,Ambubaiarū collegia pharmacopolæ. Produc ſimiliter

Dicolon
AEtolia
AEtolus

Monocolon,dicolon,tricolon,& cætera à κῶλον,id eſt membrum. vide in primis O ante l. Errauit in his Nebriſſenſis. AEtolia,AEtolus,& quicquid hinc eſt. Ouid. in 3. Amorum, Nec tanti Calydon,nec tota AEtolia tanti. Virg. AEneid. 11, Non erit auxilio nobis AEtolus & Arpi. Horatius epiſtola 19, AEtolis onerata plagis. mendoſe legitur AEtolijs. Sil. lib. 13, AEtolos interfuit haud ignobile nomen. mendoſe vulgo habetur AEtolidas: licet ita Marſus legat, pro Apulis,quibus Diomedes imperauit. AEtolus. Stath. 6. Thebaid. Ergo vbi luctandi iuuenes animoſa citauit

Gloria,terrificos humeris AEtolus amictus

Capitolium

Exuitur. de Tydeo loquitur,Diomedis patre. Acolytus,non prohibitus,ſine impedimēto,per ω mega. Capitolium: vnde Capitolinus,tam proprium quàm appellatiuum. Ouid. 15. Metam.

-fruſtráque erit illa minata

Cymolus

Seruitura ſuo Capitolia noſtra Canopo. Cymolus cū y Græco,vrbis nomen. vnde Cymolius,a,um. Ouid. 7. Metam. Hinc humilem Myconon,Cretoſáque rura Cymoli,

Gæolophus
Idolon

Florentémque Cythnon, Scyron,planámque Seriphum. hic n in(Cythnon)liqueſcit. Cimolis. Cemolos per ω mega. Gæolophus dictum eſt in regula de o in compoſitione: producitur,teſte Neſtore,apud Theocritum in primo Edyllio,& interpretatur terræ tumulus. γαῖα,eſt terra:λόφος verò,tumulus. Idolum: quia Græce per ω mega ſcribitur, vt doctiſſimi quique teſtantur:&(vt Neſtor ait) producitur ab Homero 24. Iliados. Baptiſta Mantuanus in Panægyrico Roberti,

Verum etiam qui vana ſacris idola prophanis,

Mauſolus
Mauſolæū
Neobole
Pactolus
Præſtolor

Et fragiles coluere deos. Græce habet ει diphthongon in prima ſyllaba,per ſyllabas quinque idololatra dicendum eſt. multi Chriſtianorum in his defecerunt à lingua Græca. Alexander, Idola dicta dei. Et Riga in libris Numerorum,In terram ſanctā deus imperat idola tolli. Et Arator libro 1, Idola tot Romæ mundo collecta ſubacto. Iollas,viri nomen,opinor ll geminare. At Iole Ioles,mulieris nomen,corripitur,vt Hieroſolyma: licet Petrarcha auſus ſit producere. nam corripitur vt ſimplex Solymi. Mauſolus,vir,cuius ſepulchrum Mauſolæum dicitur. vide Cares, A ante r. Mediolanū. Auſonius, Et Mediolani mira omnia copia rerum. Neobole,mulieris nomen. dicitur autem à νέος,id eſt nouus: & βῶλος per ω mega, id eſt gleba vel fundus. dicit hoc Mancinellus in illud Horatij lib. 3. Ode 12, Studium aufert Neobole Liparæi nitor Hebri. verſus eſt Ionicus à minori habens quatuor ionicos. Phonolenides, duodecimo Metam. Pactolus,fluuius,vide Durius, V ante r. Phicolus,viri nomen,à Phicol,teſte Nebriſſenſi. Præſtolor,vt Bebelius Goudanúſque cum alijs multis volunt. Riga in vita Criſpini & Criſpiniani, Non præſtolatur habitum priuatio per quem. ſic Sulpitius: in quem ait Badius, Et Subſolanus præſtolor clauſáque pola. ideo non imitabor eum qui dicit,

Præſtolor interdum,meditórque, exordior, atque

Ordior. Calepinus, niſi liber mendoſus ſit,voluit corripi: tu producito tantum. Subſolanus, ventus,producitur: quia dicitur ſic, quòd ſole oriente ſubnaſci videtur. Timolus. vide regulam poſitionis. ¶O ante l corripitur,vt Adoleſcens, nomen & participiū: ſed vt producatur, vertitur o in u, ſicut Vpilio pro opilio:& contrà, Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu,&c. Vtroque vtitur Plautus in Menæhmis, Ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxime ſimilis. Et in Pœnulo, Cum illoc te melius tuam rem adoleſcens loqui. Iambicus trimeter. Interpolo Prudentius producit in Apoth. Qui læta CHRISTI culta fur interpolat. Iambicus trimeter, habens apud Prudentium ſemper iambum in fine. Interpolare,eſt immutare, & in nouam formam à vetere fingere. Vide Nonium Marcellum.

AEtolia producitur, & quæ inde ducuntur, vt AEtolius, auis: & AEtolis. vt Ouidius in epiſtola Deianiræ ad Herculem, Forſitan expulſa AEtolide Deianira, Nomine depoſito pellicis, vxor erit. Vbi mendoſe legeretur OEchalide, ſed vt legi in(expulſa) a non abſumitur, aut addetur(hinc).

Acolytos in ſecunda per ω mega,id eſt non prohibitus,& impedimento carens. Cemolos producitur, teſte Stoa: inſula eſt in decimo Strabonis. Cremamola & Glareola,vrbes producunt o apud

Mantuanum. non ſunt ergo per diminutionem dicta : aut non recte poſuit Deois, vt non eſt huius loci: quia non habet O ante l:non enim dicitur Deolis. Arachneola videtur à Sidonio produci: ſed locus apud eum mendoſus eſt , teſte Pio . Mediolanum & Mediolanenſes dicendum eſſe contendunt quidam. Præſtolor, Stoa aſſerit produci: ſed non affert teſtimonium, nec occurrit apud veteres. Valla autem ſic vertit oraculum Athenienſe in 7. Herodoti,

Tu vero aduentum,peditúmque,equitúmque quietus,
Terrenáſque acies ne præſtolere,ſed hoſti

Terga dato. In Eunucho Terentij videtur corripi,Quem præſtolare Parmeno? In quem locum vide cōmentaria. Phonolenides,Phonoleni filius,teſte Regio. Ouidius producit 12. Metam. Iuncta Phonolenides à ſummo vertice fregit. Emithrabolus, vrbs AEgypti, interpretatur rubra gleba , quam Pheron rex cremauit cum multis impudicis mulieribus,inter quas erat Pheromis vxor: habuit enim ex oraculo ſe viſum recepturum ex lotio mulieris pudicæ. Cum igitur multarum lotium fruſtra adhibuiſſet, eas cremauit:& cuius lotio viſum recepit,vxorem duxit. Producitur: quia per ω mega ſcribitur. Nicolas,vt vulgo profertur,prima breui & media longa, inepte poſuit Mantuanus in Gonzaga,Duróque potens Mauorte Nicolas. pro Nicolaus; cuius prima,vt omnia à νίκη producuntur. Melius ergo qui Nicoleos dicunt. Thomolos,ſecunda longa legit Stoa apud Stathium: ſed corrupte: nam recte ſic legitur Thebaid. 7, Occidis Aonij puer altera cura Lyæi,

Marcida te fractis planxerunt Iſmara Thyrſis,
Te Tmolus,te Niſa ferax, Theſæáque Naxos,&c.

vbi Stoa, Thomolos te Niſa ferax,&c. Senſus autē eſt manifeſtus:nam omnes montes Baccho ſacri fleuerunt Enneum iuuenem Libero dilectum, & à Capaneo interfectum. Inter eos nimirum montes eſt Tmolus,Ciliciæ mons,qui & Timolus dicitur. Ouidius Metam. 6, Deſeruere ſui nymphæ vineta Timoli.

O ante m corripitur,

O ante m

vt Ptolomæus,à Petrarcha male productum. Hebdomas. Riga in Daniele, Septem ſic annos hebdomas vna facit. Idem alibi male dicit, Septima lux celebris,hebdomada ſeptima feſtis.

EXCEPTIO.

Produc nomina neutri generis:veluti Amomū,cinamomū,vt patet ex Græco verſu quem ex Dionyſio citat Neſtor. Apud Martialem lib. 6. vbi quidam male habent, Quod ſemper caſia cinamomóque:legi debet, Quod ſemper caſiáque cinnamóque. Phaleucius eſt. Abdomē. Axioma,id eſt enūtiatio. ſcribitur enim Græce per ω mega. ideo nec in hoc, nec in pluſculis imitabor Capellam dicētem lib. 4, Aduenit,& ſcholicum præſtruit axioma. Tolle Hippomanes, Sodomū,epitoma, vt Sodoma, epitome, prototomus,& quicquid eſt à τομή, id eſt inciſio. Notentur compoſita è longis, Agnomen, ignominis,ignominia:& è barbaris deducta, Abeſalomus, Eſromus,&c. Anomalia,anomalus,per ω mega. Cenomani apud iuniores tantum inuenio,qui variant. Guaguinus, Axioma Cenomani

Ah fruſtra obloqueris,Cenomani principis aulam
Ibis,&c.

Baptiſta contra infideles,Cenomani acres,& non ignobile ſemen:

Euganei veteres,& gens antiqua Liburni,
Carni & Medoaci,quorum cognomina ſeruat
Flumen,&c.

Cinamomus per ω mega,auis. Ithome ithomes,cum th aſpirato,arx Meſſeniæ vrbis, teſte Neſtore:licet nōnulli libri per n Ithone habeant,non ithome. Papin. 4. Thebaid. Planáque Meſſene,montanáque nutrit Ithome. Ithomus,cum th aſpirato,montis nomen: quem alij ithonum,alij ithymum cum y Græco in ſecunda vocant : ſed optimi & correctiſſimi codices habent Ithomum apud Catullū in Argonautica, Quod tibi ſi ſancti cōceſſerit incola Ithomi. Ibidē, Vmgenámque ſimul cultricē montis Ithomi. Geometra per ω mega, vt Salome, teſte Bebelio. ¶O ante m corripitur, vt Taurominitanus, quod Stoa propter Sidonium male ambiguum cenſet. Corripitur etiam Epitome epitomes,non Epitoma epitomatos:licet à multis ita dicatur, vt bene notauit Baptiſta Pius in primū Lucretij. Abominor,ignominia,cognomē & cognominis, & id genus alia cum longis cōpoſita,aut ab eis deducta, producuntur:non tamen ſi prior pars ante m o corripiat, vt Hippomanes, necromantia, Diomedes,&c. Encomiū per ω in ſecunda, ſic encomiaſtes & encomiazo,&c. Glaucoma glaucomatis,& Glaucoma glaucomæ per ω. Plautus in Milite. Axioma propter Capellam ne dixeris cū Stoa variari: non enim omnia Græca in oma per ω ſcribūtur, vt onoma, id eſt nomen. Antipodoma, id eſt retributio. Aroma etiam vrbs:vnde vinum Aromenſe,o corripit. Anomalus & anomalia per ω ſcribuntur in lexico:& Cinamomus,auis. Cenomani,populi. Apud Mātuanum in quarto Syl. Ibat per Venatos,Cenomana per oppida victor. Sic idem ſæpe. potes ergo id nomen variare. Macromanni, Germaniæ populi,ponuntur ſecunda longa. Mantuanus in exhort. Tetracomius per ω, quatuor habens viros. Sic in nono Strabonis : ſed producitur gratia ſecundæ partis componentis , vt Comicus & Comœdia. Philomenes, vir in Mercatore : & Philomontes, in Moſtellaria Plauti. Ithome, plurium vrbium nomen eſſe, ac dici etiam Thomen & Thomeon & Thumeon,detracta à fron-

te i vocali, ſempérque per ω mega ſcribi, author eſt Hermolaus in cap.9.lib.4.Plinij. Gordiucome per ω, vicus Gordij patris Midæ. Peribomius in ſecunda ſatyra Iuuenalis.verius ergo,& magis ingenue Peribomius,&c.à βωμὸς,id eſt ara,vt vult Georgius Valla: alij Peribonius,&c. Salome per ω mega,teſte Bebelio.Male ergo corripitur à neotericis:vt ab illo alioqui doctiſſimo qui dixit,

Poſt veniunt Salome pignora nata patri.

O ante n

O ante n producitur,

vt Hieronymus,contractis duabus breuibus in vnam longam,vt fit in Monychus.ſiquidẽ interpretatur ſacrum nomen. Polit.Tertius Aonijs ſatur ille Hieronymus vndis. Cõcionor: quia fit à Concio concionis,nomine. Perſona: licet perſono verbum corripiatur.

Obſonium
Obſonor
Antiphona

Obſoniũ,& proinde verbum obſono vel obſonor,cõtra Sulpitium pluréſque.Horat.2.ſaty.lib.1,Omnia cõductis coemens obſonia nũmis.ſic Iuuenalis,Martialis,&c. Antiphona,contra indoctos:quod patet ex ſimiliter compoſitis Euphonia,ſymphonia:quia φωνὴ, id eſt vox,ſcribitur Græcè per ω mega.Horat.in Arte poetica,Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Eſt autem antiphona,vox reciproca duobus choris alternatim canentibus.Ergo vt rectè notauit vir doctiſſimus Antonius Nebriſſenſis,non doctè ſatis Sidonius corripuit (Phonaſcus) dicens in morte Claudiani lib.4.epiſt.Pſalmorum hic moderator & phonaſcus. Phaleucius eſt.

Phonaſcus
Trigonus
Tetragonus

Phonaſcus autẽ is dicitur qui pronũtiationis eſt magiſter & vocis moderator. à φωνέω, id eſt loquor. Trigonus,Tetragonus,Agonus,& quicquid eſt à γωνία, id eſt angulus: nã Græce per ω mega ſcribuntur. Marcus Manilius lib.2,Eſt quæcunque tamen dicuntur ſigna trigona. ſic alibi ſæpe. Ideo non imitabor Auſonium Gallum à Latinis interim deficientem,vt in his libris maniſeſtè declaro.Vt quũ de numero ternario dicit,Per trinas ſpecies trigonorũ linea currit.nec ſequar Capellam in 2.lib.dicentẽ,Trigonus recuruet,circulúſque torqueat. Eſt iambicus trimeter. Iuuen.Antoni gladios,&c. Apocope eſt.Inepte autem Petrarcha in 3.epiſt.lib.Antonius Marcúſque pium,&c.

Hipponax
Ex obliquis correptis deriuatiua

Hipponax,poetæ nomẽ: vnde carmen Hipponactiũ dicitur. Rufinus,Vtitur Hipponax hoc metro ſæpius author. Notentur obliqui: nam alij producuntur, alij corripiuntur. Producuntur quidem Croton crotonis,Trigon trigonis, & cætera in cremẽtis declarata.Mart.lib.4,Seu lentũ ceroma teris trepidúmve trigona. Variãtur Orion,AEgæónque antè enucleata. Corripiũtur verò plurima, vt dixi,veluti Theuton theutonis,vnde Theutonici.Calepinus principium aſpirat. Biſton biſtonis,vnde Biſtonia:& adiectiuum Biſtonius,biſtonia,biſtonium. Agmon agmonis,vnde Agmonides patronymicum, & viri nomen apud Ouidium in quarto Faſt. Cicon ciconis, Thraciæ populus. Mygdon mygdonis,cum y Græco,vnde Mygdonia regio. Macedon macedonis,vnde Macedonia regio.

Auſon auſonis,vnde Auſonio & Auſonius proprium & appellatiuum. Chelidon chelidonis,vnde Chelidonia. Paphagon paphagonis,vnde Paphagonia. Thelegon thelegonis. Mæon męonis, vnde Mæonia. Pæõ pæonis,vnde Pæonia,regio & herba. AEmon vel Hæmõ,vnde Hæmonia,vel AEmonia rectius ſine aſpiratione. Aragõ aragonis,vnde Aragonia. Lingon lingonis,vnde Lingonia,Lingonicus. Talia ſunt innumera,non regula ſed authoritate noſcenda. Pepon peponis,etiam corripitur à Philelpho in tertia nonæ,Spiritus ac crepitus peponum ficóſque recentes.

EXCEPTIO.

Phonos in compoſitis
Tiſiphone
Nebrophonos

Corripiuntur à phone vel phonos,quando ſignificat cędem:vt Tiſiphone,vna furiarum ab vltione mortis dicta:nam τίσις,eſt vltio vel pœna.Ouid.4.Metam.Tiſiphone canos(vt erat turbata)capillos Mouit. Nebrophonos,canis nomẽ, interpretatur ceruorũ occiſor.Nebris,ceruus eſt.vide AE ante l, Lælaps. Perſephone,id eſt Proſerpina,&c.

γόνυ in compoſitis
Aponius
Autonoe
Aphronitrũ

Corripe quoque compoſita à γόνυ, id eſt genu vel genus,& filius vel fœtus:vt Chryſogonus,aureus filius. Antigonus, aduerſus & contrarius filius. Sic Antigone,Erigone,Calligone,&c.Iuuen.ſaty.6,Sunt quæ Chryſogonum cantare vetent. Viri nomen eſt. Aponius, Venetiæ vicus iuxta Patauium, Liuij patria. Mart.lib.1,Cenſetur Apona Liuio ſuo tellus.Scazon eſt. Adiectiuũ eſt Aponus,apona,aponũ. Lucan.lib.7,Colle ſedens Aponus terris,vbi fumifer exit. Argonauta in Martiale. Autonoe autonoes ,Cadmi filia.Ouid.3.Metam.

Saucius ille tamen,fer opem matertera dixit

Autonoe. Aphronitrum per regulam generalem de o in compoſitis,vt Pædonomus,Sardonyx:licet hîc breues duæ in vnam coeant. Chironomos & plura.Martialis in Apop.Spuma vocor,nitrum dicor & aphronitrum. Abrotonum per o micron, vt Andronitis.

Apollonius

Apollonius, Rhetoris nomen apud Martialem libro quinto,Ante ſalutabat rhetor Apollonius, ita habent libri quos vidi: licet cum Calderino Neſtor Apollodorus legat, quod mihi non ſit veriſimile: quia hoc nomen à Martiale producitur lib.1,Apollodoro plaudit imbrifer Nilus.Scazõ eſt.quare inepte dixit Macer,Dicit Apollodorus, ꝙ pellere poſſet abortũ.Itaque apud Martialẽ diuerſi ſunt rhetores Apollodorus & Apollonius. Apollodorum rhetorem vel poetam Martialis laudat,Apolloniũ deridet,&c.Aliter dixit Baptiſta, Tu quoque cæleſtes imitãs Apolonia nymphas.

Atronius
Arſione
Aconitum

Atronius,viri nomẽ,in 10.AEneid.vide E ante a,Nealces. Arſione,mulieris nomẽ,apud Lucanũ lib.10. Aconitũ.vide I ante t. Axona apud Auſoniũ.

Alcyone

Alcyone ſine aſpiratione , teſte cum Merula Neſtore , etſi cum aſpiratione principij Tortellius ſcribi rectius putet: mulier eſt & auis, quæ etiam hæc Alcyon alcyonis dicitur, & alcedo. multa dicit

Neſtor. Ouid. 11. Metam. Incubat alcyone pendentibus æquore nidis. Idem, -Ceycis in ore Nulla niſi Alcyone eſt. Ballonoti vel Bellenoti, populi. Sidon. in 2. Panægy. Ballonotus, Rugus, Burgundio, Veſus, Alites. Sic apud Valeriũ Flaccũ lib. 6. Coctonũ: ſed pluraliter magis dicitur coctona coctonorum, & ſunt fici quidam. Martialis, Paruáque cum canis venerunt coctona prunis.

Ballonoti
Coctonum

Carãtonus in Auſon. Celoniũ & Cæronia, ſiliquæ ſpecies, per o micró. Chione, meretricis nomẽ, apud Martialem frequens. Dionyſius variatur. Duiona in Auſonio. Eurymone, mulieris nomẽ, cum y Græco 4. Metam. Epimone, figuræ nomen, teſte Calepino. Erichthonius, interpretatut lis terræ. ἔρις, lis eſt: χθὼν chthonos, cum ch & th aſpiratis in vna ſyllaba, terra dicitur. hinc Chthonius, viri nomen, apud Ouidiũ 12. Metam. qui in Metamorph. 2. ait, Pallas Erichthoniũ prolem ſine matre creatã Clauſerat actæo texta de vimine ciſta. Edonis vt Sidonis, in cremẽtis patet. Eionides in Ouidio. Geryones melius corripitur. Heſione, mulieris nomen 8. AEneid. Hermione, mulieris nomen. Martialis libro tertio, Dic mihi, quid ſimile eſt Thais & Hermione? Hermiona verò, vrbs in mari AEgæo, vt dicit Calderinus, ſine dubio producitur. Virg. in Ciri, Hinc ſinus, hinc ſtatio contrà patet Hermiona. Halcyone. vide Alcyone. Heledona, per o micron. Hippona. vide in 2. libro reguiam de (re) in cõpoſitis. Hiconus. Hylonome Hylonomes, proprium mulieris, apud Ouidiũ 12. Metam. Abſtulit Hylonome, &c. cum y Græco. Harmonia. vide I ante a. Harmonicus, commune & proprium. Ilioneus, viri nomen apud Virgiliũ frequens: vt Ilione, mulieris nomen. Iconium per o micron. Ionium, vide I ante o. Ionia variatur: à Manilio corripitur, ab alijs producitur. Leuconia à Leucon. Mandonius, viri nomen, cuius ſocius Cæſo fuit. Sillius libro tertio, Mandonius populis, domitorq; inſignis equorũ Imperitat Cæſo. Meriones. vide E ante r. Mycone mycones, vel Myconos myconi, cum y Græco, vna Cycladum. vide I ante p, Seriphos. Matrona, fluuij nomen. vide E ante q, Sequana. pro muliere maritata notum eſt produci. Mammona, Mammonis: vtrunque ponit Verulanus. Mazonomum in Horatio. Pleione, Atlantis vxor. vide I ante a, Pliades. Paretoniũ, oppidum & portus AEgypti. hinc Paretonius, a, um, id eſt AEgyptius. Sil. lib. 3, Quáſque Paretonio glomerarit littore turmas. Peletronium, oppidum. vnde Peletronius, commune & proprium. vide V ante p, Erygdupus. Proconeſus in Dionyſio: poteſt etiam poſitu produci. Pannonia, regio, forſitan à viri nomine Pãnon Pannonis. hinc Pãnonius, Pannonicus, Pãnonis Pãnonidis. Stath. 5. Syl. An iuga Pãnoniæ, mutatoréſque domorũ Sauromatas quaties? Idẽ primo Syluarũ, Pannoniúſque ferox. Phœmonoe. vide OE ante m. Santonus in Lucano. Typhona, dea in Prudentio. ¶O ante n producitur, vt compoſita ab onoma: quia per ω mega Græce ſcribuntur, licet onoma o breue obtineat. Simile eſſe oſtendimus in compoſitis ab obolos, vt anonymus, id eſt ignobilis & ſine nomine. Patronymicum. Hieronymus: quia, teſte Aldo, eſt meſomacrus pes ex pyrrichio & dactylo cõflatus. ideo non imitaberis Mantuanũ dicentem, Hieronymúſque capis. Homonyma, eiuſdẽ nominis appellatio. Homonymũ, id eſt æquiuocũ. Synonymũ, &c. in his o micron in y vertitur, vt antonymia, eponymõ, &c. Author lexici Græci exarator eſt in dictione patronymicum. Trigonum puto ſolũ produci, quia per ω ſcribitur Græcis. Stoa aſſerit variari propter Auſoniũ, aut in hac re hallucinatũ, aut perparcè imitandũ. Concionator Sidonius duriuſcule per ſynæreſin tetraſyllabũ fecit. at Stoa durius o apud ipſum corripi, & ita variari, quod nequaquam imitaberis. Tritonia, id eſt Pallas, ſolum producitur. Ouid. Metam. 6, Præbuerat dictis Tritonia talibus aures. Male legit Tortellius in dictione Palladium, apud Lucanũ, Tritoniã cui fas ſoli vidiſſe maternam: vbi legitur Troianã. Volaterranus etiam legit Tritone, ſecunda breui in verſu: cui fidem nõ habeo. Aragonia Crinito producitur, Et occidet Aragoniæ clarum decus. Iambicus trimeter. Circa exceptionem Leuconotus, id eſt albus notus, hoc eſt auſter qui paucas creat nebulas, vt dicit Strabo lib. 1. corripitur per regulã generalem, vt argonauta apud Martialem in 4. Sic argonauis, niſi ſit appoſitio. Apollonius ſcribitur per ω Bebelio, licet Martiali corripiatur. Andronitis, per o micron, locus vbi viri cõuerſantur. Philoponus, per o micron: ſic quicquid eſt à ponos, id eſt labor. Axona, fluuij nomen. Auſon. Non tibi ſic Liger anteferet, non Axona præceps. Abrotonũ non abrotanum, herbæ nomen. Eſt etiam mulieris nomen: &, vt multi credunt, Themiſtoclis mater, teſte Plutarcho.

Chione à chion, id eſt nix
Eurymone
Epimone
Erichthonius
Heſione
Hermione
Halcyone
Hippona
Hylonome
Harmonia
Ilioneus
Ilione
Ionium
Leuconia
Mandonius
Meriones
Mycone vel os
Matrona
Pleione
Paretonium
Pannonia

Coctana nõ coctona, teſte Mãcinello in Iuuenalẽ, rectè ſcribitur. Carantonus, fluuius. Auſon. in Moſella, Santonico profluus nõ ipſe Carãtonus æſtu. Celoniũ, vide E ante l. Ceronia, ſiliquæ ſpecies, per o micron. Hipponoe, maris nympha, corripiť Pyladi in tertio. Glauconome, altera maris nympha: & Clytonius, vir, corripiũtur ibidẽ. Dionyſius à Græcis variať, viri nomẽ & Bacchi, qui etiã Dionyſos dicitur, aut per o micrõ, aut per ω mega, atticè o in ω cõuerſo. Sil. lib. 3, Ac Nebriſſa Dionyſæis cõſcia Thyrſis. Diuona, fons. Auſon. Diuona cultarũ lingua fons addite diuis. Luponudus corripiť ab Auſonio. Ionius, Ionia variãtur Bebelio. Sardonius, a, um. Dionyſij interpres, Intra Sardoniũ pelagus. Sardonia, regio, ibidẽ corripitur. Sardonius, lapillus, etiã corripitur à Prudẽtio in Pſycho. Hermione, oppidũ apud Plinium: pro quo mendoſe Harmione legitur, ſemper corripitur, & in Græco, ἑρμιόνην τ᾽ ἀσίνην τε, finis hexametri, Hermionémque aſinémque. Et interpres Strabonis lib. 8, Hermionem aſinénque ſimul, &c. Et in eodẽ, Quíque Argos tenuere Tirynthénq; Hermionémque. vbi videtur interpres corripuiſſe primã in Tirynthen, niſi legatur, Qui coluere Argos Tirynthen, &c.

Eion vrbs Strymoni fluuio adiacens : vtriuſque obliquos corripit Leonardus Iuſtinianus in Cimone Plutarchi, Magnanimi virtute viri, qui Strymonis olim
Ante fluenta genus Medorum intra Eionis arcem
Confecere fame. Ouidius tamen Metam. 7. adiectiuum producit, Proles Eionia ſyluis. Et tamen idem in eodem, E quibus Eiotides, &c. Helodona, per o micron: & Iconium, vrbs Phrygiæ, per o micron.

Ordonius, vir, corripitur à Mantuano. Othrioneus etiã corripitur. Vide Cabeſus. Proconeſus in Periegeſi. Poſſet, vt dixi, Procõneſus ſcribi nn duplici. Geryones melius corripitur. Et Lucretio aliter legitur quàm à Neſtore & Stoa. Santonus populus Aquitaniæ. Lucan. lib. 1, Gaudétque amoto Santonus hoſte. Mazonomus, vas eſcariũ. Horat. ſaty. viti. Mazonomo pueri magno diſcepta ferẽtes Membra gruis. Belono vel belona, piſcis, quem Latini acum vel aciculam vocant, corripitur. Pioniæ, vrbs Myſiæ, à Pione Herculis nepote per o micron corripitur. Vettonia corripitur Prudentio: & Typhone, dea. Pleonaſmos etiam per o. Moſſonaba, oppidum, corripitur à Mantuano: & Leonora, mulier, ab eodem. Thelyphonum, quia ſcribitur per o micron, etiam corripitur.

O ante p corripitur,

O ante p

vt Aropos, Parcæ nomen. Iope, puellæ nomen. At Ioppe, portus & vrbs, poſitu producitur, teſte Tortellio.

EXCEPTIO.

Antropos — Anthropos, id eſt homo: Græce per ω mega in ſecũda ſyllaba ſcribitur. hinc vtimur anthropophagi, cum th aſpirato, in ſecunda ſyllaba: homines ſunt humana carne victitantes. Apanthropos, inhumanus. Apanthropia, inhumanitas. Antropophormitæ, hæretici qui deũ in ſua eſſentia membra habere putant: vnde Anthropophormitica, hæreſis. Miſanthropus, hominum oſor: qui hominum cõgreſſionẽ fugit. Miſos, odiũ eſt. Miſogyneia, mulierũ odium. Aſopus, aſopiũ. vide A ante s, AEſopus. Horatius, Filius AEſopi. Aloperea in Periegeſi. Aulopus & Enopus in Lippio. Cleophas, viri Apoſtolici nomẽ: quia, teſte Goudano Græce per ω mega ſcribitur. Canopus, aſtrum & AEgypti vrbs: vnde Canopita. Propertius lib. 3, Scilicet inceſti meretrix regina Canopi

Cleophas — Canopus

Vna Philippæo ſanguine aduſta nota. Capella lib. 8. contra veterũ authoritatem ſolus auſus eſt corripere: minime in hoc & in pluſculis imitandus dicens, Ignoto Canopos ſeſe infert fulgidus aſtro. Nec poteſt accentus Græcus iuuare: ratione cuius Sulpitius cum nonnullis alijs inepte credit ſyllabam natura breuem poſſe interdum produci: vt in Virgilio, &c. an audebunt Epiros corripere? audebunt opinor : ſed rem ſine veterum authoritate edunt : ideo eiuſmodi grammaticis minime credo.

Conopæum — Conopæum à conops, vt in crementis dictum eſt. ſed hoc addẽdum eſt, Conopium, pœnultima breui, etiam dici, vt Dædalæum & Dædalium. Propertius lib. 3, Fœdáque Tarpeio conopia tradere ſaxo. Hic Beroaldus ait, Conopæum, genus retis ſiue tentorij ad culices arcendos, quibus plurimũ vtuntur AEgyptij. Aliqui libri male habent Canopæa. Canopus autem, Menelai claſſis gubernator, ſimiliter producitur, quia inde prius dictum volunt.

Crotopus — Crotopus, Argiuorum rex. Papin. Thebaid. 1, Perquirens noſtri tecta haud opulenta Crotopi. Creopilus & Cedropa per ω mega, vt Creophagi, Creopola.

Europa — Europa, mulier & terræ pars, vide A ante e, Paſiphae.

Epopeus — Epopeus, nauta in Delphinum verſus à Baccho. Ouid. 3. Metam. Animorum hortator Epopeus. Glaucopis in Capella. ſic Leucopis, &c.

Hyſopus — Hyſopus vel hyſopum, vide in primis. Hydropiſis, hydropicus, vide crementa, Hydrops hydropis.

Inopus — Inopus, fluuij nomen. Valerius Flaccus lib. 2, -ac fugit omne
Crobiali latus: & fatis tibi Tiphy negatum Parthenium, ante alios Triuiæ qui creditur amnis
Fidus, & Inopi materna gratior vnda. vbi mendoſe legitur Inopiæ, teſte Hermolao, in primum caput ſexti libri Plinij de naturali hiſtoria.

Iopas — Iopas, citharœdi nomen. Virgilius primo AEneid.
-cithara crinit⁹ Iopas Perſonat aurata. ſcribitur vnico p, teſte Tortellio.

Leucopetra — Leucopetra. Priſc. in Periegeſi, Ad Leucopetram longiſſima rura tenẽtes. loci nomen, interpretatur alba petra. Lycopeus in Theocrito.

Metopon — Metopon, rupis nomen, interpretatur frons. Idem in eodem, Pro merito Graij Criu dixere Metopon. Oropus, vir & vrbs per ω mega, vt Oropion. Rhodopis, nymphæ nomen, teſte Bebelio. At Rhodope, montis nomen corripitur.

Proſopos — Proſopos, id eſt perſona. Proſopopœia, perſonæ fictio. Mart. lib. 6, Comœdi tres ſunt, ſed amat tua Paula Luperce
Quattuor, & copbõ Paula proſopon amat. Id eſt occultã perſonam multa dicit Merula.

Pyropus — Pyropus, lapis. Ouid. lib. 2. Metam. Clara micante auro, flãmáſque imitante pyropo. Rhodopis, meretricis nomen, teſte Bebelio.

Sinope — Sinopis — Sinope ſinopes, cũ i noſtro, vrbs Cappadociæ. hinc Sinopis ſinopidis, terra quædam rubea: & ſinopica, rubrica apud Vitruuium lib. 7. Hieronymus in Ieremia, Facit laquearia cedrina, pingitque Sinopide. Interpretes quid ſit non explicant, vt in annotationibus docuit Beroaldus. Val. Flac. lib. 5, Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope Nympha prius.

Sinopeus — Sinopeus, viri nomen. Ouid. in 1. de Ponto, Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus:
Legit enim ſedes Attica terra tuas.

Siope — Siope ſiopes, ſilentiũ: hinc Apoſiopeſis. Mãtuan. Ad Mariæ thalamos famulã miſere ſiopen. Siopelus, taciturnus.

Theophilus — Theophor⁹ — Theophilus, Theophila, Theophorus, naturaliter corripiũtur, vt Theodorus, &c. Aliquãdo tamẽ producũtur: quia h cõſonantis vim interim putatur obtinere. Mart. lib. 7, Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila Cani. vocatiuus eſt à Canius. Idem lib. 10,

Inter Splendophorū Theophorúmque. Phaleucius eſt. ¶O ante p corripitur, vt Merope: licet Stoa variari putet: quia apud Ouidium non Meropen, ſed Aeropen tetraſyllabum eſt legendum pro vxore Atrei in ſecundo Triſtium, Si non Aeropen frater ſceleratus amaſſet. Aldus tamen impreſſit Meropen: & Volaterranus Atrei vxorem Meropen vocat, haud rectè, vt opinor. licet etiam Sulpitianus in primum Lucani ſic vocet. At Pylades lib.5, Pliſtenio exorti Menelaus, & ipſe Agamemnon,

Quos Merope exortos matre fuiſſe volunt. Hos autē Atreus à Pliſtenio acceptos pro ſuis educauit: inde dicti Atridæ ſunt. vbi Meropen, prima breui, videtur Pliſtenij vxorem ponere. niſi per adulterium genuit. Fuit autem Merope vna Pleiadum. Ouid. Faſt. 4. Producito quicquid fit ex Græco ops opos, quod eſt vultus, viſus, oculus: vt Leucopis, id eſt alba & ſplendida oculis. Sic glaucopis, id eſt cæſios & glaucos oculos habens: Mineruæ cognomen. Noſtris autem veteribus, vt vult Gellius lib.2. cap.26. cæſia dicta eſt, quę à Græcis glaucopis dicitur: vt Nigidius ait de colore cæli, quaſi Cælia.

Gæolopus & quæcunque à Græco gæa, id eſt terra, deducũtur: in Lexico per ω mega ſcribũtur, & ita producuntur, vt gæopines, id eſt famelicus, &c. Creopola, lanius ſeu carnium venditor per ω: vt Creophagi, populi in 16. Strabonis. Alopecea per ω, herba à vulpe denominata, quæ Græce alopex dicitur per ω. Alopecis alopecidis, cauda vulpina. Eſt etiam alopecia, vulpinus morſus quoties in humano capite areas & glabreta capillus deciduus facit. Hermolaus in gloſſematis, Alopecia eſt tribus Athenis. Plutarch. in Themiſtocle. Chedropa per ω mega, legumina, vt faba, piſum, cicer, eruũ, &c.

Creopylus per ω, vide I ante l. Lycopeus per ω, vir & deus, producitur Theocrito. Almopia, regio: Almopes vel almopij, incolæ eius, ab Almope gigante per ω. Boopis. Lapus in Plutarchi Theſeo, AEthram, quam Pittheus genuit, Cymenémque Boopim. ex Homero eſt, quæ habet oculos bouillos, id eſt magnos & pulchros. Metopoſcopus ſecundã producit. vide in primis ſyllabis E ante t.

Sinope, vrbs Põti, Mithridatis regia ꝓduci dicitur. Rhodopis, tertiæ, nõ Rhodope rhodopes, media producta, ita vocatur ab Herodoto, Diodoro, Atheneo & AEliano. An hæc Pyramidem fecit, magna eſt hiſtoricorum diſſenſio, vt dicit Hermolaus in cap.12. lib.36. Plinij, vbi corrigitur Strabo. Hanc vxorem duxit Pſamniticus AEgypti rex. Cæcus Brugenſis corripuit Rhodopen, fortè quia ita legerat in Iuuenale ſaty.9. meretricis nomen corripi, quæ fuerat Romæ tempore Iuuenalis. Aſcopa ſcribitur per ω ab Hermolao in cap.14. lib.36. Plinij. vbi ait, Aſcopam Hieronymus pro culeo & vtre vſurpat, de Iudæa muliere diſſerens, quæ Holophernem interfecit, quandoquidem aſcopam Græci ἀσκοπυτίνην vocant. Itaque nos in Suetonij Nerone aſcopam videmus legi poſſe, licet aſcoperam quidã legant. Hæc & plura illic Hermolaus. Hypopia ſunt ſugillata, id eſt illa veſtigia quæ ex ſugillatione, hoc eſt percuſſione, aut ſimili cauſa ſub oculis maxime proueniũt. Nam & oſſa oculis ſubiecta vocant hypopia per ω, quia ab ops deducitur. Iulius Pollux hypopias dici tradit etiam lenticulas in corpore, quas alij phacos nominant. Hermolaus in gloſſematis. Conopia, vrbs in decimo Strabonis videtur, vt Conopeum produci. Conopion Hercules ab Oceis colebatur, quia eos à calcibus liberauit, vt dicit Strabo lib.13. Crotopus, vnde Crotopiades. Ouid. in Ibin, Quique Crotopiadē diripuere Linum. Europus, variarum vrbium nomen, per ω mega ſcribitur. Oropus, vir & vrbs: & Oropion, populus, etiam per ω mega ſcribunt. Olofernes, aut melius Holophernes corripitur. Solus tamen, quod ſciam, Fauſtus produxit, Non ſtat Holophernes, muliebri cæſus ab enſe. Sic & in Liuia. Sed Sidonius & Prudentius corripiunt rectè, vt holo in holocauſtum. Enopus & aulopus, piſcium nomina, Lippius producit lib.1. Phenopus, viri nomen, producitur à Nicolao Valla Iliad.5. Teuropides, viri nomen, producitur Plauto in Moſtellaria.

O ante q corripitur, O ante q

ſi inueniatur: producitur verò alioqui. Lucretius lib.3, Incolumis quanuis alioqui candidus orbis. ſic Alioqui
Horatius ſaty.4 lib.1, Siquis erat dignus deſcribi, quòd malus aut fur,
Quàm mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multa eum libertate notabant. Vtroque producitur, quia ablatiuus eſt: vel ex hoc aduerbiũ.

Præcoquus autem corripitur vt coquo. Martialis in Xenijs, Vilia maternis fueramus præcoqua ramis. ſic alloquor, vt loquor, &c.

O ante r corripitur, O ante r

vt Roboro roboras, promontorium. Ouidius 15. Metamorph. Inde legit Capreas, promontoriúmque Mineruæ.

EXCEPTIO.

Producuntur deriuatiua à longis, vt Maoranus, viri proprium, apud Sidonium. Adoreus, olorinus, & deriuatiua in orus, a, um: & orius, a, um: vt ſonorus, cõſiſtorium, apud Sidonium in laude Narbonis. prætorius, ſenatorius, qui à prætoris, ſenatoris, genitiuis fiunt. Producuntur compoſita à doron, id eſt palmus vel donũ contra indoctos, inter quos eſt Macer: veluti Apollodorus, Iſidorus, Caſſiodorus, Heliodorus: ideo male dicit Pantheon, Corpus Heliodori fodiunt, abeúntque latenter. vbi in genitiuo Heliodori ter peccat ineptiſſime. Iuuen. ſaty.6, Tonſoris damno tantũ rapit Heliodorus. ſic Eudora, Pandora, Metrodorus, Tetradoron, Pẽtadoron, &c. Iuuen. ſaty.7, Artē ſcindēs Theodori.

Doron
Apollodorus
Iſidorus
Caſſiodorus
Heliodorus

Claudianus,Nil iam Theodore relictum eſt.Sidon.in 3.Panæg.Tu Theodore venis,quoniam pietate propinque. Idem corripuit licenter Theodoride, in quo eum non imitabor: quia in multis à veteribus defecit. Auſonius in Epigram. Languenti Marco dixit Diodorus aruſpex

Diodorus

Ad vitam non plus ſex ſupereſſe dies. Virg.3.AEneid.Nam Polidorus ego.Martialis,Artemidorus amat,Calliodorus arat,&c.& cōpoſita à choros,id eſt locus, vt Anachorita, Enchorius,&c. Achoreus cum eu diphthongo poſt ch aſpiratum,viri nomen.Lucan.lib.8,Pellææ coiere domus,quos inter Achoreus. Anemoria,in I ante a. Anthores,per n conſonantē ante th aſpiratum, viri nomen. Virgilius AEneid.10,Herculis Anthorem comitem,qui miſſus ab Argis

Achoreus

Anthores

Hæſerat Euandro. Alorus, vrbs in 8. Volaterrani. Azorus vel Azorum, & Azoricum in eodem.

Aurora

Cytorus

Aurora,notum eſt.Ouidius,Eurus ad Auroram,&c. Adoria in Auſonio. Cytorus cum y Græco ſine aſpiratione, mons Aſiæ minoris, teſte Solino: non Macedoniæ Europeæ, vt contra Seruium docet Beroaldus.Eſt etiam Phryxi filius,vnde Cythorum oppidum,nomē accepit. Virgilius 2.Georg. Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum. Cneorus per ω mega. Crotiorus,viri nomē in quinto Valerij Flacci prima ſyllaba correpta. Pius legit Cytiſorus. Crepacorus in Baptiſta. Chryſoloras apud Philelphum in quinta primæ,correptis prima & ſecunda,non recte, ſi à Chryſos, id eſt aurum deriuetur. Cyborium cum y Græco in prima.Horat.lib.3.Carm. Ode 7,Cyboria exple, funde capacibus. Verſus eſt alcaicus dactylicus. Diores,viri nomen. Virgilius AEneid.5,Regius egregia Priami de ſtirpe Diores. Helorus,fluuius è Pachyno fluens inter ſaxa,ideo clamoſus dicitur.Sil.lib. 14,Clamoſus Helorus.Finis eſt hexametri.Helorus etiam vrbis nomen eſt,teſte Ptolemæo. Dioryx, Dioryche,Dioria,per ω mega. Lycoras,viri nomen. Calphur.ecloga 7, O piger ô duro iam durior axe Lycora.cū y Græco. Lycoris lycoridis,nomē mulieris cū y Græco in prima.Mart.lib.8, Ingeniū Galli pulchra Lycoris erat. Lycoreus cū y Græco & eu diphthongo.vnde Lycorides:accuſatiuus Lycorea,producitur apud Papinium in 8.Thebaid.Lycorias etiam cum y Græco in prima,genitiuo Lycoriadis,producitur apud Virgilium 4.Georg.Nymphæ nomen eſt. Lycorica, vrbs in 9.Strabonis.

Crotiorus

Chryſoloras

Cyborium

Diores

Lycoras

Lycoris

Lycoreus

Lycorias

Meteorus

Leonora in Baptiſta,& Limnoria in eodē. Meteorus,meteora,meteorū,id eſt ſublimis, ſuſpenſus, ſubleuatus: vnde Meteora meteororū,libri quidam Ariſtotelis,vbi de rebus in aere ſuſpenſis & accenſis agit. Meteorologus,qui de huiuſcemodi rebus tractat.ſcribitur per ω mega,teſte Calepino. Mātichoras,per ω mega. Oporinos.vide I ante m,Chimerinos. Pelorus,mons.vide A ante c, Pachynus. Pelorus,viri nomen,apud Sillium lib.16. Peloris peloridis,piſcis. Martialis lib.10, Et fatuam ſumma cœnare pelorida menſa. Riſamori,Celtiberiæ populi,vt ait Domitianus in hunc Phaleuciū Martialis lib.4,Tutelámque,choróſque Riſamorûm.Ergo ſyncopa eſt pro Riſamororum,niſi nominatiuus ſit Riſami. Sertorius,viri nomen. Lucan.lib.2,Quíque feros mouit Sertorius exul Iberos.

Oporinos

Pelorus

Peloris

Riſamori

Sertorius

Sycomorus

Sycomorus,cum y Græco,arbor,interpretatur ficus fatua. Sycos,cum y Græco,ficus eſt: moros,fatuus: vnde morio. ſycos autem primam producit: ergo etiam Sycomorus & ſycophanta. Martialis, Quadraginta ſecat qui dicit σῦκα μέριζε. id eſt ficos diuide. Trichora trichororū, ſunt ædificia tribus pinnis ſurgētia, teſte Domitio in primum Syluarum Papinij,vbi producitur. Theorema,theoreſis,&c.per ω mega. ¶O ante r corripitur,vt Promontorium apud Ouidium. Stoa ſine teſte dicit variari,ſed ei non credo. Petorritum,aut vnico r petoritum,producitur. Auſonius, Cornipedes rapiant impoſta petorrita mulæ. Maiorianus corripitur à Sidonio: ſed etiā Maioranus legitur o producto. Anachorita per ω, vt quicquid à choros,quod eſt locus: vt Enchorus,id eſt in loco genita, indigena,vt ait Ambroſius in quinto Hexameron. Dioryx diorychos,& Dioryche diorycheſ, per ω, id eſt foſſa & foſſio. Dioria etiā per ω,id eſt ſpatiū.hic per ω anagnoriſis,id eſt recognitio. Hermol. in cap.1.lib.4.Plinij. Dioryges,foſſæ manufactæ: quā voce vtitur Mela. Dioryctos, eſt terra abſciſſa à continente. Anemoria: videatur I ante a. Cneorus,frutex per ω. Adorea vel adoria. Auſonius,Octaua expulſo memoratur adoria tauro. Adorea & adoreola Ciceroni aliiſque pro gloria ſumitur: quia glorioſum(vt ait Feſtus)putabant eſſe qui farre abundabat,vel,vt Hermolaus inquit,qui farre à populo donatus eſſet. Ador,far eſt. Achoræ per ω,vlcera capitis manantia, vulgus imperitū tenia vocat. Hermolaus in gloſſematis. Galli.*tigne.* Aloris per ω, teſte Volaterrano lib.8.vrbis nomen,vnde Alorites. Cytiſorus,Phryxi filius. Val.Flac.lib.5, -quos aduena Phryxus

Trichora

Progenuit,paritérque leui Cytiſorus in haſta. Ita legendum eſt,ait Pius, nō Crotiorus aut Cotiorus, Id probat Pius ex Apollonio in annotationibus poſterioribus cap. 141. At Hermolaus in cap.4. lib. 6. Plinij apud Flaccum Cotyorus in haſta legit ex Stephano & Euſtathio. Idem in primum Melæ, vbi Pomponius ait à Cythiſoro,filio Phryxi,poſita cythoros,colligit ex Pauſania,Stephano,pluribúſque filium Phryxi non Cytiſorum,ſed Cythorum dici. Itaque de vocabulo eſt magna controuerſia. Herodoto libro ſeptimo, Cytiſorus ſcribitur. Crepacorus, mons: & Leonora, mulier producuntur à Mātuano. Caligorus,vrbs Hiſpaniæ. Auſonius,Bylbilis,aut hærens ſcopulis Caligoris habebit. In Paulino reperitur Calagorris,cum prima vocali ante g & rr geminato. Multi Calagurrus dicunt,vt in Prudentio,Calagurritanus Paulinus Bylbilis. Hic tātum Calagorus ilerda notatur. Zedorum producitur Mātuano. vide E ante d.. Lycoria per ω,vrbs in 9.Strabonis. Limnoria, nympha marina etiā pœnultima longa apud Nicolaū Vallā Iliad.18.Mantuanus autē,Cymodoce Thoa, Cymothoe,

Limnoria Proto. vbi pœnultima corripitur, ſed ſecunda producitur: vt Ora, id eſt cura per ω. Limne autem, eſt lacus, quaſi lacuum cura. Mãtichoras, per ω. Trihoria, vt hora. Auſonius, Nec duraturus poſt trina trihoria menſis. Theoro, & inde nota Theorema, id eſt ſpeculatio. Theoreſis, id eſt contemplatio. Theoria, idem. Theoreticus, id eſt contemplatiuus, omnia per ω mega.

O ante ſ producitur,

O ante ſ

vt Metamorphoſis: quia, teſte Nebriſſenſi, per ω mega ſcribitur, vt antiptoſis, teſte Mãcinello. Ioſeph, apud Iuuencum, à Riga male correptum.

EXCEPTIO.

Ambroſia
Ambroſius

Ambroſia & Ambroſius interpretatur immortalitas vel immortalis, quod dei proprium eſt: ab a, id eſt ſine: brotos, mortalis: m euphoniæ cauſa interponitur. Mart. Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit. Iuuen. ſaty. 6, Accipis vxorem de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater Ambroſiúſve Choraules. ſic apud Valerium Flaccum lib. iij. Amboſius, viri nomen aut cognomen apud Fauſtum. Cynoſura ſ in ſecunda ſyllaba ſeruat cum y Græco. interpretatur canis cauda. Cynos, canis eſt: vra, cauda. Eſt autem vrſa minor. Lucan. lib. 8, Arctophylax propiórq; mari Cynoſura feretur. Eboſita, vide E ante b. Eleemoſyna. Ennoſigæus, Neptunus: quia terram concutit. Enno, id eſt quatio: gæa, eſt terra. Iuuen. ſaty. 10, Ipſum cõpedibus qui vinxerat Ennoſigæũ. Genoſus, Epiri fluuius. Lucan. lib. 5, Aut Genoſum nunc ſole niues, nunc imbre ſolutę Præcipitant. Leucoſia, inſulæ nomen, corripitur à Sillio lib. 8. Ouid. 15. Metam. Leucoſiámque petit.

Amboſius — Cynoſura — Ennoſigæus — Genoſus — Leucoſia

Mnemoſyne. vide E ante m, vt mnemoſynon. Meloboſis in Pylade. Pandroſos, puellæ nomen, ſecundæ declinationis, apud Ouidiũ in 2. Metam. Pandroſos atque Herſe, &c. Petoſiris, vide I ante r. Pandoſia, in 6. Strabonis. Sympoſium: vide O ante t, Sympotes. Sophroſyne & Euphroſyne: quia Græce per o micron ſcribuntur. Syracoſius: vide A ante c. Theodoſius, Mantuanus quodam in loco produxit. Claudianus corripit, duabus primis ſyllabis per ſynæreſin in vnam longam contractis: vt lib. 1. in Rufinum, -quas cælo Iuppiter arcet
Theodoſius terris: en aurea naſcitur ætas. ſic idem alibi ſemper. Sic quoque Sidonius in ſecundo Panægyrico, Ex quo Theodoſius communia iura fugato
Reddidit authoris fratri. Claudianum præferas Baptiſtæ. Theodoſia, vrbs in 7. Strabonis. ¶O ante ſ producitur, vt Anacephaleoſis per ω, id eſt, vt ſic dicam, recapitulatio. Ioſeph & Ioſephus per ω, teſte Bebelio, ſed quidam Chriſtianorum Ioſeph & IESVS diſſyllaba fecere, priore longa. Iuuencus, Ioſeph vrgetur monitis Mariam puerúmque. Arator, Cõſtituere duos Ioſeph cognomine Iuſtum. Vbi Ioſeph diſſyllabum eſt. Holoſericum corripitur à Mantuano recte, quia o fere corripitur Græcis, vt nobis in priore parte dictionis componentis. ſic Leucoſyri, cæloſyri, &c. Teutoſagus corripitur ab Auſonio, populi nomen. Meleboſis, nympha, à Pylade lib. 3. Nemoſa aut Nemoſe, fluuiolus. Auſonius in Moſel. Nam & Pronee Nemoſéque adiuta meatu. Sic legit Stoa. In meo libro eſt Nemeſéque per e. Enoſigæus vnico n & vnico ſ. Vide E ante n. Mnioſius, teſte Stoa. Catullus, Mnioſiũ linquens. Impreſſio Aldina habet, Nereidum linquens claris celebranda choreis
Monacrias. Apud Hermolaum in cap. 8. lib. 4. ſic legitur, Mnemoſynẽ linquens diris celebrãda choreis. Et ipſe Hermolaus legendum credit, Meſſæin linquens, aut Meſſonin linquens. Eſt autem Meſſonis, lacus in Theſſalia ab vrbe Meſſone: & Meſſæis, in Theſſalia fons. Phregoſius, viri nomen corripitur à Baptiſta Mantuano. Pandoſia, vrbs Brutiæ, vbi Moloſſorum rex Alexander trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, Acherõtem & Pandoſiam cauere iubente, cum ſimilis appellationis loca in Theſprotio mõſtrentur agro. Triuertex autem eſt propugnaculum quem Acheron amnis præterfluit. Aliud inſuper eum fraudauit oraculum: Pandoſia perdes populum quandoque triuertex. Credidit enim hoſtium, non ſuorum cladem prædici. Hæc ex libro Strabonis 6. Simili legitur oraculo Pyrrhus deceptus: ſed cum oraculum ſit Græcis verbis vtrique prolatum, oportet vt Græcis ſit verbum reſpondens noſtro, quod eſt perdo, duo ſignificans, amitto & perimo, aut res ſit fictitia. Leucoſia, Sirenum vna, corripitur à Pylade in tertio, & recte, vt opinor.

Pandroſos — Petoſiris — Sympoſium — Sophroſyne — Theodoſius

O ante t producitur,

O ante t

vt Aptoton, diptoton, monoptoton, homœoptoton, &c. à ptoſis, id eſt caſus, contra Verulanum: quia ſcribuntur Græce per ω mega, teſte doctiſſimo viro Antonio Mancinello, cui mecum aſtipulantur doctiſſimi grammatici, Calepinus, Badiúſque. Deltoton in Manilio contra quẽdam. Lithoſtrotos, vel Lithoſtroton cũ i Latino in prima ſyllaba, & th aſpirato in ſecunda ſyllaba: à lithos, id eſt lapis: & ſtrotos ſine aſpiratione vlla, id eſt ſtratus per ω mega, teſte Neſtore. dicitur pauimentum lapideum: nec fit ex Græco lithós, & Latino ſtratum, contra Tortellium: nec dicitur lycoſtratos, vt inepti legunt in Euangelio: quia hoc ſi vſquam reperiretur, ſignificaret luporum exercitum: nam lycos per y Græcum, lupus eſt: ſtratos, exercitus. Scriptura itaque recta eſt, Et ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lithoſtrotos. contra Vgutionem, Mamotrectum, &c. Varro, Citrum, aurum, minium, emblema, aut lithoſtroton aſpiciebatur.

Aptoton & cætera — Lithoſtrotos

EXCEPTIO.

Herodotus, Antidotum, Sympotes, Archipotes &c.

Corripe compoſita à Dotos,id eſt datus, vt Herodotus, Eudotus, Zenodotus: quæ ſunt virorum propria. Antidotum,contra venena medicamentum. Auſonius in Epigram. Antidotum ſumet, qui ſociata bibet. Sidon.in laude Narbonis,Torrens Herodotus,tonans Homerus. Phaleucius eſt. Teudotus, apud Ouidium in Ibide. ſic Theodotus. Corripe à Græco Potes, id eſt potor, vt Sympotes, cõpotor,œnopotes,hydropotes,Archipotes,& quicquid eſt tale aliud. Mart.lib.1,Μισῶ μνάμονα συμπόταν Procille. Phaleucius eſt, id eſt Odi memorem compotorem ô Procille. ſic ſimilis deriuationis nomina habentia o ante ſ,vt ſymposium conuiuium. Sympoſiarcha,princeps vel dominus conuiuij. Archipoſia,idem. Sympoſiaſtes, conuiuator. Notentur per regulã generalem de O in compoſitis nota, veluti Prototomus, Leucothoe,Zelotypus,Dorotheus,Timotheus, Tymothoe, Idothoe,Hippothous.

Acrota, Abrotanum

Acrota,viri nomen. Ouidius 14. Metamor. -de quo Remuluſque,feróxque Acrota ſunt geniti. Abrotanum,herba. Lucan.lib.9, Abrotanum & longe naſcentis cornua cerui.

Deiotarius

Ballonoti. vide O ante n. Coprotinus,id eſt ſtercorarius, teſte Goudano. Deiotarus. vide Racipalis,A ante c. Euronotus,quia fit à notus,vt Oſtrogothus & veſogothus à Gothus. Golgotha,apud diuum Cyprianum in carmine de cruce. Hippodates,in Ouidio. Meſopotamia per o micron.

Onocrotalus

Onocrotalus,auis quædam. Mart.lib.11,Turpe Rauennatis guttur onocrotali. Odotheus in Claudiano. Sibotes,viri nomen. Valerius Flaccus lib.6,Suſtulit & gladio Sibotes ferit vltima teli.

¶O ante t producitur,vt Monoptoton,contra Stoam,quia per ω ſcribitur,vt Ptoſis. Exoticus etiam per ω. Zelotes ſimiliter. Sed Georgius Valla credit Zelotes,viri proprium,per ſiſtolen corripi à Iuuenale,Armenius Zelotes: Sed legẽdum eſt Zalates. OEnotrus & OEnotra,per ω,teſte Stoa,affirmante apud Virgilium,OEnotrij coluere viri,&c. duo ij in vnum contracta. Id ſi verum eſt,ego cum pluribus erraui, necnon & Beroaldus in fabula Tancredi, Lucaníque petunt,OEnotriíque proci. Sillius OEnotris pro OEnotrijs manifeſte vſurpauit. Et οινωτι in caſtigationibus Hermolai ex Strabone ſcribitur, quibus videtur Stoam recte cenſuiſſe. Apotheca corripitur per regulam compoſitorum, vt Laothoe, Hypotheus, Cymothoe, Timotheus, in quo nomine errauit Beroaldus, dicens, Et Timothei docta Liníque chelis. Sic forte Cacothetes & Pinothetes. Et Argyrotoxus Apollinaris cognomen,teſte Macro,apud Homerũ:quia argenteum arcum habet. Idotee corripitur à Dionyſij interprete,& Idotea in tertio Pyladis. Alexothoe,nympha,corripitur 11. Metamorph. & Alcotheus,vir,Vallæ Iliad.13. Laothoe,mulieris nomen ab interprete Strabonis lib.13. Ex Homero per regulam compoſitionis,à Lao. Sic Hippothous,viri nomen,& Hippotion. OEnotera,ab oinos,per o micron,& theta per κ, eſt herba cuius radix data vino mitiores hilarioréſque reddit. Authore Theophraſto in nono de hiſto.plant. Abrotonum,vt dixi,herba,& in 12. Strabonis,vrbs,vtrobique per o micron. Melambroti etiã per o micron,id eſt nigri homines. Melas enim niger:& brotos,homo. Hippotion,viri nomen,corripitur,vt dixi. vide I ante o. Odotheus,Claudius in quarto conſula.hon. Dux Odotheus erat. Meſopotamia corripitur, & quicquid eſt à potamos, quod eſt fluuius, veluti Hippopotamus.

Meſopotamia etiã,regio dicta eſt,quòd iacet inter duos fluuios Tigrim & Euphratem,authore Strabone lib.16, Sic parapotamia. Metriotes,id eſt temperãtia,moderatio & mediocritas, corripitur per o micrõ. Hippotades,AEolus Hippotæ Troiani nepos Iouis ex Aceſta Hippotæ nata filius,corripitur cõtra primitiui naturã. Ouidius in quarto de Ponto,Excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos,

Curuet vt impulſos vtilis aura ſinus. Et in quarto Metamorph. Clauſerat Hippotades æterno carcere ventos. At in 8. Metamor. Hippotháſque, Driáſque, & cretus Amyntore Phœnix. Leuconotus corripitur:vt Notus etiam ſecundam,per dictam regulã. Pſilothium per o micron ſcriptum inuenio, & th.éſtque vnguentum depilatorium:à Pſyloo,id eſt nudo. Lycotontes,à Nicolao Valla corripitur Iliad.4. Crocotium videtur in Sticho corripi. Pyrotus & apyrotus,vermiculi per o micron. Panoteus, vir quidam,cuius filia nomine AEgle vel AEgla in cauſa fuit cur Ariadnam reliquerat Theſeus. Id enim fecit Theſeus AEgles vnius è comitibus Ariadnes captus amore,vt opinantur nonnulli,teſte Plutarcho in Theſeo, vbi eſt hic Piſiſtrati ex Heſiodo verſus,Hunc inſanus amor domuit Panotidos AEglæ. Hęc autẽ fere omnia puto hic fruſtra dicta,quia poſtea dicitur ibidem,AEgle,Panopei filia,&c.

O ante u raro inuenio, præterquam in proprijs apud Chriſtianos tantum inuentis, vt Ludouicus, Genoueſa: quæ pœnultimam ſolum producunt. Clodoueus in epigrammate quodam in hiſtoria Francorum, quam Guaguinus compoſuit, vltimam ſolum corripit. Controuerſia variati Stoa voluit: Sidonius corripit.

V ante b

V ANTE CONSONANTEIS IN MEDIIS.

V ANTE b corripitur,vt lugubris. Horatius libro 2. Carm. Ode 1,Qui gurges,aut quæ flumina lugubris,alcaicus dactylicus eſt. Delubrum,vt quidam volunt:ſed Aldus vult tãtum produci, quod tutius eſt,donec correptio inueniatur.

EXCEPTIO.

Ambubaiæ, Anubis

Ambubaiæ,tibicinæ lingua Syrorũ. Alij dici volunt ab am,id eſt circum,quaſi circum Baias locum amœniſſimum verſari ſolitæ. Horat.ſat.2,Ambubaiarũ collegia pharmacopolæ. Anubis huius anubis,vel anubidis,interpretatur canis:fuit AEgyptiorum deus:&(vt volunt) Mercurij cognomen. Ne-

que à nubes dicitur,vt ſopniat Vgutio. Virgilius,Omnigenûmque deûm monſtra & latrator anubis.
Inſuber,teſte Bebelio,Badióque,amnis eſt. Connubium variatur,vt dictũ eſt. Corruba in Colu- Inſuber
mella. Saluber,contra ineptos.Alexãder,Syluester,celeber,acérque,celérq́;,ſaluber.Ouidius in ſecũdo Saluber
libro de arte Amandi, Vt faueas coeptis Phœbe ſaluber ades. Solubilis & volubilis etiã producuntur
per regulã quam poſuimus in medijs in I ante b. Ouidius, Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat.
¶V ante b corripitur,vt Lugubris. Horatius etiam lib.1.Carm. Tam chari capitis præcipe lugubres.
Aſclepiadæum metrum. Delubrum corripitur à Crinito in ſecundo poematum,
Sacris receptus delubris
Apollo nunc ſpirat deus.Iambici dimetri duo. De huius nominis etymologia ſic loquitur Aſconius,
Delubra multarum ædium ſub vno tecto à diluuio plurimarum munitarum. Alij delubra dicunt ea
templa, in quibus ſunt delubra corporum abluendorũ more Dodonei Iouis aut Apollinis Delphici:
in quorum delubris lebetes tripodéſque viſuntur.Sunt etiam qui delubra ligna dolibrata, id eſt decor
ticata pro ſimulacris deorum,more veterum,poſita exiſtimant,ſed male.Hæc ille.Si ergo delubra,qua-
ſi delabra dicũtur, poſſunt vt labrum corripi. Inſubres corripit etiam Crinitus in primo poematum,
Ne quicquam inertes aduocat Inſubres. Alcaicum eſt.Populi eſt nomen. Ipſa regio dicitur Inſubria.
Mantuanus etiam corripit,Inſubriũ ductor regũ infortuma fleuit. Exhubero,vbi habet b,tãtum pro-
ducitur:vbi corripitur,ſcribendum eſt exupero.Virgilius AEneid.7,Fumidus atque alte ſpumis exhu-
berat amnis.Claudian.Scopulis exhuberat imber.Perſius autem,Exuperat grauis halitus. Et Silius in
1,Is aut exuperans aſtu, ſed deuius æqui. Cherubim,quod Prudentius corripuit, eſt producendum,
teſte Bebelio,quia diphthongon ου Græce habet,ſic χερουβίμ.

V ante c producitur, V ante c

vt Pannucius,ſambucus,& ſabucus.Nam Serenus ait,Conueniet teneræ radix decocta ſabuci. Patu
cius,id eſt Ianus,à patẽdo, apud Ouidium in 1.Faſt. Manduco apud Lucillium,vt recitat Marcellus.

EXCEPTIO.

Volucer volucris tam fixum quàm mobile,& apud Philelphum,viri nomen,Petrucius.Sed Marul- Volucris
lus producit:& credo per t Petrutius citius ſcribi. Enucleo,bardocucullus,educare corripimus, quia
è breuibus ſunt. ¶V ante c producitur,vt Sambuca.Perſius, Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stoa in ambiguis locat:quia,vt aſſerit,Gildas optimus poeta tẽporibus Claudiani ait epigrã.5, Et dixti
ſabuca tu ruis ex Venere.Vbi etiam m ſuſtulit,vt Serenus Sãmonicus in(ſabuces)media ſimiliter corre
pta,teſte etiã Bebelio.Mallem tamen Perſium imitari: quia forſan mendoſe legitur Gildas:ſic legẽdus,
Dixti ſambuca tu ruis ex Venere. Inuolucrum rectius producitur,vt inuolutum, per regulam De-
riuata patris,&c. Manduco,quod ſemper producitur, quidam putauerunt corripi, vt educo primæ:
dicitúrque à mandendo,authore Varrone in tertio de lingua Latina. Hinc Manducum obſonium.Lu
cillius lib.1.ſatyra 4.apud Marcellum in dictione Comeſt, Commanducatur totum complexa canét-
que.Idem apud eundẽ in dictione Incitas, id eſt egeſtas, libro ſatyrarũ 15, Villicum Ariſtocratem me-
diaſtinum atque bubulcum, Commanducatus corripit,ad Incita adegit.Vbi mendoſe legitur magi-
ſtrogatem pro Ariſtocratem:& cummanducatus,pro commanducatus. Manducor enim & comman-
ducor deponentalia,pro manduco & commãduco veteres dixere.Marcellus probat. hinc Manducare,
vel manduces manducis,authore Feſto, effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, formi-
doloſáſque ire ſolebat magnis malis, ac late dehiſcens, & ingentem dentibus ſonitum faciens:de qua
Plautus ait in Rudente,Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduce locem?,:
Quapropter? c. quia pol clare crepito dentibus . Pylades contendit pro manduca legendum eſſe ſic.
Charmides paraſitus,Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduca locem?
L.Quapropter?c.quia pol clare crepito dẽtibus,&c.Sunt duo ſenarij. Patutius ſæpe ſcribitur. In-
duciæ,Prudẽtius in Laurẽtio producit,Induciarum paululum.Iambicus dimeter.De inducijs multa
leguntur apud Gellium libro primo,cap.25.

V ante d producitur, V ante d

vt Teſtudo.notentur è breuibus, Diſpudet,repudium, id eſt ob rem pudendam recuſatio. Seneca in
Medea,Repudia thalamis,quo virum linques modo.eſt iambicus trimeter. Tripudium,apud Catul
lum in Galliambo: Erudo,erudio,eadem de cauſa corripiuntur. Coutudi alibi dictum eſt. Dryu-
dæ, aut Druydæ corripitur à Lucano. V ante f in ſimplici non reperio:ſi vſquam eſt,dicunt corripi,
vt Carnufex vetuſte, pro carnifex. ¶V ante d producitur, vt Magudaris, ſeu magydaris. Plautus in
Rudente,Sanún' es? r.ſeu tibi confidis fore multam magudarim. Sept. eſt. Dryudæ vel Druydes
corripitur à Lucano. Gaudet,ſi per diæreſin fuit triſyllabum: corripietur vt ex Catullo patet. Tri-
pudium corripitur ex Galliambo Catulli.

V ante g producitur, V ante g

vt Lanugo. Sanguiſuga à nullo docto corripitur:quia eſt à ſugo.Notentur è breuibus,vt coniugiũ.

¶V ante g producitur,vt Ferrugo. Corripitur tamen multijugus:nec eſt compoſitio vlla authore Beroaldo,non magis quàm in(finitimus). Apul.lib.4,Quis tantus ingenij,quis facūdiæ,qui ſingulas ſpecies apparatus multijugi verbis idoneis poſſit explicare? Multijuga dicimus multa,numeroſa, multiplicia,varia. Vbi ſicut in meditullium & legitimum,tullium & timum nihil omnino deſignant. ſic in (multijugo) prima pars multū ſignificat. Reliqua vocabuli pars protractio ſola eſt: eadem forma dixit Auſonius Trijuga milia podon,pro Tria milia pedū metricorum. Hæc Beroaldus, non omnes in ſententiam ſuam trahens.

V ante l

V ante l corripitur,

vt Singulus ſingula ſingulum. vnde ſingulatim & ſingillatim, id eſt per ſingula. prius hexametrum non ingreditur:ideo apud Lucretium mendoſe legitur ſingulatim pro ſingillatim: veluti libro 2,Nec ſingillatim corpuſcula quǽque vapores. Idem libro quarto, Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri.at ſine n ſigillatim à ſigillum eſt:vt Rem princeps ſigillatim mandauit inquirere. Notentur geminata,vt Catullus,Lucullus,antullus, pactullus,culullus vas, cucullus veſtis & auis,quæ cuculus ſæpius dicitur. Mart. Quanuis per plures cuculus cantauerit annos. Horat. ſat.6,Compellans ſæpe cucullum.

Cuculus
Cucullus

EXCEPTIO.

In ulis
Dulos
Hieroduli & ſimilia.
Bule in compoſitis
Thraſibulus
Cleobulus
Apulia
Amulius
Adulor
Adoleſcens

Produc nomina deriuatiua in ulis,qualia ſunt Tribulis,contribulis,edulis,curulis.ſic edulīū.Horat. ſaty.4.lib.2,Vinea ſūmittit capreas nec ſemper edules,&c.Producūtur à dulos,id eſt ſeruus. quia Græce per ȣ diphthōgon ſcribitur:vt Hieroduli,philodulus,theodulus, pſeudodulus:nā pſeudulus imminutū eſt, non cōpoſitum. Hieroduli, ſunt ſacrorū miniſtri,&c. Produc quoque compoſita à Bule, id eſt cōſilium:vt hæc propria,Chærobulus,Archibulus,Paſibulus: Paſa,id eſt omnis. Thraſibulus, Cleobulus. Auſonius in epigram. Arma ſuperueheris, quòd Thraſibule tua. Sidonius in 1. Panægyr. Lindie quòd Cleobule canis, modus optimus eſto. Baptiſta Pius affert hexametrum Grecum vbi producitur, μέτρον μὲν κλεόβουλος ὁ λίνδιος εἶπεν ἄριστον. id ſic transfert, Optima menſura eſt, Cleobulus Lindius inquit. Aduleolus producitur in Martiale. Apulia. vide A ante p.ſed Appulus corripitur. Amulius viri nomen. Ouid.3.Faſt. Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui. Adulor, quod veteres adulo adulas dixere. Auienus in Arato vetuſte locutus eſt,dicens,Cærulus accedens diti loca flumine adulat. Aduleſcens pro adoleſcens per u,vt Vpilio pro opilio. Notauit id ante me Politianus:licet putaueram me primum locum vbi producitur notauiſſe. Virgilius in Ciri,

At leuis ille deus,cui ſemper aduleſcentum

Quæritur ex omni verborum iniuria dicto. verſus prior eſt ſpondaicus. At ſecundo Georgic. Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas. Betulia in Baptiſta,& recte:quia per ȣ diphthongon ſcribitur.

Iulus
Peculium
Torcular

Getulia,Getulus.vide AE diphthongon ante t. Iulus.vide finem libri primi. Peculium, vnde Peculiaris. Virgilius,Nec cura peculi. Portulaca.vide A ante c. Parulis & Epulis, tumores quidā per ȣ diphthongon. Torcular. Riga in Luca,Erexit turrim,torcular fodit in illa. propter hunc minimæ authoritatis virum Neſtor voluit produci. Sulpitius vero,quia à torculum fit, vult corripi. ſic Feretus,veluti à Speculum ſpecular.his libentius credo,quàm Petro Rigæ: quicquid vſquam dicant Priſcianus,Tortellius,& Antonius Nebriſſenſis. Tramulius,vir in Fauſto. Zabulones à Iuuenco variatur. ¶V ante l corripitur,vt Taurubule apud Stathiū. Cucullus etiam à Plauto poſitione producitur in Aſina. At etiam cubat cucullus,ſurge amator domum. Flexibula per ȣ producitur, quia deducitur à bule, quod eſt conſilium. Nomen eſt plurale compoſitum ex Latino & Græco,teſte Becichemo. Sic producūtur cætera à bule ſata, vt Abulus ſine concilio,inconſyderatus. Abulia, pœnultima breui,inſipientia,temeritas,carentia conſilij,aut malum conſilium. Eubulia, econtrario bonum conſilium. Eubulus,prudens,bene conſiliatus & conſulens. Critobulus, viri ſpectati nomen. Androbulus,Praxibulus,Cleobula, & ſimilia. Aduleſcens,vt producatur,mutauit o in u,vt Vpilio,iucundus,pulipus. Bethulia per ȣ Græcis,teſte Bebelio. Mantuanus recte produxit. Iulis,triſyllabū, nomen piſcis,mediam producit: ſed Lippius diſſyllabum fecit. Torcular cum Sulpitio tantum corripuero,vt Torculum. ſic ſpeculum & ſpecular:nam Priſciani regula,quam ſequitur Stoa, non eſt catholica. Aculeolus producitur. Martialis libro 8,Nonus aculeolos in cochleare tulit. Getulus & Getulia ſolum producentur contra Stoam.vide in primis E ante t. Tramulius,vir, Fauſto producitur, Strēnuus aerias ſuperátque Tramulius alpes. Ficedula variatur Bebelio:tu corripito tantum,vt in Iuuenale. Parulis parulidis per ȣ,vt in Volaterrano & Hermolao, eſt tumor gingiuarū. Epulis epulidis per ȣ, apud eoſdem tumor geminorū dentiū. Edulia eduliū melius q̄ eduliorum apud Apuleiū Metamor.5. Māphula,panis ſyriaci genus. Lucillius apud Feſtū,Mamphulas quæ ſciat omnis. Zabulon variatur Iuuenco,Finibus & ſtatuit Zabulonum ponere ſedes. Idem, Terra Zabulonum & regio cui Neptala nomen,&c. Hiſpula vel Hiſpulla,nomen mulieris,producitur ſat.6.Iuuenalis.

V ante m

V ante m producitur,vt legumen,argumentum.

EXCEPTIO.

Documentū
Monumētū

Corripiuntur nomina in mentum à verbis ſecundæ,Documentum,nocumentum, monumentum & antiqua in quibus u pro i locatur: veluti decumus. & manifeſto è breuibus deducta:vt à Tumeo

contumax,contumelia. Ouid.1.Metamor. Et documenta damus qua ſimus origine nati. Virgilius 6.
AEneid. Illa hæc monumenta reliquit. Martialis lib.9,Sed tu ſyllaba contumax repugnas. Phaleucius Contumax
eſt. Horat. in Epodo Ode 11, Nec contumeliæ graues. Iambicus dimeter. Autumo,vndecunque ſit: Cõtumelia
Autumat hæc populos,hæc magnos formula reges. hoc dicit Horatius ſat.3.lib.2. Nigidius Figulus vo Autumo
luit eſſe à præpoſitione ab,& verbo æſtimo. Automedon,non Autumedon dicitur:licet ita nonnulli
dicant. Author Tortellius. Columella,viri nomen : & apud veteres appellatiuum pro ſeruo maioris Columella
domini:vt docet Merula apud Martialem lib.11. afferentem illud Lucillij, Lucilli Columella hic ſitus
metrophanes. pentameter verſus eſt,& eliditur ſ in ſitus. Columen. hinc Incolumis,id eſt ſanus. Sil- Columen
lius libro 15, Auſonij columen regni. Iuuenalis, Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras. Cucu- Cucuma
ma. vide A ante c,Otacilius. Cucumis. Virgilius in Coppa,Et pẽdet iunco cæruleus cucumis. Cru Cruſtumiũ
ſtumium, oppidi nomẽ apud Sillium libro 8:& fluuij nomen,apud Lucanum libro 2. vide Metaurus,
E ante t. Ab oppido dicuntur cruſtumia poma. Virgil. libro 2. Georgic. Cruſtumijs Syriiſque pyris,gra
uibúſque volemis. Cruſtumerum,quod pluraliter tantum Cruſtumeri cruſtumerorum,teſte Seruio, Cruſtumerũ
oppidi nomen. vide Atina, A ante t. Emolumentũ,id eſt fructus & vtilitas. Iuuen. ſat.3, -honeſtis Emolumen-
Nullus in vrbe locus,nulla emolumenta laborum. Irrumo irrumas, inhoneſtæ rei verbum, Ab in & tum
rima,teſte Merula:vel in & ruma,vt vult Calderinus. Mart. lib.2, Quæ faciat duo ſunt,irrumat aut fu- Irrumo
tuit. Incolumis, vide Columen. Lucumo,viri nomen. vnde Lucumedi & Lucumones, Thuſci. Au Lucumo
ſonius ad Theonem, Anticyrámque bibas Samij Lucumonis acumen. Pactumeius, pueri nomẽ. Ho Pactumeius
ratius in Epodo, Ode 17, Tuúſque venter Pactumeius,& tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit. Sunt iambici trimetri. Aldus legit partumeius pro fœcundus.

Poſthumus, proprium & appellatiuum . ſic Poſthumianus, Poſthumus. Martialis, Dic mihi cras Poſthumus
iſtud Poſthume quando venit. ¶V ante m producitur,vt acumen,argumentum,indumentum. Stoa
deceptus regula Priſciani, Nomina in mẽtum eandem retinent ſyllabam ante(mentũ)quam habent in
pœnultima præteriti perfecti,vt Indumentum ab indui: Veſtimentum à veſtiui:quæ regula intelligẽda
eſt de vocali,non de quantitate,quia dicta producũtur. A ſecunda tamen quædã corripiuntur,vt docu
mẽtum,nocumentũ,monumentũ:quia ſi rite formarent ſupinum,pœnultimã corriperent cuius quan-
titatem ſequũtur,vt nocitum,monitum:& ſi recte formaretur,docitum,vbi nunc dicitur doctũ:ſic acu
tum,argutum,indutum:& quod eam formam non ſeruat,legumen. In imen tamẽ à tertia corripitur,
vt regimen,ſpecimen,& tegimen,vel tegumen,& tegmen,vt integumentum. A quarta autem produ-
cuntur,vt Rudimen,lenimen,munimen:& in mentum. Stultum autem eſt quod dicit Stoa legẽdum
eſſe arugumẽtum, quia in multis locum non habet. & ſi dicatur,adhuc(gu)produceretur. vt 5. Triſt.
Símque arugumenti cõditor ipſe tui. Lucumon,viri nomen & dignitatis non fluuij. Auſonius, An
ticyrámque bibas Samij Lucumonis acumen. vbi male legeretur ad amnẽ. Pactumeius,nomen pue
ri fictum ab Horatio,teſtibus Acrone, Porphyrione, Landino, cum reliquis præter Aldũ qui legẽdum
aſſerit Partumeius adiectiuum, id eſt fœcundus , vt ſit Partumeius venter . à partu & meio, quaſi in
partu Meius,quod ingenio poetæ quadrat.

V ante n producitur,

V ante n

vt Lacîna:ſed corripitur Albunea. vide E ante a.& Albunecar in Baptiſta, vrbis nomen corripitur.

V ante p corripitur,

V ante p

vt Centurupe,oppidum Siciliæ. Sillius 13, -necnon è vertice largo Centurupe.

EXCEPTIO.

Arupinus. Tibullus lib.4, Teſtis Arupinus & pauper natus in armis. populi nomẽ. Erigdupus,vi- Arupinus
ri nomen. Ouidius 12. Metam. Vecte Peletronius Macareus in pectus Adacta Erigdupus
Strauit Erigdupum,memini & venabula condi. Marſupium. Prudentius in Pſycho. Marſupium
-tineis etiam marſupia crebris
Exeſa,& virides obducta ærugine nummos. ¶V ante p corripitur: ſed Marſupium à Plauto ſemper
producitur. In Tibullo legitur,teſte Parthaſio,teſtis Alpinus,non Arupinus.

V ante r producitur,

V ante r

vt Ithuræi,populi Syriæ malefici. Virgilius 2. Georgic. -bona bello Ithuræi
Cornus Ithuræos taxi torquentur in arcus. Goudanus male credidit Ithurei primam producere. He
truria. vide E ante t. ergo indocte dixit Petrarcha in 6. Aphricæ, Hetruriæque latus ſpatióque breuiſſi-
ma Gorgon. Pœnuria contra quendam. vide OE diphthongon ante n. Miurum apud Terentia-
num producitur tantum, Quem Miuron Achaica gens vocitare ſolita eſt. Cucurio, licet meditatiui
verbi formam habere videatur.

EXCEPTIO.

Corripe verba meditatiuæ formæ,& in urio ſimilia:veluti dicturio,luxurio,& quicquid ſimile eſt. vn- urio
de Luxuria,luxuries,&c. Eſuries,eſuritio,&c. Sed produc Ligurio liguris,abligurio,ſcaturio,cucurio: Ligurio
quod vide in V ante c. Horat. ſatyra 3. libri 2, -puer vnctis

Tractauit calicem manibus,dum furta ligurit.Auſon.in Epig.Eunus Syriſcus inguinũ liguritor. Scazon eſt.Ligurire proprie,teſte Donato in Eunuchũ Terentij,eſt eleganter & more ſenum multo faſtidio ſuauiora quæque deguſtare.à λιγὺ,id eſt ſuaue apud Græcos.hinc Abligurire & abliguritare.Au-
Scaturio — thor Priapæorum,Cunni vermiculo ſcaturientes.Phaleucius eſt.Recte itaque Prudẽtius ait, Petra dei
Anxurus — iuſſu potum largita ſcaturit. Alanus & Matthæus cum pluribus inepte corripiũt. Anxurus Iupiter apud Campanos:quia illic imberbis iuuenis colebatur,quaſi ſine raſura: α, ſine eſt: ξυρῶ,rado,n litera,euphoniæ cauſa interponitur. ibidẽ colebatur Feronia,id eſt Iuno adhuc virgũcula.Poteſt quoque dici ab ἄνευ,id eſt ſine:& ξύρος,nouacula.Virgil.7.AEneid. -quis Iuppiter Anxurus aruis
Præſidet,& viridi gaudens Feronia luco?hinc Anxur,oppidum Anxuro Ioui dicatum. Amuratus in
Bituriges — Baptiſta. Arcurius,teſte Bebelio. Bituriges vel Bituri,populi Galliæ. vide in crementis,Saxo ſaxo-
Camurus — nis. Camurus,id eſt curuus.Auienus in Arato, Sic camuris ardet protractibus haud tibi ſignis
Centurupe — Perquirenda alijs.ſic Virgilius,cæteríque. Cẽturupe.exemplum fuit in V ante p. Centuria. Cen-
Centuria — turio centurionis. ſic, vt ego puto, Decurio. ideo non docte ait vir alioqui peritiſſimus Sedulius in
Centurio — hymno, Orat ſalutem ſeruulo

Flexus genu Centurio.Iãbici dimetri ſunt.Mart.Encolpus domini Centurionis amor.Perſius,Hic aliquis de gente hircoſa centurionum.Sidon.in 3.Panægyrico,Non tibi Centurias aurum populare pa-
Lemures — rauit. Lemures.vide E ante p,AEſepus.ſed Lemuria produces. Ouidius Faſt.5,Ritus erat veteris no
Lemuria — cturna Lemuria ſacri.dicebant primo Remuria,à Remo,Romuli fratre,vt Ouidius ait:inde r in l ver-
Liguria — ſo,Lemuria.Erãt autem quædam Quiritium viſiones. Luxuria iam dictũ eſt. Liguria,vt Ligus vel
Ligurinus — Ligur liguris.ſic viri propriũ Ligurin⁹.Mart.lib.3,Circa te Ligurine ſolitudo.Phaleucius eſt. Mamu
Mamurius — rius,viri nomen,variatur.correptionẽ vide in A ante m. Propert.lib.4,At tibi Mamuri formæ cælator
Palphurius — ahenæ.hinc Mamurianus,cõmune & proprium. Mercurius notum eſt. Palphurius,viri nomẽ. Iu
Purpura — uen.ſat.4,Siquid Palphurio,ſi credimus Armillato. Purpura:Idem,Purpura vẽdit Cauſidicũ. Sabu
Sabura — ra,viri nomẽ.vidi A ante b. Satura,oppidũ apud Silliũ lib.8. Saturea,herba eſt ſingulare primæ:vel
Satura — plurale ſecundæ.quidã putant eſſe Thymbrã:ſed falluntur,vt liquet ex 11. libro Columellæ dicentis,Et
Saturea — ſaturea thymi referens thymbræque ſaporem.Mart.lib.3,Sed nihil erucæ faciunt, bulbíque ſalaces,
Saturo — Improba nec proſunt iam ſaturea tibi.nomen ſumptũ eſt à petulcis ſatyris,vt canit Macer. Saturo
Tugurium — ſaturas,vt Satur ſaturi. Saturio.vide A ante t. Tugurium.Virgil.Pauperis & tuguri congeſtum ce
Vulturius — ſpite culmen. Vulturius,& Vulturis huius vulturis,id eſt vultur.Catullus,Suſcitat & cano vulturiũ capiti.Ennius,Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. ¶V ante r producitur, vt Manſurius,non vt vulgo dicitur Maſurius, authore Marino Scodrenſi in collectaneis,qui apud Perſium inquit,legendũ eſt,Excepto quod Manſuri rubrica notauit:vbi legitur etiam Vetauit:Manſuri enim(inquit)legitur in antiquiſſimo codice,& digeſtis De origine iuris. Manſurium codex manuſcriptus cum n ante ſ nominat.Et in Athenæo μασσούριος nomen iuriſconſulti legitur.Huic non multum refragatur Stoa. Arcurius corripitur,teſte Bebelio:& Poachurus,piſcis,Lippio:& Amuratus, vir, Mantuano. Decuria & decurio.Beroaldus,Inter decuria recentiorum.Phaleucius eſt.in quo primam in(decurias)producit quam(decem)corripit:& υ corripit,quam(cura)&(curia)producit: ſed aliunde inflectitur vt Centurio & centuria quæ corripiuntur. Melanurus corripitur ab Ennio. vide E ante l. Sed penitus contrario modo dixit Lippius in 3.Oppianici,Haud facili paruus Melanurus fallitur arte. A nigra cauda,quæ οὐρὰ dicitur, nomẽ accepit,& ſorte Ennius male legitur. Securis Stoa corripi putat pro fluuio:ſed errat,quia in Auſonio recte legitur,Arida torrentem Sicorim deſpectat Ilerda. Sic apud Sillium lib.16,viri nomen,Tum Lamus,& Sicoris,proles bellacis Ilerdæ.Et Lucanus de fluuio lib.4,
-fundata venuſta
Surgit Ilerda manu:placidis prælabitur vndis
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes.& ſæpe alibi Sicoris.

V ante ſ

V ante ſ producitur,vt Meduſa, Creuſa.

EXCEPTIO.

Blanduſia — Blanduſia blanduſiæ,regiuncula Sabinorum,vbi erat Horatij agellus. Horatius lib.3.Carm. Ode 13,
Brunduſium — O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.Aſclepiadæum eſt. Brũduſium,Italiæ oppidum.Horat.ſatyra 5,
Canuſium — Brunduſium longæ finis chartæque viæque. Canuſium,Italiæ oppidum.hinc Canuſinus & Canuſinatus. Horat.ſatyra 5.lib.1,Nam Canuſi lapidoſus aquæ non ditior vrna. apocope pro Canuſij. Iuuen.ſatyra 6,Paſtores,& ouem Canuſinã,vlmóſque Falernas. Martialis lib.9,Vt Canuſinatus noſtros
Caduſij — Syrus aſſere ſudet. Caduſij.vide A ante d. Ebuſus,viri nomen.Virgilius 12.AEneidos,
Ebuſus — -venienti Ebuſo,plagámque ferenti
Occupat os flammis. Ebuſus,inſula variatur:ſed rectius corripitur:quia in Periegeſi,vbi dicitur,Hinc frangitur æquore Ebuſos, plura ſunt contra veterum authoritatem nimis licenter vſurpata , vt ſæpe indicaui.Itaque rectius imitabimur Sillium Italicum dicentem in libro tertio, Iámque Ebuſus Phœ-
Peruſinus — niſſa mouet,mouet Artabus arma. Hieruſalem neoterici variãt:melius producitur. Peruſinus contra primitiui naturam:nam Peruſia,Hetruriæ oppidum,producitur.Propertius libro primo,

Si Peruſina tibi patriæ ſint nota ſepulchra,
Italiæ duris funera temporibus. Mart.lib.4, Turgentíſque lacus Peruſiæque. phaleucius eſt. Syracuſius non corripitur, ſed Syracoſius. Vide A ante c. nec Syracuſæ variatur contra quendam. Venuſinus à Venuſia Dauniorum colonia variatur. Iuuen. ſatyra 1, Hæc ego non credam Venuſina digna lucerna. Horatius ſatyra 1. lib. 2, Nam Venuſinus arat finem ſub vtrunque colonus. Iuuenalis ſatyra 6, Malo Venuſinam, quàm te Cornelia mater Gracchorum. Voluſius, viri nomen. Iuuenalis ſatyra 15,
Quis neſcit Voluſi Bithynice qualia demens
AEgypt⁹ portēta colat? Vocatiuus eſt. Voluſus, viri nomē. vide I ante p, Maniplus. ¶V ante ſ producitur, vt Syracuſę. & ideo recte legitur prima Syracuſio. Hieruſalē à Lactantio, vt putatur, & Prudētio male corripitur: quia per σ ſcribitur, authore Bebelio. Forte dicas à Græcis qui u ſimplex non habent. Ideo Latini dixere Hieroſolymam. Mathuſale etiam Mantuano corripitur. Induſia, vnde induſiata corripitur Plauto in Epidico. Plaguſia, conchæ genus. Plautus in Rudente, Muſculos, plaguſias, ſtriatas: poſt id hamatilem piſcatum. Tetram. catal.

Syracuſius — Venuſinus — Voluſius — Voluſus.

V ante t producitur,

V ante t

vt Actutum, præputium. Iuuen. ſatyra 6, Impatiénſque moræ pauet, & præputia ducit. Arator libro 2, Præputium
-præputia ferro
Circuncide libens, & fœdera necte ſuperna. Male autem Riga, Nato præputium mox aufert Sephora dicens. Confuto, refuto, contra imperitos. Virgilius libro 12, -quid cætera dicet Confuto Refuto
Italia ad mortem, ſi te (ſors dicta refutet)
Proderim, natam & connubia noſtra petentem? Sidonius ad Fœlicem, Noſtræ Terpſichores iocum refutans. Phaleucius eſt. Lucretius libro ſecundo, -ne fingere motus
Obliquos videamur, & id res vera refutet. Idem libro 4, An confutabunt nares, oculi quoque vincent? Notentur è breuibus compoſita, vt Concutio, percutio, recutitus, obrutus, veluti, ſicuti, neuter, quod per ſynæreſim diſſyllabum eſt in Claudiano.

EXCEPTIO.

Arbutus, arbor: vnde Arbuteus arbutea arbuteum. Ouid. 1. Metamor. Arbuteos fœtus, montanáque fraga legebant. Calliſtrutia in Columella. Defrutum. Papin. 4. Sylu. Dulci defruta vel lutoſa cœno. Phaleucius eſt. Diuturnus diuturna diuturnum. Ouidius in Ibin, Corpore luſtrauit non diuturna ſuo. At comparatiuus (diutius) producitur à Virgilio in Diris, vbi dicitur, Arbutus Defrutum Diuturnus
Iſtius atque vtinam facti mea culpa magiſtra
Prima foret: leto mihi vita diutius eſſet,
Quàm mea non vllo moreretur tēpore fama. Diutinus diutina diutinum producitur à Prudentio. Diutinus
Minutius, viri nomen. Sillius lib. 7, Si factis nondum Minuti te cauta probare Minutius
Erudijt fortuna meis. ¶V ante t producitur, vt Confuto, refuto à fatum, ſi Pompeio creditur a in u verſo. Caliſtrutia, fici ſpecies, corripitur à Columella libro 11. Neuter triſyllabum eſt, teſte Nebriſſenſi, ſed fere diſſyllabum reperitur. vt apud Claudianū in quarto conſulatus Honorij, Euadere neutri. Et in Alechiū quæſtorem, Neuter eram, quæſtor pauper vterque fuit. Polit. Mas eſt Phœbus ait, Mars fœmina, Iunóque neutrum, &c. Ideo Bebelius dicit (neu) diphthongon.

V ante u corripitur,

V ante u

vt Pacuuius, viri nomen. Martialis lib. 11, Attonitúſque legis terrai frugiferai, Pacuuius
Actius & quicquid Pacuuiúſque vomunt. Perſius, Sunt quos Pacuuiúſque & verrucoſa moretur Antiopa. Petrarcha nullam priorum rationem habens, indocte dixit in ortu Marci iunioris libro epiſtol. 3, -ſin ardua rura videre
Pieridúmque audire modos, Pacuuius almum
Signet iter Marcus. Lanuuiū oppidū Latij. vide A ante n. hinc Lanuuinus lanuuina lanuuinū. pro quibus in Catullo & Propertio ineptiſſime legitur Lauinium & Lauinus. author eſt Philippus Beroaldus in Propertium. Veſuuius in Baptiſta producitur, Vnde fit vt toties rapidus Veſuuius ignes
Euomat. Hæc tantum de primis mediíſque ſyllabis per dei noſtri IESV CHRISTI gratiam dixiſſe ſufficiat. nunc eodem duce de vltimis vt poterimus acutiſſime & breuiſſime dicemus.

Vltimarũ ſyllabarũ quantitas.

A IN VLTIMIS.

A Declinatum breuia. Sed protrahe ſextum
Et quintum, cuius rectus producitur, & mna.
Producunt noſtri quædam muliebria Græca
In recto, vt Tegea: ſine teſte nihil volo tale.
Non declinatum produc. Ita cum quia demptis,
Et puta non verbo. Ginta melius loco longum.
Poſtea, & vltra leges cum contra curta licenter.
Eia breue eſt Flacco.

Vltima ſyllaba noſcitur poſitu, vt Poſt, aſt, eſt, amãt. Diphthongo, vt Heu, muſę. Regula, vt a declinatũ corripitur, vt Muſa, arma, nominatiui & vocatiui caſus. Loquimur de declinatione per caſus, non per tẽpora: quæ cõiugatio dicitur. Si nomen poetice pro aduerbio ſumatur, nominis quantitatem ſeruat. Virgilius in Bucol. Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis. pro trãſuerſé. aliud eſt ſi penitus fuerit aduerbium, vt Vná. Ab hac regula tolluntur ablatiui: quia producuntur, vt Muſa, mea, lecta. & vocatiui à nominatiuis productis: veluti AEnea, Anchiſa, Atla. teſtis eſt Seruius in illud Virgilij, Clamaſſent vt littus hyla hyla omne ſonaret. Virg. 3. AEneid. Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Eiuſmodi vocatiuus in a ab es, rarus eſt in prima declinatione: quia poteſt nominatiuus in a deſinere, & ita vocatiuus corripi. De vocatiuo, Horatius in ſaty. Nequis humaſſe velit Aiacẽ Atrida vetas cur? De nominatiuo, Propertius, Non ita Dardanio gauiſus Atrida triũpho. Virg. 10. AEneid.

Ora — AEnea vigila, & velis immitte rudentes. Ouid. Metamor. 4, Tempus Atla veniet, &c. Ablatiuus ora videtur corripi apud Sillium Italicũ lib. 3, At puer obſeſſæ generatus in ora Sagunthi
Bis ſenos lunæ nondum cõpleuerat orbes. Petrus Marſus ait In ora, id eſt in regione Sagunthina. Ego autem opinor (ora) eſſe accuſatiui caſus pluralis numeri ab os oris, &c. & ita ſenſus eſt, Puer generatus in, id eſt ad: hoc eſt iuxta ora Sagunthi obſeſſæ. id eſt natus prope Sagunthum. Mna, monoſyllabum cuiuſcunque caſus ſit, producitur, teſte Sulpitio: mallem poeticum teſtimonium. at diſſyllabum Mina, normam cuſtodit. Geometra, poeta, planeta, & ſimiles, vocatiuos tantum corripimus: licet Geometres, poetes, planetes, &c. legantur: quia ab es vocatiuum in a nullum corripimus ſine Latini poetæ te-

A in nominatiuo Græco — ſtimonio. A in nominatiuo Græco fœminini generis à noſtris corripitur, licet illi producant: veluti Scylla, Medea, Lerna, &c. Quoſdam tamẽ nominatiuos noſtri produxerunt ad imitationem Græcorum: ſic tamen vt aliqua cæſurarum locũ habeat. ideo nihil tale producemus ſine authoritate, idque faciemus rariſſime: quia poterũt in e terminari, vt Tegea vel Tegee: Nemea vel Nemee. Stath. 3. Thebaid.
Dat Nemea comites. Ibidem, Non Tegea, non ipſa deo vocat alite fœlix
Cylene. Idem in 6, -te plangeret Argos,
Te Nemea tibi Lerna comas, Lariſſáque ſupplex. Iterum in quarto,
Quos Pylos & dubijs Malea vitata carinis. Ouid. in Epiſt. Mittit Hypermeſtra de tot modo fratribus vni. Cicero in Arato, Electra Steropéque ſimul ſanctiſſima Maia. Iuuencus, Non Maria genitrix, non fratrum nota propago eſt.

Fruſtra — A in omnibus per caſum non declinatis producitur, vt Clama, fruſtra, præterea, ſupra. Lucan. lib. 2, Fruſtráque rogatus. Apud Iuuenalem non aduerbium fruſtrà: ſed nomen fruſta legendum eſt contra Neſtorem. Sic in ſatyra tertia, - quòd nudum ac fruſtra rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectóque iuuabit. In Auieno corripitur, Ima vehũt cæli, luxit dum fruſtra frequẽter. Libentius produxero. Corripiuntur autem ita & quia, vt notum eſt. Bebelius dicit (quia) à Næuio produci: cæteri corripiunt, quos ſequemur. Puta aduerbiũ. Perſius, Hoc puta non iuſtũ eſt.

Ginta — Numeralia in (ginta) rectius producuntur: nam vbi videntur corripi, Nebriſſenſis credit mẽdam eſſe: veluti apud Martialẽ lib. 12, Sexaginta teras quũ limina mane Senator. pro ſexagena. Et apud eundem, Mutua ꝗ nobis ter quinquaginta dediſti pro quinquagena. Et apud Iuuenalẽ, Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia dotẽ. pro quadragena. Hæc dicta Nebriſſenſis, ſi vera ſunt, oportebit multos poetas emendare: nam triginta videtur corripi apud Maniliũ, vide A ante d, Quadra. Sulpitius etiam credit hæc ſolum produci: Neſtor autem variari: ſed teſtimoniũ eius friuolum eſt: quia ex Macro dicẽte, De folijs eius triginta recentia tolles. Virgilius 1, AEneid. Triginta magnos voluendis mẽſibus orbes.

Idem 7. AEneid. Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Petronius Arbiter, Sanguine Romano ſexagintáque triumphos. Eadem ablatiuus tantum producitur. Vide libro 1. circa Synalœpham. Produc quoque Præterea, interea, antea, poſtea, contra, vltra: bis tamen inuenio (contra) corripi. Lucretius Contra lib. 1, Ne forte hæc per ſe cogant, nos contrà fateri. Marcus Manſlius libro 2, Contrà iacet cancer, patulam diſtentus in aluũ. Iuuenalis, Vltra Sauromatas, &c. Serenus licenter corripit, Cura nihil prodeſt, Vltra nec ducitur vltra cicatrix. Poſtea frequens eſt apud Ouidiũ, & ſemper corripitur: ſed volunt eſſe orationem. Poſtea veluti primo Faſtorum, Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet

Ille dies. Antea in 1. AEneid. non aduerbiũ vel coniunctio eſt, ſed accuſatiuus ab Anteus viri proprio, contra quoſdam, vt recte docet Seruius, grammaticorum princeps. Ah, vah, producito ſolum.

Eia Valerius Flaccus corripit: & Alleluia Sidonius. ¶A declinatum breuia, vt Cruſta, in vtroque numero: niſi in ablatiuo ſingulari. Plerique à cruſto ita differre credunt, vt cruſta ſit pars eorum quæ non comeduntur: cruſtum verò eorum quæ comedi poſſunt: itaque cruſta dicatur ſuprema pars ligni, lapidis, glaciei. Virgil. Concreſcunt ſubito currẽti in flumine ripę. Hanc differentiam refellit Beroaldus in 10. Apuleij. Aſſerit cruſtam de edulio etiam recte dici. Nam Plinius in 19. de papauere ſcribẽs, ſic inquit, Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpargitur, adfuſo ouo inhærens, vbi inferiorem cruſtam apio gíthque cereali ſapore condiunt. Badius ſic, Plinius quidem ſemel, nec differentiam eleuat: non enim negant cruſtum dici cuiuſque rei extremam partem duriorem: ſed cruſtula neutro genere aiunt dici edulia, quæ tota comeduntur, cum ſint quaſi cruſtæ. Ecqua corripitur, ſed dicitur etiam ecquæ, ſyllaba longa. Plautus in Sticho, Dum percunctor portitores, ecquæ nauis venerit ex Aſia. Virg. in 3. AEneid. Ecquænam puero eſt amiſſæ cura parentis? Græca in a, verſa à nominatiuo in e, interdum producuntur. Galbana autem accuſatiuus pluralis, non ablatiuus ſingularis corripitur à Iuuenale, Cærulea indutus ſcutulata, & galbana raſa. In quo hallucinatus eſt, teſte Stoa, Ferettus. Et Seruius in (caua): eſt enim ablatiui caſus, Caua tum perſonat æquora concha. Dama, non clama corripit. Horatius, Ergo nunc Dama ſodalis. contra Landinum. Antea & Poſtea aduerbia tantum producũtur. Horatius in Epodo, Romanus: heu poſtea fugabitis. Iambicus trimeter. Idem, Pecti nihil me ſicut antea iuuat. Et Plautus in Pœnulo, Si authoritatem poſtea defungeris. Iamb. trim. In ginta nomina libentius produxero, licet Iuuencus corripiat, Argenti triginta minas, &c. ſed forte ſcripſit mnas. Fruſtra licet ſemel corripuerit Rufus Auienus, tamen melius producitur. Sic vltra quod Serenus corripit. Puta, aduerbium, corripitur in Priapeis, Vt Phœbo puta filióve Phœbi. Niſi ſit puto. Qua, nequa, ſiqua, aliqua, quæ videntur aduerbia, quia non adduntur ſubſtantiua, producuntur vt adiectiua ablatiui caſus: ſubauditur enim ablatiuus via aut natione. Vt AEneid. 1, Qua data porta ruunt. Nequa ſcire dolos. Siqua fata ſinunt. Et in Bucol. Etſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. Sed alterius caſus corripiuntur. Vt Perſius, Nequa ſub æratro, &c. Alleluia offendo corripi. Sidon. in ſecundo epiſtolarum,

Curuorum hinc chorus Helciariorum

Concinentibus alleluia ripis

Ad CHRISTVM leuat amicum celeuſma. Et Prudentius in hymno poſt cibũ, Amen reddidit, alleluia dixit. Phaleucij ſunt. Voces Hebraicæ ſunt. Contrà Virgilius & veteres producunt. Auſonius etiã corripuit, Sæpe mora eſt quoties contra pacem dubites. Eia variatur: correptio videtur melior: quia ea placet Probo. Val. Flaccus lib 8, Quærenti tunc deinde viam, qua ſe arduus heros

Ferret ad aurigeræ caput arboris, eia per ipſum. Sidonius, quia in Phaleucio nunquam videtur in prima ſede poſuiſſe trochæum, videtur producere, Eia Calliope nitente palma. Virgilius dubium vitans dicit, Eia age rumpe moras. Ha aut ah videtur à Seneca corripi in Troiade, Semper ha ſemper. Adoniũ eſt ex dactylo & ſpondæo. Virgilius autem, Ah Corydon Corydon. Quianam ſemper corripitur vt quia. Virgil. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi. Ennius, Heu quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt. Bebelius deceptus mendoſo codice, credidit apud Næuium quianam produci, ſic legens, Fare, quianam Saturni populum pepuliſti. Nunc me impulſore correxit: quia omnes libri ſic habent, Quianam Saturnium populum pepuliſti.

E IN VLTIMIS.

E breuia. primæ produc & nomina quintæ
Cum natis: addes pluralia cuncta ſecundæ:
Iunge doce & ſocias. Monoſyllaba longa repono,
Inclinatiuas præter: Male cum bene dempto.
Omnia produces aduerbia, ſiqua ſecunda
Præſtiterit: ſummique gradus aduerbia quæuis.
Sunt ferme atque fere producta, quibus dabis ohe.

E corripitur, vt Docere, Ganymede, Oreſte, Hercule, Achille, Vlyſſe, & ſimiles vocatiui & ablatiui ter- E in vocatiuis & ablatiuis tertiæ

tiæ,contra AElium Nebriſſenſem,& alios plurimos. Martialis lib.5, -cur mitis aperto
Reſpicis ore Iouem?de Ganymede loquor. Perſius, -ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule:pupillúmve vtinam,quem proximus hæres
Impello,expungam. Propertius libro 4, Quíque tuas proauis fregit Achille domos. Martialis lib.2,
Humane facis Herme,non ſuperbe. Phaleucius eſt. Ouidius primo Triſt. Fecerunt furiæ triſtis Oreſte
tuæ. vbi aliqui habent Oreſta. nuſquam certe eiuſmodi ablatiui & vocatiui tertiæ declinationis produ-
cuntur,quicquid dicant Sulpitius & Ferettus: atque ipſe denique Priſcianus. Etenim hi omnes vno ar
gumento,eóque adeo infirmo tutantur ſe. Lucanus libro 8, Signáque ab Euphrate cum Parthis capta
ſequentem. id inquam valde debile eſt:quia(vt Neſtor ait)Euphrates Euphratæ,primæ declinationis eſ
ſe poteſt:vel Euphrates Euphratis, tertiæ:vel Euphrate Euphrates, teſte Calepino. Adde quòd cæſuræ
licentia locum habere poſſet, vt apud Virgilium in grauia. Et apud Ouidium, Nil opus eſt morte pro
me,ſed amore,fidéque. Et Tibullum, Et canis arente terreat arua ſiti. Ita dicit ſe legiſſe in emendatiſſi-
mis codicibus Bebelius, addućens quoque illud ex Moreto, Et referat clauſa quæ prouidet oſtia claue.
Tabe Sic defendi poteſt illud Lucretij,Imbribus aut tabe membrorum ambuſta vacillent. nam apud veteres
tabe extra cæſuram nuſquam producitur. ideo non variari,ſed corripi tantum dixero. Lucanus lib.8,
Tabe fouens buſtum. Idem libro ſexto,Tracta dureſcunt tabe medullæ. ſic cæteri. Cæſuræ autem li-
centia,etſi vitanda ſit frequens,iuxta illud Terentiani,Nec tanta in metris venia conceditur vti:non eſt
tamen penitus refugienda,ſi parcè fiat in magnis operibus, etiam ſi in vocalem deſinat, vt iam patuit:
multo autem magis in penthemimeri,ſi in conſonantem deſinat,vt patet ex libro primo noſtro. Non pi
gebit pluſcula teſtimonia afferre. Virgilius,Si pereo manibus hominũ,periiſſe iuuabit. Idem,Ecce tra-
hebatur à templo adytíſque Mineruæ. Lucanus 4,AEthiopúmque teris alieno gurgite cãpos. Iterum
Virgilius,Emicat Euryalus,& munere lætus amici. Silli⁹ lib.3,Palladio Bethes vmbratus cornua ramo.
Horat. Nequis humaſſe velit Aiacem, Atrida vetas cur?Ouidius,Atque vtinam viuat,& non moria-
tur in illis. Idem,Et qua tu biberis,hac ego parte bibam. Idem,Mentis inops rapitur,vt quas audire ſo
lemus. Idem, Arte leuis currus, arte regendus amor. Virgilius, Non te nullius exercent numinis iræ.
Propert. Nunc tu ſiue legis vmbroſæ flumina ſyluæ. ſic multa alia leges etiam in alio carminis gene-
re. Horatius,Angulus ridet vbi non Hymetto. Sapphicum eſt. vt apud eũdem,Docte ſermonis vtriuſ-
que linguæ. Idem,Quàm ſi quicquid arat impiger Appulus. Aſclepiadæum eſt. Ergo,vt ſummatim di
cam,Ablatiui & vocatiui tertiæ declinationis in e deſinentes tantum corripiuntur:vt Hermogene,Ari-
ſtotele,&c. Euphrate in Lucano,vel primæ declinationis eſt,vel cæſuræ licentia excuſatur.

Nomina in e primæ & quintæ. E in prima & quinta declinatione,in quocũque caſu reperitur,producitur:vt Paraſceue,Anchiſe,vo-
catiuus & ablatiuus. Specie,die,re. hinc Hodie,pridie,poſtridie,quotidie,quare. Ouidius 1. Metamorph.
Officióque pedum nymphe contenta duorum
Erigitur. nam dicitur Nymphe nymphes,vel nympha nymphæ. Idem 8. Metamorph. Cúmque Phe-
Mitylene retiade & Hyantheo Iolao. Ideo indocte dixit Sidonius in Epithalamio Polemij,Tu Mitylene ſatus co
Calpe gnoſcis Pittace tempus. Lucanus libro primo, Heſperiã Calpe ſummóve impleuit Atlante. ablatiuus
eſt à nominatiuo Calpe Calpes:quod nomen montis,vrbis,& inſulæ eſt. ſed de monte loquuntur fere
poetæ. Pro eodem dicitur hæc Calpes,huius Calpis per tertiam,teſte Georgio Valla Placentino lib.31.
cap.21.& hinc ablatiuus Calpe corripitur apud Rufum Feſtũ. vide Titan in I ante t. Et apud Iuuena-
lem 14. ſatyra, AEquora tranſilijt, ſed longe Calpe relicta. Placet hæc Placentini opinio magis quàm
E plurale Priſciani & aliorum , qui putarunt apud Iuuenalem eſſe ſyſtolen. Produc quoque pluralia in e, vt
Tempe Cete, Tempe,mele. Catullus,Cõfeſtim Peneos adit viridantia Tempe,
Cete Tempe quæ ſyluæ cingunt ſuperimpendentes. Secundus verſus eſt ſpondaicus. Valerius Flaccus libro
8, Cerneret & Tempe viridi luctantia fumo. Horatius libro primo Carm. Ode 21,Vos Tempe totidem
tollite laudibus. Aſclepiadæum eſt. Ouidius primo Metamorph. Sylua:vocant Tempe,per quæ Pene-
us ab imo,&c. Sillius libro 11, -ſubito emicuere per vndas
At murmur cete toto exultantia ponto. Lucretius libro 2,Ne tu ſorte putes ſerræ ſtridentis acerbum
Horrorem conſtare elementis leuibus æque,
Mele Ac muſea mele per chordas organicáque. Idem in eodem,
Et cygnæa mele, Phœbeáque Dædala chordis
Mela Carmina conſimili oppreſſa ratione ſilerent. Martianus Capella à melos in plurali mela protulit,dicẽs
libro 2,Tu vatum mela dulcibus camœnis. Phaleucius eſt. Hæc qualiacũque mea ſunt,quia de his an-
te me nullus meminit,vt neque de multis alijs:quod vehementer miror. De nominibus quintæ no-
tiora ſunt teſtimonia,quàm quæ nobis probentur. Mart. lib.1,Cœnares hodie Procille mecum. Pha-
leucius eſt. Idem alibi,Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Die Quæritis:vxori nubere nolo meæ. Auſonij liber mendoſus eſt:Hoc die mercatus,cras citharœdus e-
ris. pro Hæc here mercatus,aut Omnia mercatus. Fames nũc tertiæ eſt:olim fuit quintæ, vt Gellius
Fame lib.8. docuit. Hinc manſit ablatiuus(fame),quem corripere potes:productio tamen eſt frequentior. Ti
bul. lib.1,Ipſa fame ſtimulante furens. Ouid.8. Metam. Iámque fame patrias,altſque voragine ventris

Attenuarat opes. Virgilius AEneid.6, Obijcit ille fame rabida guttura pandens. Producitur omnis
ſecunda perſona vocis actiuæ,ſingularis numeri,præſentis temporis,ſecundæ coniugationis, imperati-
ui modi:vt Doce, mone,&c. Quòd autem Caue frequentius corripi quàm produci in omni fere poe- Doce & ſi-
ta inueniatur,ideo eſt:quia olim Cauo,vido,fulgo, & alia quædam dicebant per tertiam: nunc fulgeo, milia.
video,caueo,per ſecundam dicimus. A tertia tamen aliquæ perſonæ mãſeremam caue quilibet corripe Caue
re poteſt,adeò eſt frequẽs. Horat. Vade vale,caue ne titubes,mandatáque frangas. Ouid.1. Triſt. Tu ca-
ue defendas. Propertius, Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ. Cicero in Arato, Hoc caue te ponto
ſtudeas committere menſe. ſic cæteri. Perſius, Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide ſis,ne maiorum tibi forte
Limina frigeſcant. Cato, Hoc vide ne rurſum leuitatis crimine damnes. Sic Scato pro ſcateo quon-
dam dixere. Lucretius libro quinto, Et partim pleno ſcatere atque erumpere campo. Valedico etiam Valedico
hanc ob cauſam variatur. Ouidius primo Triſtium, Sæpe valedicto rurſus ſum multa locutus. In eo-
dem, Idque quod ignoti faciunt valedicere ſaltem. Monoſyllaba producuntur, vt Me,te,ſe,de. Hinc Monoſylla-
demuntur coniunctiones encleticæ Que,ve,ne: & in compoſitis Quiſque,nonne, &c. Quæ nomen ba
& væh interiectio per diphthongou producuntur, vt Næ pro vtique & certe. Ne prohibendi produ
citur, vt etiam in compoſitis Nequis, nequando. Syllabicæ adiectiones non dictiones monoſyllabæ
ſunt,ſed vltimæ dictionum ſyllabæ: ideo corripiuntur: veluti Huiuſce,illiece,tute,tuapte. Lucretius lib.
primo, Accipe præterea quæ corpora tute neceſſe eſt. Producuntur aduerbia in e ab adiectiuis ſecun- Aduerbia ĩ e
dæ declinationis,ſiue comparentur,ſiue non: vt Pie,egregie,æque,propere,ſumme,eximie,&c. Tibul-
lus libro primo, Quidve pie,dum ſacra colis,puréque lauari

Te memini, & puro ſuccubuiſſe toro? Ideo non ſatis docte, Pie corripitur in hymno de diuo Lau-
rentio, Intulit cælo pie laureandum. Sapphicum eſt. Iuuenalis, Atticus eximie ſi cœnat,lautus habe-
tur. Ennius, Egregie cordatus homo. Valerius Flaccus libro quinto,
Dixerat: aſt illi propere monſtrata capeſſunt
Limina. à Properus propera properum,quod ſæpe leges. Similiter produces apprime. Virgilius autem
correptionis gratia, apprima per a dixit, vt Torua pro torue, Flos apprima tenax. author eſt Seruius,li-
cet refragetur Neſtor. Corripiuntur tamen bene & male,atque mage pro magis. Ouidius, Non be- Male
ne conueniunt. Idem putatur(male)ſemel produxiſſe. Vt in primo de Arte, Sæpe male dixit,&c. id ve-
rum non eſt: quia(mane)legendũ eſt à(maneo), licet per mendoſos codices decepti plurimi aliter le-
gerint non ſine peruerſitate ſenſus. lege itaque, Sæpe mane dixit, quum iam properaret Achilles. ipſa
Achillis amica ſæpe dixit, ô Achilles mane,cum Achilles properaret ad bellum Troianum,&c. impreſ
ſio Aldina,vt quædam aliæ, mane habet, non male. Aduerbia ſuperlatiui gradus vndecunque fiunt,
producuntur: vt Maxime,minime,licet pro(non)ſumatur: fortiſſime,pœniſſime à pœne,quod corripi-
tur. Propertius, Sic erepta mihi pœne puella mea eſt. apud Ouidiũ vbi(pœne)videtur produci,(poni)
legendum eſt, teſte Bebelio, Contiguos poni Scipio magne tuis. AEque producitur tantum. Hora- AEque
tius in primo epiſtol. AEque pauperibus prodeſt,locupletibus æque,
AEque neglectum pueris,ſenibúſque nocebit. Sunt qui male credant corripi in ſexto Thebaid. vbi in
(eque)eſt præpoſitio(ẽ)& cõiunctio(que), Debitus ẽque tuo venit hæc iniuria voto. id eſt & hæc in-
iuria venit ẽ tuo voto. Produc Fere,ferme & ohe. vide vocalem ante vocalem. Iuuenal. Mobilis & va Ferme
ria eſt ferme natura malorum. Idem, Nulla fere cauſa eſt,in qua non fœmina litem
Mouerit. Auſonius ſemel corripit. Bacche vocatiuus,ſeu potius interiectio bacchantis,produci inue
nitur. Horatius lib.3, Vſque ad mala citaret Io Bacche modo ſumma
Voce,&c. alij legunt, Et modo,&c. ¶E breuia,vt Oreſte,Achille,Vlyſſe, ſimiléſque vocatiuos & ab-
latiuos tertiæ declinationis contra Stoam & alios quoſdam,vt ſatis probaui. Oreſtes enim etiam tertiæ
Ouidio in Hero, Surdior ille freto clamãtem nomen Oreſtis. Sic Thyeſtes. Mart. lib.5, Fugerit an mẽſas
Phœbus,cœnámque Thyeſtis. Idem, Tereos aut cœnam crede Thyeſte tuam. Quintianus putans tan
tum primæ,repoſuit Thyeſta. & in 5. Metamorph. Polydecta: vbi eſt, Te tamen ô parui rector Polyde-
cte Seriphi. Primæ tamen in e producuntur. Ouid. Laertéque ſatus. quod Tortellius putans corrigere,
dixit Laerta. Ideo male interpres Strabonis lib.13, Hanc Laerte ſatus ſacras deducit ad aras. eſt enim pri
mæ tantum,quod tantum producitur. Ita AEneid.3. ex ſententia Priſciani legit Stoa, Coniugio Anchi
ſa Veneris dignate ſuperbo. Ego certe Anchiſa corriperem vt Atrida: producerem tamen Atride. hæc
Deſpauterius. Badio autem & pluribus videtur aptius dictum Anchiſa quàm Anchiſe: quia ſequi-
tur dignate: & cenſet accuſatiuum primæ in an aut en, & vocatiuos in a aut e, à nominatiuis longis
produci. Illud autem Horatij Atrida vetas cur,dictum eſſe à nominatiuo breue Atrida,pro Atrides.

Maſtice dum corripitur, eſt ablatiuus à maſtix, non à maſtico maſticas. Die ſemper producitur,
niſi in cõpoſitione diequarti: ideo Auſonij illud Hoc die mercatus. legendũ eſt Hæc here mercatus,cras
citharœdus eris. Quare ſemper producitur,niſi abijciatur. vt in Virgilio, Quare age,&c. Vide tertiæ,
à vido,corripitur etiã Valerio Flacco, Intro vide lata comantẽ. Sic Scato. Lucret. in 5, Largifluũ fon-
tem ſcatere, atque erumpere flumen, &c. Crebre aduerbium tantum producitur: ſed crebra nomen
pro aduerbio poſuit Maro, dicens, Pede crebra ferit. Sic idem, Flos ad prima tenax aut apprima: quia

apprimè ſemper producitur. Eque dum corripitur, vt docui, duæ ſunt particulæ: è præpoſitio & que ſeu ꝗ coniunctio. Mele plurale in ſecunda producitur Lucretio in ſecundo, Ae muſæa mele, &c. Vale ab antiquo verbo valo, vt mecum ſentit Stoa, corripitur apud Ouidium. Mane non male ab Ouidio producitur, vt etiam mecũ ſentit Stoa. Ordine pro optime legendũ illic eſt, Quid competat, ordine pandas. niſi ſit vocatiuus. Minime, bene. Horatius, Minime: cur? Stoice dicam. Maxime aduerbium. Auſonius, Quàm maxime nunc proloquor. Iambicus dimeter. Valde ſemper producitur à claſſicis, ſicut valide: vnde per ſyncopen detorquetur: & comparationem recipit ab illo etiam per ſyncopen: vt Valdius oblectant. Nomina autem pro aduerbijs poſita, vt Rite, iure, triſte, dulce: non mutant quantitatem. Fere dicitur variari: quia Auſonius dixit, Nam tecum fere totus ero, quocũque recedam. Non omiſit id Quintianus. Sunt tamen qui putẽt vocatiuũ eſſe à nominatiuo(ferus) amatorie dictum ô fere, id eſt Quãquam es ferus, tecum totus ero. Sicut Dido dixit, Non tibi diua parens generis nec Dardanus author. Hoc Badius. Certe non conſtat ratio, quare diceret fere totus, & non omnino totus: etiam Fere pro ferme alibi producitur.

I IN VLTIMIS.

I longum pono. Vocitantem contraho ternæ,
Sæpéque Græcorum ternum: Minoidi teſtis.
Sed niſi, ſiue quaſi, mihi, ibi, ſibi, vbi variabis,
Et tibi: iunge cui. tantum breue moly locatur.

I producitur. Martialis libro 8, Quàm vellem fieri meus libellus. Phaleucius eſt. Corripitur vero cunctus tertiæ declinationis vocatiuus. Virgilius, O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.
Mirabar quid moeſta deos Amarylli vocares. Ouidius, Non tibi ſic dices, Philli ſequendus eram. Papinius Achil. primo,
Quo rapis ingentem magni chironis alumnum
Fœmineis Nerei dolis? Sulpitius male credidit hîc vltimã in(Nerei) produci: quia ſic produceretur prima in(dolis), quod manifeſtò falſum eſt.

Vocatiuus tertiæ

Corripe itaque ſine vlla exceptione omnem vocatiuum tertiæ: vt Pari, Tethy, Theti, Themi, &c.

Datiuus tertiæ

Datiuus tertiæ Græcus corripi inuenitur. potes etiã producere, vt teſtatur Georgius Valla lib. 38. cap. 23.

Palladi

Papinius 1. Achil. Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem.

Tethi

Catullus de coma Berenices, Luce autem canæ Tethyi reſtituor.

Tethy

Valerius Flaccus libro 2. per duas ſyllabas Tethy in datiuo extulit, dicens, -vndæ:
Quam Tethy longinqua dies Glaucóque repoſtam
Solibus, & canis vrebat luna pruinis.

Catullus in Argo. Tum Thetidi pater ipſe iugandũ Pelea ſenſit. hîc datiuus producitur.

Minoidi

Ibidem, Morte ferox Theſeus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori.

Phyllidi

Sabinus in epiſtola Demophoontis ad Phyllida, Phyllidi Demophoon patria dimittit ab vrbe. Propertius, Tyndaridi poterant gaudia ferre ſua. Eiuſmodi datiuos à genitiuis creſcentibus, Aldus credit non poſſe produci, niſi ratione cæſuræ. Variabis in litera poſita: inter quæ niſi, quaſique rectius corripiuntur. Cui ſæpius monoſyllabum eſt. Aliquando diſſyllabum eſt, & variatur.

Quaſi

Ouidius, Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi. Lucretius libro 2, Et deuicta quaſi cogatur ferre patíque. Rufus in Arato, Vt nec curua quaſi declinet cornua nec tum. melius corripitur: quia cæſuræ licentia videri poteſt. vt apud Sidonium in Epithalamio Polemij, Sint tantum, penitúſque niſi nihil eſſe probentur. Peritiſſimi tamen grammatici adeò refugerunt cæſuræ licentiam, vt per principium tertij pedis ſæpe probauerint quantitates: veluti Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo, &c.

Niſi

Ouidius, Si niſi quæ facit, poterit te digna videri,
Nulla futura tua eſt, nulla futura tua eſt. Corripito libẽtius quaſi & niſi.

Cui

De(cui) aliquid diximus in primo libro. Martialis libro 12, Et credit cui Poſthumilla diues. Phaleucius eſt. Poſthumilla à Poſthumus deductum fœminæ nomen eſt. Idem libro 11, Collatus cui Gallus eſt Priapus. Phaleucius eſt. Capella libro 1, Et compar ſtudio, ſed cui terreus
Ortus propoſitum in ſydera tendere. duo ſunt aſclepiadæi verſus. Idem in eodem libro, Cui panditur aula tonantis. verſus eſt anapæſticus dimeter catalecticus. De reliquis teſtimonia facile occurrent.

Moly

Ouidius, Moly vocant ſuperi. Author Priapæorum, Quæ cur moly vocat, mentula moly fuit. Eſt herbæ nomen. Epy Ferettus dicit variari. Pompilius, teſte Bebelio, dicit variari indeclinata gummi, nauci. Ego teſtimonia poetarum veterum deſydero. Meli, id eſt mel, corripitur in compoſitis, vt Melimela. Lucretius libro ſecundo, Sicuti quadrupedum dixit, niſi liber mendoſus eſt. Corripitur(vti) in compoſito aduerbio(vtique). ¶I longum pono. Stoa aſſerit mecum datiuos Græcos ab is & as corripi & interdum produci. Correptio certe in creſcentibus melior eſt. Etiam ab en, on & er. interpres Strabonis libro 13, Excepere duces Agamemnon munus Atridæ. Cui, monoſyllabum apud veteres non reperi corripi. Martialis, Clauſæ cui folium roſæ corona eſt. Prudentius autem faciens monoſyllabum, corripuit in hymno ante cibum, Sanguine paſta cui ſedit auis. Alcmanium dactylicum hyper-

catalecticum trimetrum, conſtans tribus dactylis & ſyllaba. Cui diſſyllabum intrepidè varies. Mart. Sed norunt cui ſeruiunt leones. Phaleucius eſt. Prudent. Tarraco intexit cui fructuoſus. Sapphicum eſt. Martialis, Druſorum cui contigere barbæ. Phaleucius. Paulinus, Conſcia ſeruitij quòd geſſeris,& cui tandem. Nihil opus eſt ad ſpondaicum cõfugere:quoniam(cui)perſæpe corripitur manifeſtiſſime. vt Prudentius in Marcionitas, Aſſignare deos proprios ſua cuique iura.

O IN VLTIMIS.

O commune datur. Produc monoſyllaba,iungens
Cum terno ſextum,atque aduerbia nomine nata.
At variabo cito cum ſedulo,mutuo,crebro,
Seróque:ſit curtum modo ſolum.ſed breuiari
Ergô pro cauſa non vult. Produco quaterno
In caſu nomen,ſit cuius in us genitiuus.
O patrii produc,variáque gerundia vera.

O variatur, vt Cato, Leo, Apollo, Agamemno. licet Græce in ων per ω mega ſcribantur κάτων, λέων, &c. Scribo,& cætera verba. ſed, Seruio teſte, ſcio, neſcio, ego & duo ſolum corripiuntur:& in his profecto(vt cum Seruio ſentio)correptio eſt melior. Ego tamen interim producitur. Virgilius in Diris, Auſus ego primus caſtos violare pudores. Auſonius, Sicut ego ſolus me quoque pauperior. Idem, Separor vnus ego, ſed partem ſumo minorem. Neſtor plura teſtimonia affert, ſed ſuſpecta. Propert. libro 4, Thuſcus ego, Thuſcis orior, nec pœnitet inter

Prælia Volſcinos deſeruiſſe focos. correctiſſimi libri habẽt Thuſcus ego & Thuſcis. Idem in ſecũdo, Frater ego tibi ſum, filius vnus ego. Emendatiores libri habent, Frater ego & tibi ſum, filius vnus ego. Ouid. in epiſt. Sed quid ego reuoco? dictis his omen abeſto. aliqui libri habent, Sed quid ego hæc reuoco? ſic enim legit Aldus,& dicit apud Papiniũ legi, Sed quid ego hęc, feſſóſque optatis demoror vndis? Sic alij libri forte mẽdoſi ſunt. Ergo cum Aldo ſolum corripe. Producũtur tantum monoſyllaba, vt Sto, do, ſlo, ô, pro, præpoſitio & interiectio. Producũtur tantum datiui & ablatiui, vt Domino, meo, amato, Tydeo: quem datiuũ (niſi mẽda ſit pro Tydi, vt Orphi pro Orpheo) corripuit Papinius 8. Thebaid. dicens, Vos præda ruenti Tydeo. In Sidonij 3. Panæg. mendoſe legitur, Iam Tybrim tremuere meũ me Teutono iuncto. pro Teutone. quia recte Teutoni & Teutones dicimus. Producuntur tantum aduerbia ex nominibus ducta, vt Tanto, quãto, falſo, manifeſto, primo: quod tamẽ corripitur apud Aratorem, vt Vero coniunctio apud Valerium Flaccum & Sillium. Variãtur autem cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero,& profecto, teſte Sulpitio: ſed (modo) tãtum corripitur. Cito etiam vix productum reperies: veluti Homo, ambo,& duo: teſtimonia correptionis facile occurrent. Stathius 1. Thebaid.

Sero memor thalami mœſtæ ſolatia mortis

Phœbe paras. Idem primo Syluarum, Pectora ſero videt. Tibullus, Heu ſero reuocatur amor, ſeróque iuuenta. Quomodo aduerbium, corripi inuenio. Mart. libro 10. ad Caium, Quicquid habent omnes, accipe quomodo das. Idem libro tertio, Quum ſit tam pauper, quomodo cæcus amat? Ergô pro cauſa, veluti Illius ergô: tantũ produci grãmatici omnes teſtantur, alioqui variatur. Auguſtus, Ergo ne ſupremis,&c. Horatius, Nil tanti eſt: ergo fungar vice cotis acutum,&c. Græcum in o faciens, genitiuum in us producit tantum o in nominatiuo, datiuo, accuſatiuo, ablatiuo: vt Dido, Clotho, Argo, Clio, Drymo, Xantho, Alecto, Echo, Hero, Sappho. Virgilius libro 4. Georg. Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Philodocéque. Primum (que) ratione cæſuræ producitur: veluti Lumináque laurúſque dei. Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. Lucanus, Dum ſanguis inerat,&c. quod notandum magis quàm imitandum eſſe diximus. Neſtor dixit ex more Græco illic facere poſitionem. Sillius libro 4, —at non dabat vltra

Clotho dura lacus. Neſtor dicit ſe apud Lactantium reperiſſe recitatum hunc verſum, Clotho colum baiulat, Lacheſis net, & Atropos occat. Sine dubio verſus eſt ineptus ab imperito aliquo Lactantij libris adiectus: quia baiulo primam producere alibi oſtendimus: & Clotho Græce per ω mega in vltima ſcribitur, vt Sappho. quare ineptus eſt verſus, Quid niſi laſciuias cantauit Sappho puellas? Ouidius in ſecundo de remedio Amoris, Me certe Sappho meliorẽ fecit amicæ. Iuno variatur, quia Latinum eſt. Genitiuus in o producitur tantum, vt Apollos Apollo, Androgeos Androgeo, Athos Atho,& ſimilia per tertiam declinationem Atticam. Virgilius, Androgeo galeam,&c. Idem Georg. 1, propter ſequentem vocalem corripit accuſatiuum Atho, teſte Neſtore: Aut Atho, aut Rhodopen,&c. Variabis gerundia quæ verbi conſtructionem ſeruant. productio tamen eſt frequentior. Adiectiua autem gerundiua tantum producuntur, quia nomina ſunt non verba. Virgilius, Cantando tu illum,&c. Iuuenalis ſatyra 3, Plurimus hic æger moritur vigilando: ſed illum

Languorem peperit cibus imperfectus,& hærens

Quomodo
Ergô
Græcũ in o
Xantho
Clotho
Sappho
Gerundia

Ardenti ſtomacho. Tibullus lib.3, Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem. Martialis lib.2.ad Zoilum, Fœlicem cœnâ Zoile dando tuam. ita legit Tibulli interpres Bernardus Veronenſis. ſed minus recte, vt opinor: quia libri, quos ego vidi, longe aliter habent in meliore ſenſu, vt mihi videtur: ſic,
Fœlicem fieri credis me Zoile cœna, .
Fœlicem cœna Zoile deinde tua. Alphius Auitus apud Priſcianũ lib.8, Spatiando paulatim trahit. Eſt iambicum dimetrũ. Auſonius de ſtudio puerili, Et melicos lyricóſque modos præfando nouabis. Virgilius in Catalecto, ſi Virgilius ſit author, Sæpe audendo mare, & vincere ſæpe hyemem. Calphurnius Ecloga 9, -formoſior Ida
Dicor, & hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas,
Purpureas laudando genas, & lactea colla. Sedulius lib.1, Sperando tepeſcit. ſic Eccleſiaſtici ſæpiſſime.

¶O commune datur, vt Ambo. Virgil. in Bucol. Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo. Horatius ambo pro ambos manifeſtè corripit. Sic Maro duo pro duos, Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros. Productio eſt rara. Sic (homo) quãuis correptio frequẽtior, quibus hominis facit: antiquis tamẽ quibus homonis, productio eſt non raro. Lucilius apud Ciceronem lib.2.de finibus bonorum, O Publi, ô Gurges, ô Galoni es homo miſer, inquit. Lucret. lib.6, Arbor homóq; videtur, & omnia de genere omni. Ennius, Egregie cordatus homo catus AElius Sextus. Idem, Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Et Horatius, Quidam notus homo quum exiret fornice, &c. Sic Virgo, licet virginis facit, producitur: O virgo noua mi facies, &c. Ilico, modo, cedo pro dic vel da vix inuenies produci.

Amodo corripitur ab Auſonio in Moſel. Nobilibus repetenda nepotibus amodo cœptum
Detexatur opus. Sic Dummodo & quomodo correpta legũtur. Ego vix vſquam producitur à Virgilio, Ouidio, Papinio, aut eorum æqualibus, aut maioribus. Nam apud Papiniũ in 1. Thebaid. legendum eſt, Hiſne etiam funeſtus ego, & videt iſta deorum
Ignauus genitor? Coniunctionem (&) habent libri quoſcunque videre licuit, & eam ſenſus exigit. Et in quarto, Sed quid ego hæc, feſſúſque optatis demoror vndis? Caue omittas pronomẽ (hæc): quia ipſum habẽt libri quoſcunque vidi, ſenſu id exigente: Plautus tamen produxit, ſi Pylades recte eum legit, vt in Caſina, & alibi. Denuo Probus aſſerit breuem inter duas longas habere: Victorinus dactylum eſſe dicit, cui propter Probum Stoa reclamat, carpens Sedulium dicentem, Vox domini ſuperextat aquas, vox denuo verbum. fit ex de & nouo. Verò coniunctio variatur. Valerius Flaccus libro quinto,
-neque inexorabile certe
Quod petimus: ſin verò preces, & dicta ſuperbus
Reſpuerit, &c. Sillius libro 9, Lux oritur mihi magna ſatis, ſat vero ſupérque
Bellandi merces: ſic gloria cætera vobis, &c. Virgilius, Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis.

Gerundia etiam Auſonius corripit, Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit. Celeno celenus, & cætera ſimilia ſemper producuntur. Cic. Alcyone Meropéque, Celeno, Taygetéque. Sic Aldus: nec ſtaret, ſi legatur Celenóque, &c. Nec in Germanico addet (que) Electra, Alcyonèque Celeno, Taygetéq;, &c.

V & B.

V ſemper produc. B contrahe. Barbara deme.

Ab V produc, vt IESV. B corripitur, vt Ab, ob. Virgilius, Arma virúmque cano Troiæ qui primus ab oris. Sedulius produxit: quia ſequitur h, quæ conſonantis vim aliquando creditur habere: quod notandum eſt, non imitandum. ait ergo in libro 3, Ab hac ergo pedem retro faciamus, & arctum
Corde petamus iter. ſic nõ imitaberis ſimili cauſa defenſum in eodem libro, Vir humilis, &c. Barbara in b producuntur, teſte Nebriſſenſi, vt Iob, Iacob, Aminadab: quod pœnultima longa Latine Aminadabus effertur, teſte eodem. Iuuẽcus, Hoc Iacob etenim puteo cum prole bibebat. Græcis per ω ſcribitur. Georgius Valla Placentinus lib.38.cap.25, dicit Tu, in cõpoſito Tumet corripi à Lucretio, dicente, Tum tumet à nobis, &c. ſed fallitur (vt opinor) Placentinus: quia libri quos vidi habent (tutemet) in

Tumet
Tutemet

meliore ſenſu. Lucretius lib.1, Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum
Terriloquis victus dictis deſciſcere quæres. Caſu, memoratu, tantum producuntur, quicquid quidam dicant, vt cornu, &c. in omni caſu. ¶V ſemper produc. Diomedes tamẽ, Seruius, Victorinus & Probus ſentiunt u neutri generis corripi, præterquam in ablatiuo. Aldus nititur probare genu corripi poſſe: quia γόνυ quod idem eſt, Græcis corripitur: verùm ego pluris facerem vnicum claſſici poetæ teſtimonium, quàm mille grammaticorum ſine teſtimonio ratiunculas: at iſti nullum afferunt. Priſcianus autem dicit u ſemper produci: & præſto ſunt teſtimonia. vt Ouidius Metamorph. octauo, Preſſa genu digitis inter ſe pectine iunctis. Et Virgil. AEneid.1, Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluentes. Vbi (genu) accuſatiui caſus producitur. Verum Aldus aſſerit cæſuræ licentiã eſſe: ſed nihil facit niſi correptionem probet: quæ eſt apud veteres ab us breui, abiecta s litera, vt Decidere falcibus ramos. & certe mirandum videtur u nũquam corripi, niſi ſequatur s, quæ pro nulla veteribus eſt habita. Producemus ergo u, ſi non ſit s, cum Priſciano: & permittemus veteres us corripere per ablationẽ aut non pronuntiationem literæ s, quod etiam in is faciunt.

C IN VLTIMIS.

C produc,præter nec,donec.Sed variabis
Hic bene pronomen. Fac verbum iungimus iſti.

C producitur,vt Sic.Virgil.3.AEneid.Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.Martialis libro 7,
Sic ad Lethæas,niſi Neſtore ſerior,vndas

Nō eat,optabis quem ſupereſſe tibi. Idem ſemel corripuit.vt lib.2.ad Sextum,Et ſecum ſic vt audiā
ſuſurrat.Phaleucius eſt.non auſim tamen imitari:quia ſemel tantum,& forſan mendoſe corripitur:ve-
luti ac(vt Bebelius notat)apud Papiniū in 3. Thebaid.Sed gelidis ac inertibus æuo.puto mendam eſ-
ſe,pro &.Ideo(ac)ſolum produxero. Corripiūtur autem Nec,donec.Martialis libro 3,Quanta nec in
Libycis debuit eſſe iugis.Alibi apud eundem, Nec armata manus Hydræ mors vna fuiſſet. menda eſt
pro non armata,&c.Vt apud Sillium libro octauo,Cælicolûm matri nec hoc habitata pruinis.menda
eſt pro non. Idem libro 5,Donec abundanter diffuſo ſanguine late
Procubuit moriens. Hic aduerbium producitur tantum, & à veteribus diphthongo æ annotabatur Hic aduerbiū
hæc.Valla in Matthæum dicit ſe id in antiquo marmore notaſſe. Virgil.1.AEneid.Poſthabita coluiſſe
Samo,hic illius arma. Hic pronomē variatur,ſed rectius corripitur. variari teſtatur Seruius in illud 8.
AEneid.Eſt hic,eſt animus lucis contemptor.Idem in Bucol.Et vitula tu dignus,& hic,& quiſquis a-
mores,&c.Idem in 2.AEneid.Hæc finis Priami fatorum,hic exitus illum
Sorte tulit. Horatius,Stultus & improbus hic amor eſt,dignúſque notari. Martialis,Hic eſt quem le-
gis,ille quem requiris.Phaleucius eſt.Ouidius,Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes. Idem
12.Metamorph.Aſt ego dum parat hic armis nudare iacentem. Regius corrigendum credit hicce:quia
Priſcianus & Donatus dicūt(hic)pronomen corripi,aduerbiū produci. mihi placet propter iam dicta
cum Seruio hic pronomē variari. Maturātius & Ferettus ex Priſciano credūt pronomen(hoc)variari, Hoc
quia in vetuſtis libris apud Virgiliū,Hocce erat alma parens,legitur.quod productionis gratia factum
autumāt. Mart.lib.5,Conſequor hoc, vt me nec timeas,nec ames.Ouidius 1.Faſt.Hoc ego pro vobis,
hoc vos orate coloni.Sed ad(hic)reuertor, vt correptionem oſtendam. Virgilius AEneid.4,Solus hic Hic
inflexit ſenſus animúmque labantem. Idem in ſexto, Hic vir,hic eſt,tibi promitti quem ſæpius audis.

Fac,contentiones grammaticorum faciunt vt Badius dixerit variari:ſic Bebelius quoque: nam Sulpi Fac
tius vult produci tantum,teſtimonio Ouidij in primo de remedio Amoris,
Durius incedit,fac ambulet:omne papillæ

Pectus habent tumidæ,faſcia nulla tegat.Vbicunque verò produci videtur,ipſe legendū dicit(face)
pro fac.At Neſtor,AElius Nebriſſenſis,& Nicolaus Ferettus dicunt(fac)corripi tantum: quia fit à fa-
ce vbi a corripitur:vt ſit fac pro face, veluti fer pro fere. Et apud Ouidium, teſte Feretto, vbi Sulpitius
putat produci,corripitur:quia ita legit Ferettus,Durius incedit,fac obambulet. Neſtor autem Rigam
carpit,quia produxerat(fac)dicēs in Geneſi,Tu prior egreſſum fac,& cōiunx tua nati.Ouidius in ter-
tio de Arte,Mille fac eſſe iocos,turpe eſt neſcire puellam. Idem in epiſtola Proteſilai,Et dicet,referas ar
ma,fac iſta Ioui.Idem,Phylli fac expectes Demophoonta tuum.Auſonius in epigram.At tranſire iu-
be,vel fac vtrunque parem.Martialis libro 5,Signa rarius,aut ſemel fac illud.Phaleucius eſt.ſic in mul-
tis alijs locis . nec veriſimile videtur omnes libros eſſe mendoſos. poteſt itaque corripi : ſemel notaui
manifeſtò produci. Ouidius in 1.de Arte amandi,Hos fac Armenios:hæc eſt Danaia Perſis. Hormi-
dac corripitur in Sidonio. ¶Lac in Sereno producitur,Lac aſinæ placidæque bouis prodeſſe loquun-
tur. Victorinus aſſerit corripi. Tu Serenum imitare,donec ex vetere poeta probetur corripi,& tum va-
riabis. Donec,teſte Beda,producitur à Paulino forte per cæſuram:tu cum alijs corripito.Nec produ
citur in tertio Faſtorum,Libera currebant nec obſeruata per annum

Sydera.vbi lego necdum.Et à Lucillio ſatyra 8,Feruere me lōgum,nec hoc lictoribus tradam.vbi h
ſequitur,& forte aliter ſcriptum eſt:quia multa veterum in Marcello,Feſto,Varrone,diuerſiſſime legun
tur,& ita non vbique vere. Huic datiuus tantum producitur.Paulinus autem ſpondaicum fecit,di-
cens,Quum ſubito aut illic corda hoſtibus,aut huic ora. vbi Beda diſſyllabum legit, & corripi putat.

Hîc aduerbium,vt dixi,tantum producitur: ideo errat qui dixit, Cur ergo impenſam perdis hic aut
operam ? Sic corripi putatur à Lucillio apud Lactantium libro quarto, Ianus, Quirinus pater, ſic &
hoc dicatur ad vnum.Sed ego legam ſine(&), quia vacat. Fac,Probus dicit corripi:inuenitur tamen
manifeſte produci.Plautus in Amphit.Nunc tu diuine fac huc aſſis Soſia. Iambicus trimeter. In quo
(fac)producitur,teſte Pylade.Prudentius in Ro.Fuci imperitus,fac vt adſit arbiter.

D & T.

D breue ponatur,ceu t, niſi ſyncopa fiat.

D corripitur,vt Apud,Bogud. Sic nomina in t,vt Caput,amat,docet,&c.corripiuntur tantū, licet
Capella dixerit variari.Ego ſine poetarum veterum teſtimonio nihil credo grāmaticis: ideo nunquam
produxero Et,at,caput,legit,&c.niſi fuerit ſyncopa.& tunc certe libentius corripuero:licet producen-

tem non multum reprehendero : vt Fumat pro fumauit,Obit pro obiuit, &c. quæ producuntur quidem:ſed nunquam extra cæſuram. Virgilius in 10. AEneid. Audijt & cæli genitor, &c. At Ouid. 3. Metamorph. -pro fontibus ille lacúque
Interijt:at vos pro fama vincite veſtra. Idem quarto Faſtorum, Nox abijt, oritúrque aurora: Palilia poſcor. Idem libro 9. Metamor. Non abijt apte,&c. Iuuenalis,Quis neſcit,aut quis non vidit vulnera palli? Ouidius 3. Metamor. Arduus in nubes abijt,& in æquore ſummo
Vmbra viri viſa eſt. Horat. ſat. 9, Quũ grauius dorſo ſubijt onus, incipit ille. Iuuen. Magnus ciuis obit,
Petit & formidatus Othoni. Virg. 9. AEneid. Sceptra Palatini, ſedémque petit Euãdri. pro petiuit:quod antè mendoſe legebatur:vt bene docet Politianus in Miſcell. cap. 71. & eſt verſus ſpondaicus. Cui ſententiæ male refragatur Nicolaus Ferettus,argumento nimis friuolo vſus:credens ſcilicet Euander primã poſſe corripere:quia Seruius dicit propria variari:quod falſum eſſe contra Seruium manifeſtò declaraui. Et ſi aliquo modo id foret verum: tamen non dixiſſet Seruius in proprijs etiam regulas generales confundi. hoc eſt non concederet in proprijs poſitionẽ corripi: veluti Anchiſes. Aut diphthongõ, vt Autolicus, Autonoe,Eutychus,Euander,AEneas, AEacus,OEagrus. miror Ferettum hominem alioqui doctiſſimum tam pueriliter erraſſe. ſed multi carpendi ſtudio hallucinantur. Plura ſyncopata aliquando etiam ſine ſyncopa inuenies producta:ſed nunquam niſi vbi aliqua cæſurarum adeſt. Ergo cõſilium meum eſt, vt alibi non producantur:quia ſimilia inuenimus etiam vbi t non eſt. Horatius libro primo Carm. Ode 3, Perrupit Acheronta Herculeus labor. aſclepiadæum eſt. Virgilius, Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. Valerius Flaccus, Sed qualis & quanta viris inſultet Enyo. Virgilius,
Muneribus tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager. Ergo tutior eſt etiam in ſyncopatis correptio. M olim corripiebatur, nunc interimitur.

In H ad vocales pertinent, vt Vah,ah,quæ producuntur, vt dictũ eſt. In P vnicum eſt vetus, vt Volup, id eſt voluptas, & producitur quicquid dicant cæteri. Ennius apud Gellium libro 12. cap. quarto, Quocum multa volup, ac gaudia clámque palámque. Producitur quoque Ioſeph, vt cætera barbara, quæ extenſione ſyllabæ fiunt Latina aut Græca, pœnultima longa, teſte Nebriſſenſi, veluti Alaric, Iſabel, Leonor,Guiomar,&c. vnde Alaricus,Iſabella,Leonora,Guiomara,&c. Dauid cum Prudentio producito, licet quidam corripiunt. Veſperug volunt produci. ¶D breue ponatur, vt Alid pro aliud Lucretio. Syncopata in t, quæ amittunt ſyllabam, dicuntur tantum producenda. vt in Iuuenale, Magnus ciuis obit, & formidatus Othonis. Si tantum litera u perit, cijs efficitur, ſæpiúſque corripitur, nec tantum primæ coniugationis verba ſyncopantur. Et interdum cum ſyncopa fit ſynæreſis. vt Manilius libro quinto, Aſſuetáſque ſibi deſit perfundere ripas. Deſijt quia(de)producitur, diſſyllabum fit. Dauid Fauſtus corripuit, vt Stoa ſentit non male:quidam tamen aſſerunt Ruth,Loth,& ſimilia Hebraica ſolum produci. Prudentius in Amart. Loth ingreſſus iter, nec mœnia reſpicit alto
In cinerem collapſa rogo.

L

L breue ſit. Cum ſol,ſal,nil,tolluntur Hebræa.
Pol commune volunt: Tanaquil producere malunt.

L corripitur, vt Hãnibal,Hiempſal,mel,fel. Producuntur Sol & nil, cum ſal. Ouidius lib. 2. Metam. Vlterius ſpatium medio ſol altus habebat. Horatius ad Auguſtum, Nil intra eſt oleam, nil extrà eſt in nuce duri. Ideo errauit inter neotericos poetas doctiſſimus, dicens, Quòd ſcit in occulta turpe nil eſſe domo. Nihil autem corripitur. Perſius, Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Hebræa producuntur, vt cũ alijs docet Nebriſſenſis: veluti Michael, Iſrael, Michol,Phicol,Baal,&c. Eraſmus, Virginitas nitor argẽti, ſapientia ſal eſt. ſic Papinius & Auſonius. Tanaquil Hetruſcum producitur, teſte Capella. ¶L breue ſit, vt mel,fel. Ouidius, Quis mel ariſteo. Serenus, Siue fel vrſinũ tepefacta diluc lympha. Lucretius libro tertio, Oſſa dedit terræ proinde ac famul improbus eſſet. Sal multi putant corripi, ſed citra teſtimonium, ego inueni produci. Auſonius,
Dodra ex dodrante eſt: ſic collige, ius, aqua, vinum,
Sal,oleum,panis,mel,piper,herba nouẽ. Stat. 4. Sylu. Non ſal, oxyporúmve caſeúſve. Phaleucius eſt, apud Stathiũ ſolum ſpondæum in prima ſede recipiens. Eraſmus, Virginitas, nitor argenti, ſapiẽtia, ſal eſt. Pol corripit Ennius apud Macrobiũ ſat. 6, Nec pol homo quiſquã faciet impune animatus. Vbi vitiũ videtur in verbo(facient). Apud Plautum præſertim recognitum à Pylade ſemper producitur. Aldus etiam produci affirmat. Eſt ergo anceps. Tanaquil etiam producitur authoribus Victorino & Capella. Saul producitur, teſte Bebelio:quia per æ ſcribitur. Heliul etiã producitur, teſte Stoa, vt Heliol & Phul, virorũ propria. Iſrael etiam producitur. Sidonius & quidam alij ſynæreſin fecere, diſſyllabum ponentes. Sed hæc hebraica fere ſunt. Sunt qui perperam putant(al)produci quoties pœnultima genitiui producitur, ſed errant. Ouid. in 1. Amorũ, Quod faciet magnas turpe tribunal aquas. Quidã, vt Georgius Valla & Stoa, putant(vel)produci, ſic legẽtes Martialẽ lib. 5, Non niſi vel oſtio, &c. ſed vera exemplaria illic habent, Non niſi vel cocco madida, vel murice tincta
Veſte nites, & te ſic dare verba putas. Ita legit Calderinus.

N

N produc. Demas an,in,& prolem,tamen,atque
Forſitan & forſan:vidén huic conformia iunges.
Quod dat inis,curtum eſt:veluton,quod tertia neſcit.
Corripitur quartus,quando breuis vltima recti eſt.

N producitur,vt Hymen,titan,delphin: & omnia nomina tertiæ in on,quia Græce per ω mega ſcribuntur: nec apud veteres poetas, quibus fides habenda eſt, illud o corripiunt, niſi dempta n litera in o deſinant: vt Cato, Leo, Agamemno,Apollo, &c. nec refert an genitiuus in ontis deſinat, an in onis, pœnultima longa an breui. Nec facit fidem Sidonius qui corripuit Lacedæmon. vide E ante d. Nec hunc ſecutus Baptiſta Mantuanus,dicens,Extulit aduerſum celebres Lacedæmon Athenas. Nec Capella in dictione Ammon. vide A ante d,Adon. Nec Arator libro primo, dicens, Hic fuerat Simon ille Magus. Et libro ſecundo,Quid tunc dæmon agit. nec plures item neoterici fidem faciunt:quia hi omnes à puritate linguæ Latinæ interim aberrarunt. Mecum in hac opinione eſt doctiſſimus vir Nicolaus Ferettus. Virgilius 1. AEneid. Sarpedon vbi tot Simois correpta ſub vndis. Ouidius 4. Metam. Acteon ego ſum,dominum cognoſcite veſtrum. Idem libro ſexto,Quem ſibi Pandion, opibúſque viríſque potentem. Horatius in Arte,Perfidus Ixion,Io vaga,triſtis Oreſtes. Ouidius in Ibin, On tertiæ
Vt Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis:
Sic precor ætherei vindicis igne cadas. Proprium eſt mulieris: vnde Macedoniam dictam putant. In his certe pœnultima genitiui corripitur,& tamen on nominatiui apud veteres poetas nunquã corripitur. Martial. Præter aquas Helicon,& ſerta lyráſque ſororum. Manilius, At Procyon oriens quum iam viceſima cancro eſt. Errauit in hoc nomine dupliciter Baptiſta Mantuanus. vide o ante c,Procyon. Virgilius in Bucol. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Et alibi, Compulerántque greges Corydõ & Thyrſis in vnum. Idem, Te Corydon ô Alexi trahit ſua quenque voluptas. Seruius inquit, don ô A, antibacchius: ſed ô breuis eſt propter vocalem ſequentem: quaſi dicat Seruius, don ô A, ex natura vocalium eſt antibacchius. id eſt ille pes ex duabus longis & breui: ſed quia aduerbium ô hic propter vocalem corripitur, ideo fit dactylus. Quocirca errant Tortellius & Calepinus in dictione Tribrachus,dicentes, Tribrachus pes eſt ex tribus breuibus ſyllabis, vt Te Corydon ô Alexi. vbi don ô A,tribrachus eſt. quum vocalis ante vocalem breuis fiat,dicere debuiſſent don ô A,dactylus eſt. Mirum eſt tantos viros tam pueriliter erraſſe. Sed obijcient forte mihi Erotion puellæ nomen. Martialis libro 5,Pallida nec nigras horreſcat Erotion vmbras. Idem libro decimo, Hic feſtinata requieſcit Erotion vmbra. vulgo tituli ita habẽtur,De Herotionte puella,Epitaphium Herotionis,& per tertiam declinationem declinat hoc nomen Calderinus, dicẽs Martialem nomen finxiſſe à ſuauitate amoris: quia ἔρως ἔρωτος,amor eſt. Ego puto Calderinum decipi,& quotquot illi ſuffragãtur. Nam opinor Erotion ſine aſpiratione(licet aliter vulgo fiat)eſſe ſecundæ declinationis: vt Ilion,Glycerion,Planeſion, & alia multa,quæ ſæpius apud Latinos in um deſinunt: vt Ilium, Glycerium,Planeſium: & in Menæchmis Erotium. Martialis autem in Græcitate permanſit, quia carmini magis cõueniebat Erotion quàm erotium. in deriuatione nihil errauit Calderinus. Sunt autem mulierum nomina in on per blandam diminutionem facta,vt Gallis *Marion,Magdelon,Iehanneton*,&c. Omne igitur nomen in on tertię producatur. Produc etiam omnem genitiuum pluralem cuiuſcunque declinationis fuerit,vt Logon,Cimmerion, epigrammaton. Tibullus libro 4, Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras. Nominatiuus eſt Cimmerij,cuius genitiuus ſecũdum Latinam formam eſt cimmeriorum. ſecundum Græcam eſt Cimmeriωn. Sunt autem Cimmerij, populi, quibus eſt aer caliginoſiſſimus. Hinc eſt adagium,Cimmeriæ tenebræ. Tolluntur à regula An,in,cum prole,dein,exin,iubin,proin,tamen,attamen, forſan, forſitan. An. vide A ante t,Ater. hinc anne. Claudianus,Anne ego terrigenas,&c. Reliqua facile occurrẽt. addam hoc Ouidij à Verulano citatũ,Nec tamen emendando labor quàm ſcribere maior. Nota gerundium. Vidén' & quæcũque per apocopẽ ne habẽt,vt Mén',pro méne,tén',ſein',vín',aín',ſatín',egón', nemón',dixín',&c. Licet Sulpitius velit mén' & tén' produci,nemón' variari. & Seruius cum Lactantio dicat vidén' naturaliter produci,licet Virgilius & Papinius corripiant. Seruius quidem in illud AEneidos ſexto,Educet:vidén' vt geminæ ſtant vertice criſtæ?Vidén',inquit,naturaliter longa eſt:breuem tamen eam poſuit ſecutus Ennium. Lactantius verò in illud Papinij 10. Thebaid. Ipſa dedi, vidén' vt iugulo conſumpſerit enſem?Vidén'(inquit) ſyllaba cum naturaliter longa ſit, tamen eam corripuit, ſecutus authoritatem Maronis. Mecum ſentit Nicolaus Ferettus. Tibullus, Si vereare,precor vidén' vt fœlicius extis. ego itaque credo in omnibus naturam interrogatiui(ne)ſeruari: & omnes eiuſmodi dictiones corripi,donec ex veteribus poetis contrarium conſtet. Corripe en habens inis in genitiuo,vt Pecten,crimen,&c. Manilius lib. 4,Crimen vbique frequens,& laudi noxia iuncta eſt. hoc eſt contra doctiſſimum quendam credentem nuſquam reperiri (noxa) ſubſtantiuum. Idem in eodem lib. Erotion Vidén' & ſimilia
Quinctiã infœlix virtus & noxia fœlix, Et male cõſultis pretiũ eſt. Corripitur quoq; in on ſecun-

dæ declinationis,quod Latini in um vertere ſolent, vt Erotion, Ilion, Pelion,barbiton,&c.Ouidius, Ilion,& Tenedos,Simoiſque,& Xantus,& Ida. Idem in epiſtolis,Pelion in Tyriam tranſfert fœlicius
Accuſatiuus in n vrbem.Lucanus,Pelion opponit radijs naſcentibus vmbras. Corripitur accuſatiuus cuius nominatiui vltima corripitur,vt Medean,Maian,& ſimilia à nominatiuo in a.Menelaon,Orpheon,Priamon, Iacobon,& omnis alius accuſatiuus in on ab os vel us correpto.Parin,Ibin, Ityn, Thetin & Tethyn: licet aliqui dicant vltimam produci tantum, quia Tethys etiam legitur vltimam corripere, vt docebo in Is.Papin.7.Thebaid.Nanque ferunt raptam patrijs AEginan ab vndis.Idem ſecundo Achil.

Quid ſi nunc aliquis patrijs rapturus ab oris
Deidamian eat?Ouidius in Ibide,Strimoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.Idem in Epiſtolis,
Tu fore tam lentum iuſta Menelaon in ira,

Et geminos fratres Tyndareúmque puta. Idem 7.Metam.Procrin habe,dixit. In eodem,Tantáque nox animi eſt, Ityn huc accerſite,dixit. Idem in Ibide, Et fletu madidis Ibin adite genis. Papinius in
Én & an accuſatiui lõgi Achil.Et Tethyn,& comites,& quos ſuppreſſerat ignes. Accuſatiui à longis nominatiuis producũtur tantum, vt AEnean,Anchiſen,Helenen: & reliqui ab as,es & e. de quibus omnibus nimis frigidè & incerte loquuntur Verulanus & Nebriſſenſis. Ouidius, AEnean animo nocte diéque refert. Idem, Reſpice Laerten,vt iam ſua lumina condas.Priſcianus in Periegeſi,Europen Aſiæ Tanais diſiũgit ab oris.Ouidius in 6.Metam.Fecit & Aſterien aquila luctante teneri.Idem in epiſtola Deianirę,

Mittor ad Alciden è coniuge conſcia mentis

Littera,ſi coniunx Deianira ſua eſt.ſic cæteri quotquot ſunt fide digni.ideo nõ recte dixit Sulpitius hæc variari.Sidonius in Græcis plerunque errauit, vt ſæpe oſtẽdimus.& nunc errat in accuſatiuo Alciden,dicens in præfatione tertij Panægyrici,Nec quæ Cadmæis pariens Alciden in oris

Suſpendit triplici nocte puerperiũ.Martialis,Te fingente nefas Pyladen odiſſet Oreſtes.Quidam tamen aliter legunt,vt Sidonium excuſent.
Hymen Hymen producitur,licet vltima genitiui hymenis corripiatur.Catul.Hymen ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe. ¶N produc vt genitiuos plurales Græcanicos logωn, Cimmeriωn: licet Seruius ad Albinũ velit corripi. On tertiæ etiam nominatiui caſus, licet onis corripiant, inueni à vetuſtioribus produci ſolum. Nam quod apud Papiniũ in 5.Syl.legitur,Mæon & inde ſuum longo probat ordine vitæ:incertum eſt an ita ſcripſerit: nam Calderinus dicit ſe in omnibus libris offendiſſe Maior & inde, &c. Alij autẽ ſic legere malint, Mæonia inde ſuum, &c. Halcyon tamen videtur corripuiſſe Cicero apud Marcellum in dictione Primus,Halcyon hunc genuit,hunc,&c.Iuniores certe on tertiæ ſæpe corripuerunt,vt Memnon producendum, teſte Bebelio.Claud.in laudibus Stil.Porus Alexandro proſtratus,Memnon Achille. forte legendum Achilléque Memnon.Et in ſecundo eiuſdem, -nec grandine tundat oliuas

Scorpion autumni,&c. vbi legam Scorpius aut ſcorpios: quia ſcorpio tertiæ non eſt illud animal de quo loquitur. Chalcedon autem,lapillus corripitur à Prudentio in Pſycho.Hinc chalcedon hebes. Et in Romano dæmon, Sic dæmon ipſe ludit hos quos ceperit.Iambicus trimeter. Hyperion, Machaon,Hicetaon,Strymon,& plura corripiuntur à Pylade in Geneal.Et à Nicolao Valla.vt in 3.Iliad. Ille quidem quẽ iam memoras Agamemnon Atrides.Ego tamen produxero tantũ. Accuſatiuus ab a in an corripitur tantum.apud Ouidium eſt cæſuræ licentia,Qui legis Electran, & egentem mentis Oreſtem. Badius tamẽ vt ſuprà patuit,cenſet(an)produci à nominatiuo longo,quantus poteſt eſſe in a ex e,vt ex Electre Electra, & inde Electran. ſic Nemean,&c. Accuſatiuus in en producitur ſolum, quia o & e primæ producitur.Ideo apud Stathiũ Placentinus male AEginen pro AEginan legit.Sunt qui tertia etiam en in Græcis ſcribant,teſte Stoa.Modeſtinus,Legati referunt Diomeden arma negaſſe.Male autem Beroaldus in Diris,Non Daphnen Phœbus,Cidippen Acontius ardet. Stoa Sidonij verſum vt purgetur, ſic legit, Alciden triplici nocte puerperium. Mén',tén' aſſerunt ſolum corripi legentes in Ciri,Téne ego plus patrio dilexi perdita regno?Nemón' Stoa aſſerit produci propter illud Horatij in ſecundo Sermonum ſaty.7,Conuiuam,nemón' oleum feret ocyus,ecquis? Ego cæſuræ licentiam eſſe arbitror.Nam vidén' corripitur & ſimilia.

R

R breuies.Produc cuius dat patrius eris:
Addito iber,aer,æther.Sit Celtiber anceps:
Vt cor,non longum melius.Producito tantum
Cur,far,lar,fur,nar,par.vix prolem breuiabo.

R corripitur, vt Mulier, pater , mater, Hector,Neſtor. licet à Græcis producantur πατὴρ, μήτηρ, ἕκτωρ,&c.teſte Neſtore,quia videndum eſt quid Latinis placuerit,nõ quid Græci fecerint: ſi quidem velimus Latine ſcribere. Ouidius 12.Metam.Inferias dederat cum fratribus Hector inanes. Papin.10. Thebaid. -non ora virum,non pectora flectit

Imber atrox:rectóſque tenẽt in mœnia vultus. ſic Virgilius cæteríque.in hoc errauit Alexander.Vir-

gilius in AEtna, Purpureóque rubens ſurgat iubar aureus aſtro. Mart. lib. 1, Ecce vir eſt, nũquid Pau-
la negare poteſ? Et lib. 2, Grãdia verba vbi ſunt? ſi vir es, ecce nega. Ouid. 1. Metam. De grege nunc ti-
bi vir, & de grege natus habendus. Cæſuræ licentia eſt. Virgil. Hic vir hic eſt, &c. ſic reliqui. quocirca
nolim imitari Petrarcham, hoc nomen admodum ſæpe producentem. vt in 3. Aphricæ,
Hæc tibi cura datur vir optime: nam tibi ſermo
Dulcis adeſt. Ouid. 9. Metam. Et paulùm blandita, fer has, fidiſſime dixit. Producuntur nomina in
er habentia eris, pœnultima lõga in genitiuo: vt Crater, character, clyſter, & cætera, quæ Græca ſunt Crater
omnia præter Ver veris. Ouidius, Ver erat æternum. Manilius lib. 1, Crater & duplici Centaurus ima-
gine fulget. Idem lib. 5, Vltima pars magni cum tollitur ore leonis:
Crater auratis ſurget ſtellatus ab aſtris. vulgo mendoſe legitur crater & auratis, &c. Propertius lib. 3,
Ante fores templi crater antiſtitis auro
Libatum fundens in tua ſacra merum. Lucanus libro ſexto,
Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet
Cãtaber exiguis aut lõgis Theutonus armis. Iber, id eſt Hiſpanus. Iberes in Armenia ſunt. Valerius Iber
Flaccus lib. 5, Quos nec Iber, aut tuta ſuis Aurora pharetris
Suſtinet. Celtiber variatur. Nam Priſcianus lib. 7. ait vnicum nomen ſecundæ declinationis produ-
cere er, quod eſt Iber cum ſuo compoſito (Celtiber). de correptione ſatiſfacit Martialis, dicens lib. 10, Celtiber
Ducit ad auriferas quòd me Salo Celtiber oras. Ideo non male dixit Alexander, Celtiber atque Iacer.
Dicitur quoque Celtiberus pœnultima longa. Catullus ad Egnatium, Nunc Celtiberus Celtiberia
in terra. Scazon eſt. Virgilius lib. 6, Largior hîc campos, æther & lumine veſtit. Ouidius 6. Metam. AEther
Audiat hoc æther, & ſi deus vllus in illo eſt. ſic cæteri. Lucret. lib. 5, Inde mare, inde aer, inde æther i- Aer
gnifer ipſe. vide etiã A ante e. Multi credunt aer à Claudiano licenter corripi in primo de raptu Pro-
ſerpinæ dicente, Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno. ſed vt recte docet Calepinus, mendoſe le-
gunt, & pulchrum poetæ ſenſum peruertunt: quia (axis) non (aer) legẽdum eſt. Aer itaque nunquam
corripitur à doctis. Cor rectius corripitur: quia ſemel tantum inuenio produci. Ouidius in epiſtola Cor
Sapphus, Molle meum leuibus cor eſt violabile telis. Idem in 5. Metamor. Inque cor hamata percuſ-
ſit arundine ditem. Idem 5. Triſtium, Strangulat incluſus dolor, atque cor æſtuat intus. Ibidem,
Molle cor ad timidas ſic habet ille preces. Idem in primo de Ponto, Confiteor miſero molle cor eſſe
mihi. Auſonius in epigrammatis, Qui reminiſco putat ſe dicere poſſe Latine,
Hic vbi co ſcriptum eſt, faceret cor, ſi cor haberet. Nota pronomen (hic) hîc produci. Martial. lib. 10,
Dotatæ vxori cor arundine fixit acuta. ſic cæteri. Horatius, Cur ego ſi nequeo, ignoróque, poeta ſalu- Cur
tor? Ouidius primo Faſtorum, Ante deos homini quòd conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica ſalis. Idem 5. Faſt. Exagitant & Lar, & turba Diania fures: Far
Peruigilántque canes, peruigilántque Lares. Turba Diania, id eſt canes: quia Diana eſt venatrix. Per- Lar
ſius, Fur es, ait Pedio. Virgilius 7. AEneid. Sulphurea Nar albus aqua, fontéſque Velini. Valerius Flac. Fur
lib. 1, Par oneri clauæque capax. Sil. 14, Par omnes ſimul ira rapit. Catullus ad Leſbiam, Ille mi par eſſe Nar
deo videtur. Sapphicum eſt. Virg. in AEtna, Nam propè naturæ par eſt violentia ſemper. Lucret. in 1, Par cũ ſuis
Hæc ſoliti ſumus, vt par eſt, euenta vocare. Idem dices de compoſitis. Horat. ſaty. 3. lib. 2, Ludere par compoſitis
impar, equitare in arundine longa. Idem, Vt matrona meretrici diſpar erit, atque. Sic cæteri, qui puri-
tatem illam linguæ Latinæ veterem obſeruarunt. Quocirca vix imitabor Auſonium Gallum de ter-
nario numero dicentem, Tris primus par impar habet, mediúmque, ſed ipſe, &c. Nec Auienum di-
centem, Diſpar erat fragili, & ſolidi concordia motus. Ouid. in Ponto, Hei mihi quàm diſpar eſt locus
ille Getis. Nec ſequar Petrarcham in 7. Aphricæ dicentem, Aſt alium timuiſſe par eſt ab origine rerũ.
Bebelius ait. Impar Caius Suetonius Trãquillus corripit præter morẽ. Tibullus lib. 2, Exiguus pul-
la per vada lynter aqua. Græce tamen ſcribitur per η, vt πατήρ. Hir volũt produci grammatici qui- Lynter
dam. Et Ouid. 2. Faſt. Nauiget hinc alia iam mihi lynter aqua. nam ηρ ſæpe in ιρ, & ωρ in ορ mutant
Latini. ¶R breuis vt Torcular, puluinar, altar: licet Venerabilis Beda, teſte Quintiano, produci di-
cat ar, quoties etiam in are deſinere reperitur, vt cochlear vel cochleare. Crederem Bedæ, ſi regulã au-
thoritate confirmaret. Sed ego (altar) corripi inuenio. Prudentius in Eulalia,
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum. Dactylici trimetri hyperc. Hir producitur, teſte Stoa. Certe Ir fluuius
producitur, quia ει habet, vt χείρ. Par nunquam reperi corripi: compoſita tamen variantur à neote-
ricis duntaxat: longe ergo melior eſt productio. Capella in 6, Omnia compar habet paribus ſub le-
gibus ordo. Prudent. in Amar. Liber vtrique animus, ſed diſpar vtrique voluntas. Idem contra Sym-
machum (impar) corripit. Aer produci debet, corripitur tamen. Mantuanus, Quæ freta, quæ tellus,
quæ leuis aer habet. melius dixiſſet, teſte Badio, Quæ leuis aura tenet.

A S

As produc. Sed adis quæ dant patrio, breuiantur,

Et ternæ quarto: vates bonus Helias inquit.

As adis

As producitur,vt Foras.Horatius, -nec fidos inter amicos
Sit,qui dicta foras eliminet. Bebelius dicit à Lucretio corripi. Corripiuntur tantum omnia nomina tertiæ declinationis,quorũ genitiuus in adis vel ados deſinit.Perſius,Hoc natat in labris,& in vdo eſt Menas & Atys.Horatius in Arte,Pythias emuncto lucrata Simone talentum.Ouidius 6.Metam. Pallas anum ſimulat.ſic cæteri.Ouid.2.Metamorph. Arcas adeſt ter quinque ferẽs natalibus annos.

Arcas

Capella lib. t, Arcas in thalamos venire iuſſus. Phaleucius eſt, habens in prima regione trochæum, in qua re imitatus eſt Catullum id ſæpicule facientem.vt in primo carmine,
Quare habe tibi quicquid eſt libelli,

As in accuſatiuo tertiæ

Qualecunque quidem ora per virorum. quæ res plures decepit. Corripe quoque accuſatiuum pluralis numeri tertię declinationis.Mart.lib.9,Phineas innites Apher & OEdipodas.Papin.11.Thebaid. Vota deis cæco,nec Erynnias ore rogaui.ſed libri fere habẽt Erynnas per ſyncopam: & ſic producitur, vt dicit Georgius Valla Placentinus lib.37.cap.29.Ouid.in epiſtolis,In te fingebam violentos Troas ituros. Perſius,Phylidas Hypſiphilas vatum & plorabile ſiquid. Virgilius, Permixtos heroas & ipſe videbitur illis. Idem, Aonas in montes vt duxerit vna ſororum. Idem 10. AEneid. Indulgent vino, vertunt crateras anhelos.Auſonius & Baptiſta Mãtuanus corripiũt Helias.Vide I ante a. ¶As produc, Phorbas phorbantis. Mantuanus in Georgio male corripit, vt Bias Biantis ſe male corripuiſſe Pius fatetur,licet Biæ ab aliquibus declinetur: quia in as & in es primæ omnino producuntur.Sunt qui neutra in as Græca,mutantia as in atos pœnultima breui,corripiẽda cenſent, vt demas,&c. Heptas heptados,& ſimilia debent corripi.Capella tamen dixit lib.6,Heptas in numeris prior igni,tertia luna.Sed ſæpe errat & ineptit.

ES

Ponitur es longum.Pluralia corripe Græca,
Quæ creſcunt velut es de ſum:penes,inquies adde
Cum neutris : etſi patrio eſt pœnultima curta
Ternæ.Tolle Ceres,aries,paries,abies,pes.

Es producitur,vt Anchiſes,Dares,&c.contra Martianum Capellam, qui falſè ait,Es in Græcis corripitur,vt Anchiſes.Virg.5.AEneid.Anchiſes alacris palmas vtraſque tetendit. facile occurrent plura teſtimonia.In primo libro Sillij mendoſe Chremes pro Chromis legitur,Tum frontem Chremes intonſam,&c. Tu legito,
Tum frontem Chromis intonſam vibrante capillo
Septus,& horrentes effingens crine galeros. In hac re errauit Sidonius, teſte etiã viro doctiſſimo Iohanne Baptiſta Pio.vt lib.8.epiſt.Aut quo tu Latium beas Horati,

Lyriſtes

Alcæo potior lyriſtes ipſo. Phaleucius eſt. Vt in laudibus Narbonis, Siue AEetes & inclytus Iaſon.

AEetes

Vltimam in his corripi ſyllabam iudicamus cum Pio,menſui modulorum diſſentaneum: quia per η

Es pluralis

Græce ſcribũtur ποιητὴς,ψάλτης,λυριστὴς,αἰήτης, &c.poetes,pſaltes,lyriſtes,AEetes,&c. Corripiũtur autem omnia Græca pluralis numeri tertiæ declinationis creſcẽtia in ſingulari:veluti Dæmones, Vaſcones,Britones:& omnia ab n,Pæanes,Sirenes,Delphines:& quæcunq; additione is ſyllabæ faciũt genitiuum ab n. Omnia ab er producta, vt præſteres, crateres. Omnia ab or pœnultima genitiui correpta,vt Hectores,Caſtores.At Latina ſunt arbores,memores. Omnia ab as antis vel adis, vt gigantes,Arcades. Omnia ab es etis pœnultima longa,præter inquies,locuples:quia Latina ſunt,vt lebetes,tapetes,Daretes,magnetes,Cretes. Omnia ab is vel idis vel entis vel ios aut eos vel ys yos,vt pyxides,iaſpides,Erinnyes: ſed lapis & cuſpis Latina ſunt. Omnia ab os ois,vt Heroes,Troes: & à ceros,vt rhinocerotes:& eros,vt philerotes. Omnia ab us odis & untis,tripodes,Opuntes. Quædam ex abs,ybs,aps,ops:vt Arabes, Chalybes,lælapes,Dolopes,Cyclopes,hydropes,&c.Opes autẽ Latinũ eſt vt dapes. Omnia maſculina ab ax, vt thoraces : & quæcunque habent gis, vt habent leleges,&c. præter rex,grex,remex,lex,coniunx,frux. Sunt alia quoque de quibus non eſt certa regula,vt Cares, Cilices,&c.quorum tamen nonnulla Latinorũ more produci cernes.id nunquam permiſero ſine authoritate,adeò rara eſt productio,& tam frequens correptio.Papin.Thebaid.3,

Striges

Nocturnæque gemunt ſtriges,& feralia bubo
Damna canens.Virgil.12.AEneid.Iam vero Rutuli certatim,& Troes & omnes.Idem,Troes agunt, &c.Idem 10.AEneid.Arcades inſuetos acies inferre pedeſtres.Lucanus libro primo, Pugnaces pictis prohibebant Lingones armis. Iuuenalis, Quo nec terribiles Cimbri, neque Britones vnquam.Idem in 15.ſaty.Vaſcones,vt fama eſt,alimentis talibus vſi.Claud.in 3.de raptu Proſerpinæ,Iam cælum Titanes habent.Virgilius AEneid.5,At procul in ſola ſecretæ Troades acta.Ouid.10.Metam.
-vrniſque vacarunt
Belides: inque tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.Propertius, Tunc me vel tragicæ vexetis Erinnyes, & me. Sic

Cyclopes,Nereides,Delphines,&c.quæ omnia puto melius corripienda eſſe. Nam apud Iuuenalem ſatyra ſeptima, Stantibus œnophorum,tripodes,armaria,ciſtas. cæſuræ licentia videri poteſt.At longa ſunt Gades,Syrtes,Charybdes,quia non creſcunt. Virgilius,

Quid Syrtes aut Scylla mihi,quid vaſta Charybdis

Profuit?Ouidius tamen corripuit tygres. Es à ſum corripitur,ab edo producitur. Author Priſcianus. Ouidius primo Metam. Quiſquis es, hoc poteris mecum conſidere ſaxo. Virgilius, Huc ades ô formoſe puer. Ouidius, Nec potes in verſum Tuticani more venire,&c. Horatius, Quem penes arbitrium eſt,&c. Inquies contra naturam primitiui, authore Priſciano ex Probo:quem ſecutus Alexãder dixit, Inquies eſt curta, tamen etis erit ſibi longa. Mallem poeticum teſtimonium, quia Probus multa dixit à nullis poetis obſeruata,vt pes corripi.Et ideo Bebelius recte dixit inquies melius produci. Corripiuntur nomina neutri generis,vt Hippomanes,cacoethes,&c. Author eſt Georgius Valla Placentinus libro 28. cap. tertio. Iuuenalis ſatyra ſeptima, Es verbum Penes Inquies Es neutri generis Cacoethes

-tenet inſanabile multos

Scribendi cacoethes,& ægro in corde ſeneſcit. Ita dicit ſe in antiquo codice Longobardis exarato literis legiſſe, linguæ Latinæ columen Angelus Politianus. pro quo inepte legitur cacethos,nihili dictio, vtpote nec Latina,nec Græca. Mancinellus,Iuuenalis interpres,ſic ait,Cacoethes neutri generis tetraſyllabum eſt. κακὸν, malum eſt. ἦθος per η,id eſt ethos per e longum,mos dicitur: ſed ἔθος per e tenue, id eſt ethos per e breue, cõſuetudo dicitur. vide plura in E ante t. Corripiũtur nomina tertiæ declinationis in es, pœnultimam genitiui corripientia,vtpote quæ itis,etis, aut idis pœnultima breui obtinent:vt miles,teres,deſes,&c. Horatius,Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Virgilius 7. AEneid. Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos. Idem 6. AEneid. Obuius armato ceu quum pedes iret in hoſtem. Idem de viro bono,Securus mundi inſtar habens teres atque rotundus. Nõ credo (teres) produci,licet id teſtetur Ferettus. Interpres corripitur, licet Baptiſta quodam in loco videatur producere. At ſolum producuntur Ceres,abies,paries,aries,& pes,cum ſuis compoſitis. Virgilius,Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat olympo. Martialis lib. 5, Hic farta premitur angulo Ceres omni. Scazon eſt. ſic cæteri (licet Ferettus putet variari) niſi forte Boetius in libro tertio,Ode prima, Vt noua fruge grauis Ceres eat. verſus eſt ithyphallicus,conſtans dactylis tribus & pyrrhichio. ſed forte s eliditur: vt in (palus) apud Horatium,& in (cerneres) apud Capellam libro ſexto dicentem, Es breue tertiæ Ceres

Hîc igitur furuæ oculos ſplendeſcere noctis

Cerneres, ex auro vt ſacra flãma micat. Ego horum nihil imitari auſim. Præterea nimis frequens eſt apud Capellam vocalis ante vocalem non interempta. Virgilius in Bucolicis,Populus in ſyluis, abies in montibus altis. Idem in opuſculis, Quam fixam paries illos ſeruabat in vſus. Lucanus, Extruitur quod non aries impellere poſſit. Virgilius 3. Georg. Pes etiam & camuris hirtæ ſub cornibus aures. Feſtus in Arato,Deſuper aurigæ dexter pes imminet aſtro. Propertius libro ſecũdo,Quæ nunquam ſupra pes inimicus eat. Horatius ſaty. 3, Omnia magna loquens,modo ſit mihi menſa tripes,& Pes

Concha ſalis puri. Iuuen. ſat. 11, Hinc ſtomacho bilis,nam pes argenteus illis. Ouid. 6. Metam. Nec pes ire poteſt,intra quoque viſcera ſaxum eſt. Lucan. in 1, Primus in obliquum ſonipes opponitur amni. Virgilius AEneid. 4, Stat ſonipes,& fræna ferox ſpumantia mandit. Idem in decimo,

Tollit & abruptum quadrupes,& calcibus auras

Verberat. ſic cæteri quotquot puritatem linguæ Latinæ inuiolatam cuſtodiere: licet Probus voluerit (pes) corripi,cui quãtumuis vetuſto grammatico ſine veterum teſtimonijs poetarum nihil credimus, & multo minus Alexandro Gallo. Nec fidem facit Auſonius Gallus. Hic enim licet optime multa dixerit: quædam tamen contra veterum authoritatem nimis audacter,aut ex induſtria,aut per ignorantiam dixit,vt libros noſtros perlegenti patet. nolim itaque Auſonium imitari dicẽtem de numero ternario, Qui bipes & quadrupes foret & tripes, omnia ſolus

Terruit Aoniam volucris leo,&c. ¶ Ponitur es longum,vt Vlyſſes. male ergo Maximianus, Efficior demens alter Vlyſſes ego. Et Prudentius in Amart. Corporeus Iohannes adhuc nec carne ſolutus. Martianus Capella aſſerit Græca in ες ab illis corripi,quod non auſim improbare omnino. Nam Demoſthenes Thomas quidam poeta Græcus corripit apud Baptiſtam Pium. Et Ganymedes in Virgiliano carmine de liuore, Aut tradat Ganymedes ipſe nectar. Phaleucius. Lues. Prudent. in Amart. Quis niteat genuina lues vt robora ſoluant? Idem tamẽ fere id nomẽ corripuit,vt in Amart. Machina ſi terras lues inceſtiua fatigat, Et alibi, Cuſpis auaritię ſtupuit lues improba caſtis. Sic idem, Spoliátque ſuos fames improba natos. Apes vix ſingulariter reperitur: apis ſæpe. Ouid. Non apis inde tulit,&c.

Millies & ſimilia, Beda aſſerit corripi, teſte Stoa. deſyderatur claſſici poetæ teſtimonium: Badio tamen viſi ſunt ita cenſuiſſe veteres poetæ. vocali n interpoſuerunt,cuius interponendi nulla videtur alia ratio. vt Maro, Ah quotiens & quæ nobis Galathea locuta eſt,&c. Es à ſum docui corripi, ſed quibuſdam videtur Propertius produxiſſe lib. 2, Si puer es,alió traijce tela tua. Sed Aldus legit, Si pudor eſt,&c. cui ſubſcribo: quia ea clauſula, ſi pudor eſt,poetis frequens eſt. Pes, Stoa propter Probum & Auſonium anceps eſſe dicit: vnde & Prudentius contra Sabellianos,

Non recipit natura hominis,modo quadrupes ille

Non ſit, & erecto ſpectet cæleſtia vultu. Tu produces cum veteribus. Orchites ab orchis, id eſt teſticulo, vuæ ſunt in 2. Georg. corripientes es in plurale, more Græcanicarum dictionum. Sic Tigres in epiſtola Ariadnes, Qui ſcit an hæc ſæuas inſula tigres habet?

I S

Is breuio. Verum plurales protraho caſus:
Iſque quod in patrio mutatur in itis, & inis,
Aut entis. Tethys vario. Glis, vis quoque nomen
Cum verbo longum eſt: veluti perſona ſecunda
Protrahit is, quoties itis plurale reponit.

Is corripitur. Martial. lib. 10, Donaui tamen inquis amico milia quinque. Quis, his, mis, tis, genitiui antiqui, &, teſte Feretto, cis præpoſitio, quod recte obſeruauit Petrarcha dicens in 4. Aphricæ, Flenda Ciſalpinis iam Gallica rura colonis. Ouid. Quiſquis es, hoc poteris, &c. Idem, Cōſtituit mēſes quinque bis eſſe ſuos. Manilius etiam produxit. Correptio eſt melior. Ouid. Hectora quiſquis is eſt, ſi ſum tibi cura, caueto. Producito omnem caſum pluralem in is. Virg. Quis ante ora patrum, &c. Idem; Omneis vt tecum meritis pro talibus annos

Exigat. Eiuſmodi accuſatiuos doctiſſimus quiſque per ę diphthongum ſcribit. Dominis, poematis, Sardis, Syrtis, Gadis, pluralia, quorū meminit Georgius Valla Placentinus lib. 38. cap. 31.

Is ſingulare longum

Producuntur nomina in is, quæ pœnultima longa faciunt genitiuum creſcentem in itis, vel inis: vt Lis, Dis, Samnis, Salamis: aut in entis, vt Simois, Pyrois, Opois. Ouidius, Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Idem in epiſtola Penelopes, Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus. Ouid. Interea volucres Pyrois, Eous

Tethys

& AEthon. vide vocalem O ante i. Priſcianus vult etiam produci Tethys, & multa ſimilia: in quibus teſtimonia poetarum deſydero. Nam vnicus Virgilij verſus, quem ſolum pro confirmatione opinionis ſuæ Priſcianus habet, mihi non ſatiſfacit, in primo Georg. Téque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis. nam Virgilius ſimili loco cæſuræ licentia aliquando manifeſto vſus eſt. Eſto tamen producatur vnicum nomen Tethys, non continuo idem dixeris de Itys, Atys, chelys, Capys, &c. Concedamus itaque nonnihil grammaticis, & Tethys pro Oceani vxore produci permittamus: non extra cæſuram tamen: alioqui corripiamus pro Oceani vxore: nam aliud nomen Thetis cum i Latino notum eſt corripi tantum. Corripitur itaque prius nomen ab Ouidio in quinto Faſt.

Et latus Oceano quiſquam deus aduena iunxit,
Tethys & extremo ſæpe recepta loco eſt.

Feſtus in Arato, Eſt chelys illa dehinc, &c. Ouid. 14. Meta. Sed Capys antè fuit.

Glis
Vis

Producito Glis & vis ſiue nomen, ſiue verbum cum ſuis: vt ſis pro ſi vis, quā-uis, vteruis, quiuis. Ouidius, Vis ea ſi verbi eſt, cur non ego Væiouis ædem, &c. Virgil. Quanuis Elyſios miretur Græcia campos. Apud Senecam de prouidentia diuina, Ardua prima via eſt, quanuis & inane recentes. Inepte vulgo habetur, Et quanuis, &c. Horatius, Quilibet argilla quiduis imitabitur vda. Idem, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Memphis

Memphis (ne quiſquam te fallat) corripitur. Habet enim Memphios in genitiuo, nō (vt male Sedulius credidit, qui cum Baptiſta errauit) Memphitis: ſed à Memphis eſt Memphitis adiectiuum. Tibul. lib. 1,

Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirim
Barbara, Mephitim plangere docta bouem.

Genitiuus eſt Memphitidis. Sedulius non recte ait libro quarto, -tempore Moſis Carminibus vanis quidam Memphitis in oris
Signa dabant.

Mart. lib. 7, Nec te Roma minus, quàm tua Memphis, amet. Idem libro octauo, Iam tacet Eoum barbara Memphis opus. Sic in vndecimo Sillij.

Ais

Ais corripitur à Sidonio in Epithalamio Polemij, Prienæe Bia pluris ais eſſe malignos. Perſius, Hunc ais, hunc, &c. Aliqui aïn' pro aiſne, apud Perſium legunt. Ego puto corripi: licet ai videatur quartam olere.

Is ſecundæ perſonæ

Producuntur ſecūdæ perſonæ ſingulares, quādo plurales habent itis pœnultima lōga: vt ſis, ſis, velis, &c. Martialis, Neſcis heu, neſcis dominæ faſtidia Romæ. Ouid. 14. Metam. Decidit, & timido poſſis ignoſcere fratri. Virg. primo Georg. Aſſis ô Tegeæe fauens. Ouidius, Tu quoque fac proſis intra tua clauſtra iacenti. Martialis, Eſſe velis oro ſerus conuiua tonantis. Propertius libro ſecūdo, Non audis, & verba ſinis mea, ludite quum iam. Ouid. Triſtis abis, oculis abeuntem proſequor vdis. Idem in primo Faſt. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires. Valerius Flaccus lib. 5, Aſtiteris impune trabes. Tibul. lib. 4, Reſpueris etiam Phœbo gratiſſima dona. Horatius Ode 7. lib. 4,

Cuncta manus auidas fugiunt hæredis amico
Quæ dederis animo.

Neſcis

Ibidem producitur occideris: hæc præterita eſſe volunt, & in plurali produci dederitis, &c. Secus eſt de futuro. Horat. Dixeris egregie. Virg. Iuueris auxilio. Neſcis quidā male crediderunt corripi ab Ouidio in epiſtolis. vbi in optimo ſenſu & correctiſſimis codicibus in prima perſona (neſcio) legitur: ſic, Neſcio an exciderint mecū loca: venimus illuc.

Dormis

Apud Propertium quoque non (dormis) in ſecūda perſona, ſed in tertia dormit, in bono ſenſu legendum eſt, teſte Feretto. ſic in ſe-

cundo libro, Et ſoror & cum qua dormit amica ſimul. Apud eundem libro quarto nutrit in tertia perſona leges non nutris: licet vulgo ita habeatur,

Te ſcelus accepto Thracis Polymneſtoris auro Nutris

Nutrit in hoſpitio non Polydore tuo. Sic quidã libri habent: non, Et ſcelus accepto, &c. quæ lectio plures decepit. Et apud Iuuenalem legendum eſt Poſcis à poſco, vt doctiſſime docet Badius: nõ poſſis à poſſim, contra Mancinellum & plures. Sic ſatyra quinta, Poſcis

-tantíne iniuria cœnæ,

Tam ieiuna fames: quum poſcis, honeſtius illic

Et tremere, & ſordes farris mordere canini? Georgius Valla lib. 38. vult s perimi, vt in Palus apud Horatium, ſed prædicta placent. Vide (oro) acutiſſimam Badij interpretationem: & videbis poſcis à poſco legendum: non (vt legit Mancinellus) poſſis à poſſim. Ex his liquet Rigam, Sedulium, Aratorem, pluréſque grauiter erraſſe. Riga in Luca. Dum venis in regnum, CHRISTE memento mei. Arator lib. 6, -niſi diligis, inquit,

Cernere quem potis es, fratrem (quem cernere non eſt)

Neſcis amare Deum. Idem,

-nullâſque volens contingere menſas,

Eſuris ad facinus. Idem, Aduenis incluſo ſoluere vincla gregi. Sedul. Peruenis ad CHRISTVM, non CHRISTVS peruenit ad te. Auianus fabulator non imitandus, Siue decus buſti, ſeu velis eſſe deus. Licet autẽ (venis) excuſari poſſet, quia olim (veno) in tertia dicebatur: tamen quia apud doctiſſimos non reperitur in vſu: ideo nunquam corripiam: ſed imitabor Virgilium dicentem in ſecũdo AEneid. Expectate venis, vt te poſt multa tuorum. Item, Seu dextra læuáque velis occurrere pugnæ. Errauit cum Aratore Petrarcha corripiens Venis, ſentis, neſcis, & plura, quibus ſuperſedeo. Eadem ratione producitur ab Auſonio faxis. ¶Is breuio, vt ſanguis. Ouidius in Hero. Sanguis abit, mentémque color, corpúſque reliquit. In Lucano per cæſurã dicitur, Dum ſanguis inerat, &c. Inquis Horatius cenſet tertiæ, dicens, Inquis & hoc ſtudio. Cis corripitur, teſte Probo. Melius Victorinus & Seruius dicunt produci. Bis Stoa aſſerit variari: correptio videtur melior. Claudianus tamen, Bis æther, bis terra dedit, confuſáque rurſus. Manilius in primo,

Bis bis æquandum eſt ſignis, ſextante rotundæ

Efficiunt orbem zonæ. Idem in quarto, Bis vndena nocens, & bis duodena nocentes. Ys cum y, faciens genitiuum in yos, Stoa dicit vniuerſum produci propter Tethys apud Virgilium. puto me de his multo rectius ſcripſiſſe in Verſificatoria. Paulus Marſus propter Virgilij illum verſum, Téque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis: corrigit hunc verſum Ouidij, Tethys & extremo ſæpe recepta loco eſt: ſic, Et Tethys extremo, &c. aut ſic, Extremo & Tethys ſæpe recepta loco eſt. Neſcis, velis, dormis, poſcis, variari dicit Stoa: multo tamen tutius producuntur, quia correptionis teſtimonia ſuſpecta eſſe docuimus: ideóque Beroaldum haud facile admiſero dicentem in Pæane beatæ virginis, Vt velis, vtque queas rebus ſuccurrere lapſis. Errat etiã Placentinus dicens (is) ab (eo) cum ſuis corripi. Dederis, reſpueris, & ſimilia, Stoa aſſerit ſolũ ratione cæſuræ produci, nec refragor. Badio tamen, vt ſuprà patuit, viſa eſt & altera ratio hæc, Quoties in plurali imus & itis carmen ingredi poſſunt, correpta pœnultima, nulla eſt producendi ratio: ideo Horatius, Dixeris egregié. Et Maro, Egerimus noſti, &c. ſed ſi, niſi producatur pœnultima, carmẽ refugiunt, neceſſitate quadam producitur: & quoties producitur, etiam is in ſingulari, vnde fiunt, producitur: vt Dederis, trãſieris: propter dederitis, &c. Sic Faxis producitur, quia faxitis pœnultimam producit, authore Victorino. Auſonius, Faxis vt libeat quod eſt neceſſe. Phaleucius, ſpondæum in primo loco apud eum ſemper habens.

OS

Os produc. Patrius breuis eſt, & compos, & impos:
Oſque oſſis præbens. rectos breuiato ſecundæ.
Os recti produc, quoties tibi patrius o dat.

Os producitur. Perſius, Vt tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis. Sidonius male corripuit. vide Pronepos in regula de Pro in compoſitis. Ouidius ſeptimo Metam. Auro heros AEſonius potitur. Idem octauo, Doleo quòd Minos hoſtis amanti eſt. Virgilius, Tros ait AEnea, &c. Corripitur quicunque genitiuus in os, non ſolum ados ab as, contra quoſdam. Nec credo Georgio Vallæ Placentino qui dixit eiuſmodi genitiuos variari: quia ſemper correptos inuenio. ſiquis aliter inuenerit apud veteres poetas, oſtendat, & cedemus: per ſolos grammaticos nihil probauerit. Ouidius 1. Metam. Os in genitiuo

Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni

Ingredior. Papin. 8. Thebaid. Tydeos haſta tui. Ouidius Faſtorum quinto,

-pars credidit eſſe

Tethyos has neptes, Oceaníque ſenis. Martialis libro ſecundo, Peleos & Priami tranſit vel Neſtoris ætas. Idem libro quarto,

Ille magis ludit,qui ſcribit prandia ſæui
Tereos,aut cœnam crude Thyeſte tuam.Ouidius in primo de Arte amandi,
Quod rogat,illa timet:quod non rogat,optat vt inſtes:
Compos Inſequere,& voti poſtmodo compos eris.Aldus cũ nonnullis alijs male dixit produci Compos im-
Os póſque, necnon teres, vt in es probaui. ſed nemo tam diligens, qui non aliquando erret. Os oſſis:
Exos quod ſcimus ex adiectiuo hinc deducto exos, id eſt ſine oſſibus. Lucretius lib.3,Exos & exanguis tu-
Os ſecundæ midos perfluctuat artus. Os oris ꝓducitur. Ouidius, Os homini ſublime dedit. Corripitur omne
nomen in os ſecundæ declinationis, vt Samos,ſynodos,diphthongos,Leſbos, Lemnos,logos,melos,
chaos,epos,Argos,&c. Ouidius in epiſtola Læandri, Solueret in ſpeculis,omnis Abydos erat. Idem,
Non ſenis AEetæ regia Lemnos erat. Virgilius ſexto AEneid. Et chaos & Phlegeton loca nocte ſi-
lentia late. Producũtur autem nomina quæ per tertiam declinationem Atticam faciunt genitiuum
Androgeos in o,vt Androgeos,Athos,Cos,Apollos,Demoleos,Nicoleos. Virgilius ſecundo AEneid. Androgeos
offert nobis ſocia agmina credens. Neſtor ait,ſi Androgeus dixiſſet, verſus non ſtaret. id negat Man-
cinellus,dicens eiuſmodi os longum,in us longum verti. Vt apud Ouidium,Viueret Androgeus vti-
nam. Cæterum Seruius in illud Virgilij Georg.2,
Caſtaneæ fagos,ornúſque incanuit albo
Flore pyri. dicit hic os produci AEolico more. nam ſi fagus dixiſſet, verſus non ſtaret. AEoles certe
pro ω ſæpe ponunt o , & contrá. nos nihil eiuſmodi ſine veterum poetarum teſtimonio immutabi-
mus,ſed inuentis hîc libentius quàm inueniendis vtemur. Valerius Flaccus libro ſecundo,
Athos Congeminat qua primus Athos,& Pontus,& ingens
Thraca palus. Virgilius AEneid.12, Quantus Athos aut quantus Eryx. Seruius vult hîc Athon legi:
quia ſi Athos legeretur,verſus ſtare nõ poſſet,vt ipſe putat: ſed fallitur,teſte Neſtore: quia omnes co-
dices Athos habent,& optime: ſcribitur enim Græce per ω mega ἄθως,quod genitiuum facit Atho.
Seneca in Medea,Hæmonias ille cõtulit peſtes Athos. Iuuenalis,Velificatus Athos,& quicquid Græ-
cia mendax. Genitiuus Atho eſt in Apollonio & Theocrito,vt Neſtor declarat. accuſatiuus eſt Atho
vel Athon. Atho quidem apud Virgilium primo Georg. Aut Atho ,aut Rhodope. vbi Atho corripit
o propter ſequentem vocalem. Vt alibi, Sub Ilio alto. nec Athon legi poteſt: quia producitur, teſte
Neſtore. Eſt autem apud Ouidium, ex quo quantitas haberi nequit, Metam.11,Nec leuius quàm ſi-
quis Athon Pindúmque reuulſos. Dicitur quoque Athon Athonis: nõ vt credidit Priſcianus, Athos
Athonis. & eſt mõs Macedoniæ. Cicero libro tertio de Republica,Quid ergo illa ſibi vult abſurda ex-
ceptio,niſi quis Athonem pro monumento vult penitus efficere? Paulus ad Titum cap.vlt. Zenam
legiſperitum & Apollo ſollicite præmitte,vt nihil illis deſit. Accuſatiuus eſt ab Apollos, pro Apollo-
na ab Apollon. Idem 2. ad Corinth.1.cap. Ego quidem ſum Pauli, ego Apollo. hic genitiuus eſt.
Ibidem cap.vlt. De Apollo autem fratre notum vobis facio. ablatiuus eſt ab Apollos. Barbari vt Ma-
motrectus,cæterique putauerunt in dictis locis Apollo nomẽ eſſe indeclinabile. ¶Os produc,vt Sa-
mos & AEtholos ac haliæetos,facta ſynæreſi:aliter corripitur. Virgilius in Ciri,Fecit & in terris haliæ-
etos ales vt eſſet. Et in eodem opere, Sic inter ſeſe triſteis haliæetus in iras, &c. licet vulgo galiætus
legatur. In AEtholos errauit Britãnicus,teſte Stoa. In Athos Stoa contra Seruiũ ſuffragatur Neſtori.

V S

Vs correpta datur. Monoſyllaba cum genitiuis
Ternæ vel quartæ produc,numeríque ſecundi
In quarta primum,quartum,quintúmque.& in uris,
Dumve utis patrius,vel in vdis,& ontis,odíſve,
Aut quintus fit in u:longus tum rectus habetur.
Ergo produces venerabile nomen IESVS.

Vs corripitur,vt Tempus,pecus,intercus. Producũtur verò monoſyllaba,vt Rus,thus,ius,mus. Horatius ſaty.7,Proſcripti regis Rupili pus atque venenum. Iuuenalis, Plus aloes quàm mellis habet. Produc etiam genitiuos tertiæ,vt Clius, Didus. Virgil. Fatidicæ Mantus & Thuſci filius amnis. Et genitiuos quartæ,& in plurali eiuſdẽ declinationis nominatiuum accuſatiuũ & vocatiuum. Ouidius,Adde manus in vincla meas,meruere catenas. Producitur us in nominatiuo ſingulari,vbi genitiuus terminatur in utis,vel udis,vel uris,pœnultima longa. Horatius,
Virtus eſt vitium fugere,& ſapientia prima
Stultitia caruiſſe. Ouidius primo Metam. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Et libro ſecundo, Alma tamen tellus vt erat circundata ponto. Virgilius,Fata obſtant,triſtíque palus inamabilis vnda. Horatius s interemit,aut ſyſtolẽ fecit,dicens in Arte,Regis opus,ſteriliſque diu palus, aptáque remis. Idem fecit Capella libro ſexto,dicens,Interriuata marmore tellus erat. Neutrũ imitabimur, quia do-

ctiſſimi eos in hoc nō imitantur. Simile eſt vbi genitiuus deſinit in untis, vt Ceraſus, Opus, Amathus, Sipus, Trapezus, Phicus, oppidorum aut locorum nomina. Virgilius libro decimo, Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphus atque Cythera. Græca quoque à pus producuntur: quia per ȣ diphthongon ſcribuntur: vt Sciopus, tripus, Melampus, OEdipus. ideo dicit Georgius Valla Plancetinus lib. 31. cap. 22, OEdipodes poeticum eſt: quia OEdipus propter breuem inter duas longas dicere non licuit. Eſt tamen vbi ȣ diphthongus in o micron vertitur, vt Syracoſius Orion. ſic polypos pro polypȣs, & à polypos corripitur polypus, vt viſum eſt in O ante l. Androgeus in præcedenti lectione patuit. Produc quoque vbi vocatiuus in u deſinit, quia ſimiliter per ȣ diphthongon Græce ſcribitur. Virgilius libro ſecūdo AEneid. (licet Donatus Pentheus legerit) Panthus Othriades arcis Phœbíque ſacerdos. Sic quia per ȣ diphthongō ſcribitur, doctiſſimi ꝓduci teſtantur dulciſſimū dei noſtri nomē IESVS.

¶Vs correpta datur, vt Polypus apud Horatium & cæteros Latinos: quia Græca ȣ interdū vertitur in o micron, vt à πȣ́ς, quod eſt pes, fit illis πόλυπȣς: nobis polypos aut polypus. Qua de re multa in grammatica Aldina reperies. Palus paludis corripitur ab Horatio in Arte: quia vt minus probè dicit Seruius, udis facit: ſic enim etiam incus deberet corripi. Siue quia s liqueſcit: ſed quæcunque illi fuit ratio, nolim imitari: nec Maximianum dicentem, Continuos gemitus ægra ſenectus habet. Sedulius etiam nimis licenter dixit,

Dicemus ſancti coniunctio ſpiritus actu,
Sexus & ætatis ſatiauit quattuor illic. Item, Primóſque necans vagitus, & audens.

De accentibus.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA VENERABILIBVS SACERDOTIbus, Iacobo Bueno, & Euſtathio Scoto Haſebrocanis, moribus & doctrina præclaris, & Paſcaſio Valcrauio Hondiſcotano, muſico excellẽtiſſimo, CHRISTI ſacerdoti vitæ ꝓbitate inſigni, S. P. D.

DE ACCENTIBVS punctíſque libellũ vobis nuncupatũ deſydero amici candidiſſimi, non eo quidem animo, vt ſperem per hũc veſtro honori aut famæ quicquam additum iri: ſed vt meum in vos non vulgarem amorem patefaciam, & ipſi libello contra maleferiatos omnis politioris doctrinæ contemptores comparem vos patronos minime proletarios. Neque enim me latet hunc libellum multis diſpliciturum. ſiquidem ſenes valde indignantur dedoceri, & contra ſuum abuſum aliquid à nobis dici ferunt ægerrime. Nuſquam verò tam inſigniter errant quàm in accentibus, veluti hoc opuſculum perlegentibus patebit. Nolim eccleſiaſticum cantum immutari, quandoquidem conſecratis vtendum eſſe Fabius recte admonuit. At in hís quæ legũtur potius quàm canantur, qualia ſunt Euangelia, epiſtolæ, lectiones, orationéſque, quis rectum accentum ſeruare vetuerit præterquam plane indoctus? Deridebor (inquiet aliquis) ab indoctis: ſi recte pronuntiare voluero Iacôbus, Simônis, IESVS, Paraclîtus, Mária, Rúſticus, Hélena, &c. At iſtud ſi omnes veremur, actum eſt de linguæ Latinæ inſtauratione, quã tam ardenter cupio, vt ne pili quidem fecerim ab aſellis bipedibus nihili fieri, dum doctiſſimis placere me intelligã. Valete, & Niniuitã veſtrũ, alio culpante, defendite. Ex Bergis, diui Guinnoci. Calẽdis Maijs. Anno ſalutis ſupra milleſimũ quingẽteſimũ vndecimo.

De accentibus & punctis.

ACCENTVS, eſt certa lex ſiue regula ad eleuandam deprimendámve ſyllabam, vniuſcuiuſque particulæ orationis accommodata. Accentus tripartitus eſt: acutus, grauis, circũflexus. Acutus quidem quo ſyllaba eleuatur: vt és, ſúm. Grauis quo ſyllaba deprimitur, vt poenultima & vltima in dóminus. Circunflexus eſt quo ſyllaba eleuata deprimitur, vt dôs. Hunc hominum inſcitia, nõ ratio aliqua in tantas tenebras depulit, vt nemo ſit hodie qui illum aut enuntiet, aut ab aliquo enuntiatum auditu percipiat, ſenſúque dijudicet. A Priſciano & quotquot ante Priſcianũ fuere, diligenter docetur. Accentum autem moderatum (quem Alexander barbariei aſſertor intulit) doctiſſimi execrantur: ideo hunc ad Gothos relegamus. Accentus à Græcis προσῳδία dicitur. πρὸς, id eſt ad: ᾠδὴ cantus, Latine dicitur vocis nota, voculatio, moderamentum, & faſtigium, tenórque. Quoties autem de accentu loquimur, per excellentiam acutum circunflexúmve intelligimus: quem prædominantẽ principalémque appellamus. Eſtque in qualibet dictione cuiuſcunque linguæ vnicus accentus prædominans. Cæteros graues dicimus.

ACCENTVVM REGVLAE QVINQVE.

PRIMA REGVLA. Omnis dictio monoſyllaba naturaliter breuis, licet poſitione producatur, acuitur: vt Súm, és, éſt, núx, níx, fáx.

SECVNDA. Monoſyllaba dictio naturaliter producta circũflectitur: vt Dôs, rôs, rês, ſpês. Vbi naturaliter produci non conſtiterit, ad acutum confugito.

TERTIA. Diſſyllaba dictio cuius prior ſyllaba tantum naturaliter producitur, circunflectit priorem, vt nominatiuus âra. Alioqui priorem acuet, vt ablatiuus ára. Item hâra, êſtis, rêgis, &c.

QVARTA. Polyſyllaba dictio cuius poenultima ꝓducitur, vltima vero corripitur, circũflectit poenultimã: vt Român9. Quòd ſi vltima ꝓducatur, acuet poenultimã: vt ſacérdos, Athénæ. Potéſtas & cętera quę poenultimã nõ naturaliter, ſed poſitione ꝓducũt: eandẽ acuũt, nõ circũflectũt. nã circũflex9 ſemper eſt in ſyllaba naturaliter lõga. Polyſyllaba dictio hîc dicit̃, quę plures ſyllabas q̃ duas cõtinet.

QVINTA. Polyſyllaba dictio cuius poenultima corripit̃, antepoenultimã acuit, vt áffatim, teſte Gellio lib.7.cap.7. Sóphia, philoſóphia, mulíeris, ſcátebra, vólucris: & reliqua naturaliter correpta. Deprõptæ ſunt hæ regulæ ex Capella, ex Priſciano, & doctiſſimis quibuſq;, vt reliqua quæ ſequunt̃ omnia.

EXCEPTIONES A DICTIS REGVLIS SEX.

PRIMA exceptio eſt, Interrogatio accentum mutat, quia vltima interrogationis ſemper acuitur. Interrogatio
vt egoné? Quis furor, ô ciués?

SECVNDA, Diſtinctionis gratia mutatur accentus, vt vná aduerbium vltimam, acuit ne videa- Diſtinctio
tur eſſe nomen. Sic poné præpoſitio vel aduerbium. ſic eó, alió, illó, falſó, ſeduló, repenté, palám, vel differẽtia
porró, forté, eá, aliquá, &c. vltimam acuunt dum aduerbia ſunt, ne putentur eſſe nomina, vel verba, vel pronomina, vel participia. Aliâs aduerbiũ vult Priſcianus in vltima circunflecti, differentiæ cauſa. Ergó pro cauſa, & putá aduerbiũ, eadẽ ratione vltimã acuunt: vt Sarpedón quãdo habet Sarpe-

dontis:& Peró, nomē nymphæ:pro calceamēto vero regulā ſeruat, vt Sarpédon Sarpedónis. ſic Cuiús nominatiuus, vltimam acuit ad differentiā genitiui cuius. ſic Circúm præpoſitio, ne accuſatiuus eſſe putetur. de hoc nōnihil in ſequētibus dicā. Menás & Lenás nominatiui, viris proprij vltimā acuūt, ne putent accuſatiui plurales. Has differētias in Tortellio & Priſciano inuenies: nolim ipſe nouas fingere.

Conciſio. Virgíli, &c.

TERTIA. Conciſio accentū mutat: ideo vocatiui in i ſecundæ declinationis facti per abſciſſionem us ſyllabæ pœnultimā acuunt, Virgíli, Ouídi, Mercúri. hæc eſt fere omniū grammaticorū doctrina, cui tamen refragatus eſt Nigidius Figulus, vir ſui ſeculi, præter vnū Ciceronem, omniū eruditiſſimus. Is vocandi caſum Váleri in antepœnultima acuebat, vt teſtatur Aulus Gellius lib. 11. Noctium Atticarum. Nōnulli tamen, vt dicit Gellius, dictū hoc Nigidij irridebant. ſed forſitan imperitiores: ideo dicit vir vndecūque doctiſſimus Antonius Nebriſſenſis, Tantū Nigidio tribuo, vt libentius velim cum eo errare, quàm cum omnibus grammaticis verū dicere. Aſtipulatur Nebriſſenſi Bebelius: nec diſſentio.

As pro atis

Nomina tertiæ in as, quæ in atis olim deſinebant, vltimam circunflectunt, vt olim pœnultimam. In conciſis ſemper videndū eſt quis accētus fuit ante cōciſionem: vt Aquinâs, Arpinâs, Toloſâs, Larinâs, noſtrâs, veſtrâs, cuiâs: & propriū viri Antiâs, vt patet ex Tortellio. Olim dicebant cuiâtis, &c. nam cuiatis pro cuiâs in Plauto leges. Conciſa quoque ſunt donêc pro donêcum, quod in Plauto legitur: addûc, hûc, illûc, iſtûc, illic, iſtic, hic: dûc, dic, fâc: exîn, proin, ſubîn, deîn: pro adduce, hucce, illucce, &c. duce, dice, &c. proinde, &c. Huic diſſyllabū ſecundam acuit. Conciſa quoque ſunt Petît pro petîuit, Fumât pro fumâuit, &c. de quo Seruius in tertio AEneid. ibi, -ceciditque ſuperbum Ilium: & omnis humo fumât Neptunia Troia. ſic ait, poeticè tempus pro tempore. Vt in 2. AEneid. Quanquā animus meminiſſe horrêt, luctúque refugit. Aut certe naturam rerum expreſſit. nā ruina in breui fit, fumus verò longo permanet tēpore. Nam quod ait Probus, ad diſcernendū tempus, circunflectendam vltimā ſyllabam, vt intelligamus fumât pro fumâuit, non procedit: quia poné tantū verbum in vltima habet accentū, vt ſignificet retro. Hæc ille. Mecœnâs, viri nomen, Priſcianus in libello de accentibus ſimiliter dicit vltimam circunflectere: quia olim nominatiuus fuit Mecœnâtis.

Trāſpoſitio. Præpoſitionum & coniunctionum accentus

QVARTA. Accentum tranſpoſitio mutat: veluti omnes præpoſitionū coniunctionúmque ſyllabæ, dum præponūtur, grauantur. nam Quintilianus in primo teſtis eſt, præpoſitionem ita debere caſui iungi, vt diſſimulata dictione ſub vno accentu cū ea enuntietur, & veluti in vna dictione vna tantum ſyllaba ſit acuta, vel circūflexa. veluti apud Virgiliū in 4. AEneid. Quæ circùm littora, circùm Piſcóſos ſcopulos. quidā tamen voluerunt in (circúm) vltimā acui, ne accuſatiuus videatur, vt ait Fabius: cui hanc differentiam non placuiſſe, dicit Nebriſſenſis. Præpoſitio autem penitus poſtpoſita prædictas accentuū regulas cuſtodit, ita vt monoſyllaba acuatur: diſſyllaba in priore accentū habeat. Virg. AEneid. 5, Tranſtra pér & remos. Idem 7. AEneid. -decus imperiúmque Latini Te pénes. Idem dicēdum quū præpoſitio pro voce ſumpta nomē eſt. veluti, Ad quæ pars? Quæ ſunt præpoſitiones accuſatiui caſus? Ad, ápud, ánte, &c. Eſt tamen, teſte Priſciano, quando præpoſitio poſtpoſita grauatur omnibus ſyllabis: vt ſi inter regēs rectúmque ponatur, aut inter determinans & determinatū: veluti Virtutē proptèr imperatoris. Te proptèr eundem.

Cum
Que
Ve
Ne

Vna eſt præpoſitio, quæ poſtpoſita omnino grauatur, licet ſit monoſyllaba: & eſt cùm. quā Nebriſſenſis, dum poſtponitur, encleticam, id eſt inclinatiuā vocat: quia vt hæ tres coniūctiones encleticæ, què, vè, nè, ipſa præpoſitio cùm, poſtpoſita grauatur, & præcedentē ſyllabam, alioqui grauandā, eleuat vel acuit. vt mécum, técum, ſécum, nobíſcum, vobíſcum: in quibus nōnulli peruerſe cúm acuunt. ſic, Cæſar Papâque. Propriè communitérve. Adeóne furis? Quicúm tamen vltimā acuit: quia eſt interrogatio. Vbi autem manifeſta eſt cōpoſitio, encletica accentū præcedētis ſyllabæ nō mutat. vt dénique, útique, ítaque, úndique ſíccine, híccinè. Vbíque autem in ſecunda accentū ſeruat, quia eandem producit, ſecus eſt de incompoſitis. vt Codicilli noueni, deníque. Aufer literas técùm, itáque velociter. Frui vtíque Latino gaudēt. licet mihi hac ſegete frui vtíque. Pleráque, vtráque, licet cōpoſita ſint nominatiui etiam aut accuſatiui aut vocatiui caſus, nihilominus accentum in pœnultima retinent, non ratione aliqua, ſed priuilegio quodā, vt ait Nicolaus Ferettus.

Compoſitorum accētus

QVINTA. Compoſitio quandoque accentum variat, vt cōpoſitio eſſe noſcatur, non oratio. itaque hæc exceptio particula eſt ſecundæ exceptionis. Ergo (vt Gellius docet libro ſecundo, cap. 17.) Cicero dixit fieri non natura, ſed inſtituto quodam, vt indóctus dicamus prima breui: inſánus vero prima producta. Sic idem Gellius dicit áduerſum accentum habere in prima ſyllaba. Sic, teſte Seruio in illud Virgilij libro ſexto, Quiſque ſuos patimur manes: éxinde per amplum Mittimur Eliſium. Exinde vna pars orationis eſt, & in tertia à fine accentum habet: licet pœnultima longa ſit. quod ideo factum eſt, vt oſtenderetur vna pars eſſe orationis, ne præpoſitio iungeretur aduerbio: quod vitioſum eſſe non dubium eſt. hæc Seruius. Ante quem Gellius dixit áttentim antepœnultimam acuere, licet pœnultima longa ſit. Et poſt Seruium Priſcianus in 15. lib. vult eadem ratione tertiam à fine acui in ſúbinde, éxinde, déinde, próinde, périnde, alíquando, néquando, húcuſque, álonge, délonge, déinceps, dúntaxat, ſiníſtrorſum, déorſum, quápropter, enímuero, quínimmo, nímirum. Meminit huius rei Valla libro ſecundo in périnde, ſúbinde, &c. Gellius quoque exáduerſum tertiā à fine acuere dicit, teſte Tortellio. Nicolaus Ferettus vir doctiſſimus horū ſententiam approbat: quam im-

probandam eſſe non credo:quũ Cicero,Gellius,Seruius,Priſcianus,pluréſque huius rei ſint authores: & cum videamus Ciceroni placuiſſe ínſanus tertiã à fine acuere,licet pœnultima longa ſit.quid ægre ferimus accentũ quantitati interim repugnare?nam apud Ciceronem corripi,eſt grauari: produci verò,acui:veluti apud Tortelliũ dicentem(vnîus)primam corripere in hoc Virgiliano,Nauibus(infandùm)amiſſis vnius ob iram.Producere verò in hoc,únius ob noxam & furias Aiacis Oilei.Hîc obiter admonendũ videtur de cõmunium ſyllabarum accentibus. In liqueſcentia ſi fuerit proſa, ſolam correptionem recipimus:in vnîus,ſolîus,illîus,&c.ſolam productionem:ſed in (altérius)ſolã correptionem.In reliquis vulgatiorem doctorũ vſum.Quæ dicta ſunt de ſúbinde, álonge,&c. valde diſplicent viro vndecunque doctiſſimo AElio Antonio Nebriſſenſi & Bebelio.Badius in Alexandrum,id ſolum admonuit,peritiores dare accentũ in pœnultima his dictionibus duntáxat,apprime,aliquándo,&c.De apprime omnino aſſentior.de reliquis iam ſententiam tulimus.ſi tamen quis contrariũ malit,non aduerſabor.Cætera cõpoſita,vt ſimplices dictiones, regulas de accentibus antepoſitas cuſtodiunt. Ideo antepœnultimã acuit intercáloci , teſte Priſciano in accentibus, ne videatur eſſe oratio. ſic háctenus, quâtenus,aduerbia,teſte Seruio in illud,Hac celebrata tenus.vbi vero oratio eſt, ſingulæ partes ſuum accentum ſeruant.vt púbe ténus,crúre ténus.hîc,teſte Seruio,ténus accentum in priore retinet contra Tenus
indoctos:qui pubétenus,tanquã vna dictio ſit,ineptiſſime ꝑferunt. Nihilóminus pro tamẽ, vna dictio eſt,& antepœnultimã acuit,vt paulóminus pro fère:quómodo ꝑ qualiter.ſic ínſuper,déſuper,intérea,póſtea,verúntamen,&c.vt Paulóminus conſummauerunt me in terra. Paulóminus habitaſſet in inferno anima mea.hîc paulóminus dictio.vbi vero níhilo,minus orationes ſunt,ſingulis partib⁹ ſinguli accentus dantur,ita vt prior in mínus tunc acuatur.ſic accipitur páulo mínus hîc,Minuiſti eum páulo mínus ab angelis.Amo te páulo mínus quàm fratrem.Nihilo mínus amo te quàm meipſum. ſic orationes ſunt múlto mágis,núllo módo,&c. Nonnulla tamen ſunt compoſita,vbi ſecunda pars proprium accentũ ſeruat,vt ſit in orationibus: veluti,teſte Priſciano libro octauo,cõpoſita à facio,vbi a non mutatur in i:vt calefâcis,tepefâcis:& ſimiliter in compoſitis à fio,vt tepefis.Adduntur à Feretto ſuauerúbẽs,vſucápio:& ab alijs benepláceo,fideiúbeo,vigintidúo,vicecómes, & plura. nec mirũ:quia orationes potius videri poſſunt quàm cõpoſitæ dictiones.veruntamen in multis doctorum vſus omnes ratiunculas exuperat.Archicôquus,quod à Goudano his additur,barbarum cenſemus.

SEXTA.Idioma,id eſt linguæ proprietas,accentum mutat.nam vnaquæque lingua habet propriũ atque ſuum. Nam ſecundum Latinorum regulas anthrópos & epíros pœnultimam acuerent: quia producitur:hanc tamen apud Græcos grauem habent. Ediuerſò Simois, quia pœnultimam corripit, antepœnultimam ſecundum Latinorum regulas acueret , quam apud Græcos grauem habet acuta pœnultima.& ita in Græcis plerunque quantitati contrarius eſt accentus.De Græcis itaque ab omnibus fere hæc datur regula,Si dictiones Græcæ cum literatura Græca ſermoni Latino miſceantur, ac- Græcorum
centum Græcum ſeruant.Seruius in illud primo AEneid.Vbi tot Simóis correpta ſub vndis,&c.Hoc accentus
nomen(inquit)integrum eſt, hoc eſt cum Græca literatura ad nos tranſit, vnde ſuo eſt accentu proferendum.Nam ſi eſſet Latinum,in antepœnultima haberet accentum:quia ſecunda à fine breuis eſt. Idem dicit de Périphas in illud ſecundi AEneid. Vna ingens Períphas,& equorum agitator Achilles. Idem in illud 4. AEneid. Ipſe deûm tibi me claro demittit olympo. ſic ait, Accentus ſane Græcus tunc poteſt eſſe, ſi ſit Græca declinatio, vt ὁ ὀλυμπος ὀλυμπω. nam Latine olympi facit. Idem in illud primi Georg. Caſtorea,Eliadum palmas,Epiros equarum. dicit hic Epiros omnino Græcum eſſe, & proinde primam acuere,licet pœnultima ſit longa.ſic Sárpedon Sarpédontis,dicunt primam acuere,quia Græce declinatur. Sarpédon Sarpedónis, pœnultimam acuere, quia Latine declinatur.Nicolaus Ferettus dicit nominatiuum (díploma) primam acuere, licet pœnultima ſit longa , quia nomen eſt penitus Græcum . in genitiuo mutatur accentus propter declinationem Latinam . De Græco accentu ſæpe loquitur Seruius . vnde decimo AEneidos ait , Trophæum declinatio Latina eſt, vnde etiam pœnultima habet accentum in ſingulari. In plurali verò , quia Tróphæa dicimus, vt Græci , nec aliud mutilamus , erit accentus in antepœnultima . Similiter Cyclôpum in ſecunda accentum habet , quia Latina declinatio eſt : at in accuſatiuo Cýclopas, quia Græce dicitur, accentus in prima eſt,licet ſecunda producatur. Author eſt Seruius in verſum illum duodecimi AEneidos, Exulat:AEtnæos vidit Cyclopas Vlyſſes. Cyclópes autem ſecundam acuit, vt ſit Latina declinatio. Androgeó,Athó,& ſimiles in o genitiui vltimam acuunt. Laurentius Valla in illud Iohannis, Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem pater mittet in nomine meo,ille vos docebit omnia. ſic ait, Paráclitus contra vſum noſtræ linguæ in antepœnultima habet accentum:quum pœnultima eius ſit lon- Paraclitus
ga, vt ſit in ἀγαπητός & ἐλεεινός quæ Græce cum η ſcribuntur. Ex omnibus iam dictis puto omnem fere in quantitatibus errorem emanauiſſe. Nam Græcę linguæ parum periti crediderunt,vt apud Latinos ſit,accentum quantitatibus ferme concordem etiam eſſe apud Græcos. Itaque audientes accentum à Gręcis locari in harum dictionum pœnultimis,Theología,Ariſtotéles,phantaſía,chirurgía, melancholía, vſía,categoría,proſœdía,& multarum aliarum (in quibus pœnultimam corripi docuimus) ob eam rem crediderunt pœnultimam produci. Contrà, quia in ánthropos, paráclitus, ídolum,&c. Græci antepœnultimæ dant accentum , crediderunt indocti pœnultimam corripi. In qua

re miſerabiliter decepti ſunt : quia hac ratione poſſemus corripere pœnultimam in épiros & cýclo-
pas: eandémque producere in Simóis. Præterea vt maneat accentus Græcus, neceſſe eſt eandem ma-
nere ſcripturam & quantitatē quæ fuit apud Græcos. id dicunt Diomedes, & Capella, & Seruius,
Priſcianúſque. Ergo Ariſtóteles, Diógenes, Orígenes, idólon, paraclítus, Lýdia, Aſia, Arethúſa, Creú-
ſa, & quicquid prius Seruius dixit, trophǽa, & ſimilia Græcum accentū minime habebunt: quia vel
ſcriptura mutatur, vel quātitas. Etenim Ariſtoteles in vltima ſyllaba nō e habet, ſed η: nec trophæa æ
diphthōgon noſtrā, ſed ει Græcam: nec paraclítus dicūt, ſed paráclitos: & noſtri in nominatiuis pri-
mæ a corripiunt: illi producunt. Quæ autē à Latinis producuntur, pauciſſima ſunt: vt Nemea, Te-
gea, &c. & hæc tamen Latinū accentum rectius cuſtodire præcepit Nicolaus Ferettus. Apud Græcos
autē, vbi vltima longa eſt, ſæpiſſime accentus in pœnultima, etiā ſi breuis fuerit, locatur: vbi vero vl-
tima corripitur, fere accentus eſt in antepœnultima, licet pœnultima producatur. Propter dicta quo-
que notū eſt Græcum accentū non ſeruandum eſſe in Iacôbus, Simônis, Mária, hyſôpus, & plura: vt
male voluit Regius propter hæc verba Quintiliani in primo dicentis, Mihi autē placet Latinā ratio-
nem ſequi quouſq; patitur decor. Et paulo pòſt, Qui Græcā figurā ſequi malet, non Latine quidem,
ſed citra reprehenſionem loquetur. hæc Fabius, vbi Raphael Regius ſic loquitur, Hinc vero manifeſte
colligitur quoſdam, qui alijs doctiores videri volunt, male ſentire, qui Máriam, Sóphiam, & ſimilia a-
cuta à fine tertia proferūt: quíq; Iacóbū, hyſópū, paraclitū, Simónē, & huiuſmodi ſecūda à fine acuta
proferunt: quū ipſi maiori digni ſint caſtigatione: vt qui verā ſyncerámque pronuntiandi Græca no-
mina morē rationémque corrūpant. nā Græcis nominibus Græci accētus ſunt attribuēdi, ex Fabij ſen
tentia. hæc Regius. Cui Bebelius in libro De abuſione linguæ Latinæ in dictione Mária omnino re-
fragatur: vt nos, & recte. Primo quia Fabius ait, Mihi autem placet Latinam rationem ſequi. Secundo
quia non dicit Græcis Græcum accentū omnino dari debere: ſed ſolū ait poſſe ijs Græcū accentū da-
ri citra reprehenſionē, &c. Ideo vt tandē concludam, placet mihi opinio AElij Antonij Nebriſſenſis,
ſic de hac re diſſerentis, Sed quoniā accentus Græci non modo nobis incogniti ſunt: verum etiā apud
illos per ſingulas propè dictiones ſparguntur, neque in vnā quandam obſeruationem reduci poſſunt:
quoties nobis accentus Græci ratio non cōſtiterit, etiam ſi literatura Græca ſit, Latinis illū regulis mo-
derabimur: hoc enim præceptū multo cautius atque prouidētius eſt, & minus errori obnoxium. Quòd
ſi literatura & Græca ſimul Latina fuerit (quod in pleriſque dictionibus reperitur) accētu potius La-
tino vtemur, quoties Græca Latinis miſcemus: vt Bucólica, Geórgica, teſte Seruio in procemio Buco-
licorum: apud Græcos in fine habent accentū, apud nos in tertia à fine. Nā vt in vltima ſit, Latinita-
tis vetat ratio: in pœnultima nō ſit, Latinitatis efficit ratio. Iā de nominibus Græcis in ia terminatis,
quæcunque apud illos per iota ſcribūtur, nemo ſane mentis accentu noſtro dicet non eſſe proferēda,
antepœnultima ſcilicet acuta, quū pœnultima ſit breuis, vt theológia, &c. Ecōtrariò in illis quæ pœ-
nultimam producere docuimus, eandē acuent, vt latría, &c. etſi cuncta barbaries in nos cōiuret, impe-
túmque faciat. quā vnico rationis clypeo facile depellere poſſumus. Inuenimus Græca quædā contra
Latinitatis rationem circūflectere vltimā: vt in genitiuis pluralibus in on, vt epigrāmatω̃n, cimmeriω̃n.
& in aduerbijs in os, hyperbolicω̃s, ironicω̃s, &c. & hæc tamē omnia quoties Latino ſermoni miſcen-
tur, & precipue ſi fiat Latinis literis, potius Latino accētu moderanda ſunt, quàm Græco. Idem dicit
Capella, & inter neotericos nō pœnitendus author Georgius Valla Placentinus lib. 33. cap. vlt. Nec a-
liter ſenſiſſe videtur mihi Laurentius Valla in Matthæū, vbi dicit à vulgo male pœnultimam acui in
his, Andréas, Timothéus, Proſelýtus, Euronótus, lechýtus, anathéma, ſymphonía, ſicéra, idéa, butýrū,
cedrínus, cryſtallínus, adamātínus, cophínus, Origénes, AEnéas, de quo in actis Apoſtolicis: Philemó-
nem, vt Palæmónē, Sarpedónem, Canónē. Contrà vero male pœnultimā grauari in his, Simonem, Ió-
ſephus, Iácobus, Sidonē: licet in deriuatiuo corripiatur etiā. Idolum, idólū, idolóthytum, brábium: etſi
media litera vulgo u ſcribat: Ortygómetra, euchariſtia, cynómyia, látria, idololátria, ſex ſyllabarū: nō (vt
plerique ſcribūt, pnūtiántque) quinq;: Berónica, Theſſalónica, antíphona, charácteris, ſtáteris, éremus,
cui male apponitur aſpiratio. Arrius ſicut Dárius, ſinapi, hýſopū, Idúmæa, Itúrea, Cæſárea: licet de hoc
dubitari poteſt. in (ſágena) pauci peccāt. hæc Valla. de quibus, quid ſentiamus, ſuis locis manifeſtaui-
Barbarorum accentus — mus. Vt autem Græca Latinis admiſta, Latino accentu moderamur, ita etiā barbara, vbi pprius accē-
tus non cōſtiterit. Nam cū omnis dictio aliquo accentu regatur, nullū peregrinis rectius dabimus, vt
opinor, quàm Latinū. De his Diomedes, Donatus, Priſcianus, cæteríque hāc regulā tradidere. In per-
Interiectionū accentus — egrinis verbis & barbaris nominibus vel interiectionibus nulli ſunt certi accētus. Interiectiones enim,
teſte Donato, voce incognita, id eſt nō plane expreſſa proferūtur, & pro cōmoti affectus qualitate cō-
funduntur: ideo accētibus nequeūt certis aſtringi. Ex dictis patet Alexādri regulā longe à veritate ab-
horrere. Omnis barbara vox nō declinata Latine accentū ſuper extremā ſeruabit acutū: vt Abél, Baál,
Hebraicorum accētus — Eſróm, &c. Id certe falſum eſt. nam cōſulam9 (inquit Nebriſſenſis) quēuis Hebraicæ linguæ mediocri-
ter peritū: & cōperiem9 tertiū quodq; verbū apud illos (etiā ex ijs quæ Latinā declinationē admittere
nō poſſunt) accētu acuto in pœnultima atque etiā in antepœnultima nōnunquā proferri debere. Itaq;
cū dicimus Abél accētu in fine acuto, nō Græcè pferimus: quia apud illos in fine grauat. nō Latine:
quia nullū nomē Latinū niſi corruptū, & niſi monoſyllabū, in fine acuit. nō hebraice: quia illi Abel a-

euta prima proferũt. Igitur nulla harũ linguarũ quibus eccleſia vtiť:ſed ſuo,hoc eſt ab ignorãtia nato accentu iſti pronuntiant:quũ proferendũ ſit Abel accentu in prima:vt hæc omnia in pœnultima,Abiſái,Abimélech, Bizellái,Berſabée,Carnáin, Céleth,Cáſeu, Eſáu, Ezel, Engáddi, Ephrátha, Ephráim, Edrái,Eleázar,Gómer,Héber,Ieſábel,Iſbóſeth,Iáred,Iápheth,Iſſái,Lúza,Lámech, Madái,Mathuſálẽ Miphibóſeth,Pháres,Ramátha,Sále,Sóphtim, Thannáta,Tamatháim, Vlái,Záram:ſic alia propè innumera:quæ ſi extenſione ſyllabæ formam induant Latinam aut Græcã,pœnultimã corripient, teſte Nebriſſenſi: vt Eléazar, Eleázarus, Abel Abelus, Noe Nóeus, Iócabed Iocábeda mulieris nomen. Id ſumme notandũ eſt: quia regula hæc eſt vna quantitatum generalis: ne putes nos inſufficientes, qui Abèlus,Iocabéda, Mathuſa.emus antè non excepimus in ſpecialibus regulis. In tertia quoque à fine nonnulla accentũ ſeruant minime declinata: vt Nabuchodónoſor,Iónathan,Oſanna,Mahálelel,Gómorrha,Tógorma. ita dicit Nebriſſenſis,licet quantitati accentus repugnet: id quod in Græcis ſæpe fieri docuimus. Poſſumus tamen Gomórrha,quum declinatur,Latinũ accentum dare. In fine accentũ ſeruant apud Hebræos(vt idem ait) Adám,Abrahám,Iacób,Ioſéph,Phicól,Sathán,Michaél,& plura: quæ extẽſione ſyllabæ,vbi Latinã Græcámve formã induunt,pœnultimã producunt: vt Adámus,& alibi ſatis declarata. Laurẽtius Valla in Matthæũ oſtendit ſibi non placere Alexandri de Hebræis traditionem,dicens,De Hebræis nihil dicere habeo: niſi hoc vnũ, mirari me cur pleraque eorum, quum nos,tum vero Græci accentu acuto in fine pronuntiant. Ego ſuadeo omnibus Hebræis,vbi ratio hebræa non conſtiterit, Latinum accentum adhibere, potius quàm ſecundum peruerſam Theopagitæ doctrinam,nec Hebrææ,nec Græce,nec Latine proferre.

DE CLAVSVLARVM PVNCTIS VTILIS DOCTRINA.

PVNCTVM eſt ſignũ ſegregans intellectum, & ſpiritũ recreans prolatoris. Dixit admodum pulchre id Auſonius, -diſtinctio ſenſum Auget:& ignauis dant interualla vigorem. Etenim vt in ſermonis ductu neceſſe eſt fieri quaſdam ſilentij diſtinctiones:tum vt auditor intelligat clauſularum diuerſitatem:tum etiam vt is qui loquitur,captato ſpiritu maiori acrimonia pronũtiet: idem quoque faciamus oportet in ſcripto,vt per quædam ſigna confuſionem illam diſtinguamus.

PVNCTA ſiue notæ quibus eruditi omnem contextus ambiguitatem diſtinguunt, ſunt cõmata, & cola. Nam qui,quas appellant Periodos,virgulas,& parẽtheſes,addiderunt: nullos habẽt authores: quũ ecõtrariò ſacræ ſcripturæ libri colo & cõmate cõtenti ſunt. Id colligit AElius Antonius Nebriſſenſis vir acutiſſimo ingenio ex verbis diui Hieronymi in Iſaiæ ꝓlogo dictis,Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri,vt per cola ſcribãtur,& cõmata,&c. Cõma eſt quod per duo pũcta deſignatur, quoties orationis tractus eò peruenit,vbi oratio cũ verbo,aut aliquo vim verbi obtinẽte finitur:ſed tamen aliam quandã orationem ſibi adiungi deſyderat:vt,Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem. Cõma Comma
dicitur à κόπτω verbo Græco,quod eſt incido:vnde Latine poteſt appellari inciſum:quia loco ſuo inciditur oratio. ſcribitur autẽ gemino mm cõma. & apud poetas cõmata ſunt cæſuræ: vt pentemimeris, &c. vbi autem ſecundus pes partẽ orationis terminat,colon eſt. Sed vt ad propoſitũ ſufficit,Colon eſt Colon
cuius nota punctũ eſt, & ponitur vbi clauſula finitur atque quieſcit: vt,Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ:fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ita ſunt interim duo aut tria cõmata, vnicũ colon in oratione perfecta. Primum cõma ſolent vocare punctũ ſuſpenſiuũ,quod volunt eſſe ſimplicẽ virgulã,vt mors, & additur quietis gratia. Quod nos autẽ cõma diximus,geminum punctũ vocant,vt mors: obitúſq;. Vltimã orationis partẽ periodo claudunt,quod colõ diximus. Afferũt alia multa:nobis cũ Nebriſſenſi cõma & colon ſufficiunt. Sunt tamẽ quædam loca, in quibus neſcias an oratio quæ ſequitur à ſuperiori depẽdeat:vt Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. hoc loco cõma vel colon poteſt eſſe. Colon etiã ponimus inter ſingulas orationis partes,quæ per articulũ aut diſſolutũ ſine coniũctione adnectuntur:vt Grammaticus. rhetor. geometres. pictor. aliptes

Cantat. amat. laudat noſtros mea Roma libellos.

Effecte. grauiter. cito. nequiter. euge. beate. Parentheſim plurimi nunc ponunt: nec videtur mihi in- Parentheſis
utilis. Ea eſt ſententia interpoſita duabus ſemilunulis clauſa. vt

Conſtitit ante domum (neque enim ſuccedere tectis

Fas habet)& poſtes extrema cuſpide pulſat. Prætermittere verò nullo modo poſſum(inquit Nebriſſenſis)quod video Quintiliano exactiſſimo harũ rerum iudici placuiſſe: vt quoties dictio eſſet ambigua, vel ſignificatione,vel declinatione, vel mutatione in aliã partem orationis: ambiguitas illa ſuperimpoſito apice tolleretur. Eſto exẽpli gratia: óccido ſi habet apicẽ in prima ſyllaba, ſignificat in ea eſſe accentũ prædominantẽ:ſequentémque eſſe breuẽ,proferrique ſecundã accẽtu graui: valétque tũc óccido,id eſt pereo. Quòd ſi ſecũdæ ſuperponatur apex,ſignificat eam ſyllabã eſſe longam,in eáque proferri accentũ prædominantẽ, & tũ interficio ſignificat. Similiter (musá)cũ apice ſuper vltimã, ablatiui tantum caſus eſt. Poné cum apice ſuper ſecundam,præpoſitio vel aduerbium eſt. alioqui verbum eſſe manifeſtum eſt. Notã interrogationis atque exclamationis cum interrogatione, vbi opus fuerit,minime præteriri velim,& eſt virgula ſupra punctum: vt Quid prodeſt homini,ſi vniuerſum mundum lucretur,animę verò ſuæ detrimẽtũ patiatur? Sentẽtia eſt mitiſſimi domini noſtri IESV CHRISTI, cuius gratia hoc opuſculũ exegimus. per cuius miſericordiã,poſt hoc exiliũ vitã ſperamus æternam.

De carminum generibus.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA MARTINO DORPIO NALDICENO, eloquentiſſimo Theologiæ baccalaureo, & oratoriæ & poeticæ artis doctiſſimo, atque Iacobo Papæ ſummo Inſulenſis ludimagiſtro, poetæ ditiſſima vena prædito, S. P. D.

VLTIMVM artis Verſificatoriæ noſtræ libellum, qui eſt de varijs carminum generibus, vobis idcirco dicaui Dorpi & Papa, amici ornatiſſimi, vt contra omnes poetarum oſores hunc tutaremini. quod non difficulter fore confido, quia poeticæ habemini & eſtis doctiſſimi. Tu quidem mi Dorpi, apud Louanienſes in Lilio noſtro facile primus, quantum ad elegantiſſimum ſcribendi modum tam proſam quàm carmen. Sunt & alij viri vndecunque doctiſſimi in Lilio noſtro, vt Iodocus Lætus, & Nicolaus Buſcoducenſis cum alijs multis, in quorum honorem iam olim aliquid parturio. Quis comparari auſus fuiſſet præceptori meo Iohanni Raetſhouen, quem mors nuper intercepit, dum aſſiduò cogito, quidnam magiſtro meo humaniſſimo & theologo ſummo nõ adeò indignum dicare poſſem? Heu crudelia fata. O dolor dolor: iam lubet flere: ſed CHRISTVS vetat: quia orare pro defunctis quàm flere ſalubrius eſt. Ego ſpero præceptorem meum probatiſſimæ vitæ virum inter ſuperos iam lætari. Sed ad te redeo Iacobe Papa amiciſſime, quem Inſulenſes viri ſapientiſſimi ante aliquot annos magnis precibus & bonis ſtipendijs ad Inſulenſem iuuentutem moderandam aduocatum, non iniuria plurimi faciunt, & tuum iam nomẽ per Galliam Germaniámque longe latéque diffuſum maximæ doctrinæ tuæ copioſiſſimum præbet argumentum. Quid verbis opus? ipſa carmina tua, quantus ſis, liquido indicant: quæ ob hanc rem potiſſimùm laudare ſoleo, quòd ditiſſimam & dulciſſime fluentem ingenij tui venam præ ſe ferunt, nec quicquam niſi honeſtum & ſanctum continent: nempe diuorum laudes, & honeſtatis refertiſſima epigrammata. Placuit tibi nimirũ aurea Baptiſtæ Mantuani ſententia, Tunc Helicona bibes, caſtiſque rigabere lymphis,

Si Venus in verſu non erit vlla tuo. Agite ergo amici doctiſſimi, Deſpauteriũ veſtrum, ſi iniuſte reprehendi ſenſeritis, defendite. Ego carminum genera, quædam etiam à nullis grammaticis (quorum opera extant) hactenus recte declarata, pro viribus enucleare tentabo, ſi prius Seruij grammaticorum principis Centimetrum præmiſero, non omiſſa illius epiſtola: nempe multa minime ſpernenda continet, quæ declarari latius ſic poſſunt. Carmina varijs à rebus nomina ſortiuntur. Vel ab authoribus & inuentoribus, frequẽtérve vtentibus: vt Alcaicum ab Alcæo, Sapphicum à Sappho, Archilochium ab Archilocho, Hipponactium ab Hipponacte, Pindaricum à Pindaro, Anacreontium ab Anacreonte, Aſclepiadæum ab Aſclepiade, Bacchilidium à Bacchilide, Steſichorium à Steſichoro, Homericum ab Homero, Alcmanium ab Alcmane, Ibicium ab Ibico, Ariſtophaniũ ab Ariſtophane, Phaleucium à Phaleuco, &c. Vel à materia, vt Heroicum, quo heroum, id eſt illuſtrium virorum res geſtæ cum laude ſcribuntur. Tragicum, quo Heroum calamitates enarrantur. Elegum vel elegiacum, quo res flebiles canuntur: quales ſunt amatorum & mortuorum næniæ. Bucolicum, quo res paſtoritiæ exarantur. Georgicum, quo agricolarum curæ enodantur. Lyricum, quod ad lyram canitur: vt ſunt ea genera quibus in odis vtitur Horatius. Satyricum, quo hominum vitia taxantur. ſic Comicum, &c. de quibus omnibus in 10. lib. grammaticæ ſuæ Franciſcus Niger ex Diomede & alijs ſcripſit pulcherrimé.

Carminum nomina

Ab authoribus

A materia

Vel à frequentiori pede: vt Anapæſticum, dactylicum, &c. Vel à pedum numero: vt Senarium. Vel à ſcanſionis menſuris: vt Monometrum, habens vnicam menſuram: dimetrum, trimetrum, tetrametrum, pentametrum, hexametrum. In iambicis, trochaicis, & anapæſticis duo pedes vnicam menſuram conſtituunt. In reliquis ſinguli pedes ſingulas menſuras faciunt: ideo monometrum, dimetrũ, &c. à pedum numero dici volunt. Vel à certo pede: vt ſpõdaicum, cuius quintus pes ſpondæus eſt, &c. Vel à ſyllabarum numero: vt Hendecaſyllabum, continens ſine interemptione vndecim ſyllabas, vt Phaleucium & Sapphicum. Dyodecaſyllabum, vt Aſclepiadæum. Pentaſyllabum, Adonicum. Heptaſyllabum, Glyconicum. A numero verſuum: vt Monoſtichon, ſi vnicus eſt: diſtichon, tetraſtichon, hexaſtichon, heptaſtichon, ogdoaſtichon, vbi octo ſunt, decaſtichon, &c. Stichos, verſus dicitur.

A frequentiori pede

A pedum numero

A certo pede

A ſyllabarũ numero

A verſuum numero

Vel à perfectione: vt Acatalecticũ, vbi nihil deeſt, nihil abundat. A defectu: vt Catalecticũ, cui vna deeſt ſyllaba. Brachycatalecticũ, cui plures deſũt ſyllabæ. Ab abũdantia, vt Hypermetrũ, cui ſupereſt ſyllaba, ſed quæ à principio verſus ſequẽtis excipitur. Hypercatalecticũ, vbi ſuperat ſyllaba vel ſyllabæ etiã nuſquã interemptæ. Vel à carminis genere: vt Monocolon, id eſt vnimẽbre, quod vnico genere cõſtat, vt AEneis Virgiliana. Dicolon bimẽbre, duobus generibus cõſtans: vt Sapphicũ cum adonico. Tricolon trimembre eſt, trium generum carmen, vt ex Aſclepiadæo & Pherecratio cũ Glyconico, &c.

A perfectione vel defectu

A carminis genere

Vel à numero redeũdi: vt Diſtrophon, vbi poſt ſecundũ verſum ad primũ genus redimus, vt in Elegijs: δὶς, id eſt bis: ςροφὴ, id eſt conuerſio. Triſtrophon, vbi poſt tres verſus. Tetraſtrophon, vbi poſt quatuor verſus ad primum genus redimus. Vel à vitio: vt Acephalum, quod primum pedem illegitimum habet: vt Fluuiorũ rex Eridanus. hoc mutilum & truncum etiam dicitur. Procephalum, quod in primo pede vnũ tempus plus iuſto habere videtur: vt Inſulæ Ionio in magno quas dira Celæno. ſed vocalis ante vocalem facit, vt primus pes videatur eſſe dactylus. Lagarũ ſeu laxum, vbi in medio, id eſt inter principiũ & finem, pes nothus admittitur: vt Cõgredior: fer ſacra pater, & concipe fœdus. licet cæſuræ licentia videri poſſit. Truncatũ vel miurũ, quod cõtra Heroici legẽ in ſexta regione

Ab redeundi numero

A vitio pedum

iambum continet:vt Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. hæc & Scazontes & Ecades appellat Diomedes, cuius libri diligenter lectitandi ſunt. Hypermetrum iam dictum eſt. Grauidũ quod ſynæreſim patitur:vt Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa,

Nunc armatur eo. Inane, cuius ſyllaba in duas per diæreſin ſcinditur:vt Accipe Põpei deductũ carmen ab illo. Spondaicũ dictũ eſt. Inter hæc ſi duæ breues pro longa ponantur, ſymphoneſis dicitur.

Coloſſum, ſeu colobum, ſeu ſolutum, quod proſa oratione procedit:vt Dono ducite, dóque volentibus cum magnis dijs. Aſperum, quod horret iuncturis:vt Niſæe Scipióque, Thaliáque, Cymodocéque. Hyporhythmum, in quo ſinguli pedes terminant dictionem:vt Carmen doctum fœmina ſimplex condere neſcit. Cacophonum, quod vocalium aſſiduitate ſquallet: vt Infernique locus AEææq; inſula Circes. Et, Aulai in medio, &c. Vel conſonãtium:vt O Tite tute tati. Et AEquiuocum, cuius vltimæ ſyllabæ ſimiles ſunt:vt Exiret mẽtes fraternas grata malis lis. Hemiſtichium, quod ſemiplenum eſt:vt Huc curſus fuit. Vitia notanda magis quàm imitanda eſſe frequenter admonui. Siquid videbitur ſcitu non indignum, poſt Seruij Centimetrum, vt potero, pauciſſimis declarabo. Valete amici optimi. Bergis, apud diuum Guinnocum, Nonis Maijs. Anno ſalutis Chriſtianæ. M. CCCCC XI.

Mauri Seruii Honorati grammatici centimetrvm.

CLARISSIMO VIRO ALBINO MAVRVS SERVIVS GRAMMATICVS S.

TIBI HVNC libellum prætextatorum videlicet decus vrbis Albine deuoui. Nam licet patris auique (quibus maximam reuerentiam literæ debent) quotidie vrgeris exemplo, ibíque pubeſcas, quo velut ad muſarum ſacra venitur: non tamen cælo ſuo tantum numina proferuntur, ſed ſæpe humiles vicos ac vilia pauperum tecta ſubierunt. Quare laboris mei velim faueas voto, indulgeas audaciæ: quòd ſi ſecus ceſſerit, in cupiditatem deuotionis interpretabor euentum placendi: licet audacter, non tamen indignanter. Hunc libellum qui voluent, Cẽtimetrum nominabit. Tot enim metrorum genera digeſſi, quanta potui breuitate: vt rationem omittens, quo quidem quod naſcitur ex genere, qua ſcanſionis diuerſitate cædatur: quæ res plus confuſionis quàm vtilitatis habet. Sed lectori hæc generaliter ſunt ſcienda, Finalem ſyllabam in omnibus metris indifferenter accipi. Solutionem eſſe, quum pro vna longa ſyllaba, duæ breues ponũtur. Loca imparia dici primum, tertium, quintum: & inde Paria, ſecundum, quartum, ſextũ. Et deinde Pentemimerim eſſe, quum poſt duos pedes ſequitur ſyllaba quæ partem orationis terminet. Heptemimerim verò, quum poſt tres pedes ſimiliter ſequitur ſyllaba. Tertius trochaicus eſt, quum poſt duos pedes perfectos finita parte orationis, trochæus remanet. Trochaicus quartus, quum definitione eadem tenet quartum locum trochæus. Catalecticum dici, cui vna ſyllaba deeſt. Brachycatalecticum, cui duæ. Hypercatalecticum, cui vna ſyllaba ſupereſt. Acatalecticum, vbi nihil plus minúſve eſt in verſu, qui legitimo fine clauditur. Monometrum, dimetrum, trimetrum, tetrametrum dici verſum à numero pedum.

In Iambicis, trochaicis, anapæſticis metris verſus per pedes duplices computari. In cæteris metris per pedes ſimplices. Metra, vel à pedibus nomina accipere, vel à rebus quæ deſcribuntur, vel ab inuentoribus, vel à frequẽtatoribus, vel à numero pedum. Eáque octo eſſe principalia metra: Iambicum, trochaicum, dactylicum, anapæſticum, choriambicum, antipæſticum, Ionicum à maiore, ionicũ à minore. de quibus carptim tractabimus, eligentes ea quæ ad palmam lyræ ducit voluptas.

IAMBICA.

METRA iambica locis imparibus quinque recipere pedes poſſunt: Iambum, tribrachum, ſpondæum, dactylum, anapæſtum. Locis autem paribus tantum iambum vel tribrachum, & apud Comicos frequenter anapæſtum, ita tamen vt multarum breuium iunctura vitetur. Sed ex pluribus metris, 13. vſui tradenda ſubieci.

Ariſtophanium metrum conſtat monometro hypercatalectico:vt eſt hoc, Vāllēs pĕr īmās.

Euripidium conſtat dimetro brachicatalectico:vt eſt hoc, Dĕæ dĕcūs mĕūm.

Anacreontium conſtat dimetro catalectico:vt eſt, Rĕſōluĕ Bācchă crīnēs: vel ſic, Dīſſōluĕ Bācchĕ crīnēs.

Archilochium conſtat dimetro acatalectico:vt eſt hoc, Amānt vĕnēnă pārĭcīdæ.

Alcmanium conſtat trimetro brachycatalectico:vt eſt hoc,Spērnīs dĕcōrōs vīrgĭnīs thŏrōs.

Hipponactium conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc,Mĕă rĕnīdĕt īn dŏmō lăcūnăr.& hoc, Dōctīs Thălĭă vātĭbūs făuēbăt.

Archilochium conſtat trimetro acatalectico:vt eſt hoc,Mārtēm fătīgăt prōdĭgūs vītæ fŭrōr

Hipponactiū cōſtat trimetro hypercatalectico:vt eſt hoc,Pāupēr pŏētă nĕſcĭt hīc āntră mūſārūm.

Anacreontium conſtat tetrametro hypercatalectico:vt eſt hoc, Amōr pŭēllæ trīſtĕ pēctŭs īmmŏdĕrātē fātīgābăt.

Ariſtophanium conſtat tetrametro brachycatalectico:vt eſt hoc,Mārcēnt lŭcērnæ,ſōl prŏpīnquāt, nōn tămēn văcās.

Ariſtophanium alterum conſtat tetrametro acatalectico:vt eſt hoc, Lūdōs ămāt pŭēllă nōbĭlĭs pŭdīcōs ēt lĕuēs.

Anacreontium conſtat tetrametro catalectico : vt eſt hoc, Pōrtūm pĕtēns, āurām rĕlāxă,vēlă ſōluĕ mālō.

TROCHAICA.

METRA trochaica principaliter conſtant trochæo : locis tamen imparibus hos recipiūt pedes, trochæum,tribrachum & nōnunquam dactylum. In locis vero paribus,cum his quos ſuprà memorauimus,ſpondæum,anapæſtum,dactylum. Sed ex pluribus t3.vſui tradenda ſubieci.

Pancratium conſtat monometro hypercatalectico:vt eſt hoc,Aūthŏr ōptĭmŭs.

Ithyphalicum conſtat dimetro brachycatalectico:vt eſt hoc,Bācchĕ iūngĕ tȳgrēs.

Euripidium conſtat dimetro catalectico:vt hoc,Vūltŭr āltĭūs vŏlăt.

Alcmanium conſtat dimetro acatalectico:vt eſt hoc,Fīſtŭlă cănīt ſŭbūlcŭs.

Bacchilidium conſtat dimetro hypercatalectico:vt eſt hoc,Fōrĭbūs cŏrōnă tēxĭtŭr.

Sapphicum conſtat trimetro brachycatalectico:vt eſt hoc,Rēx pătēr Iūppĭtĕr ēt dĕōrūm.

Archilochium conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc,Nōx ămōrĭs ēt quĭētĭs cōnſcĭă.

Sotadicum conſtat trimetro acatalectico:vt eſt hoc,ītĕ,pōmă fērtĕ,vītām pōrtĕt āltĕr.

Sapphicum conſtat trimetro hypercatalectico: vt eſt hoc, Splēndĕt āurūm, gēmmă fūlgĕt, fōrmă ſed plăcĕt.

Sotadicum conſtat tetrametro brachycatalectico:vt eſt hoc,Thrācĭcūm nĕfās rĕnārrāt cāntĭtāns hĭrūndō.

Archylochium conſtat tetrametro catalectico: vt eſt hoc, Tōllĕ Thȳrſōs: āră pūlſāns iām lyæūs ādŭĕnīt.

Hipponactium conſtat tetrametro acatalectico:vt eſt hoc,Pēllĕ tōnſĭs tērgă pōntī,vēlă tēndĕ,iām pērgāmŭs.

Anacreontium conſtat tetrametro hypercatalectico: vt eſt hoc, Pārcĕ iām cămœnă vātī,pārcē iām mēæ vēſānĭæ.

DACTYLICA.

METRA dactylica principaliter conſtant dactylo:recipiunt tamen ſpondæum,& interdum vltimo loco trochæum.ſed ex pluribus vndeuiginti vſui tradenda ſubieci.

Adonium conſtat dimetro catalectico:vt eſt hoc,Fūndĭtĕ flētūs.

Hymeniacum conſtat dimetro acatalectico:vt eſt hoc,Tībĭă pērſŏnĕt.

Archilochium conſtat dimetro hypercatalectico:vt eſt hoc,Gārrŭlă vēnĭt ăuĭs.

Alcmanicum conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc,Tūndĭtĕ pēctŏră pālmīs.

Simonidium conſtat trimetro acatalectico:vt eſt hoc,īndŭĕ pāllĭă ſērĭcă.

Alcmanium conſtat trimetro hypercatalectico:vt Lūrĭdă brāchĭă cūr rĕtĕgis?

Archilochium conſtat tetrametro catalectico:vt eſt hoc,Vīrgŏ dĕcēns cŏmŭlās rĕlĭgātō.

A lcmanium alterum conſtat tetrametro acatalectico: vt eſt hoc,Vīrgŏ dĕcēns cŏmŭlās rĕlĭgā tĭbĭ.

Alcmanium conſtat tetrametro hypercatalectico:vt eſt hoc,Vītă quĭētă nĭmīs cărĕt īngĕnĭō.

Steſichorium conſtat pentametro catalectico:vt eſt hoc,Mārtĭă cēdĕ dĕō tŭă cārmĭnă Phœbō.

Simonidiū conſtat pētametro acatalectico: vt eſt hoc, Pārthĕnŏpēŭs ĕrāt pŭĕr Arcădĭæ dĕcŭs.

Cyrillium conſtat pentametro hypercatalectico : vt eſt hoc , Pūlchră pŭēllă cŏmās āmbĭt ſĭbĭ pālmĭtĭbŭs.

Heroicū cōſtat hexametro catalectico:vt eſt hoc,Vūlnĕră,bēllă,tŭbæ,nŭmĕrō cōndūntŭr Hŏmērī.

Bucolicum conſtat hexametro catalectico, ita vt quartus dactylus terminet partem orationis; vt eſt hoc,Rūſtĭcă ſylueſtrī rĕſŏnāt bĕnĕ fīſtŭlă cāntū.

Ibicium primùm conſtat hexametro acatalectico: vt eſt hoc, Sȳdĕră pāllĭdă dīffŭgĭūnt făcĕ tērrĭtă lūmĭnĭs.

Alcmanium conſtat hexametro hypercatalectico:vt eſt hoc,Almă Vĕnūs Păphŏn īngrĕdĭtūr, rŏſă lūcĕăt ēx ădȳtīs.

Steſichorium conſtat heptametro catalectico:vt eſt hoc, AEăcĭdēs iŭuĕnīs trăhĭt Hēctŏră,plāngĭ-

tĕ Pērgămă Trōēs.

Ibiciū ſecundum cōſtat hexametro catalectico: vt Cārmĭnă dōctă Thălĭă cănēt, prŏpĕrāntĭŭs hūc ădēs ō pŭĕr.

Ibicium tertium conſtat heptametro hypercatalectico: vt eſt hoc, Vērſĭcŭlōs tĭbĭ dăctўlĭcōs cĕcĭnī pŭĕr ōptĭmē quōs făcĭās.

ANAPAESTICA.

METRA anapæſtica principaliter conſtant anapæſto:recipiunt tamen frequenter ſpondæum, rarò proceleuſmaticum.apud comicos autem habent dactylum,ſæpiúſque vltima quum ſupereſt ſyllaba,in duas ſoluitur breues:ſed ex pluribus 13.vſui tradenda ſubieci.

Itimium conſtat monometro:vt eſt hoc, Călĭdūm iŭbăr ēſt.

Choricum conſtat monometro hypercatalectico:vt eſt hoc, Anĭmūs mălĕ fōrtis.

Ariſtophanium conſtat dimetro brachycatalectico:vt eſt hoc, Vĕnĭt ōptĭmă Călĭŏpē.

Pindaricum conſtat dimetro catalectico:vt eſt hoc, Fŭgĕ mœnĭă iam Thĕlămōnĭdæ.

Alcmanium conſtat dimetro hypercatalectico:vt eſt hoc, Trĕmŭlūm mărĕ mēllĭflŭā nĭtēt aurā.

Archilochium conſtat dimetro acatalectico:vt eſt hoc, Adўtūm Vĕnĕrĭs fŭgĕ vĭrgŏ ſăgāx.

Partheniacum conſtat dimetro catalectico:vt eſt hoc, Adўtūm Vĕnĕrīs fŭgĕ vĭrgŏ.

Pindaricū conſtat trimetro brachycatalectico: vt eſt hoc, Mĕdĭūm răpĭdō mărĕ Tybrĭs ădĭt flŭuĭō.

Alcmanium conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc, Dătĕ Pĭĕrĭdēs mĭhĭ cārmĭnă dăctўlĭcōrūm.

Steſichorium conſtat trimetro acatalectico:vt eſt hoc, Lătĕt īn thălămō tĭbĭ vĭrgŏ dĕcēns Vĕnĕrīs ſpĕcĭē.

Simonidicū conſtat trimetro hypercatalectico:vt eſt hoc, Tŭbă tĕrrĭbĭlī prŏcŭl ærĕ ſŏnāt, clўpĕūm căpĕ mīlēs.

Alcmanicum conſtat tetrametro brachycatalectico:vt eſt hoc, Sŭă mūnĕră fērt Vĕnŭs ālmă rŏſās iŭuĕnī nĭtĭdō Cўnăræ.

Ariſtophaniū conſtat tetrametro catalectico:vt eſt hoc, Dătĕ vīnă mĭhī, dătĕ ſērtă, iŭuāt dărĕ tēm pŏră tōtă lўæō.

CHORIAMBICA.

METRA choriambica principaliter conſtant choriambo:verum quò durius ſuo pede claudantur,accipiunt in fine amphibrachū vel bacchium. Sed ex multis metris hæc quatuor vſui tradenda ſubieci.

Ariſtophanium conſtat monometro & amphibracho ſiue bacchio:vt eſt hoc, Pūrpŭrĕūs tўrānnŭs.

Sapphicum conſtat trimetro & amphibracho ſiue bacchio:vt eſt hoc, Dūlcĭſŏnæ Pĭĕrĭdēs vērſĭfĭcō făuētĕ.

Anacreontium conſtat dimetro & amphibracho ſiue bacchio : vt eſt hoc, Vĭrgĭlĭūs, Māntŭă quēm crĕāuĭt.

Callimachium cōſtat tetrametro & amphibracho ſiue bacchio: vt eſt hoc, Armĭpŏtēns Mārs gĕnĭtŏr Rōmŭlĭdæ dă vĕnĭām prĕcāmŭr.

ANTIPAESTICA.

METRA antipæſtica principaliter conſtant antipæſto. verùm ſæpe prima parte,qua iambum tenent,ſpondæum libenter accipiunt. Sed ex pluribus quatuor vſui tradenda ſubieci.

Pæanicum conſtat trimetro brachycatalectico: vt eſt hoc, Fāunī ſĕmĭdĕūm nūmĕn ădēſt.

Anacreontium conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc, Cūrās mĭtĭgānt dōnă lўræ.

Alcmanium conſtat tetrametro acatalectico : vt eſt hoc, Infāndūm tĕtĭgĭt ſўdĕră cārmēn măgĭcæ vātĭs.

Alcaicū conſtat tetrametro brachycatalectico:vt eſt hoc, Mēcœnās ătăuīs Lўdĭă quōs fērt gĕnĭtē.

IONICA A MINORE.

METRA ionica à minore principaliter conſtant ionico ſuo,ac raro alterius pedis patiuntur acceſſum.ſed ex pluribus ſex vſui tradenda ſubieci.

Timocratium conſtat dimetro catalectico:vt eſt hoc, Rŏſă vērĭs ſpĕcĭmēn.

Anacreontium conſtat dimetro acatalectico:vt eſt hoc, Săpĭēntēs dĕŭs āudĭt.

Anacreontium alterum conſtat trimetro catalectico:vt eſt hoc, Fŭgĕ vĭrgō, fŭgĕ mūnūs Vĕnĕrīs.

Sapphicum conſtat trimetro acatalectico:vt eſt hoc, Sŏnăt āltā trăbĕ fīxūs tĭbĭ Nīlūs.

Phaleuciū cōſtat tetrametro catalectico:vt eſt hoc, Tĭbĭ vērĭs ſĕrŏ dōnūm ſōlă quōd dānt Vĕnĕrī.

Alcmanium conſtat tetrametro acatalectico:vt eſt hoc, Tĭmŏr ōmnĭs dŏcēt ārtēs, tĭmŏr āugēt bŏnă mēntĭs.

IONICA A MAIORE.

METRA ionica à maiore principaliter conſtant ionico ſuo: verum & diiambū & ditrochæum non recuſant. Solutionem patienter admittunt. Sed ex pluribus tria vſui tradenda ſubieci.

Hipponactium conſtat dimetro brachycatalectico:vt eſt hoc, Pālmām căpĕ vīctŏr.

Pharaxilium conſtat trimetro brachycatalectico:vt eſt hoc, Fōrtĭs iŭuĕnĭs ſūmĕ cŏrōnām.

Sotadicum conſtat tetrametro brachycatalectico:vt eſt hoc, Vĭctōr cănĕ:tēmpūs fŭgit, īntēndĕ lăbōrī.

RELIQVA deinceps metra non ea lege qua ſuperiora repetimus. Illa enim velut confuſa digeſſi:hæc velut diſperſa collegi. ſed ex pluribus 25. vſui tradenda ſubieci.

Ithyphallicum tetrametrum conſtat tribus dactylis & pyrrhichio:vt eſt hoc, Quī ſĕrĕrĕ īngĕnŭūm vŏlĕt ăgrŭm.

Pherecratium conſtat ſpondæo, dactylo, & trochæo:vt eſt hoc, Rēgēs pūrpŭră mōnſtrăt.

Glyconicum conſtat ſpondæo, choriambo, & pyrrhichio:vt eſt hoc, Odī Pārthĕnĭūm nĕmŭs.

Aſclepiadæum conſtat ſpondæo, & duobus choriambis & pyrrhichio:vt eſt hoc, O ēt præſĭdĭūm ēt dūlcĕ dĕcūs mĕŭm.

Alcaicum conſtat ſpondæo, tribus choriambis, & pyrrhichio: vt eſt hoc, Prōfūſă AEăcĭdēs, prōcŭbŭīt ſūb Părĭdīs mănŭ.

Elegiacum conſtat pentemimeri prima heroica, ſecunda dactylica: vt eſt hoc, Mœrēt dīffūſīs flēns ĕlĕgīă cŏmīs.

Eulogicum conſtat primo pede diſſyllabo quicunque ſit, & quatuor dactylis: vt eſt hoc, Sāpphŏ cōmpŏſŭīt mălĕ căſtră pŏēmătă.

Miurum conſtat ita vt heroicum, ſed pyrrhichio clauditur:vt eſt hoc, Mōrtēm cōntēmnūnt laudātō vūlnĕrĕ Gĕtĕ.

Priapæum conſtat de glyconico & pherecratio: vt eſt hoc, Hēllēſpōntĭăcūm tŭūs, nūmēn prōtĕgĭt hōrtŭs.

Phaleuciū conſtat ſpōdæo, dactylo, & tribus trochæis:vt eſt hoc, Iſthmōs dīuĭtĭbūs ſŭpērbĭt vndīs.

Sapphicum conſtat trochæo, ſpondæo, dactylo, & trochæis duobus:vt eſt hoc, Fāunĕ nўmphārūm dĕcŭs ēt vŏlūptās.

Saturnium conſtat dimetro iambico & ithyphallico:vt eſt hoc, Iſīs pĕrērrăt ōrbēm cōrnĭbūs prŏfūſīs.

Archilochium conſtat partheniaco & ithyphallico: vt eſt hoc, Rĕmĕăt vĭr ăb ārcĕ tўrānnī vūltĭbūs crŭēntīs.

AEnitologium conſtat dactylica & iambica pentemimeri: vt eſt hoc, Cārmĭnă bēllă măgīs vĕlīm ſŏnārē.

Alcaicum conſtat pentemimeri dactylica, & duobus trochæis: vt eſt hoc, Lūnă rŭbēns Zĕphўrōs cōmmĭnātŭr.

Alcaicum alterum conſtat pentemimeri iambica, & duobus dactylis:vt eſt hoc, Cārmēn rĕlāxāt tædĭă pēctŏrĭs.

Archilochium conſtat tetrametro, bucolico, acatalectico, ithyphallico, tribus trochæis:vt eſt hoc, Lĭnĕă pāſtōr tĭbĭ cōncĭdĭt īn prŏfūndă pōntī.

Galliambicum conſtat dimetro, iambico, acatalectico, & anapæſto vel ſpōdæo, cum duobus iambis: vt eſt hoc, Tĕnĕră rĕcrīſpăt āură trĕmŭlō ſĭnū frĕtī.

Archilochiū conſtat pentemimeri dactylica, & dimetro iambico: vt eſt hoc, Sȳdĕră cūnctă mĭcānt dĕcōrĕ lūcĭs āurĕō.

Archilochium alterum conſtat dimetro iambico, & pentemimeri dactylica: vt eſt hoc, Dūlcī lўæō dĕdĭtī tўmpănă iām quătĭūnt.

Heroicum, quoties ſonus vltimę ſyllabæ ſimilis eſt præcedentis:vt eſt hoc, Exērcēt mēntēs frātērnās grātă mălīs līs. Quum verò extremæ ſyllabæ metri ſunt eædem, æquiuocum eſt.

Reciprocus heroicus in ſotadico quoties ad finem ſcanſus ſotadicū facit: vt eſt hoc, Irĕ cŭpīs ſī rūs mălă vītēs ſopnĭă quæſō. Quæſo ſopnĭă vītēs mălă, rūs ſī cŭpīs īrĕ.

Reciprocus iambicus in elegiaco eſt quoties à fine ſcanſus elegiacum facit:vt eſt hoc, Mĭcānt nĭtōrĕ tēctă ſūblīmī āurĕă. Aurĕă ſūblīmī tēctă nĭtōrĕ mĭcānt.

Eurypalicus verſus eſt, quum verba prout proſequuntur ſyllabis creſcunt:vt eſt hoc, Rēm tĭbĭ cōncēſſī dōctīſſĭmĕ dūlcĭſŏnōrām.

Iohannis Deſpauterii Centi-
METRVM.

MVLTO plura ſunt carminū genera, quàm in Centimetro ſuo digeſſit Seruius: quod eum minime latuit. nam teſtatur ſe dicturum ea tantum quæ in vſu ſunt. Siquidem rariſſime apud poetas leges proceleuſmatica, pæonica, moloſſica, cretica, antibacchica, bacchiaca, ſcoliaca, epitrita. quæ tamen ſi noſſe libebit, legito librum nonum Franciſci Nigri, apud quem hæc pulchre elucidantur. Ego nunc ea demum proſequar, quibus vſi ſunt Catullus, Horatius, Martialis, Capella, Boetius, & Auſonius. Pluribus vti non prohibebo, dum in his prius ſe ſatis exercuerit adoleſcēs.

MONOCOLA.

ETSI omne ferme carminis genus monocolō, id eſt ſimplex & vnimembre, ſine alio genere eſſe poſſet: non facile tamen monocolis vtendum cenſeo, niſi apud authores idoneos inueniantur. Ea vero hîc ſubieci hoc ordine.

Heroicum — Heroicum hexametrum, quo Heroum res geſtæ cum laude deſcribūtur: vt à Virgilio AEneæ, à Flacco argonautarum, &c. ab Homero Achillis & Vlyſſis: vnde Homericum dicitur. Carmine ex eiſdem pedibus ſcribuntur ſatyræ & alia plurima, ſed non cū tanto apparatu & pompa vt Heroum geſta. verùm de heroico in libro primo diſputatū eſt.

Elegiacum — Secundo pentametrum elegiacū monocolon lectum eſt. Capella lib. 9. ſine alterius generis admixtione ponit vigintiocto pentametros verſus. Et Virgilius, Sic vos non vobis, &c. De ſcāſione ſatis diximus libro 1. quia fit ex primis duobus vel dactylis, vel ſpōdæis, vel alternis: tertio ſpondæo tantum. de quo Fabius libro nono de cōpoſitione ſic ait, Eſt enim in ipſa diuiſione verborum latens tempus: vt in pentametri medio ſpondæo, qui niſi alterius verbi fine, alterius initio conſtet, verſum non efficit.

Adonicum — ADONICVM monocolon eſt apud Boetiū lib. 1, Nūbĭbŭs ātrīs Cōndĭtă nūllūm Fūndĕrĕ pōſſūnt Sȳdĕră lūmēn, &c. Conſtat dactylo & ſpondæo: vel ex Seruij Centimetro, dactylo & trochæo: quia eſt dactylum dimetrum catalecticum. ſed quia vltima ſyllaba cuiuſcūque verſus eſt communis, ideo parum refert an vltimum pedem ſpondæum eſſe dicamus an trochæum.

Aſclepiadæū — ASCLEPIADAEVM monocolum inuenitur. Horatius, Mēcœnās ătăuīs ēdĭtĕ rēgĭbŭs. Idem, Exēgī mōnŭmēntūm ǣrĕ pĕrēnnĭŭs. Iterū, Dōnārēm pătĕrās grātăquĕ cōmmŏdīs. Cōſtat ſpondæo duobus choriambis & pyrrhichio: vel ſpondæo & dactylo cum finali ſyllaba, & dactylis duobus, vt dixi in libro primo. Capella præter omnium conſuetudinem primo loco dactylum adhibuit in ſecundo libro, dicens, Atquĕ rĕūm răbĭdō ābſŏlŭĕrĕ pēctŏrĕ. ſic alibi ſæpius.

Sapphicum — SAPPHICVM hendecaſyllabum conſtans trochæo, ſpondæo, dactylo, & duobus trochæis. monocolon eſt apud Boetium libro ſecūdo, Nōuĭmūs quāntās dĕdĕrĭt rŭīnās. Et alibi, Bēllă bīs quīnīs ŏpĕrātŭs ānnīs. vbi tamen in fine totius carminis vnicum adiecit adonium, Sȳdĕră dōnāt. Sic Seneca frequēter in choris, vbi ſolet poſt multos verſus, ſapphicos mutare in anapæſticos vel iambicos. Idem ſemel in Hecuba dedit ſecundo loco dactylum, dicens, An fĕrāx vărĭī lăpĭdīs Cărȳſtŏs.

Glyconicū — GLYCONIVM vel glyconicum conſtat primo pede ſpondæo, aliquando etiam trochæo vel iambo & duobus dactylis, vel choriambo & pyrrhichio. Spondæus in prima regione apud Horatium ſemper eſt, niſi ſemel Ode 15. libri primi, Ignīs īlĭăcās dŏmŏs. De iambo in prima regione, Pŭēllæ ēt pŭĕrī īntĕgrī. apud Catullum, quem imitatus Marullus Trachaniota poeta elegātiſſimus huic generi in prima regione non abhorruit paſſim dare tam iambum & trochæum, quàm ſpondæum. Addĕ pūblĭcă cīuĭŭm, Addĕ tōt pŏpŭlōrŭm ŏpēs. Fātēmūr bŏnĕ Lāſcărēs. Iūgō aut mūltĭpărām ſŭēm. ſic idem ſæpiſſime. Reperitur hoc genus monocolon apud Boetium in carminibus, quorum initia ſunt, Quūm phœbī rădĭīs grăuĕ. Fœlīx quī pŏtŭĭt bŏnī. Quōndām pōrtĭcŭs āttŭlĭt. Quōd mūndūs ſtăbĭlīs fĭdĕ. In quibus primus pes ſemper ſpondæus eſt, niſi in quarto carmine libri quinti, vbi bis iambus eſt: vt Nĭhīl mōtĭbŭs ēxplĭcăt Nōtīs ſŭbdĭtă cōrpŏrŭm. Et ſemel trochæus, vt Altĕrūmquĕ lĕgēns ĭtĕr. At in carmine 3. lib. 4, Vēlă Nērĭtĭī dŭcĭs, primus pes ſemper eſt trochæus præter vltimum verſiculum, Mēntīs vūlnĕrĕ ſæuĭūnt. niſi quis legendum putet, Mēntīs hūlcĕrĕ ſæuĭūnt. In hoc carmine legendum eſt, Hīc lŭpīs ſŭpĕrāddĭtŭs. nō vt vulgo habetur nuper. hūc verſiculum ſequitur, Flērĕ dūm păr ăt, hŭlŭlăt. vbi tribracchus vel anapæſtus eſt pro dactylo, quod nollem imitari, quia forſan mendū eſt. aut metri gratia, (hullulat) per geminum ll dixit.

Archilochiū dactylicum — ARCHILOCHIVM dactylicum conſtans dactylico bucolico tetrametro, id eſt tribus dactylis vel ſpondæis, vel alternis, & quarto pede tantum dactylo partem orationis finiente, & tribus trochæis. eſt

monocolon apud Boetium libro 5. Carm. Quām vărĭīs tērrās ănĭmālĭă pērmĕānt figūrīs. Scande, Quām vări,īs tēr,rās ăni,mālĭă,pērmĕ,ānt fi,gūris. Tolle quartam à fine ſyllabam,habebis hexametrum: ſic,Quām vărĭīs tērrās ănĭmālĭă pērmĕ fĭgūrīs.non tamen hoc ſemper fieret: quia quarta ſyllaba ablata,quinta deſinit interdum corripi. vt apud Horatium Ode 4.lib.1.in hoc verſiculo,Sōluĭtŭr ācrĭs hyēms grātā vĭcĕ Vērĭs ēt Făuōnī.Notabis autem plura fuiſſe mendoſa ante Badij diligentiam, vt apud Boetium vbi legebatur(præcēſſiſſĕ), legendum eſt,Hāc prēſſiſſĕ ſōlō vēſtīgĭă grēſſibūſquĕ gāudēnt.vbi etiam(quĕ)coniunctio inepte fuerat ablata.Alij boc genus vocant Phaleucium.

Alcaicum dactylicum

ALCAICVM dactylicum conſtans pentemimeri iambica & duobus dactylis,id eſt habens primum iambum vel ſpondæum,ſed ſæpius ſpondæū:ſecundum verò ſolum iambum.hinc manet ſyllaba partem orationis finiens, quam ſequūtur dactyli duo. monocolon eſt apud Claudianum in epithalamio Honorij & Mariæ,vt Prīncēps cŏrūſcō ſȳdĕrĕ pūlchrĭŏr.De iambo qui rarus in prima regione,Horatius,Făuētĕ līnguīs cārmĭnă nōn prĭŭs.Syllaba ſuperans ſemper longa eſt:niſi rariſſime,& tum ratione cæſuræ producitur:quod cauebis vt maxime poteris.Horatius, Angūſtăm ămīcĕ pāupērĭēm păti.hoc Alcaicum vocant dactylicum trimetrum acatalecticum.

Alcaicū choriambicum

ALCAICVM choriambicum conſtans ſpondæo,tribus choriambis & pyrrhichio,ideóque pētametrum.monocolon eſt apud Catullum,vt Alphēnĕ īmmĕmŏr ātquĕ ūnănĭmīs fāllĕ ſŏdālĭbūs.Et apud Horatium ter,vt Tū nē quæſĭĕrīs, ſcīrĕ nĕfās quēm mĭhĭ quēm tĭbĭ.
Nūllām Vārĕ ſăcrā vītĕ prĭūs ſēuĕrĭs ārbŏrēm.
O crūdēlĭs ădhūc,ēt Vĕnĕrĭs mūnĕrĭbūs pŏtēns.Dicitur ab aliſs Phaleucium hexadecaſyllabum.

Iambicum dimetrum

IAMBICVM dimetrum archilochium acatalecticum, monocolon eſt apud Auſonium ad Theonem:vt Aūt āſſĭt īntērprēs tŭūs,
AEnīgmătūm quī cōgnĭtōr
Fŭīt mĕōrūm,quūm tĭbī
Cādmī nĭgēllās fīlĭās,
Mēllōnĭs ālbām pāgĭnām,
Nŏtāſquĕ Fūruæ ſēpĭæ,
Cnīdōſquĕ nōdōs prōdĭdīt.Recipit hoc genus(vt in Cētimetro viſum eſt) locis imparibus iambum & tribrachum.Apud lyricos & hymnographos rarò alios pedes quàm diſſyllabos habet,& in hymnis ſenſus ſemper in quatuor verſiculis perficitur.Sedulius,A ſōlĭs ōrtūs cārdĭnē
Adūſquĕ tērræ līmĭtēm,
Chrīſtūm cănāmūs prīncĭpēm
Nātūm Mărīā vīrgĭnē. Miror qua authoritate Politianus hymnum ita fecerit,vt quouis loco quenuis diſſyllabum pedem locaret, præterquam in fine,vbi ſemper iambus initium hymni eſt,
O vīrgŏ prūdēntīſſĭmā
Quām cælō mīſſūs Gābrĭēl,&c.De pyrrhichio in ſecundo, Amōrĕ dĕūm răpŭīt.non auſim id imitari.Nec illud,Tū ſtēllīs cŏmām cīngĕrīs.Nec illud,Tū ſtēllă mărīs dīcĕrīs.

Phaleucium

PHALEVCIVM cōſtat ſpōdæo & dactylo & tribus trochæis.monocolon eſt frequēter apud Catullū Martialemque,& apud Boetiū ſemel in libro 1.dicentem,Quīſquĭs cōmpŏſĭtō ſĕrēnūs æuō.ſed in hoc carmine multa ſcriptorum vitio ſunt corrupta,vt recte animaduertit doctiſſimus Badius.veluti hic, Fātūm ſūb pĕdĭbūs ēgīt ſŭpērbūm.pro tĕrīt, vel alio ſimili. Et, Vērſūm fūndĭtŭs āgĭtāntĭs æſtūm.pro āctĭtāntĭs,vel ēxĭgēntĭs. Et,Quĭd tāntūm mĭſĕrōs ſæuōs tŷrānnŏs. pro fĕrōs. Catullus in hoc verſu non ſeruat ordinem : nam in prima regione ponit etiam iambum : quod alij imitari noluerunt,vt notauit Plinius:nec abhorruit in prima regione trochæum,vt alibi vidimus:ſed & tribrachum ſemel apud eundem legi in primo loco: vt Cămĕrĭūm mĭhĭ pēſſĭmæ pŭēllæ. De iambo,
Mĕās ēſſĕ ălĭquĭd pŭtārĕ nūgās.
Et ācrēs ſŏlĕt īncĭtārĕ mōrſūs,&c.de trochæo ī primo carmine,Quārĕ hăbē tĭbĭ quīcquĭd ēſt lĭbēllī
Quālĕcūnquĕ quĭdām ōră pēr vĭrōrūm.Rariſſime in hac re ſequentes imitati ſunt Catullum. vt Boetius libro 3.ſemel,Quĭs īllōs ĭgĭtūr pŭtēt bĕātōs.& plures vt opus noſtrum perlegenti liquebit. tamē tanti Catullianum poema facio,vt non putem reprehendendum,qui hunc ſequitur. Accedit iudicium Michaelis Trachaniotæ Marulli Cōſtantinopolitani poetæ feſtiuiſſimi:quē Petrus Crinitus non vulgaris doctrinæ vir, immo Gellius noſtri temporis alter abſolutū in ſuo genere eſſe tradit.Nam vt Beatus Rhenanus teſtatur,vſqueadeo fuit antiquitatis æmulus, vt priſcis illis ſeculis principes Latinæ linguæ viros non modo nō adęquarit, ſed lōgo poſt ſe interuallo reliquerit.Is,inquam,Marullus nihil veritus eſt Catullum in omnibus imitari,id quod ex ſingulis illius epigrammatis cognoſcere licet. ideo Phaleucijs in prima regione plus centies dat tam trochæos quàm iambos. Verùm ne prolixitate diſpliceā,ſatis fuerit pro omnibus vnum illius epigramma ad Neæram,

Sāluē nēquĭtĭæ mĕæ Nĕæră,
Mī pāſſĕrcŭlĕ,mī ālbĕ tūrtŭrīllĕ,
Mĕūm mēl,mĕă ſuāuĭtās,mĕūm cŏr,
Mĕūm ſuāuĭŏlūm,mĕī lĕpōrēs.

Tēnĕ vīuĕrĕ ĕgō quĕām rĕlīctāſ
Tēnĕ ĕgō ſinĕ rēgnă, tē ſinĕ āurŭm,
Aūt mēſſēs Arăbūm vĕlīm bĕātīſ
O priūs pĕrĕām īpſĕ,rēgnă ĕt āurŭm. Ponit etiam Catullus dactylum primo loco:vt Ingĕrĕ mī că lĭcēs ămārĭōrēs. Et ſpondæum in ſecundo:vt Vērbōſā gāudĕt Vĕnūs lŏquēlā. Reperitur etiam ſecundo loco tribrachus & trochæus:& apud Sentium iambus in fine. Catullum ego cum Marullo non verebor imitari,parcè tamen. Alibi,Et nĭſī mănĭfēſtă pērnĕgāmŭs.producit ſecundam in (nĭſī) non male,quia diximus variari:licet raro produci,vt (ĕgō).quod iam patuit apud Marullū produci. Idem ait de ſuo amore,Ipſĕ ĕgŏ iām quĭs ſīm nĕſcĭō āut vbī ſīm.hic ŏ breuis non interimitur:quod rariſſime imitandum eſſe docuimus.

Anacreontiū ANACREONTIVM dimetrum catalecticum conſtans anapæſto, duobus iambis & ſyllaba. monocolon eſt apud Boetium libro 3,Hăbĕt hōc vŏlūptās ōmnĭs. vbi tertio loco ſpondæum dedit:quod alibi vix inuenies,ſed ſemper iambum:vt Stĭmŭlīs ăgīt fŭrēntēs,&c.

Iambicum trimetrum IAMBICVM trimetrum archilochium acatalecticum,vt dimetrum & tetrametrum, locis imparibus, vt ex Seruio patet, recipit iambum, tribrachum, ſpondæum, dactylum vel anapæſtum: locis autem paribus tantum iambum vel tribrachum , & apud comicos frequenter anapæſtum, ita tamen vt multarum breuium iunctura vitetur . De comicis plura dicerem,niſi ſcirem carmina comica perpulchre tradita eſſe à Priſciano,cuius opuſculum Plautinis comœdijs vir vndecunque doctiſſimus Iohannes Baptiſta Pius præpoſitum curauit. Si te comœdiæ compoſitio delectet,cum Plauto & Terentio diligenter perlegito opuſculum Priſciani de metris comicis, & ea quæ doctiſſimus Badius ante Terentij comœdias collegit prænotamenta . In lyricis & hymnis raro alios pedes quàm iambum & ſpondæum reperies,aliquando etiam alios,&c. Horatius iambico trimetro,archilochio,monocolo ſemel vſus eſt,
Iāmīām ēffĭcācī dō mănūs ſcĭēntĭæ.

Scazon vel iambicū hipponactium SCAZON ſiue iambicum trimetrum hipponactium hoc ſolum differt ab archilochio,quòd hoc in ſexta regione ſumit iambum duntaxat,illud vero ſemper ſpondæum. ideóque Scazon dicitur,vel choliambus,id eſt carmen claudum. In hoc tantū genere obſeruandum eſt, ne quintus pes alius ſit,quàm iambus. docet hoc Terentianus,vt apud Aldum eſt videre. Frequentiſſime monocolon eſt,vt in præfatione Perſiana,Nēc fōntĕ lābră prōlŭī căbāllīnō. Martialis,Apōllĭnārēm cōnuēnī mĕūm. ſcazō. Boetius,Hæc quūm ſŭpērbă vērtĕrīt vĭcēs dēxtrā. Non reformidat ſcazō locis imparibus anapæſtum,dactylum, ſpondæum,tribrachum, nec locis paribus tribrachum. Catullus & Martialis ſæpe hoc genere vtuntur. Horatius autem nunquam,& comici raró.

Iambicum ſeptenarium IAMBICVM ſeptenarium addens iambico trimetro acatalectico amphibrachum. monocolon eſt apud Catullum , Cĭnæde Thāllĕ mōllĭōr cŭnīcŭlī căpīllō. Alij vocant iambicum tetrametrum catalecticum.

Sapphicum choriambicū SAPPHICVM choriambicum conſtat choriambico trimetro & amphibracho ſiue bacchio:vt Dūlſĭſŏnæ Pĭĕrĭdēs vērſĭfĭcō făuētĕ . Inuenies tale monocolon in ſecundo libro Martiani Capellæ. Choriambicum aliud conſtat tribus choriambis & duobus trochæis : vt Cēlſŭs ĕquō phœnīcĕā vēſtĕ nĭtēns ībăt ārcăs.

Choriambica plura CHORIAMBICVM huic affine conſtat duobus choriambis & tribus trochæis & ſyllaba:& eſt monocolon apud Capellam,Lætă hŏnōrīs mĕrĭtīs āſtră vīrgŏ cōncĭpĭs. Archilochiū aſclepiadæum conſtat ſpondęo & tribus choriambis:vt Annūm cārdŏ rŏtāt dūm fĕrĭmūr ſōllĭcĭtī. In (lætă) vocalis non interimitur:quod nimis ſæpe fit in Capella.

Anapæſticū archilochiū ANAPAESTICVM archilochium dimetrum acatalecticum conſtat quatuor pedibus,qui optime ſunt anapæſti:poſſunt tamen etiam eſſe dactyli vel ſpondæi in quocunque loco,ita etiam vt aliquādo nulli ſint anapæſti:& nihilominus verſus anapęſticus dicitur. nunquā tamen inuenies omnes dactylos aut omnes ſpondęos:neque bonū fuerit multos verſus ſine anapæſto cōtinuare. Vtitur hoc monocolo valde ſæpe in tragœdijs Seneca:ſed fere vbi chorus loquit: cui etiā dat ſapphica vel aſclepiadæa: reliquis iābica dat trimetra acatalectica archilochia,raro triſyllabos pedes admittētia. De anapæſtico apud Senecam in Hercule furente fit hoc exemplum,Tūrbĭnĕ māgnō ſpēs ſōllĭcĭtæ. Hic ſtatim ſequitur,Et cōngēſtō pāupĕr ĭn āurō:vbi nullus eſt anapæſtus. quod in hoc genere apud Senecam frequentiſſimum. Ex dictis ſequitur Boetium recte vſum hoc genere in carminibus,quorum initia ſunt,
O ſtēllĭfĕrī cōndĭtŏr ōrbīs,
Quāntās rērūm flēctāt hăbēnāſ
Sī vīs cēlſī iūră tŏnāntĭs,
Quænām dĭſcōrs fœdĕră rērūmſ Boetius primo carmini vnicum adonicum admiſcuit, Crīmĕn ĭnīquī. vt in fine 3. Carm. lib. 5, Addĕrĕ pārtēs. Meminiſſe vbique decet vltimam verſus eſſe communem: ideo quartus pes dactylus eſt,non amphimacrus hic,Hŏmĭnēs quătĭmūr fōrtūnæ ſālō. Nec vſquam in hoc genere apud Boetium trochæus admittitur. Nam illud, Tōtis frātrĭs ōbuĭă flāmmĭs,mēdoſum eſt:pro Tōtīs frātrĭs ĕt ōbuĭă flāmmĭs. Nam coniunctionem illam (&) ſenſus & verſus exigit.

ANAPAESTICVM partheniacum dimetrum catalecticū conſtat tribus anapæſtis & ſyllaba. & eſt

monocolon apud Capellam libro 2, Căpŭt ārtibŭs īnclȳtă vīrgō. Boetius, ſeruato ſemper in tertia regione anapæſto, locat in primo & ſecundo loco anapæſtos vel ſpondæos, vel hos vt volumus mixtos. Vt 5. Carm. lib. 2, Fœlīx nĭmĭūm prĭŏr ætās. Et 5. Carm. lib. 3, Quī ſē vŏlĕt ēſſē pŏtēntēm. Notabis autem in anapæſticis catalecticum dici verſum, vbi vna, vel duæ ſyllabæ deſunt. Brachycatalecticum, vbi pes integer abeſt. Exemplum primi. hic eſt dimeter catalecticus, Fŭgĕ mœnĭă iām thĕlămōnĭdæ. abeſt vnica ſyllaba. ſimiliter hic, Adĭtūm Vĕnĕrĭs fŭgĕ vīrgŏ. abſunt duæ ſyllabæ à dimetri perfectione. Brachycatalectici exemplum eſt, Vĕnĭt ōptĭmă Cāllĭŏpē. hic integer anapæſtus abeſt à dimetri perfectione. id ſpeciale eſt in anapæſticis: ideo bene notādum eſt. Ferettus dicit anapæſticum optimū qui ſingulos pedes habet partē orationis finientes, quod in reliquis eſſet vitioſum: ſed id authores raro obſeruāt.

Dactylicum archilochiū

DACTYLICVM archilochiū tetrametrū catalecticū cōſtat quatuor dactylis ſyllaba minus: vt Vīrgō dĕcēns cŏmŭlās rĕlĭgātō. ſed tertio ſemper dactylo, primus & ſecundus poſſunt etiā eſſe ſpondæi. Monocolon eſt hoc genus ſemel tantū apud Boetiū. Vt Carm. 3. lib. 5, Pūrō clārūm lūmĭnĕ phœbūm Mēllĭflŭī cănĭt ōrĭs Hŏmērŭs, &c. Hoc genus inter anapæſticos verſus habetur anapæſticū, vt in anapæſtico archilochio dictum eſt. Ideo Perottus non recte dixit Boetium ſæpius hoc genere vſum. veluti Carm. 6. lib. 4, Sī vīs cēlſă iūră tŏnāntĭs. Et Carm. 3. lib. 5, Quænām dīſcōrs fœdĕră rērūm. Nam anapæſticos eſſe verſus ex ſequentibus liquet. Vĕtĕrēm ſĕruānt ſȳdĕră pācēm. Nōn ſōl rŭtĭlō cōncĭtŭs īgnē, &c. Cauſă rĕſŏluĭt. quĭs tāntă dĕūs Vērĭs ſtătŭĭt bēllă dŭōbŭs.

Ionicū à minore

IONICVM à minori phaleucium tetrametrum acatalecticum conſtans quatuor ionicis à minore: monocolon eſt apud Capellam lib. 4, Vĕnĕrāndōs mĭhĭ fātūs rĕuĕrēndōſquĕ, ſĕcūtā Rĕfĕrām iūſſă pĕdēm ātquĕ īlĭcĕt ēxōrſă ſĭlēbūnt.

Ithyphallicū dactylicum

ITHYPHALLICVM dactylicum tetrametrum acatalecticum conſtat tribus dactylis & pyrrhichio. monocolon eſt apud Boetium libro tertio, Quī ſĕrĕrĕ īngĕnŭūm vŏlĕt ăgrūm, Lībĕrĕt ārŭă prĭūs frŭtĭcĭbŭs. vbi indocte legitur fructicibus. In primo verſu (rĕ) per ſynalœphā abſumitur: ideo male dixerunt quidam primum verſum eſſe hypercatalecticum.

Alcmanium dactylicum

ALCMANIVM dactylicum tetrametrū hypercatalecticum cōſtat pētemimeri dactylica, id eſt duobus dactylis vel ſpondæis, aut alternis & ſyllaba. inde ſequitur neceſſariò dactylus & ſpōdæus. monocolon eſt apud Boetium libro t, Heū quām præcĭpĭtī mērſă prŏfūndō. Et apud hymnographum, O quām glōrĭfĭcā lūcĕ cŏrūſcās.

Angelicum ſtheſichoriū

ANGELICVM ſtheſichorium heptametrū, à nuntij celeritate ſic dictum, cōſtat duobus trochæis, duobus iābis, trochæo, dactylo, trochæo. Recipit tamen primo loco etiā ſpondæū. Tale eſt monocolon apud Catullum, O Cŏlōnĭă quæ cŭpīs pōntĕ lūdĕrĕ lōngŏ. Memineris ſemper vltimam verſus eſſe cōmunem. de ſpondæo in prima regione ibidem, Inſūlſiſſĭmūs ēſt hŏmō, nēc ſăpīt pŭĕrī īnſtăr. hic (hŏmō) ſecundam producit: quia pyrrhichius hic non recipitur.

Galliambicū

GALLIAMBICVM metrum ex duobus galliambis: quorū prius habet pyrrhichium & duos trochæos cum ſpondæo: vt eſt hoc, Stĭmŭlātŭs vt fŭrēntī. Alterum conſtat pyrrhichio, trochæo, & duobus pyrrhichijs: vt eſt hoc, Răbĭē văgŭs ănĭmŭs. Interdum tamen primo loco ſpondæum inuenies: & in ſecundo iambum atque tribrachum. Tali monocolo vſus eſt Catullus de Berecynthia & Aty, vt Sŭpĕr āltă vēctŭs Atȳs cĕlĕrī rătĕ mărĭă. In verſu autem, Dĕŭŏluĭt īſtĕ ăcūtō ſĭbĭ pōndĕră ſĭlĭcĕ. vertitur primum u conſonans verbi (dĕŭŏluĭt) in vocalem. & in bonis libris iſte legitur, non lactes: licet Antonius Parthenius ita offenderit. Aliquando etiam in primo loco trochæum inuenies: vt Tȳmpănūm tŭbām Cȳbēllĕ tŭă mātĕr ĭnĭtĭă, vbi (initia) manifeſto primam corripit. legito diligenter ipſum Catullum, & plura reperies.

Trochaicum archilochiū

TROCHAICVM archilochium tetrametrum catalecticum conſtat octo pedibus minus vna ſyllaba, habet locis imparibus trochæū, reliquis etiam ſpondæū. Tali monocolo vſus eſt hymnographus elegātiſſimus in laudē ſalutiferæ crucis, Pāngĕ līnguă glōrĭōſī prælĭūm cērtāmĭnĭs. In verſiculo autē, Agnŭs īn crŭcĕ lĕuātŭr īmmŏlāndŭs ſtīpĭtĕ. mendum eſt ab ignaris poeticæ commiſſum multis flagris piandū: quia ratio carminis & ſenſus exigit vt legatur in genitiuo, Agnŭs īn crŭcĭs lĕuātŭr īmmŏlāndŭs ſtīpĭtĕ. id eſt agnus immolandus leuatur in ſtipite crucis. notauit id ante me Antonius Nebriſſenſis. nolo furtiuis plumis nobilitari. Hymnus de venerabili ſacramēto, de diuo Nicolao, de Catharina virgine, de templi dedicatione, & pluribus alijs diuis ad huius carminis imaginē facti, minime carmina ſunt poeta mediocri digna. Sunt enim à poeticæ indoctis facti, licet alioqui & doctiſſimis & ſanctiſſimis, qualem diuum Thomam Aquinatē fuiſſe nemo inficiatur. Terentianus grāmaticus, teſte Priſciano, in declinationibus libro 6, Sēſcŭplōs vĕl ūnām vīncĕt āltĕrĭūs ſīngŭlūm. hic (āltĕrĭūs) pœnultimā producit, quia ſextus pes hic iābus eſſe nequit, teſte Priſciano: ſed debet eſſe ſpōdæus vel trochæus, vt patet apud Martianum Capellam libro ſecundo, Scāndĕ cælī tēmplă vīrgŏ dīgnă tāntō fœdĕrĕ, Tē ſŏcĕr ſŭbīrĕ cēlſă pōſcĭt āſtră Iūppĭtĕr. Vtitur hoc genere non ponens niſi hos duos verſiculos Capella intercalariter poſt varia ſemper carminū genera valde delectabiliter, vt apud eum videre licet.

Iambicum anacreōtium

IAMBICVM anacreontium dimetrum catalecticum conſtat primo pede iambo vel ſpondæo, dactylo, tribracho, vel anapæſto: ſecundo iambo vel tribracho: tertio vt primo & vnica ſyllaba, ſed triſyllabi pedes huic generi perrarò admiſcēdi ſunt, vt Dīſſŏluĕ Bācchĕ crīnēs. vtitur hoc monocolo Capella

libro ſecundo. Legito Capellam,& diligentiam noſtrā laudabis. Hymnus Baccho dictus à Marullo, Agĕdūm cānĭtĕ pātrēm Thēſpĭādēs mĭhĭ Brōmĭūm. eſt carmē anapæſticum acatalecticum recipiēs ſecūdo & tertio loco etiam iambū & reliquos pedes,quos anapæſticis tribuit Seruius in Centimetro cū tribracho. At finē facio:quia monocola,quibus vſi ſunt linguæ Latinæ principes, iam ſatis enucleaui.

DICOLA DISTROPHA.

DICOLA ſunt ex duobus generibus mixta carmina. Diſtropha, vbi poſt duos verſus fit ad primum genus reuerſio. Poſſunt ſine dubio excogitari vel reperiri plures carminum mixtiones,quàm hîc collegimus:ſed nos eas duntaxat diligenter conquiſiuimus,quas placuiſſe vidimus Catullo, Horatio, Martiali, Boetio, cæteríſque linguæ Latinæ delicijs. Carminum itaque monocolorum diſtrophorum ſubiecimus hîc mixtiones XXVII.

HEROICVM præponitur pentametro elegiaco. Marullus, Nēc tē tērrŭĕrīt pĕrĕgrīnī nōmĕn ĭnānē: Crēdĕ mĭhī nūllă ēſt tērrā ălĭēnă vĭrō.

HEROICVM alcmanio, vel(vt alij volunt) archilochio dactylico tetrametro catalectico præponitur.Horatius,

Lāudābūnt ălĭī clārām Rhŏdŏn,āut Mĭtўlēnēm,

Aūt Ephĕſūm, bĭmărīſvĕ Cŏrīnthī. Conſtat ſecundus verſus tribus dactylis & trochæo:nam ſi haberet adhuc ſyllabā,eſſet tetrameter acatalecticus:nec moueat te vltima in(Cŏrīnthī):quia vltima verſus eſt communis.licet autem quenuis ex tribus primis pedibus eſſe ſpondæum, dum non ſpōdæi omnes, vt videbis ex Odis Horatij,quarum ſunt initia,Lāudābūnt ălĭī,&c. Tē măris ēt tērræ,&c. Quĭd tĭbĭ vīs mŭlĭĕr,&c. Vt tamē bene dixit Ferettus,tres primi pedes rariſſime ſunt alij q̄ dactyli: verum non mētiti ſumus,vt liquet ex his verſibus,Inſīgnēs āut Thēſſălă Tēmpē. Trīſtĭtĭām vītæquĕ lăbōrēs,

Dactylicū dimetrū hypercatalecticum &c. Atque quod rarius eſt,Mēnſōrēm cŏhĭbēnt ārchȳtā. Cæterū quod rarum eſt,raro decet imitari.

HEROICVM præponitur archilochio dactylico dimetro hypercatalectico conſtanti duobus dactylis & ſyllaba. Horatius,Dĭffūgērē nĭuēs,rĕdĕūnt iām grāmĭnă cāmpīs,

Arbŏrĭbūſquĕ cŏmæ.

HEROICVM præponitur iambico archilochio dimetro acatalectico cum dactylica pentemimeri. Horatius,Hōrrĭdă tēmpēſtās cælūm cōntrāxĭt ĕt īmbrēs, Nĭuēſquĕ dēdūcūnt Iŏuēm, nūnc mărĕ, nūnc ſȳlŭæ.iambicum dimetrū eſt Nĭuēſquĕ dēdūcūnt Iŏuēm. vbi primus & tertius pedes poſſunt eſſe iambi vel ſpondæi, ſecundus & quartus tantum iambi. Pētemimeris dactylica eſt duo dactyli & ſyllaba:veluti,Nūnc mărĕ,nūnc ſȳlŭæ:vbi(ſȳlŭæ)teſte etiam Priſciano,verſus gratia triſyllabum fit. Cæterum miror grammaticos,Seruium, Diomedem,& quotquot hactenus fuerint,hoc genus inter dicola locaſſe. Nam videtur mihi optime poſſe poni inter tricola triſtropha:ſic,

Hōrrĭdă tēmpēſtās cælūm cōntrāxĭt ĕt īmbrēs,

Nĭuēſquĕ dēdūcūnt Iŏuēm,

Nūnc mărĕ,nūnc ſȳlŭæ. Ratio qua moueor eſt,quia optime queunt ſeparari iambicum dimetrum archilochium acatalecticum,& pentemimeris dactylica: ſiue dactylicū archilochium dimetrum hypercatalecticum: & quod magis eſt, quaſi iambicum hic per ſe ſit integer: & ſolus verſus vltimam breuem habet:quod in alijs non notaui,vbi quid non per ſe verſus pars eſt. id patet in his verſibus apud Horatium, Lĕuārĕ dīrīs pēctŏră ſōllĭcĭtūdĭnĭbūs.

Fīndūnt ſcămāndrī flūmĭnă,lūbrĭcŭs ēt Sĭmŏīs. Præterea opinionem meam videtur iuuare doctiſſimus poeta Deſyderius Eraſmus Roterodamus,quia carmen quod Seruius dixit compoſitum ex pentemimeri dactylica & iābico dimetro,vt eſt hoc,Sȳdĕră cūnctă mĭcānt dĕcōrĕ lūcĭs āurĕō:ipſe Eraſmus diuidit, vt ſit dicolon diſtrophon: vt in epitaphio Iohānis Olzegi muſici ſummi,cuius initiū eſt,

Ergŏnĕ cōntĭcŭīt
Vōx īllă quōndām nōbĭlĭs,
Aūrĕă vōx Olzĕgī?
Sīc mūſicæ ēxtīnctūm dĕcūs?
Dīc ăgĕ,dīc fĭdĭbūs
Trīſtēs Apōllŏ nænĭās,&c.

Definit autē totum carmē Eraſmi in primū genus:ſic, Nūmĭnă cūr vĭŏlās? Certe carmen Horatij nihil ab hoc differt,niſi ordine:quia hîc pētemimeris dactylica pręponitur:apud Horatiū poſtponitur. ideo videtur idem de vtroque dicēdum. Siquid obeſt,id ſolum eſt quòd Epodi natura hæc videtur,vt ſit ex duobus tātum generibus, ita vt ſecundum ſit breuius priore: tamen vltima Oda eſt monocolos.

HEROICVM non inuenuſte Eraſmus Roterodamus præpoſuit iambico dimetro catalectico,quod anacreontium eſt,vt in monocolis dixi. Carmen eſt ad Gulielmum Copum,

Vnĭcă nōbĭlĭūm mĕdĭcōrūm glōrĭă Cōpē,
Sēu quĭs rĕquīrăt ārtēm.

HEROICVM iambico dimetro acatalectico archilochio præponitur.Horatius,

Mōllĭs ĭnērtĭă cūr tāntām dĭffūdĕrĭt īmĭs
Oblĭuĭōnēm ſēnſĭbūs? Idem,Nōx ĕrăt, ēt cælō fūlgēbāt lūnă ſĕrēnō

Intēr mĭnōră ſydĕră. Iambicum dimetrum vide in monocolis.

HEROICVM iambico trimetro acatalectico archilochio (cuius cōpoſitio in monocolis patet) præponitur. Horatius, Altĕră iām bēllīs tĕrĭtūr cīuīlĭbūs ǣtās:
Sŭīs ĕt īpſă Rōmă vīrĭbūs rŭĭt. Si velis Horatium imitari, iambicum hoc ex ſolis iambis conficies: nec tamen inepte fecerit, qui alios pedes dederit, ſecundum doctrinam à nobis in monocolis datam. Nam Eraſmum imitari non indecorum cenſeo, præſertim vbi contra veterum inſtitutiones nihil peccat. is de Britannia hoc genere pulcherrimum carmen ſcripſit, cuius initium eſt,
Sī iăctārĕ lĭcēt māgnōrūm mūnĕră dĭuūm,
Sĭbīquĕ vērīs fās plăcērĕ dōtĭbūs.

HEROICVM dactylico alcmanio tetrametro acatalectico præponitur. Boetius,
Tūnc mē dīſcūſſā līquērūnt nōctĕ tĕnēbrǣ,
Lūmĭnĭbūſquĕ prĭōr rĕdĭīt vĭgŏr.

Dactylicum alcmanium tetrametrum acatalecticum conſtat quatuor dactylis: poſſunt tamen tres eſſe ſpondæi, dum quartus ſemper ſit dactylus: ſed rarò ſunt tres cōtinui ſpondæi: imo apud Boetium id nunquam fit. Alcamaniū

ASCLEPIADAEVM pherecratio præponitur. Boetius, Sī quāntās rāpĭdīs flātĭbūs īncĭtūs Aſclepiadæū
Pōntūs vērſāt ărēnās. Pherecratium conſtat ſpondæo, dactylo, ſpondæo: vt Pōntūs vērſāt ărēnās. Pherecratiū
Boetius videtur ſemel principio anapæſtum dediſſe: vt Sĭtĭs ārdēſcĭt hăbēndī. ſed doctiſſimus vir Badius ſuſpicatur ita emendandum, Vīs ārdēſcĭt hăbēndī. cui vtique ſuffragor.

ASCLEPIADAEVM iambico dimetro archilochio acatalectico præponitur. Iambicum dimetrum vide in monocolis. Boetius hoc genere ſemel vſus eſt, Hēu hēu quām mĭſĕrōs trāmĭtĕ dēuĭōs
Abdūcĭt ĭgnōrāntĭă.

SAPPHICVM hendecaſyllabum glyconico præponitur: vtrunque vide in monocolis. Boetius, Sapphicum
Quūm pŏlō Phœbūs rŏſĕīs quădrīgīs
Lūcēm ſpārgĕrĕ cœpĕrĭt.

GLYCONICVM aſclepiadæo præponitur: vtrunque in monocolis habetur. Horatius,
Sīc tē dīuă pŏtēns Cўprī,
Sīc frātrēs Hĕlĕnǣ lūcĭdă ſydĕrā. Vtitur hoc genere duodecies. Odarum initia ſunt,
Sīc tē dīuă pŏtēns Cўprī. Mātēr ſæuă cŭpīdĭnŭm.
Dōnēc grātŭs ĕrām tĭbĭ.
Quāntūm dīſtăt ăb Īnăchŏ.
Fēſtō quid pŏtĭūs dĭē.
Intērmīſſă Vĕnūs dĭū.
Quūm tū Lўdĭă Tēlĕphĭ.
Et thūrĕ ēt fĭdĭbūs iŭuăt.
Vxōr pāupĕrĭs Ibўcĭ.
Intāctĭs ŏpŭlēntĭŏr.
Quō mē Băcchĕ răpĭs tŭī?
Quēm tū Mēlpŏmĕnē ſĕmĕl. Marullus hoc genere vſus, dedit primæ regioni interdum iambūm vel trochæum, imitatus (vt diximus) Catullum: vt in principio quarti libri, Ipſĕ dūx Pătărēūs chŏrĭ,
Iānĕ vātĭs ămōr tŭĭ.
Ipſă rōbŏră hăbēnt gĕnăs,
Ipſă ſībĭlă frōndĭūm. Idem in hymno cuius initium eſt, Sātūrnī cĕlĕbrēs dĭēs
Adſūnt, ĕt rĕſŏnānt cūnctă mĕrō ſĭmŭl. ibi hi ſunt verſiculi, Lārgă nēctăris āttĭcĭ
Pĭgēbāt dărĕ ſtrēnŭō.
Pătēr Prōtŏgŏnūs dĕdĭt.
Quĭs ēt pāupĕrĭēm pătī. Sic alibi ſæpius protulit ibidem per ſynæreſim ablatiuū (eodem) in his verſibus, Eōdēm māgnănĭmō pătrĕ Iŏuĭs Rhĕǣ.
Eōdēm cōnĭŭgĕ māxĭmō. Quanuis autem Catulli authoritas minime ſit ſpernenda: tamen in prima regione Glyconicis rariſſime dabis iambum vel trochæum, ſi apud Latinos Lyricorum principem Horatium imitari volueris.

ARCHILOCHIVM dactylicum tetrametrum, cuius cōpoſitio liquet in monocolis: præponitur Archilochiū
archilochio alteri conſtanti pentemimeri iambica, id eſt duobus pedibus: quorum prior eſt iambus vel dactylicum
ſpōdeus, ſecundus iambus tantū. hinc ſupereſt ſyllaba longa partem orationis finiens, quam in eodem tetrametrum
verſu tres trochæi ſequuntur, dum memineris vltimam verſus eſſe communem. vt Trāhūnt, quĕ ſic, cās, māchĭ, næ că, rīnās. Horatius, Sōluĭtŭr ācrĭs hĭēms grātā vĭcĕ Vērĭs ēt făuōnĭ,
Trāhūntquĕ ſiccās māchĭnǣ cărīnās.

CHORIAMBICVM ariſtophanium monometrum conſtans choriambo & bacchio ſiue amphibra Choriābicū
cho: veluti, Pūrpŭrĕūs tўrānnūs: præponitur alcaico, vt Diomedes, vel vt alij volunt, ſapphico cōſtanti ariſtophaniū
epitrito ſecundo, duobus choriambis, & bacchio: vt Tē dĕōs ō, tē Sўbărīm, cūr prŏpĕrās, ămāndŏ. monometrū

Ferettus dicit prius genus aliquando anapæſtum pro bacchio habere:quod ex Horatio probari nequit: qui vnicam Oden hoc genere ſcripſit, Lydiă dīc pĕr ōmnēs
Tē dĕōs ōrō, Sybărīm cūr prŏpĕrās ămāndŏ.

Archilochiū acatalecticū

ARCHILOCHIVM acatalecticum cōſtans amphimacro & duobus iambis, vt Nōn ĕbūr,nĕquāū rĕūm:præponitur iambico hipponactio,trimetro catalectico,conſtanti quinque iambis & ſyllaba:recipienti tamen locis imparibus ſpondæum & tribrachum:in paribus etiam tribrachum vnicum in vnico verſu,vt Mĕā,rĕnī,dĕt īn,dŏmō,lăcū,nār. Scripſit Horatius hoc genere vnicam Oden,
Nōn ĕbūr,nĕquĕ āurĕūm
Mĕā rĕnīdĕt īn dŏmō lăcūnār.

Iambicū trimetrū archilochium

IAMBICVM trimetrum archilochium præponitur iambico dimetro archilochio:vtrunque eſt acatalecticum. vide monocola. Scripſit Horatius hoc genere primam Oden Epodi:& quæ ſequuntur per ordinē nouē. prima eſt hæc, Ibīs Lĭbūrnīs īntĕr āltă nāuĭūm Amīcĕ prōpūgnācŭlă. Sic Martialis,
Vīr cĕltĭbĕrīs nōn tăcēndĕ gēntĭbŭs,
Noſtræquĕ lāus Hīſpānĭæ.

IAMBICVM trimetrum archilochium acatalecticum præponitur archilochio alteri,vel(vt quidam volunt)ſapphico,cōſtanti pentemimeri dactylica, id eſt duobus dactylis & ſyllaba longa, quā ſequitur iambicum dimetrum archilochium acatalecticum,de quo in monocolis dictū eſt:veluti,Scrībĕrĕ,vēr-ſĭcŭ,lōs,ămō,rĕ pĕr,cūſſūm,grăuī. Horatius vſus eſt hoc genere ſemel,
Pĕctī,nĭhīl mē,ſīcŭt āntĕā,iŭuāt
Scrībĕrĕ vērſĭcŭlōs, Amōrĕ pĕrcūſſūm grăuī. Syllaba ſuperans ratione cæſuræ poteſt(licet natura breuis)produci,vt liquet ex his verſiculis,Ĭnăchĭā fŭrĕrē,ſylūīs hŏnōrēm dēcŭtĭt.
Argŭĭt ēt lătĕrē pĕtĭtūs īmŏ ſpīrĭtūs.
Lībĕrā cōnſĭlĭā,nēc cōntŭmēlĭæ grăuēs. Sed forte non inepte quis dixerit hoc genus eſſe tricolon eadem ratione qua antè vſi ſumus in illo,Hōrrĭdā tēmpēſtās,&c.& tum ordinarem ſic,
Pĕctī,nĭhīl mē,ſīcŭt āntĕā,iŭuāt Scrībĕrĕ vērſĭcŭlōs,
Amōrĕ pĕrcūſſūm grăuī.

IAMBICVM trimetrum archilochium acatalecticum,de quo ſatis dictum eſt,præponitur elegiaco pentametro. Boetius,Quānuīs flŭēntĕ dīuēs āurī gūrgĭtĕ
Nōn ēxplētūrās cōgāt ăuārŭs ŏpēs.

SCAZON ſiue iambicum trimetrum hipponactium acatalecticum præponitur iambico dimetro archilochio acatalectico. patet vtrunque in monocolis. Martialis libro primo,
Vērōnă dōctī ſyllăbās ămāt vātīs
Mārōnĕ fœlix Māntŭă ēſt.

Anacreontiū dimetrum

ANACREONTIVM dimetrum catalecticum iambicum conſtans tribus pedibus & ſyllaba,quorum primus eſt ſpondæus,iambus vel anapæſtus:nec male(vt opinor)dactylus vel tribrachus: ſecundus iambus: nec inepte,vt opinor,tribrachus: tertius autem vt primus, licet rectius diſſyllabos pedes, iambum ſcilicet,vel ſpondæum admiſeris. hinc ſupereſt ſyllaba: ſic, Quīſquīs,vŏlēt pĕrēnnēm. Præponitur id genus pherecratio ex ſpondæo,dactylo & ſpondæo. Boetius,
Quīſquīs vŏlēt pĕrēnnēm
Cāutūs pōnĕrĕ ſēdēm.

Archilochiū dactylicum

DACTYLICVM archilochium dimetrum hypercatalecticum conſtans duobus dactylis & ſyllaba, præponitur iambico dimetro archilochio acatalectico. De quo Eraſmus,
Ergŏnĕ cōntĭcŭīt
Vōx īllă quōndām nōbĭlīs?

PHALEVCIVM hendecaſyllabum,quod in monocolis patet,præponitur Alcmanio,vel(vt alij volunt)archilochio tetrametro acatalectico conſtanti dactylis duobus & duobus trochæis. vſus eſt eo genere Boetius ſemel, Quānuīs ſē tўrĭō ſŭpērbūs ōſtrō
Cōmĕrĕt ēt nĭuĕīs căpīllīs. Perottus hic pro dactylo reperiri aſſerit trochæum : id ex Boetio colligi nequit.

PHALEVCIVM dictum ſapphico præponitur. Boetius id fieri oſtendit in decimo carmine libri 3. vbi in principio tribus phaleucijs vnicum ſubiecit ſapphicum:ſic,Hūc ōmnēs părĭtĕr vĕnītĕ căptī,
Quōs făllāx lĭgăt īmprŏbīs cătēnīs,
Tērrēnās hăbĭtāns lĭbīdŏ mēntēs.
Hīc ĕrĭt vōbīs rĕquĭēs lăbōrŭm. Poſt hæc inchoatur genus , de quo locuti ſumus : nam phaleucio ſubijcit alterne ſapphicum:Hīc pōrtūs plăcĭdā mănēns quĭētĕ,
Hōc pătēns vnūm mĭſĕrīs ăſylūm. Perottus male credidit eſſe monocolon: vt Quīſquīs cōmpŏſĭtō ſĕrēnŭs æuŏ. Docuit iſtud rectiſſime doctiſſimus Badius.

PHALEVCIVM dictum pentametro elegiaco præponitur. Boetius libro quarto,
Quĭd tāntōs iŭuăt ēxcĭtārĕ mōtūs,
Et prōprĭā fātūm ſōllĭcĭtārĕ mănū?

ALCMANSVM dactylicum trimetrum hypercatalecticum conſtans tribus pedibus heroici verſus & ſyllaba, ita tamen vt aliquis ſit dactylus: præponitur pherecratio ex ſpondæo, dactylo, ſpondæo, nonnunquam in prima regione anapæſtum admittenti. Boetius libro tertio, Pherecratiũ

Omnĕ hŏmĭnūm gĕnŭs īn tērris
Simĭli ſurgĭt ăb ōrtū.
Vnŭs ĕnīm rērūm pătĕr ēſt,
Vnūs cūnctă mĭnīſtrāt, &c. non autem Vnūs quī cūnctă mĭnīſtrāt. Leguntut in hoc genere plures mendæ vitio imperitorum: quarum nonnullas diſertiſſimus Badius ſua diligentia pepulit.

ALCMANSVM dactylicum tetrametrum acatalecticum cõſtans quatuor pedibus: quorum quartus tantum dactylus eſt, dum memineris vltimam verſus eſſe cõmunem: reliqui ſunt dactyli vel ſpondæi: vel hi, vt volumus, mixti. Præponitur id genus iambico dimetro archilochio acatalectico, de quo in monocolis diximus. Boetius, Sūnt ĕtēnīm pēnuæ vŏlŭcrēs mĭhĭ, Quæ cēlſă cōnſcēndānt pŏlī. Alcmanium

TROCHAICVM alcmanicum dimetrum acatalecticum couſtans quatuor trochæis, recipiẽs etiam apud Boetium iu ſecundo loco ſpondæum: præponitur pherecratio ex ſpondæo vel anapæſto, & dactylo & ſpondæo, vt Cērnās ſērrĕ tўrānnōs. Anapæſtum autem Boetius noue dedit, vt Sŏlĭī cūlmĭnĕ rēgēs, &c. Vtitur Boetius eo genere ſemel tantum: Quōs vĭdēs ſĕdērĕ cēlſō
Sŏlĭī cūlmĭnĕ rēgēs. Trochaicum

DICOLON TRISTROPHON.

DICOLON triſtrophum eſt carmen ex duobus diuerſis generibus, vbi poſt tertiũ quenque verſum fit ad primum genus reuerſio. Tale carmen vnicum apud Horatium reperio: licet inter monocola ponatur à Diomede & Perotto pluribúſque. Mecum eſt Badius in Oden hanc Horatij: quod exemplũm huius rei vnicum eſt, Mĭſĕrārūm ēſt nĕquĕ ămōrī dărĕ lūdūm,
Nĕquĕ dūlcī mălă vīnō lăuĕrĕ, āut ēx-
ănĭmārī mĕtŭēntēs pătrŭæ vērbĕră līnguæ. Duo primi verſus ſunt ionici à minore trimetri ſapphici acatalectici, conſtantes tribus ionicis à minore. Tertius quiſque verſus eſt ionicus à minore alcmanius acatalecticus, conſtans quatuor ionicis à minore: vt ănĭmārī, &c. Siquis hoc monocolon vocandũ contenderit, ille idem dicere cogetur de iãbico trimetro cum dimetro, & de multis alijs, quæ ab omnibus inter dicola iure locãtur. Diuiduntur in hoc carmine ab Horatio cõpluſculæ dictiones, vt ēxănĭmārī, lăuĭt, Bēllĕrŏphōntĕ. ideo, teſte Acrone, rectius dici numerus videtur q̃ metrũ. Acron quoque id ſotadicũ appellat: quod, vt ait Fabius, non pedum, ſed ſenſus fine cõcluditur. Fortius enim aliquid incompoſitum poteſt eſſe, quàm iunctũ & bene collocatum, vt Sotadicorũ & Callimachiorũ, & quorundam in oratione ſimili pœne licentia laſciuientium. Idcirco admonendum cenſuit, vt ad firmius ætatis robur huiuſmodi verſus reſeruarentur: nam hac compoſitione ſemel vſus eſt Horatius.

DICOLON TETRASTROPHON.

DICOLON tetraſtrophon carmen eſt ex duobus generibus, vbi poſt quartum quenque verſum fit ad primum genus regreſſio. Talia genera ſubieci hic quatuor.

ASCLEPIADAEI tres glyconico vni præponũtur: vtrunque genus in monocolis patet. Horatius libro primo Carm. Ode ſexta, Scrībĕrīs Vărĭō fōrtĭs, ĕt hōſtĭŭm
Vīctŏr, Mæŏnĭī cārmĭnĭs ālĭtĕ,
Quām rēm cūnquĕ fĕrōx năuĭbŭs āut ĕquĭs
Mīlēs tē dŭcĕ gēſſĕrĭt. Scripſit eius generis Odas nouem, quæ diligentibus facile patebunt.

SAPPHICI tres adonico præponuntur. Horatius libro primo Carm. ad Auguſtum,
Iām ſătĭs tērrīs nĭuĭs ātquĕ dīræ
Grāndĭnĭs mīſĭt pătĕr: ēt rŭbēntĕ
Dēxtĕrā ſăcrās iăcŭlātŭs ārcēs
Tērrŭĭt vrbēm. Scripſit hoc genere ſex & viginti Odas, quas facile internoſces. Poſſemus quoq; (vt prius notaui ex dictis Boetij) tribus Phaleucijs vnicum ſapphicum ſubijcere: veluti, Hūc ōmnēs părĭtēr vĕnītĕ cāptī, &c.

GLYCONICI tres conſtantes in primo loco tam iambo vel trochæo, quàm ſpondæo & duobus dactylis, vel choriambo & pyrrhichio: præponuntur vni pherecratio, ex primo pede iambo vel trochęo vel ſpondæo: ſecundo autem dactylo, & tertio ſpondæo. Tale eſt Catulli ſeculare carmen ad Dianam, Glyconici

Dĭānæ ſŭmŭs īn fĭdĕ
Pŭēllæ ēt pŭĕrī īntĕgrī:
Dĭānæ pŭĕrī īntĕgrī,
Pŭēllæquĕ cănāmŭs.
O Lātōnĭă māxĭmī
Māgnă prōgĕnĭēs Iŏuĭs,
Quām mātēr prŏpĕ Dēlĭām
Dēpōſĭuĭt ŏlĭuām.

Hîc antique à depono (dēpōſĭuī) præteritum fecit per iui pœnultima longa, & pòſt (ſonantum) triſyllabũ fecit, non ſonãtium. Præterea hypermetros duos fecit, vt Sāltŭūmquĕ rĕcōndĭtōrūm. hîc (rūm) ſyllaba exundat: ſed à principio ſequẽtis verſus abſumitur: qui eſt, Amnĭūmquĕ ſŏnāntūm. Alter verſus eſt, Sānctă nōmĭnĕ Rōmŭlĭquĕ. hîc (quĕ) ſuperat: ſed à principio ſequentis verſus abſumitur, Antīquām vt ſŏlĭtă ēs bŏnă. Hic notabis in hypermetris vltimam ſyllabam verſus eſſe eam, quæ ſtatim

præcedit ſyllabam ſuperfluam:& ideo eam eſſe communem,acſi nulla ſyllaba ſuperaret.id liquidò patet ex verſibus iam dictis. Antonius Parthenius dicit hîc nullam carminis obſeruari rationẽ:quod certe falſum eſt. ſiquidem hoc genus ſuauiſſimum eſt,legitimam carminis rationem pulcherrime cuſtodiens.Id tamen ego non ex grammaticis,ſed multa diligentia per me,CHRISTO duce,tandem intellexi.Vſus eſt hoc genere ſemel Marullus in hymno ad Iouem, Iūppitĕr piĕ Iūppitĕr,
Bĕnīgnĕ ōptĭmĕ Iūppitĕr,
Quī tŭō nĭtĭdūm æthĕră
Ambīs īgnĕ bĕātō. Ponit in prima regione trochæum iambum vel ſpondæum,eodem modo vt Catullus: vt Fērtĭlī dārĕ dēxtrā. Glēbās ſēmĭnĭbūs rŭdēs. Lāudēs ēt bĕnĕfāctā,&c.

Anacreontij ANACREONTII dimetri catalectici tres,conſtantes anapæſto,duobus iãbis & ſyllaba:veluti Agĕ cūn,ctă nū,ptĭālī. Præponũtur vni choriambico tetrametro ſapphico conſtanti tribus choriambis & bacchio vel amphibracho:vt Omnĕ nĕmūs cūm flŭuĭīs,ōmnĕ cănāt prōfūndūm.vſus eſt hoc genere Claudian⁹ in Epithalamio Honorij Auguſti & Mariæ,Agĕ cūnctă nūptĭālī Rĕdĭmītă vērĕ tēllūs,
Cĕlĕbrā thŏrōs hĕrīlīs:
Omnĕ nĕmūs cūm flŭuĭīs,
Omnĕ cănāt prōfūndūm.Hoc dicolon vt quod ſtatim præceſſit,& quod mox ſequetur,ipſe per diligẽtiam meam primus inter grammaticos,quos noui,elucidaui,vt facile cognoſcet ſiquis aliorũ ſcripta relegerit.Epithalamium eſt nuptiale carmen,in quo Claudianus diuerſis generibus vtitur. Primo quidem Alcaico monocolo:cuius initium eſt, Prīncēps cŏrūſcō ſȳdĕrĕ pūlchrĭŏr. Secundò anacreõtio cum ſapphico choriambico, cuius initium eſt,Agĕ cūnctă nūptĭālī.Quo genere etiam Sidonius vſus eſt. Tertiò anapæſtico dimetro monocolo, cuius initium eſt, Sŏlĭtās gălĕā fūlgērĕ cŏmās. Quartò aſclepiadæo monocolo, cuius initium, Attōllēns thălămīs īdălĭūm iŭbăr. Sed omniũ venuſtiſſimum eſt Catulli epithalamium à nullo hactenus,quòd ſciam,elucidatum, noſtro Marte nũc primùm enodãdum.de ratione carminis loquor:nam reliqua pulchre declarat Parthenius. Initium carminis de quo loquor,eſt:Cōllĭs ō Hĕlĭcōnĭī.

DICOLON PENTASTROPHON.

Glyconici GLyconici quatuor conſtantes in prima regione trochæo & rariſſime ſpondæo: in ſecunda vero choriambo:in tertia pyrrhichio. vel aliter in ſecũda & tertia regione dactylis duobus: ſic,Cōllĭs, ō Hĕlĭcō,nĭī.vel ſic,Cōllĭs,ō Hĕlĭ,cōnĭī.præponuntur vni pherecratio:cuius primus pes eſt trochæus,& rariſſime ſpondæus:ſecundus dactylus,tertius autem ſpondæus:ſic, O hȳ,mēn hȳmĕ, næ̅.
De ſpondæo in prima regione Pherecratij tria inuenio exempla hæc,Hȳmēn ō hȳmĕnæ̅.
Nōn ābſcōndĭs ămōrēm.
Exērcētĕ iŭuēntām. Cæteri Pherecratij apud Catullum in Epithalamio ſumunt primum pedem trochæum.Glyconici in hoc Epithalamio ſolum tredecim legũtur,habentes primo loco ſpondæum,cæteri trochæum primo loco habent,hi tredecim ſunt:
Prō quā tūrpĭă pērſĕquēns.
Cōmplēxūm,ſēd ăbīt dĭēs.
Fēſcēnīnă lŏcūtĭŏ.
Dēſērtūm dŏmĭnī āudĭēns.
Lūſīſtī nŭcĭbūs,lĭbĕt.
Iām ſēruītĕ Thălăſſĭŏ.
Vnguēntātĕ lābrīs mărītĕ.
Prætēxtātĕ pūēllŭlĕ
Vōs vnīs ſĕnĭbūs bŏnæ.
Sūbdūcāt nŭmĕrūm prĭūs,
Quī vēſtrī nŭmĕrārĕ vūlt.
Tōrquātūs vŏlŏ pārŭŭlūs.
Sōrdēbām tĭbĭ vīllĭcĕ. ſed verſus ille Vnguēntātĕ lābrīs mărītĕ, hypermeter eſt:quia ſic ſcanditur, Vnguēn,tātĕ lă,brīs mărī.hinc ſupereſt ſyllaba(tĕ)in vocalem deſinens,quem in ſequentis verſus initium perimit:vt,Vnguĕntātĕ lābrīs mărītĕ Abſtĭnērĕ.ſēd ābſtĭnĕ. Sic paulo pòſt,Sōlă cōgnĭtă, ſed mărītō Iſtă nōn ĕădēm lĭcēnt.Et ante,Flāmmĕūm vĭdĕō,vĕnītĕ Itĕ cōncĭnĭtĕ īn mŏdūm.
Epithalamij initium hoc eſt,Cōllĭs ō Hĕlĭcōnĭī
Cūltŏr Vrănĭæ gĕnŭs,
Quī răpĭs tĕnĕrām ād vĭrūm.
Vīrgĭnēm hȳmĕnæĕ hȳmĕn,
Hȳmĕn ō hȳmĕnæ̅. Hinc ad prius genus fit regreſſio,&c.Ne vnquã negligas vltimã cuiuſque verſus eſſe cõmunem, atque in hypermetris vltimã dici eam,in qua perfecta ſcãſio finitur. Notabis autẽ quaſdam mendas fuiſſe in hoc epithalamio:nam quidam libri ita habẽt, O cŭbīlĕ quŏt ōmĭnĕ Cāndĭdō lāctĕō pĕdĕ,&c. Alij vero ſic, O cŭbīlĕ quŏt ōmnĭbūs Cāndĭdō pĕdĕ lāctĕŏ.aliter enim non ſtat verſus.Præterea vbi habetur,Illĕ pūluĭs ĕrĭthræī:lego ĕrīthrĕī vel ĕrīthrĭī ſine diphthongo,vt ſtet

verſus:niſi quis dixerit in Græcis diphthongon ante vocalē interdum corripi.vt enim Phaetontius Conopius,& plura dicuntur aliquando pro Phaetontæus,&c.vt alibi late vidimus: ita puto poſſe defendi hic Erithrius pœnultima breui,pro Erithræus pœnultima longa. Itē nonnulli alij libri habent,Mūltă mīllĭā lūſŭūm:alij vero lūdĕrĕ:vt vicē nominis ſuppleat.ego autē lego Mūltă mīllĭā lūſūm:vt ſit per ſyncopā lūſūm diſſyllabū,pro lūſŭūm triſyllabo.Pluſculi in hoc Epithalamio ſunt verſus intercalares, id eſt melioris auſpicij cauſa repetiti:vt hi ſunt,Hȳmĕn ō hȳmĕnæĕ.Cōmpărārĭĕr āuſit.Prōdĕās nō uă nūptă.Cōncŭbīnĕ nŭcēs dā.O hȳmĕn hȳmĕnæĕ.Carmen hoc eſt longe pulcherrimum.ſiquis ta le ſcribere velit,ediſcat dictum Catulli Epithalamiū. Vſus eſt hoc genere Marullus in laudibus Senæ,

Mātēr nōbĭlĭūm nŭrūm,
Antīquī ſŏbŏlēs Rĕmī,
Sēnă dēlĭcĭæ ītălæ,
Sēu lĭbētpŏſĭtūm lŏcī,
Cōnuăllēſquĕ bĕātās. Verū longe ſæpius dat primo loco ſpōdæum q̃ Catullus. Et certe opinor in prima regione tam Glyconici quàm Pherecratij poſſe locari tam ſpōdæum quàm trochæū. Angeli Politiani Monodia in Laurentium Medicen ſcripta eſt in genere dicolo pētaſtropho. Nam tres primi verſiculi ſunt iambici dimetri archilochij ex ſolis diſſyllabis pedibus:quorū primus eſt iambus,ſpondæus, vel trochæus: ſecūdus eſt trochæus,iambus,vel pyrrhichius:tertius vt primus:quartus tātum iambus. Quartus verſus cū quinto eſt iābicus monometer hypercatalecticus habēs primo loco ſpondæum,trochæum, vel iambum:ſecundo vero iambū,trochæum vel pyrrhichiū. hinc ſupereſt ſyllaba:mallem tamen verſus eſſe ſecundū legem prius datā:quia Politianus in hymnis ſuis id ſolum obſeruauit, vt ſint quatuor pedes diſſyllabi,ita vt tres ſint indifferēter quicūque diſſyllabi,dū quartus ſit iābus, vt patet in hymno cuius initiū eſt,O vīrgŏ prūdēntīſſĭmā. Idē factitaſſe mihi videtur in hac monodia ſuauiſſima,

Quĭs dăbīt căpĭtī mĕō
Aquām,quĭs ŏcŭlĭs mĕĭs
Fōntēm lăchrȳmārūm dăbīt,
Vt nōctĕ flĕām,
Vt lūcĕ flĕām?
Sīc tūrtūr vĭdŭūs ſŏlēt,
Sīc cȳgnūs mŏrĭēns ſŏlēt,
Sīc lūſcĭnĭă cōuquĕrī.
Hēu mĭſēr mĭſēr.
O dŏlōr dŏlōr.
Lāurŭs īmpĕtū fūlmĭnĭs,
Illă īllă ĭăcēt ſŭbĭtō.
Lāurŭs ōmnĭūm cĕlĕbrĭs
Mūſārūm chŏrĭs,
Nȳmphārūm chŏrīs.
Sūb cūĭūs pătŭlā cōmā,
Et Phœbī lȳrā blāndĭūs,
Et vōx dūlcĭūs īnſŏnāt.
Nūuc mūtă ōmnĭă,
Nūnc ſūrdă ōmnĭă.

Poſt hæc repetitur principium,Quis dabit capiti meo,vſque Laurus impetu fulminis. Eſt autem monodia,lugubris cantus,quem cæteris flentibus ſola præfica canere ſolebat in defunctorum funeribus.

TRICOLA TETRASTROPHA.

TRICOLA tetraſtropha ſunt carmina ex tribus diuerſis generibus, vbi poſt quartū quenque verſum ad primum genus reuertimur. huius generis carmina inuenio duo.

ASCLEPIADAEI duo præponuntur vni pherecratio cum Glyconico. de quorum pedibus ſatis dictum eſt. Horatius,Quĭs mūltā grăcĭlĭs tē pŭĕr īn rŏſā,
Pērfūſūs lĭquĭdĭs vrgēt ŏdōrĭbūs
Grātō Pȳrrhă ſŭb āntrō?
Cuī flāuām rĕlĭgās cŏmăm. Huius generis Odæ apud Horatium ſunt adhuc ſex:quarū initia ſunt,
Dīānām tĕnĕræ dīcĭtĕ vīrgĭnĕs.
O fōns Blāndŭſĭæ ſplēndĭdĭōr vĭtrŏ.
Quĭd flēs Aſtĕrĭē quēm tĭbĭ cāndĭdī.
O nāuĭs rĕfĕrēnt īn mărĕ tē nŏuī.
Vītās hīnnŭlĕō mē ſĭmĭlĭs Chlŏĕ.
Aūdĭuĕrĕ Lȳcē dĭī mĕă vōtă dĭī.

ALCAICI duo conſtantes in prima regione ſpondæo,& nōnuuquam iābo:in ſecunda iambo tantum & ſyllaba partem orationis finiente,quam ſequūtur dactyli duo:præponuntur vni verſui iambico dimetro archilochio hypercatalectico,conſtanti in primo loco iambo vel ſpondæo:in ſecundo,iambo tantū: in tertio,ſpondæo:in quarto tantū iambo. hinc ſupereſt ſyllaba,& ſequitur quartus verſus,qui eſt alcmanius dactylicus tetrameter acatalecticus,conſtās duobus dactylis & duobus trochæis. Apud Horatium non inueni alios pedes in his verſibus,quicquid aliqui dixerint. memineris vbique vltimam verſus eſſe communem. Exemplum apud Horatiū eſt frequens, ſiquidem hoc genere ſcripſit Odas 37: quæ ſtudioſis facile patebunt. Nobis vnice initium exempli gratia ſubieciſſe ſufficit,

Odī prŏphānūm vūlgŭs,ĕt ārcĕō.
Făuētĕ līnguīs:cārmĭnă nōn prĭūs
Aūdītă mūſārūm ſăcērdōs
Vīrgĭnĭbūs pŭĕrīſquĕ cāntŏ.

Iohannis Deſpauterii Niniui-
TAE IN ADVERSARIVM RECRIMINATIO.

BEROIS tuus eram Theſeus,tuus Pylades:ſcis quàm impenſe te amauerim. Vt primùm abij,totis me viribus nulla laceſſitus iniuria,vituperare & carpere nuſquam deſtitiſti, quò ipſe doctior videreris. Vtque tuum potius ludum adoleſcentes Bergenſes & vicini quàm meum peterent,dediſti nominatim contra me diſcipulis concluſiunculas pagatim templorum valuis affigendas. Demùm(quia vbi hæc reſciui,per epiſtolã violatæ te amicitiæ argui, minatus me aliquãdo par pari relaturum)ſubito in libellos meos annotationes ediſti inſulſiſſimas,veritus ne prior errata tua diſſeminarem. Quum Bergis agerẽ,rogatus à me vt errata mea veſtigares,cygno nigro rariora eſſe iuraſti.nunc te ais in libellis meis errores quærere,vt aquam in mari. Non vides glorioſiſſime nebulo tuo te gladio confodi? Si opera mea erroribus ſcateant, cur rejectis cæteris ipſa tam diu(etiam antequã inter nos contractũ foret amicitię quicquã)diſcipulis legiſti, & legis? Exprobras mihi oculi orbitatẽ,Polyphemũ nuncupas:aliáque id genus conuitia ingeris tibi impudentiſſimo ſcurræ,non mihi dedecori futura. Polyphemus ſum & Euphemus. Laudant diligentiam meã Itali,Galli,Germani. Scis Bebeliũ ita ad me ſcripſiſſe,Iſtud mi Deſpauteri apud me teſtimonium obtinuiſti,quod palàm potes prędicare,vt nemo vnquã,iudicio meo,melius & exactius ſcripſerit de quãtitate. Ne credas olim te inter alios habẽdum q̃ inter Cacophemos,Zoilos,Chærilos,Criſpinos,
Mulciber Bauios,& alios id genus edentulos latratores. Sed ad annotationes redeo. Mulciber, Alexander dixit
Alexãder defenſus eſſe ſecũdæ declinationis,haberéque in genitiuo Mulciberi. aſtipulatur huic Sulpitius cum pluribus. Nebriſſenſis,quem imitatus ſum,negat Mulciber,vt ſecundæ eſt,creſcere in genitiuo,& legit in Cicerone Mulcibri:etſi quidã libri Mulcibris,& forſan bene habent. Dixi tamen ſæpius eſſe tertiæ declinationis. nunc Nebriſſenſem,& me,& te erraſſe,& Alexandrum bene dixiſſe,reperio. Capella lib.1, Vrna
Noualis quæ vertex Mulciberi dicebatur. Et lib.6, Deuorãte Mulcibero. Quid de(noualis) garris ſopnolente & Lethææ Cerbere? Ignoras Torrentini tui definitionẽ eſſe, Noualis eſt ager qui renouatur ſemine?
Ora Et recte profecto Torrentinus:renouatur enim proprię,quod intermiſſum iteratur. In(ora)Lancilotum virum doctiſſimum,pluréſque ſuffragatores habemus. Necdum aliter docentibus herbam porrigimus:quum apud Liuium impreſſiones optimæ,vt Badiana pluréſque,non lora,ſed oras habeant.
Cruſtum Diſcrimen inter(cruſtum & cruſtã)à Torrẽtino mutuati ſumus, & raro infringitur. Dictionum ſignificãtias in prima parte grãmaticæ noſtræ non adeò ſuperſtitioſè quæſiuimus, cõtenti eas ex Sulpitio,Badio,cum Sinthenio, Torrẽtino,cæteriſque boni nominis grãmaticis ſine magno ſtudio accipere. Oſtẽde,ſi potes,quenquã melius nobis,genera,declinationes, & reliquas dictionum accidẽtias enucleaſſe. Oſtende quicquã ſcitu neceſſariũ omiſiſſe. Quid vociferaris de(ſiquæ,nequæ, nunquæ,ecquæ?) Nónne hæc clarius,q̃ tu, declaraui in Syntaxi in regimine partitionis? Vide obliuioſe lallator ibi quæſtiunculã. Quomodo differũt nominatiui & accuſatiui quæ vel qua? Euge annotator nobili ſcilicet ob hæc nugamenta corona donãde. Ad Syntaxin venio,in quã nocturno diurnóque ſtudio vix tandem tres annotationes tã friuolas vt puero ſint indignæ,inuenire quiuiſti. In(tam)lapſum me fateor,non inſcitia,verùm incuria quadam & inanimaduertentia, quod ex præcepto noſtro facile intellexiſſes: niſi vt Momus,quum in me nihil carpendum vidiſſes,vmbram & ſoleas vellicare libuiſſet. Hæc incuria doctiſſimo cuique plerunque obrepit. In dictione(licentia)ſi doctos conſulueris,nihil nos non optime
Aſt dixiſſe comperies. Aſt proculdubio poeticum eſt,vt in Senẽſem Badius noſter rite docuit. Nec obeſt Gellium in proſa vſurpaſſe,quia ſemel tantum:& Gellius,Apuleius,Sidonius,ſcriptores ſunt omnigeni,poeticè in proſa plerunque loquentes. En minutias,en quiſquilias in Syntaxin noſtram tanto ſudore collectas. Euge annotatorum ſimia. In Stichologiam noſtram apinas, tricas, & ſiquid vilius iſtis, collegiſti circiter viginti. Nam quid dicam de Inarime,paraclitus,laturus,polypus,incepiſti apud Auſonium, ieci apud Boetium, quatuor apud Ciceronem, monœcus apud Annium,parochia,acynacis? In ijs certe vix quicquã eſt annotatu dignum. Etenim ſi ego erraui,Virgilius non magis peccauit in di
Inarime ctione Inarime,quàm Latini vniuerſi in(procõſul,proprætor)&c. Verum Aldum hallucinatum,non Virgilium manifeſte docet Daniel Caietanus in decimam Senecæ tragœdiam , vt mirum ſit Argum tuum ita cæcutire. De(paracletus & paraclitus)in E ante t, nemo dicat me nõ pulcherrime doctiſſimorum opiniones enucleaſſe. Quid latras rupice magiſtelle? Laturus Virgilius, cæteríque producunt tantum. Nec in Ciri(laturam)leges,ſed(relatu)vt Badius noſter optime declarat, veluti in noſtris annotationibus videbis. Quid de Iambico carmine ſentiam,in noſtra στιχολογία ſatis patet. Auſonium

non ego,ſed chalcographi corruperunt.Nam prius quàm annotationes tuæ fuerũt mihi viſæ,hunc lo-cum in Arte mea correxi,vt oſtẽdi M.Gulielmo Rouerio Tiletano, Cortracẽſis iuuẽtutis moderatori probo & perdocto.Is Cõminij fuit,quum tuas annotationes huc ferebat ingenuarum artium profeſſor Frãciſcus Laurentius.Vtrique,vt primùm nænias tuas acceperã,oſtendi in meis annotationibus,ſiquid boni collegeras, me id antè notaſſe: te verò ex meis impuriſſime trium literarum homo & effrons plagiarie ſurripuiſſe.Nam Horatium cum Aldinis prænotamentis & Sillium mihi commodaſti,in quibus notaui quæ furatus es de(Naca,hœdile,dolopis,pactumeius)&c. Si negaueris, tuis te libris conuincã: & teſtimonio Iacobi Villici doctiſſimi,qui Sillium Horatiúmque tuum ad me portauit.Huic & excellenti decretorum doctori M. Balduino Braets oſtendi apud Sillium(doloris)non(dolopis) legendum eſſe.Et nuper Bergis,vt primùm dixit mihi Hẽricus Vulpes in genitiuo(dolopis)me abs te carpi,confeſtim coram multis declaraui,quo pacto id ex me furatus eſſes,ýtque Sillius de nullo(dolope)ſed tãtum de Iſalce,Hannone,& Appio loqueretur,contra Neſtorem.Vidéſne q̃ manifeſti furti teneris? Non te pudet cornicula,meis plumis ornari? Nullum hactenus chalcographum adeò diligentẽ noui, quin interim dictiones pro dictionibus inuerterit,& male impreſſerit.Itaque in opere meo pro(terit)ſuppoſitũ eſt(iecit):alioqui nec Latinitatis, nec metri ratio ſeruaretur.id minime vidiſti talpee baubator.Ergo non fatum ſub pedibus egit ſuperbum:nec(iecit)legendum eſt:ſed fatum ſub pedibus terit ſuperbum.

Boetius emaculatus

Vt Priſcianus(ſoluit)triſyllabum eſſe teſtatur in hoc Catulli Phaleucio, Qui zonã ſoluit diu ligatã: ita ego cum Quintiano & pleriſque alijs dixi(Gaudet)& (clauſo) eſſe triſyllaba in his, Verboſa gaudet Venus loquela , Si linguam clauſo tenes in ore . At reperitur quater aut quinquies hoc loco ſpondæus.Non inficiamur.Verùm tam licenter, vt nemo in hoc Catullum imitetur. Magna putas te laude dignũ,quòd paucos pedes licenter vſurpatos notaſti,quos nec Seruius,nec Priſcianus,nec Diomedes notare curauit. Quid ſoli mihi vitio vertis,in quo nemo eſt hactenus reprehenſione dignatus?

Quatuor

(Quatuor)Cicero corripit remotione t literæ, vt Martialis(fareus): alioqui reliqui poetæ id nomen aliquando corripuiſſent. Quater fit à quatuor,vt ofella ab offa. Scio Aldum aliter ſentire,nec multum repugno,nec in verba eius iuro.

Quotidie

Quotidie ſcires à quot & dies fieri,ſi vnquã primum Quintiliani de inſtitutione Oratoria librum legiſſes. Quid gannis inepte grammatiſta & verſificatorcule? Nónne vt (quotãnis) ita(quotidie)dicimus? Quid de Annio ſentiam,in annotationibus meis videbis.Ego cum Strabone & Seruio,cæteríſque Latinis & Græcis(Monœcus)Græcum eſſe ſcio.Annius cum Talmu-diſtis Iudæis ex mon & alzes conflatum eſſe ſine vllo authore ſopniauit . At de hoc aliàs plura. vt de (parochia & parœcia,acynacíſque),in quibus nullos bonos authores te callere oſtendis,veluti propediem in annotationibus noſtris videbis.

Monœcus

In(Tenuiore) apud Stathium me non intelligis : nam volo u conſonantem fieri,vt in(Tenuia),(ſinuatis):i vero per ſynæreſim collidi,vt e in(aluearia):

Tenuior apud Stathiũ

Ortus,& inſtantem cornu tenuiore videbat

Luna diem. Catullus omnino corripi docuit,alioqui excepiſſem. Egregiam vero laudem,& ſpolia ampla reportas , ſi diligentia tua duæ tandem dictiunculæ arti noſtræ adiectæ ſunt , Mimerminus & Idæus. Poſt annotationes conſcius eorum, quæ in te reprehendi,ne præueniam, exemplo diui Auguſtini dicis te quædam retractare,quę ipſe te docui ingratiſſime diſcipule,vt iam ex epiſtola mea promul gata patet: & villicus noſter nouit,& conſcientia tua teſtatur.Si mea furari non veritus es,quid mirum quæ à me didiciſti,ſi diſſimulas? Hæc ſunt quæ in nugas tuas dicẽda putaui:quia ſcriptum eſt,Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi videatur ſapiens. Non equidem dignum te puto quicum diſceptem. Cæterum tacere nolui,vt haberent mei lectores quo te cæteróſque canes meos confutarent.

Comminij. v i i. Iduum Nouemb. Anno M. D. X I I I I.

De figuris.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA IOHANNI MOLINO Canonico Tornacenſi clariſſimo, muſarum deliciis, & Neruiorum decori, S. P. D.

FIGVRAS noſtras Iohannes Moline diſertiſſime, tuæ celſitudini dicandas cenſui: non quò celebrior per me fieres: verùm vt ſint dulce amicitiæ noſtræ monumẽtum. Tu enim Latinæ linguæ doctiſſimus, neque Græcæ imperitus, famigerabilior es, quàm cui noſtræ nugæ claritatis quicquam adiiciant. Miraberis (ſcio) qui poſt Mancinellum de figuris ſcribere auſim: cauſam paucis accipe. Antonius Mancinellus acerrimi ingenii grammaticus de figuris tam doctè ſcripſit, vt opuſculum eius aſſuatur grammaticæ Sulpitii, Nebriſſenſis & plurium, vtque olim ea de cauſa negauerim me de figuris quicquam ſcripturum. Verùm ſuperiore anno Badius communis amicus, ſine controuerſia doctiſſimus, admonuit vt Mancinelli figuras diligentius examinarem: quod vt feci, ſtatim cognoui me operæpretium facturum, ſi ex ipſo & Quintiliano cæteriſque, qui de figuris ſcripſerunt, nouum de his opuſculum excuderem, cum propter alia, tum propter male obſeruatas à Mancinello & aliis ſyllabarum quantitates etiam citra metri neceſſitatem. Quod autem hîc affert ad ſui excuſationem Mancinellus, vt in Faſtis Baptiſta Mãtuanus illud Manilii, Ornari res ipſa negat contenta doceri: mihi neutiquam placet. Neque enim Manilius paſſim contra Latinorũ conſuetudinem cõfundit omnia: quia Latinitatis & quantitatum obſeruantiſſimus eſt: niſi forſitan in (Italia) & (naufragia) in tanto opere. Itaque veniã petit Manilius, non ſi more iſtorum omnia inquinet: verùm ſi non tam eleganter, támque ſuaui modulatione carmina ſua quàm aliorum fluant. Res enim cogit verſus interdum fieri duriuſculos: Ita, Ornari res ipſa negat contenta doceri. Proinde ridiculus eſt qui pœnultimã produxit in (acinus, peribolus) &c. dicta authoritate, vt putat, ſatis excuſatus. Nihil tale reperietur in Figuris noſtris, quas tibi nuncupatas diſertiſſime Moline hilari fronte ſuſcipito, & ab inuidorum ſugillationibus pro virili parte defendito. Vale. Ex muſæo noſtro Comminienſi, quarto Nonas Feb. Anno domini ſeſquimilleſimo XIX.

IOHANNIS FONSSOMII MELOTENSIS AD LECTOREM Tetraſtichon.

Qui Latios tentare lacus, variámque Poeſim,
Sedatámque ſacro vis Helicone ſitim:
Perlege, quas doctus tibi dat Niniuita, figuras:
Tramite ſic facili nota Poeſis erit.

IOHANNIS FRIGIDIVALLAE PERNENSIS AD LECTOREM Hexaſtichon.

Hæc Deſpauterii voluantur ſcripta, probatis
Quæ de caudicibus ſedula carpſit apes.
Hinc ſibi multimodam poterit vir cogere frugem,
Quem bonus artidocæ Palladis vrit amor.
Candide zoileos igitur depone latratus,
Nec capera frontem lector amice tuam.

De figuris liber vnicus.

FIGVRAE DIFFINITIO ET DIVISIO.

ARte nouata aliqua dicendi forma figura eſt.
Sūt eius ſpecies metaplaſmus, ſchema, tropúſq;:
Quas manifeſtatis vitiis reſerabimus amplé.

FIGVRA eſt arte aliqua nouata forma dicendi. Aut, Figura eſt confirmatio quædam orationis remota à communi, & primùm ſe offerente ratione. Vtraque diffinitio eſt Quintiliani in libro nono de inſtitutione oratoria. Ex quo & octauo eiuſdem ſumpta ſunt ferme omnia quæ de figuris ſcripſere Donatus, Diomedes, Valla Placentinus, Niger, Mancinellus: & ex primo eiuſdem, quæ de Barbariſmo & Solœciſmo tradiderunt. Hos ipſe poſtremùm ſecutus, omnia copioſius & clarius tradere totis viribus conatus ſum: id an effecerim, lectores candidi facile iudicarint. Figurarum notitia eſt poetis oratoribúſque neceſſaria, vt Quintilianus declarat. Cæterùm fuerit operæpretium vitiorum naturam antè manifeſtare, quæ authore Fabio in primo, ſæpe à figuris ſeparare difficile eſt. Tam facile ſpecie recti decipimur, tantáque eſt ijs inter ſe cognatio, vt quod in proſa aut apud imperitos vitij nomen indipiſcitur, poetis Veneri ducatur.

DE VITIIS.

Vitia orationis tria

VITIA orationis generalia ſunt tria, vt Diomedes ſcribit, Obſcurum, inordinatum, barbarum. Obſcuritatis ſpecies ſunt octo, Acyrologia, Pleonaſmos, Periſſologia, Amphibologia, Tautologia, Eclipſis cum Apoſiopeſi, AEnigma, Macrologia. Inordinatæ orationis ſpecies ſunt quinque, authore Diomede, Tapinoſis, Cacophaton ſiue Cacephaton, Cacoſyntheton, AEſchrologia, Cacozelia.

Barbaræ orationis ſpecies ſunt duæ, Barbariſmus & Solœciſmus: quæ vitia in primis vitanda primùm declarabuntur.

Barbarus eſt, quiſquis ſcribendo, ſiue loquendo
Verbum corrumpit. peregrinum eſt Barbara lexis.

Barbariſmus

Barbariſmus eſt vnicæ dictionis corruptio ſcribendo aut loquendo commiſſa, vt tollero eum duobus ll: Buſyris pœnultima correpta. neque enim defenditur authoritate Papinij, vt plerique male putant. Barbariſmus ſecundam corripit, vt Barbarus. Ideo hexametrum non ingreditur. Alexander eius loco Barbaris dixit, vt flectatur Barbaris barbaridis.

Barbara lexis

Barbara lexis eſt dictio peregrina, vt *guerra, bladum, ſtuſa, far dellus, caballum*: & mille id genus alia imperitis ſacerdotibus & notarijs vſitatiſſima, elegantiæ amatoribus ſummopere vitanda. Nonnulla tamē longo veterum vſu recepta ſunt, vt maſtruca, aut maſtruga. Sardum apud Ciceronem veſtimenti nomen. Magalia & mapalia, Punica. Lancea & gurdus pro ſtolido, Hiſpanica. Reda & petorritū vehicula, Gallica. Gaza, Perſicum. Acinaces, Medicum, authore Donato. Mappa circo vſitatum nomen, Punicum. Author Quintilianus in primo.

Lexis

Barbara lexis eſt oratio adiectiui & ſubſtantiui: λέξις, id eſt dictio: λεξικόν, vocabularium.

Barbarus

BARBARISMVS dicitur à Barbarus, id eſt diſſonans: quia à vera Latinitate diſſonat, diſſidet, diſcordat. Barbari ab initio dicti ſunt factitio nomine, qui dure atque aſpere loquebantur.

BARBARI etiam ſunt quicunque alienigenæ præſertim feri & moribus inculti. Martialis, Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis. Pſalmographus, In exitu Iſrael de AEgypto, domus Iacob de populo Barbaro. Græci præ ſe Barbaros cenſebant etiam Latinos. Plautus in Aſinariæ argumēto, Marcus vortit Barbare, id eſt Latine, vt recte declarat, meo iudicio, Pylades. Poſtea deſierunt Latini inter Barbaros haberi. Cæterùm tam inter Græcos quàm Latinos Barbari ſemper vocati ſunt quicunque Latina & Græca verba male ſcripſerunt aut pronuntiauerunt, quos Alcæus Barbarophonos appellat: & ipſum vitium, Barbarophoniam.

Barbarophoni

Differt Barbariſmus à Solœciſmo, quòd hic orationis ſit corruptio: ille verò vnicæ dictionis. Author Quintilianus in primo. Barbariſmus in proſa nomē ſuum retinet: apud poetam Metaplaſmus & pathos nuncupatur. Ideo licet ex poetis depromantur Barbariſmi exempla, ne credas ipſos locutos eſſe barbare: ſiue vt veteres ſæpius dicebant, ruſtice. Sed intelligas Barbariſmum fore, ſiquis ita loqueretur in proſa. Itidem cenſendum eſt de Solœciſmo: cui ſchemati apud poetas nomen eſt.

Barbariſmus quot modis fiat

BARBARISMVS fit duobus modis, ſcripto & pronuntiatione: idque quadrifariam. Adiectione, Detractione, Mutatione, Tranſmutatione, literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, vt relliquiæ, relligio, rellatus, gemino ll. Adiectione ſyllabæ, vt alituum, Mauors, Induperator. Adiectione temporis, vt Italia prima longa, quum ſit naturaliter breuis. Author Quintilianus in primo. Sic ſophia,

philoſophia,pœnultima lõga,barbariſmus eſt, nulla authoritate excuſabilis, quicquid dicat hic Mancinellus. Detractione literæ fit Barbariſmus : vt ſiquis detracta a litera pretor dicat. veluti fecit Lucilius,authore Diomede,Pretor ne ruſticus fiat: quũ debeat æ pronuntiari prætor. Sed ſtructuræ gratia ſyllaba longa corripitur. Hæc Diomedes. Ergo manifeſtum eſt æ diphthongum ſcribi & pronuntiari.

Diphthongus æ ſcribenda

Sic ſi recte legatur illud Auſonij,Sed Citheron toties ternas ex ære ſacrauit. Dicendum erit Auſonium extrita priore vocali corripuiſſe ſecundam in Citheron,pro Cithæron. Mirum eſt Auſonij enarratorem id ſilentio obruiſſe. Mihi certe non eſt veriſimile eum locum menda carere: de qua re & mille alijs copioſe in maximo opere diſputabimus, ſi mitiſſimus I E S V S aliquot annos vitæ noſtræ adiecerit.

Pretor
Prætor
Citheron
Cithæron

Item, Tuguri pro tugurij. Infantibu paruis,pro Infantibus. Detractione ſyllabæ,vt ſurpitis,ſalmentum,pro ſurripitis, ſalſamentũ. Sic,ſi Quintiliano credas, ſapis pro Iſapis. In qua re complures ſugillat, palinodiam cantaturus,ſi bene conſyderaſſet illud Sillij in octauo,

Sapis pro Iſapis

Sed non ruricolæ firmarunt robore caſtra
Deteriore,cauis venientes montibus Vmbri.
Hos AEſis Sapiſque lauant,rapidáſque ſonanti
Vertice contorquens vndas per ſaxa Metaurus.

Detractione temporis,vt ſtetĕrunt pœnultima breui. Mutatione literæ fit Barbariſmus,vt aſuenio,vpilio: pro aduenio,opilio. Mutatione ſyllabæ, vt pernuces, pro pernices. author Donatus. Mutatione temporis,vt teſte eodem apud Virgilium,Feruere Leucaten, auróque effulgere fluctus. Licet non deſint,qui aſſerant olim in vſu fuiſſe verbum tertij ordinis Feruo, quod Quintiliano inauditum eſt: licet Lucillius dixerit, Feruit aqua & feruet,feruit nunc,feruet ad annum. Tranſmutatione literæ fit Barbariſmus,ſiquis Lerigio pro religio,aut Pregula pro pergula dixerit. Tinga Placentinus duos in vno nomine faciebat Barbariſmos , Preculam pro pergulam dicens , authore Quintiliano in primo. Tranſmutatione ſyllabæ ,vt diſplicina pro diſciplina. Tranſmutatione temporis,vt ſiquis prima breui,& ſecunda producta Lŭcīa pronuntiet,more imperitorum. Fiunt(inquit Donatus)Barbariſmi per tonorum commutationem. Nam ipſi adijciuntur,detrahuntur,mutantur & tranſmutantur. quorum exempla vltro ſe offerunt, ſiquis inquirat. Totidem etiam modis per aſpirationem deprehenditur Barbariſmus. quem quidam ſcripto, quidam pronuntiatione iudicant aſcribendum propter h,quam alij literam,alij aſpirationis notam deputant. Fiunt quoque Barbariſmi per hiatus & colliſiones. Sunt etiam malæ compoſitiones, vt Cacoſyntheton: quæ vitia nonnulli Barbariſmum eſſe putant,in quibus ſunt Metaciſmi, Labdaciſmi, Iotaciſmi, Hiatus,Colliſiones,& omnia quæ plus æquo minúſve ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur. Nos cauenda hæc omnia vitia prælocuti, controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus. Hæc cum Diomede Donatus. Addit Diomedes,Iotaciſmi ſunt,cum i litera ſupra iuſtum decorem in dictionibus oſtenditur. Labdaciſmi ſimiliter, ſi lucem prima ſyllaba, vel alma nimium pronuntiemus.

Iotaciſmus
Labdaciſm⁹

Metaciſmi ſunt quum in fine partiũ orationis inuenitur m litera,& incipiens ſequens à vocali quæ non ſit loco conſonantis poſita. hæc enim ſcribitur, non autem pronuntiatur: vt Quouſque tandem abutere? Tunc autem pronuntiamus m literam, quum ſequitur vocalis loco conſonantis poſita : vt eſt,Cum Iuno æternum ſeruans. Diſtinctio quoque ſeparat verba,

Metaciſmus

-dum conderet vrbem,
Inferrétque deos Latio.

Quæ pronuntiatio ſeruãda,ne ſit Barbariſmus,non in ſcriptura,ſed in ſermone,ſi enuntiata fuerit. Hæc Diomedes.

Eſto Solœciſmus vitioſa oratio quæuis.

Solœciſmus eſt impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Author Aſinius Capito. vt Acuta gladius. Saluete reuerende magiſter. In proſa præſertim, ſi imperito excidat, nomen ſuum retinet. In carmine præſtantis poetæ Schema vocatur,& (vt Georgius Valla aſſerit) Allœoſis atque Solœcophanes,quæ nomina ſuis locis declarabuntur. Differt Solœciſmus à Barbariſmo, vt dictum eſt: quia Barbariſmus dictionem corrũpit: Solœciſmus vero orationem. Dicitúrque Latine imparilitas. A vetuſtioribus Latinis Stribiligo dicebatur,à verſura ſcilicet & prauitate tortuoſæ orationis tanquã Strebolico quædam. à ςρεβλόω, id eſt torqueo, deprauo. Perottus in Cornucopiæ, Scribligo dicit vt Scriblita ex eodem fonte ortum,vt credit. At in Diomede & Gellio Stribiligo offendo,quod magis placet. Nomine Solœciſmus cũ Quintiliano intrepidi vtamur: licet Gellius putet antiquiſſimum quenque Solœcum & Barbarum dixiſſe,non Solœciſmum neque Barbariſmum. Solœci autem nomen à Solone deductum Laertius Diogenes teſtatur, qui quum in Cilicia vrbem à ſuo nomine Solos condidiſſet, pauci ex Athenienſibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio ſermone,inconuenienti partium ſtructura loqui cœperunt . Quapropter qui eo vitio aliquando vterentur, dicti ſunt σολοικίζειν, hoc eſt(vt Perottus loquitur) ſolœciſſare. Solœ autem vrbis nomen, quæ poſtea Pompeiopolis dicta eſt. Duas tantum ſyllabas obtinens,in œ diphthongon deſinit in nominatiuo plurali,vt apud Plinium inſularum nomina,aut oppidorum, Taphrœ,Neutrœ, Solœ,Dioſcurœ,Pazœ,Cepœ: & apud Ciceronem Canephorœ. quæ acſi in i deſinerent,faciunt obliquos per ſecundam declinationem. Author Hermolaus Barbarus in Plinium. Male igitur imperitũ vulgus cum

Solœciſmus
Solœcum
Solœ

Solœciſmus quot modis — Alexandro Soloe triſyllabum profert. A poetis Solœciſmus pro errore metaphoricῶs capitur. Iuuen. Solœciſmum liceat feciſſe marito. Solœciſmus fit modis generalibus quatuordecim. Primo immutatione generum, vt Spiſſus ſuber, pro ſpiſſum. Purpurea Narciſſus. At Silex atra, Virgilij authoritate excuſatur. Secundo immutatione caſuum, vt Illum quem quæris ego ſum. Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Niſi excuſetur, vt in Syntaxi noſtra docui. Tertio immutatione numerorum, vt Salue te, ad vnum: pro Salue. Turba clamant. Quarto immutatione perſonarum, vt Danai qui parent Atridis quamprimum arma ſumite: pro qui paretis. Diomedes credit ſecundam perſonam poni pro tertia, hic, Hæc prima piacula ſunto. pro ſint. Donatus tamen amanto, ſunto, &c. tertiæ perſonæ eſſe putat. Quinto immutatione temporum, vt Fumât Neptunia Troia. pro fumauit. Licet de hoc ſit inter Grammaticos controuerſia. Nec veni, niſi fata locum, ſedémque dediſſent. pro nec veniſſem. Ponitur hîc præteritum perfectũ pro plus quàm perfecto, authore Diomede: & indicatiuus modus pro coniunctiuo. Sexto per qualitates, vel ſignificationes verborum. Virgil. Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt. Idem, Placidam paci nutritor oliuam. pro expoliant, & nutrito. Fecit enim commune verbum nutrior, ab eo quod erat actiuum nutrio. Septimo per modos verborum, vt Itis, paratis arma. pro ite, parate arma. Indicatiuum pro imperatiuo poſuit, authore Donato, Virgilius,

At Rutulo regi, ducibúſque ea mira videri
Auſonijs. id eſt videbantur, vt aſſerit Diomedes. Nonnulli malunt ſubaudire verbum cœperunt.

Octauo per aduerbia, vt Intus eo, pro intrô. Apulei imperitus Miles, Vbi ducis aſinum iſtum? pro quo ducis. Similiter fit Solœciſmus, authore Donato, quoties nomen pro aduerbio ponitur: vt

-toruúmque repente
Clamat. pro torue. Aut ſi proprium pro appellatiuo ponatur, vt Dardanus, pro Dardanius. Virgilius,
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus. Nono per præpoſitiones, vt Eo apud amicum. pro ad amicum. Solœciſmus eſt, teſtibus Donato & Diomede. Virg. Rapuítque in fomite flammam. pro in fomitem, quaſi ad fomitem. Sub lucem ibant, pro ante. author Donatus. Ea tamen locutio tantæ authoritatis tibicinibus fulcitur, vt cuique eam licitam putemus. videatur Syntaxis noſtra. Cui tantum de te licuit. pro in te. Decimo per gradus, vt Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum. pro ſanctiſſima, authore Donato. Diomedes ponit exemplum, Is quæſtus eſt multo huberrimus: quum debuerit dicere, multo huberior. Nos in Syntaxi oſtendimus id genus orationes eſſe oppidò venuſtas: tantum abeſt, vt vlla ſit Solœciſmi ſpecies. Vndecimo per coniunctiones, vt ſi copulatiua pro disiunctiua ponatur, aut contrà: veluti que, pro ve, apud Virgilium in ſecundo ÆEneid. de equo Durateo,

At Capys, & quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaûm inſidias, ſuſpectáque dona
Præcipitare iubent, ſubiectíſque vrere flammis,
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras. Duodecimo per geminationem abnuendi, vt Nihil nunquam peccaui. pro nihil vnquam peccaui. Tertiodecimo per accentus, vt ſiquis pronuntiaret ſine accentu in fine, ponè, falsò, vnà, aduerbia, quem in vltima differentiæ cauſa habent, authore Priſciano. Quartodecimo per ordinis mutationem, vt ÆEditúúſque ſacerdos cantant: pro æditus ſacerdóſque. Et, vt ſummatim dicam, Solœciſmus fit, quoties oratio vitiatur, citra corruptionem ſcripturæ aut prolationis, vt Saluete: ad vnum. Quo pergis? Romæ. Non mei intereſt. Quem percuſſiſti? hunc, demonſtrata fœmina. In quibus licet videatur eſſe vnius dictionis vitium: tamen per ſubauditionem oratio eſt, vt Saluete tu. Quem percuſſiſti? hunc fœminam. Quo pergis? Pergo Romæ, &c. Author Quintilianus in primo. Suffragatur cum Diomede Donatus. At ſiquis multitudinis duntaxat numero flectenda ὑνικῶς, aut contrà enuntiet: vt Nuptia, Calenda, diuitia, ferra, plumba, Barbariſmum proculdubio committit, authoribus eiſdem.

OBSCVRAE IGNOBILISQVE ORATIONIS ſpecies.

Impropriè ſumptum verbum dicatur Acyron.

Acyron Acyrologia — Acyron ſiue Acyrologia, eſt impropia dictionis vſurpatio, vt Spero pro timeo, improprium eſt. Nam ſperamus bona, timemus aduerſa. Virgilius, Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Idem,

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate deos memores fandi atque nefandi. Quintil. in 8, Proprietati contrarium eſt vitium, quod apud nos improprium, Acyron apud Græcos vocatur, quale eſt tantum ſperare dolorem. Terent. Accede ad ignẽ hunc, iam caleſces plus ſatis. Acyrologicῶs dixit (ad ignem hũc), pro (ad meretricẽ), vbi etiam metaphora inuenitur. Acyrologia interpretatur impropria locutio, ab ἄκυρος, id eſt impropriũ: & λογία, id eſt locutio. Logia autem (vt in Verſificatoria noſtra oſtendimus) tribrachus eſt. Ideo nihil ex eo nomine compoſitum hexametris idoneum eſt. Propterea metri gratia, Periſſologos, Tautologos, Macrologos diximus: pro Periſſologia, &c. non inepte, vt opinor. Siquidem λόγος, id eſt ſermo

vel ratio, in compoſitis interdum adiectiue, interdum ſubſtantiue capitur, vt indicant polylogus & dialogus. Apologus & Apologia haud parum ſignificatione differunt. Acyron dicitur ab ἀ, particula priuatiua: & κύριος, id eſt proprius & dominus: κυριακὸς, dominicus: κυρία, hera, domina. Ab his deducta primam ſyllabam producere in Verſificatoria oſtendi. Ideo produxi ſecundam in Acyron.

Omne ſuperuacuum Pleonaſmos rite vocatur.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationē: vt Sic ore locuta eſt. Vidi oculis an- Pleonaſmos
tè ipſe meis. Nam (ore) & (oculis) hic ſuperuacanea ſūt: & in illo (vidi) ineſt (ipſe) authore Fabio, aſſerente & geminationem & repetitionem, & qualemcunque adiectionem Pleonaſmum videri poſſe. Transfertur autem Pleonaſmos, ſuperabundantia. à πλεονάζω, id eſt plus quàm oportet facio aut di-
co. Poteſt hæc figura cum Periſſologia & Macrologia Tautologiáque vocari Periergia, quæ eſt curio- Periergia.
ſitas & ſedulitas ſuperflua, prorſúſque verbum omnē quod neque ornatum, neque ſenſum iuuat. περίεργος, id eſt curioſus & ſuperflue ſedulus. Periergozomai, id eſt curioſe ago & ſatago. Nequid autem ſcitu dignū ſciens prætercam, non te latet apud Virgilium in 12. AEneid. quoſdā libros habere,

Vidi oculos ante ipſe meos me voce vocantem

Murrhanum. ſic ante præpoſitio hic foret: de qua oratione perdocte doctiſſimus Badius in 9. Fabij diſſeruit. Periergia, quaſi vltra opus & præter neceſſitatem. à περὶ, vltra: &, ἔργον, opus & officium.

Eſto periſſologus tibi ſermo ſuperfluus omnis.

Periſſologia eſt adiectio verborum ſuperflua, ſine vlla vi rerum: vt Ibant, qua poterant: qua non po- Periſſologia
terant, non ibant. Hic excepto (ibant) omnia ſuperuacua ſunt. Viuat rex, & non moriatur. ſuperflue adijcitur (& non moriatur). Si quidem non ſit aliud viuere, quàm non mori. Periſſologia interpretatur ſuperflua locutio. à περισσὸς, id eſt ſuperfluus: περίσσευμα, τος, abundantia: περισσεύω, abundo, ſupero.

Amphibolon dubius Romanis ſermo feretur.

Amphibologia, eſt vitio compoſitionis in ambiguo poſita ſententia. Fit autem pluribus modis, Amphibo-
quos recenſere omnes, ne nimis longum eſſet, non oportet, vt inquit Donatus. Fit autem per accuſa- logia
tiuum: vt Audio ſecutorem retiarium occidiſſe. Dubium eſt an ſecutor retiarium occiderit, an contrà. Secutor & retiarius gladiatorum nomina ſunt, vt Thrax & Mirmillo. Aio te AEacida Romanos vincere poſſe. Certum eſt Antonium præcedere eloquentia Craſſum. Fit item per verbum commune, vt Criminatur Cato. Vadatur Tullius, dubiū eſt actiue an paſſiue intelligas. Et per adiectiuum, vt Video ſtatuam auream haſtam tenētem. Dubium eſt, an ſtatua aurea ſit, an haſta. Fit ſimiliter per æquiuoca quæ Græce dicuntur Homonyma & Polyſema, vt Fregi aciem: dubium eſt an oculorum, an exercitus, an ferri. ſic Taurus denotat montem, animal, ſignum cæleſte, partem obſcœnam. Conductus eſt cæcus ſecus viam. Amor dei, Vtilitas magiſtri. In his & mille id genus orationibus eſt Amphibologia, id eſt ambiguus ſermo: plene diceretur Amphibolologia: ſed Euphoniæ gratia vna ſyllaba eſt extrita: fit enim ab Amphibolos, id eſt ambiguus, dubius. Vnde hæc figura etiam dicitur Amphibolia, pœnultima breui. ἀμφιβάλλω, amplector, dubito, circumpono. ab ἀμφὶ, id eſt circum: βάλλω, id eſt mitto & iacio. βολὴ & βέλος, id eſt iactus: λόγος, locutio.

Tautologos verbis variis rem ſignat eandem.

Tautologia, eſt diuerſorum verborum aut orationum eandem rem ſignificantium inculcatio, vt Ip- Tautologia
ſe egomet venio. Exultans redeo gaudénſque reuertor. Virgilius 1. AEneid.

Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura

AEtherea, neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Nam totum quod repetitur, vnum eſt. Idem in 11,

lachrymis ita fatur obortis, Téne, inquit, miſerande puer, quum læta veniret,

Inuidit fortuna mihi. Nam cum dixiſſet (fatur) ſuperfluū erat eiuſdem rei verbū (inquit). Tautologia transfertur eadem locutio, habet id nomen αυ diphthongon in prima ſyllaba contra ineptos, credentes hîc primam ſyllabam eſſe, quæ eſt in tantus. ταυτότης, pœnultima breui, id eſt identitas: λόγος, ſermo, ratio.

Macrologos ſermo nimium prolixus habetur.

Macrologia, eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens: vt apud Liuium, teſte in 8. Macrologia
Quintiliano, Legati non impetrata pace retro domum, vnde venerant, abierunt. Virgilius;

Poſtera iam ſummo ſpargebat lumine terras

Orta dies, quum primùm alto ſe gurgite tollunt

Solis equi, lucémque elatis naribus efflant. Satis fuerat dixiſſe, Orta dies. Cæterum hoc vitium verſibus minus nocet quàm ſolutæ orationi. Author Diomedes. Macrologia transfertur longa locutio.
Nam macros, lōgus eſt. Huic vitio aduerſatur orationis virtus, quam Græci Syntomiam vocant. Lati- Syntomia
ni breuitatem, quæ, authore Diomede, tunc fit, quum rei magnæ ſenſus ſufficienter ad dignitatem, quàmuis breui enuntiatur ſententia. Vt apud Virgilium AEneid. 1.

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,

Imperium oceano,famam qui terminet aſtris. Hic enim & Troiana dignitas,& Cæſaris principatus, & Romano imperio poſſeſſio indicatur terrarum orbis. συντομος, id eſt breuis,conciſus: συντομία, breuitas.à σὺν,id eſt con:& τομὴ, vel τόμος,id eſt inciſio, ſectio. Huic virtuti vicina eſt omnibus aduerſa vitijs Ceriologia,aut Ciriologia,per ι in prima ſyllaba. Hanc Diomedes ſic diffinit,Ciriologia, eſt culta & ſana oratio ſine lenocinio ornata: vt Romanos rerum dominos,gentémque togatam. Hic etiam ipſa veritas ſententiam ornauit. videtur interpretari cor animáque orationis. κὴρ,κηρὸς,cor,anima. Eadem virtus dicitur Orthoepea,quæ authore Quintiliano in primo, eſt remotis omnibus vitijs emendata cum ſuauitate vocum explanatio. Niger exemplum dat ex Virgilio,

Ciriologia

Orthoepea

-mecúmque fouebit
Romanos rerum dominos,gentémque togatam.

Eclipſis verbum, Reticentia verba ſubaudit.

Eclipſis

Eclipſis vnicum verbum, id eſt dictionem ſubaudit. Reticentia vero, id eſt Apoſiopeſis plures dictiones ſupprimit. Hanc differentiam ex Mancinello pluribúſque colligo. Itaque Eclipſis eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis,quam deſyderat præciſa ſententia:vt Hæc ſecum.deeſt(loquebatur).
Italiam fato profugus, Lauináque venit
Littora.deeſt præpoſitio(ad). Terris iactatus & alto. deeſt(in). Et in 3. AEneid. O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.deeſt verbum(eſt)ad perfectionem orationis. Nec enim apocopam poſſumus dicere eam quæ fit in plena dictione,ſed quæ in litera vel ſyllaba,ſenſu per ſe carentibus. Hoc Priſcianus in 17. Apud Auſonium inſuper ſubauditur infinitiuus(eſſe),
Tu ſenium quodcunque ſuper,labentibus annis,
Fata dabunt,&c. Eclipſis,id eſt defectus aut defectio. ἐκλείπω,cum ει diphthongo in ſecunda ſyllaba,id eſt deficio. ἐκλειπτικὸς,defectiuus. Apoſiopeſis, eſt plurium dictionũ ſubauditio iratis in primis apta. Terentius, Quem ego ſi ſenſero. quem ego,ſubaudi(acerrime puniam,aut in piſtrinum dabo):ſi ſenſero,ſubaudi(fallaciæ quicquã machinari),aut quid ſimile. Virg. Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. quos ego,ſubaudi(acerrime puniam),aut quid ſimile: id autẽ fit, quum quis iraſcitur aut perturbatur:vt Me me adſum qui feci,in me conuertite ferrũ. Et, Incipit affari,mediáque in voce reſiſtit. His enim affectibus tantum ſermonis defectio congruit, teſte Seruio in 1. AEneid. Apoſiopeſis aut Apoſiopiſis pœnultima longa. Scribitur enim Græce per ω mega ante p & η ante ſ ἀποσιώπησις. η autem ſemper vertitur in e longum, vt oſtendunt dictiones Monaſterium, Baptiſterium, Elaterium, Cœmiterium, Phrontiſterium, Poterium, Apoditerium, Mimeſis, Ecphoneſis,&c. Sic & Græcè & Latinè ſcribitur apud Quintilianum & Vallam Placentinum & Volaterranum Apoſiopeſis. Itaque id nomen producit pœnultimam,licet Mancinellus corripuerit,male quidem, vt pleraque alia: conuenientius certe produxiſſet. Melius enim fuerit prima tantum ſyllaba abuti quàm pœnultima,ob id ſemper à iuuenibus male pronunciata. Apoſiopeſis Latinè dicitur Reticentia à Cicerone, Obticentia à Celſo, à nonnullis Interruptio. Fit autem ex ἀπὸ, id eſt ab & re: & σιωπάω, id eſt ſileo, taceo. Hinc σιωπὴ,id eſt ſilentium,per η,id eſt e longum, qualia ſunt apud Græcos verbalia plurima, vt Catecheſis, inſtructio: Cœmeſis, dormitio: Syndeſis, cõſcientia: Metachoreſis, ſeceſſio,&c. σιωπηλὸς, taciturnus: σιώπηρος,idem. Tã Eclipſis quàm Apoſiopeſis dici poteſt Mioſis aut Meoſis per ει diphthongon in prima ſyllaba ſequente ω mega μείωσις. de qua ait Quintilianus in octauo, Vitanda & μείωσις,quum ſermoni quidẽ deeſt aliquid quo minus plenus ſit, quanquã id obſcure potius quàm inordinatæ orationis vitium eſt:ſed hoc quoque quũ à prudentibus fit,ſchema dici ſolet, ſicut Tautologia,& cætera. Ex quibus verbis liquet omnia vitia doctiſſimorum authoritate prædita in figurarũ album admitti. μείωμα, ατος:aut μείωσις,id eſt diminutio. à μειόω,id eſt diminuo.

Apoſiopeſis

Mioſis
Meoſis

Eſt AEnigma grauis nimium tibi ſermo ſolutu.

AEnigma

AEnigma,eſt obſcura ſententia per obſcuram rerum ſimilitudinẽ:vt Mater me genuit,eadem mox gignitur ex me. ſignificatur enim aquam in niuem conuerti, & ex eadem rurſum effluere. AEnigma deriuatur ab αἰνίττεσθαι, id eſt ab obſcurè loquẽdo innuendóque, teſte Raphaele Regio in octauum Quintiliani. αἰνίττομαι,id eſt obſcurè loquor. AEnigma à quibuſdã dicitur velata quæſtio. Diomedes ſic ait, AEnigma eſt per incredibilia confuſa ſententia: vt Auia filiorum eſt,quæ mater mariti. de Iocaſta matre OEdipodis, cui nupta peperit Eteoclem & Polynicem. quorum fuit & auia & mater. Item, Mare concretum in creta ligneo in campo, vbi caro humana oſſibus ludebat. quo ſignificatur ſal in ſalino cretaceo ſuper mẽſam in quam manus talos iactabat. Donatus AEnigma non vitijs, ſed tropis annumerat: Diomedes non iniuria vtriſque: quia allegoriam habet annexam ferme ſemper.

INORDINATAE ORATIONIS SPECIES.

INORDINATAE orationis ſpecies ſunt quinque, Tapinoſis, AEſchrologia, Cacephaton, Cacozelia, Cacoſyntheton. Author Diomedes. Mancinellus, Donatũ imitatus, omiſit AEſchrologiam & Cacozeliã: quæ vitia ſcitu digna non grauabimur declarare. licet AEſchrologia ſub Cacephato,& Cacozelia ſub Cacoſyntheto poſſit comprehendi.

Magna Tapinoſis tenui ſermone recludit.

Tapinoſis,eſt humilitas magnæ rei, non id agente ſententia quod demonſtrat.vt apud Virgilium, Tapinoſis

-penitúſque cauernas

Ingentes,vterúmque armato milite complent.pro multis armatorum militum legionibus.Idem,Multa malus ſimulans.pro ſceleſtus.Idem,Dulichias vexaſſe rates.pro atrociſſime raptaſſe ac laniaſſe.Gellius tamen in 6. cap.lib.2. oſtendit vexare non tam leuis rei verbum eſſe , quàm grammatici rentur. Horatius,Pelidæ ſtomachum cedere neſcij.pro bile & vehementi iracundia.Item quoties de mari (gurges)dicitur, Tapinoſis eſt,quæ magnifico plerũque epitheto adiuuatur. Virgilius,Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Tapinoſis cum ει diphthongo & ω mega,genitiuo tapinoſeos, id eſt humiliatio: ταπεινός,humilis: ταπεινόω,humilio: ταπεινοφρονέω,humiliter ſentio: ταπεινοφροσύνη, id eſt humilitas.

AEſchrologos nobis obſcœna oratio fertur.

AEſchrologia eſt vitio compoſitionis inuerecũda oratio, vt compoſitio verborum obſcœnæ ſignificationis, aut vnius verbi obſcœna ſignificatio & pronuntiatio. Compoſitione fit, vt Cum numero fui. Emẽdatur hoc vitium interpoſita aliqua particula,vt Cum quodam numero fui. Item vnius verbi obſcœna pronuntiatione ſic fit, vt eſt apud Salluſtium,Ductabat,& arrexit animos militum.Nam ductare & arrigere etiam ſunt turpis rei verba. AEſchrologia cum æ diphthongo ante ſ, ſequente ch aſpirato,interpretatur turpiloquium,aut turpis locutio.ab αἰσχρὸς,id eſt turpis: αἰσχροκερδὴς, turpilucrio,aut turpilucris: αἰσχροκέρδεια,id eſt turpe lucrum. AEſchrologia

Eſt Caco rite phaton,quicquid ſonat haud bene nobis.

Cacophaton aut Cacephaton eſt obſcœna pronũtiatio vel in compoſita dictione, vel in vno verbo: vt Numerum cum nauibus æquat. Arrige aures Pamphile.ſic Donatus. Cacephaton,inquit Diomedes,eſt vitio compoſitionis inuerecunda ſuſpicio: vt Arrige aures Pamphile . Idem, At ramum hunc aperit ramum qui veſte latebat. Notum eſt Arrigere ad vetulas apud Martialem obſcœnè accipi, & (ramũ veſte latentem) impudicus facile ad impudica referret . Cacephaton item fit earundem literarum aut ſyllabarum concurſu.vt apud Ciceronem,O fortunatam natam me conſule Romam. Et apud Virgilium,Numerum cum nauibus æquat.hic (rum cum)Cacephaton eſt. Et in Sopnio Scipionis,Luce lucebat aliena. Seruius aſſerit Cacephatõ fieri,ſi (cum)particulam n litera ſequatur:vt Cum nauibus. Diomedes AEſchrologiam vocat,vt Cum numero. Dicitur à κακὸν,id eſt malum: κακία, malitia: κακῶς,aduerbium,male:& φατὸν, id eſt dictum,vt ſit Cacophaton,mala locutio & male ſonans dictum. Cacophaton

Eſto Cacozelon praua affectatio nobis.

Cacozelia eſt per affectationem decoris corrupta ſententia, cum eo ipſo dedecoretur oratio,quo illam voluit author ornare. Hæc fit aut nimio tumore, aut nimio cultu. Nimio tumore, Cacozelia

Iuppiter ô præſens cæli qui ſydera torques:
Ore tuo dicenda loquar. Nimio cultu,
Aureus axis erat,temo aureus,aurea ſummæ
Curuatura rotæ,radiorum argenteus ordo

Per iuga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ . Hæc Diomedes,apud quem (timore) legitur per tertiam vocalem:ego (tumorem) per quintam vocalem legendum cenſeo, iuxta illud Horatij,Profeſſus grandia turget. id quod ex Diomedis exemplo manifeſtum eſt. De hoc vitio ſic loquitur in 8. Quintilianus. Cacozelon,id eſt mala affectatio per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida & exilia & prædulcia & abundantia & arceſſita & exultantia ſub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur quicquid eſt vltra virtutem,quoties ingenium iudicio caret,& ſpecie boni fallitur,omniũ in eloquentia vitiorũ peſſimum. Nam cætera vitantur,hoc petitur. Cacozelia tranſfertur mala affectatio,æmulatio,imitatio: κακὸς,malus eſt: ζῆλος,æmulatio & imitatio. ζηλόω,imitor,æmulor. Scribitur per η ante λ,ne quenquam mendax impreſſio decipiat.

Haud bene compoſitum Cacoſyntheton eſto Latinis.

Cacoſyntheton,eſt vitioſa dictionum cõpoſitio.ſic Donatus. Cacoſyntheton eſt indecens ſtructura verborum.ſic Diomedes. Dat vterque exemplum ex nono AEneidos, Cacoſyntheton

-verſáque iuuencum

Terga fatigamus haſta. Seruius aſſerit eſſe Cacoſyntheton & Homœoteleuton. Cacoſyntheton tranſfertur male compoſitum,&(vt in octauo dicit Quintilianus) male collocatum. à κακῶς,aduerbio, id eſt male:& σὺν,id eſt con:& θετὸν,id eſt poſitum.

DE METAPLASMO.

Dictio tranſformata poetæ ſit Metaplaſmus.

Metaplaſmus eſt tranſformatio quædam recti ſolitíque ſermonis in alteram ſpeciem,metri,ornatus, Metaplaſmus

neceſſitatiſve cauſa:vt Cælicolum,induperator, dicier. Vocatur etiam Pathos. Nam Georgius Valla ſic ait,In ſyllabis figura omnis Pathos dicta,vt Metatheſis,Apocope,&c.Metaplaſmus dicitur à μετὰ, id eſt trans:& πλάσματος,id eſt figmentum:& πλάσις,formatio. Pathos,neutri generis,id eſt paſſio. plurale eſt pathe,vt cete,tempe,ethe ab ethos,mele à melos,&c.Patitur autem dictio quicquam adiectione,detractione,&c.Valla Placentinus. Hæc ferè ſunt quæ in ſyllabis Pathe vocant Græci. Metaplaſmi ſpecies ſunt xiiij,Proſtheſis,Epentheſis,Paragoge,Aphæreſis,Syncope,Apocope,Ectaſis,Syſtole,Diæreſis,Synæreſis,Synalœphe,Ecthlipſis,Antitheſis,Metatheſis.

Pathos

Adiice principio quicquam,ſic Proſtheſin edes.

Proſtheſis

Proſtheſis eſt appoſitio quædam ad principium dictionis literæ vel ſyllabæ: vt gnatæ pro natæ,tetulit pro tulit,aſtat pro ſtat. Virgilius, Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans. Comicus, Nunquam huc tetuliſſem pedem. Proſtheſis dicitur à πρὸς,id eſt ad:& θέσις,id eſt poſitio, hoc eſt appoſitio: πρόσθετος,id eſt appoſitus.

Adiice quid medio,ſic fiet Epentheſis apte.

Epentheſis

Epentheſis eſt appoſitio quædā ad mediam dictionem literæ vel ſyllabæ:vt relliquias gemino ll pro reliquias,induperator pro imperator. Hanc nonnulli Parentheſim vocant,authore Donato. Alij Pleonaſmum,teſte Diomede. Quidam Epectaſim. Iuuen. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem. Georgius Valla hanc figurā partitur in Anadiploſim & Epectaſim. Anadiploſis eſt eiuſdē literæ iteratio metri cauſa: vt relligio, relliquiæ,redduco,reffert,rellatus,rettuli,reppuli,repperi. In dictione("reffert)nos Vallæ refragari alibi oſtēdimus. Epectaſis eſt in media dictione ſyllabæ additio:vt Mauors,nauita,alituū,indugredi,&c. Epentheſis eſt interpoſitio: ab ἐπὶ & ἐν, quæ coniuncta ſignificant inter:& θέσις,id eſt poſitio. Eandem ſignificationem habet Parentheſis: quia παρὰ cum ἐν ſignificat inter. Epectaſis dicitur porrectio,ꝓductio,extēſio:ab ἐπὶ,id eſt ſuper,in,pro,ex:& ἐκτείνω media longa, id eſt produco & extendo. Anadiploſis,id eſt reduplicatio:ab ἀνὰ,id eſt re: & διπλωσις,duplicatio: διπλόω,duplico.

Anadiploſis

Epectaſis

Adiice quid fini,pulchram facies Paragogen.

Paragoge

Proparalepſis

Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis literæ vel ſyllabæ: vt magis pro mage, poteſtur pro poteſt. Hanc alij Paralepſim,alij Prolepſim,id eſt præſumptionem vocant. ſic Donatus. Diomedes vero Proparalepſim: quanquam nonnihil differre credat, ita ſcribens, Proparalepſis eſt cum aliquid ad nouiſſimam partem dictionis accedit:vt Admittier ora.pro admitti. Magicas inuitam accingier artes.pro accingi. Paragoge eſt cum ad vltimam ſimplicis dictionis clauſulam,aut litera iungitur,aut ſyllaba. Litera:vt apud Plautum,Quod & hoſtis. pro hoſti. Syllaba:poteſtur pro poteſt. Nos cum Donato tam ſcrupuloſam obſeruationem miſſam facientes , omnia hæc Paragogen vocamus. Paragoge,id eſt adductio vel deductio:à παρὰ,id eſt ad,iuxta:& ἀγωγὴ,id eſt ductio. Proparalepſis dicitur (vt Mancinellus ait) quaſi iuxta ante acceptio: πρὸ,id eſt ante:& παρὰ, id eſt iuxta: & λῆψις,acceptio.

Aufert quid capiti vates,vt Aphæreſin edat.

Aphæreſis

Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis literæ vel ſyllabæ contraria Proſtheſi. Ouidius,Pone metum,valeo.pro depone. Virgilius,Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere diuos.pro contemnere.

Aphæreſis eſt ablatio vel abſciſſio:ab ἀφαιρέω,id eſt abſcindo.

E medio quicquam tollas,ita Syncopa fiet.

Syncopa

Syncopa eſt ablatio de media dictione literæ vel ſyllabæ,contraria Epentheſi:vt audacter pro audaciter, commorat pro commouerat. ſic Donatus. Vſus autem orationis magiſter effecit vt audacter non audaciter nunc dicamus. Diomedes aſſerit nantes pro natantes per ſyncopam dici. Id ſi verum eſt, natare primitiuum erit:vnde per ſyncopen nare. Syncope eſt conciſio:à σὺν, id eſt con:& κόπτω, incido:vt cælicolum,glutiſſe,amaſti,dixti,euaſti,ſurpite.

Eſt Apo nempe cope,quicquam de fine recidens.

Apocope

Apocope eſt ablatio de fine dictionis literæ vel ſyllabæ,contraria Paragoge: vt Achilli pro Achillis, poſſis pro poſſitis,potes pro poteſtis,mutu pro mutuo. ſic Donatus. Quæ exempla non reperiuntur in poetis,quorum opera extant,præter Achilli pro Achillis:quod tamen alia ratione defendi in declinationibus oſtendimus. Ennius dixit per hanc figuram,Nanque ſuam do.pro domum. Sic habet Probus. at Diomedes, En do ſuam. Sic & volup, pro volupe: & veſperug,pro veſperugo lectum eſt.

Apocope eſt abſciſſio vel amputatio: ex ἀπὸ,id eſt ab vel re:& κόπτω,id eſt ſcindo. Virgil. Nec ſpes libertatis erat,nec cura peculi. Producit Apocope tantum vltimam ſyllabam: proinde hexametris nequaquam congruit.

Ectaſis extendit tibi iure puer breuiandam.

Ectaſis

Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ contra naturam verbi. Baptiſta Mantuanus in ſexto Faſtorum, Perdidit

& fracto paſſa eſt naufragia clauo. ſic Manilius in quinto, Incubuit pontus, timuit naufragia tellus. Virgilius, Italiam fato profugus. Exercet Diana choros. In hac & ſequenti figura authoritate opus eſt, ita vt rarenter à claſſicis vſurpata parcè imitemur, quale eſt naufragia. Frequenter vſurpata non formidemus, qualia ſunt Diana, Italia. Ectaſis dicitur productio vel extenſio: ab ἐκτείνω, id eſt produco, extendo. Dicitur eadem figura Diaſtole, id eſt diſtinctio: à διαςέλλω, id eſt diſtinguo. Lucanus, Dum ſanguis inerat. Cæſura, ſectio, & diſtinctio facit, vt ſyllaba naturaliter breuis interdum producatur, vt in Verſificatoria diximus. Diaſtole

Producenda foret, quam Syſtola corripit ipſa.

Syſtole aut Syſtola eſt correptio ſyllabæ contra naturam verbi facta, contraria Ectaſi: vt Aquoſus Orion, pro Orion ꝓductè. author Donatus. Et Obſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit. Syſtole, id eſt correptio: à συςέλλω, id eſt corripio, contraho. Syſtole

Syllaba per binas diuiſa Diæreſis eſto.

Diæreſis eſt diuiſio vnius ſyllabæ in duas, vt Olli reſpondit rex Albai longai. pro Albæ longæ dixit Ennius. vt Virgilius aulai, pictai. Cicero nepai, & alij alia. Horatius ſyluæ triſyllabum, pro diſſyllabo, vt in Verſificatoria oſtendimus. Diæreſis, id eſt diuiſio: à διαιρέω, id eſt diuido. Diæreſis

Syllaba de binis eſt facta Synæreſis vna.

Synæreſis eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnã, contraria Diæreſi. vt Phæton diſſyllabum, pro triſyllabo: æripedem tetraſyllabum, pro pentaſyllabo. Author Donatus cum Diomede. de hac figura copioſe in Verſificatoria diſſeruimus. Dicitur autem Synæreſis, complexio ſiue contractio: à σὺν, id eſt con: & αἵρεσις, diuiſio, quaſi diuiſorum coniunctio: συναιρέω, id eſt contraho vel coniungo, vt Panthus, Alcinus, Bini: pro Panthous, Alcinous, Biuni. Eadem figura dicitur Epiſynalœpha: ab ἐπισυναλείφω, id eſt coungo. Synæreſis

M necat Eclipſis, ceu vocalem Synalœpha.

Eclipſis vel Ecthlipſis eſt m literæ cum ſua vocali ante vocalem eliſio. Synalœpha eſt vocalis ante vocalem interemptio in diuerſis dictionibus: vt O curuæ in terras animæ & cæleſtium inanes. Sunt qui Synalœpham vocent Synæreſim, ſed melius diſtinguntur, vt Synalœphe ſit in diuerſis dictionibus, Synæreſis in eadem. Eclipſis vel eclepſis eſt expreſſio vel eliſio, aut, vt Quintilianus tranſfert, detractio: ab ἐκ, & λέιπω, id eſt deſero, deficio, linquo. Ecthlipſis dici poteſt expreſſio vel eliſio: ab ἐκθλίβω, id eſt exprimo, elido, excudo. Synalœphe, id eſt counctio cum œ diphthongo in Græco lexico, in quo συναλείφω cum ει diphthongo imprimitur pro coungo. de his figuris in Verſificatoria affatim diſputatum eſt. Quintilianus Synalœphen tranſfert complexionem, & imprimitur apud eum cum œ diphthongo. Eclipſis Synalœpha

Antitheſis fiet tibi, littera ſi varietur.

Antitheſis eſt literæ pro litera poſitio: vt Olli ſubridens, pro illi. & impete, pro impetu, teſte Probo & Diomede. alij malunt ab impes recte id inflecti. Georgius Valla Metalepſim vocat, vt Pulydamas, vpilio, adoleſcens: pro Polydamas, opilio, adoleſcens. ſic in proſa ſcribendum eſt, non aduleſcens. Niger ponit figuram huic cognatam Craſim, quum duæ vocales in eadem dictione poſitæ, in vnam ab illis alienam vertuntur: vt Ola, pro aula. Dicitur Antitheſis pro alio poſitio: ab ἀντὶ, id eſt pro: & θέσις, poſitio. Eſt item Antitheſis, contrarietas vel oppoſitio: ab ἀντὶ, id eſt contra. vnde Antichriſtus. Dicitur hæc figura etiam Antiſtœchon per œ diphthongon: ab ἀντὶ, id eſt pro: & ςοιχεῖον, id eſt elementum, litera: vt Magalia, pro magaria. Nam Magar non Magal Pœni villam vocant. Author Seruius in illud Virgilij, Miratur molem AEneas Magalia quondam. Sic pro ſeda ſella à ſedeo inflexum eſt. Metalepſis eſt tranſumptio: à μετὰ, id eſt trans: & λῆψις, acceptio vel ſumptio. Craſis, eſt temperamentum, complexio, miſtio. Antitheſis Metalepſis Craſis Antiſtœchō

Eſt Meta nempe theſis, ſi tranſponas elementum.

Metatheſis eſt literarum in alium locum tranſformatio, nulla litera è dictione ſublata: vt Euandre, Tymbre, puere. Author cum Donato & Diomede Seruius. At Priſcianus copioſe probat hos vocatiuos recte formari à nominatiuis Euandrus, Tymbrus, puerus. Metatheſis tranſfertur tranſpoſitio: à μετὰ, id eſt trans: & θέσις, id eſt poſitio. corripit id nomen omnes ſyllabas: ideo ſine Tmeſi hexametrum non ingreditur. His figuris ſubnectit Diomedes Protheſeon, Parallagen, haud iniuria: quia inquantũ eſt literæ mutatio in præpoſitione, ſic cõtinetur ſub Antitheſi. Habeat itaque puer verſiculũ, Metatheſis

Præpoſitura quidem mutata, Parallaga fiet.

Protheſeon Parallaga aut Parallage, eſt præpoſitionũ mutatio, quum altera pro altera ponitur: vt Cui tantum de te licuit. pro in te. Aut cum præpoſitionis litera mutatur: vt Aſuenio, pro aduenio. Sic Diomedes Protheſeon Parallage tranſfertur præpoſitionum mutatio. Nam Protheſis, eſt præpoſitio, propoſitio, & propoſitum: à πρὸ, id eſt præ & ante: & θέσις, id eſt poſitio. Huius genitiuus Protheſeon Parallaga

pluralis eſt προθέσεων, id eſt præpoſitionũ, pœnultima breui: quia tantum vltimam producit: nec eſt protheſeon, nomen figuræ, vt voluiſſe videtur Mancinellus ita inepte ſcribens, Eſto protheſeon mihi ſiue parallaga, quando eſt Præpoſitura quidem non propria littera, ſiue, &c. παραλλαγὴ, eſt mutatio: παράλλακτος, mutabilis, &c.

DE SCHEMATE.

Schemata dant ſpecies tibi lexeos & dianœas.

Schema. Schema eſt quicquid à ſimplici atque in promptu poſito dicendi modo, vel poeticè, vel oratoriè mutatur. author Quintilianus in 9. duas ſchematis ponens partes. Dianœas, id eſt mentis vel ſenſus vel ſententiarum. Et lexeos, id eſt dictionis, verborum, ſermonis, orationum. Donatus ait, Schemata dianœas ad oratores pertinere, ad grammaticos vero lexeos. Schematis autem lexeos ſpecies multæ ſunt, ſed neceſſariæ traduntur, per quas (vt Diomedes ait) ſimiles colligentur: Prolepſis, Zeugma, Hypozeuxis, Syllepſis, Aſyntheton ſeu Dialyton, Polyſyntheton, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis, Epizeuxis, Paronomaſia, Scheſis onomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Homœoptotõ, Polyptoton, Hyrmos, Climax. Schema trãſfertur cultus, figura, habitus, modus. Cicero de claris oratoribus appellat ſchemata ſententiarũ orationiſque formas. διάνοια, cuius genitiuus ſecundum Græcam declinationem eſt διανοίας, interpretatur ſententia, intelligentia, cogitatio. διανοέω, id eſt animaduerto, delibero, cogito: λέξις, id eſt dictio: λεξικὸν, liber vocabularius.

Per partes reſerat totum, aut poſt facta Prolepſis.

Prolepſis. Prolepſis eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum, vel quum antè numerus verbo redditur, quàm perſonæ definiantur: vt Interea reges: ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur: bigis it Turnus in albis.
Tum pater AEneas Romanæ ſtirpis origo:
Et iuxtà Aſcanius magnæ ſpes altera Romæ:
Procedunt caſtris. ſic cũ Donato Diomedes. hîc totum per partes reſeratur, Reges procedunt caſtris. Latinus curru quadrijugo vehitur. Turnus it albis quadrigis, &c. Plerunque totius verbum in partibus ſubauditum repetitur: de qua re ſat in Syntaxi dictum: vt Diſcipuli diſcunt: hic Pindarum, ille Catullum. Prolepſis item eſt (authore Diomede) quum id quod poſterius accidit, ante tempus aſcribitur: vt -Lauináque venit
Littora. Lauinũ enim nondum erat, quum ad Italiam venit AEneas. Et apud Salluſtium, Montem ſacrum atque Auentinum inſedit. Qui mons ob hoc, quòd illum plebs inſederit, poſtea ſacer dictus. Virgilius in ſexto, Portúſque require Velinos. Velia nondum erat, quum ad Italiam venit AEneas, vt ait Seruius: ſed dicebatur Helia: & ita Prolepſis reſerat pòſt facta, id eſt quæ poſtea contigerunt. Prolepſin Fabius in nono præſumptionem appellat, quum id quod obijci poteſt, occupamus, & præcipue procemio conuenit. Cicero Anticipationem vocat in primo de natura deorum, aſſerens Prolepſim ante Epicurum dixiſſe neminem. Dicitur autem à πρὸ, id eſt ante: & λῆψις, id eſt acceptio vel ſumptio: προλαμβάνω, id eſt anticipo: λαμβάνω, id eſt capio & ſumo. hinc Prolepſis, id eſt præacceptio, anticipatio, præſumptio.

Verbo vno pluras ſenſus per Zeugma recludo.

Zeugma. Zeugma eſt vnius verbi concluſio diuerſis clauſulis aptè coniuncta: vt Aduerſatur libidini caſtitas, auaritiæ liberalitas, mediocritati luxuria, modeſtiæ ſuperbia, ſtrenuitati acedia, &c. Zeugma item eſt quoties verbum vel adiectiuum ad plura refertur: ad vnum explicite, ad alterum implicite: vt Carus eſt panis & vinum. de hoc ſatis in Syntaxi dictum eſt. Fabius in nono hanc figuram appellat Synezeugmenon (Synezeugmenon) pœnultima breui: quo, vt ait, ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum vnaquæque deſyderaret illud, ſi ſolæ ponerẽtur. Georgius Valla ἐπεζευγμένον (Enezeugmenon) vocat. Zeugma interpretatur coniunctio, adiunctio, aut iugatio: ζευγνύω, id eſt iungo: ζευκτηρία, id eſt iunctura. Species Zeugmatis ſunt tres: Protozeugma, Meſozeugma, Hypozeugma vel Hyſterozeugma. Protozeugma (Protozeugma) eſt quod verbum in principio habet: à πρῶτον, id eſt primum: vt Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Meſozeugma (Meſozeugma) eſt quod verbum in medio habet. Virgilius,
Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas Clarij lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrũ linguas, & præpetis omina pennæ. Dicitur à μέσος, id eſt medius. Hypozeugma (Hypozeugma) eſt quod verbum in fine habet: vt Neque enim is es Catilina, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocant. Dicitur ab ὑπὸ, id eſt ſub: vt quod idem eſt Hyſterozeugma, ab ὕστερον, id eſt poſt vel nouiſſime.

Iungit Hypozeuxis ſua rebus verba quibuſque.

Hypozeuxis. Hypozeuxis eſt figura Zeugmati contraria vbi ſuum cuique verbum clauſulæ redditur. Virgilius,
Regem adit, & Regi memorat noménque genúſque,

Quídve petat,quídve ipſe ferat:Mezentius arma
Quæ ſibi conciliet,violentáque pectora
Turni edocet.humanis quæ ſit fiducia rebus
Admonet,immiſcétque preces:haud fit mora,
Tarchon iungit opes,fœdúſque ferit. Hypozeuxis tranſfertur ſubiunctio, quia ſuum cuique rei verbum ſubiungitur:ab ὑπὸ,id eſt ſub:& ζεῦξις,coniunctio vel iugatio.Habet id nomẽ z in prima ſyllaba,& x non ſ in ſecunda,vt ex lexico Græco patet.

Verbo vno varia eſt Syllepſis clauſula nexa.

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularum per vnum verbum conglutinata conceptio:veluti Hic illius arma, hic currus fuit.Hoc ſchema late patet, & fieri ſolet non per partes orationis,ſed per accidentia partium orationis. Item,Syllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quando dictio ſingularis verbo plurali adiungitur:vt -ſunt nobis mitia poma, Syllepſis
Caſtaneæ molles,& preſſi copia lactis.Hæc Donatus cum Diomede.Aliter de Conceptione ſiue Syllepſi ex ſententia Priſciani in Syntaxi locuti ſumus. Non deſunt qui Syllepſim vocent, quoties pro multis ponitur vnus:vt Hoſtis habet muros: pro Hoſtes habent.aut pro vno multi.Virg.9.AEneid. Vos ô Calliope precor, aſpirate canenti. Eſt enim Syllepſis per numeros, vt ait Seruius: erat nanque rectum,Vos ô muſæ,& tu Calliope. Syllepſis eſt conceptio: à σὺν, id eſt con:& λῆψις, id eſt acceptio:dicitur item cõprehenſio:συλλάβω,id eſt colligo:ſyn autem mutat n in l,vt apud Latinos in: veluti συλλογισμός,σύλληψις,cuius primam Alexander vt alia multa,inepte corripit.

Copula ſupprimitur,quo fiat Aſyntheton apte.

Aſyntheton eſt oratio ſine cõiunctionibus neceſſariò ſubauditis: vt Alij naualibus ite, Ferte citi Aſyntheton
ferrũ,date tela,impellite remos. Et veni,vidi,vici.Ede,bibe,lude. AEtas,metus,magiſter prohibebant. Iuſtitia,prudentia,fortitudine me ſuperaſti.Cicero contra concionẽ Metelli,authore Fabio lib.9,Qui iudicabãtur,eos vocari,cuſtodiri,ad Senatũ deduci iuſſit. Aſyntheton interpretatur incõpoſitum,ab α particula priuatiua:& σὺν,id eſt con:& θετὸν,id eſt poſitũ. Dicitur etiã Aſyndeton,id eſt inconiunctũ. Nam σύνδετον,coniunctum eſt:σύνδεσμος,cõiunctio & nodus:συνδέω,id eſt colligo: à δέω, id eſt ligo. Vocatur etiam Dialyton,id eſt diſſolutũ: à διαλύω, id eſt diſſoluo:διάλυσις,diſſolutio: à διὰ,id eſt de & dis:& λύω,ſoluo.Eadem figura eſt Brachylogia,id eſt breuiloquium:βραχυλόγος, breuiloquus:à βραχὺς,id eſt breuis:& λόγος,ſermo. Aſyndeton Dialyton Brachylogia

Copula multiplicata facit Polyſyntheton vſque.

Polyſyntheton eſt oratio multis nexa coniunctionibus.Virg. -Athamáſque, Thoáſque, Polyſyntheton
Pelidéſque Neoptolemus, primúſque Machaon. Polyſyntheton, id eſt multipliciter compoſitum: à πολὺ,multum:σύνθετον,compoſitum.Dicitur etiam Polyſyndeton, id eſt multipliciter coniunctum, colligatum,connexum:à πολὺ,id eſt multum:& σύνδετον,id eſt coniunctum. Polyſyndetõ

Eſt Anadiplôſis verbi repetitio ſummi.

Anadiplôſis eſt finis verſus in principio alterius repetitio:vt Anadiploſis
Vrbs Hetruſca ſolo,ſequitur pulcherrimus Aſtur,
Aſtur equo fidens,& verſicoloribus armis. Anadiplôſis eſt reduplicatio:ab ἀνὰ, id eſt re:& ἀνάδιπλωσις,id eſt duplicatio: διπλάζω & διπλόω, id eſt duplico:διπλάσιος,duplus: διπλόος,id eſt duplex.

Principium fit idem nonnunquam verſibus apte.

Anaphora eſt relatio verbi eiuſdem aut ſimilis per principia complurium verſuum:vt Anaphora
Nate meæ vires,mea magna potentia ſolus,
Nate patris ſummi qui tela Typhoia temnis. Item, -ſpes tu nunc vna ſenectæ,
Tu requies miſeræ:decus imperiúmque Latini
Te penes:in te omnis domus inclinata recumbit. Eſt & ſecunda Anaphora, authore Diomede, per quam elocutio non conuenienter reſpondens aliud refert occulte. vt eſt apud Salluſtium, Sed antea item coniurauere pauci,in quibus Catilina, de qua quambreuiſſime potero dicam. Hîc de qua intelligendum coniuratione. Anaphora eſt relatio:ab ἀνὰ,id eſt re:& φορὰ,id eſt latio: ἀναφορέω, refero:ἀναφορικὸς,id eſt relatiuus.Anaphora proceleuſmaticus eſt.Nam ana pyrrhichium eſſe oſtendit analecta apud Martialem:ideo hexametrum non ingreditur. Anaphora ſecunda

Principio & fini reperitur verſus eodem.

Epanalepſis eſt,quum eadem dictio & principium verſus & clauſulam tenet:vt Multa ſuper Priamo rogitans,ſuper Hectore multa. Ante etiam ſceptrum Dictæi regis & ante. Pauper amet caute,timeat maledicere pauper.Eſt item Epanalepſis cum maiore ſignificato facta repetitio: vt Pater inquam me lumine orbauit pater. Virgilius, Te nemus Angitiæ,vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus. Horatius, Heu heu fugaces Poſthume,Poſthume labuntur anni. Epanalepſis interpretatur reacceptio,replicatio,repetitio:ab ἐπὶ & ἀνὰ, quæ coniuncta ſignificant re,iterum, Epanalepſis

ruſum:& λῆψις,id eſt acceptio: ἐπαναλαμβάνω,id eſt repeto.Habet hæc dictio in principio tribrachum,ideo hexametrum non ingreditur.

Dictio format Epizeuxim cum vi geminata.

Epizeuxis

Epizeuxis eſt eiuſdem dictionis ſine medio geminatio cum impetu pronuntiationis:vt
Meme adſum,qui feci,in me conuertite ferrum

Epimone

O Rutuli:mea fraus omnis.Interpretatur coniunctio aut combinatio. Vocatur etiam ἐπιμονή,id eſt perſeuerantia,inſiſtentia,vel aſſiduitas.

In ſimili verbo ludit quandoque poeta.

Paronomaſis

Paronomaſia eſt veluti quædã denominatio,vel quoties aliud nomen efficitur de alio:vt Nam hæc inceptio eſt amentiũ,haud amantium.ſic Donatus. Diomedes verò ait tũc fieri Paronomaſiã, id eſt denominationem,cum dictio iteratur:mutata tamẽ aut litera, aut ſyllaba in ſignificatione diuerſa:vt Abire,an obire te cõuenit?Nõ prætorẽ te,ſed prædonẽ dicimus. Fit quoque cũ præcedẽti nomini aut nomẽ,aut verbũ annectitur,ex eodem figuratũ: vt Fugam fugit,Ludũ ludit,Factum facit, Furorẽ furit,Pugna pugnata eſt. Paronomaſia dicitur denominatio aut iuxta nomen: à παρὰ,id eſt iuxta:& ὀνομασία,nominatio:ὀνομάζω, nomino:ὄνομα,nomẽ.hinc nõ multũ diſtat Proſonomaſia, quæ (vt Fabius in 9.ait) eſt agnominatio quæ ex vicinia quadã prædicti nominis ducta caſibus declinatur: vt apud Domitiũ Aphrũ pro Cloãtila,Mulier rerũ omnium imperita,in omnibus rebus infœlix.Dicitur à πρὸς,id eſt ad:& ὀνομασία. Corripiũt hæc nomina omnes ſyllabas:ideo hexametris nõ cõueniũt. onoma nanque tum demũ o micron in ω mega vertit,dum ſecundũ o in y Græcũ mutatur,vt ſynonymia,Hieronymus. Apud Quintilianũ per incuriã typographorũ ſæpe Græca literatura vitiat: quia nunc per ω mega,nunc per o micron imprimuntur,& quædã nunc per ι,nũc per η. Sed ad Paronomaſiam redeo,de qua Fabius lib.9.ait, Paronomaſia eſt quando eodẽ verbo quaſi falſum augetur: vt Quæ lex priuatis hominibus eſſe lex videbatur? Huic(vt aſſerit ibidẽ Fabius)cõfinis eſt Antanaclaſis, quæ eſt eiuſdẽ verbi contraria ſignificatio,quũ (vt Rutilius ait)id quod ab altero dictum eſt,non in eam mentem, qua intelligitur, ſed in aliã aut contrariã accipitur: vt quum Proculeius quereretur de filio,quòd is mortẽ ſuam expectaret,& ille dixiſſet ſe verò nõ expectare:immo, inquit,rogo expectes. Vis huius exẽpli conſiſtit in verbo(expecto)de qua re in 9. Fabij ſic loquitur doctiſſimus Badius noſter,Siquis forte dictum Proculeij non capit, ſciat(expectare)proprie ſignificare extrà ſpectare:ſed per Metaphorã(in qua frequẽtius accipitur)duo. Vnum multũ cupere ac deſyderare ſiue expetere. Virg. AEneid.2, -quibus Hector ab oris

Proſonomaſia

Antanaclaſis

Expectate venis? Et Iob,Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. quod inde tractum eſt,quòd cuius aduentũ auide cupimus, ad eum expectamus. Alterum,quaſi obſeruare,differre, & quod Galli dicunt *Attendre*.Cum ergo filius negaſſet ſe expectare , id eſt auide petere mortem patris: pater rogauit vt expectaret,ſcilicet donec eſſet matura,id eſt non acceleraret ſibi mortem. Hæc doctiſſimus amicus noſter Badius : quo teſte codex Laurentij Vallæ Antapodoſis habet, pro Antanaclaſis, forſitan haud inepte. Nam Antapodoſis dicitur ex aduerſo aut contraria redditio, quod iam dictis optime quadrat: ab ἀντὶ, id eſt contra:& ἀπόδοσις, id eſt redditio. Antanaclaſis ad verbum transfertur ex aduerſo refractio:ab ἀντὶ,id eſt contra:& ἀνάκλασις,id eſt refractio: ab ἀνὰ,id eſt re:& κλάσις,id eſt fractio:κλάζω,frãgo:ἀνακλάζω,reuerbero,refringo:κλᾶσμα,ατος, fragmentũ.

Antapodoſis

Mobile cuique ſuum fixo connectitur apte.

Schesis onomaton

Scheſis onomaton eſt quum ſingulis nominibus epitheta connectuntur: vt Marſa manus,Pelignа cohors,feſtina virûm vis.Eſt quoque Scheſis onomaton, quando in connexu ſentẽtiarum plures Antonomaſiæ ponuntur: vt Armipotens Tritonia virgo. Scheſis onomaton transfertur habitus vel habitudo nominum. Componitur enim ex nominatiuo σχέσις,id eſt habitus: & genitiuo ὀνομάτων,id eſt nominum:ab ὄνομα,ατος,id eſt nomẽ. In Scheſis onomaton vltima tãtum producitur: ideo hexametrum non ingreditur. Apud Nigrum,Scheſis eſt figuræ nomẽ,quam ita definit,Scheſis eſt multitudo inconiunctorum nominum in eadem oratione: vt Nubila,nix, grandóque,procellæ,flumina, venti.

Scheſis

Principiis eadem eſt Paromœon littera multis.

Paromœon

Paromœon eſt quando ab eiſdem literis diuerſæ dictiones ſumunt initium. Ennius, O Tite tute, Tati tibi,tanta tyranne tuliſti.Machina multa minax minitatur maxima muris. Eſt item Paromœon ſecundum Diomedem, quum verba, vel nomina parum inflexa, & tamen ſimilia ſuperioribus inferuntur:vt Multa viri virtus animo,multúſque recurſat
Gentis honos. Paromœon cum œ diphthongo interpretatur ſimile. Paromœos, ſimilis, aut iuxta ſimile.à παρὰ, id eſt iuxta:& ὅμοιος,id eſt ſimilis,aſpiratione extrita:vt in Diæreſis,Synæreſis,Argyrippus,&c.

Homœoteleuton

Verborum ſimilis ſit finis Homœoteleuton.

Homœoteleuton eſt quum ſimili modo plurimæ dictiones finiuntur. Ennius,Eos deduci, eue-

hi quàm deſeri malui. Virgilius, Bella horrida bella. Homoteleuton, aut Homœoteleuton transfertur à Cicerone in dignitatibus, ſimiliter deſinens: ab ὁμὸς, vel ὅμοιος cum œ diphthongo, id eſt ſimilis: τελευτὸν, id eſt finitum: τέλος, id eſt finis: τελέω, id eſt finio, perficio.

Caſus Homœoptôton erit ſimilis tibi multus.

Homœoptôton vel homoptoton, eſt oratio vno ſimilíque caſu cōpacta, & excurrens in eoſdem & ſimiles caſus. Ennius, Mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miſerantes. ſic Diomedes. in Donato pro miſerantes, legitur cōcomitantes. Salluſt. apud Diomedē, Maximis ducibus, fortibus, ſtrenuiſque miniſtris. Dicitur ab ὅμοιος, id eſt ſimilis: & πτῶσις per ω mega, id eſt caſus, quaſi ſimiliter cadens, aut ſimilium caſuum. Homœoptoton

Bella Polyptoton varii ſit clauſula caſus.

Polyptoton eſt oratio caſuum varietate diſtincta, aut clauſula varios caſus retinens: vt Polyptoton
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis pugnēt, ipſique nepotes. Terēt. in Adelp. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus: tu es patronus: tu parens: Ille tibi moriens nos commendauit ſenex,
Si deſeris tu, perijmus. Item, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Polyptotō dicitur à πολὺς, id eſt multus: & πτῶσις, id eſt caſus, quaſi multorum caſuum. Huic figuræ & duabus ſuperioribus cognatæ ſunt, Metabole, Ploce, Cœnonia. ideo non pigebit ex Quintiliani lib. 9. aliquid de his ſubtexere, Metabole eſt rerum coniuncta diuerſitas: vt apud Ciceronē pro Cluentio in Oppianicum, Illum tabulas publicas Larini cenſorias corrupiſſe, Decuriones vniuerſi iudicauerunt: cum illo iam nemo rationē, nemo rem vllam cōtrahebat: nemo illi ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquā liberis ſuis ſcripſit. & deinceps adhuc multa. Vt hæc in vnū congeruntur, ita cōtrà illa diſperſa ſunt: quæ à Cicerone diſſipata dici puto, inquit Fabius. Hic ſegetes, illic veniūt fœlicius vuæ, arborei fœtus alibi, & deinceps. Metabole trāſfertur mutatio, tranſitus, traiectio: à μετὰ, id eſt trans: & βόλος aut βολὴ, id eſt iactus. Ploce eſt frequētior repetitio: in qua media primis, medijs vltima cōgruunt. vt apud Ciceronē, Veſtrum iam hic factū deprehenditur Patres Conſcripti, non meū, ac pulcherrimū quidem factum: verū, vt dixi, non meum, ſed veſtrū. In hoc exemplo inuenitur etiā Antapodoſis, id eſt cōtraria redditio. Eſt item Ploce in epiſtola Ciceronis ad Brutū, Ego cū in gratiā redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cneum Pompeiū. Te ego ergo cum redierim. Ploce item eſt iteratio verborū, hoc modo: -vſqueadcōne Scire tuū nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter? Ploce tranſfertur implicatio, teſte Raphaele Regio. Lexicō Græcū ita habet, Ploce eſt inclinatio, auulſio, nexus. Cœnonia eſt verborū idem ſignificantiū diſiunctio aut ſeparatio, hoc modo: Vos enim ſtatuiſtis, vos ſententiā dixiſtis, vos iudicaſtis. Cœnonia interpretatur cōmunicatio. hîc enim verba diſiuncta in re cōmunicat: à κοινὸς, id eſt cōmunis. Cicero in Catilinā, Abijt, exceſſit, erupit, euaſit. Hæc figura videtur ferme eadem cum Tautologia. Cæcilius Pleonaſmum vocat, authore Fabio. Metabole Diſſipata Cœnonia

Sermonis ſeries prælonga vocabitur Hyrmos.

Hyrmos eſt ſeries aut conſtructio orationis continuæ, tenorem ſuum in multos verſus protendens. Hyrmos
Virgilius in ſexto, Principio cælum ac terras, campóſque liquentes,
Lucētémque globū lunæ, Titaniáque aſtra, &c. Et in 1. AEneid. Eſt in ſeceſſu lōgo locus, inſula portū Efficit, &c. Vnde, teſte Seruio, Hyrmos eſt longiſſimum hyperbaton: & dicitur hyrmos, quaſi ſyrmos, id eſt tractus. à σύρω, id eſt traho: σύρμα, id eſt tractus, & longa veſtis. A ſyrmos, fit Diaſyrmos, quaſi detractio: à διασύρω, id eſt detraho. Eſt enim figura quæ tunc fit, quum magna verbis minuuntur, & minima extolluntur: vt Quorum æmulari exoptat negligentiam Diaſyrmos
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Fit item, quum vna dictio ad duo ſignificata trahitur: vt Inter ſtrepere anſer olores.

E verbo in verbum Climax it, pulchra figura.

Climax eſt de verbo in verbum gradatio, quæ dicta repetit: & prius quàm ad aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit: author Fabius in nono cap. 3. vt Aphricano virtutem induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Climax apertiorem habet artem, & magis affectatam: ideóque eſſe rarior debet. author ibidem Fabius. Climax interpretatur ſcala vel gradatio. Virgilius, Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam. Genitiuus eſt climacos. Verùm Latinos eius nominis obliquis nondum vſos comperio. κλίμαξ, ακος, id eſt regio. Climax

DE TROPIS.

Vertit ad improprium Tropus omnia ſignificatum.

Tropos eſt verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliā cum virtute mutatio. author Fabius in 8. & 9. cui ſuffragātur Donatus & Diomedes. vt Vulpes pro aſtuto. Bacchus pro vino. Intus canere, pro vtilitati proprie ſtudere. Tropi dicti à τρέπω, id eſt verto: τροπὴ, id eſt mutatio & cōuerſio: quia vertunt à propria ſignificatione ad impropriā plerunque per ſimilitudinē. Vnde motus dicuntur, au- Tropos

thore Quintiliano. Tropi ſpecies ſunt 13. Metaphora, Catachreſis, Metalepſis, Metonymia, Antonomaſia, Epitheton, Synecdoche, Onomatopœia, Periphraſis, Hyperbatō, Hyperbole, Allegoria, Homœoſis. Horum omniū generalis eſt Metaphora: cæteri omnes huius ſpeciei videntur. Author Diomedes.

Propter rem ſimilem pro verbis verba repones.

Metaphora Metaphora eſt rerum verborúmque per ſimilitudinē tranſlatio: vt Rident prata, ſitiūt ſegetes. pro florent & humore indigent & arent. Hæc figura (vt Fabius ait lib. 8. cap. 6.) copiā ſermonis auget permutando, aut mutuando quę nō habet: quódque difficillimū eſt, præſtat, ne vlli rei nomē deeſſe videatur. Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium eſt, in eum in quo aut propriū deeſt, aut tranſlatū proprio melius eſt. Id facimus, aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificātius, aut (vt dixi) quia decentius. Vbi nihil horū præſtabit, quod transferetur, improprium erit. Neceſſitate ruſtici dicunt gemmam in vitibus. Quid enim dicerent aliud? & ſitire ſegetes, & fruticibus laborare. Item alia ad ornatum, vt Lumen orationis, generis claritatem, & concionum procellas, & eloquentiæ flumina aut fulmina. ſic Maro dixit, Claſſíque immittit habenas. Et, Arrectíſque auribus aſtant. Ferrúmque armare veneno. apud Virgilium duplex eſt Metaphora: nam & veneno armare, & ferrum armari tranſlatio eſt: quam Metaphoram Græci vocant. μεταφέρειν, id eſt transferre. Metaphora eſt proceleuſmaticus: ideo hexametrum non ingreditur.

Eſto Catachreſis bona vocis abuſio nobis.

Catachreſis Catachreſis eſt vſurpatio nominis alieni, vt parricidam matris quoque aut fratris interfectorem dicimus, authore Fabio in 8. quum proprie is dicatur, qui patrem occiderit. ſic piſcinam per hanc figurā etiam dicimus, quæ piſces nō habet. Catachreſis eſt vſurpatio vel abuſio: à κατὰ, id eſt contra: & χρῆσις, id eſt vſus, quaſi contra vſum. καταχρῶμαι, id eſt abutor: καταχρηστικός, abuſiuus: καταχρηστικῶς, id eſt abuſiue. Aduerbia qualitatis Græce in os longum deſinunt, & ita vtuntur eis Latiniſſimi: vt Catachreſticos, metaphoricos, ironicos, &c. Virgilius Metaphoricos potius quàm Catachreſticos dixit in decimo AEneid. An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens

Induat. id eſt feriat. Catachreſis enim, vt Fabius in 8. ſcribit, non habentibus nomen ſuū accōmodat: quia in proximo eſt, ſic dicuntur pyxides cuiuſcunque materiæ ſint: quanquā à buxo nomen habeant. Itaque Catachreſis eſt neceſſaria: quia multæ res proprijs vocabulis carentes, per eam vocabula inueniunt. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Qui pilam aut ſudem, appellatione priuatim ſibi aſſignata caret. Et vt lapidare quid ſit, manifeſtum eſt: ita glebarum teſtarúmque iactus non habet nomen. Vnde abuſio, quæ Catachreſis dicitur, neceſſaria eſt. Author Quintilianus.

At Metalepſis erit tranſumptio facta gradatim.

Metalepſis Metalepſis eſt tranſumptio gradatim facta, quum dictio aliud à ſua propria ſignificatione ex his quæ præceſſerunt denotat: vt Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas. Poſt aliquot ariſtas, ergo poſt ſegetes: & ſic poſt æſtates, & proinde poſt aliquot annos. Et de ventis in 1. AEneid.

Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,

Hoc metuens, regémque dedit, &c. Ab atris enim nigræ intelliguntur, ex nigris tenebras habentes: & per hoc in præceps profundæ, vt cum Donato aſſerit Diomedes. Metalepſis eſt tranſumptio: à μετὰ id eſt trans: & λῆψις, id eſt ſumptio vel acceptio.

Dico Metonymiam, Bacchum bibo, Vina coronant.

Metonymia Metonymia eſt nominis tranſmutatio, quoties pro inuentore inuentū, pro continente contentum, pro efficiente effectū, pro poſſeſſo poſſeſſorem, aut contrà capimus. Hæc definitio ex Donato & Diomede, & ex Quintiliano lib. 9. colligitur. Fit itaque Metonymia, Primo vbi per id quod continet, id quod continetur, oſtēditur: vt Nunc pateras libate Ioui. id eſt vina. Cælo gratiſſimus amnis. id eſt cælicolis. Secundo econtrario: vt Crateras magnos ſtatuunt, ac vina coronant. Vina pro vaſis dixit, authore Seruio. antiqui enim coronabant pocula, & ſic libabant. Vnde eſt, -magnum cratera corona Induit, impleuítque mero. Seruius Synecdochen vocat pro Metonymia. Tertio, vbi per inuentorem inuentū oſtēditur. Terētius, Sine Cerere & Baccho friget Venus. id eſt ſine pane & vino languet libido. Quarto ediuerſo. Plautus, teſte Seruio, in ſuperiorē Virgilij verſum, Vinū precemur: nā hic deus præſens adeſt. id eſt Bacchū, vini repertorē. Quinto, vbi per efficientē, id quod efficitur, intelligimus: vt Melior remis. Infert enim velocitatē, ſed velocitatem quæ per remos fit. Sexto, ab eo quod fit, id quod facit: vt Frigus pigrū: quia pigros efficit. Mœſtúmq; timorē mittite. id eſt qui vos mœſtos & triſtes efficit. Septimo vbi poſſeſſor pro poſſeſſo accipitur: ſic, Hominem deuorari dicimus, cuius patrimonium abſumitur. Virg. -iam proximus ardet Vcalegon. Quo modo, vt in 9. Quintilianus ait, fiunt innumerabiles ſpecies. Ideo Donatus quatuor modis enumeratis ſubiungit, Hæc exempli cauſa poſita addiſcentibus ſunt: reliqua demonſtrabit lectio. Metonymia transfertur nominis tranſmutatio. à μετὰ, id eſt trans: & ὄνομα, id eſt nomē: ὀνομάζω, nomino: ὀνομασία, nominatio. Onoma mutat prius o breue in o longum, & ſecundum o in y Græcum in pleriſque compoſitis: vt Metonymia, Patronymicum, Synonymum, Hieronymus, &c. Videat, qui mihi parum credit, Lexicon Græcum.

Appellatiuum proprii vice ſæpe locatur.

Antonomaſia Characteriſmos Exoche

Antonomaſia,eſt vocabulum quod ſine nomine poſitum loco eius fungitur:vt Magnanimus Anchiſiades,pro AEnea.Saturnia pro Iunone.author in octauo Fabius.Arma virúmque cano,pro AEnea,eſt Antonomaſia,teſte Diomede.Et,Domitor maris,pro Neptuno. Antonomaſia dicitur Characteriſmos,quæ per accidentia rem deſignat:vt Caluo ſeruiret Roma Neroni.pro Domitiano.Quæ verò per excellentiam fit,dicitur Exoche,vt Poeta apud Græcos,pro Homero:apud Latinos, pro Virgilio:& Ius ciuile,pro iure Romanorum. Antonomaſia fit tribus modis: Ab animo, vt Magnanimus Anchiſiades,id eſt AEneas.A corpore,vt Ipſe arduus.id eſt Polyphemus.Extrinſecus,vt Infœlix puer atque impar congreſſus Achilli.id eſt Troilus. Antonomaſia interpretatur pronominatio,aut pro nomine:ab ἀντὶ,id eſt pro:& ὄνομα,id eſt nomen:ὀνομάζω,nomino:ὀνομασία,nominatio. Antonomaſia propter tribrachum incluſum hexámetris non congruit. Characteriſmos interpretatur effictio,aut per ſigna indicium:à χαρακτὴρ,id eſt ſignum & figura:ἐξοχὴ,id eſt excellẽtia vel eminẽtia:ἔξοχος,excellens,egregius:κατ᾽ ἐξοχὴν,per excellentiam.à ἐξ,id eſt per:& ἐξοχὴ,excellentia. Virgilius boues per exochen nominauit: -quæ cura boum,quis cultus habendo

Sit pecori.Et Dodonam:Deficerent ſyluæ,& victum Dodona negaret.

Exornat carmen fixo bene mobile quadrans.

Epitheton

Epitheton,eſt appoſitum nomini adiectiuum,perpetuam ferme naturam rei indicans:vt Alma Ceres,Pulchra Venus,Triſtia bella,Dulce muſtum.Eo poetæ & frequentius & liberius vtuntur.Itaque & dentes albi,& humida vina in his non reprehendimus.Apud oratores,niſi aliquid efficitur, redundat.Tunc autem efficitur,ſi abſque illo,quod dicitur,minus eſt:qualia ſunt,O ſcelus abominandum, O deformem libidinem.Author Fabius lib.8. Epitheton tranſfertur appoſitum.ab ἐπὶ, præpoſitione,quæ in compoſitis ſignificat in,ad,ſuper:& θετὸν,id eſt poſitum.Epithetum eſt proceleuſmaticus: ideo hexametrum auerſatur.Epitheta ſumuntur tribus modis:Ab animo,vt Iuſtus Imperator, Contemptor diuûm Mezentius. A corpore, vt Pulcher Iulus. Extrinſecus, idque plurifariã. A loco, vt Vlyſſes Ithacus. Ab actu,vt AEneia nutrix Caieta. Ab euentu, vt Inſula diues opũ Tenedos. Epitheton ab Antonomaſia differt,authore Donato: hæc enim vicem nominis ſuſtinet: illud ſine nomine reperitur nunquam:vt Dira Celeno,dia Camilla.His duobus tropis vel vituperamus,vel oſtendimus,vel laudamus.

Pro naui puppis,contráve,Synecdoche habetur.

Synecdoche

Synecdoche,eſt figura cum à parte totum intelligitur,aut contrà,numerúſve pro numero ſumitur. Primò itaque à parte totum intelligitur:vt in 1. AEneid. -puppéſque tuæ,pubéſque tuorum

Aut portum tenet,aut pleno ſubit oſtia velo.A puppibus enim naues ſignificat:A pube totos homines. Secundo à toto pars intelligitur: vt in eodem libro,Ipſius ante oculos ingens à vertice põtus In puppim ferit.id eſt multa ponti aqua,nõ totus pontus.Et alibi,Fontémque ignémque ferebant.id eſt aliquantum aquæ ex fonte. Vtriuſque modi exemplum continet hic verſus, Da requiem puppi, veniet cum frigidus annus.pro naui & hyeme. Tertio capitur numerus pro numero:Naues armato milite complent.Hoſtis habet muros.pro militibus & hoſtibus dixit. Meminiſſe autem debemus, ait Donatus,quando à parte totum intelligitur,id faciendum eſſe ab inſigniori parte. Eſt item Synecdoche,quoties verbũ vel adiectiuũ regit partem in accuſatiuo vel in ablatiuo:vt Iugulum dolui,Nudus crura.De hac in Syntaxi affatim diſputatum eſt. Synecdoche item eſt(vt ait Fabius lib.9.)quũ ſubtractum verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur:vt Cælius in Antonium,Stupere gaudio. ſimul enim auditur cœpit.Cui ſimilia ſunt illa,meo quidem iudicio(ait Fabius),in quibus verba decẽter pudoris gratia ſubtrahuntur: Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis:

Et quo,ſed faciles nymphæ riſere,ſacello.Hanc quidam Apoſiopeſim putant,fruſtra.Nã illa quid taceat, incertum eſt,aut certe longiore ſermone explicandum. Hic vnum verbum & manifeſtũ quidem deſyderatur: quæ ſi Apoſiopeſis eſt, nihil in quo deeſt aliquid, non idem appellabitur. Hæc Fabius. Synecdoche tranſfertur conceptio vel comprehenſio. à Cicerone verò in dignitatibus dicitur intellectio.συνεκδοχικῶς,id eſt comprehenſim.

Sæpe ſonus cauſam fingendi nomina præſtat.

Onomatopoeia

Onomatopœia,eſt dictionis ex ſono confictio,vt mugio,hinnio,pipilo.Clamórque virûm,clangórque tubarum.Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.Dicitur ab ὄνομα,ατος,id eſt nomen:& ποιέω,id eſt facio,hoc eſt nominis fictio.Continet id nomen in principio proceleuſmaticum: ſic enim Græce ſcribitur ὀνοματοποιΐα. Ideo ab hexametris non admittitur. De hoc tropo ait in 8. Fabius, Onomatopœia, eſt fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes: nobis vix permittitur. Inde tamen mugitus, & ſibilus, & murmur venerunt. Fit autem quando vocis confuſæ nomen ad imitãdum ſonum affingimus: vt Ouium dicimus balatum,boum mugitum,equorum hinnitum, æris tinnitum. Terribilis buccinæ ſonitum Taratantara. Ennius, At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Scrofa quoque à ſono dicta creditur.

Rem circunloquimur,fit quando Periphraſis apta.

Periphraſis Periphraſis,eſt circunlocutio quædam,quũ id,quod vno,aut paucioribus verbis dici poteſt,pluribus explicatur. Virgilius,Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile. id eſt dies oriebatur. Idem,
Tempus erat,quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratiſſima ſerpit. id eſt nox erat. Ouium teneros depellere fœtus. id eſt agnos.

Periphraſis tranſfertur circunlocutio. à περὶ,id eſt circum:& φράσις,id eſt locutio: φράζω, id eſt dico,vel diſſero. Periphraſis fit bifariã,aut ordinandæ rei cauſa,quæ pulchra eſt,quum breuitatẽ ſplendide producit, vt ſuperioribus exemplis. Aut vitandæ rei cauſa,quæ turpis eſt,quum fœditatem circuitu deuitat:ſic, -placidúmque petiuit
Coniugis effuſus gremio per membra ſoporem. Hoc enim circuitu,euitata decenter obſcœnitate,oſtendit concubitum. Item, Hoc faciunt nimio luxu,ne obtuſior vſus
Sit genitali aruo,& ſulcos oblimet inertes. Hoc enim circuitu ſignificat cõceptum fœminæ difficilem. In Donato pro (vitandæ) librariorum incuria, mendoſe legitur (iuuandæ & vituperandæ),vt ex Diomede liquet.

Valde turbatus vocum ſit Hyperbaton ordo.

Hyperbaton Hyperbaton,eſt tranſcenſio quædam verborum ordinem perturbans. Virgilius AEneidos 12,
Interea reges: ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru,cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt,
Solis aui ſpecimen. bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.
Hinc pater AEneas Romanæ ſtirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo,& cæleſtibus armis:
Et iuxtà Aſcanius,magnæ ſpes altera Romæ:
Procedunt caſtris. hîc Hyperbaton eſt, teſte Seruio, Interea reges procedunt caſtris: Latinus vehitur quadrijugo curru. Eſt hîc etiam Prolepſis,vt antè declarauimus. Frequenter enim in eadem oratione diuerſæ figuræ comperiuntur diuerſis rationibus. Fabius in 8.cap.6, Hyperbaton verbi tranſgreſſionem interpretatur, quam frequenter ratio compoſitionis & decor poſcit. Fit enim frequentiſſime aſpera & dura & diſſoluta & hians oratio,ſi ad neceſſitatẽ ordinis ſui verba redigantur:& vt quodque oritur,ita proximis etiã,ſi vinciri non poteſt, alligetur. Itaque quoties decoris gratia contrahitur lõgius verbum, proprie Hyperbati tenet nomen. Animaduerti iudices omnem accuſatoris rationem in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas partes diuiſam eſſe, rectum erat: ſed durum & incõptum. Hyperbati ſpecies ſunt quinque, Hyſterologia ſiue Hyſteron proteron, Anaſtrophe, Parentheſis, Syncheſis, Tmeſis.

Hyperbaton dicitur ab ὑπερβαίνω,id eſt trãſcendo vel tranſgredior: ὑπερβάλλω,extendo,ſupero: ὑπερβασία,vel ὑπέρβασις,tranſgreſſio.

Hyſteron eſt proteron,poſtponas ſi antè locanda.

Hyſterõ proteron Hyſterologia,ſiue hyſteron proteron,eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus. Virgilius, Et torrere parant flammis,& frangere ſaxo. Prius enim ſaxo frangunt q̃ torrent. Idem, Poſtquam altos tetigit fluctus,& ad æquora venit. Nam prius ad æquora venit,quàm tetigit fluctus. Idem in 2. AEneid. Moriamur,& in media arma ruamus. pro in media arma ruamus, & moriamur: vt notauit Priſcianus in libro 17. Sic, Me Margarita nutriuit,& peperit. ὕστερον,id eſt vltimum,poſt,aut nouiſſime. Inde hyſterologia,præpoſtera locutio: πρότερον,id eſt prius.

Ordo inuerſus erit tibi Anaſtropha præpoſituræ.

Anaſtrophe Anaſtrophe,eſt verborum tantum ordo præpoſterus,vt Italiam contra. Maria omnia circum. Tranſtra per & remos. pro contra Italiam. Anaſtrophe eſt reuerſio vel inuerſio. ἀναστρέφω,reuertor.

Interiecta Parentheſis eſt ſententia quæuis.

Parentheſis Parẽtheſis,eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ: vt AEneas (neque enim patrius cõſiſtere mẽtẽ Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achaten. Interpretatur interpoſitio: à παρὰ & ἐν, quæ duo dicũt inter: & θέσις,poſitio. Hanc figuram Dialyſin,id eſt diſſolutionem vocat Diomedes, à διαλύω,id eſt diſſoluo.

Syncheſis eſt prorſum vocum,aut confuſio ſenſus.

Syncheſis Syncheſis,eſt hyperbaton obſcurum & ex omni parte confuſum. Virgilius primo AEneidos,
Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa vocãt Itali medijs quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo, Tres naues abreptas Notus torquet in ſaxa: quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia Itali vocant aras. In eodem,
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes

Littore Trinacrio, dederátque abeuntibus hæros,
Diuidit. Quū ſit ordo, Deinde heros diuidit vina, quæ bonus Aceſtes onerarat cadis, & de littore Trinacrio abeuntibus dederat. Et ſecundo AEneid. -iuuenes, fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido eſt
Certa ſequi (quæ ſit rebus fortuna videtis:
Exceſſere omnes adytis aríſque relictis,
Dij, quibus imperium hoc ſteterat) ſuccurritis vrbi
Incēſæ: moriamur, & in media arma ruamus. Eſt enim ordo, Iuuenes, fortiſſima pectora, fruſtra ſuccurritis vrbj incenſæ: omnes dij, quibus imperium hoc ſteterat, exceſſere adytis aríſque relictis: videtis quę fortuna ſit rebus: ſi vobis certa cupido eſt ſequi me audentem extrema, ruamus in media arma, & moriamur. Synchesis tranſfertur confuſio. à σὺν, id eſt con: & χύσις, id eſt fuſio: à χέω, id eſt fundo.

Quoquam interpoſito per Tmeſim verbula ſcindo.

Tmeſis, eſt vnius cōpoſiti vel ſimplicis ſectio, vna dictione vel pluribus interiectis: veluti, Eſt Boreæ regio Septem ſubiecta trioni. Ennius, Saxo cere comminuit brum. Et, Maſſili portant ad littora tanas. pro Cerebrum, & Maſſilitanas. Hæc figura non facile admittitur, niſi multorum authoritate fulciatur. Tmeſis

Tmeſis diſſyllaba dictio, non temeſis, tranſfertur ſectio, ſciſſio, diuiſio. τέμνω, id eſt incido: τμήσσω, id eſt ſcindo. Eadem vocatur Diacope, id eſt interciſio: διακόπτω, id eſt intercido: à διὰ, id eſt per: & κόπτω, id eſt incido. Diacope

Exceſſus fidei manifeſtus Hyperbola fertur.

Hyperbole eſt oratio excedens fidem augendi minuendi ve cauſa. Augendi: vt Niue candidior, fulminis ocyor alis. Aſtra ferit ſonus armorum clangórque tubarū. Minuendi cauſa: vt Vix oſſibus hærent. Tardior teſtudine. Cadentis te folij ſonitus terreret. Hyperbole dici poteſt eminentia, vel vt Cicero ait, ſuperlatio: à Fabio libro 8. ſuperiectio dicitur: à quibuſdam exceſſus: cōponitur ab ὑπὲρ, id eſt ſuper: & βολὴ vel βόλος, id eſt iactus. Hyperbole

Dic Allegoriam ſenſu, ſi verba repugnent.

Allegoria eſt tropus, quo aliud ſignificatur, aliud dicitur, & ita verba ſenſu, id eſt ſenſui repugnant. Allegoria
Virgilius in fine ſecundi Georg. Sed nos immenſum ſpatio confecimus æquor:
Et iam tēpus equûm ſumantia ſoluere colla. id eſt quæ tractāda fuerant, affatim explicuimus. Iam congruum eſt carmen finire. Sic in Bucolico ludicro, Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberūt. Horatius in Odis, O nauis, referent in mare te noui fluctus.
O quid agis, fortiter occupa portum. Hic per nauem, allegoricōs populum intelligit, per fluctuum tempeſtatem, bella ciuilia: per portum, pacem & concordiam. Allegoriam Fabius in octauo inuerſionem vocat. Raphael Regius aſſerit dici ab ἄλλο ἀγορεύειν, id eſt ab aliud dicendo. Conſtat allegoria ex ſpōdæo & tribracho. Ideo Mancinellus & cæteri turpiter citra neceſſitatem abuſi ſunt huius nominis quantitate. ſcribitur enim Græce ſic ἀλληγορία. Ita certe apud Quintilianum (vbi Græce ſcriptum offenditur) Italica impreſſio ſemper habet haud immerito: quia quantum ad ſecundam partem eiuſdem originis eſt cum κατηγορία, id eſt accuſatio & prædicamentum: κατηγορέω, accuſo & prædico: κατήγορος, accuſator: à κατὰ, id eſt aduerſus, contra, in, ex, per, ſecūdum: & ἀγορεύω, id eſt dico, cōcionor. Eodem modo allegoria fit ex ἄλλο, id eſt aliud, & ἀγορεύω. ergo ſine dubio ſcribetur ſimiliter per η, quod in e longum vertimus. Qui apud Quintilianum aliter impreſſerunt, non mutauiſſent Italicam impreſſionem, ſi hæc bene conſyderaſſent: ſed nil mirandum, quum per incuriam Cacozelia per ε ψιλὸν, & Ironia per o micron, & plura, male exarata conſpiciantur. Allegoriæ ſpecies multæ ſunt, è quibus ſeptem eminent, vt Donatus ait, Ironia, Antiphraſis, AEnigma, Charientiſmos, Parœmia, Sarcaſmos, Aſteïſmos.

Illudens recte ſermo Ironia feretur.

Ironia, eſt diſſimulatio aut illuſio, qua contraria oſtenduntur ſenſui quem verba præ ſe ferunt: vt Ironia
Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis
Túque puérque tuus. Scilicet is ſuperis labor eſt. Id populus curat ſcilicet. Hanc niſi grauitas pronuntiationis adiuuerit, confiteri videbitur, quod negare cōtendit: vt Verres prætor vrbanus. Homo ſanctus & diligēs. Et in Claudium, Integritas tua te purgauit, mihi crede: pudor eripuit: vita anteacta ſeruauit.

Ironia dicitur ab εἰρωνεύομαι, id eſt diſſimulo, & cauillatoriè decipio. εἴρων, id eſt cauillator & colax. Socrates vulgo εἴρων dicebatur, id eſt agens imperitum, & admirator aliorum tanquā ſapientium, vt meminit Fabius.

Antiphraſis verbum ſit per contraria dictum.

Antiphraſis, eſt vnius verbi ironia, vt bellum, quòd minime bellū eſt: & lucus, quòd minime lucet. Antiphraſis
hæc Donatus & Diomedes, addens Parcas dici, quòd minime parcant. Meminit huius rei Quintilianus in primo de inſtitutione Oratoria, dicens, Et etiam ne à contrarijs aliqua ſinamus trahi, vt lucus: quia vmbra opacus parū luceat. & ludus: quia ſit longiſſimus ab luſu. & Dis: quia minime dìues. Var

ro,Parcas quaſi partas dici vult,t in c mutata.à partu,quòd naſcentibus bonum,aut malum conferũt, authore Heſiodo,vt meminit Gellius.Ideo Auguſtinus Dathus contra Priſcianum debacchatur,oſtendens per Antiphraſim non dici bellum,Parcas,ludum,lucum,&c.Hac etiam figura nonnũquam quos nanos conſpicimus,Atlantes vocamus,& AEthiopes argẽteos.Hæc ab Ironia differt,quòd Ironia pronuntiando mutat affectum & ſignificationem. Antiphraſis verò diuerſitatem rei denotat, vt Diomedes art. Antiphraſis eſt per contrarium locutio.ab ἀντὶ,id eſt contra:& φράσις, id eſt locutio:ἀντιφραστικός,contradictorius.

AEnigma ſuprà declaratum eſt.

At Charientiſmos tibi molliet aſpera dictu.

Charientiſmos. Charientiſmos eſt tropus quo dura dictu gratius proferuntur:vt ſi interroganti, Num me quæſiuit quiſpiã?reſponderis,bona fortuna,id eſt nemo.Nũquid vis aliud?vt recte valeas,id eſt nihil. Charientiſmos,id eſt gratificatio & vrbanitas: à χαρίεις χαρίεντος,id eſt gratus,gratioſus: χάρις,ιτος,id eſt gratia:χαριεντίζομαι,id eſt iocor,nugor,vrbanus ſum,alludo:χαρίζομαι,id eſt dono,gratificor.

Sermo procul notus feſtiua Parœmia fertur.

Parœmia. Parœmia eſt accommodatum rebus temporibúſque prouerbium: vt Lupus eſt in fabula. id eſt adeſt is cuius præſentia loqui vetamur. Lupi enim vocem adimere creduntur ei quem priores conſpexerint. Virgilius, Lupi Mœrim videre priores. Cocta enumerabimus extarid eſt,vt Diomedes ait,ex euentu rem ſciemus.Nos poma natamus,quoties indoctus, ignobilis, improbus inter doctos, aut nobiles, aut probos numerari cupit:velut in pomis oletum. Parœmia,prouerbium:parœmiacus,prouerbialis. Dicitur à παρὰ,id eſt iuxta:& οἴμη,id eſt cantus vel cantilena:quaſi iuxta omnium cantilenam.In Donato & Diomede mendoſe legitur Paronomia pro parœmia.Hos librariorum incuria excuſat.Alexander venia caret,dicens,Eſt & Epizeuxis & Anaphora Paronomia.ſed hic ferme omnia figurarum nomina corrupit,vt legenti liquet medіocriter docto.

Hoſticus irriſus nobis,Sarcaſmos habetur.

Sarcaſmos. Sarcaſmos,eſt plena odio,atque hoſtilis deriſio. Virgilius in duodecimo AEneidos,

En agros,& quam bello Troiane petiſti
Heſperiam,metire iacens. Et in 2. AEneid. Pyrrhus ad Priamum, - referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori:illi mea triſtia facta,

Myctериſmos. Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Sarcaſmo ſimilis eſt Mycteriſmos,cum quodam riſu & contractione narium ſubdola illuſio . Fabius in octauo, Adijcitur his Mycteriſmos, ſimulatus quidem,ſed non latens deriſus. Scribitur id nomen Græce cum y Græco in prima ſyllaba, & η,quam in e longam vertimus in ſecunda μυκτηρισμός,id eſt ſubſannatio:à μυκτηρίζω,id eſt ſubſanno. Idque à μυκτὴρ,ῆρος,pœnultima genitiui longa:vt χαρτὴρ,ῆρος,id eſt naſus.

Simplicitas Aſteiſmos erit,ſi ruſtica deſit.

Aſteiſmos. Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſǽque virtutis. Nam eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta vrbanitate exprimitur.vt apud Virgilium in Bucolicis,

Qui Bauium non odit,amet tua carmina Mæui:

Atque idem iungat vulpes,& mulgeat hircos.id eſt pro pœna ei contingat,vt diligat Mæuium peiorem poetam. Nam Mæuius & Bauius peſſimi fuerunt poetæ,inimici tam Horatio quàm Virgilio. Vnde Horatius,Mala ſoluta nauis exit alite, ferens olentem Mæuium. Iũgere vulpes,& mulgere hircos, eſt contra naturam quicquam conari.Niger cum Alexãdro etiam Antiſmon vocat hanc figuram:doctiores Aſteiſmon duntaxat,quos potius imitandos cenſeo. Aſteiſmos eſt dictio tetraſyllaba,duobus trochæis conſtans:ideo Synæreſim fecimus,vt Virgilius in(aluearia). ἀστεϊσμός transfertur vrbanitas. ἀστεῖος,vrbanus: ἀστεΐζομαι,id eſt vrbanus ſum:ἀστεΐζω,id eſt iocor.

Nota parum demonſtrat Homœoſis mage notis.

Homœoſis. Homœologia. Homœoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius,quæ magis nota eſt,demõſtratio. Eius ſpecies ſunt tres:Icon,Parabola,Paradigma. Homœoſis transfertur ſimilitudo. ab ὅμοιος,id eſt ſimilis.hinc Homœologia,id eſt ſimilis locutio. Eſt autem Homœologia,orationis vitiũ,quum nulla varietatis gratia leuat tædium , atque eſt tota coloris vnius , quæ maxime deprehenditur carens arte oratoria. Author Fabius in octauo.

Soræſmos. Contrarium huic vitium eſt Soræſmos,quædam miſta eſt ex varia ratione linguarũ oratio,vt ſi atticis Dorica,AEolica,Ionica etiam dicta cõfundas. Cui ſimile vitium eſt apud nos, ſiquis ſublimia humilibus,vetera nouis,poetica vulgaribus miſceat. Id enim tale eſt monſtrum,quale Horatius in principio artis poeticæ fingit. Author Fabius in lib.8. apud quem Valla & Aldus legunt Soræſmos. Regius vero Cœniſmos,à κοινωνέω,id eſt communico,legit. Vnde etiam cœnonia, id eſt cõmunicatio, rectius dicitur,quàm cœnomia. Badius noſter, vir acerrimi iudicij,ſuffragatur hic Vallæ & Aldo. Soræſmos cum æ diphthongo dicitur aceruatio & congeries. σωρὸς per ω ante ρ,id eſt cumulus,aceruus:σωρεύω,

cumulo:σωρεία per ει diphthongũ,id eſt congeries:σώρευμα,ατος,id eſt cumulus:σωρεύω,aceruatio.

Eſt Icon,quoties formæ bene confero formam.

Icon eſt perſonarum inter ſe,vel eorum quæ perſonis accidunt comparatio:vt Os humeróſque deo ſimilis. Aut Icon eſt formæ ad formam collatio laudis aut vituperationis cauſa:vt Ibat in prælium eor pore tauri validiſſimi, impetu leonis acerrimi. Et, Iſte quotidie per forum tanquã iubatus draco ſerpit dentibus aduncis. Hæc figura à Diomede vocatur etiam Icaſmus. Alio nomine dicitur Catatypoſis. εἰκών,όνος, pœnultima genitiui correpta,cum ει diphthongo in prima Græce ſcribitur:transfertur imago & ſimilitudo.Icaſmos,idem. Catatypoſis interpretatur iuxta figuram aut formam:vt Icon Icaſmos Catatypoſis

Omnia Mercurio ſimilis,vocémque colorémque,

Et crines flauos, & membra decora iuuentæ. Dicitur à κατὰ,id eſt per, & ſecundum:& à τύπωσις per ω,id eſt impreſſio & formatio:τύπος,id eſt forma,figura,adumbratio: τυπόω,ſigno,formo.ab ὑπὸ,id eſt ſub:& τύπωσις,fit ὑποτύπωσις,id eſt informatio,deſignatio,diſpoſitio. ὑποτυπόω,id eſt per figuram demonſtro & deſigno. Hypotypoſis dicitur à Cicerone ſub oculos ſubiectio: vt ait Fabius libro nono. Eſt autem Hypotypoſis quædam propoſita forma rerũ,ita expreſſa verbis,vt cerni potius quàm audiri videatur : veluti, Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit : ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Huic figuræ cognata eſt Metaſtaſis, quæ eſt temporum tranſlatio, qua ita quæ futura ſint,aut futura fuerint,imaginamur:vt non narrari res,ſed agi videatur. Author ibidem Fabius. veluti,Credite vos intueri hæc,quæ non vidiſtis oculis, animis cernere poteſtis. Eadem ferme dicitur Enargia,quæ eſt rerum geſtarum,aut quaſi geſtarum ſub oculos inductio:vt Hypotypoſis Metaſtaſis Enargia

Ac veluti in ſopnis,oculos vbi languida preſſit

Nocte quies,ne quicquam auidos extendere curſus

Velle videmur,& in medijs conatibus ægri

Succidimus:non lingua valet,non corpore notæ

Sufficiunt vires,nec vox,nec verba ſequuntur. Metaſtaſis transfertur trãſmutatio & tranſitus.à μετὰ, id eſt trans:& στάσις,εως,id eſt ſtatio. Enargia euidentia eſt, cum a prima vocali in ſecunda ſyllaba, & ει diphthongo in tertia apud Græcos:nos in i longum vertimus . Enarges , id eſt manifeſtus. Energia vero eum ſecunda vocali in ſecunda ſyllaba,dicitur efficacia,actus & actio, cum ει diphthongo ſimiliter in pœnultima. Energia

Iure diſertus erit,quiſquis rem comparat apté.

Parabola,eſt rerum genere diſſimilium comparatio:vt Quales mugitus, fugit cum ſaucius aras Taurus,& incertam excuſſit ceruice ſecurim. Huic venuſte ſubijci ſolet Antapodoſis, quæ eſt contraria redditio,vel ex aduerſo.ex ἀντὶ,id eſt contra:& ἀπόδοσις,redditio. Hæc vt in octauo ait Fabius,rem vtranque comparat,& velut ſubijcit oculis, & pariter oſtendit. Cicero pro Murena, Vt aiunt in Græcis artificibus eos auloedos eſſe,qui citharoedi fieri non potuerunt:ſic nos videmus,qui oratores euadere non potuerunt,ad iuris ſtudium deuenire.Parabolam Fabius libro quinto appellat exemplum:Diomedes vero ſimilitudinem, alij comparationem. Facit id nomen proceleuſmaticum: ideo hexametrum non ingreditur.Proinde non credo Mancinello id nomen deducenti ex παρὰ,id eſt iuxta:& βολὴ cũ η diphthongo,id eſt cõcilium & ſententia,quaſi iuxta ſententiã.quanquam non ignorem interim correptionis gratia alterã diphthõgi vocalẽ apud Græcos abijci. Tamen mihi placet Parabolã dici adiectionem. à παρὰ,id eſt ad,& iuxta:& βολὴ,id eſt iactus:βάλλω,iacio,vt ſit adiecta cuiquam rei cõparatio. Parabola Antapodoſis

Exemplum facti vel dicti ſit Paradigma.

Paradigma eſt exempli hortantis vel dehortantis enarratio.Hortantis:vt

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Paradigma

Illiricos penetrare ſinus,&c. Dehortantis,aut deterrentis:vt

At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor,

Ledæámque Helenã Troianas vexit ad vrbes. Paradigma,id eſt exẽplum:παραδειγμάτω,id eſt exemplifico.à παρὰ,id eſt iuxta:& δεῖγμα,ατος,id eſt ſignum:δειγματίζω,id eſt traduco,& ſigno oſtendo.Græci cum ει diphthõgo in prima ſyllaba.Hactenus ex Diomede & Donato pauculis figuris obiter inſertis. quæ deinceps ſcribentur,ex Mancinello & Nigro atque Quintiliano ſumpſimus. Nec tamen quicquid vſquam figurarum eſt,huc contulimus. id enim foret immenſum,parúmque vtile, authore Quintiliano in 9.Nec mirum,quum Apollodorus,vt Cælius ſcribit,teſte Fabio,incomprehenſibilia partis huius præcepta exiſtimauerit . itaque mecum præclare actum putabo , ſi poſt tantos viros non inutiliter hunc laborem obijſſe candidis lectoribus videbor.

MISCELLANEA RELIQVARVM FIGVRARVM declaratio.

MVlta figurarum deſcriptio nomina ſumit.

Deſcriptiones temporis,loci,generationis, pugnæ & plurium rerum à nonnullis inter figu

raſ numerantur, quarum declarationem proſa facilis enucleabit, cum ijs quas Niger in φράσεως, id eſt
Phraſis elocutionis ſpeciebus declarat. Eſt autem Phraſis, ſermo eloquens, totius ſententiæ ſignificationem o-
Chronographia ſtendens. Chronographia, eſt temporis deſcriptio: vt Vertitur interea cælum, & ruit oceano nox. Di-
citur à χρόνος, id eſt tempus: χρονικὸς, temporalis: & γράφω, id eſt ſcribo: γραφὴ, ſcriptura. Topogra
Topographia phia, eſt loci vera deſcriptio: vt Lucus in vrbe fuit media lætiſſimus vmbra.
Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama
Chorographia. Inſula. Dicitur à τόπος, id eſt locus: & γράφω. Vocatur etiã Chorographia à χῶρος, id eſt locus, per
ω ante r. Topotheſia, eſt loci ficta deſcriptio: vt Eſt in ſeceſſu longo locus, inſula portum
Topotheſia Efficit, &c. Nam hic portus nuſquã eſt in Aphrica, authore Seruio. Dicitur à τόπος, id eſt locus: & θέ-
AEtiologia σις, id eſt poſitio. Coſmographia, eſt mundi deſcriptio: à κόσμος, id eſt mundus. AEtiologia, eſt cau
ſæ redditio: vt Ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas. Dicitur ab αἰτία, pœnultima breui ſine aſpiratione, id
Ecbaſis eſt cauſa, ratio, accuſatio, confirmatio, culpa: & λόγος, ſermo. Ecbaſis eſt longus in deſcribendo excur
ſus: vt in deſcriptione tempeſtatis apud Virgilium in Georgicis. Interpretatur exitus, egreſſióque, aut
prouentus: ab ἐκβαίνω, id eſt euenio, egredior, prætereo. Vocatur etiam Parecbaſis, id eſt tranſgreſſio.
Antilogia Antilogia eſt verborum contradictio, aut refragratio: vt Aut vnquam tibi fiſtula cæra iuncta fuit.
Canchaſmos ἀντὶ, contra: λόγος, locutio: hoc eſt contradictio. Canchaſmos, eſt riſus ſolutus: vt ha ha he, apud co-
Apophaſis micos. Interpretatur cachinnus: à καγχάζω, & καγχαλόω, & καγχάω, id eſt cachinnor. Apophaſis, vel
apologia, eſt obiectorum reſponſio vel excuſatio: vt An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum? Apophaſis item, vt dicit Fabius in nono, eſt cuiuſ-
piam rei negatio, aut per tranſitum demonſtratio in hũc modum: Non agam tecum iure ſummo, non
dicam quod forſan obtinerem. Et, Quid ego iſtius decreta? quid rapinas? quid hæreditatum poſſeſſio-
nes datas? quid ereptas proferam? Et, Mitto illam primã libidinis iniuriam. Et, Ne illa quidẽ teſtimonia
recito, quæ dicta ſunt de ſeſtertijs ſeptingentis milibus, & poſſum dicere. Quibus generibus per totas
interim quæſtiones decurrimus. vt Cic. Hoc ego ſi ſic agerem, tanquam mihi crimen eſſet diluendum,
hoc pluribus dicerem. Hæc Fabius, aſſerens Apophaſim à negando dici. Nam ἀποφάσκω ſignificat ne-
gare: ἀποφαίνω, id eſt demonſtro, definio. hinc ἀπόφασις, εως, id eſt negatio, ſententia, demonſtratio:
Apologia ἀποφάσκω, id eſt nego, vel ſententiã dico. Apologia, id eſt defenſio & excuſatio. ab ἀπολογέω, id eſt
reſpondeo: ἀπολόγημα, ατος, id eſt excuſatio: ἀπολογέομαι, defendo, reſpondeo, purgo, excuſo.
Cacoethos Cacoethos eſt mali moris aut conſuetudinis deſcriptio: vt Exul ab octaua Marius bibit. Dicitur à κα
Catacriſis κὸς, id eſt malus: & ἦθος, mos. Catacriſis, eſt alicuius facinoris condemnatio vel iudicatio: vt
-tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi. Dicitur à κατὰ, id eſt per, & ſecundum: & κρίσις, id eſt iudicium, hoc eſt condemnatio.
Apotheoſis κατακρίνω, id eſt dãno: κατάκριτος, condẽnatus. Apotheoſis, eſt alicuius mortalis in deos relatio: vt
Candidus inſuetum miratur limen olympi. Interpretatur deificatio, cum ω in pœnultima. ἀποθεόω, id
eſt deifico, ab ἀπὸ præpoſitione variæ ſignificationis in compoſitione: & θεόω, deifico: θεὸς, id eſt deus.
Catalogus Malim dicere Apotheoſim diui Franciſci, quàm canonizationem cum vulgo. Catalogus eſt ſermo
rerum ordinem & numerum oſtendens: vt Tres ſumus imbelles numero ſine viribus, vxor,
Laertéſque ſenex, Telemachúſque puer. Catalogus eſt numeratio & delectus militũ: à καταλέγω,
Elogium id eſt numero. Elogium eſt alicuius rei teſtificatio, vel honoris, vel vituperationis gratia: vt Solonis ſa
Genealogia pientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolere, amicorum lachrymis vacare. Genealo-
gia eſt alicuius generationis deſcripta ſeries: vt Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus: Fauno Picus pater, iſque parentem
Te Saturne refert. Interpretatur ſermo de generatione. à γενεὰ, quod eſt generatio, genus, proge-
Genethliacõ nies: & λόγος. Genethliacon eſt natalis deſcriptio: vt apud Virgilium in Pollione, interpretatur nata-
litium, & poteſt flecti Genethliacus genethliaca genethliacum, id eſt natalitius. à γενέθλιον vel γενέ-
Monomachia θλη, id eſt genus, natiuitas: γενέθλια, celebritas natalitia, quæ fit in natali die. Monomachia eſt duo-
rum ſingulare certamen: vt Turni & AEneæ. à μόνος, id eſt ſolus: μονόμαχος, gladiator cum vnico pu
Naumachia gnans: μάχη, id eſt pugna. Hinc ναυμαχία, pugna naualis, aut ipſius deſcriptio, vt apud Liuium. γι-
Syllogiſmus γαντομαχία, id eſt gigantum pugna. Sic παιδομαχία, &c. Syllogiſmus eſt oratio cõſtans ex propo
ſitione, aſſumptione, & concluſione: -nanque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominẽ ſonat, ô dea certe. Interpretatur computatio, penſatio, συλλογή, ῆς, congrega-
Enthymema tio, collectio. συλλογίζω, computo, concludo. Enthymema eſt ex vnico aſſumpto concludens, éſtque
Syllogiſmus imperfectus: vt Licet vt volo viuere: Non ſum liberior Bruto? Adijcito propoſitionẽ, Syl-
logiſmus erit: ſic, An quiſquã eſt alius liber, niſi ducere vitam Cui licet, vt voluit? licet vt volo viuere:
non ſum Liberior Bruto? Argumentationes poeticæ non conſtituuntur ſecundũ normulas logico-
rum, ſed ex eis poſſunt elici ſecundũ canones logicos Syllogiſmi, Enthymemata, &c. vt ex dictis Perſij
verbis habetur hic Syllogiſmus in tertio modo primę figuræ, Omnis homo, cui licet viuere, vt vult, eſt
liber. Ego ſum homo, cui licet viuere vt volo: ergo ego ſum liber. Hæc ſine notitia logicæ perfecte no-
ſcet nemo. Enthymema interpretatur commentum & cogitatio. ἐνθυμέομαι, id eſt animaduerto,

conſydero, cogito, reminiſcor: ἐνθύμησις, pœnultima longa, cogitatio: ἐνθύμιον, id eſt caute excogitatum, & aſtutia, res quæ in animo verſatur. OEconomia eſt rei gubernandæ diſpenſatio: vt OEconomia
Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Dicitur OEconomia, lex domus. ab οἶκος, id eſt domus: & νόμος, id eſt lex: hoc eſt diſpenſatio domeſtica. οἰκονόμος, id eſt diſpenſator rei familiaris, villicus. Palilogia, eſt dictorum ornata replicatio: vt Arma viri, ferte arma. Interpretatur reiteratio vel duplicatio. Palilogos, iterum collectus. à πάλιν, id eſt iterum: λόγος, ſermo. Stratagema, eſt exemplum militare ſummo ſtudio imitandum: vt apud Liuium de Hannibale. Interpretatur geſtum militare & conſilium. ſcribitur Græce per κ ςρατήγημα: ſed in a longum ſæpe vertitur κ, vt machina, camus, &c. Ideo male corripitur in ſtratagema ſecunda ſyllaba à Mantuano & pluribus. ςρατηγία, id eſt militatio, prætura: ςρατηγὸς, imperator, dux exercitus. Paradoxon, eſt electa ſentẽtia: vt Quicquid erit, ſuperãda omnis fortuna ferendo eſt. Interpretatur admirabile, præter vulgi opinionẽ. vnde Paradoxa Ciceronis. à παρὰ, id eſt præter: & δόξα, maieſtas, gloria, opinio. Epauxeſis, eſt ſententiarum incrementum, ab imo ad ſuperiora conſurgens: vt Pompeium & hortari, & orare, & iam liberius accuſare, & monere, vt magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Trãſfertur magnum incrementum. ab ἐπὶ prępoſitione, quæ interdum auget: & αὔξησις, pœnultima longa, id eſt augmentum: αὔξη, ης, idem: αὐξητικὸς, auctiuus: αὔξω & αὐξάνω, id eſt augeo. Phiſiologia, eſt rei naturalis deſcriptio. Horatius,
Palilogia
Stratagema
Paradoxon
Epauxeſis
Auxeſis
Phiſiologia

Albus vt obſcuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus, nec parturit imbres
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiã, vitæq; labores. Intepretatur locutio de natura: à φύσις, ιος, id eſt natura: & λόγος, id eſt ſermo.

Epicherema eſt argumentum ratiocinatiuum. Verum hoc cum ſyllogiſmo & Enthymemate aliiſque pluribus inter figuras proprie numerandum non eſt: vt in nono Quintilianus innuit, licet non defuerint qui hæc omnia in figurarum contubernium admiſerint. Epicherema cum e longo ante τ, quia per ει diphthongon Græce ſcribitur, interpretatur conamẽ. ἐπιχειρέω, conor: ἐπιχείρησις, pœnultima longa, id eſt conatus. Problema eſt propoſitio interrogationem detinens annexam: vt apud Plutarchũ. Interpretatur propugnaculum, prætextus, propoſitio. Epiphonema eſt rei narratæ ſumma acclamatio: vt Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Tantum ſeries, iuncturáque pollet. Interpretatur acclamatio. ab ἐπιφωνέω, id eſt acclamo, inclamo. Niger annectit his tria carminum nomina, Epicedium, Epitaphium, & Epithalamium, quæ etſi propriè figuras non dixerimus, tamen cognationis nonnihil cum his obtinent. Eſtque eorum cum cæteris carminum nominibus cognitio vtiliſſima, ideo non pigebit ea annectere. Epicedium eſt carmen funebre, quod & Seruius in Bucolica teſtatur, & habetur cadauere nondum humato: vt Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant, &c. Dicitur ab ἐπὶ, id eſt in & ſuper: & κηδεία, pœnultima longa, id eſt funus & affinitas: κηδεύω, id eſt iuſta ſoluo, funus curo, affinis ſum, ad funus eo. Scribitur Græce κηδεία. In Nigro mendo ſe legitur Epiodium pro Epicedium. Epitaphium eſt carmen cadaueri ſepulto cantatum: vt
Epicherema
Problema
Epiphonema
Epicedium
Epitaphium

Daphnis ego in ſyluis, hinc vſque ad ſydera notus
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe. Dicitur ab ἐπὶ, & τάφος, id eſt ſepulchrũ: ταφὴ, ῆς, exequiæ, ſepultura. ταφεὺς diſſyllabũ, pollinctor. Epithalamium eſt carmen nuptiale: vt apud Catullũ, Claudianũ, & Auſonium. Dicitur ab ἐπὶ, & θάλαμος, id eſt geniale cubiculum. Protrepticon eſt carmen inſtructiuũ & adhortatiuũ: à προτρέπω, id eſt dirigo, exhortor: vt apud Auſonium de ſtudio puerili. Propempticon carmen vt comitetur quẽquam ſcriptum: vt apud Sidonium offendes. à προπέμπω, id eſt comitor, præmitto, cum pompa aſſequor. Epinicium carmen eſt de victoria cuiuſquam. ab ἐπὶ & νίκη, id eſt victoria: ἐπινίκιος, id eſt victorioſus. Epinicium carmen aut celebritas pro victoria habita. Talia ſunt, aut fingi è Græco fonte poſſunt carminum plurima nomina. Sed iam ſatis ſupérque euagati, ad monoſticha noſtra redeamus.
Epithalamiũ
Protrepticon
Propẽpticon
Epinicium

Inuenies verſum repetitum ſæpe decenter.

Epimone eſt eiuſdem verſus frequens repetitio: vt in ludicro Virgiliano,
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. Epimone vltimam ſolum producit: ideo hexametrũ non ingreditur. Interpretatur perſeuerantia, inſiſtentia, aſſiduitas. ἐπιμόνως aduerbium, id eſt conſtanter, corripit ſecundam ſine dubio, vt omnia compoſita ab ἐπὶ, ἐπιμονὴ: ab ἐπὶ, id eſt in, de, ſuper: & μονὴ, manſio. μόνιμος, id eſt ſtabilis. Verſus ſæpe repetitus vocatur intercalaris, ab intercalando, id eſt interponendo, vel interuacando: vt Dies intercalaris in Februario.
Epimone

Reſpondere ſolent ſcriptores obiiciendis.

Anthypophora eſt ad obiiciẽda reſpõſio: vt Sum pius, heu doleo: nam mihi ſæpe nocet. Poſſet quæri, Cur doles te pium eſſe? Huic tacitæ quæſtioni ſic occurritur: Nam mihi ſæpe nocet. Anthypophora eſt ſolutio: Hypophora nãque, obiectio dicitur. ab ἀντὶ, id eſt contra: & ὑποφορὰ, ſit Anthypopho-
Anthypophora

ra:quaſi contra obiectionem. Id autem ſolutio eſt. ὑποφέρω, id eſt ſuffero, ſubduco: ὑποφόρος, tributarius. Huic figuræ haud multum abſimilis eſt Proſapodoſis, quum aut ſingulis ſtatim ratio ſubijcitur. Vt eſt illud, Neque accuſatorē eum metuo, qui ſum innocens: neque cōpetitorem vereor, qui ſum Antonius: neque conſulem ſpero, qui eſt Cicero. Aut poſitis duobus vel tribus eodē ordine, ſingulis continua reddatur ratio. Quale apud Brutū de dictatura Cnei Pōpeij, Præſtat enim nemini imperare, q̄ alicui ſeruire: ſine illo enim viuere honeſte licet: cū hoc viuendi nulla cōditio. Dicitur à πρὸς, id eſt ad: & ἀπόδοσις, id eſt redditio: hoc eſt ad aliquid rationis redditio. Quintilianus in nono vix cenſet in figuris habendā Anthypophoram cum Diexodo & Aphodo.

Diexodos Diexodos eſt ab Ecbaſi ad principalem materiam tranſitus: hoc modo, Longius cuectus ſum, redeo ad propoſitum. Interpretatur decurſus & tranſitus. Mantuanus in primo Faſtorum, Sed quò mente vagor? video, mea longior æquo eſt Ecbaſis: ad ſancti feſtum redeamus Hylari.

Aphodon Aphodon Georgius Valla vocat dubitationē, licet Quintilianus diſtinguere videatur: vt Siue me malitiam, ſiue ſtultitiam dicere oportet. Quintilianus coniunctim ponit Diexodon Aphodon, vt ſit eadem figura veluti Hyſteron Proteron: ideo Vallæ vix hæreo. Significant autem Diexodos Aphodos, tranſitum & reditum, teſte Raphaele Regio, vt ſit tranſitus & reditus ab Ecbaſi ad priorem materiam: vtrunque componitur ab ὁδὸς, id eſt via.

Quas tibi declarat Syntaxis, non repetemus.

De Appoſitione, Euocatione, Conceptione, Prolepſi, Zeugmate, Antiptoſi, Syntheſi, & Synecdoche, quæ in Syntaxi dicta ſunt, haud operæpretium fuerit hîc repetere: ita illis ſuperſedendum cenſeó.

Idiophaſis Neque multum dicēdum de Idiophaſi & Allophyli, quum Idiophaſis ſit reciproca cōſtructio, quaſi propria locutio aut dictio. ab ἴδιος, id eſt propriꝰ: & φάσις, id eſt fama aut dictio: vt Ego me diligo, tu te, ille ſe.

Allophylis Allophylis, eſt conſtructio non reciproca: vt Diligo Paulum. Dicitur quaſi alterius generis. ex ἄλλο, id eſt aliud: & φῦλον cum y Græco, id eſt genus, gens, natio. Mancinellus figuras eſſe cenſet. Neutrum nomen eſt hexametro aptum, quia Idiophaſis tribrachum includit. Allophylis vero contra Mancinellum eſt Ditrochæus, quia tertiam ſyllabam producit, vt Pamphylia ſecundam.

Rem nimis vt notam ferimus nos ſæpe tacere.

Paraſiopeſis Paraſiopeſis eſt quum aliquid nos reticere dicimus, vtpote omnibus notum, aut cum ſuſpicionem excitare maiorem reticendo poſſumus. Quale eſt illud, In præſentia, Iudices, iniuſſu populi quæ improbiſſime geſſerit, reticebo. de falſis eius literis quas ad Senatum miſerit, nihil dicam. Quod illi ſæpe interminati eſtis, omittam. Nam & hæc vobis nota ſunt, & quæ nouiſſime multo indigniora commiſit, quamprimum cognoſcenda. Item illud, Cogis me iniuriæ tuæ cauſam proferre, nihil agis. Non dicam: ſed ipſum tempus eam patefaciet. Latine hæc figuta dicitur occupatio & præoccupatio. Paraſiopeſis pœnultima longa, vt Apoſiopeſis, in Cornucopiæ Perotti ſcribitur per ſecundam vocalem ante ſ. fit à παρὰ, id eſt apud, ab, præter: & σιώπησις, id eſt ſilentium.

Fingere perſonam res eſt percrebra poetæ.

Proſopopœia Proſopopœia eſt perſonæ fictio, quoties inanimatum ad animatum loquitur, aut contrà: vel animatū ad inanimatum, vel rationis expers. vt Ouidius ad librum, Parue nec inuideo, ſine me liber ibis in vrbē. Et Ouidiani libri, Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli. Horatius, Quid amplius ô mare & ô terra ardeo? Apud Ouidiū in Metamorphoſi, Terra loquitur, & Cornix, &c. Proſopopœia continet duos continuos iambos, ideo hexametrum non ingreditur. à πρόσωπον, per ω in ſecunda ſyllaba, id eſt

Ethopœia perſona: & ποιέω: id eſt facio, aut fingo. Hinc etiam & ab ἦθος, id eſt mos, fit Ethopœia, quæ eſt morum effictio: ſiue Mimeſis, id eſt imitatio. vt apud Terentium in Eunucho,

Aut ego neſciebam quorſum tu ires? paruola
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:

Mimeſis Soror eſt dicta: cupio abducere, vt reddam ſuis. Mimeſis, ne male pronunties, pœnultimam producit, quia Græcè ſcribitur per η μίμησις.

Laudatur verbi repetitio facta decenter.

Epanodos Epanodos eſt cum decore dictionis repetitio ſiue regreſſio, plerunque cum negatione & interdum ſine ea: vt Principum dignitas eſt pœne par: non par fortaſſe eorum qui ſequebantur. Item, Principatus bonus eſt: non bonus autem qui in tyrannidem commutatur. Item, Magnus eſt labor dicendi, magna eſt res. Item, Par eſt vobis, non eſt par mihi Iulius arte. Et vt Georgius Valla ait,

Compulerántque greges Corydon & Thyrſis in vnum:
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.

Epanodos proceleuſmaticus eſt hexametris cōtumax. Fit ab ἐπὶ & ἀνὰ, quæ coniuncta iterum vel retro indicant: & ὁδὸς, id eſt via, quaſi ad priorem viam regreſſio. Sunt qui Epanhodos aſpirant, vt hodos. alij citra flatum Epanodos, Periodos, Exodus, Synodus ſcribunt, vt Philippus Argyrippus, non Philhippus Argyrhippus, &c. Licet cōponantur ab ἵππος: de qua re aliàs plura dicemus, ſi mitiſſimus dominus noſter IESVS vitam dederit.

Virtutum vitiis interdum nomina dantur.

Paradiaſtole eſt quum rem noſtrā dilatamus interpretatione, vt cum Aſtutum ſapiētem vocamus,

Prodigum liberalem, Temerarium fortem. ſic cum Nigro Mancinellus. Componitur ex παρὰ, id eſt iuxta: & διαστολὴ, id eſt dilatio, vt Mancinellus ait. At Fabius in nono diſtinctionem transfert. Verba eius ſunt hæc, Detractionis gratia facta cõiunctio, συνοικείωσιν vocant, quæ duas res diuerſas colligat: Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet. Huic diuerſam volunt eſſe diſtinctionẽ, cui dãt nomen Paradiaſtolen, qua ſimilia diſcernuntur: Quum te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligẽtem. In hunc locum ſic ſcribit Raphael Regius, Synœcioſis aut Synœceoſis (nam ει diphthongus modo in i, modo in e longum vertitur) ex eo nomen accepit, quòd duo diuerſa ſimul habitare faciat, hoc eſt colligat aut coniungat. nam συνοικείωσις, cohabitatio dicitur. Paradiaſtole autem transfertur ſeiunctio, diuiſio, ſeparatio, diſtinctio. διαστέλλω, id eſt diſtingo. Hoc autẽ modo à Rutilio Lupo diffinitur, Paradiaſtole, eſt ſchema quod duas aut plures, quæ videntur vnam vim habere, ſententias diſiungit: & quantum diſtant, docet, ſuam cuique propriam ſententiã ſubiungendo in hunc modũ: nam quum cæterorũ opinionem fallere conaris, tu tete fruſtraris. Non enim probas te pro aſtuto, ſapientem intelligi: pro cõfidente, fortẽ: pro illiberali, diligentem: pro maleuolo, ſeuerũ. Nulſum eſt enim vitiũ, quo virtutis laude gloriari poſſis. Huic figuræ (inquit Fabius) cõtraria eſt ea, quæ ex vicinia trãſit ad diuerſa, aut ſimilia: Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio, &c. Georgius Valla Synœſim vocat, quã Quintilianus Synœceoſim. credo mẽdã eſſe in Valla. In Lexico Græco Synœceſis dicitur cohabitatio: Synœceo, cohabito, &c. Diaſtole (vnde Paradiaſtole) inter figuras à nonnullis ponitur, vt Hyphen: quanuis ad accentũ magis pertineãt. Itaque Diaſtole eſt diſtinctionis nota inter dictiones, ne putetur eſſe compoſitio. Hyphen eſt dictionum coniunctio, vt noſcatur eſſe cõpoſitio, vtque plura ſub vno accentu proferantur. vt apud Virgilium, teſte Seruio, O ſocij: neque enim ignari ſumus antè malorum. Et, Cæli ſubterlabentia ſigna. Dicitur ſubunio. ab ὑπὸ, id eſt ſub: & ἓν, id eſt vnum.

Synœceoſis — Paradiaſtole — Diaſtole — Hyphen

Hendiadyn facies, ſoluens in mobile fixum.

Hendiadys

Hendiadys figura eſt, quur reſoluitur ſubſtantiuum in adiectiuum: vt Chalybem frænóſque momordit. pro chalybæos frænos. Et, Pateris libamus & auro. id eſt pateris aureis, per Hendiadyn: quæ, vt Seruius docet in 2. Georg. Poetis figura eſt peculiaris. Oratores vix vnquam vtuntur. Interpretatur vnum per duo. ab ἓν, cum aſpiratione, id eſt vnum: & διὰ, per: & δύο, duo, quando vnum per duo dicitur, vt Annulum aurúmque geſto, pro annulum aureum.

Quando pati quod agit fero, contráve, Hypallage habetur.

Hypallage

Hypallage eſt figura, quum verba per diuerſum intelliguntur, quum quod patitur agere dicitur, aut contrà: vt Trade rati ventos. pro Trade ratem vẽtis. Hypallage dicitur ſubmutatio vel ſubalternatio. ex ὑπὸ, id eſt ſub: & ἀλλαγὴ, id eſt mutatio: ἀλλάττω, id eſt muto: ὑπαλλάττω, id eſt ſubmuto vel ſubalterno. Contrà corripui cum Auſonio, licet productio ſit melior, & longe frequentior.

Liptote erit, quoties plus ſignificans, minus aio.

Liptote

Liptote eſt figura qua minus dicimus quàm ſignificamus: vt Haud parum doctus. pro multum doctus. Munera nec ſperno dulcis amice tua. id eſt libenter accipio. Liptote, id eſt defectiua aut defectio. à λείπω, id eſt deficio vel linquo.

Antitheton fiet quoties contraria nectes.

Antitheton

Antitheton eſt figura qua contraria contrarijs opponuntur. Ouidius in primo Metamorph.
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis:
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus. Hæc (vt ait Fabius in 9) non vno fit modo. Nam & fit ſi ſingula ſingulis opponuntur, vt in eo quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis: Non noſtri ingenij, veſtri auxilij eſt. Et ſententia ſententijs: Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Cui cõmodiſſime ſubiungitur & ea ſpecies, quam diſtinctionem dicimus: Odit populus Romanus priuatam luxuriã, publicam magnificentiã diligit. Antitheto non abſimilis eſt Antimetabole, quæ eſt ex diuerſo mutatio, qua verba declinata repetuntur: hoc modo, Non vt edam viuo, ſed vt viuam edo. Author Fabius in 9. Georgius Valla Antimetaphoram vocat. Dicitur ab ἀντὶ, id eſt contra: & μεταβολὴ, id eſt tranſitus, quaſi in contrarium tranſitus. Antitheton, id eſt contra poſitũ. ab ἀντὶ, id eſt contra: & θετὸν, id eſt poſitum. Perſius, -crimina raſis
Librat in antithetis: doctas poſuiſſe figuras Laudatur.

Antimetabole

Quæſtio Erotema eſt inter numerata figuras.

Erotema

Erotema eſt interrogatio. Mancinellus inter figuras locat. Lucanus in primo,
Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inuiſis Latium præbere cruorem? ἐρωτάω, id eſt interrogo. Erotema vel Eroteſis pœnultima longa, id eſt interrogatio. ἐρωτηματικὸς, id eſt interrogatiuus.

Dicta prius declarat Epexegeſis aperte.

Epexegeſis

Epexegeſis eſt antedictorũ expoſitio vel declaratio: vt Tolle fuga Turnum, atque inſtãtibus eripe fatis. Dicitur ab ἐπὶ, id eſt ſupra: & ἐξήγησις, pœnultima longa cum antepœnultima, id eſt expoſitio. ἐξήγημα. i. expoſitio vel narratio: ἐξηγέομαι. i. præſum, & expono: ἐξηγητής. i. preceptor & expoſitor.

Emphaſis eſt ſenſus maior, quàm verba recludant.

Emphaſis Emphaſis eſt figura altiorem præbens intellectum, quàm quem verba per ſeipſa declarant. Author Quintilianus libro 8. cap. 3, Eius duæ ſunt ſpecies: Altera, quæ plus ſignificat q̃ dicit. Altera, quæ etiam id quod non dicit. Prior eſt apud Homerum, quum Menelaus Graios in equũ aſcendiſſe ait: nam verbo vno magnitudinem eius oſtendit. Et apud Virgilium, Demiſſum lapſi per funem. Nam ſic quoque altitudo demonſtrata eſt. Idem Cyclopa quum iacuiſſe dicit per antrũ, prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus eſt. Sequens poſitum eſt in voce, aut omnino ſuppreſſa, aut etiam abſciſſa. Supprimitur vox, vt fecit pro Ligario Cicero. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non eſſet, quantam tu per te, per te inquam, obtines: (intelligo quid loquor) tacuit enim illud quod nihilominus intelligitur, non deeſſe homines, qui ad crudelitatem eum impellerent. Virgilius in primo Georg. Emphaſim fecit, authore Seruio, dicens, -quum iam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ, & victum Dodona negaret. Significatur enim etiam id quod non dicit: hoc eſt non ſolum aliæ, ſed etiam ſacræ. Nam harum ſterilitas aliarum denotat infœcunditatem. Emphaſis interpretatur ſuſpicio, ſignificatio, demonſtratio, effigies: ἐμφανίζω, id eſt demonſtro, declaro: ἐμφαίνω, id eſt manifeſto. Niger Emphaſim vocat, quoties fixum pro mobili ponitur: vt ſcelus pro ſceleſtus, &c.

Quod nihil ad ſenſum facit, eſto Parelcon vbique.

Parelcon Parelcon eſt dictionis aut ſyllabæ nihil ad ſenſum facientis adiectio. Vt apud Terentium, Adeſdum, paucis te volo. Dum Parelcõ eſt, ſyllabica adiectio. Author Donatus. Sic Parelcõ eſt (ſibi) teſte Beroaldo in octauo Apuleij, In ſuo ſibi peruoluta ſanguine. Vt apud Terentiũ, Suo ſibi gladio hũc iugulo.

Peripleroma Dicitur à παρέλκω, id eſt produco, prolongo. Siquid metri tantum cauſa inculcatur, dicitur Peripleroma: vt Multum ille & terris iactatus & alto. Ille enim ſuperabundat, teſte Seruio. Interpretatur ſuperfluitas: à περὶ, id eſt vltra: & πλήρωμα, id eſt plenitudo, ſupplementum: πλήρωσις, id eſt perfectio: πληρόω, id eſt repleo, perficio.

Ob pulchram vocem quid factum, Euphonia fertur.

Euphonia Euphonia eſt mutatio quæpiã venuſtioris ſoni gratia: vt Tytides, pro Tydides: & redeo, pro reeo. Interpretatur bona vox, εὖ enim bonum indicat: φωνὴ, vox eſt. Quintilianus elegantius vocalitatem appellat, quàm Priſcianus bonam ſonoritatem. Euphonia, vt apud Horatium Symphonia, corripit pœnultimam: licet ea ſyllaba vt pluribus citra neceſſitatem abutatur Mancinellus.

Verſus ad abſentem dicetur Apoſtropha ſermo.

Apoſtrophe Apoſtrophe vel apoſtropha eſt ad abſentem ſermonis conuerſio: vt Te nunc appello Africane. Et, -nec te tua plurima Pantheu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit. Dicitur à Fabio in nono, auerſus ſermo ſiue auerſio. ἀποστρέφω, auerto. Apoſtrophe etiam odium ſignificat. Apoſtrophos eſt accentus quidam apud Græcos.

Dic Allœothetam contra artem quid variatum.

Allœotheta Allœotheta eſt accidentium cõtra artem mutatio: vt Generis, Numeri, Caſus, Perſonæ, Modi, Comparationis. Itaque continet ſub ſe Antiptoſim, Syntheſim, & plures figuras. Exempla Mãcinelli ſunt hæc: Pars in fruſta ſecant. Tu mihi quodcunque hoc regni. Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt.
Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis,
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. De quibus omnibus quid ſentiamus, ſatis in Syntaxi noſtra patet. Allœothetam Priſcianus libro 18. interpretatur variationem. ad verbum interpretatur aliter poſita, aut alia poſitio: ab ἄλλως, id eſt aliter: vel ἀλλοῖος, cum œ diphthongo, vt Græca literatura indicat: ἀλλοῖος, id eſt alius & varius atque diuerſus: ἀλλοιόω, id eſt permuto: ἀλλοίωσις, cum œ diphthongo ſequente o longo, id eſt mutatio, & (vt ita dixerim) alteratio. & à θετὸν, id eſt poſitum: θέσις, id eſt poſitio, quorum compoſita pœnultimam corripiunt omnia: vt Antitheton apud Perſium: Agonotheta, Epitheton, &c. Ideo tam Mancinellus quàm cæteri, quotquot hactenus figurarum nomina verſibus concluſere, duos Barbariſmos in hoc nomine fecerunt, peruerſe citra neceſſitatem ſecundam corripientes, & pœnultimam producentes.

Allœoſis Allœotheta dicitur alio nomine Allœoſis, quæ duo nomina in Georgio Valla rectiſſime cum œ diphthongo impreſſit Aldus, vir vtriuſque linguæ inſtaurator ſummus.

Solœcophanes Valla Allœothetam vocat alio nomine Solœcophanem, quaſi Solœcum ſiue Solœciſmum apparentem. à σόλοικος, & φαίνομαι, id eſt appareo. Vnde Amorem Phaneta vocauit Orpheus: quòd primus ex chao apparuerit. Hunc ſolem eſſe volunt nonnulli. φανίζω, id eſt appareo, oſtendo, manifeſto. Vocatur eadem figura Archaiſmos, id eſt antiquitas: ab ἀρχαῖος, id eſt antiquus, priſcus: licet imperitum vulgus putet Archaiſmon præpoſitionis tantum figuram eſſe. Mihi concinet quiſquis commentarios Donati, Seruij, Beroaldíque diligenter perlectitauerit.

Ars epiſtolica.

Eiuſdem Iohannis Deſpauterii

NINIVITAE GRAMMATICI DOCTISSIMI ARS Epiſtolica, & quid ſit Epiſtola.

Epiſtola.

EPISTOLA, eſt certa rerum noſtrarum nuntia, fidáque mentis noſtræ interpres, certiores abſentes faciens, ſiquid eſt, quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorũ interſit. Dicitur epiſtola etiam pluraliter tãtum literæ literarum, & apud poetas litera literæ ſingulariter.

Literæ

Litera etiam dicitur manus ſcribẽtis. Cicero ad Atticum, Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ, id eſt manus aut ſcripturæ. Item Literæ pluraliter etiam quæcunque ſcientiæ ſiue ſcripturæ dicuntur. Vnde ſacras literas & politiores literas, vocamus ſacram ſcripturam & ornatum ſermonem. Diminutiua ſunt literulæ & epiſtolium, vt ab elegia elegidium. Catullus ad Mallium,

Quòd mihi fortuna caſúque oppreſſus acerbo
Conſcriptũ hoc lachrymis mittis epiſtoliũ.

Cur binas literas dicimus, non duas, ſatis patet in Syntaxi.

Epiſtola

Epiſtola dicitur ab ἐπιστέλλω, id eſt mitto, ſignifico, mando, iubeo: quia ad aliquem mittitur epiſtola. Errauit in hoc Græciſmus, dicens Epiſtola ab ἐπί, id eſt ſupra: & ſtolon, id eſt miſſio: Fitque ſtolon tibi miſſio, ſicut epiſtola ſignat. Notauit hoc præcipuum Germaniæ decus, Henricus Bebelius. Literæ dicuntur à lituris quas patiuntur.

EPISTOLARVM GENERA SVNT TRIA, AVTHORE CICERONE.

Primum, quo facimus abſentes certiores, ſiquid eſt, quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorum interſit. Tales ſunt plurimæ Ciceronis & Plinij epiſtolæ, quas ad abſentes miſerunt: quia præſentes conuenire non poterant. Secundum genus ſeuerum & graue: vt de republica, aut philoſophia, &c. Tales ſunt epiſtolæ Senecæ & diui Pauli atque Hieronymi, &c. Tertium genus eſt iocoſum & familiare. Tales epiſtolæ ſunt multæ apud Ciceronem, Plinium, Philelphum, &c. Qui plura genera ponunt, delirant, teſte Sulpitio: quia his omnia continentur.

EPISTOLAE PARTES QVINQVE ESSE POSSVNT.

Salutatio, Exordium, Narratio, Petitio, & Cõcluſio. verum rariſſime omnes adhibẽtur: quia plerique quod volumus alium ſcire, ſine exordio & narratione oratoria ſcribimus. Ideo Bebelius iure negauit de exordio & narratione aut petitione in Arte epiſtolica diſceptandum eſſe. Ne tamen nihil dicam, Exordium eſt breuis oratio, quæ ſtatim nobis aut beneuolum, aut docilem, aut attẽtum comparat auditorem. Narratio eſt breuis, dilucida, & veriſimilis rerum geſtarum vel quaſi geſtarum ad cauſam pertinentium expoſitio. Petitio eſt verecunda officij, aut beneficij, aut veniæ imploratio. Plura de his non dicam: quia magis ad orationem pertinent: vt genera cauſarum, colores, &c. quæ ex nullo melius, quàm ex Cicerone diſcũtur. De ſalutatione & concluſione (ſine quibus rarò componuntur epiſtolæ) pluribus agendum eſt.

SALVTATIO eſt qua animus ſcribentis in eum, ad quem ſcribit, ſignificatur prima coniunctio: vt Cicero Terentiæ vxori ſalutem. Salutatio eſt triplex, Subaudita, breuis, plena.

Salutatio ſubaudita eſt, quoties properantes ſolo epitheto, ſiue adiectiuo beneuolentiæ aut maleuolentiæ animum noſtrum ſignificamus, hoc pacto: Suauiſſime fili. Nate dulciſſime. Parens optatiſſime. Amicorum integerrime. Vir nequiſſime, &c.

Breuis ſalutatio eſt qua ſuppreſſo noſtro nomine, eum ad quem ſcribimus, ſaluere iubemus, hoc modo: Salue vir optime. Salue decus meum. Non autem dicam præmiſſa ſalute, more indoctorum.

Plena ſalutatio eſt, quæ & ſcribentis, & eius, ad quem ſcribitur epiſtola, nomen continet. Cicero Attico S. P. D. Poteſt verbum ſubticeri. Cicero Attico S. Ne pluraliter ſalutes dicas: licet in ſacris legatur, nec ſpreuerit Marſilius. In ſalutatione ſcribentis nomen in nominatiuo locatur: eius ad quem ſcribimus in datiuo, & verbum in tertia perſona. Ideo non dices, Salutatio amicabilis ſcripta ad amicum meum, &c. Nec diuitias Midæ, loco ſalutis, more indoctorum.

Aſſentatio fugienda
Salutatio inepta

ANTE OMNIA cauendum ne in ſalutatione aſſentationis quicquam conſpiciatur. cuius rei exemplum hoc dat diſertiſſimus Eraſmus, Perſpicaciſſimo viro, candelabro aureo, ſeptem artium liberalium radianti, theologorum apici, lucernæ doctrina rutilanti, charitate flagranti, necnon myſteriorum diuinorum ſacrario, vtriuſque teſtamenti gazophylacio, atque omnium virtutum heroicarum & ethicarum ſpeculo lympidiſſimo domino meo, domino præceptori dominationis veſtræ diſcipulus & indignus ſeruulus ſalutes plures quàm continet æquor arenas. Hæc noua ac inaudita ſalutandi for-

ma doctiſſimo cuique incognita, tum demum nata eſt, vbi Theologi, electis oratoribus & grammaticis, ipſi ludum literariũ adminiſtrare cœperũt, omnem Gnatonis, Colacis, Gelaſini, Penuli, & quicquid vnquam paraſitorum fuit, artem longe antecedentes, teſte Deſiderio Eraſmo. In dicta ſalutatione præter odioſam prolixitatem, & ſputo dignam adulationem, hoc perquam vitioſum eſt, Domino, domino meo: quia dominus pro ſacerdote inepte ſumitur, & ineptius geminatur. Dominus certe non eſt honorificum nomen, ſed tyrãnicum, eóque ab Auguſto repudiatum, à fatuo Domitiano (qui etiam deus haberi voluit) acceptum. Profecto lenonem, cui mancipia ſunt, recte dominum dixeris. Nec minus vitioſum eſt iſtud, Reuerendo viro ingenuarum artium magiſtro, magiſtro Petro, &c. Scribito igitur ad ſacerdotem hoc pacto, Viro imprimis reuerendo Iohanni Puteano ſacerdoti, &c. Eruditiſſimo viro Petro ingenuarum artium doctori aut profeſſori, &c. Vni pluraliter non eſſe loquendum ex Syntaxi noſtra conſtat: ideo in ſalutatione dicta inepte dicebatur, dominationis veſtræ, pro tuæ.

Dominus

SCRIBENTIS nomen in ſalutatione veteres ſemper præpoſuere, quos imitabimur, etiam ſi minimus ad maximum ſcribat. Exempla ſunt in epiſtolis Ciceronis, Plinij, & cæterorum in quibus nomen ſcribentis ſemper præponitur: vt M. T. Cicero Cæſari Imperatori s. Marcus T. Cicero Pompeio Magno s. &c. Plautus Mneſilochus ſalutem dicit ſuo patri. Apud Gellium, Alexander rex Ariſtoteli s. Ariſtoteles Alexandro regi s. Alexander Iouis Hammonis filius Olympiadi matri s. Anacharſis Hammoni s. Sic inuenies, Apollonius Veſpaſiano regi s. Apud Liuium, Prætores Syracuſani Marcello ſuo ſalutem. Nuſquam aliter leges niſi bis paraſiticé. Gnato Terentianus, Parmenonem ſuum ſummum plurima ſalute impertit Gnato. Imperatori Domitiano Cæſari Auguſto Germanico Dacico Valerius Martialis s. Multo propenſiores ſumus ad mala, quàm ad bona imitanda. itaque omnes ferme Gnatonis & Martialis diſcipuli, quàm Ciceronis eſſe malumus. Nam Sulpitius, Baptiſta Mantuanus, Baptiſta Egnatius, Baptiſta Pius, & plures haud proletariæ literaturæ viri nomen eius, ad quem ſcripſerunt, in ſalutatione præpoſuêre, quoties ad principes viros ſcripſere. Ego cum hoc abuſu totis viribus pugnandum cenſeo, aut imitandos interdum doctiſſimos, ne arrogantiam nobilium offendant, ſic ſcribentes: Ad magnificum ac ornatiſſimum adoleſcentem D. Vldricum Roſenſem Boemum Philippi Beroaldi Bononienſis epiſtola.

Scribẽtis nomen in ſalutatione præponendum

IN SALVTATIONE ſi probatos audire volumus, proprio nomini dignitatis, aut magiſtratus, aut profeſſionis nomen poſtponetur: vt Hieronymus Damaſo papæ s. Cicero Pompeio procõſuli s. Veteres certe ſalutationi nulla epitheta admiſcebant: vt Lucius conſul Romanorum Ptolemæo regi s. Vbi notes ſcribentem poſſe citra arrogantiam dignitatis aut profeſſionis ſuæ nomen in ſalutatione ſcribere: vt Apollonius philoſophus Muſonio philoſopho s. Iohannes Pontanus Paulo artium liberalium doctori s. Fauſtus poeta regius, ac regineus Badio ſuo s. Solemus datiuum (ſuo) adijcere, quoties ad familiares, aut ſodales ſcribimus, quod Pliniano ſeculo maxime fieri cœpit: fecerunt etiam antea, ſed rarius: vt Plinius Calphurnio ſuo s. Auſonius Symmacho ſuo s. Erras (inquit Eraſmus) ſi te laudari putas, quum Epiſcopus ſcriberis aut Theologus. Profeſſionis iſta ſunt nomina, non gloriæ. Is demum te laudarit, qui bonum epiſcopum aut eruditum Theologum ſcriberet, id quod in ſalutatione non indocte fieri nequit. Concludit idem de hac re: ſic, Quòd ſi à veterum conſuetudine libebit aliquid innouare, tolerabitur nouitas, modo vitium abſit. id eſt ne vel prolixitate moleſta, vel aſſentatione paraſitica, vel affectatione moroſa ſit ſalutatio, ne peſſimũ ſit totius epiſtolæ omen, ſi ſtatim à vitio fecerit auſpicium.

Dignitatis nomen poſtponendum

Nouitas quatenus toleranda

SALVTATIO veterum talis ſemper erat, Cicero Lentulo s. Apelles pictor Liſippo ſtatuario s. &c. Cæterum licebit paululũ ab hac forma recedere, & ita ſalutare: Deſpauterius Bebelio ſuo multam ſalutem precatur, aut plurimam ſalutem optat. Salue multum optime Laurenti. Apollonius philoſophus Demetrio gaudium dicit. Deſpauterius Dorpium ſuum ſaluere iubet. Etiam atque etiam ſalue amicorum integerrime. Aue & ſalue præceptor optime. Eraſmus Fauſto poetæ regio fœliciter agere. Picus Politiano ſuo perpetuam optat incolumitatem. Saluere te iubeo, qui ipſe non ſalueo. Salutem tibi dico mi patrue, quam ipſe deſydero. Salutem ſolidam tibi tua Phyllis precatur: quam niſi tu dederis, nullã eſt habitura. Salutem is tibi mittit, qui ipſe perijt. Salua ſit tua paternitas. Salue animæ dimidium meæ. Salue meum præſidium, meum dulce decus, mea ſpes, mea voluptas, &c. Eiuſmodi formas ego cum doctiſſimo Eraſmo, vt inter familiares, & in leuioribus argumentis non vſquequaque damno, ita non magnopere probo.

Salutandi noua forma

CONCLVSIO eſt artificioſus orationis, aut epiſtolæ terminus, quo quod plurimũ optamus, aut dictum factúmve volumus, enuntiamus. Cicero fere hoc verbo (vale) epiſtolam claudit: cui rariſſime quid adijcit. Poſſumus & in hunc modum vale dicere: Vale mea Terentia. Vale, & me mutuiter ama. Vale mea lux. Vale nobiliſſime Haloine, ô præſidium, & dulce decus meum. Communem valetudinem fac cures. Cura vt valeas. Si tu recte vales, nos male valere non poterimus. Valetudini tuę, ſi quidem nos valere vis, omni cura inſerui. Vale, & bene age. Aueto. Hoc verbum finis epiſtolę eius eſt, quã ſcripſit Catilina Catulo apud Salluſtium in Catilinam. Vale, & me, vt facis, ama. Aueto, & me, vt cœpiſti, amare pergito. Vale literarũ decus. Etiam atque etiam cura vt valeas, nos pulchre valemus omnes. Valebis mi Cicero, nóſq; mutuo diliges. Vale, & viue beatus. Annectimus interim aliquid

Concluſio Valedictio

quod volumus animo eius, ad quem ſcribimus, vehementer inſidere. Etenim quæ nouiſſime dicuntur in diſceſſu, ea recentiſſime meminiſſe ſolemus: vt Vale mi Cicero: & hoc vnum memento, te inter venena viuere. Vale: valebis autem, ſi philoſophiam amplecteris. Vale: & vbicunque eris, mortalem te cogita. Vale noſtri memor. Vale: & nominis immortalitati mi frater incumbe. Sunt qui in hunc modum (Vale) dicant: Incolumem te conſeruet immortalis deus. Humanitatem tuam fœliciter agere precor. Præſtantiſſimam tuam, florentem & incolumem tueatur deus clementiam. Sanctitatem tuam in omni proſperitate confirmet propitius IESVS. Vt eiuſmodi concluſiones facile tolero, ita illas appendices male aſſutas, & ad rem epiſtolæ minime attinentes non fero. Vale in eum qui vaſtum cingit fluctibus orbem. Valentē te tueatur, qui mare & terras varijs temperat influentijs, & cæteras hoc genus nænias.

Concluſioni vt honeſte aliquid addit

SI POST concluſionem aliquid neglectum ſuccurrat, poterit honeſte addi: quinimo ex induſtria interdum eleganter aliquid neglectum fingemus in mentem venire: hoc pacto, Vale: at heus tu propemodum præterieram, quod in primis dictum oportuit. Vale: ſed deum immortalem quàm pœne exciderat, quod neutiquam præteritum oportuit. Vale: iam parabam epiſtolam obſignare, ſed præter otium obtigit, libet etiam diutius tecum garrire. Vale: ſed iam percommodè in mentem incidit. Vale: at nunc demum occurrit quod primo loco ſcriptum oportuit. Vale: pœne ſero ſoceri tui recordabar. Vale: iam ceræ annulum admoueram: mirum quàm pœne me fugerit. Vale: ſed mane dum, de fratre nunc denique ſuccurrebat. Vale: ſed prius quàm obſignem epiſtolam, hoc addam. Vale: iam epiſtolam complicabam, dum ecce mihi de filia tua ſuccurrit. Vale: ſed heus fili chariſſime, ſunt & quæ mater ad te mittit munuſcula ab hoc tabellario expetenda, &c. Huiuſmodi formæ (inquit Eraſmus) non hoc tantum loco, verumetiam paſſim gratiam habent, ſiquid Fabio credimus. Badius ait, Si tamen ad virum grauitate præſtantem ſcripſero, vix audeam ſic reuocare: At heus tu, ſed potius da veniam, virorum optime, ſi tuam dignitatem iterum conuenio: pœne id dicere neglexeram, &c. Si plura adiecerimus, dicemus, Iterum Vale.

Salutari nomine noſtro quo modo aliū iubemus

SI CVPIAS aut tuo, aut alterius nomine quempiam ſalutari, id ante (Vale) ſic facies: Fratrē tuum verbis meis ſalutato. Vale. Atticæ noſtræ meis verbis multam ſalutem dicito. Cicero verbum (dicito) ſubaudit: vt Atticæ & Pyliæ ſalutem. Vale. Atticam meo nomine vehementer ſaluere iubebis. Atticæ ex me plurimam ſalutem dices. Atticam mea cauſa ſalutabis. Officioſè familiam omnem per te meis verbis ſalutatam volo. Atticæ per me multam optabis ſalutem. Iuſſit tibi aſcribi Attica plurimam ſalutem. Antonius meíque omnes meis verbis multam tibi ſalutem annuntiant. Terentia multam tibi ſalutem impertit. Badius ait, Salute quenquam impertire, apte dicemus, ſi talem conſueuerimus, qui alios faciat ſalutis participes, quū ipſe ſit multo beatior. At cliens non dicet ſe patrono ſuo ſalutem impertire, ſed ipſi ſalutem aut fœlicitatem optare. Nam in comico, quum Gnato Parmenonem ſalute impertit, ſuperiorem ſe ſignificat per paraſiticam petulantiam. Sic autem ſcribimus, Attica, quam tuis verbis dixi, ſalutem libenter accepit: teque viciſſim per meas literas ſaluere iuſſit. Tuam ſalutem libenter Attica accepit: ſuam remittit. Attica ſalutem, quam ei tuis verbis nuntiaui, totidem verbis remittit. Attica per me tuo nomine ſalutata, ſuis verbis vt te diligenter ſalutarem iuſſit. Atticæ tuis verbis ſalutem ſcripſi: ea ſuis verbis reſcribi tibi multam ſalutem iuſſit.

Clauſulæ elegantiores ex Plinio

OPTIMVM fuerit ante concluſionem ponere dictum inſigne, pondus votorum continens. poſt quod addere licet, Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri. Hæc dicta volui. Tantum eſt quod te ignorare nolui. Dicta inſignia ſiue clauſulas elegantiores apud Plinium præcipue inuenies rē quo excerpſit doctiſſimus Badius noſter quæ ſequuntur.

Scio quem animum, quod hortor ingeniū: tu modo enitere vt tibiipſi ſis tanti, quanti videberis alijs, ſi tibi fueris. Vale.

Hæc tibi ſcripſi: quia æquum erat te pro amore mutuo, nō ſolum omnia mea facta dictáque, verumetiam conſilia cognoſcere. Vale.

Obſequor conſilio tuo, cuius mihi authoritas pro ratione ſufficit. Vale.

Satius enim eſt, vt Attilius noſter eruditiſſime ſimul & facetiſſime dixit otioſum eſſe, quàm nihil agere. Vale.

Voluptatem percipio, ſi ea quæ mihi denegantur, amicis video ſupereſſe. Vale.

Serio peto: fac ſciam quid agas: quod ſine ſolicitudine ſumma neſcire non poſſum. Vale.

Vt in cæteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, ſi repoſcatur. Vale.

Neque enim magis decorum & inſigne eſt, ſtatuam in foro populi Romani habere quàm ponere. Vale.

De ſertis venalibus melius auribus quàm oculis iudicatur. Vale.

Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil queris. Vale.

Sed iam finem faciam, ne modum quem etiam orationi adhibēdum puto, in epiſtola excedam. Vale.

Igitur memento nihil magis eſſe vitādum, quàm iſtam luxuriæ & ſordium pronam ſocietatem: quæ cum ſint turpiſſima, diſcreta ac ſeparata, turpius iunguntur. Vale.

Sumus ſolito rariores: quod initium eſt gradatim deſinendi velle. Vale.

Oſtende modo velle te: nec deerunt qui quod tu velis, cupiant. Vale.

In ſumma niſi æque longam epiſtolam reddis,non eſt quod poſtea niſi breuiſſimam expectes. Vale.

Rogat enim,& quidem efficaciſſime,qui reddit cauſas rogandi. Vale.

Habent hunc finem aſſiduæ querelæ,quòd queri pudet. Vale.

Trade filium præceptori: à quo mores primùm, mox elegantiam diſcat: quæ malè ſine moribus diſcitur. Vale.

Hic erit finis epiſtolæ:literam non addam,etiam ſi aliquid adhuc præterijſſe me ſenſero. Vale.

Neque enim ij ſumus,quos vituperare ne inimici quidem poſſint,niſi & ſimul laudent. Vale.

Illa annota,quæ putaueris corrigenda:ita enim magis credam cætera tibi placere, ſi quædam diſplicuiſſe cognouero. Vale.

Dedit mihi quantum maxime potuit:daturus amplius ſi potuiſſet. Tametſi quid homini poteſt dari maius quàm gloria & laudis æternitas? Vale.

Neſcis quo pacto,vel magis homines iuuat gloria lata quàm magna? Vale.

Vt in corporibus,ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus,qui à capite diffunditur. Vale.

Dum ſuppetit vita,enitamur vt mors quàm pauciſſima,quæ abolere poſſit,inueniat. Vale.

Hortor vt quàm plurima proferas, quæ imitari plures concupiſcant, nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

Neſcit ſemel incitata liberalitas ſtare,cuius pulchritudinem vſus ipſe commendat. Vale.

Aliud eſt epiſtolam,aliud hiſtoriam,aliud amico,aliud omnibus ſcribere. Vale.

Neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio pariter etiam,commendatórque contingat. Vale.

Dices optare me tuis rebus,vt meis,vti etiam. Sed perinde illis ac meis parco. Vale.

Cum multis & ſæpe tractandum eſt quod placere & ſemper & omnibus cupias. Vale.

Nequando filium durius acerbiúſque tractes:memineris te hominem eſſe & hominis patrem. Vale.

Nihil eſt aut pigrius delicatis,aut curioſius otioſis. Vale. Hæc ex Plinio:apud quem multa id genus alia inuenies. Hactenus de partibus epiſtolarum. Nunc de earum comitibus agendum,& ſubſcriptione & ſuperſcriptione.

DE SVBSCRIPTIONE.

Subſcriptio

SVBSCRIPTIO,eſt modeſta notificatio ſcribentis cum loci,temporis, ac meritorum eius ſpecificatione poſt(vale)ſub calce epiſtolæ poſita:vt Vale. Lutetiæ, ex collegio Montiſacuti. Deinde in poſtrema parte modeſtiæ,aut ſui commendandi gratia, adijci ſolet, Idem tibi deditiſſimus alumnus. Tui obſeruantiſſimus cliens. Pro hoc ne dicas Seruitor.

Loci ſignatio

LOCVS exprimitur per rectoris carentiam in genitiuo, vel datiuo, vel ablatiuo, aut cum præpoſitionibus per regimen: vt Datum Romæ,Scriptum Lugduni. ſed datum & ſcriptum venuſtius ſubaudiuntur. Vale. Ex officina noſtra literaria. Vale Gandaui,aut Gādauo,aut ex vrbe Gandauo. Vale. Gandaui,ſcilicet ſcripta eſt hæc epiſtola. Vale. Gandauo,id eſt ab eo oppido mittitur hæc epiſtola. Cicero libro ſexto ad Atticū,Equotutio & Brunduſio datas. id eſt ab his oppidis miſſas. Idem libro nono ad Atticum,Roma ſcripſit Balbus. Vale. Bergis è cubiculo noſtro,à cœna,è caupona,ad lunam,&c. Vale. ruri,aut rure,aut è rure,&c.

Temporis ſignatio

TEMPVS exprimitur in ablatiuo:quia ſignificare volumus quādo epiſtola eſt ſcripta:vt Vale. Gandaui,Calēdis Ianuarij,anno à natali Chriſtiano ſeſquimilleſimo decimotertio. Vale. tertio Nonas Martias,vel ad tertium Nonas Martias,ſine diſcrimine: licet ſint qui velint per accuſatiuum tempus incertum ſignificari,vt capiatur Ad pro circiter. ſed hos falli credo non ſolum propter Eraſmum & Clichthoueum mihi concinentes : ſed multo magis propter authoritatem Plinij libro quarto naturalis hiſt. cap. 5. dicentis, Diua Angerona,cui ſacrificatur ad diem duodecimum Calendarum Ianuarij, ore obligato obſignatóque ſimulacrum habet. id eſt die duodecimo Calend. Ianuarij: non autem circiter eum diem. Nunquid Plinius neſciuit quoto die ſacrificabatur Angeronæ? Si de tempore ambigetur, hoc modo ſcribes, Anno circiter nonageſimo: Circiter Calendas Martias: Ad annos circiter nonaginta: Ad annos ferme nonaginta. Nota Plinium dixiſſe ad diem duodecimum Calendarum:quem loquendi modum rariſſime inuenies:quia(die)melius ſubauditur:vt Tertio Calendas Maij. id eſt tertio die ante Calendas. ita declarato reliqua. Nec dices, Prima aut primo die Ianuarij,&c. more indoctorum:ſed loquēris per Calendas, Nonas, Idúſque. Semel tātum apud Ciceronem libro duodecimo ad Atticum, Tuæ literæ mihi redditæ ſunt tertiodecimo die: nec tamen damnauero ſiquis ita ſcripſerit, Pridie natalia diuæ Virginis. Poſtridie natalem diui Iohannis. verum nullo modo melius quàm per Calendas, Nonas, Idúſque ſcripſeris.

DIES menſis cuiuſque ſunt triplices, Calendæ, Nonæ, Idus. Calendæ primus dies menſis eſt. Calendæ

Nonæ ſeptimus dies menſis eſt in Martio, Maio, Iulio, Octobri. in alijs ſemper quintus dies eſt. Nonæ

Idus quintuſdecimus dies eſt in Martio, Maio, Iulio, Octobri. in reliquis ſemper tertiuſdecimus. Idus

hos ergo dies in ablatiuo ſignabis hoc pacto, Accepimus tuas literas Calendis Ianuarij, Februarij, &c. id eſt primo die eius menſis. Duxi vxorem Nonis Martij, Maij, Iulij, Octobris. id eſt ſeptimo die illius menſis. Filius meus natus eſt Nonis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Auguſti, Septembris, No-

uembris, Decembris. id eſt quinto die eius menſis. Celebraui, aut obtuli deo primitias ſacerdotij mei Idibus Martij, Maij, Iulij, Octobris. id eſt decimoquinto die eius menſis. Pater meus, cuius miſereatur deus, obijt Idibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Septembris, Nouembris, Decembris. id eſt decimotertio die illius menſis. & licet declarem primo die, quinto die, &c. nollem ſic ſcribere, aut loqui: quia non eſt doctiſſimorum vſus. Multa declarationis gratia dicuntur, alioqui intolerabilia. Recte etiam dicimus, teſte Eraſmo, Scripſi ad te die Calendarũ, Nonarum, Iduum Ianuarij. pro Scripſi ad te Calendis, &c.

Dies medij inter Calendas, Nonas, Idus, ab his nominantur, à ſequentibus quidem, non præcedentibus: vt Dies inter Calẽdas & Nonas, à Nonis nomen mutuãtur. Dies inter Nonas & Idus, ab Idibus. Dies inter Idus & Calendas alterius menſis, nominantur à ſequentibus Calendis. Ergo videto diligenter quotus dies ſit ante Calendas, aut Nonas, aut Idus, quem ſignare vis: & accipe numerum ordinalem cum accuſatiuo Calendas, Nonas, vel Idus: & aſcendendo numerato, vt ipſe dies Calendarum, aut Nonarum, vel Iduum ſit primus: deinde aſcendendo inuenies ſecũdum, tertium, quartum, &c. ſed pro ſecundo vbique dicimus pridie: quia ſecundus dicitur à ſequẽdo, & ita ſi diceremus Secũdo Calendas, ſignificari videretur dies ſequens Calendas, &c. quod verum non eſt. Sumamus exemplum in Ianuario, Aprili, &c. IIII. Non. III. Non. Pridie Non. id eſt ſecundo, tertio, quarto die. Nonis, id eſt quinto die hinc. VIII. VII. VI. V. IIII. III. Pridie Idus. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. die, Idibus. XIII. die. Hic vide quot dies reſtant, & numera aſcendendo, vt ſit primus dies ſequentis menſis, & vltimus dies, in quo es, ſecundus. inde aſcendendo die III. IIII. V. &c. vt in Ianuario, poſt Idus dices XIX. Calendas Februarij. XVIII. XVII. XVI. XV. XIIII. XIII. XII. XI. X. IX. VIII. VII. VI. V. IIII. III. Pridie Calendarũ, id eſt die Ianuarij XIIII. XV. XVI. &c. Oſtendantur pueris hæc per ſingulos menſes in Calendario, vt facilius memoriæ mandentur: ſubiectos hîc verſiculos ediſcite licet rudiuſculos, & vix bonos: Iunius, Aprilis, Septémque, Nouémque tricenos.
Vnum plus reliquis Februus tenet octo vicenos.
Sed ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus.
Principium menſis cuiuſque vocato Calendas.
Maius ſex Nonas, October, Iulius & Mars:
Quattuor at reliqui. Tenet Idus quilibet octo:
Poſt quas, quot reſtant luces, numerato Calendas:
Atque diem primum menſis ſuperadde ſequentis.

Nomina menſium eleganter adiectiue ſumuntur: vt Tertio Calendas Ianuarias, Februarias, Martias, Apriles, Maias, Iunias, Iulias aut Quintiles, Auguſtas aut Sextiles, Septembres, &c. Quarto Calendas cur potius dicamus quàm quarta, ratio præcipua eſt, authorum bonorum vſus: quia licet dies ſæpius maſculinè tẽpus certum ſignificet: tamen etiam fœmininè. Iuſtin. lib. 11, Sanitatem quarta die recepit. Idem 13, Ea die qua natus eſt. Liuius lib. 3, Craſtina die armati ad lacũ Regillũ aſſitis. Et libro quarto, Die octaua, quàm creatus erat, magiſtratu ſe abdicauit. Cicero de lege Agraria, Quales vos hodierna die maxima concione mihi pro ſalute veſtra præbuiſtis. Et primo de natura deorum, Deliberandi cauſa ſibi vnam diem poſtulauit.

Superſcriptio

SVPERSCRIPTIO eſt exterior ſuper epiſtolam ſcriptio, nomen, merita, locúmque eius continens, ad quem ſcribimus, in hunc modum: Gandaui apud ædem diui Petri. ſubauditur, detur hæc epiſtola, Gandaui ſcilicet habitanti, &c. Poſſes dicere Gandauum, vt ſubaudiatur portetur.

Apud veteres (vt dixi) dignitatis officiíque nomen ſemper poſtponitur: vt Cæſari Imperatori, &c. nunc aſſentatio fecit vt præferatur: ſic, Ornatiſſimo viro magiſtro Petro, &c. in quam remis velíſque pugnare decet, authore Eraſmo. Badius autem ſic ait, Sunt qui nomen proprium ante officij, aut dignitatis præconia ponendum cenſeant, quod in ſuperſcriptionibus quidem modeſtiæ gratia obſeruamus, vt Sixtus dei gratia ſeruus ſeruorum dei. Ludouicus prouidentia diuina Francorum rex. ſed in ſuperſcriptionibus, ſi officia & merita præpolleant, anteponenda cenſeam: vt Inuictiſſimo atque Chriſtianiſſimo Francorum Regi Ludouico duodecimo. Hæc Badius optime de iuuenibus ſenibúſque meritus. Tam vero proprium nomen, quàm eius epitheta in dandi caſu poni ſolent: quia ſubauditur, dentur hæ literæ. licet etiam dicere, Ad magnificum Equitem auratum. ſcilicet mittuntur hæ literæ. Locus ſignatur per carentiam rectoris in genitiuo, datiuo, vel ablatiuo: vt Romæ ad ædem diui Petri. Aut in accuſatiuo, Romam: & tunc ſubauditur, mittuntur hæ literæ. Sic, Studioſo adoleſcentulo Parrhiſijs bonis literis inſudanti. Probo negotiatori Brugis agenti, &c. Nunc de epithetis agendum eſt, quæ quum vbique, tum in ſuperſcriptionibus maxime locum habent.

Officij & dignitatis nomen anteponendum.

DE EPITHETIS.

Epithetum

EPITHETVM (quod appoſitum vocat Fabius) eſt adiectiuum, vel loco adiectiui aliquid, quod aut diſcretionis, aut proprietatis, aut ornatus gratia cuiquam adijcitur: vt Doctus, almus, prudens, &c. Ea quemadmodum ſuperſcriptionibus adhibentur, ex Sulpitio collegit Badius noſter in hunc modum.

SVMMO Pontifici aſcribenda epitheta.

Sanctiſſimo diui Petri ſucceſſori. Summo Romanorum Pontifici. Reuerentia, omníque obſeruantia digniſſimo Papæ, Antiſtitíque Romanorum maximo. Sanctiſſimo CHRISTI in terris vicario. Sūmo vigilantiſſimóque Chriſtiani gregis paſtori.

IMPERATORIBVS APTA.

Diuo atque inuictiſſimo Romanorum Imperatori. Fœliciſſimo totius orbis moderatori. Fauſtiſſimo rerum potitori. Incomparabili orbis monarchæ diuo Cæſari, ſempérque Auguſto. Togatorum principi inclytiſſimo. Totius orbis triumphatori, &c.

CARDINALIBVS APPONENDA.

In primis reuerendo Cardinalíque preſbytero. Sanctiſſimo Archipræſuli, ac firmiſſimo Romanorū Pontificatus Cardinali. Summa obſeruantia digniſſimo Romanorum Pontificatus Cardinali. Multa reuerentia digno, Romaníque Pontificis Cardineo.

REGI ADDICENDA.

Inuictiſſimo Romanorum Regi. Magnanimo triumphatori: &, Chriſtianiſſimo Francorum Regi. Clementiſſimo Hiſpanorum Rectori, ſceptriferóque Principi ac Regi. Excellentiſſimo, ſummáque virtute prædito Pannonum Regi, &c. quæ ipſe effingas.

ARCHIEPISCOPO & Epiſcopo conuenientia.

In primis ſancto patri & primatus Lugdunenſis Archiepiſcopo. Reuerendo admodum in CHRISTO patri Antiſtiti, & Neruiorum Tornatorúmve præſuli. Sanctiſſimo præſuli & inclyto Leodiorum Epiſcopo. Vigilantiſſimè gregi ſuo ſuperintendenti Cameracenſium Epiſcopo.

ARCHIDVCI (quando ita receptum) Ducíque congrua.

Clariſſimo atque inuictiſſimo Archiduci. Inclytiſſimo bellatori, & inuictiſſimo ſuorum ductori. Generoſiſſimo atque eidem ſplendidiſſimo Duci. In primis ſtrenuo, ac præter cæteros fortunato, horum aut illorum Duci.

ABBATI & cæteris eccleſiæ primatibus applicanda.

Reuerendo patri. Obſeruādo cum primis Archipreſbytero. Religioſiſſimo viro eccleſiæ N. Archidiacono. Vigilantiſſimo gregis dominici paſtori. Magiſtro eccleſiæ N. Curioni. Eximio conuentus Carmelitarum præſidi. Obſeruantiſſimo diuinæ legis inter minores patri. Diſertiſſimo fratrum prædicatorum concionatori, &c.

COMITIBVS Equitibúſque auratis debita.

Fideliſſimo Imperatoriæ maieſtatis Comiti. Inclytiſſimo Flādrini Comitatus principi. In primis ſtrenuo bellatori, Equitíque aurato. Aureo cingulo inſignito, ſummáque virtute prædito, nec minus fœlici in bellis gerendis Equiti. Alto loco nato, cları́ſque natalibus perſpicuo Equiti. Forti admodū Equiti, & in primis ſtrenuo, &c.

RELIGIOSIS & doctoribus quadrantia.

Venerabili patri. Viro religioſo admodū, & in primis colendo. Multa ſanctitate conſpicuo. Summa caſtimonia claro. Excellenti abſtinentia ornato. Summa religione prædito. Viro diſertiſſimo doctorum Antiſtiti. Eloquij Romanorum principi, Iuriſconſultiſſimo. Medico peritiſſimo. Apollineæ artis expertiſſimo. Diuinarum literarum interpreti perfectiſſimo. Diuinæ paginæ profeſſori eximio. Doctiſſimo bonarum artium doctori, &c.

IVDICI & præfectis vrbium accommodanda.

Incorruptiſſimo iuris adminiſtratori. Sanctiſſimo legum executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantiſſimo vrbis præfecto. Diligēti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morum cenſori. Iuſtiſſimo ædili. Æquiſſimo iudici. Inuiolabili iuſtitiæ præſidi. Fori totius ſplendori, &c.

CIVIBVS & negotiatoribus cæteriſque bonis idonea.

Splendido ciui. Prudētiſſimo viro. Optimo laudatóque admodum negotiatori. Mercuriali viro probiſſimo. Negotiatorum optimo. Diligenti operario. Solerti opifici. Probo mercatori. Studioſo ſcholaſtico. Ingenuo adoleſcenti. Spectatæ indolis puero, &c.

Matronæ plerunque habebunt virorum epitheta genere tantum immutato.

EPITHETIS diligenter ſtudendum eſt, ſpectandúmque magna cura eſt quæ cuiuſque hominis ſint partes, quæq; à quib9 virtutes expectētur, vt hinc vnicuique appoſita epitheta tribuamus, ne quæ ſolum alijs congruunt, in alios transferamus. Pro ſua quenque dignitate laudemus, nullum falſò extollamus: veluti ne ineruditum ſacerdotem cumprimis doctum aut diſertiſſimum, aut muſarum delicias dixeris: ne auarum vel parcum in notos liberalem. Indoctū theologum grauiſſimum potius quàm diuinæ paginæ ſcientiſſimum nuncupabis. Et ſupinum præſulem quiduis potius quàm vigilantem, & quem concubina gaudere noſti, ne inſignis caſtitatis virum prædices: nam quiſque ſibi conſcius hæc in contumeliam trahit, non aliter, quàm ſi deformem ſenem formoſam puellam appelles. Præterea fugiendæ ſunt compellationes laſciuæ, & quaſi calamiſtratæ & picturatæ, animi leuitatem indicantes: veluti purpureis literarum floſculis, gemmíſque decorato. Suauiſſimo lepore pegaſidum affluenti. Nitido ſcientiæ cingulo inſignito. Epithetorum ſeruitus

FVGIENDA eſt, teſte Eraſmo, infœlicitas eorum qui ſe certis quibuſdam vocibus alligant, quias magna ſuperſtitione immutari, aut verſo proferri ordine piaculum putant: vt Pontificem ſummum, Sanctiſſimum patrem tantum dicamus, Epiſcopum reuerendum, Abbatem venerabilē, Regem Chriſtianiſſimū, Ducem illuſtrem, Comitē generoſum. Neque fas eſſe hæc inter ſe commntari. Ego miſerrimum puto ſeruire vocabulis. Quid enim ſi Regem pro patriæ ſalute ſeſe periculis obijcientē pientiſſimum dixero, ridebit in craſſo Vulfernius ore? Quid ſi ſummū Pontificem, Optimū maximum paſtorem nō optime dixero? At iſti aliud dominus Petrus, & Petrus dominus: magiſter noſter, & noſter magiſter, eſſe volunt: déque his tricis doctiſſimi, ſcilicet homines ſudantes diſputant.

Epithetis varié vtendum

Ergo omiſſis indoctorum nugis, varie pro materia vtemur epithetis: veluti Principem à quo muneris quippiam coneris auferre, cuíve accepto munere gratias agas, intempeſtiue fortiſſimum inuictiſſimúmque appellaueris, rectius munificētiſſimum aut benigniſſimum nominaturus. Ignoſces primo errori Dux mitiſſime. Patere te exorari clementiſſime Cæſar. Turcarum vim à Chriſtianorum humeris depelle Rex inuicte. Reſtitue per calumniam oppreſſum æquiſſime iudex. In bonam partem accipias vir humaniſſime. Non meum eſt tibi conſilium impertiri vir prudentiſſime. In huiuſmodi orationis genere nō ſunt ſpecioſa epitheta, ſed argumenti pondus obtinent.

Venerabilis

Quod autem dicunt Abbatem demum venerabilem dici, falſum eſt: quia ſummi Principes recte venerabiles dicuntur, vt docet Bebelius optime de lingua Latina meritus. Leo papa epiſtola prima ſuorum ſermonū, Promiſiſſe me memini venerabilis Imperator. Cornelius Tacitus, Veſpaſianus venerabilis ſenex. Idem ex epiſtolis diui Ambroſij oſtendit etiam Imperatorem recte Chriſtianiſſimum dici.

Serenus

Serenum de homine dici apud doctos non inueni, ſed bene ſerenam frontem. Ideo Pſeudocurtium non imitabor dicentem, Vitiorum virtus comes non eſt ſereniſſime Princeps. Doctiſſimi viri Nebriſſenſis & Bebelius mihi concinunt.

Optimus Maximus

Optimus maximus proprie in Reges, Principes, & ſummos Pōtifices conuenit à Ioue mutuò ſumptum. abeſt autem coniunctio. Liuius lib. 7, Iouis optimi maximi templum.

Epithetorū trāſfiguratio

TRANSFIGVRANTVR epitheta feſtiuiter in ſubſtantiua, vicémque pronominis obtinent. quę res ad faſtum nobilium, ditiúmque euitandum eſt accommodatiſſima: vt pro Obſecro te pater pientiſſime: pulchre dices, Obſecro pietatem tuam pater. Gratulor tibi vir fortiſſime: Gratulor tuæ fortitudini. Similiter, Tuam improbitatem appello, tu improbe. His, ſi modice, & in loco vtamur, & grauiorem amplificando reddemns orationem, & grata varietate nouabimus: nam vulgo in his nullus eſt modus, neque in loco faciunt: hoc modo, Dominationis tuæ literas accepimus, & reuerendiſſima tua præſentia mihi ſignificauit, & charitati tuæ breuiter reſpondeo. Et noſtra paruitas benigniſſimæ paternitati tuæ gratias agit. Hæc vt parum terſe dicuntur, ita illa perlepide. Stultitiæ meæ tua prudentia ſit præſidio. Noſtram tenuitatem tua liberalitas foueat. Noſtram inopiam tua copia ſuſtineat. Meminit de hac re Sulpitius dicens, Non alienum fuerit, ſi ad maximos viros ſcribens, eos quandoque à maieſtate, authoritate, dignitate, benignitate, dignatione, clementia, dominatione, facilitatéque, & huiuſmodi verbis denominabis. Immo niſi ita feceris, quorundam faſtum offendes. Dices tamen Maieſtas & dominatio tua, non veſtra: niſi ſint plures, & per totam epiſtolam benigna vteris oratione, quæ plurimum facit ad gratiam. Sed caue ne alicubi quicquam barbare dicas.

FVGIENDA ſunt epitheta ſordida, vt Paternalis, diſcretus, pro prudens: authenticus, contemplatiuus, deificus, illuminatus, ſcientificus, ſocialis, fauorabilis, ſubtilis, habilis, refulgens, diſciplinatus, virtuoſus, humilis, induſtrioſus, legalis, ſtudens, præcors, præcordialis, cordintimus, propitioſus, ſtygialis, defectuoſus, diſpoſitus, ſingulariſſimus, competens, plenarius, precatiuus, rationabilis, abundans, incalculabilis, affectuoſus, purus, &c. quorum nonnulla omnino barbara ſunt, quædam Latina: ſed ab indoctis accepta inepte, vt in opere De abuſione linguæ Latinæ declarat maximum Tubingæ, immo totius Alemaniæ decus, Henricus Bebelius.

QVALITAS SIVE CHARACTER EPISTOLAE.

Epiſtolæ character

DESIDERIVS Eraſmus orator, & poeta dulciſſimus de epiſtolæ charactere ita diſſerit: Qui in epiſtolis vnumquempiam characterem aut requirunt, ant præſcribunt (id quod ab eruditioribus video factum) ij mihi nimirū de re propè in infinitū varia nimis arcte agere videtur. Neque multo minus abſurde facere, quàm ſutor ſi omni pedi crepidas eadem forma velit conſuere. Hæc multis probat, quibus conſentanea ſunt, quæ in prima epiſtola libri primi ponit Angelus Politianus, qui diuerſis in locis damnat eos, quibus nihil placet, niſi quod Ciceronē præ ſe ferat, quum ij ſint plerunque à Cicerone alieniſſimi. Qui de hac re multa ſcire velit, legat epiſtolam Politiani ad Corteſium cum reſponſione. Ergo non eſt vnicus omnium epiſtolarum character, ſtylus vel qualitas, ſed propè infiniti. nam variæ ſunt epiſtolæ pro rei materia. In re familiari, quotidiano fere ſermone contexitur & illaborato. Quòd ſi magnitudo rei exigat, eam demum cēſebo optimam, quæ omni arte curáque fuerit elucubrata & elaborata. Quod facile videre licet in pleriſque Ciceronis epiſtolis, quæ nō ad orationis modò procellas attolluntur, ſed in tragœdiam vſque exeunt. Efferueſcet ergo vel in tragicam vſque vociferationem epiſtola, ſiquando res ita expoſtulabit, ſumétque ampullas & ſeſquipedalia verba: neque maximis in rebus perinde ac de macerandis ſalſamentis, & holeribus coquendis loquetur.

Epiſtolis vel Ciceronis exemplo licet Græca miſcere Latinis, obſcuris illuſionibus vti, amphibolis

ſignificationibus,parœmijs,ænigmatis,elauſulis derepente præciſis. Vbi multa etiam dedita opera obſcuramus,ne ſi fortè intercipiantur literæ,poſſint à quo minime volumus intelligi. Eam ego epiſtolam optimam iudico,quæ à vulgato hoc literarum genere quàm lóngiſſime recedat:quæ ſentẽtijs exquiſitiſſimis,verbis electiſſimis conſtet:quæ argumento,loco,perſonæ ſit maxime accommodata: quæ amplis de rebus ſit gratiſſima,de mediocribus concinna,de humilibus elegans. In iocis acumine placeat & lepore,in demonſtrationibus apparata,in exhortando fortis & animoſa,in conſulendo blanda, in ſuadẽdo grauis,in narrando graphica,lætis in rebus feſtiua,in afflictis luctuoſa. Et (ne quæ ſunt infinita proſequar)ſit verſipellis,& vt polypus ad ſubiecti ſoli habitum,ita ſe ad argumenta accommodet. Temporum perſonarúmque habeatur ratio. Vt aliter ſeni loquaris,aliter adoleſcentulis,aliter ſeueris, aliter his qui feſtiuiore ſunt ingenio, aliter aulicis, aliter philoſophis, aliter familiaribus, aliter autem ignotis,aut parum bene cupientibus. Sit epiſtola breuiuſcula occupato,fucatior curioſo,priſcis verbis antiquario,blandior amico, licentior familiari,aſperior improbo. Quocirca qui vnam quandam ſermonis formam huic generi tribuere conantur,non ſolum inanem, ſed etiã ridiculam operam ſumunt. Ex omni autborum genere quàm puriſſimam Romani ſermonis vim & ſupellectilem comparemus:quæ ſi ſuppetet,artem in epiſtola non admodum efflagitabimus: ſi deerit, riſum etiam mouebit artis affectatio. Abruptum & pene ſatyricum initium in ioco,& in familiaribus mire delectat: Síccine veterem amiculum negligis? Eho,quid agis obſecro?

DE EPISTOLAE BREVITATE.

Epiſtolæ breuitas

DE EPISTOLAE breuitate præceptum non habeo: poteſt enim in volumen vſque extendi,ſi materia exigat. Neque vlla epiſtola non breuis videbitur, in qua præter argumenti diſpẽdium nihil adimere poſſis,vt videre licet in epiſtola Senecæ lxvij. inſtar voluminis porrecta. In Ciceronis epiſtola prima,& vltima lib.12. ad Atticum,& vltima libri 15. &c. Ergo dictum Senecæ intelligitur de enormi,& præter modũ ingẽti prolixitate. Epiſtola ad Lucillium xlv. Sed ne epiſtolæ modum excedam, quæ non debet ſiniſtram manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam. Neque hæc dixerim,quòd eos probem, qui ridicule copiam affectantes emendicatis voculis,& male conſutis epiſtolam inferciunt. Breuis eris,ſi rerum exitus ita comico artificio pones,vt ex ijs quæ præceſſerunt,conijciantur:magíſque noſcenda,quàm nota ſcribes.

Sermo epiſtolicus

Affectatio

SERMO epiſtolicus erit Latinus,planus & elegans. Latinus quidem,id eſt ſine vlla barbarie,ſine vllis ineptijs. Planus,id eſt ex ambiguis,aut nimium vetuſtis non obſcurus. Elegans,id eſt ſine affectatione excultus. Affectatio eſt nimia exornandi cupido,& anxietas cum omnibus,tum philoſophis maxime indecora,vt oſtendit Seneca 59. epiſtola ad Lucillium, Minus tibi accuratas à me epiſtolas mitti fruſtra quereris: quis enim accurate loquitur, niſi qui vult putide loqui? qualis ſermo meus eſſet,ſi vnà ſederem⁹,aut ambularemus,illaboratus aut facilis:tales volo eſſe epiſtolas meas, quæ nihil habent exercitum,nec fictum:ſed ſi fieri poſſet,oſtendere quàm loqui mallent. Ex his verbis colligunt mendoſe philoſophaſtri noſtri eum reliquis barbariei cliẽtibus,nihil referre quomodo ſcribamus,dum vtcunque intelligamur. Scribimus(inquiunt)vt loquimur,imitãtes Senecam. Verũ hoc intereſt: Seneca vt loquebatur,ita ſcribebat:ergo Latine,quia Latine loquebatur,& eleganter quidẽ. Vos barbare ſcribitis, quia barbare loquimini. Quàm autem nõ deceat philoſophũ aut aride,aut barbare loqui vel ſcribere,oſtendo ex eadem epiſtola Senecæ dicentis, Non me hercule ieiuna eſſe & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicuntur:neque enim philoſophia ingenio renuntiat. multum tamen operæ impẽdi verbis non oportet. Hoc etiam pœne Cicero in Partitionibus aſſerit, Oratio ſententijs debet eſſe ornatior, quàm verbis. Et Quintilianus lib.8, Non ideo tamen ſola eſt agenda cura verborũ. Occurram enim neceſſe eſt velut in veſtibulo protinus apprehenſuris hanc profeſſionem meã: reſiſtam ijs qui omiſſa rerum(qui nerui ſunt in cauſis)diligentia,quodam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt: idque faciunt gratia decoris: quod in dicendo,mea quidem ſententia,pulcherrimum, ſed cum ſequitur, non quum affectatur. Curam ergo verborum,rerum volo eſſe ſolicitudinem. Idem, Opus ſtudio & præcedente,& acquiſita facultate,& quaſi repoſita. Nanque illa quærendi,iudicandi, comparandi anxietas, dum diſcimus,adhibenda eſt,non quum dicimus. Cicero libro primo de Oratore, Quid eſt tam furioſum,quàm verborum,vel optimorum,atque ornatiſſimorum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, nec ſcientia? Et Caſtritius rhetor apud Gellium libro 11. cap.13, Ne patiamur vt aures noſtræ cadentis apte orationis(ſine grauitate ſententiæ & gratia)modis eblanditæ,animum quoque nobis voluptate inani perfundant.

Philoſophorũ epiſtolæ

Nunc vt pueri epiſtolam eleganter componant, volo latius & copioſius declarare Latinitatem, perſpicuitatem,& elegantiam.

LATINITATEM cuſtodit quiſquis in oratione ſua nec barbariſſat, nec ſolœciſſat. Id quò facilius caueas,ſubieci barbara Latine expoſita.

BARBARA SECVNDVM VALLAM ET PLVRES.

BARBARA lexis, de qua in barbariſmo latius loquemur, eſt omnis dictio neque Græca, neque Latina: Græco tamen aut Latino ſermoni inſerta: alioqui nulli linguæ vitio dandum cenſeam, quòd ſuis vtatur vocabulis. In Latino autem ſermone, de quo nunc nobis diſputatio eſt, barbariſmus committitur in ſingulis dictionibus: ſolœciſmus in coniunctis. Committitur autem in ſingulis dictionibus, modis quatuor. Primo, quia Latina non eſt. Secundo, quia non id Latinis ſignificat, pro quo vſurpatur: & de his nunc miſtim loquemur. Tertio, quia Latina quidem eſt, ſed male ſcribitur, vt in Orthographia oſtendimus de multis. Quarto, quia male profertur. Latina non eſt dictio quæcunque à nullo Latino, qui pure loquutus ſit, vſurpatur: vt bladum, guerra, treuga, fardellus. In alieno ſignificato ab indoctis vſurpatur, quæcunque à proprio ſignificato ad alienum citra receptam metaphorã traducitur: vt arguo miles, & cæteræ quas ſerie literaria ſubijciam: multóque plures, de quibus aliubi: nunc enim in quibus plurimi hallucinantur, hac ſerie explicabo, ſignato diſcrimine inter barbaram & male vſurpatam.

ABHORREO verbum Latinum à doctis vſurpatur, pro eo quod eſt alienus ſum: à minus doctis, aut minus accurate locutis, pro obhorreo & exhorreo.

Aborior Latinum verbum, ante tempus orior: male ſcribitur pro oborior, id eſt præter ſpem orior: vt Lachrymis affatur obortis.

Actor Latine dicitur qui cauſas aut fabulas agit, aut etiam pecus: ſed inepte pro authore aut auctore operis aut legis.

Actualiter vel actu, inepte dicas pro nunc aut in actu: eſt enim actus Latina vox: ſed potius acta Apoſtolorum quàm actus dicam.

Adytus inepte, pro adytũ: quod differt ab aditu.

Ad euangelium iuro, pro Per euangelium.

Ad podicem pili creſcũt, pro In podice. Ad enim ſignificat iuxta, aut acceſſum.

Ad minus, vel ad omne minus: pro ſaltem, aut ad minimum, vel minimum, &c.

Ad vrbem, oppidũ, caſtrum, &c. vado: pro in vrbem, &c. quoties ingredimur.

Aduentagium, pro aduentitio, vel pro anterioribus partibus: pro quibus nõ minus barbare antepodium dicunt, quaſi ius ante aduerſarium potandi.

AEſculum, pro meſpilo: nam æſculus, arbor glandifera ponitur diuerſa à meſpilo.

Affiducio, pro affirmo, ita vt confidas.

Aleo & pilo verba, pro alea & pila ludo: cum tamen dicatur aleator, & aleo aleonis, qui alea, aut ad aleam ludit: & à Suetonio aleatoriũ forum, vbi alea ludebatur. Pilo etiam, pro pilas emitto, aut depilo, id eſt pilos depono, Latinum eſt.

Aliqualiter, pro aliquo modo: Aliqualis, pro qualiſqualis, inepta ſunt & ruſtica.

Alleuio, pro alleuo, niſi vbi ſcriptum legeris.

Altero, pro in alterum muto, & ſic alteratio.

Ambaſiator, pro legato, caduceatore & oratore: & ambaſiata, pro legatis.

Ambo ambonis, pro cathedra & ſuggeſtu.

Ammiraldus vel ammirãdus, pro maris præfecto.

Amplius, pro iterum aut poſthac: vt Non videbis me amplius: pro magis ample Latinum eſt.

Annihilo & annullo, pro In nihilum redigo.

Apotheca, pro myropolio aut pharmacopolio, aut pro officina, aut taberna apothecaria: & apothecarius, pro aromatum venditore: ἀποθήκη autẽ Græcis horreum eſt.

Appodio, pro innitor & incumbo, quaſi podio.

Appræmio, pro muneror, vel dono præmio.

Approprio, pro facio proprium & verum.

Apud, pro ad: vt Vado apud patrem, pro ad patrem. Amat enim verbum quietis, aut motus non ad locum, ſed intra locum. Ad ſæpius verbum motus ad locum, ſed etiam quietis, & intra locum: vt Ad tribunal ſtabis. Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Arguo, pro argumentor: ſignificat enim conuincere: vt Degeneres animos timor arguit. Et accuſare: vt Méque timoris argue.

Armiger, pro bellatore armorum potẽte, cum ſit eius miniſter, arma eius ferens.

Auca vel oca, pro anſere etiam fœmella.

Auiſo, pro conſulo, prouideo, admoneo.

Auunculus qui eſt frater matris, pro patruo, qui eſt frater patris: aut contrà, male ponitur.

BACCALARIVS, pro baccalaureo qui bacca lauri inſignitus eſt in aram magiſterij: dura tamen vel ſic eſſet compoſitio. vnde videtur barbarum à Banco, id eſt ſcamno aut ſedili, ſuper quod reſpondens ſederit, deductum: vel à baculo, id eſt ſceptro aut lituo inſigni magiſtratus ante eum lato: Latinius dicatur Bonis artibus initiatus, & qui licentiatus dicitur, ad N. profeſſionem admiſſus.

Bancalia, Græce periſtromata vel tapeta ſeu tapetes dicuntur: nam aulæa ad parietes depẽdent: illa ſternuntur.

Bancus & Bancarius, Græce trapeza, id eſt menſa nummulariorum, & trapezita dicuntur.

Bannus barbarum, eſt proſcriptio & exilium, aut proclamatio & publica denuntiatio. Bannio, in exilium mitto & pello.

Baliuus, pro pretore, fortè quòd ſit baiulꝰ virgæ.

Barbitonſor, dicatur tonſor: & barbaria, tonſtrina. Neque enim nunc barbã tondet, ſed radit: tondet autem capillos.

Baſſus, dicatur ſubmiſſus & imus.

Baſtardus & Banchardus, qui Græce nothus, id eſt filius illegitimus: ſic notha.

Baſti, Latine clitellæ quæ iumentis imponuntur ad portanda onera.

Bimode & trimode,pro bifariam,trifariam.
Birrum & birretum , pro pileo aut mitra potius: alij bonetum,quaſi bonum & nitidum dicunt. cum autem ſit tegmen capitis priſcis ignotum, vtendum eſt nouo vocabulo,licet minus Latino:credam tamen mitræ ſpeciem eſſe.
Bladum,pro frumento: & frumentum, pro tritico,cum ſit genus,omnem frugem cōplectens.
Bombizo,pro pedo,& podice bombum facio.
Bouinus, pro bubulus: vt Bubulæ carnes. Valla tamen eo vtitur,& defenditur analogia,cū barbarum Quintilianus cenſeat.
Braccha,pro fœmorali aut ſubligali,cum ſit alterius veſtimenti genus:vnde Gallia Bracchata.
Bulla,pro diplomate pōtificum,forte quòd ad illorum diplomata ſigilla plumbo tecta in ſpeciem bullarum dependent.
Burgenſis, pro ciue : quia Burgus pro oppido ac vrbe multis dicitur: ſi tamen Burgus vrbium quarundam proprium nomen vt Latinum recipitur,ſicut Beneuentum & alia multa magis barbata,poteſt ab eo ſic dici Burgēſis: vt à Pariſiſj Pariſienſis.
Burgimagiſter,pro ædili aut præfecto vrbis.
Burſa,pro crumena,ſacculo,aut loculis,aut zona, quaſi byrſa:eo quòd è corio fiat. Item pro ſportula & teſſera,& quod inde fit, burſarius, ſportulæ capax. Item burſator,pro quæſtore:Inburſare,recipere.

CAducus,pro hærede:& caducum,pro hæreditate:non eſt tamē barbarum pro legato, quod per caducos, id eſt mortuos cohæredes aſſequimur. Vnde Iuuenalis, Legatū omne capis,necnon & dulce caducum. Eſt autem caducus,a,um, facile cadens, & cadere faciens: vt Caducus morbus : & qui per mortem cecidit. Virg. lib.6, -belloque caduci Dardanidæ. Vnde cadauera,& caduca auſpicia.
Caliga, vt quidam cenſent, pro tibiali ſeu tibiarū integumento,mihi nequaquam barbarum videtur: nam inde Caligula Imperator dictus : & caligatus,caliga indutus. vnde Iuuenalis,Veniā caligatus in agros.
Cambium,pro cōmutatione præcipue pecuniæ.
Camelotū,pro vndulato aut ſymbaloto,ſeu cyniphio panno,aut fortè cymatili:potius tamē vndulatum dixero,quem damaſconū vocant:vulgus camelotum vocat,eo quòd è pilis camelorum & hircorum contexitur.
Camera, pro cubiculo vel cœnaculo: cum ſit teſtudo & tectum incuruatum : dicta quòd camura,id eſt incurua ſit.
Camiſia,pro ſubucula, aut veſte interiore, quam impenti interulam vocant.
Campanator,vt quidam ſcripſit,pro rhopalo:vulgo tamen dicitur is qui vaſa illa ſonantia,quas, quòd campeſtres conuocant,cāpanas dicimus, pulſat. Rhopalon verò apud Ariſtophanē malleus eſt quo talia vaſa & tintinnabula & fores ſeu ianuæ pulſantur.
Canonizare,pro in ſanctorum numerum referre, & eorum catalogo aſcribere.
Capella,pro ſacello: & capellanus, pro ſacellano: eſt autem parua capra.
Caniſter:quia dicēdum caniſtrum neutro genere.
Cappa,pro colli tegmine & toga.
Caputium,quod dicendum eſt capitium.
Cariſtia, pro caritate,id eſt magno pretio rerum: rectè tamen euchariſtia dicitur.
Carnifex, pro lanio,id eſt carnium vænalium inciſore & paratore,cum ſit tortor,qui aut mentem,aut corpus cruciat.
Carpa,piſcis:doctius carpio dicitur.
Caſtratellum,pro veruecino aut veruecina carne: & Caſtron, aut muto, pro veruece : eſt enim veruex, aries caſtratus, vt caper proprie hircus caſtratus,licet pro hirco Maroni,cum dixit,Vir gregis ipſe caper. Et, Occurſare capro,&c. Vbi Theocritus coleato, vt Aulus Gellius docet, ſed Græce dixit.
Caſualiter & caſualis,pro caſu & fortuito.
Cathallum apud Flandros pro omni bono mobili & inſtrumento domeſtico, quod alij vtenſile vocant: alij ſupellectilem, etiam ſi ad lectū non pertineat : quia etiam chartaceam ſupellectilem legimus.
Caue te ab illo,pro Caue tibi ab illo:aut Caue illum,ſolœcon eſt.
Cauſo,pro efficio & produco,barbarum eſt. Cauſor autem Latinè dicitur,pro eo quod eſt cauſas recito,& in excuſationem adduco, & quaſi culpo & obijcio.
Cauteloſe,pro caute & per fraudem. Sic Cauteloſus eſt,pro cauto & aſtuto.
Cæltes,pro cælo,id eſt inſtrumento cælandi.
Certifico & certioro,pro Certiorem facio.
Chorda,pro fune & rudente:eſt enim vox Græca fidem,id eſt chordam plectrorum ſignificans.
Chronica chronicæ,pro Chronica chronicorum.
Cimiterium , pro cœmeterium : quia Græci, vbi nos œ,ſcribunt oi,& proferunt i.
Circunuicini,pro accolis aut vicinis.
Ciuitatenſes,dicantur ciues aut oppidani.
Clauſtrum,pro cœnobio: clauſtrū enim eſt clauſura tam cœnobitarum quàm aliorum. Cœnobium vbi communiter viuunt.
Clericus,pro puero miniſtro,aut pro docto & literato:eſt enim ad ſortem pertinens præſertim, & diſtinguitur à laico. Laici enim nō ſunt clerici,quanuis docti & literati,&c.
Cliens,pro ſatellite, viatore,aut apparitore,& ſeruiente publico:cum ſit quicunque in iudicio à patrono defenditur.
Cloaca,pro forica aut latrina:eſt enim qua ſordes defluunt extra vrbes.
Cœnaculum,pro cœnatione vel contrà. Eſt enim cœnaculum locus ſub tecto,ſumma contignatio domus. Cœnatio,vbi cœna fit.
Communiter, pro eo quod eſt fere & vulgo: eſt autem in commune, & opponitur Propriè,

Compatriota,pro conterraneo aut municipe.

Complacentia & placitum,pro obſequio.

Complexio, pro conſtitutione & temperamento qualitatum naturalium.

Conciuis,pro ciuis:quod tamē & Valla ponit, & analogia defendit. Cicero eo non vtitur : quia tam vir conſularis ciues ſuos, non conciues dicere voluit. Sunt plura quæ con refugiūt,vt ſodalis,municeps,æqualis.

Concordor,pro concordo & concors ſum.

Condoleo tibi, pro Caſum tuum doleo, aut Caſus tuus mihi dolet. Analogia defendit Condoleo tibi,pro tecum,vt compatior.

Confeſſor,pro auditore confeſſionis,qui forte cōfeſſarius dici poſſet,& à confeſſione aut ab auriculis. A enim & ab denotant officiarium,cuius officium depēdet ab eo quod ſequitur:vt A caliculis,à ſecretis.

Coniectus,& licentia abeundi,pro commeatu.

Conſtitue te in locum hunc,pro transfer & ſiſte.

Contrarior,pro contrarius ſum & aduerſor.

Contentor,pro contentus ſum.

Conuentus, pro habitaculo conuenarum : cum ſit cœtus & conuentio eorundem.

Conuiuor te, pro ad cōuiuium voco vel accipio: quia conuiuatur,qui in conuiuio eſt.

Coquinator,pro coquino:& coquinatrix,pro cōditrice aut coctrice & culinaria.

Copia libri,pro exemplo aut exemplari:eſt autem vis: vt Multitudo copioſa & manus armatorū, præſertim in plurali. Barbare etiam dicitur copiſta,pro ſcriba aut trāſcriptore,aut excriptore.

Cordialis,pro charo,& qui cordi eſt.

Corneta,pro colli tegmine.

Correlarium, pro corollario : bene tamen dicitur correlatiuum:vt Herus ſerui.

Correſpondeo, pro reſpōdeo:ſi tamen duo ſimul reſponderent,correſponderent.

Coſtus Flandris,pro ſumptu & victu.

Crucibulum,pro lucerna fictili.

Curia,pro aula & corte:nam vtraque à Gallis vocatur *le court*:à Flandris *hof*. Eſt autem aula proprie domus regia,ſed accipitur pro domo principali,& vbi magnarum rerum curæ habētur. Cortis autem,vbi aues domeſticæ & pecudes & cicures nutriuntur.

Curialis item inepte dicitur,pro aulico & vrbano.

DALIDA, pro Dalila:Dauus,pro Dacus: Dauit,pro Dauid: Dauiticus, pro Dauidicus:Darius media breui,pro longa.

Decadarum,pro decadum,in genitiuo plurali.

De cætero,pro poſthac,aut à modo.

De condigno,pro merito,aut iuſte.

De facili,pro facile. De bene eſt, pro Vt bene ſit, vel Bene fiat,&c.

Defectus, pro culpa: vt Defectu medici indocti periit,pro culpa & imprudētia:Defectu autem medici reuera periit, qui medicū non adhibuit: valiturus, ſi adhibuiſſet eum.

Degener,pro notho:cum ſit qui à generis decore & generoſitate deficit.

Demeritum,pro peccato:& demereor,pro pecco: cum demereor, ſit meritis deuincio:bene merēdo,obnoxium reddo.

Depaupero,pro eo quod eſt pauperem facio.

De proximo,pro illico,& propediem.

Deuelo,pro manifeſto,ac reuelo.

Dicto,pro epiſtolam, aut quid ſimile compono: & dictamen,pro epiſtola aut poematio vulgari,aut etiā pro ſyndereſi & iudicio rationis:item pro dictito,aut contrà. Eſt enim dictare,pronūtiare quæ alter ſcribat:ſed id nobis ratio interdum facit,vt ſolitudo:quia multa,dum ſoli ſumus,cogitamus calamo committenda. Dictitare autem,eſt frequenter dicere,vt Valla docet.

Dietim,pro quotidie,quaſi per ſingulos dies.

Difficiliter,pro difficulter:bene tamen difficilis.

Diga aut dagga,pro pugione,more barbarorum.

Dignifico,pro dignum facio,aut dignor.

Dyſcolus,pro vago & diſcurrente: cū ſit cui difficulter iubetur vt indiſciplinatus.

Diſcretio, pro prudentia : Valla tamen dicit, Et quo nonnulli vtuntur.

Diſcretus dicitur, qui qualitates perſonarum & rerum momenta diſcernit, nō qui diſcernitur: talis autem,prudens: ſed diſcretio Latine dicitur actus diſcernendi.

Diſſimulanter , pro diſſimulatè aut contrà: nam diſſimulanter facit, qui diſſimulat: diſſimulatè fit, quod diſſimulatur. ſicut temperanter viuit temperans,temperatè fit temperatum.

Diſturbium,pro impedimento & diſturbamine.

Diuerſimode,pro diuerſo modo,&c.

Dominus de parlamento, pro conſiliario regio, aut iudice ſelecto. Item dominus, pro principe,aut viro potente,aut hero. Nam propriè dominus eſt vi & authoritate propria dominans, vt deus & tyrannus. Iuſtus autem rerum publicarum gubernator, rex aut princeps dicitur. ſerui priuati poſſeſſor herus eſt : vt dignitate præditus clarus, potens aut magnificus dicatur,nō dominus,ſi caſte loqui liceat:multóque minus, quod ab religioſis vſurpatur, domnus.

Duciſſa,pro duce fœmina. Maro, Dux fœmina facti. Sic non dicentur comitiſſa,principiſſa,militiſſa. Multóque minus baroniſſa,marchioniſſa. Item abbatiſſa, prioriſſa: quæ ineptiſſima tamen tolerantur, quia propria ignorarentur: vt ſint mater primaria,ſumma ſacerdos,aut veſtalium antiſtita, ſeu antiſtes in mōte martyrum, &c. Si enim Abbas eſt pater, quomodo abbatiſſa erit mater, niſi forte vt à viro virago dicitur? Huiuſmodi igitur ſi vti cogimur,proteſtatione protegemus dicentes,Quam vocant,vt dicunt, ſi ita vocare liceat,quæ vulgo dicitur,&c.

ECCLESIA, pro fano aut templo, cum ſit cœtus ad euangelium CHRISTI euocatorum:figuratè ergo accipitur pro æde ſacrata,ſicut locatum pro loco,&c.

Econtra,pro econtrario aut contrà: leguntur ta-

men eo vſi non contemnendi.

Econuerſo,pro ediuerſo:bene tamen dicas E conuerſo factus eſt peruerſus.

Encauſtum aut incauſtum,pro atramento:& Incauſtorium,pro atramentario: ſicut Scriptoriū, pro calamario, aut theca pennaria,vbi pennis ſcribitur.

Exemplifico,pro exemplum do,&c.

Ex parte mea, pro verbis meis, aut nomine meo: poteſt tamen in ſuo ſenſu bene dici.

Explicit,pro explicitum eſt,&c.

FACILITER, pro facile. Iuuenalis,
Haud facile emergunt,quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi.

Faſciculum,pro faſciculus: quia dicitur hic faſcis, quem imperiti ſardellum vocant.

Feſtiuus,pro feſto:aut feſtus,pro feſtiuo.

Fiendus,pro faciendus:licet non dicatur facior. Futurus autem à fuo deducitur.

Finiculum,dic fœniculum aut maratrum.

Flaſco aut flaſculum,pro lagœna.

Fluetum,pro holoſerico,aut ſerico villoſo.

Forenſis,pro extraneo:non pro re ad forum pertinente. Forefacio,pro pecco aut malefacio:ſic forefactum,&c.

Fortalitium,dic propugnaculum & munimen.

Fruſtecula,pro fruſtulis: male autem ſcribas fruſtra,ſi ſcribendum ſit fruſta, id eſt fragmenta à nominatiuo fruſtum.

GALIENVS,pro Galenus: & Gabella,pro vectigali publico, aut quod Græcis τέλος dicitur:vnde τελώνιον,menſa telonarij,vbi tale vectigal exigitur.

Garcio,pro verberone aut famulo.

Gardianus, pro minoritanorum antiſtite,aut cuſtode & obſeruatore.

Gloſa,pro gloſſa,id eſt lingua: & pro gloſſemate, id eſt interpretamento.

Graduatus,pro eo quod eſt per gradus in dignitate aut magiſterio conſtitutus.

Granellum,pro paruo grano.

Gryphus vel grypho,pro Gryps:nobis tamen gryphes dicũtur qui Græcis γρῦπες: ſuntque gryphus, grypus & gryppus in ſuo ſignificato recepta.

HABITVDO,pro conſuetudine & cõuerſatione. Habiliter,pro ex arte. Heraldus, pro caduceatore & feciali.

Herangia aut harangia ſeu haranga,pro caduceatoris oratione.

Herbergium aut herberga,pro diuerſorio.

Hincinde, pro vbique, aut vtrobique, aut vtrinque,aut vndique.

Hiſtorio,pro eo quod eſt hiſtoriam ſcribo.

Hoſpitale,pro Xenodochio.

Hoſpitium etiam magis honeſtè quàm vere dicitur diuerſorium mercenarium:quia hoſpitium gratis & mutuò patet.

Huſpodium,pro iuſculẽto, id eſt obſonio in olla & iure ſuo cocto. Sunt autem carnes aliæ toſtæ ſeu aſſæ,aliæ friҳæ,aliæ iurulentæ,ſeu iuſculentæ,in iure coctæ,& tum eo comedendæ:aliæ elixæ in iure quidem coctæ,ſed inde extractæ.

IBIS, pro ciconia,quia diuerſæ ſunt aues.

Impręgno,pro grauidam facio.

Incidentaliter,pro incidenter & obiter.

Incolumus,pro incolumis,tertiæ declinationis.

Indilatè,pro continuò & ſine dilatione.

Inducior,pro differo.

Indulgentia, pro venia, cum ſit mollis educatio & nimis propenſa facilitas,ſiue ad remittendũ, ſiue ad impertiendum: cui quia quid ſimile in deo erga peccatores agnouerunt fidei noſtræ anteſignani:remittit enim vix rogatus, quoties ingemuerit peccator: ideo talem remiſſionẽ indulgentiam non oſcitanter vocauerunt. Eſt autem indulgere, vnde deducitur, nimia affectatione alicui rei,aut actioni incumbere.

Induſtrioſus,pro induſtrius.

Infiteor,pro inficior,aut inficias eo.

Iniurior,pro iniurius ſum,aut iniuriam patior.

Iniurioſus,pro iniurius.

Inſigniorum & inſignijs,pro inſignium,&c.

Inſimul,pro ſimul.

Inſtantia,pro conatu,petitione,diligẽtia. In Paulo tamen legitur, Inſtantia mea quotidiana. Et in Marone, Quod nũc inſtat,agamus. Inſtans etiam,pro puncto temporis, aut momento & nictu oculi.

Intendo,pro volo & propono. Intentio,pro propoſito. Eſt enim intendere, augere, & auctius inniti:eiúſque actio,intẽſio & intentio: nã duplex habet ſupinum.

Interula,pro ſubucula aut induſio.

Inueho in te,pro inuehor in te.

Iocunditas,pro voluptate.

Iraſcor tecum,pro tibi,aut in te.

Itinero,pro iter facio,aut eo.

Iuba,pro galea:aliud enim ſignificat.

Iuriſta,pro iuriſperito,aut iuriſconſulto, aut pro iurante.

Iuſtitia,pro iuriſdictione aut iure.

LACTICINIVM, pro lactario.

Laicus,pro illiterato,cum ſit popularis.

Laniſta,pro lanio. Nam laniſta eſt qui gladiatores erudit & vendit. Lanius qui carnes vt vendat,concidit.

Latiniſta,pro Latine loquente.

Lautitius,pro lautus.

Leccator,pro paraſito,helluone,lurcone, guloſo, comedone,&c.

Lectica,pro ſponda aut cubili. Eſt enim qua homines portantur,vt in curru penſili.

Lectura,pro dictatis aut lectione.

Legiſta,pro legum perito aut conſulto.

Leuca,leuga aut mila,ꝑ miliari, aut miliario,aut etiam milibus: aut potius pro binis, aut ternis paſſuũ milibus:quia variantur pro regionibus.

Libruncula,pro libella,id eſt parua libra.

Licentia ludendi,pro venia abeundi,pro cõmea-

tu docendi,pro authoritate.

Lymphatum vinum, pro aqua dilutum & temperatũ. Vnde alius meracius, alius dilutius bibit. lymphatus & lymphaticus eſt furore percitus,quaſi cõſpectо in lympha,id eſt aqua,numine:aut ad aquam inſpicere recuſans,vt rabie canina infectus.

Locum tenens, pro vicario: vt Supprӕfectus locum tenet,pro Vicem gerit prӕfecti.

MANGO,pro armigero aut ſtabulario,cũ ſit qui animalia ad venditionem parat,vt pueros,puellas,equos,&c.

Mantellus vel mantellum,pro chlamyde, obolla, ſago,aut ſimili veſte.

Maſtico,pro mando,& cibum dentibus tero.

Materna lingua, pro vernacula, non tam barbare quàm humiliter dicatur.

Mala,pro mantica.

Miles,pro equite aurato aut inſigni:cum ſit omnis qui militat & frequenter gregarius.

Mingo,pro meio, dum tamen minxi & mictũ ac micturio dicantur: ideóque cenſeam non tam barbarum quàm abiectum.

Miſſiua,pro epiſtola,aut literis.

Moderni,pro neotericis aut huius ſeculi hominibus,qui & ӕquales noſtri dici poſſunt.

Muriceps & Catus,pro fele: cum tamen ſint,qui aliud felem quàm catũ illud animal,quod mures & ſorices capit,eſſe velint:& cum proprium deſit nobis(nam Grӕcis αἴλυρος dicitur) cõmune nomen ſumpſiſſe. Varro enim & Columella accipiunt felem pro eo animali quod vulgus fouinum appellat: dicit enim Varro lib.3, Omnes parietes tectorio lӕuigantur,ne felis aliáve beſtia introire ad nocẽdum poſſit. Plinius autem lib.10.cap.73.niſi eadem ſit vtriſque natura, αἴλυρον deſcribere videtur,cum dicit,Feles quidem quo ſilentio,quàm leuibus veſtigijs obrepunt auibus? quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? excrementa ſua effoſſa obruunt terra,intelligẽtes odorem illum indicem ſui eſſe. In quibus verbis muſculos per diminutionem dixit à nomine mus. Mus autem genus eſt ad ſorices, quos muſculos vocat, & ad maiores, quos alij glires perperam vocant (eſt enim glis longe aliud animal)Galli *Rattas*. Dicent ergo maiores mures, etiam aquaticos, vt Homerus in batrachomyomachia, & minores ſorices:vtriuſque venatorem αἴλυρον:quanuis non damnem qui catum aut felem vocent.

Muto,pro veruece:cum ſit potius mentula.

Mutuo,pro commodo & pro mutuor. Nam mutuo, eſt mutuo do: Mutuor, mutuo accipio. Mutuamus autem res,quas non recipimus eaſdem numero, quia abſumũtur aut alienantur: ſed ſpecie,vt vinum,oleum,panem, pecuniam, &c. Commodamus quas eaſdem recipimus,vt libros,veſtes,vaſa, &c. Confunduntur mutuo & mutuor,ſed impropriè.

NATIVITAS dici quidem poteſt,ſed nõ ſatis apte pro natali.

Nec nunc quoque,pro ne nunc quidem.

Nepos & neptis apud Flandros pro omni conſanguineo vel conſanguinea, cum ſint tantum ex filio filiáve geniti: & per amiſſionem ex fratre ſororéve noſtra,quod addere ſolemus.

Nobiliſta,ꝓ nobili: & ſimilia in iſta à Latinis deducta,vt ſacriſta,& curialiſta,portioniſta,ſummuliſta,artiſta,legiſta. A Grӕcis quidẽ recipiuntur, vt ſophiſta, grammatiſta: & fœmina tympaniſtria,cithariſtria: vir autem citharœdus dicetur.

Nouiter,pro recenter vel nuper.

Nullatenus,pro nullo modo,authore Valla. Calepinus recipit,& analogia defendit.

Nulli, pro nuſquam: quo tamen docti quoque vſi ſunt.

OBVIO,pro obuiam eo, officij gratia:bene tamen pro contra eo & obſiſto:vt Obuiatum eſt ſuperbiӕ nobilium & prӕpotentum.

Omnimode,pro omnino,aut omnimodo: ſic cӕtera in mode à modus deducta.

Oſus & oſe finita plurima, loco quorum ſunt alia vere Latina vſurpanda: vt Virtuoſus & virtuoſe, pro ſtudioſus & ſtudioſe: Ridiculoſus & ridiculoſe,pro ridiculus & ridicule: Iniurioſus,pro iniurius: Induſtrioſus, pro induſtrius: Carnoſus,pro corpulẽtus: Cauteloſus,pro cautus: Serioſus,pro ſerius: & ſimiliter cenſendum de aduerbijs.

PABVLANTVR equi,pro paſcũtur & comedunt.

Pariformiter, pro pari forma & modo.

Parlamentum,pro ſenatu & ſuprema curia.

Partes, pro patria:vt Volo ire ad partes.

Paſſagium,pro tranſitu:& paſſus,pro loco.

Paſſionor,pro perturbor & paſſione conficior.

Patria, pro regione, cum ſit patria cuique in qua natus eſt,& ea ſola.

Patrio & repatrio,pro patriam repeto.

Patriloquium,pro oratione dominica.

Pectino caput,pro pecto: ſed pectino ſegetem, id eſt in duas partes, perinde ac pectine deflecto, recte dicitur:& pectinatum tectum.

Pelliparius aut pelliparus,vel vt Galli dicunt pelletarius, dicetur Latine pellio.

Penes,pro prope:vt Penes vrbem.

Penſionarius,pro ſcriba publico.

Penus,pro penario: Perſius tamen dixit,In locuplete penu.

Peramplius,pro inſuper, aut multo amplius. Sic peroptime,pro quàm optime,&c.

Perla,pro vnione aut margarita.

Perſona,pro homine:vt Notabilis perſona,pro viro claro & inſigni: item pro paſtore parochiali aut ſimili: cum ſit facies adulterina,per quam mimorum verba ſonant,& ſtatuum ſeu dignitatum in habitu & geſtu diſcretio.

Philocaptus,pro amante,aut amore capto.

Pincerna,pro pocillatore: legitur tamē in Geneſi.

Placitare,pro litigare in iudicio.

Plebanus,pro paſtore parochiali.

Pœna,pro labore & cruciatu,cum ſit multa: item pœnaliter, pro cum pœna & penuria. Sic pœnibilis,&c.

Poetria,pro Arte poetica: cum ſit mulier poetices perita,quæ & poetis dicitur.

Pomerium,pro pomario,id eſt loco pomis conſito: Pomœriū autem,locus eſt quaſi poſt mœnia ædificijs vacuus.

Prædico,pro concionor:niſi addas quid: nam recte dicas,Prædico virtutem tuam,Prædico verbum dei. id eſt laudo.

Præiudicium, pro nocumento aut damno: cum ſit præſumptum de aliquo iudicium.

Præſentialiter,pro coràm,aut in præſentia.

Præſto ſum, pro paratus ſum: & præſto ſcribit, pro celeriter: & præſto veniet,pro eo quod eſt propediem. Bene tamen dicitur, Præſto ſum,id eſt adſum & præſens ſum.

Præſumo,pro arrogo:& præſumptuoſus,pro arrogante. Bene autem dicitur,Sumis tibi nimiū, aut plus quàm decet.

Præteritus,pro ſuperiore: vt Præteritus papa.

Priuatè, pro priuatim: & priuatus, pro cicure & domeſtico ac familiari. eſt enim priuatus , qui non eſt in magiſtratu publico.

Priuilegiare,pro priuilegio donare.

Proceſſio & rogationes,pro ſupplicationibus publice decretis.

Procurator,qui cauſas curat:nā cauſidicus Gallis aduocatus dicitur,cōſuetius aduocat⁹ dicēdus.

Pro, loco ad: vt Pro quindecim diebus tibi librū commodo,pro Ad quindecim dies.

Pro maiore parte,pro plerunque, aut ſæpius, aut ex maiore parte.

Proſtibulum potius ſcortum eſt quàm lupanar.

Publicanus, pro publico peccatore : cum ſit qui vectigalia publica curat, olim iam inter honoratos habitus.

Pugno tecum: aptius dicatur in te, vel contra te, ſi hoſtis es. Sic tamen multi dixerūt. Et Maro,

-vna cum gente tot annos
Bella gero. id eſt contra vnam gentem.

QVANTOTIVS,pro quamprimum, aut quanto citius facere potes , aut fieri poteſt.

Quæ hora eſt,pro quota: & cuius declinationis eſt,pro quotæ,&c.

Quicquid eſt, pro vtcunque eſt, Valla barbarum cenſet , aut ſaltem ineptum. Virgilius tamen AEnei.2. dixit, Quicquid id eſt,timeo Danaos, & dona ferentes. ſed meo iudicio,pro nō,vtcūque eſt,ſed quicquid eſt:id quod Danai offerre volunt,ſiue verum donum,ſiue ſimulatum,timeo Danaos, etiam dona ferentes: in qua ſententia apte dicitur.

Quid ſcis, pro quî ſcis . Terentius , Quî ſcis eos diſcordare,&c.

Quietantia ſiue quictantia, pro acceptilationis & ſatiſfactionis factæ chirographo : & Quietare, pro quietum reddere aut abſoluere à debito.

Quindena,pro quindecim diebus:& nouena,pro nouem diebus. Rectius autem dicas quindenarium iter,& nouenarium ſacrificium. Similiter quadragenarium ieiunium,quàm quadrageſimam: & ſexagenarium fructum, quàm ſexageſimū. Sed quæ ſcripta ſunt, ipſe nō mutē.

Quoad animum,pro quantum ad animum.

Quòd,pro vt,aut quin: vt Iuſſiſti quòd venirem, pro vt venirem. Non dubito quòd rex aderit, pro quin aderit,&c.

RANCOR,pro inueterato odio.

Recommando, recommitto, recompenſo: pro commendo,committo,compenſo.

Redimarius , pro villico & conductore villæ & prædiorum. Receptor,pro queſtore ærario. Sed quæſtor publicus eſt.

Regiſtrum,pro regeſtum.

Regratior,pro gratias ago aut refero.

Repatrio,pro patriam repeto.

Repertorium,pro indice.

Requeſta,pro petitione.

Reuoluo librum, pro euoluo: ſi tamen rurſum voluis,reuoluis.

Ribaldus,pro ſycophanta & riuali.

Ridiculoſe,pro ridicule,&c.

Riparia,pro ripa aut litore.

Rus,pro pago:cū ſit aruū quod rurſum aratur.

Ruffianus aut Roffianus & Poltronus, qui leno dicendus eſt.

SACRISTA, pro ſacrario aut ſacrorum cuſtode.

Saltim,pro ſaltē:ſed dici poteſt pro eo quod eſt per ſaltus.

Scabinus,pro ſenatore aut ſeptemuiro aut tribuno plebis: nam plebiſcitis præeſt.

Scultetus,pro quæſitore parricidij.

Secundum quòd:vbi dicendum vt.

Separatè,pro ſeparatim.

Serioſe,pro ſerio.

Seruitor,pro cliente,lictore,ſatellite,aut etiam famulo. Et ſeruire,pro inſeruire aut famulari.

Sexdecimus,pro ſextuſdecim⁹ vel decimuſſextus.

Simplicitas,pro ignorantia & innocentia.

Sinautem,pro ſinon,cum ſit quaſi,ſed ſi.

Sociare , pro comitari & deducere. Maro Latine dixit,Addit ſe ſociam,& addunt ſe ſocios.

Solennijs,pro ſolennibus,&c.

Sororius,pro ſobrino,id eſt ſororis filio.

Sotular aut Sotularis,pro calceo:quo tamen docti vſi ſunt,ſed parcius.

Stufæ aut ſtubæ,pro thermis aut balneis: ſed ſæpius pro thermis,quæ ſunt calidæ & ſiccæ.

Sub diuo, pro ſub dio , id eſt aere aut cælo, quia Iuppiter dius dicitur,nō diuus:ſunt tamen qui ita dicunt,ſed nolim imitari.

Succarus,pro ſaccaro.

Supparum,non quam camiſiam dicũt:ſed quod ſuperplicium ſignare putem.

TABERNA,pro caupona:poteſt tamen dici taberna vinaria, ſi in ea vinum venditur,ſed etiam aliarum rerum eſt.

Tabula,pro menſa cibaria,quam quidam nõ minus ineptè diſcum vocant.

Tantum te æſtimo,pro tanti:& tantum plus inſanis,pro tanto: & vbicunque tantum & quãtum incongruè ponuntur,ſolœciſmus eſt.

Tenella, pro forcipe. Et tenor, pro contentis in diplomate.

Terminus,pro dictione,cum ſit finis aut deus.

Totaliter,pro omnino:& totalis,pro totus.

Tranſlato librum,pro tranſfero & verto.

Treugæ,quæ Latinè dicuntur induciæ.

Truffa,pro ſtropha.

Truſile,pro pugione.

Turcus, pro Turca:licet vtrunque legatur.

VACANTIA,pro vacatione.

Vadium,pro vadimonio aut pignore.

Vadiare,pro contendere de veritate,depoſito pignore,aut vadimonium conſtituere.

Vaſſallus,pro beneficiario.

Vaſtare,pro deterere aut deſtruere, cum ſit vaſtũ, id eſt vacuum,& valde amplum facere: vt Vrbem aut regionẽ deſtructis gladio & igni omnibus,quæ in ea erant.

Vel,pro an:vt Neſcit homo vtrùm odio,vel amore dignus ſit.pro an amore.

Veſtigo,pro inueſtigo,& contrà:nam legimus & Inueſtigabiles viæ eius, pro ininueſtigabiles.

Villagium,pro pago:& Villa,pro oppido:cum ſit domus vna in agro. Itẽ villicus,pro pagi præfecto,quem maiorem vocant, cum ſit villæ redemptor aut cuſtos.

Vlterius,pro inſuper:non pro magis vltra.

Vnum amicum meum inueni,pro quendam.

Vnus, pro alio:dicendum alius,pro alio.

Vrino,pro meio,aut lotium facio. Vrina etiã cum ſit vox Græca,minus purè quàm lotiũ dicitur.

Vt plurimum, vt plurimi cenſent,pro ſæpiſſime: vtitur tamen eo Seneca & neotericorum non pauci, nec pœnitus abſurdè: nam ſi vt minimũ & vt parciſſime loquar,rectè dixeris,cur non etiam vt plurimũ? Certe barbarũ non eſt:ſed inepte ſumitur,pro eo quod eſt frequẽter aut frequentiſſime, vt ſi dicas,Mulieres vt plurimum ſunt zelotypæ.melius enim dicatur,Mulierum plurimæ,aut mulieres fere ſunt zelotypæ.

DE PERSPICVITATE.

PERSPICVITAS eſt quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Perſpicuitatem cõſequimur verbis probis, proprijs & vſitatis. Propria ſunt certa cuiuſque rei ſua & pœnè vnà nata cum rebus ipſis. Vſitata ſunt quæ verſantur in ſermone & conſuetudine quotidiana. Conſuetudinem voco doctorum vſum:nam indoctis nihil planum eſt,niſi barbarum. quibus Cicero,Quintilianúſque cum cæteris doctis ſpinoſi & tenebris inuoluti videntur:verum ipſi ſpinas habent,& noctuarum more in ſole caligant. Nullum ego verbum(inquit Eraſmus)nõ vſitatum puto videri,quod ab elegantis ſcriptoris exeat literis. Ergo propter obſcuritatem, quæ ex vetuſtiſſimis vocabulis etiam doctis parum notis oritur,vt ſunt toper,antigerio,&c. vt ſciamus quatenus antiquis vocabulis vtendum eſt,declarabimus quid de his doctiſſimi cenſeant.

DE ANTIQVIS Quintilianus libro octauo cap.3. ſic ait, Obſcuritas fit etiam verbis ab vſu remotis,vt ſi commentarios quis pontificum,& vetuſtiſſima fœdera,& exoletos ſcrutatus authores, idipſum petat ex eis,vt quæ inde contraxerit,non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant,vt quædam ſoli ſcire videantur. In eodem libro, At perualit quidem iam multos iſta perſuaſio,vt id iam demum eleganter,atque exquiſitè dictum putent,quod interpretandum ſit. Suffragatur Gellius Quintiliano:ait enim cap.7. lib. 11, Verbis vti aut nimis obſoletis exculcatíſque aut inſolentibus,nouitatíſque duræ & illepidæ,par eſſe delictum videtur. Sed moleſtius equidem culpatiúſque eſſe arbitror,verba noua, incognita, inaudita dicere, quàm inuulgata & ſordentia. Noua autem videri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata & deſita, tametſi ſunt vetuſta. Declarat hæc Gellius per apludam, floces,fraces, & bouinator. Phauorinus philoſophus apud Gellium libro primo capite decimo adoleſcenti veterum verborum cupidiſſimo,& pleraſque voces nimis priſcas & ignotiſſimas in quotidianis communibúſque ſermonibus expromenti:Curius,inquit, & Fabritius,& Coruncanus antiquiſſimi viri noſtri,& his antiquiores Horatij illi trigemini,plane ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neque Auruncorum,aut Sicanorum,aut Pelaſgorum,qui primi incoluiſſe Italiam dicuntur: ſed ætatis ſuæ, verbis locuti ſunt. Tu autem perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis iam deſito vteris, quòd ſcire atque intelligere neminem vis quæ dicas. Nónne homo inepte, vt quod vis abundè conſequaris,taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais, quòd honeſta, & bona, & ſobria,& modeſta ſit. Viue ergo moribus præteritis: loquere verbis præſentibus. Atque id quod à C. Cæſare excellentis ingenij ac prudentiæ viro,in primo de Analogia libro ſcriptum eſt,habe ſemper in memoria atque in pectore,vt tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum. Cicero de claris oratoribus,Cælium & Pacuuium male locutos videmus. Ibidem,Non eſt vtẽdum prauiſſima cõſuetudinis regula. Ibidem,Sed nimia vetuſtas nec habet eam,quam quærimus, ſuauitatem, nec eſt iam ſane tolerabilis.

Antiquis quandoque vtendum

CAETERVM non adeò refugienda ſunt antiqua,vt illis nunquã vtendum ſit. Quintilianus lib.8,

Proprijs dignitatem dat antiquitas. Nanque & ſanctiorem,& magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vſus: ſed (vt inquit in primo) opus eſt modo, vt neque crebra ſint hæc, nec manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione. De hac re Politianus ad Scalam ſic ſcribit, Præceptum illud Cæſaris,quod obijci protinus ſolet,vt tanquam ſcopulum refugiamus infrequens verbum,magis fortaſſe illo ſeculo valuerit,quo Latine adhuc omnes loquebantur,quàm noſtro. Iure enim tum argui poterat,qui contentus non foret ætatis ſuæ vocabulis. Nunc autē Latinus ſermo vulgo neſcitur, nec à nutricibus iam, ſed à magiſtris diſcitur. apud quos certe nulla magis haberi verba & vſitata debent & recepta,quàm quæ de illis magnorum authorum theſauris proferantur. Georgius Valla Placentinus lib.24. ita diſſerit, Antiqua fuerint eo minus tolerabilia, quo plura in eorum vſum ſucceſſerint: quæ ſi nulla ſint,tum intrepide vti poſſumus. Nam eorum aſperitatem vſus molliet. Eo enim magis (toper) repudiabimus,quo præter aſperitatem æquiualentia multa habemus,vt cito,illico, ſubito. Ita antigerio,pro valde, quaſi antequam res geratur. At non tam durum tormen dixerim, quum labore viæ ſanguis in crura deſcendit,& tumorem facit:alio non poſſum nomine,cur non hoc vocem? Lucillius,Inguen ne exiſtat papulæ,torma ne boa noxit. Nec (boa) reſpuēdum eſt,teſte Placentino. Plinius,Ebuli folia contrita,& è vetere vino impoſita,etiā boā ſanāt. id eſt rubentes papulas. Eſt autem boa,morbi genus, quum corpora ob papularum multitudinem rubent,ad ſimilitudinem eorum,qui à Boa ſerpēte icti turgeſcunt. Vel à fimo bubulo,cuius litu maxime tollitur. Intertrigo, vetus eſt & elegans,ab interterēdo:& eſt ex fricatu coxarum inuicem fere ex itinere per ſudorem ægritudo,vel morbus aut malum. Græce παράτριμμα dicitur. Columella lib.7, Intertrigo bis die ſoluitur aqua calida,mox decocto agrico ſale cum adipe defricatur. Tædulus pro faſtidioſo,qui omnibus tædio eſt,non tam libenter dixerim, nec omnino repudiauerim. Oppido pro valde,vetus eſt non penitendum:vt Oppido doctus. id eſt valde,multum,quaſi quantum oppido ſatis eſſet. Verbis non inueni iunctum. quare non dices Oppido amo,lego:inuenies tamen Oppido perij. Proſapia,id eſt progenies,vetus eſt non reſpuendum,ſi parcè vtaris. Exantlo, id eſt perpetior, effundo, exhaurio,ſupero,vetus eſt non refugiendum,licet Quintilianus diſſentiat:quia poſt Quintilianum doctiſſimi eo verbo vtuntur: inter quos Politianus,Beroaldus,&c.& ante Quintilianum Cicero. Nullum autem verbum à Cicerone dictum,horridum,incultúmque videri debet,teſtibus Perotto & Georgio Valla. Cic. in Tuſculanis, Quod quum exantlauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum. id eſt exhauſiſſet aut ſuperaſſet. Plaut. in Sticho, Næ ædepol vinum poculo exātlauit. Lucillius lib.30, Quantaſcunque modo ærūnas,quantoſcunque labores exantlaris. id eſt perpeſſus fueris. Capitur pro perficio. Pacuuius, Non poteſt Menalippe hic ſine tua opera exantlari clauus. Exantlo dicitur ab ἐκ & ἀντλέω, id eſt haurio. Liuius, Florē antlabam liberi ex carcheſijs. hinc ἀντλία, id eſt machinula ad hauriendam aquam excogitata. Martialis, Curua laboratas antlia tollit aquas. Per e exanclo non opinor recte ſcribi. Tuburcinor tuburcinaris,vetus deponens, pro raptim comedo, neutiquam reijciemus:quoniam ei æquale non habemus verbum,vt ait Valla Placentinus. Plautus in Perſa, Tuburcinari de ſuo,ſiquid eſt domi. Titinius, Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Reor quoque verbum ſecundæ pro arbitror,priſcum Cicero putat, & eo vti conſueſſe Cottam: quis tamen eo non vtitur? Autumare quoque, nuncupare & fari vtcunque poetica videantur:in orationem tamen ſolutam cadunt. Nec faſtidiemus penitus Sculnam vel ſeculnam pro ſequeſtro. Nec ex iure manu conſertum,quum res iudicāda ad prætorem ducitur, vt vindicetur. Ita manias & maniolas ex pinſa farina in humanas figuras deducta dixerunt,& manias laruas, quas nutrices vagiētibus pueris ſe immiſſuras minitabantur. Emanticulari pro furari,& machinam nouam ordiri. Pacuuius, Ad māticulandum aſtu aggreditur. Cur nunc quoque non oliueta oliuarum collectio,vt vindemia vindemiarum dicitur? Et offendices nexus,qui retinent ſub mento aſtrictos per ſpiras galeros,ne labantur è capite? Cur non rupicos ruſticos rupes incolentes: Et petimina in humeris iumentorum hulceráque ima, id eſt profunda petant? Perediam vero & Bibeſiam non tam libenter pro cupiditate edendi & bibendi dixerim:nec tamen prorſus excluſerim ex oratione,vt quandoque locum non habeant. iudicabit autem poeticæ & oratoriæ conſultus. At quomodo aliter quàm porcam voces terrā inter duos ſublatam ſulcos ſeminio obnoxiam,nō video. Patrimum quoque & Matrimum,qui patrem habet & matrem,cur non dixerim, quū alia voce ſignificare idem mihi non permittatur? Gluere pro certare,non prorſus exterminabimus,ſed iudicio opus vbi vtendum ſit. Peculatū,furtum publicum facile dixerim. Et lixulas pro globulis è pinſa farina in ſartagine frixis, aut ꝑ circulis ex farina,caſeo,& aqua cōmiſtis. Quiſquilias non repudiabo pro parui momenti rebus. ſic hilū,nænias,ſtrophas,præſtigias,& id genus reliqua,licet perquā vetuſta,libēter orationi meæ admiſcebo. Et ſpecilla pro ocularibus,& vindicias pro rebus,de quibus cōtrouerſia eſt, ab eo quod vindicātur ex cōtrouerſia dictis.

Nouare autem ac fingere verba liberius conceſſum poetis quàm oratoribus: licebit tamen id fieri non affectatè, ac prudenti iudicio. Beatitudinem ac beatitatem Cicero dura qui fingit intelligit, ſed molliet,inquit,vſus. ita primus ſyllabatum protulit,vt Aſinius fimbriatum ac figulatum. Ex Græco quoque formata noua,& plurima à Sergio Flauio prolata. Ens & eſſentia,quæ cur tantopere (inquit Quintilianus) aſpernemur,nō video: niſi quòd iniquiores aduerſus nos ſum⁹ iudices. Inde fit vt

Toper
Antigerio
Torma
Boa
Intertrigo
Tædulus
Oppido
Proſapia
Exantlo
Antlia
Tuburcinor
Reor
Autumo
Sculna
Maniæ
Maniolæ
Manticulari
Oliueta
Offendices
Rupici
Petimina
Peredia
Bibeſia
Porca
Patrimus
Matrimus
Gluo
Peculatus
Lixulæ
Quiſquiliæ
Specilla
Vindiciæ
Noua verba
Ens
Eſſentia

verborum inopia laborem⁹. Recte Cicero, Si(inquit) Zenoni licuit, quũ rem aliquã inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? Cicero vix audebat dicere Medietates, quòd durum videbatur: & Fauor Vrbanúſque, quòd noua. Illud vitãdum, ne qua ſit affectatæ nouationis ſuſpicio. eſt enim in ea re nimius Apuleius, & iure odioſus. nonnihil etiam affectatus Aulus Gellius, vt veterum quoque verborum amantior. Mallet ſiquidem adagium, quàm prouerbium dicere, recte aliquando, vt pecuniam mutuaticam: in quo ipſa proprietas fulget; vt etiam nebulo

Depalmo

ſuo nomine, ſicut quencunque depalmauerat, pro eo quod eſt palma ceciderat. De veteribus ac nouis plurima id genus alia refert Georgius Valla, latiſſime de hac re diſputans: dicit idem barbare

Multoties

dici, Multoties, Nullibi, Iureconſultus, Impræſentiarum. De (nullibi) facile aſſentior, licet eo vtantur Politianus, Beroaldúſque, & neotericorum plures. Multoties vtuntur Priſcianus & Baptiſta Mantuanus, & (ſi mendum abſit) Seneca de breuitate vitæ, Multoties Tantali more inter opes & co-

Paucies

pias poſiti. Et de paupertate, Perpeſſi ſunt multoties inopiam. Baptiſta Pius etiam dixit paucies pro

Iurecõſult⁹

raro. Cicero iureconſultus dixit in ſecundo de legibus. Et ad Herennium, Impræſentiarum de am-

Impræſentiarum

biguo, vbi Cicero ait, Impræſentiarum hoc interdicere non alienum fuit. Groſſus, Groſſities, aut groſſitudo, vulgi vocabula à doctioribus damnantur: quia dicendum eſt Craſſus, Craſſitudo. Id ſi ve-

Groſſus

rum eſt, oportet fateri mendum eſſe apud Senecam libro tertio de beneficijs, Aſpice trabis proprietatem: æſtimes altiſſimam ſiue groſſitudinem, &c. Hîc vitio librariorum proprietatem pro proceritatem, & groſſitudinem pro craſſitudinem, legitur. Et in 4. Nat. Pilus pilo groſſior. pro craſſior. Hæc eò diligentius colligo, vt nemo ignoret periculoſiſſimum eſſe verbum: nuſquam legitur: & à bonorum contubernio longe pellendum. Modeſte autem dicere poſſumus, Non crediderim inueniri. Non memini legere, &c. Hoc quoque caute videndum eſt, anne ea quæ doctiſſimi reprehenderunt, ſint à

Pijſſimus

poſteris etiam ſummæ authoritatis viris vſurpata: nam tum intrepide ijs vtemur, vt (pijſſimus) Cicero in Antonium negat Latine dici: Seneca & alij quamplurimi non abhorrent. Seneca de breuitate vitæ, Quod vtrunque & pijſſime idem & fortiſſime tulit. Et principis pijſſimi recreat clementia. Enucleo eſt qui damnet, Ciceroni elegans viſum, Vt in Partitionibus, Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum. De nouis Quintilianus libro octauo ait, Siquid periculoſius finxiſſe videbimur, quibuſdam remedijs præmuniendum eſt, Vt ita dicam, Si licet dicere, Permittite mihi ſic: quod idem etiam in ijs quæ licentius tranſlata erunt proderit, quæ non tutò dici poſſint. Hæc Fabius. Ita dices, Varro librorum helluo, ſi tamen fas eo verbo in re tam præclara vti. Vt Neoterici loquũtur, Vt Enniano verbo vtar, Vt priſcè loquar, &c. Ex iam dictis ſatis liquet fas eſſe vti interdum etiam antiquiſſimis. quod eò audacius agendum eſt, quia Latinæ dictiones plurimæ non Ennianæ ſolum aut Pacuuianæ, ſed & Ciceronianæ vulgo ignorantur: in quarum locum irrepſere barbaræ. Ideo iamiam tempus eſt, quo intra penetralia Veſtæ

Obſcurata diu populo bonus eruat, atque
Proferat in lucem ſpecioſa vocabula rerum,
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis. Id ni fiat, actum eſt, ilicet: Latinitas periit.

ELEGANTIAE PRAECEPTA TRIGINTA.

ELEGATIA eſt orationis exornatio: quam vt conſequaris, neceſſe eſt vitia fugere. Nam vt Fabius libro octauo ait, Prima virtus eſt vitio carere. Huic ſententiæ ſuffragatur illud Horatij,

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe.

Ergo vitanda eſt turpis traiectio: vt Has res ad te ſcriptas Luci miſimus AEli. Et crebra vocalium concurſio, quæ vaſtam atque hiantem reddit orationem: vt Vaccæ æneæ amœniſſime impendebant. Fugienda etiam eſt eiuſdem literæ nimia aſſiduitas: vt O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. Et eiuſdem verbi aſſiduitas nimia: vt Nam cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Nec vtemur continenter ſimiliter cadentibus verbis, vt Flentes, plorantes, obteſtantes, lachrymantes. Cauenda etiam eſt longa verborum continuatio, quæ & auditoris aures, & oratoris ſpiritum lædit. Vitanda ambiguitas, vitanda omnis barbaries: nequicquam elegantiæ ſtudet, qui Latinitatis regulas negligit.

PRIMVM elegantiæ præceptum eſt, Oratorem varietas plurimum delectat. ideo nullum elegantiæ præceptum ſuperſtitioſe obſeruandum eſt. Neque enim (vt Fabius inquit) leges ſunt oratorum quadam veluti immutabili neceſſitate conſtitutæ, nec rogationibus plæbíſve ſcitis ſancita ſunt iſta præcepta: ſed vti in ſtatuis, picturis, poematis, cæteríſque: ita quoque in exornanda viri eloquentis oratione plurimum ſemper roboris ac venuſtatis habuit varietas. Atque (quod dici ſolet) tenendum cauendúmque eſt illud ante omnia, ne ars vlla dicendi (ſi fieri poteſt) eſſe videatur. Ad hanc varietatem conſequendam totis viribus ſtudendum eſt copiæ rerum & verborum, vt idem ſciamus multis modis efferre: vt Multũ delectauit epiſtola tua. Literæ tuæ me vehementer exhilararunt, &c. De copia rerum & verborum edidit nuper opus pulcherrimum doctiſſimus Deſiderius Eraſmus: paruo ære comparatur. Hoc vos aureum opus ô adoleſcentes Nocturna verſate manu, verſate diurna.

SECVNDVM, Vocatiuus gaudet ſibi aliquid præponi. Cic. Quanquam te Marce fili, &c. Nec aſ-

pernatur initium, ſed inter ipſum & verbum pulchrè interijcitur parentheſis. Virgilius, Tityre,dum redeo(breuis eſt via)paſce capellas. Parentheſis eſt interpoſitio ſentẽtiæ,qua ablata,ſenſus manet perfectus,vt hæc oratio(breuis eſt via)eſt parentheſis,& clauditur duabus ſemilunulis:ſic ().

TERTIVM,Particulæ,dum,quum,quia,donec,&c.non impatienter quippiam ſequuntur. Terentius,Omnes cum valemus,recta ægrotis conſilia damus.

QVARTVM,Adiectiuum ſubſtantiuo venuſte præit,vt Magna virtus. verum nõ illepide aliquid interijcitur,vt Magna dei clementia. Peruerſum Neronis ingenium. Mancinellus dicit pronomina adiectiua meus,tuus,ſuus,noſter,veſter,venuſtius poſtponi.

QVINTVM, Superlatiuus tamen & negatiua ſigna, & hoc ſignum omnis, & quoduis adiectiuũ, quo magnificum quid ſignificamus,poſt alia ponũtur plerũque: vt Beneficia in me cõtuliſti maxima. Qui te vehementius,quàm ego,colat,habes profecto neminem. Quæ dediſti nobis dona,fuerũt egregia. Alexander ille magnus.Cato ille Cenſorius.Quæ facis grata ſunt omnia.

SEXTVM, Inter præpoſitionem & eius caſum nonnihil apte interceſſerit: vt In patris domo. Ad principis aulam. Ponitur præpoſitio venuſte inter adiectiuum & ſubſtantiuum, vt Feraci in agro. Ornatiſſimo in loco.Maximas ad res.Iuſtis de cauſis.

SEPTIMVM, Dictio à tergo recta fere præcedet,vt Petri liber.Laude dignus. Et veneri ducitur, ſiquid interijciatur : vt Inopis pauci miſerentur. Hæc regula aduerſari videtur grammatico ordini, ideo in priori Syntaxeos editione dixi, Conſtruit orator proprie,quæ deſtruit ipſe Grammaticus,quibus eſt ferme contrarius ordo.

OCTAVVM, Verbum (ſi fieri poteſt) in fine locabitur, vt Carthaginem Scipio deleuit. hic obliquus nominatiuum venuſtius præcedit quàm contrà.

NONVM, Antecedenti relatiuum præit haud illepide, vt Quos diligo,caſtigo. Quas ad me dediſti literas,fuerunt venuſtæ. Et ſæpe ſequenti libentius conuenit,vt Eſt vrbs in Flandria, quod Gandauũ dicitur.declaratio eſt in Syntaxi.

DECIMVM, Verbum ſubſtantiuum poſt duos nominatiuos diuerſorum numerorum,poſteriori pulchrius conformatur:vt Mandata tua,meditatio mea eſt.

VNDECIMVM,Adiectiuũ venuſte in ſubſtantiuũ vel in aduerbiũ vertitur:hoc modo,Quid cauſæ.pro quæ cauſa. Satis virium. pro ſufficientes vires. Ne ab honeſtate naturáque diſcedamus. id eſt ab honeſtate naturali. Totum in Syntaxi declaratur copioſe.

DVODECIMVM,Interrogatiuum minus amat exordium:vt Partes orationis quot ſunt?Nomini quot accidunt?venuſtius,quàm Quot ſunt partes orationis?&c.

DECIMVMTERTIVM, Infinitiuus finito præponitur : vt Romæ quid faciam?mentiri neſcio. Tibi inſeruire deſydero.

DECIMVMQVARTVM, Pulcherrima vero oratio fuerit, & maxime lugubris per multa actiuæ vocis infinitiua. Liuius lib.1,His muliebribus inſtinctus furijs Tarquinius,circũire & prehenſare minorum maxime gentium patres,admonere paterni beneficij, ac pro eo gratiam repetere: allicere donis iuuenes,&c. hic finitum nõ iungitur,quia intelligitur(coepit),aut ponitur infinitũ pro præterito imperfecto indicatiui.

DECIMVMQVINTVM,Elegãter particulæ exceptiuæ ſubditur relatiuum:hoc modo,Homo illiteratus eſt,ſed cui paucos anteponas in rerum gerendarũ ſcientia.melius, quàm cui,tamen,&c. quia intelligitur in priori(is)aut(talis),vt Sed talis,&c.

DECIMVMSEXTVM,Quædam venuſte ſubaudiuntur:vt Vnde mihi lapidem?ſic in Prolepſi & Zeugmate,&c. Teneto memoria,Cuiuſuis tacitam do caſus ſæpe regentem.

DECIMVMSEPTIMVM,Coniunctionum ordo omnino ſeruandus eſt,vt Sed tu,tu autẽ,quia tu,tu enim.Enim pro at,vetus eſt,& præponitur. Terentius,Enim ſolus nequeo.Decimuſquiſque etiam dices,non Quiſque decimus.Et Ad patrẽ,non Patrẽ ad.Interdũ etiam in proſa præpoſitio poſtponitur,quæ præpoſitiui ordinis eſt.Tacitus,Quos penes potentia,&,ſi res vetarentur, formido.

DECIMVMOCTAVVM,Aduerbium ante verbum,ſed non longe ab eo poni gaudet, vt Lælius Scipione familiariſſime vtebatur.Ille me hoſpitio humiliter ſuſcepit.Poterit & poſt verbum locari,vt Iuſſa tua exequar diligenter.

DECIMVMNONVM,Interiectiones per parentheſin interim concinne interijciũtur, vt Qui (malùm)fieri potuit?Nauibus(infandùm)amiſſis vnius ob iram.

VIGESIMVM, Gerundiuis pro gerundijs ornatè vtemur, vt Pecuniæ acquirendæ gratia auarus multa patitur.pro Pecuniam acquirendi gratia.hoc præceptum in Syntaxi copioſe declaraui.

VIGESIMVMPRIMVM,Seruetur ordo naturæ & oratio creſcat,vt Vir & fœmina,ortus & occaſus,diligo & amo,rogo,oro,obſecro,fur, ſacrilegus. Quomodo fiat poſitiuorũ αὔξησις, id eſt incrementum,in Syntaxi copioſe declaraui. Perdoctus, cum primis doctus. Item longe doctior,quàm doctiſſimus,&c.quæ omnia diligenter diſcantur,quia elegantiæ plurimum afferunt.

VIGESIMVMSECVNDVM, Deriuatiuis pro primitiuis interdum venuſte vtemur, vt Saltito pro ſalio,lectito pro lego.Sic luſito,factito,&c. ſæpius pro ſæpe,triſtior pro triſtis,celerius pro celeri-

ter,&c.velim pro volo,fecerim pro feci,ſic vt tempus tempori reſpondeat, fecero pro faciam,&c. Vbi coniunctiuus pro indicatiuo venuſte ponitur.Item delphinus,elephantus,&c. pro delphin,&c. amiculus pro amico modeſtiæ & ſuauitatis gratia.

VIGESIMVMTERTIVM,Relatiuum verbo antecedētis venuſtius poſtponitur, quàm per parentheſim præponitur,teſte Nigro:vt Cneum Pompeium,qui Romanorum auxit imperiū,ſummopere diligo,nō tam eleganter dicitur:quàm,Cneum Pompeiū ſummopere diligo, qui Romanum imperium auxit.

VIGESIMVMQVARTVM,Nigri præceptum eſt:Quando eſt aliquod ſubſtantiuum cum præpoſitione aliqua iunctum, quod ſit de natura præcedentis vel ſubſequentis clauſulæ, præpoſitionem in relatiuum vertimus,& verbum ſubſtātiuum adiungimus:vt Pro tua humanitate multa in me beneficia contuliſti. elegantius ſic dicitur,Quæ tua humanitas eſt,multa in me beneficia contuliſti.

VIGESIMVMQVINTVM,Licet inter adiectiuum & ſubſtantiuum,intérque verbum & aduerbium ſine additione alicuius,& cōiunctio non intercedat:quia male dicitur,Petrus eſt orator & doctiſſimus, pro Orator doctiſſimus : tamen venuſte coniunctio intercedet,ſi quidem apponatur in hunc modum:Petrus eſt orator & doctiſſimus quidem,vel & quidē doctiſſimus.Cicero orator fuit & ſingularis quidem. Hannibal pugnauit in Romanos & fortiſſime quidem,vel & quidem fortiſſime.Cic. 13.ad Atticum,Venit ad me,& quidem id temporis,vt retinendus eſſet.

VIGESIMVMSEXTVM,Pro oratione de verbo(habeo)eleganter verbo ſubſtantiuo vtimur:vt pro Habeo te deriſui,Es mihi deriſui. Ornatæ ſunt ſimiles orationes, licet per(habeo)declarentur: vt Literæ tuæ fuere mihi iucunditati.pro Fuere mihi iucundæ.Item Sunt nobis mitia poma,elegantius dicitur,quàm Habemus mitia poma. Rurſum feſtiuius dixeris, Vir magno ingenio,quàm Habens magnum ingenium, &c. quibus ſuperſedeo: quia ex Syntaxi nota ſunt,vt alia plurima: veluti Opus eſt facto.Inuentum curabo,&c.

VIGESIMVMSEPTIMVM, Si ſuperlatiuus durius ſonet,per poſitiuum & maxime venuſtius loquemur:vt Maxime memorabile facinus,pro memorabiliſſimum.

VIGESIMVMOCTAVVM,Franciſci Nigri eſt: Si aliquē maximopere laudare aut vituperare volumus,laudationis aut vituperationis cauſam in genitiuo conſtituemus:ac huiuſmodi nomina,ſplendorem,fulgorem,gloriam,laudem,vitium,facinus,crimen,aut ſcelus addemus. Exemplū primi,Marcus Antonius plurimum eloquentia valuit.quod melius dicitur,M.Antonius plurimum eloquentiæ gloria valuit. Exemplum ſecundi, Lucius Catilina coniuratione damnatus eſt. quod elegantius dicitur,L.Catilina coniurationis ſcelere damnatus eſt.

VIGESIMVMNONVM,Si cuipiā duo æqualiter attribuere voluerimus, per(tum)vel(&)geminatum politiſſime efficiemus:vt Aphricanus ſingularis,& vir & imperator,propter magnam & doctoris authoritatem & vrbis. Præclarus & miles & ciuis. Vir tum bonus, tum temperatus. Imperator tum callidus, tum fortis. Cicero tum ingenio, tum eloquentia valuit. id eſt æquè valuit ingenio & eloquentia.Quòd ſi alterum præpolleat,minus cum dictione(cum) præponetur, & præcedente particula (tum) ſequetur maius in hunc modum: L. Lælius amat Scipionem cum ob doctrinam eius, tum propter virtutem.id eſt ob doctrinam & maxime ob virtutem. Cicero,Cum omnibus conſulendum eſt,tum qui armis poſitis ad Imperatoris fidem confugiunt.

TRIGESIMVM, Non orationum ſolum ſed ſingularum etiam dictionum elegantia vigili ſtudio diſcenda eſt,quæ non certis regulis,ſed multa veterum & eorum,qui veteres recte imitati ſunt,lectione cognoſcitur. Plurima in Syntaxi noſtra enucleaui. Adijciam tumultuarie paucula,quibus nō contenti,adeatis,vbi hæc cognoueritis,libros Laurentij Vallæ elegantiſſimos, & opuſculum Senenſis exquiſitiſſimæ elegātiæ refertū. Accipite adoleſcētuli pauca,ad pulchriora ab alijs petendū irritamēta.

Afficio / Facio — AFFICIO & proſequor te honore,id eſt honoro te.vt in Syntaxi diximus. Afficio te iniuria & cōtumelia,aut Facio tibi iniuriam aut contumeliam:vtrūque recte dici teſtatur Valla. Cicero,teſte Eraſmo,negat Latine dici, Facio tibi iniuriam. Ego tamen ſic auſim loqui propter authoritatem Senecæ in epiſtola 72,Quiſquis volet tibi contumeliam facere,faciat & iniuriam. Idem alibi,Qui contumelia afficitur.hoc elegantius eſt. Contrà malim,Facio tibi moleſtiam,quàm Afficio te moleſtia.

Interdico — Interdico tibi domo,elegantius dixeris,quàm per accuſatiuū,Interdico tibi domum. & hoc tamen Latine dices,vt probaui. Afferā de accuſatiuo plurali teſtimonia. Seneca de beata vita,Deſine philoſophis pecuniam interdicere. Idem epiſtola 87, Interdicit ſibi ac ſuis admirationem talium rerum. Idem de paupertate, Poſſeſſiones ſibi non interdicit. Et epiſtola 66, Interdices mihi inſpectionem rerum naturæ.

Intereſt / Animal — Quanti intereſt,eleganter dicitur: nec male,quantum intereſt. Seneca epiſt.71,Quantū exiſtimas intereſſe. Idem animal pro bælua cepit aut bruto animali, in epiſtola 85,Rationi nulliū animal obtēperat. Et epiſt. 75,Adijce, quòd multa, quæ bona videri volunt, animalibus quàm hominibus pleniora

Quid vocātur hæc — contingunt. Idem in epiſtola 110,Intuere quid ſint res noſtræ,nō quid vocentur. Elegans eſt, pro quo nomine vocentur.

Appeto — Appeto,pro appropinquo,elegās eſt,neque ſolū hiſtoricū eſt. Seneca epiſt.122,Appetere nox cœpit.

In primis amantiſſimus

Imprimis amans veritatis,elegantius quàm amantiſſimus dixeris:nec hoc tamen barbarum eſt, niſi mendum ſit apud Senecam lib.6.quæſt.nat. Nero Cæſar vt aliarum virtutum, ita veritatis in primis amantiſſimus.

Affectus

Affectus multo venuſtiſſimum eſt,pro eo quod eſt,non ad finem ipſum,ſed proxime fini progreſſus: vt Annus nondum confectus, ſed affectus eſt. Cicero de prouincijs conſularibus, Bellum affectum videmus &(vere vt dicam)pœne confectum.Ibidem,Quæ per eum affecta ſunt,perfecta reipublicæ reddat.

Imaginor

Imaginor cum accuſatiuo haud inuenuſtum eſt. Seneca de conſola. ad Albinam, Auaritia diuitias imaginatur. Apuleius de aſino, Peſtiferos imaginaris amplexus. Quintil. in 12, Et tantum oratorem imaginatur,ac fingit.

Halo

Filialis

Halo recte dicitur:ſed accuſatiuus eſt halo,vt Dido apud Senecam primo de quæſt. nat. Hanc Græci halo vocant. Nec barbarum eſt Filialis. Idem ad Albinam,Vbi mater ipſa ſemper filialis.

Dominus

Dominum preſbyterum,propter vulgi faſtum vitandum,ſalutabo in plateis non in epiſtolis. Seneca epiſt.3,Obuios,ſi nomen non ſuccurrit,dominos ſalutamus. Sunt qui comparatiui ablatiuum in e,quàm in i deſinere malint, quibus authoritas refragatur veterum,vt in declinationibus oſtendi.

Repetitio exornat hoc pacto: Te noui,te colui,te ardentiſſime amaui.

Coniunctio venuſte omittitur ſic:Studio,doctrina,virtute non parum vales.

Ne quidem

Inter ne & quidem aliquid ſemper interijcitur. faciunt autem vehementiorē negationem quàm non. veluti pro,Non verbum loquutus eſt: venuſte dices,Ne verbum quidem loquutus eſt.

Quid quòd

Quid quòd, elegantiam habet hoc pacto: Quid quòd mentiri te chirographus conuincit? Plinius, Quid quòd nocturnæ exiſtimatione quietis homo dimidiū ſuæ vitæ ſpatium viuere creditur? ita doctiſſimi quique loquuntur.

Dicier

Dicier,mōſtrarier,& ſimilia,fere poetica ſunt:vtuntur tamen in proſa etiam interim oratores:verum admodum rarenter. Vatin. lib.5. epiſt. fam. pro ſe cauſam dicier vult.

Neſcio quis &c.

A neſcio quo

Neſcio quis,neſcio quem,&c. eleganter per contemptum dicuntur, vbi etiam nomen non ignoramus,ſed per contemptum neſcire ſimulamus. Cicero 15. ad Atticum,Sibi à neſcio quo miſſam. à neſcio quo,pro neſcio à quo. Lepidum eſt,Iuit homo neſcio quo. Plinius, Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurrauit. Cic. Quum præcepta neſcio quæ diſcipulis ſuis palàm tradidiſſet. Seneca, Paulum neſcio quid viſus eſt balbutire.

Hic ipſe

Hic ille,hic ipſe,maioris efficaciæ cauſa dicimus. Virg. Hunc ipſum fatis externa ab ſede profectum. Cic. in Clodium,Nemo negat hunc ipſum otij & pacis hoſtem cauſam arrepturum ad incendia.

Ne dicam

Ne dicam,lautum eſt,ſi recte quis vtatur. Ne dicam, teſte Valla,præponitur accuſatiuis,ſi ſubſtantiuum nominatiui caſus præcedat. Cic. pro Deiotaro,Crudelis Caſtor,ne dicam ſceleratum & impiū.

At ſubſtantiuo ſequente,habebit ſimiles caſus ; vt Crudelis, ne dicam ſceleratus & impius Caſtor. hic intelligi non poteſt(eum)vt in exemplis,vbi recte accuſatiuus ſequitur. Vbi nominatiuus abeſt, habet ſimiles caſus,etiam ſubſtantiuo antecedente. Idem, An ſperaſſet viuo Milone,ne dicam cōſules?

Intellectio ſiue ſubauditio non obſcura elegans eſt, vt in Zeugmate & cæteris à nobis in Syntaxi declaratis. ſi obſcura fuerit, vitabitur: niſi apud maximos authores reperiatur: tum poterimus parcè imitari. vt eſt illud Ciceronis ad Herennium,Obfuit plurimum eo tempore reipublicæ,conſulum ſiue malitiam,ſiue ſtultitiā dicere oportet,ſiue potius vtrunque. hic in genitiuo (conſulū) intelligitur nominatiuus(factum):quia ſenſus eſt,Factum conſulum obfuit eo tempore plurimum reipublicæ,ſiue illud factum conſulum dicere oportet malitiam,&c.

Rationem habeo

Rationem habeo, id eſt conſydero: vt Tuæ valetudinis rationem habere debes,id eſt reſpectū. Rationem tecum habeo,id eſt commercium: vt Nullam tecum rationem habere cupio. Barbari dicunt, Nolo tecum habere ad faciendum.

Fruor in Syntaxi declaratur,vt plurima alia. Ouid. Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.

Cōplector

Complector te amore,id eſt amo te. Complector rem animo,id eſt conſydero ac voluo.

In animo eſt

In animo eſt,id eſt propono: vt In animo eſt ad te venire. Idem ſignificant animus eſt & mens eſt. Virgilius, Mens omnibus vna ſequendi.

Certum eſt

Certum eſt,deliberatum eſt,decretum eſt:pro decreui & deliberaui:vt Certum eſt mihi ad te proficiſci. Vel ſine datiuo. Virg. Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum

Malle pati. Certum eſt amicitiam opibus præſtare,id eſt manifeſtum eſt.

AEque

AEquè pro tantum eleganter ſic vtemur: AEquè te amo,ac oculos meos. AEque,id eſt tantum. Ac vel atque,id eſt vt,vel quantum.

Haud ſecus

Haud ſecus ſentio,ac vel atque,vel quàm tu: pro non aliter quàm,elegans eſt. Virgilius,

Haud ſecus ac iuſſi faciunt.

Aliàs

Aliàs pro modo,vel aliquando,lepide geminatur,hoc modo: vt Non ſemper eodem vultu ſunt homines: aliàs quidem læti,aliàs triſtes.

Non tantū

Non ſolum

Loquendo per non modo,non tantum,non ſolum,nulla negatione poſtpoſita, debet minus & leuius cum prædictis poni dictionibus:maius autē & vehementius ſequi cum verūetiam, verū quoque:

vt Non tantum te diligo, verumetiam ſummè amo. Quòd ſi negatio ſequatur, res maior præponetur, & res minor ſequetur, adiuncta negatione (ſed ne quidem): vt Non modo te non amo, ſed ne diligo quidem. Aliquando (ne quidem) præponitur. Cicero, Mihi vero quicquid acciderit in tam ingrata ciuitate, ne recuſanti quidem euenerit, non modo non repugnanti.

Nedum — Per (nedum) ſine negatione loquendo, debet maius præcedere: nedum interponi, & minus ſequi: vt Virtutem exactiſſima opera, nedum ſcientiam comparare laboremus. At per (nedum) adiuncta negatione loquendo, debet minus præcedere: nedum in medio poni, & maius ſequi: vt Hic ſcientiam non ſibi comparat, nedum virtutem non colit.

Munus, Partes — Munus, & in plurali Partes pro officio capimus venuſte: vt Adoleſcētium munus eſt maiores natu vereri. Cæſar in comment. Aliæ enim ſunt legati partes, aliæ Imperatoris.

Conſequor — Verbis conſequi non poſſum, quantum gaudij ex literis tuis ceperim. pro Nequeo exprimere, concinne dicitur. Ouidius,

Deſinet antè dies, & in alto Phœbus anhelos
AEquore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis.

Tantiſper dum — Tantiſper meum dici te volo, dum quod te dignum eſt, facias. Pro (dum) ponitur aliquando (quoad): vt Tantiſper hoc verbo vtar, quoad melius inuenero.

Quin — Quin pro cur non, eleganter capitur. Terentius in Heauton. 4.7, -quid ſtas lapis? Quin accipis? Aliquando exhortatur. Idem in Andria 1.1, Quin tu vno verbo dic: quid eſt quod me velis? Affirmat pro quinetiam. Virgilius,

-quin aſpera Iuno
Quæ mare nunc, terráſque metu, cælúmque fatigat,
Conſilia in melius referet. Nullus eſt quin te amet, id eſt qui non. Nunquam ad te venio, quin diſcedam doctior. id eſt vt non. Non poſſem, quin plorem, &c.

Vſurpo — Vſurpo, pro infrequenti vſu habeo, elegans eſt: vt Crebra eſt apud Ciceronē huius verbi vſurpatio.

Memoriæ proditum eſt: pro ſcriptum eſt, & mandatum literarum monumentis, & ſimilia lepidè dicuntur.

Increbruit — Hæc res apud me increbruit, id eſt ad aures peruenit, venuſtiſſime dicitur.

Rumor — Nec illepidum eſt, Rumor eſt: pro Homines dicunt. & Vulgo dicitur: pro eo quod ruſtici aiunt, Cōmuniter dicitur. Fabius, Vulgo dicitur ſcelera non habere conſilium. Rumore accepi, id eſt intellexi.

Elegans eſt Accipio, pro intelligo.

Tendo — Contra ſermonem tuum tendo. id eſt tibi reſpondeo. Contra iter tuum tendo. id eſt tibi occurro. Multa his pulchriora inuenies apud Vallam, Perottum, Dathum, pluréſque: neque pauca ex Syntaxi noſtra. Ego, ne opus nimium turgeſcat, finem facio. Legite iuuenes, vbi noſtra cognoueritis, etiam aliorum opuſcula. Quos autem legere debeatis, docuit Fabius lib. 10. cap. 1. dicens, Lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationíque tradatur. Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt. Seneca in ſecunda epiſtola ad Lucillium, Diſtrahit animum librorum multitudo. Ibidem, Quum multa percurreris, vnum excerpe, quod

Exercitatio — illo die concoquas. De exercitatione Fabius in procemio lib. 1. ait, Hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicendi multa & continua exercitatione, per ſe nihil proſunt.

Orthographia.

IOHANNES DESPAVTERIVS NINIVITA BARPTOLOMAEO NICOLAO Bybliographo S.

NON POSSVM tibi non gratulari Barptolomæe Nicolae, quãdo & literatos abs te vehementer amari intelligam:cui rei cum multa,tum hoc potiſſimum eſt argumẽto, quòd vbi de Orthographia opus nos edidiſſe rumore acceperas,huc illico aduolitaſti,rogitans inſtãter Orthographiæ iſagogen iſtuc ſcriberem. Quod diutule quanuis non parum occupatus diſtulerim, tuæ tandem petitioni iudicaui ſuccurrendũ:quandoquidem perhoneſta eſt,& multis(ni fallor)tyrunculis profutura. Verum vt pro materia breuis ſim,rem nunc ordiar.

Orthographia

Litera

Elementum

ORTHOGRAPHIA eſt recte ſcribendi peritia:nam ὀρθὸς cũ th aſpirato rectus eſt:& γραφή,ſcriptura. Vnde & à βυβλίον, id eſt liber,cum y Græco in prima, fit bybliographus, librorũ ſcriptor. Omnis autem ſcriptura literas ſyllabáſque cõſyderat . Ideo quid litera,quidque ſyllaba ſit videamus. Litera eſt elementi nota & ſcripturæ pars minima:vt a,b. Elementum eſt minima pars vocis cõpoſitæ, vt(a)prolatum. Itaque litera figuratur, elementum profertur. Ideo autem hoc nomen literæ pronuntiatio accepit. vt enim é terra,aqua,aere & igni,quæ vocata ſunt elementa,corpora fiunt:ita ex illis ſyllabæ,dictionéſque conſtant. Sunt autem literę viginti & duæ,a,b,c,&c. Elementa vero propé ſunt infinita, docente etiam Priſciano. H vero litera nõ eſt,ſed aſpirationis nota, authore Priſciano:quanuis aliter Diomedes docuerit. Differentia inter literas & elemẽta nonnunquam confunditur. Syllaba eſt vnica literarum cõplexio, vt Bar,pto. Vocales impropriẽ ſyllabæ dicuntur, vt a in amo. Sed nunc de his ſpecialius eſt dicendum:& prius de literis.

LITERARVM DIVISIO.

LITERARVM nomina apud Latinos monoſyllaba ſunt omnia præter zeta aut zita , quod tamen plures ze proferunt. Male ergo proferuntur effe, haetſe, patet per Priſcianum, qui ponit h nomen neutri generis in a terminatum. Eſt autem omnis litera,aut vocalis , aut conſonans. Vocalis eſt quæ per ze vocem habet:vt hæ quinque,a,e,i,o,u,& y Græca. Conſonans, quæ eſt vocali conſona, vt b,k,q,x,& cæteræ. at cum o nulla ſonat Latinis litera. Harum aliæ mutæ ſunt: aliæ ſemiuocales,inter quas ſunt liquidæ & duplices. Mutæ ſunt quæ à ſeipſis incipientes,in vocales deſinũt:quæ ſunt octo,b,c,d,g,k,p,q,t: quibus ex officio additur f,quia pro Græca φ ponitur. Et mutæ dicuntur,quia parum ſonant:non quòd nihil. Semiuocales (quæ ferme vocalibus in ſono æquãtur) ſunt quæ à vocalibus incipientes,in ſeipſas deſinunt:vt hæ ſex,l,m,n,r,s,x,& ex officio z:quia pro ſ plerunque ponitur,aut gemino,aut ſimplici. Liquidæ ſunt quæ ſyllabam vnam breuem corripi ſinunt, vbi aliàs eſſet poſitio:vt Atlas,cygnus,migro. Non piget mi Barptolomæe in hac iſagoge,quam tibi ſcripſi,vt etiam pueris non negetur,annotare puerilia. Vt eſt illud in primis quod ſubijciam,literas ſolere plerunque bifariam figurari:vt A magnũ, quod principio tantum damus:a verò paruum,cuilibet. ſic de b,& alijs iudicabis. ſ longum in fine non ponimus, niſi encletica ſubnectatur: vt Paruus magnúſque. Videtur nanque encletica ad præcedentis dictionis ſubſtantiã pertinere. s ſerpentinũ nunquam medium, & perraró initium ſibi vendicat . V magnum petit ſemper principium: paruum verò quodlibet. At iam ad reliqua.

DOCVMENTA PRO MALA EVITANDA SCRIPTVRA.

QVISQVIS recte vult ſcribere,ante omnia opus eſt nihil immutet,addat,aut abijciat. Immutant quidam ſcioli cum in verbis o pro u ſcribunt,vt legont,legitor,quia cum o in ont nullũ deſinit verbum:nec in or,niſi forſan ſit prima poſitio: vt Nector, præter quàm in futuro imperatiui. Sic ineptiunt g pro c ſcribentes, in Cneus, Caius, Amurca, Licurgus:in quibus c ſcribi deberet,& proferri g. Fit & alijs modis immutatio:ſed ſuperſedendum puto, ne non iſagogen ſcribere videar. Addunt ineptuli geminantes in his conſonantẽ,ſabura,quanuis contrariũ docuerit Priſcianus. Canalis,Catus etiam pro animali:OEdipus,quod habet ſecundam breuem. Ofella,licet offa primitiuum ff geminet. Arabia,arabius,niſi in carmine. Maſiniſſa. Mile ſingularis numeri generis neutri:vt Mile militũ eſt occiſum. ſicut eius plurale milia milium,authore Georgio Valla. Secus eſt de Mille adiectiuo. Cinamomũ, at cinnamũ n geminat. Legitimus,quia ſecundã corripit. Apollo ſimplici p. Solers vnico l. Perennis ſine h,vt abominor,abũdo. Et compoſita à πολύ,cũ υ Græco, id eſt multum. præter Pollydamas,Pollypus,in quibus l geminatur. Comoedia. Pulus ſubſtãtiuum: vnde pulaſtra. Et bulla,authore Georgio Valla. Numiſma cum u,quia prima corripitur:ſed geminatur in nũmus. Curulis. Renuo. Tolero. Et indubie plura. Cõtrà abijciunt qui hæc geminãda non

Male mutata

Male geminata

Male ſimplici conſonante ſcripta

geminant, ſimillimus, gracillimus, facillimus, humillimus, docillimus, agillimus, ſabbathum: gramma, id eſt litera: grammatica. Epigramma, cum i Latino, vt cætera ab epi: vt Epiſcopus, Cappadox, Cappadocia, Sappho, ſapphyrus, narro. Matthias, Matthæus, comma commatis, id eſt pars: quattuor ſæpius, vt quottidie aut cottidie: oppidum, oppidò aduerbium, opperior, opportunus, ab ob & portu: opperior deponens, id eſt expecto: gloſſa, Iuppiter, ſupparus, cuppa, ſtuppa, ſaburra appellatiuum: Bacchus, balliſta, Gellius. Appello geminato p, id eſt applico: ſed apello cum vnico p, id eſt amoueo. Sic apella, vnico p, id eſt Iudæus, quaſi ſine pelle: hoc eſt circunciſus. Et Apelles pictor. Mamma: ſed mamilla vnico m ſcribitur. Ammodo duplici m. Mappa, ſed mapalia vnico p ſcribitur. Parnaſſus. Camellus, authore Georgio Valla: quod Laurentius in Raudenſem deridet. ἵππος, id eſt equus, cum i Latino. Vnde Hippolytus, hippolyta. Phariſſæus: licet ſcioli quidã corripuerint, vt ille qui Florettus inſcribitur. Littus, littera. Pſittacus, non vt ſcioli dicunt Phittacus. Tardiuus tamen noluit geminari Porrum: ſed Porus, proprium viri, & Spiramentum r non geminat. Subuccula, id eſt camiſia. Maturrimus ſecundum analogiam à matur: nam & maturiſſimus dicitur. Aſyllus vel aſyllum, locus refugij. Et aſillus, id eſt œſtrus vel œſtrum. ſic Georgius Valla, quicquid dicat Neſtor. Vlyſſes, non Vlyxes, vt multis placet. Syllogiſmus, à σὺν, id eſt cõ, cum y Græco, vbi mutatur n in l, vt apud noſtros in illudo. ſic ſyllepſis. Abijciunt etiam qui compoſita à iacio vnico i ſcribunt, vt diligens præceptor facile declarabit: abijciũt item ineptuli aſpirationẽ è plurimis, vt ex his Chryſoſtomus, à χρυσὸς, aurum cũ ch & y Græco. Vnde chryſolithus cum th in vltima, præcedente i noſtro: à λίθος, id eſt lapis. vnde Lithoſtratum non lichoſtratũ. Sed κρίσις ſine aſpiratione, & cum i noſtro ſcribitur, id eſt iudiciũ. Econuerſò peccatur in νίκη, id eſt victoria, cum i noſtro ſine aſpiratione. vnde Nicolaus, Nicomachus. Sed longius, atque putaram, proceſſit oratio.

Phariſſæus

Vlyſſes

Lithoſtratũ

DE DIPHTHONGIS ET EARVM POTESTATE.

DIPHTHONGVS eſt duarum vocalium vim ſuam retinentium in eadem ſyllaba complexio. Et ſunt propriè quatuor apud Latinos: Au & eu, in quibus difficultas non eſt: vt nanque ſcribuntur, ita proferuntur: vt Laus, fraus. ſed Emaus triſyllabum eſt apud Plinium, teſte Hermãno Torrentino haud parũ erudito homine. Euan, euangeliũm non gemino u euuangelium, vt imperiti ſcribunt. Et æ & œ, quæ plene ſcribuntur, niſi apud indoctos, aut ſignantur: ſed in prolatione vix a aut o auditur. ſignantur autem ſic æ, ę, œ. rarius tamen ſignatur œ, vt Muſæ, cœna. quòd ſi integrè ſcribantur, vniri debent literæ, & quodammodo coagulari. Quod vbi minus fit, diphthõgus non eſt, vt Phaetõ, Paſiphae, Danae, Aello, canis nomẽ. Patet igitur in his eſſe difficultatem. Et dicitur diphthongus, à δὶς, cum i Latino, id eſt bis: & φθόγγος, cum ph & th in eadem ſyllaba, id eſt ſonus vocalis: quaſi duarũ vocalium ſonus. Igitur ſolum (di) eſt prima ſyllaba. De œ nunc hoc præcepiſſe ſufficiat, quòd nunquã eſt dictionis finis: ſed aut in principio ponitur, vt œnophorũ, vas vinariũ: & cætera ab οἶνος, id eſt vinũ: vt οἰνόφιλος, id eſt bibulus, vini amator: à φίλος, id eſt amator, cũ i Latino: quia cũ y Græco ſignificat gentem: vt ἀλλόφυλος, id eſt alienigena: οἶκος, id eſt domus. vnde œconomus, œconomia, &c. œſtrus, œſtrum. Aut ponitur in prima ſyllaba, ſed præcedente conſonante: vt Phœbus Phœbe, fœcundus fœcũditas, mœchus mœcha, id eſt adulter adultera: mœchia, adulterium. fœdus fœderis, fœdero fœderas. fœdo fœdas: fœdus fœda fœdum. cœlum, cœleſtis: quæ etiam cum æ ſcribuntur. fœlix, fœlicito. cœmiterium, cœmentum, cœmentarius, fœmina, fœmen. ſed femur, femoralia nullam habent diphthongon. fœnum, κοινὸν, id eſt commune, vnde epicœnum cum i Latino: ab ἐπὶ, id eſt in, aduerſus, contra, vel retro, ſupra: & ſine aſpiratione h, vt eius primitiuum. Hinc etiam veniunt Cœna, cœno cœnas, cœnaculum, cœnobium, id eſt communis vita: nam βίος, vita dicitur. Fœnus, fœnero, fœneror, mœnia, pœna, pœnitet, pœnitentia, phœnix, mœreo, id eſt triſtor. cœtus, fœteo, fœteor, fœtus, fœtura. Aut ponitur in medio, vt diœceſis cum œ in antepœnultima: pro quo inepte dicunt Latinitatis corruptores dioceſis, corripiendo pœnultimam, quæ producitur diphthongo. Parœcia ſine aſpiratione cum i Latino, non vt aiunt Grammatiſtæ parochia: quod tamen à parochos deduci poteſt. de quo Horatius in Sermo: Addunt & parochi quæ debent ligna ſalémque. nequaquam tamen ſcribetur parrochia. Solœciſmus, ſolœciſſare. Melodia, pſalmœdia, proſodia: vt quæ eiuſdem deriuationis, Comœdia, tragœdia. hoc ex Georgio Valla habetur, & à Tortellio cõfirmatur. Prooemium: cui interdum aſpiratio interponitur prohœmium, firmioris pulchriorisque ſoni gratia. Amœnus, camœna, lagœna, pomœrium, qui eſt locus intra & extra mœnia vbi ædificare non licet: non autem locus pomis cõſitus, quod pomariũ dicitur. Nunc de æ dicamus, quæ neceſſaria magis videbũtur. AE aliquãdo principiũ obtinet, nulla præcedẽte conſonãte, vt AEdes ſingularis & pluralis numeri. vnde AEdifico, ædepol, æditũus, ægi prętentũ, æger, ægrotus: ægis ægidis, &c. ab αἲξ αἰγὸς, id eſt capra. æmulor æmularis, æmulus, ęneus ab æs æris: vnde & æreus. ænigma, æquus, a, um, adiectiuũ: æquor, æqualis, æquitas, æquæuus. vbi etiã in ſecunda eſt æ, vt in æuum: vnde deriuatur. æquinoctium, æquiparo, æquiualeo, ærumna, ærugo, æſtus, æſtas, æſtuo, æſtimo, AEſopus, proprium viri. ætas. AEternus, æther, AEthiops, AEthiopia. in quibus etiam fit aſpiratio poſt t, quæ excutitur in AEtna. Interdum præcedit conſonans, vt cæcus, fæx fæcis, vnde defæco, id eſt mundo: Græcus, ſæculum, væcors, cædo cecidi, & ſædo ſædas, cum ſ. ſed cedo ceſſi

Emaus

de OE

Non omnes tamen fœlix

AE

& anomalum pro dic,caret diphthõgo. Lædo lædis. Tædet,tædium,tæda. Pægi præteritũ. Cælo,id eſt ſculpo. Bælua,clæmens,dæmon. Plæbs plæbis. Læmargia,ingluuies:fçænũ,cæntrũ,vænum,væneo,vænundo. Cæpi à capio.ſic cõpoſita eius & deriuata,vt Cæptum,decæptus. Sed cũ œ ſcribe cœpi defectiuũ. Cæpe cum e,nomen.Sæpe cum ſ aduerbium. Cæra cum c. ſed cum ſ ſera corripitur. Cærimonia.Cæroma,vnguentum. Quæro,vnde quæſtura,&c. Plærique,ſphæra,Blæſus:Cæſar,cæſaries:Cæſpes,Cæſpito. Quæſo. Cæter cætera. Cæterum,id eſt ſed. Frætus, Lætor, Tæter,Sæuus,Næuus,Læuus, læua læuum. Læuis,id eſt planus. Et hæc vbi præcedit aſpiratio. Hæres,hæreditas:hæreticus, hæreſis, hæreo,hæſito. Aliquando æ ponitur in medio,Aulæa pluraliter. Galilæa,Iudæa: Alphæus,proprium viri. Manichæus:vnde Manichæi,hæretici. Matthæus. Nazaræus, id eſt Nazarenus:vtrũque habet diphthongon. Phariſſæus, Sadducæus: Telonæus,ſine aſpiratione, locus vbi pro magnis mercibus æs exigitur. Trophæum,diadæma cum i Latino: vt alia quæ dia habent exordium, vt dialogus, diabolus.

Balæna,muræna,leæna,ſyncærus ſyncæra ſyncærũ:à σὺν,id eſt con:& κηρὸς,id eſt cæra,cum y Græco. Palæſtina,palæſtra,diæta,longæuus. Hæc è magnis collegimus viris, Apuleio & ſimilibus. Sunt tamen non futiles,qui η Græcum non in æ,ſed in e longum vertendum cenſent:quibus ſcribitur cera, ſcena,ſceptrum,ethica,&c. Qui plenã velit rationem noſcere,legat verſilogum noſtrum. Sed duæ ſunt adhuc ponendæ regulæ.

DE AE REGVLAE GENERALES DVAE.

PRAE ſyllaba vbique fere diphthongatur,etiam ſi ſimplex videatur dictio, vt præco, præbeo, præs, prædis. ſed vnum proprium habet œ Prœtus. Carent autem diphthongo quæ natura corripiuntur, vt premo cum deriuatis, precor,preces,preciũ,apprecior:precia,primæ declinationis nomen,id eſt vua apud Virgilium in Georg. Interpres interpretis,interpretor. Poſterior regula, Vbi genitiuus & datiuus ſingulares,nominatiuus & vocatiuus plurales videbũtur in e deſinere,erit æ diphthongus: vt muſæ,eæ,hæ,quæ,meæ,& iſtæ,illæ,ipſæ. ſed nominatiuus ſingularis & datiuus nominis in e,& ablatiuus omnis,diphthongo carent:vt nominatiuo Magdalene,vocatiuo Anchiſe,ablatiuo Nymphe. Nomina vero tertiæ & quintæ in fine diphthongon nunquam habent ; quam habet væ interiectio, & papæ, næ pro vtique. Terentius,Faciunt næ intelligendo,vt nihil intelligant. Quædam,quæpiam,vt quæ.

DE Y GRAECO.

Y Græcum — GRAECVM Y, quod poſt x ponitur,vſurpamus in Græcis tantũ,aut à Græcis deriuatis:nec vndique tamen:quia eadem dictio ſæpe habet y Græcum & i noſtrum:vt hypocrita habet y Græ-
Hypo — cum in prima tãtum. & dicitur ab ὑπὸ,id eſt ſub. vnde hypotheca cum aſpiratione poſt t. & à
Hyper — κρίσις,id eſt iudicium. vnde hypocriſis,id eſt diſſimulatio:hypoſtaſis,id eſt ſubſiſtentia. ὑπὲρ etiam ha-
Nyx — bet y Græcum,id eſt ſuper:vt Hypermeter,hyperbole. νὺξ νυκτὸς,id eſt nox. Inde nycticorax cum i La
tino in ſecunda,coruus nocturnus. ne dixeris nocticorax. Hieronymus dicitur ſacra lex,cum y Græ-
à Nomos — co in quarta tantum. à νόμος,id eſt lex. quod mutat ibi o in y:vt ὄνομα,τος,nomen nominis, in dictio-
ne patronymicum,ſinonymum. πῦρ in compoſitione. vnde πυρὰ,lignorum ſtrues,habet y Grçcum
Martyr — vt Martyr. ſed pirata habet i Latinum. φύσις,id eſt natura. vnde phyſica. σὺν,id eſt con,cum y Græ
Phyſis — co,vnde Syntaxis,conſtructio. nam τάττω,ſignificat ordino. Syllaba,complexio:à λαμβάνω: id eſt ca-
Syn — pio. Syncopa,inciſio. Syncipit. συκῆ,id eſt ficus. Vnde ſycophanta,ſycomorus. Typos cũ y Græ
Syce — co,id eſt forma ſine aſpiratione. Vnde archetypus,id eſt exẽplaris:ab arche,principatus. ἔτυμος, id eſt
Typos — verus, ſine aſpiratione. Vnde etymologia. δὺς particula malũ indicans,cũ y Græco ſcribitur. Vnde
Etymos — δυσφίλος,id eſt malus amicus & ſimulatus. δυσχόλος,id eſt malus,infeſtus,& vehementis iræ à χολὴ,
Dys — id eſt bilis,ira. Dyſenteria , inteſtinorum exulceratio. Friuolum autem eſt quod dicunt hoc à ſchola
deriuari. Sed δὶς, id eſt bis cum i Latino ſcribitur, vt diſtichus cum aſpiratione in vltima: à στίχος, id eſt
Cyclus — verſus cum i Latino. Cyclus cũ y Græco & c exili,id eſt non aſpirato. Vnde Cyclas,cyclops. κυνὸς,
Cynos — id eſt canis,cum c exili & y Græco,vt Cynicus,Cynoſura. χεὶρ,id eſt manus cum ch aſpirato & i Lati
no,vt chirotheca. à θήκη,cum aſpiratione in priore,id eſt repoſitorium. quo etiam in ſimplici vtimur:
Clytos — vt theca calamaria. Enchiridion,id eſt manuale:ab ἐν,id eſt in:& chiridion, diminutiuo à χείρ. Cly-
tos cum y Græco ſine aſpiratione. hinc inclytus,id eſt inſignis & bene famatus. ab inclytos non dicitur
paraclitus:ſed à paracleo,rogo,hortor,& conſolor. Vnde παράκλητος cum e aut ſaltem i producto,id
Peri — eſt conſolator. μικρὸς,id eſt paruus cum i Latino. vnde μικροκόσμος, id eſt paruus mũdus. περὶ,
id eſt circũ, vel vltra cum i Latino ſcribitur. Vnde περὶ ἑρμηνείας,id eſt de interpretatione. duæ ſunt
dictiones. Nam hermenia,genitiuo huius hermenias,pœnultima lõga,dicitur interpretatio. Periodus,
Peripatetici. πόλις,id eſt vrbs:cum i Latino ſcribitur,vt Neapolis. ἀντὶ,id eſt pro,cum i Latino,vel
etiam ſignificat contra ſine aſpiratione:vt Antipodes,antiphraſis. ἀμφὶ,cum i Latino,id eſt circũ,vt
amphibologia. ἄριστος,id eſt optimus,cum i Latino ſine aſpiratione:vt Ariſtoteles,id eſt optimus fi-
Y ſcribenda — nis. nam τέλος ſine aſpiratione dicitur finis. Sed poſt generalia iungamus nonnulla ſpecialia : inter
in prima — quæ hæc in prima ſyllaba habent y Græcum. Cyrene, vnde Cyreneus & Cyrenẽſis. Byblia Bybliorũ,
pluralis numeri neutrum vt rhetorica. Inde βυβλιοπώλα,librorum venditor. Byſſus,byſſinus. Cypirus vel cyperus,media longa,arbor: cuius loco ineptuli legunt in Canticis capite primo,Botrus cy-

pri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.cū legendum ſit cypiri. γυρός,id eſt circuitus. Cypreſſus, vel cū u Cupreſſus. Cymba,cymbalū, cyprus,Cyprianus,ſcyphus,cū ſc.Cygnus,cyathus. Scytha, Scythia,cū aſpiratione in ſecunda. Glycerium,gymnaſiū,clyſter,clypeus. λύχνος,id eſt lucerna cū ch. λυεντερία,inteſtinorū diſſolutio:à λύω,ſoluo.vnde Hippolytus cū y Græco in pœnultima:quaſi diſtractus ab equis. Lympha,aqua. Nympha,vnde paranymphus. Lynter:lyra, inſtrumentum muſicum: aliàs ſcribitur i Latino. Lynx:myſterium, res ſacra. Pyga,teſticulorum loculi. Pythagoras, cum aſpiratione in ſecunda. Pygmeus,Pyxis pyxidis. Cryſtallus,ſine aſpiratione. Gryps gryphis.

Scrypulus vel ſcrypulum,genus ponderis. Symeon,viri proprium: ſed Simon & Smon ſcribuntur i Latino. Stylus dicitur à noſtris columna. Styps,ſtypis: ſtypendium. Tyrannus,Tyberis,tympana. Sequentia ſcribuntur cum y Græco in ſecunda tantum:Abyſſus,Bombyx,Babylon,Libya,Labyrinthus,cum th. Preſbyter Latine ſenior dicitur. Fatua eſt autem ſciolorum etymologia,præbēs iter. Vnde prædicator quidam ſic dicit, Ah perijt hodie nobilis illa interpretatio, Preſbyter, quaſi præbens ſuis iter. & rectius poteſt interpretari, bibens præ alijs ter. hæc ille in libello qui Anima fidelis inſcribitur . ſic indocti, vbi materia deficit,in ſingulis literis nouas fingunt pro commodo ſuo etymologias:ſed de his ſtultis ſatis dictum ſit. Sibylla,Cocytus. Procyon, nōmen ſtellæ. Archyta. Adytum,ſecretior pars templi. Didymus,Sandyx,AEgyptus. Collyrium,medicamentum oculorum. Y in ſecunda

Chalybes, cum ch. χίλυς,id eſt fides fidis. Lilybæū,Olympus mōs. Solymi,vnde Hieroſolyma: amygdala. Chlamys cum ch in principio:ænygma,Ganymedes. Moyſes,qui etiā Moſes dicitur. Papyrus,Zephyrus. Tiphys ſine aſpiratione. Beryllus,lapis. Charybdis,cum ch in principio. Corydon,caryca,corylus. Embryon,neutri generis,quaſi intus germinans.ab ἐν,id eſt intus:& βρύω,germino.vbi n mutatur in m,vt apud nos imbibo,impono.Sed quidā Græcę linguæ minus periti declinaue runt embryo embryonis. Garryo,garrys,garryre.Vnde garrulus,verſo y in u:vt in pleriſque alijs. Lachryma à Græco dacryon,d in l mutato:vt Vlyſſes ab Odyſſes.Vnde odyſſæa.ſed apud illos nō aſpiratur lacryma,vt apud nos robuſtioris ſoni cauſa. Clepſydra. Maſſylia,vrbs Libyes. Paſyphae, Atys,Cotys,ſine aſpiratione,propria. Butyrū, ſecunda breui. Itys ſine h,dactylus, Porphyrius. Pāphylia,regio.Intyba,martyr,ſatyrus ſatyra,Tityrus. Tethys cū aſpiratione in ſecūda, vxor Oceani. Azymus.

Sequentia Græcum y in tertia tantum: Anticyra,Panægyris. Acolythus cum h in vltima,id eſt adminiſtrans. Paralyticus,membris ſolutus. Pelamys,eſt nomen piſcis. Dionyſius,Arctophylax,Gazophylacium,Neophytus,Amaryllis,Apocryphus,Hierycus Hierycuntis. Amethyſthus, lapis. Apocalypſis habet y Græcum in quarta. In fine ſolum tria habent y Græcum,Dory,ciuitas:Epy,mons & vrbs:Moly,herba. Hoc Galli male obſeruant,qui cum y Græco ſcribunt mey,mihy,&c. Hoc etiam diligenter annotandum eſt contra Papiam & Ianuenſem & alios quoſdam , y non poni in principio, niſi præcedat aſpiratio:ergo male ſcribuntur Ymago,ydea,ydria,ydoneus.Inter quæ hydria tantū ſcribitur y Græco,vt Hydrops,hydropicus,hymnus,hyems,hybernus,hyſopus,hymē, & cætera Græcanica. Y in tertia

DE ASPIRATIONE.

IN LATINIS nullæ conſonantes aſpirationem recipiunt,niſi c in paucis, vt Charus,charitas,ſi ad amorem referas:quæ tamen quidam à charis deducunt.Pulchrum,ſepulchrum. Sed neque in Græcis plùres,quàm quatuor, aſpirantur conſonantes,c, p, r, t: CHRISTVS, Philippus, rhetor,theologus.non poſſis autem Philippus cum f ſcribere,quod Græca nō recipiunt:neque ex his deriuata præter quàm Fama,fugo,fuga,forū,fero,fur,fagus,forma:quæ cōſuetudine magis,quàm arte cum f ſcribuntur. Nota etiam ſi nominatiuus aſpirationem non habet, neque obliquus habebit, vt Pharnax pharnacis,adamas adamātis. Tolle maſtix maſtichis,onyx cum y Græco onychis.ſic notauit Antonius Nebriſſenſis. Nota bene cōtra indoctos regulam,quam ponit Priſcianus in libro primo,Conſonans ante ſe nullam habet aſpirationem.Et iam diximus tantū quatuor conſonātes aſpirari.Ergo ab ἱερός,id eſt ſacer,compoſita retinent in principio aſpirationem, & prima ſyllaba eſt hi: vt Hieronymus, Hieremias,Hieruſalem:non vt indocti Iheruſalem.

DE ASPIRATIONE in principio,non præcedente conſonante.

HABRAHAM,etiam in tertia.Halcyones cum y Græco in ſecunda. Habep. Hadrianus, proprium viri. Halo halas. Hallucinor, id eſt erro.Halec,vnico l.Hamus,Hannibal. Hara, porcorum ſtabulum. Hæreo , hœdus.Hebeo hebes. Hebdomas hebdomadis. Hebenus. Hæc cum æ diphthongo,heiulor,helectrum,Heliſabeth. ἕξ,id eſt ſex:vnde hexametrum,hexaclinos,hexaſtichō.ἱερός,id eſt ſacer,& ſimilia:hilarus vel hilaris. Hilum,nigrum quod grano fabæ adhæret: & pro re nullius momenti accipitur.vnde Nihil,nihilum ſine c,vt mihi. Quòd ſi volueris addere c,habebis authorem doctiſſimum Leonardum Arretinum epiſtolarum libro octauo, epiſtola ſecunda. Holos, id eſt totus:vnde holocauſtum.Holus holitor,hortulanus, vt ait Georgius Valla: quod Tortellius negauit: quia primitiuum(oleo)aſpirationem non habet. ὁμιλία, id eſt ſermo: honor & honus: vnde honuſtus,vt apud Gellium. veruntamen Honus videtur aſpiratione carere.Huber.Hululo. Sed non aſpires abundo,eremus: vnde eremita. Ponitur etiam aſpiratio inter vocales pro robuſtiore ſono: vt ahenū,

H aſpiratio in prima

Nihil
Mihi

H inter vocales poſita

vehemens,incoho,traho,veho,prehendo,cohors,Iohannes,Phaheton,Paſiphahe,Danahe, prohœmiũ,
Demophohon,IHESVS: ſic Georgius Valla. ſed plures ſcribunt inchoo à chaos,Phaeton,Paſiphae,
Danae,Demophoon,IESVS:quos imitari malim.

ASPIRATIO poſt conſonantes,& primùm in prima ſyllaba.

Ch CHALDAEA: Charta,liber:quod ſine aſpiratione eſt proprium:& cum aſpiratione in ſecunda,
tantum vrbis proprium. Character, genitiuo characteris, pœnultima longa: Charon, chalcon:
vnde aurichalcum. Chaos,Chalybes,Chartilago.Schiſma,ſciſſura.Chymæra,Chelidonia.Cho
rus,quod pro vento caret aſpiratione. Chronica, Chremes, CHRISTVS, Chriſma, Chryſogonus,
Ph Schola,ſcholaſticus. Phaleræ,Phanum.vnde prophanus, na, num. Pharetra. Pharaon,rex AEgypti.
Ch Phariſſæus,Sphæra vel ſpæra,Phiala. Cholera.Chrater chrateris,pœnultima longa.Pheretrum,Philo-
Rh mela,phlegma,phleubotomo.Phœbus,Phyſis,Phyſicus. Rhetor.Rhebus,nomẽ equi.Rhodos,Rho
Th danus,Rhenus. Sic omnia ab θ litera inchoata Græca,Thalamus,θάνατος,id eſt mors:vnde ἀθάνα-
τος,id eſt immortalis.θεός,id eſt deus:vnde Theophilus.θεωρῶ,id eſt ſpeculor: vnde Theorica, Thea-
trum.θέσις,id eſt poſitio:vnde Thema,Antitheton,Theſſalia,Thebe.Thetis,mater Achillis.Thomas,
thronus,Thrax,Thracia,thus:ſed Seruius ait tus.

ASPIRATSO IN SECVNDA SYLLABA.

H in ſecũda AEthica,&c.ab ἦθος,id eſt mos,ritus,virtus.λίθος,id eſt lapis cum ſuis. ὀρθός, id eſt rectus cum
ſuis. Achates,Achilles,brachium,braccha,indumenti genus.cachinnor,lachana,mœchus: anchora,non
tamen apud Græcos:trochæus,cophinus,Euphrates,Athenæ,cathedra,cathegoria,Catharina,cathena,
Letũ quidã à catholicus,lethum,id eſt mors.methodus,æther,enthymema,panther,Clotho,cothurnus:nothus,ille-
leo deducunt gitime natus:pro vento caret aſpiratione.Otho, Bartholomæus, niſi ſit ſcribendum Barptolomæus. à
Bar,quod eſt filius,& Ptolomæus. Martha,Matthæus,Matthias,Pyrrhus,& cætera Græca vbi r ge-
minatur.Stather,ſtathera.

IN TERTIA SYLLABA.

ἴακχος,id eſt Bacchus:monachus,triũphus,ſtomachus,cyathus cum y Græco in prima. Euſtathius,
authore Tortellio.Sic Stathius,abſynthium,herba. Barathrum,Galathea, Demoſthenes, & cætera à
σθένος,id eſt robur. Hæc paucillula ſunt è multis excerpta:quibus contentus quiſquis non fuerit, o-
pus alterum de Orthographia noſtrum paululum expectet: & abunde, vt ſpero, quod quærit, illic
inueniet.

CONSONANTIVM ORDO.

NVNC DE conſonantium ordine dicẽdum eſt & recta ſcriptura: quod vt quàm breuiſſime fiat,
ponendæ ſunt regulæ. Quarum hæc eſt prima.

Mutæ cum ſ, x, & g, non finiunt in ſimplicibus ſyllabam, niſi ea ſit finalis,aut ſequatur ca-
dem. Hæc regula habetur ex Priſciani libris primo & ſecundo, éxque Priſciani ſectatoribus, Tortel-
Bd lio & Franciſco Nigro. Ex hoc collige primò Abdomen, abdera,labdarus, & ſiqua ſunt ſimilia, b ha-
bere in ſecunda ſyllaba, & ſic diuidi, A-bdomen, a-bdera, la-bdarus. quod verum eſſe patet in bde-
lium, bdelιros; id eſt abominabilis: vbi b & d in eadem ſyllaba ponuntur. Secundò idem collige de
Auctor c: vt Auctor,etiam ſi ſit communis generis, vt Philelpho & Perotto placet. ideo ex Græco non de-
ſcendit,ſed primarium eſt.Quòd ſi malis ex Græco deduci,neceſſe eſt aſpires author ſine c,vt nunc vi-
Ct deo fere ſcribi author:quod non vitupero. C ante t in principio inuenitur, vt Cteſiphon,Cteſias,Cte
Dm. ſippus. Tertiò patet idem de litera d,vt A-dmetus:& in principio Dmois:& ſequẽte n,vt Aria-dnes
Dn. Dl & l,abo-dlas. Quartò exempla ſunt de g,Magdalene,Smaragdus,agmen, ignis,magnus: & in prin-
Gd cipio gnatus,Gnato. Quintò de p ſunt exempla,Ipſe,ſcripſi,ſumpſi, Γerapno. Et in principio ante ſ,
Gm. Gn Pſallo,pſalmus,pſaltria, pſalmœdia, pſeudopropheta, pſecades, id eſt paruæ guttæ. Quas ignorantes
Pſ. Pn Græcę linguæ virtutem vocatunt Perſecades,quaſi per ſe cadentes.Scriptus,aptus.Et in principio,Pte
Pt. Phth relas,Ptolemæus,phthiſis cum ph & th. Sextò,idem patet de litera ſ,vt Veſta,Syluester,noſter,veſter,
St. Sc Sm authore Capro,& etiam Alexandro: piſcis, vbi docet eſſe maſculini generis. Coſmus, quod fieri poſſe
Tn. Tl monſtrant ſmaragdus,ſcio,&c. Septimò, exempla ſunt de t:vt AEtna. Erichthonius cum ch & th in
Tm eadem ſyllaba. Atlas ſine aſpiratione. Et in principio,vt Tlepolemus, Tmolus. Tmeſis,figura,non Te-
X meſis. De x exempla ſunt,Complexio,anxius,Alexander. quòd ſi conſonans ſequatur,terminabit ſyl
labam,vt ſextus,dexter. quod ipſum apud alios non legi:ex Tortellio tamen videor poſſe concludere.
Verùm cum ſequenti cõſonante in principio dictionis non inchoabit ſyllabã. Ergo male ſcribitur cum
xp,XPRISTVS. De z ſunt exempla,Gaza,Amazones. De lz & q apud Latinos non ſunt exẽpla.

CONSONANTIVM ORDO IN COMPOSSTIS.

Notanter dixi in regula Simplicibus:quia compoſita in partes priores diuiduntur,etiam ſi literæ mu
tentur,vt Abdo,quicquid:vbi d in c mutatum eſt,authore Valla orthographo, vt ecquid ab en. Et ic-
circo,ex id & circa,quod Syluio nõ placet. Acquiro,ex ad & quæro. Sic agnoſco,ab ad & gnoſco cum
g: licet ipſum iam omittant. Agnatus,cognatus: vbi alij volunt d in g eſſe mutatum. Aſcribo, aſcen-
do,aſpiro,vbi d abijcitur. Cuius ratio eſt, quia d ante s mutatur in illud,vt aſſumo,aſſum:non cum d

adſum. Iam regula eſt,quam etiam ponit AEneas Syluius in tractatulo ad Ladiſlaum regem,Conſonans non geminatur in eadem dictione ante vel poſt conſonantem continue ſequentem.ideo ſuſpiro, ſuſpicio,vnum ſ habent,& hoc in ſecũda ſyllaba: quia nihil demptum eſt à verbis,ſed à ſurſum,vel ſuſum. Vnde ſuſtuli & ſuſtineo cum s in prima ſyllaba. ideo etiam trans perdit ſ in tranſumo. Exceptio eſt ab hac regula,ſi ſequens conſonans ſit l aut r:vt affligo,ſuffragor. Quòd ſi s iungatur ab aut ob,videtur ſe tenere ex parte primæ ſyllabæ,vt obſoleo, ſecundum Priſcianum, ab oleo, vbi s non eſt: abſtraho. Prætereo etiam r habet in ſecunda ſyllaba, quia à præter & eo.ſic obeo,obitus b in prima. In quibus & mille alijs pueri ſexagenarij hallucinantur. Simile eſt in Græcis,vt dyſcholus,ſ in prima ſyllaba. Energia cum n in prima & pœnultima producta,id eſt efficacia.ab ἐν, id eſt in:& ἔργειν, operari. Iſagoge,ab εἰς,id eſt in:& ἀγωγὴ,deductio. Vnde ſynagoga,à σὺν,id eſt con. Vnde ſynonymum, & alia prius habita. Si tamen conſonans prioris partis ad primam ſyllabam non pertineat,tranſibit ad ſecundam,licet ante compoſitionem illic non fuerit:vt philos in priori non habet l:ergo neque Philippus. Geminatorum ordo. Dixi in regula,Niſi ſequatur eadem: quia conſonans vbicunque geminatur,diuidi debet:vt oſſa,arripio.

S non geminandum.

Abs,obs,pręter ob,dis,en,ſyn.

SECVNDA REGVLA.

LIQVIDAE l,m,n,r,faciunt ſyllabam ante conſonantes,vt Albus,ambulo,truncus,corbis, ſumptum. Cæterum m in ſimplicibus ante n non finit ſyllabam , vt aiunt Tortellius & Franciſcus Niger.Et ex Priſciano,quantum opinor,haberi poteſt,vt Scamnum,omnis,Clytæmneſtra.Et in principio dictionis,mna,Mneſtheus.Ergo diuidentur ſca-mnum,o-mnis.

Scamnum Omnis

TERTIA REGVLA.

INTER m,n, non ponitur p,vt aiunt Tortellius, AEneas,& alij orthographi. Noli igitur, ne ineptias, ſcribere columpna, ſompnus. Philelphus ab hypnos, facit ſopnus: ſed de his & alijs in maiore opere.

QVARTA REGVLA.

K IN Latinis ne ſcribas,authore Priſciano: ne in duobus quidem,licet id placet Syluio, Carolus & Calendæ.

QVINTA REGVLA.

Q SINE V non ſcribitur.quod geminari poteſt, vt opinor, cum Victorino, cum AEnea Syluio,& Georgio Valla:vt Equus,coquus. Tu ſi nolis geminare,minime contradicam.habes enim authorem celeberrimum Papyrianum,vt vult Tortellius. Vnde Qur,qum,&c.à multis ſcribuntur.

SEXTA REGVLA.

SI PARS cum x compoſita in capite habeat s,abijcitur ipſum s: Exicco,expes,exurgo,expiro,exequor. Antiquarij tamen aliter faciunt,exſpecto,exſulto ſcribentes.

SEPTIMA REGVLA.

TI RESONAT ci,ſequente vocali,vt Laurentius,clementia:niſi præcedat s aut x: vt Queſtio,mixtio vel miſtio.aut ſit penitus Græcum:vt Tiara,Mantia,Matthias. niſique differentia impediat,vt Litium,vitium,genitiui,vt placet Syluio. Ex hac regula ſæpe dubitamus t ne ſcribẽdum ſit,an c.Quod internoſcere potes tribus modis. Primò in vocatiuis,vt Laurenti habet t:ergo Laurentius.ſic Vincentius,Terentius,Boetius,& Laurentia,Terẽtia.Debet enim ſic fœmina,tametſi rebellis eſt perſæpe, viro eſſe obediens. Secundò in ſecundis,tertiíſve perſonis:vt Percutis,ſentis,pateris,potiris habent t.ergo percutio,&c.facis,iacis,ſarcis,vincis,farcis,rãcis,&c.habẽt c: ergo facio,&c. Tertiò noſces deriuatione: nam à ſupinis formatur io,vt dictũ habet ct:ergo dictio:non cum x dixio,quod habet cõplexio. Vt autem internoſcas,neceſſe eſt fontẽ cognoſcere ante perfectã riuuli cognitionem. Et nomen in ia,aut ium denominatiuum,à genitiuo vel datiuo deriuatur:vt clementis,clementia,&c. in entia ab ns. audacis, audacia:iudicis,iudicium:mendacis,mendacium:merx mercis, commercium. Sed quid dicẽdum,ſi primitiuum nec c,nec t habuerit: vt Pueritia,auaritia,duritia, durities? Certe cum t ego ſcriberem. Tametſi quidam mallent cum c ſcribere Amicicia,pudicicia. Ego vero ſcriberem cum t in pœnultima, vt Iuſtitia & politia. quod etiam Georgio Vallæ placet. Placet etiam nunc Badio, quanquam à præceptore aliter acceperat:nam(tia)ſcribitur pro tas,aut tudo: non pro cas,aut cudo: vt Auaritia pro auaritas aut auaritudo: ſic amicitia,nequitia,&c. At iam receptui cano.

ANNOTATIO TVMVLTVARIA.

FINEM huic iſagoge cum impoſuiſſemus,occurrerunt aliqua(vt mihi viſum eſt)notatu haud indigna,& quædam ſcitu ſatis neceſſaria. Quæ qualiacunque ſint, hîc ſubieci ordine poſthabito.

Diuerſa ſcriptura plerunque mutat ſignificantiam. At,cum t,coniunctio eſt. Ad cum d,prępoſitio. Quot cum t,numerale:cum d,relatiuum:cuius eſt maſculinũ qui.& coniunctio:licet cum titulo ſoleat ſcribi in tergo,ꝙ,vbi ſcriptura non eſt,vt in multis alijs: vt ꝙ cum z,q̃,tñ. Nulla enim fit ſyllaba ſine vocali. ſed breuitatis gratia ſigna quædam reperta ſunt. vt titulus,ꝫ,ꝛ. Quæ nomẽ aut pronomẽ cum æ diphthongo. Que coniunctio ſine diphthongo. Ceu,cum c,id eſt ſicut. Seu cum ſ,id eſt ſiue. Cum,ſine q,præpoſitio. Quum,ſine c,aduerbium & coniunctio:licet pro quouis ſignificato,

teſte Quintiliano,eũ e recte ſcribatur. Cædo cum æ diphthongo,id eſt verbero vel occido. Cedo ſine
diphthongo, id eſt locum do,& dic. Sædo cum ſ & æ diphthongo,eſt primæ declinationis. Qua-
tenus cum e, aduerbium temporis: vt Quatenus hos mores exercebis? Aut loci: vt Quatenus ibimus
in vnum manducare? Quatinus cum i,coniunctio cauſalis, id eſt quia. Protenus cum e,aduerbium
localevt -en ipſe capellas

Protenus æger ago. Protinus cum i,aduerbium temporis,id eſt ſtatim:vt

Protinus erupit venæ peioris in æuum

Omne nefas. Vendico cum e,id eſt,vt ita dicã,approprio,& meũ eſſe dico. Vindico cum i,id eſt vlci-
ſcor. Sinis verbum,per ſ:Cinis nomen,per c. Huius generis mille poterit ſtudioſiſſimus quiſque no
tare,fideliterque enucleare diſcipulis. Ea nanque res,etſi perexigua videatur,eſt pueris vtiliſſima,vt cæ-
ra,ſeracis,ſis:queſtus à queror,quæſtus à quæro:& ab hoc quæſtubus,ab illo queſtibus,&c. Proble-
ma ſcribitur ſine u. Arctus,id eſt arctatus cum c.ſic arcto,arctos,arcticus: ſed artus,id eſt mẽbrum,
c non habet. Mulcta,id eſt poena,c habet,vt ait Tardiuus. Floccus duplici cc, immũdities quæ ex-
cutitur è lana aut veſte. vnde flocciſacio,id eſt nihili:quia res illa nullius eſt valoris. Author cõmunis
generis ſine c,vult Tardiuus ſcribi. De hoc antè plura diximus. Idem vult quicquid,& iccirco d ſcribi,
& non c in prima ſyllaba. Et Aforiſm⁹,ſas,& Africa dicit idem ſ debere ſcribi. De(fas)nihil dubij eſt.
Alia malim per ph ſcribere:quia è Græcis originem habent. Heſau cum aſpiratione in prima. ὁμὸς,
id eſt vnus vel ſimilis cum aſpiratione in principio. vnde ὁμώνυμα, id eſt æquiuoca. Hilaris idem di-
cit non aſpirari. ego magis Georgio aſſentior,qui aſpirat. Proh Tardiuus & Georgius dicunt aſpira-
ri:& ſine c ſcribitur,vt ah,vah. Badius,& quidam alij,quibus ſatis aſſentior, dicũt(pro)interiectionem
non magis quàm præpoſitionem aſpirari. Catechumenus habet aſpirationem in tertia ,vt Lachanũ,
quod per g non ſcribi vult Tardiuus. Threnos,id eſt lamẽtum cum aſpiratione in prima. Allelu-
ia,cum i Latino & duplici ll,id eſt laus. Antorſum idem dicit vnico r ſcribi. Et dilemma gemino m.
Et comeſſatio gemino ſſ. Idem excipit à regula quam poſuimus,Exſicco,exſibilo,exſequor. In quo di-
cto authoritate non caret, vt patet apud Tortellium. ſed ego Georgium magis probo, qui nullam di-
Dama cit ponendam eſſe exceptionem. Dama non geminat m. Neque,vt vult,imo,quinimo,ſecunda lon-
Imo ga cum i Latino : quia Græcum non eſt. Velut cum t,non d , vt patet in compoſito veluti. Syn-
tereſis cum y Græco in prima ſine aſpiratione ſcribitur cum t,non d. Tautologia cũm au diphthon
go in prima ſine aſpiratione. Moralia,ſiue imitatiua verba,quæ à nominibus fiunt,ſcribuntur dupli-
ci ſſ,aut cum z, vt patriſſo vel patrizo. Vtimur ſcriptura in carmine , qua non vtimur in proſa : vt
Rellatum,relligio,relliquiæ ſcribuntur à poetis duplici ll interdum:ſed in proſa vnico. Rettulit du-
plici t poeta dicit. Proſaicus retulit,quatuor, litera, &c. vnico t. Reperit præteritum,vnico p poni-
tur ab Auſonio. ſic ab alijs repulit. Quæ in proſa geminant pp, Reppulit,repperit. Quur cum q, &
cum c,ſine diſcrimine dicimus, vt coquus & cocus. AEneas ait, Nixus ad conatũ corporis refertur:
Niſus ad animam. Calcs cum cs, materia: Calx cum x,pedis eſt. hoc Caper. Qui ait ſine n ſcribi at-
qui,alioqui,toties,quoties:vt vicies,millies. ſic aliquoties pro aliquando. Venſica cum n ſcribere po-
tes,eodem authore:quia à vento dicitur. Kyrie eleiſon cum y Græco in prima tantum,eſt oratio ex κύ
ριε,id eſt domine:& ἐλέησον,dictione quatuor ſyllabarũ. nec habet ει diphthõgon. Anomalon dicitur
à νόμος,id eſt lex:non autem à norma. ideo non habet r. Omuteſco,ſine b ſcribitur à Tortellio. Bla
tero ſine c ſcribitur. Dialectica cum e,id eſt diſputatrix,à διαλέγομαι,id eſt diſputo. Vortex,flumi
nis: Vertex,capitis:ait Caper. Vorto tamen & Verto idem ſignificãt,vt voſter & veſter. Dragma cum
g,manipulus eſt vel rapina. Drachma cum ch,pondus ſex obolorum. Drama ſine g & c,vnde dramati
cus,eſt poema in quo introducũtur perſonæ abſque aliqua poetæ interlocutione. Timpus cum i La
tinum non eſt:ſed tempus etiam pro capite. Extimplo cum i non dicitur,ſed extemplo:neque Saltim,
niſi per ſaltus intelligas, ſed ſaltem. Libens cum i, & lubens cum u bene dicuntur. M non ſcribi-
tur ante q,ſed mutatur illic in n: vt Quanquam,plerunque,tanque,quanque. Neque ante d aut t:ideo
ſcribe Identidem,tantundem. Sed Aſcenſius cum m dicit ſcribenda quemque,quorumdam,& in ſimi
libus caſibus. Prolempſis cum m non eſt Latinũ,nec Græcum: ſed dictũ cum p Prolepſis. Meta-
Meta lepſis ſine aſpiratione:quia μετὰ,id eſt trans:& μέτρον,id eſt menſura,non habẽt aſpirationem, vt me-
taphora. Pentameter,à πέντε,id eſt quinque, ſimiliter ſine aſpiratione. Ampluſtre cum m dicas, &
Tento apluſtre ſine m. πνεῦμα,id eſt ſpiritus,flatus,cum pn in prima. Tento ſine p,id eſt teneo:Tempto
cum p,à temno. Vnde temptatio, temptatum. lege Raphaelem Regium libro ſecundo Metamorph.
Aliter ſentit Tortellius, & alij quidam: ſed recte ſentire credo Raphaelem. κράτος, id eſt robur,non
aſpiratur, vt Hippocrates medicus poenultima breui: ab ἵππος,id eſt equus: verum Hippocras, neque
Græcum,neque Latinum eſt. Aſſum cum d non ſcribi monſtrat Plautus,dicens,Nihilo aſſum apud
Literarũ mutatio. eccum. & reſpondet alter per facetiam, At ego elixus ſis volo. Propter hanc rem non fuerit inutile,
literarum mutationem breuibus perſtringere,maxime in his vbi dubium eſſe poſſit. Hæc igitur a mu-
tant in e,Ars,iners: Barba,imberbis:Arma,inermis:Annus,biennis,quotennis:Pars, expers: Arceo,co-
erceo:Carpo,decerpo:Damno,condemno:Damnum,indemnis,ſine damno:Farcio,refercio:Partior,im
pertior:Paciſcor,depeciſcor,depectus:Sacro,obſecro: Tracto,cõtrecto,obtrecto,&c. A mutatur in i:vt

Cano,occino:Fateor,confiteor:Frango,confringo:Iacio,proijcio.vbi prius i eſt conſonum.Quod in carmine aliquando perditur,nunquam in proſa.Eſt autem i conſonans, quando cum ſequente vocali facit ſyllabam. ſic etiam u,vt Iouis,Iuno,vita. Alias eſt vocalis, vt IESVS, Iacobus, Iohannes, Iaſon, Ioſeph,Iulus.Sed dic Iulius cum i conſono. Lateo, deliteo,&c. AE mutatur in i longum: vt AEquus, obliquus. vbi l euphoniæ cauſa interponitur, quod in alijs quoque literis fit: vt c in ſicubi,t in identidem,p in emptum,d in redeo,redamo,& in cæteris, vbi re componitur cum dictione cui vocalis eſt initium.B vt ambio,comburo.S vt obſcurus,ex ob & cura.R vt dirimo,ex di & emo. Au mutatur in o:vt Plaudo,cōplodo:Maurus,morus:Faux,ſuffoco:Aula,adulor.vbi au in u mutatur,vt Claudo, concludo. Ab mutatur in au, in auſero & aufugio ſolum : & in ſ, in aſporto. Ob & Sub mutant b in c, f,g,m,& p,ſi dictio ſequens ab harum aliqua incipiatur:vt Occipio.dic tamen obcæco, officio,ſufficio,obgannio,ſuggero,quicquid dicant alij:ommurmuro,ſummitto,oppono,ſuppono. Sub etiam mutat b in r,ſi r ſequatur:vt Surripio,ſurrepo.ſed neque ſemper, vt ſubruo. Ad mutat d in c, ſequente c vel q:vt Accola,acquieſco.Priſcianus tamen libro ſecūdo,& AEneas in dicto tractatulo dicunt adquiro ſcribendum cum d. Mutat item in f,g,l,m,n,p, & ſ, ſi harum aliqua ſequatur. exempla inuentu ſunt facilia.Quidam tamen,vt Tortellius & Tardiuus,ſcribunt admitto,admoueo.Georgius vero cum m ammitto,ammoueo. Viceſimus & triceſimus poſſumus ſcribere cū c vel cum g ſine diſcrimine:ſed tibi conſta. Iandiu, iandudum cum n ſcribas. Circum præpoſitio integrè ſcribitur ſequente vocali:ſed non profertur m,vt circumeo. profer circueo,authore Syluio. In & Con mutant n in l,m,& r,ſi ſequēs dictio ab harum aliqua incipiatur:vt Illido,collido,committo,irruo,corruo: quod in Græcis etiam videmus,ſyllaba,emplaſtrum. Eandem literam in m ſequente b,m, vel p: vt Imbibo, combibo,committo,impono,compono. Locutus & ſecutus cum c vel q ſine diſcrimine ſcribuntur.

I & u conſonans

Literæ interpoſitæ

Additur fortè auſidus

Arbor & arbos idem ſignificant . Agretius ponit differentiam, dicens, Arbos ſola eſt fructifera: Arbor omne lignum. Per mutat aliquando r in l:vt Pelliceo & pellego,authore Priſciano:ſed etiam perlego,vt Pelluceo & perluceo.Sic inter,vt Intelligo. Dis mutat s in f,ſi ſequatur f: vt Difficilis,diffundo,differo,diffido. Maiora ex Politiano & alijs magis alteri operi quàm iſagoge debentur.

Hæc habui Barptolomæe,quæ de Orthographia iſtuc mittenda putaui,longiuſcula forte. Cæterum non ſunt longa,quibus nihil eſt quod demere poſſis. Vale mi Barptolomæe : nóſque(vt facis) ama. E cubiculo noſtro,vndecimo Calendas Octobres.Anno à natali Chriſtiano Milleſimo quingenteſimo ſexto. Ex ædibus fratrum tertij ordinis ſeraphici Franciſci.

Orthographiæ altera pars.

DE LITERARVM COGNATIONE.

COGNATIO literarum eſt affinitas quædam, qua alia in aliam cõmutatur, de qua apud bonos authores, quicquid reperi, alphabetico ordine, vt breuiſſime potero, declarabo.

A LITERAE MVTATIO.

A mutãt in e in cõpoſitis his, Arma, inermis, ſemiermis. Ars, iners, ſolers. Annus, biennis, quotẽnis, id eſt quot annorum. At quotãnis, id eſt ſingulis annis, a retinet. Aptus, ineptus. Apto, ineptio, vel ineptior, ineptiris, deponẽs quartæ cõiugationis, id eſt inepte dico aut facio. Arceo, coerceo, exerceo, oberceo citra flatũ, & aberceo. Barba, imberbis. Caput, anceps, biceps, &c. ſed a in i vertũt ſinciput, occiput, vel ſincipitiũ, occipitium: & ſi recte dicã, intercipут. Cãdo, incendo, accendo. Carpo, diſcerpo, cõcerpo, decerpo. Damno, condemno. Hic & hæc indemnis & hoc indemne, id eſt ſine damno. Farcio farcis, confercio, refercio, differcio, offercio. Fatiſco fatiſcis, defetiſcor defetiſcens deponens. Gradior, congredior, egredior, &c. Halo, anhelo anhelas: vnde anhelitus, nomen. Lacto lactas, delecto, oblecto. Mando mandas, commendo: caue dicas recommendo.

Pars, expers. Patro patras, perpetro, impetro. Partior, impertior, diſpertior, bipertior, &c. Pario olim quartæ, comperio, reperio, aperio, operio. Paſco, adipeſco, compeſco, teſte Nebriſſenſi. Parco, deperco, teſte Nebriſſenſi. Paciſcor, depeciſcor, depectus ſum. Patior, perpetior, ſecus in alijs.

Sacro ſacras, obſecro, conſecro, reſecro, & deponens execror, id eſt abominor. Scando, aſcendo, inſcendo, & cætera. Spargo, diſpergo, aſpergo, conſpergo, reſpergo. Tracto, contrecto, retrecto, obtrecto, detrecto.

A in i mutant hæc, Amicus, inimicus: Amico amicas, Inimico inimicas. Ago, redigo, ſubigo, &c. præter pauca, vt perago, apiſcor, adipiſcor, indipiſcor. Cano, concino, ſuccino, &c. Caput, inciput, occiput. Capio, concipio, recipio. Cado, incido, accido. Facio, reficio, &c. Vbi præpoſitio abeſt, corrupta ſunt, vt magnifacio, &c. Fateor, confiteor, profiteor, &c. Frango, infringo, refringo. Habeo, inhibeo, prohibeo, adhibeo: dic tamen ab eodem dehabeo, & præbeo, debeóque. Iacio, proijcio, &c.

Lateo, deliteo, deliteſco. Maneo, immineo, emineo, præmineo, promineo. quod ſi ſimplicis retineatur ſignificãtia, non fiet mutatio: vt permaneo, remaneo. Placeo, diſpliceo: non ſic complaceo. Pango, compingo, impingo, &c. Rapio, corripio, arripio, &c. Sapio, reſipio, reſipiſco, deſipio. Salio, reſilio, exilio, &c. Taceo, conticeo, reticeo, &c. Tango, attingo, contingo.

A in u mutant hæc, Calco calcas, inculco, proculco, exculco. Capio, occupo, vt volunt Perottus & Nebriſſenſis. Quatio, concutio, incutio, &c. Salſus, inſulſus: ſic Salto, exulto, reſulto, &c. Scalpo, exculpo, inſculpo, vt ait Nebriſſenſis: nam ſculpo & ſculptum, in ſimplici Diomedes negat Latine dici: licet ea Phocas cum vulgo vſurpet extra compoſitionem.

A in æ vetuſtiſſimi interdum vertebant, vt maia, pro maia.

E LITERAE MVTATIO.

E mutant in i hæc, Egeo, indigeo. Emo, redimo, dirimo, perimo, &c. Emio, redimio. Lego legis, colligo, intelligo: ſed e retinẽt, perlego, relego, vt apud veteres intellego. Lenio, illinio. Premo, comprimo, imprimo, &c. Rego, corrigo, dirigo, arrigo, &c. Sedeo, reſideo, deſideo, poſſideo. Specio, vetus verbum, id eſt video. hinc frequentatiuum ſpecto, & nomina, ſpecimen, ſpecies, inſpicio, deſpicio, reſpicio, ſuſpicio. Teneo, contineo, abſtineo.

E mutatur in o extra compoſitionem, vt Tego, toga: veſter, voſter, apud Plautum & alios veteres, qui amplocti quoque pro amplecti dixere, authore Priſciano, & vortex pro vertex. Vorto, aduorto, aduorſum, ſimiliáque: pro verto, aduerto, &c. Caper ſic ait, Vortex eſt contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Propter hæc officiũ pro efficium dicimus, ab efficiendo, non officiendo, quod eſt virtutis operatio: nec dicitur per antiphraſim, vt docet recte Auguſtinus Dathus authoritate diui Ambroſij.

E tranſit in u extra compoſitionem, vt Tego, tugurium: gerendus, gerundus: vnde gerundium. Veteres nanque in tertia coniugatione tam longa quàm breui e in u vertebant in gerundijs & inde formatis, vt legundus, faciundus, dicundus, diuidundus, erciſcundus, &c. Vnde tituli iuris ſunt de communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum.

I LITERAE MVTATIO.

I litera in e mutabatur olim: nã pro virga olim verga dixere: & Tibe, ſibe, quaſe: pro Tibi, ſibi, quaſi,

authore Quintiliano:& vt contra Politianum oſtendit Curius Lancilotus, Vergilius ſcripſerunt plerique antiquarij,pro Virgilius:vt Menerua,mageſter,vella,vea:pro Minerua,magiſter,villa,via.ſic Veſpere & veſperi,here & heri,tẽpore & tempori,luce & luci, mane & mani dicimus, propter i vocalis cum e litera cognationem. Sic die craſtini & craſtine, quinti & quinte. Quia de Vergilio meminimus, operæ pretium fuerit doctiſſimorum de hac re diſſenſiones enucleare. Ianus Parrhaſius aſſerit, ante paucos annos Claudiani ſtatuam fuiſſe effoſſam inter ruinas vrbis cum pulcherrimo elogio, in quo Virgilius per iota ſcribitur Græcè, vt in omnibus etiam Stephani codicibus inuenire eſt in dictione(Mantua): quòd arguit illorum vanam ſuperſtitionem,qui tantum per e Vergilium notandum putant. hæc ille in vita Claudiani. Mutatur quoque i in u,quia Lubet,lubido,optumus,maximus,&c. lecta ſunt pro libet, optimus,&c. & carnufex quoque pro carnifex, vt Martianus Capella docet: nec illud præterierim, veteres duo ij in vnum vertiſſe, vt notat Volaterranus. Nam in genitiuo vnico i Fabi pro Fabij declinarunt, & dis pro dijs. Vſi ſunt etiam duplici ij pro æ diphthongo, vt Clijmente pro Clæmente, & id genus alijs notandis, non imitandis. Caueto, ne ſaltem pro ſaltim dicas, aut contrà, quia longe differunt. At timpus & extimplo plane barbara ſunt,quia extemplo dicendum eſt,& tempus etiam pro capitis parte. Vertitur interdum i in e per compoſitionem,vt à pinna bipennis, authore Quintiliano.

O VOCALIS MVTATIO.

O mutatur in u, vt Pelion Pelium, Ilion Ilium,& id genus in Græcis: & quæ per o veteres dixere,Polcher,colpa,ſeruos,volgus,volt: nos per u Pulcher,culpa, &c. enuntiamus. author cum Papyriano Priſcianus,quo teſte,o in u verſum eſt apud Lucretium,Atque ea nimirum quæcunque Acherunte iacentem. id negat Georgius Valla libro 31,Quia hic,inquit,ablatiuus Acherunte,non ab Acheron fit,ſed ab Acherus Acheruntis. Veteres interdum pro i vſurpabant. hinc Olli,pro illi,apud Virgilium. Abijt quoque nonnunquam in e: nam quande lectum eſt pro quando,& compes pro cõpos. Vmbri & Thuſci,u fere ſemper pro o efferebant,vt Frundes pro frondes.

V LITERAE MVTATIO.

V mutatut in e duobus compoſitis à Iuro,peiero & deiero:lectum eſt quoque periuro.hinc veteres auger pro augur dixere,vt Priſcianus ait. Antiqui non ſcribebant u vocalem poſt u conſonantem, ſiue digãma æolicum,quod à Varrone & Didymo vau dicitur,authore Priſciano. Itaque non ſeruus, Dauus,auus dicebant:ſed cum o ſeruos,Dauos. Vau item hiatus fugiendi gratia interponitur vocalibus, vt pauo,ouis,ouum. Nam,vt Priſcianus ait,ex Græcis dicendum fuerat Pao,ois,oum. Vau litera debet Germanorum more proferri quaſi af,vt Fulgus,ſerfus,&c. Author eſt Raphael Regius in Quintilianum. Itaque veteres,authore Feſto,ſcripſerunt feſpere,fulgus,feſtis,&c. Claudius imperator. hinc literæ figuram dedit f inuerſæ,ſic ſed eo mortuo,ſtatim exoleuit. Veteres ſimiliter u pro i vſurpabant,vt Peſſumus,decumus,&c.& oi pro i. Nam,authore Martiano, oiſus pro vſus dixerũt. Tranſit u in o: Nam hoc pro huc,& illo pro illuc,& notrix pro nutrix lectum eſt: ſic orcus pro vrcus dici,author eſt Veranius,vnde mirantur docti Seruium eh poſuiſſe.

DIPHTHONGORVM MVTATIO.

AE mutant in i longum hæ, AEquus,iniquus,obliquus,vbi l interponitur, euphoniæ cauſa. Etiam docet AEneas Syluius in libro ad Ladiſlaum regem, Solent plures literæ vocalitatis gratia interijci,velut liquet in ſicubi,redeo,comburo,identidem,obſoleo,obſcurus,dirimo,& ſiquid his ſit confine. Cædo,incido,recido: lædo,allido,illido: quæro,inquiro. Plautus in Aulularia,exquære citra mutationem, authore Priſciano,dixit: Exquære ſitne ita,vt ego prædico.

OE mutatur in u,vt Pœna punio,pœnus punicus,& contrà. Nam,vt Volaterranus notauit,corauerunt,pro eo quod eſt curauerunt,veteres dixere: vt mœrus pro murus. Habet etiam cum tertia vocali affinitatẽ, quia canæphoroe dicimus pro canæphori, vt idem notauit. Lancilotus aſſerit apud Auſoniũ Cœbum pro cubo locari,propter affinitatem œ diphthongi cum u vocali.

Au mutatur in o longum,vt Plaudo,explodo,complodo:maurus morus,caurus corus,caulis colis, caudex codex,clauſtrum cloſtrum,auſtrum oſtrum,auſculum oſculum,fauces foculæ,ſuffoco, præfoco,aula ola,vnico l, teſte Lanciloto: aucha ocha. Interdum mutatur in o breue,vt Aurichalcum,orichalcum. Au quoque mutatur in u, vt Aula adulor, teſte Tortellio, quòd adulari aulicorum ſit proprium. Claudo,includo:reperitur tamen cludo ſimplex, id eſt claudo. Fraudo deſtudo. authot Priſcianus.

CONSONANTIVM MVTATIO.

B mutatur in u conſonum,vt Viginti à bis & ginta, quod decem in compoſitis ſignificat. Cæteræ b literæ mutationes ab,ob,& ſub conſpiciuntur.

Ab itaque mutat b in au diphthongon in compoſitis aufero & aufugio, teſte Gellio, quibus adijciũt nonnulli Aufidus,fluuij nomen,& autumo. Mutant quoque b in ſ in aſporto. Quòd ſi dictio incipiat à c vel t,adijcietur in compoſitis ſ, vt Abſcondo, abſtuli, abſtraho,abſtineo: in reliquis nihil mutatur. In Amitto,amoueo,amolior,&c. videtur perdi ſ: verùm ea a potius mihi confici videntur.

Ob & ſub mutant b in c, f, g, m, & p, ſi dictio ſequens ab harum aliqua exordium ſumat : vt Occurro ſuccurro,officio ſufficio,oggannio,ſuggero, ſummurmuro,ſummitto, teſte Georgio Valla: licet ſint qui per b ſcribere malint, oppono, ſuppono. Gannire,vulpium eſt, & metaphoricῶs irridere & inaniter garrire. Oggannire,obſtrepere. Sub ante r in paucis mutat b in r,vt Surripio,ſurrepo: multi tamen ſubrepo malunt vt ſubruo . Mutatur b in c in ſucquatio, teſte AEnea Syluio. B perditur in Obmuteſco,omitto,operio,operior paſſiuo. Nam deponens opperior p geminat. Ob recipit in paucis ſ literam,euphoniæ cauſa:vt Obſoleo, ex ob & oleo:quaſi male oleo & reijcior. Author Priſcianus in octauo. Inuenitur etiam ſine ſ oboleo. Obſcurus,ex ob & cura, teſte AEnea Syluio. Obſcœnus, ex ob & cœnum,teſte AEnea Syluio. Obſcenus,ex ob & cano,author Priſcianus. Obſcænus,ex ob & ſcæna,vt vult Varro. multa de hoc Britannicus in Perſium. Suſtuli,ſuſtineo, ſuſpicio, dicuntur à ſuſum vel ſurſum fieri:amouetur autem ſ ex("ſuſpicio)propter hanc Priſciani regulam,ab AEnea Syluio comprobatam,Conſonans non geminatur ante conſonantem,niſi fuerit liquida l vel r. Quod addo propter ſufflo,ſuffragium. hac ratione vnico ſ ſcribuntur Tranſumo,aſcendo,aſcribo,aſpicio,& id genus cætera,teſte AEnea Syluio.

C LITERAE MVTATIO.

C mutatur in g,vt Quingenti,ſeptingenti,&c. nam fiunt à centum. Commi,gummi. In Chloris, flora,authore Ouidio,c in ſ tranſit,aut contrà.

D LITERAE MVTATIO.

D mutatur in c,vt Iſtuc,pro iſtud,apud comicos frequens eſt. Et in l: nam Vlyſſes, vel etiam Olyſſes,pro Odyſſeus dicimus: & ſella, pro ſedda, à ſede. Et in t:nam Alexanter pro Alexander veteres dixiſſe doctiſſimi teſtantur.Ideo Volaterranus deridet eos,qui differre putant endelachiam ab entelachia.

Ad præpoſitio, d literæ mutationem maxime oſtendit , in qua d tranſit in c, f, g, l, m, n, p, r, ſ, t, vbi ſequens dictio ab harum quapiam incipit:vt Accurro,affero,aggero,alludo,ammoneo,annitor,appono,arripio,aſſideo,attineo. Tortellius,vt plures,admoneo, admitto, ſine mutatione ſcribit. Georgius autem Valla ammitto,ammoneo,&c. D ante q,etiam in c vertitur,vt acquiro: quanuis multi adquiro ſine mutatione ſcribãt,vt adbreuio,adbibo,teſte Syluio. Antiquarij Politianus, Quintian⁹,& plures ſine mutatione ſcribunt adcurro,adcedo,adfero,adfatur,adſideo,&c.quia in antiquis marmoribus ſic ſe inueniſſe teſtantur. Priſcianus non inficiatur reperiri ſcripta adludo,adfatur,&c. Verùm errore magis, quàm ratione,ſic ſcripta eſſe arbitratur. Aſtipulatur huic Ferettus:quia Sergius aſſerit olim adfatur ſcribi ſolitum,nunc affatur. Aduerſantur his Seruij verba in illud primi AEneidos,

Quis te nate dea per tanta pericula rerum

Inſequitur ? quæ vis immanibus adplicat oris? Adplicat,inquit , nunc per d prima ſyllaba ſcribitur. Antiquitus autem præpoſitio vltimam literam in vicinam mutabat. Præpoſitio enim in compoſitione aut vim ſuam retinet, vt induco : aut mutat vltimam, vt ſufficio: aut perdit, vt coeo. Quicquid cum c in prima ſcribitur,teſte Capro,nequid repetitum videatur: ſic quicquã, nequicquam multi ſcribunt,vt iccirco:ſed AEneæ placet cum d idcirco. Applico,appello,amoueo, ab a priuatiua particula. Anquiro,id eſt circumquæro, ab ad non oritur. Propter affinitatem d cum r, veteres Aruocatus, pro aduocatus dixere,vt arger quoque,pro agger:hinc arceſſo oſtenditur venire ab arcio,quod nunc arceo ab omnibus ſcribitur . author Priſcianus libro primo. Tranſit etiam d in r in meridies, & in l in filius,pro fidius à fide,vt vult Priſcianus. Aſſum ex Plauto oſtẽditur,Nihil aſſum apud te:eccum reſpondet alter.At ego,elixus ſis,volo. In Agnoſco,aut d in g tranſit,aut à vetuſto fit verbo gnoſco,id eſt noſco,vt cognoſco,ignoſco:& à gnatus,gnauus, gnarus, gnomen, agnatus, cognatus, agnomina: ſic ignobilis,cognobilis. In aſcribo, aſcendo, aſpiro,& ſimilibus perditur d:quia,vt diximus,conſonans ante conſonantem non geminatur,niſi fuerit l aut r,vt Affligo,affrico.

F tranſit in b: nam quod dicimus nunc ſibilo ſibilus, olim ſifilo ſifilus, enuntiabant: ab af,non ab.

Trãſit etiam in b,quia hariolus,pro fariolus dicitur,teſte Perotto. Ponebatur etiam pro vau,vt ofis, ſerfus,&c.dicebant pro ouis,ſeruus,& vocatur digamma:quia in eo geminatur gamma. Abijt quoque in b,quia dicebant bruges pro fruges.

G mutatur in c,quia tam viceſimus & triceſimus dicimus,quàm vigeſimus,trigeſimus.

H tranſit in ſ,vt hex ſex,hepta ſeptem,herpyllum ſerpyllum,teſte Seruio in illud,Allia,ſerpyllúmque herbas contundit olentes. Mutatur h in vau,vt Heſper veſper,Heſtis veſtis.

K Latini non vtuntur, quanuis Diomedes dixerit ante a correptum ſcribi, vt Kaput, quod Priſcianus reprobat.Itaque per c ſcribito Carolus,Calendæ:licet hæc duo ex vſu per k ſcribi reſtetur AEneas Syluius:olim tamen vtebantur Latini k kam,ideo inter literas numeratur. author Georgius Valla libro 31. Tortellius in antiquiſſimis notauit k Iunijs,pro Cal.Iunijs.

L litera mutatur in d,veluti filius fidius.Nam,ſi Philelpho credimus, mediuſfidius ſignificat, me ita iuuet filius Iouis. Perottus autem Fidium,deum eſſe dicit. Plautus in Aſinaria, Per dium fidium quæris: iutato mihi video neceſſe eloqui, &c. Meditari quaſi militari:à melitao,id eſt dulcitercano,idque μέλι,id eſt mel,Seruius deriuat.

M tranſit in n literam ante c, d,f, q, t, vt Nuncubi,anceps,eundem,eandem,tantundem,anfractus,

anquiro, nunquam,tanquam,tandem,identidem,'quanquam, quenquam,quencunque, plerunque,ex Priſciano & Plinio, vt ait Tortellius. Badius tamen mallet declinata cum m ſcribere, vt quemquam. Tortellius cum n,Ianque,nanque ſcribit.ſed cum m Iamdiu, iamdudum. Volaterranus aſſerit quamquam retinere m. Am præpoſitio cum m ſcribi teſtatur Varro,Feſtus & Macrobius:ſignificat autem circum , & ſequente vocali in compoſitione b interijcitur: vt Ambeſt , amburo, ambio . Circum etſi m non mutet,tamen ſequēte vocali non profertur m,teſte AEnea Syluio. Nam ſcribitur circumeo,& profertur circueo. Apluſtre & ampluſtre ſcribitur. Prolepſis, Metalepſis,Syllepſis, non vt imperiti Prolemſis,ſcribito.

N literæ mutatio cernitur in præpoſitionibus In & Con,quæ mutant n in l,m & r, ante has literas: vt Illido,immitto,irruo,collido,committo,corruo. veteres tamen ſcribebant inlido,inruo,conlido,inluſtris, &c. quibus antiquarij mirum in modum applaudunt. Mutatur n in m,ante b & p : vt Imbibo,combibo,impono, compono:& in Græcis,Pamphilus,Pamphagus. Ante ph quidem ſemper m ſcribitur, nunquam n: profertur tamen n à peritionbus tam in ſimplicibus, quàm in compoſitis,authore AEnea Syluio,vt nympha. Syn,id eſt con: & en,id eſt in:apud Græcos hanc mutationem obſeruant:vt Syllepſis,Ellipſis,ellychnium,ſymphonia,emplaſtrum. Empericus vel Empiricus,id eſt experimentator. ἐμπειρία, cum ει Græca in antepœnultima,& i noſtro in pœnultima, id eſt experientia.

N ante q tranſit aliquando in c:vt Ecquid,pro enquid. N videtur in g tranſire in Ignoſco,niſi à gnoſco eſſe malis, vt prognoſticon : à προγινώσκειν, id eſt à præcognoſcendo , vt ait Regius in quintum Quintiliani. Veteres rectè ſcribebant Aggulus, aggelus, agceps, agguilla, &c. quia in Græcis n non præcedit g, vel k, & chi: ſed nos in iſs g vertimus in n,vt Aggelos,Agchiſes:Angelus,Anchiſes: alzyra,anchora, y Græco in o verſa: vetuſtiſſimi hîc Græcorum orthographiam imitabantur. author Varro. Con perdit n in Coeo, coerceo, & in ſimilibus ante vocalem:præter comedo , vbi n in m vertitur , vt in comburo,b litera , euphoniæ gratia , interiecta : veteres , teſte Volaterrano , ſine n foreſia ſcribebant.

Q in c tranſit eiuſdem poteſtatis literæ,vt Quis, cuius,cui: veteres autem quoius, quoi ſcripſere, vt ex Plauto liquet, loquor, locutus vel loquutus: ſequor,ſecutus aut ſequutus: cocus vel coquus: & apud veteres,teſte Priſciano,oquulus,pro oculus, vt arquus pro arcus, &c. Cæterum Nigidius Figulus,vt ex Papyrìano colligit Tortellius,nunquam vſus eſt k aut q. ideo Victorinus cum cottidie ſcribit,eadem ratione quotus pro cotus ſcripturus. Volaterranus cottidie per c ſcribit , quia à continente die deriuatur,non à quot,&c. Cato in originibus,Sabinij & Hetruſci caruere q,vnde dicebāt Curin & curinum,quod nos quirin & quirinum.

R tranſit in ſ,vt Arbor arbos,quę Agretius ita dicit differre:vt Arbos ſola ſit fructifera,arbor autem lignum. Veteres,authore Varrone, in plurimis ſ pro r vtebantur: vt Melioſem,pluſima, fœdeſum, fuſius,&c.pro meliorem,&c. Mutatur r in l,paucis in verbis:vt Pelluceo,intelligo,pellicio:& interdum pellego pro perlego. Plautus in Aſinaria, teſte Priſciano,

Agedum iſtum oſtende,quem conſcripſiſti ſyngraphum
Inter me & amicam & lenam,leges pellege:
Nam tu poeta es prorſus ad eam rem vnicus. Idem in Aulularia,Ita is pellucet, quaſi laterna punica.

S in præpoſitione(dis)mutatur in f ante f,vt Diffugio,differo,diffido,diffundo. Mutatur in r in dirimo,niſi diceres cum alijs à di interiecta r, euphoniæ cauſa. Nicolaus Ferettus & nonnulli alij aſſerunt mutari in m,in verbo dimminuo, gemino m, licet plerique diminuo ſcribant. Tranſit item in m,quia à prorſus & rurſus , prorſum , rurſum deriuantur . Tranſit item in x: nam Græci Aias Aiantos , dicunt: nos Aiax Aiacis, vt notauit Georgius Valla libro 31. S perit in literis ante ſ, quia , vt antè diximus,conſonans nec ante,nec poſt conſonantem geminatur,niſi fuerit liquida: vt Tranſumo,tranſcendo, tranſcribo. Scribimus autem Trado,traduco,tralatum & tranſlatum:in reliquis trans nil perdit.

T mutatur in ſ,aut cōtrà:quia pultare & pulſare dicimus. Plautus in Aulularia,I puere,pulta. Hinc quod Græci φρενίτιν dixere , plerique Latinorum phreneſim aſſerunt : habet hæc litera cum d magnam cognationem,quia per t Alexanter,Caſſantra veteres ſcribebant: nunc per d Alexander, Caſſandra. Eſt præterea t literæ cum c tanta affinitas,vt plerunque ſit dubium,t ne ſcribendum ſit,an c.propter hanc regulam,ti ante vocalem profertur vt c:veluti Pueritia, duritia, iuſtitia, amicitia: in quibus t non c ſcribendum eſt,niſi in primitiuo fuerit c. Author Georgius Valla libro 31. cap. decimo: & libro 33. cap. 25. In vitium & litium genitiuis , differentiæ cauſa, profertur ti, & in Græcis, vt Mantia, eodem authore : cui ſuffragatur Scodrenſis contra Regium , volentem in omnibus debere ti proferri vt ſcribitur. Neque enim Quintilianus omnia vt ſcribuntur,ita proferri debere docet, vt patet in Cneus, amurca,Caius,curculio,in quo profertur magis g.

X in præpoſitione ex,mutatur in f ante f,vt Efficio,effundo,effero: in alijs(ex)manet integra:& ſi dictio ab ſ incipiatur,ipſam ſ expellit:vt Excludo,exudo,exurgo:profertur tamen quaſi poneretur ſ. Papyrianus & antiquiſſimus author Lucianus cum ſ ſcribenda cenſent hæc tria, Exſequor, exſecro, exſibilo. Georgius Valla, quia in omnibus eadem eſt ratio, nulla excipienda putat, ſcribendáque exiſtimat Execro, exequor, exibilo,exero, expiro, expuo, expecto, expers. Badius in diuiſione adijciendum pu-

tat ſ literam: vt Exſpes, exſpecto. Ante b, d, g, i conſonum, l, n, r, & vau, non ex, ſed e, in compoſitione locatur: vt Ebibo, educo, egero, eijcio, eligo, emineo, enitor, eripio, euomo, euoco: dicimus tamen exlex. Martianus x literam eſſe negat, quia duarum officio fungitur cs, aut gs: vt Pax, lex: & veteres certe gregs, ducs ſcripſere: vt Calx, calcs: quæ Caper ita differre credit, vt calcs ſit latomi materia: calx, imus pes, à calcando.

Z mutatur in d, quia pro Mezentius olim Medentius dicebatur. Tranſit quoque in duplex ſſ, & interdum ſimplex, vt pro Gaza, gaſſa vel gaſa lectum eſt: & pro patrizo, patriſſo.

LITERARVM ORDO.

ORDO literarum hac regula noſcitur: mutæ & ſ in ſimplicibus ſyllabam non finiunt, niſi ſit finalis aut literæ geminatio. M item ante n ſyllabam non finit: reliquæ conſonantes ſyllabam ante conſonantes finiunt: ſi vero ſequatur vocalis, ipſi adhærent. Colligitur hæc regula ex Priſciani libro primo & ſecundo, & ex Tortellio atque Nigro: ergo ita diuidemus A-bdomen, di-ctio, A-dmetus, a-gmen, a-nimus, pi-ſcis, A-tlas: dixi notanter In regula in ſimplicibus, quia compoſita in partes priores diuiduntur, etiam quamuis literæ mutentur: vt Ab-dico, ob-ruo, quic-quid, ec-quid, obſ-oleo, abſ-traho: ſed ſu-ſpiro, quia verbum eſt immutatum: ſic aru-ſpex. Item abſ-temius, authore Quintiliano: vt Abſ-tineo, præter-eo, inter-eo, inter-ea, &c. In quibus & mille alijs pueri ſexagenarij fere hallucinantur. Simile eſt in Græcis: vt Dyſ-cholus, iſ-agoge, ſyn-agoga, ſyn-odus. Si tamen conſonans prioris partis ad primam ſyllabam pertineat, tranſit ad ſecundam, licet ante compoſitionem illic non fuerit, vt Philippus: ſic, vt nõnullis placet, Suſtuli, ſuſtineo. dixi Niſi ſit literæ geminatio, quia vbicunque conſonantes geminæ ſemper diſpeſcuntur: vt Obba, occo. De reliquis conſonantibus exempla ſunt, Al-bus, em-ptum: licet m in (emo) prima ſyllaba neſciat: an-gelus, cor-bis, dex-ter, ſex-tus: ſi vocalis ſequatur, ipſi adhærent: vt A-luta, a-nas, a-ra, a-xis, di-xi, re-xi, Ale-xander, &c. x, m, p in eadem ſyllaba nunquam ponitur: ideo XPRISTVS, xpriſma, ineptiſſime ſcribuntur, licet Iſidorus non improbet, quum per ch ſit CHRISTVS ſcribendum & chriſma. His generaliter prælibatis, omnia latius per dictarum literarum ordinem probare fert animus. A-dytum, ſecretior pars templi: ab ἀ, id eſt ſine: & δύω, ingredior. Feſtus adoro ab ador: Priſcianus ador ab adoro.

B itaque ſyllabam non finire ſatis oſtendunt dictiones, quæ b ante conſonantem in primo habent: vt Bdelium, arboris nomen: bdelleros, abominabilis deo, b in ſecunda ſyllaba retinent. Abdera, oppidi nomen. Abſyrtus. Labdarus, filius Polydori filij Cadmi.

C conſonanti annectendum eſſe docent ſequentes dictiones, Cteſipho, Cteſias, Creticon, Cteſippus, virorum propria. Hac ratione manifeſtum eſt, dialectica, auctor, &c. c in ſecunda ſyllaba habere. Eſt autem dialectica, diſputatrix ſcientia, quam logicen vocamus. à διαλέγομαι, id eſt diſputare: διά, id eſt per: λέγομαι, id eſt ſermocinari. Auctor etiam ſi communis ſit generis, ſi Philelpho credimus, dicenti abſurdum eſſe hoc nomen aſpirari author: licet idem ſit apud Græcos authentes, qui apud nos auctor, pluribus video nunc placere cum flatu author. Alcmena, Quintianus in prima epographia dicit apud antiquos c ante m, nunquam ſolitum poni: ideo Alcumena, inquit, vt ex Plauto liquet, non Alcmena dicebant. Cycnus pro cygnus veteres ſcripſerunt, & peritiores nunc obſeruant, ait Tortellius.

D in principio ante conſonantem, Dmois, id eſt ſeruus, teſte Tortellio, qua dictione antiquiſſimi comici vtebantur. Ergo d in ſecunda ſyllaba habent, Admetus, Ariadne, Minois filia, quam indocti Adrianam vocant. Abodlas, fluuius.

G in primo ante conſonantem, Gnarus, gnauus, gnatus, Gnato. Ergo g in ſecunda ſyllaba habent Magdalene, ſmaragdus, agmen, ignis, magnus, ſtigma, ſmegma, Zeugma, &c. Licet nulli conſonanti in eadem ſyllaba præponitur: verùm apud antiquos ipſi præponebatur ſt, vt ſtlocus, ſtlatum, ſtlitium: pro locus, latum, litium, &c. Hinc ſtloppus, id eſt ſonus, ex buccarum inflatione erumpens: & ſtlataria, purpura.

M in primo dictionis ante n, Mna: quam minam vocamus. Mnas mnæ, piratæ nomen in Antonio Plutarchi. Mneſthæus. Ergo m in ſecunda ſyllaba habent Omnis, amnis, ſcamnũ. Clytemneſtra vero in tertia, Agamemnon in quarta, authores Martianus, Tortellius, Niger. Eſt qui diſſentiat nullo authoritatis tibicine fultus, ideo reſpuendus. Cauendum, authore Tortellio, ne p inter m & n ſcribamus, more indoctorum, vt autumnus, damnum: non autumpnus, non dampnum, nec dompnus.

Sopnus quidem p recipit, ſed abſque m.

N nulli conſonanti in eadem ſyllaba præponitur. Adijcitur autem ſuperuacue nonnullis dictionibus: vt Totiens, quotiens: quia ſine n toties, quoties ſcribenda ſunt: vt alioqui, non alioquin, veluti millies, atqui: author Caper: idque confirmant ex antiquiſſimis codicibus Politianus & Rhegius, licet Priſcianus diſſentiat. De (alioqui) ex Capro meminit Valla in Lucam. Idem Caper aſſerit (venſica) n habere, quod ſine vento non ſit. At neque multotiens, neque multoties recte dicitur, quia vt Georgius Valla ait, à multot, quod nuſquam legitur, deſcenderet: vt à tot & quot, quoties toties: & ab ali-

quot,aliquoties.

P in principio ante conſonantem,Pneuma,id eſt ſpiritus: ergo Terapne iuſte p in vltima ſyllaba retinet. Pſallo,pſaltes,pſaltria,pſalmus,pſalterium,pſalmodia,pſeudopropheta, pſeudulus,pſeuſtis.

Pſamnis, AEgypti rex. Pſammenitus, AEgypti rex. Pſecas,Dianæ comes & mulieris nomen, interpretatur ſtella minor. Pſecades enim dicuntur minutæ cuiuſdam rei partes, vt ait Raphael Regius in illud Ouidij primo Metamorph. Et pſecas & phialæ fundúntque capacibus vrnis. Imperiti legunt phecas:genitiuus eſt pſecados vel pſecadis:hoc nomen barbari corruperũt. Apud Ariſtotelem in Meteoris de generatione pluuiæ,vbi dicitur, Paruæ guttæ dicuntur pſecades: ipſi legunt perſecades, quaſi (vt Gothi interpretantur) per ſe cadentes: qua interpretatione nihil ſtultius excogitare queas: ſic Aureæ legendæ, vt vocant,author,Nicolaus,inquit,quaſi nitens laus. Pſylli, Libyes populi. Pſitacus, auis. Pſophis,variarum vrbium nomen. Pſamathe, nympha. Pſytium, genus paſſi. Pſyllus, puſillum quoddam animal: Pſyllus, fluuius Arcadiæ. Pſora, ſcabies apud Plinium in nat. hiſtoria.

Sora ſine p,vrbs. Pſenophis Heliopolita,ſacerdos AEgyptius eloquentiſſimus & ſapientiſſimus,apud quem philoſophiæ operam dedit Solon, vt in vita eius ſcribit Plutarchus. Pteria, locus Cappadociæ munitiſſimus. Pterelas,regis & ciuis nomen,interpretatur alis impulſus. πτερὸν,alam dicimus: ἐλᾶν,impellere. Phthia, regio Theſſaliæ. Tortellius dicit poetas dicere aliquando Pithiam. Phthiſis,pulmonis exulceratio. Ptolemæus. Ex his ſatis liquet optimus,ipſe,ſcripſi,ſumpſi,emptum,ſumptum,& id genus,haud abſimilia,p literam in ſecunda ſyllaba habere.authores Priſcianus,Tortellius, & cæteri orthographi. Tempſi, temptum: hinc temptare, pro experiri. Nam ferme minorem contemnimus,quem temptamus.hæc eſt opinio Raphaelis Regij in illud ſecundi Metamorph. Dum noſtras tentat habenas. id eſt tenet, inquit. Nam à teneo deriuatur, eóque per n ſcribitur. Nam tempto, quod experiri ſignificat, à temnendo deduci videtur. Ouid.alibi,Sed quid temptare nocebit? Tortellius hoc quoque per n ſcribit ſine p:à tenendo,vel tendendo pro exquirere,experiri, probare, & ſuggerere: vt Ne nos inducas in tentationem. Nam quæ probamus, frequenter tenemus & attrectamus.

Q nulli conſonanti annectitur, nec vocali præponitur,niſi præcedente u,vt aqua.Sed grãde eſt dubium apud grammaticos, an alia vocali non ſequente u debeat geminari, vt Coquus, equus: an vnicum u ſufficiat,vt Equs. Papyrianus libro quarto de Orthographia ſcribit omnino id fieri non poſſe,vt geminetur u, ne duæ literæ eiuſdem vocis & ſoni in vnum confundi & coaleſcere videantur: hic igitur vnico u ſcriberet,Equs,coqus,obliqus. Eadem videtur Quintiliani ſententia, qui libro primo de Inſtitutione oratoria vult (qum) aduerbium temporis per q ſcribi,duabus ſequentibus literis,vt Qum primũ, qum facerem:&c. hic igitur vnico u ſcriberet magniloqus,& ſimilia. Hanc opinionem approbat Iohannes Tortellius, dicítque ſe in antiquiſſimis codicibus & emendatiſſimis ſcriptum reperiſſe. Quintilianus libro duodecimo, Duras & illas ſyllabas facit, quæ ad coniungendas demum ſubiectas ſibi vocales eſt vtilis, aliàs ſuperuacua, vt Equos ac equum ſcribimus. Hinc Nicolaus Ferettus colligit nunquam q ſine duabus vocalibus poni. Idem dicit Martianus Capella libro tertio: ergo qum non ſcribimus,ait Ferettus. Verba Martiani ſunt,Q quidam literam non putabant, & vincerent, niſi in equo & equitatu appareret expreſſe. Hæc nũquam ſine duabus vocalibus ponitur, quarum prior erit u, & ſic cæteræ conſequentur: vt Quartus,queſtus,Quirites, quotus, equus. Conſtat autem ex c & u: ideóque duplex & compoſita dicitur, nec geminatur. Nullam ſingularem literam comprehendit, finit nihil. hæc ille. Cui ſuffragatur Victorinus AEneas Syluius. Georgius Valla in geminatione u poſt q, Q vbi alia non ſequitur vocalis,vt equus,quum,quur pro cur,vt vult Syluius,his & ego concino. Neque duæ literæ eiuſdem ſoni coaleſcunt, quia prius u liqueſcit, ita vt nec vocalis, nec conſonans litera iure habeatur. Quintianus de hac litera ait, Sola q inter conſonantes ſine vocali poteſt facere ſyllabam. Nam veteres qſtos,pro cuſtos,ſcripſere.

S ante conſonantem in primo dictionis, Aſpectus,inextinguibilis. Aſbutus,inſepultus. Scio,ſed cio & cieo, id eſt voco, ſ non habent. Sciapodes, homines Mediæ monſtroſi, vmbra pedum ſe protegentes. σκιὰ,id eſt vmbra: σκιαμαχία,vmbratilis pugna. Scelus,ſceleſtus. σκέλος,crus:vnde περισκελὶς, ornamentum cruris. Scipio, baculus & vir. Scintilla, ignis particula. Scythia, vnde Scytha,nomen gentile, & Herculis filia:per y Græcum,Scyta pluraliter tantum, à noſtris dicuntur ſpolia ſeu manubiæ,ſed in ſingulari proprium fuit regis Scytharum. Per y Scylus,viri nomen:per y Scylaceũ, oppidi nomen. Scyros vel Scyrus,Cycladum vna:vnde Deidamia dicitur Scyrias Scyriados. Syros, ſine c,inſula Ioniæ,& vrbs etiam cum y. Scylla,mulieris nomen cum y:vt Sylla ſine c,viri nomen. At Syla vnico l,mons Laconiæ eſt. Scyllax,cum y, canis. Scypariſſus, nomen pueri & arboris cum y.

Scyphus cum y,Herculis poculũ,vt Liberi patris cãtharus. At Cyphus ſine ſ,ſi Tortellio credimus, genus erat poculi,quo plurimum vtebantur antiqui in ſacris. Virgil. AEneid. ſeptimo, Hoc pater Anchiſes cypho libabat ad aram. Neſtor Tortellio nõ iniuria refragatur. Sciluris cum i ſolum,viri propriũ. Smaragdus. Ex his liquet ſ in ſecunda ſyllaba habere, Veſta,veſtis,vaſtus,caſtus,noſter,veſter,authore etiam Capro. Piſcis,authore in generibus Alexandro. Coſmus.

T ante conſonantẽ in primo, Tlepolemus, Tmolus, Tmeſis figura,nõ Temeſis,teſte Raphaele Re-

gio:ergo t in ſecunda ſyllaba habent AEtna, Atlas.

X in primo ante conſonantem non locatur, ſed ante vocales, in quibus ferme eſt ſ literæ ſonus: ideo quædam annotaui, Xerxes cum x etiam in ſecũda, Perſarum rex. Xantho, nympha. Xantippe, Socratis vxor querula. Xanthus, vir & fluuius. Xanthi, Aſiæ populi. Xenos, id eſt peregrinus & hoſpes: hinc Xenocrates, Xenodotus, Xenodorus, Xenophanes, Xenophon, virorum propria. Xenodochium, peregrinorum receptaculum. Xenium, munus hoſpitalitatis & amicitiæ, vulgo dedicatio dicitur. Xeros, ſiccus: hinc Xerophtalmia, ſicca lippitudo: Xerolibya, ſicca Libya & deſerta. Xerolophus, ſiccus tumulus: λόφος nanque, tumulus eſt: is ex marmoribus principibus & dijs extrui ſolebat.

Z vocali tantum præponitur, habétque ferme ſ literæ ſonum, & in Græcis tantum ſcribitur. Zacharias, Zamoſeis, Zeno. Zetis cum i Latino filius Boreæ. Zetus cum u, frater Amphionis. Zacinthos, inſula. Zelos, æmulatio: hinc Zelotes, æmulator: Zelotypus, formæ æmulator. τύπος cũ y Græco, id eſt forma. ζεῦξις, connexio & vir, cum z vtrobique. Zeugma. Zeuxo, nympha cum x in ſecunda. Zodiacus, circulus, id eſt animalis. à ζῶον, id eſt animal. Zopyrus, propriũ viri. Zuthus, proprium viri. Zythus, appellatiuum. Zeta, litera & cœnandi locus. Zmirna, authore Martiano. Zizania. Z in medijs, Gaza, id eſt pecuniæ theſaurus: gazophylacium, pecuniæ repoſitorium: gazophylax, theſauri cuſtos. Ariobazantes, vir: Melanzophos, vir. Patrizo, &c. Trapeza, menſa: trapezita, argentarius aut nummularius, frequens apud Plautum.

CONSONANTIVM GEMINATIO.

In conſonantium geminatione ea demum declarabo, quæ nec compoſitione naſcuntur, niſi forſan à pauciſſimis: nec ex præteritorum & ſupinorum deriuatione aut comparatione aut diminutione, vt ſunt, Addo, ſeſſum, doctiſſimus, magiſtellus, &c.

CONSONANTIVM POST A GEMINATIO.

A ante b geminatum, Abba, pater: vnde Abbas, ſabbathum, vt Georgius Valla ait. Sabburra perperam à Priſciano adijcitur, quia vnico b ſcribendum eſt ſaburra. Virgil. in Georgicis, Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram. id eſt immundiorem arenam.

A ante cc geminum, Bacca, in quo, teſte Bebelio, errat Martinus Philelcus, qui in librum Ciceronis de Senectute vult ſcribendum eſſe cum vno c baca: hinc bacalaureus, quaſi laureatus, id eſt coronatus bacca lauri: quia olim, vt adhuc poetæ, coronabantur omnes qui in literaria militia emeriti credebantur: éſtque dignius & præſtantius nomen, quàm ſit magiſter, vel doctor. hæc Bebelius. Baccar vel baccaris: Bacchus, Liber: ἀπὸ τοῦ βακχεῖν appellatus, id eſt ab incondito hululatu baccarum, adiecta c, quo vaſtior ſonus in dei nomine redderetur. eſt & coronæ ſpecies bacchus apud Paſidem. hæc Ianus Parrhaſius in ſecundum Claudiani de raptu. Bacchides, viri nomen. Flaccus, flacceſco, Graccus, Iacchus, Macchabeus cum eu diphthõgo. Saccus, ſacchar vel ſaccharum ſecundo c aſpirato. author Georgius Valla. Indoctũ vulgus ſuccarum dicit. Vacciniũ, vacca: quia vaco, vnde deſcendit, corripitur.

A ante dd geminum, Abaddir, lapis quem Saturnus deuorauit, & deus quidem, quem Græci βαίτυλον vocant.

A ante gg duplex, agger.

A ante ll geminum, ἄλλο, id eſt aliud, in multis compoſitis vtimur: vt allophylus, id eſt alienigena. Alleotheta, id eſt alter poſita, allegoria, alleluia cum i Latino pentaſyllabum, id eſt laus. Allia, fluuius, teſte Georgio Valla. Allius, viri nomen in Sillio Italico. Allobrox, gens Gallica, nunc Sabaudienſis dicta. Allium, vt dicit Georgius Valla, quod Columellæ carminis enarrator Pomponius Fortunatus, ſi modo is eas gloſſulas compoſuerit, aſſerit authore Põponio Etuſio per ſimplex l, alium ſcribi. Balliſta à Græco βάλλω, id eſt iacio, vulnero. Callos, id eſt pulcher, ſine aſpiratione. Hinc componuntur plurima, vt Calliope, princeps muſarũ, à pulchritudine & bonitate vocis dicta: quia ops opos dicitur vox. Calliodorus pœnultima producta, à δῶρον, id eſt donum. Callimachus producta vltima, quaſi pulcher aut bonus pugnator. μάχη, id eſt pugna cum χ in fine. Calliſthenes, vltima producta, id eſt pulchra fortitudo: σθένος, cum θ, id eſt robur. Calliſtratus, pulcher & bonus exercitus interpretatur, viri proprium. à στρατὸς, id eſt exercitus. Calleo, occalleo: hinc callus, aut contrá. Callis, via. Cales vnico l, priore correpta, oppidum. Fallo, gallus, gallina, Gallia, Gallus, puer Cybeles, quam quum fortè offendiſſet, pudenda ſibi abſcidit, & in furorem actus, apud Toriam fluuium conſedit, qui ab eo poſtea Gallus dictus eſt, & ſacerdotes Cybeles Galli. hoc Ianus ex Græcis in ſecundum Claudij de raptu. Interuallũ. Lallare apud Perſium in 3. ſat. Mãmæ lallare recuſas? Infantes matris rari ſugere mammam renuũt, quod lallare dicitur. Quidam tamen lallare blandiuſculis vocibus loqui infantum more legunt: mamma vero, & huber & mater eſt. ſic Fotius. Metallum à Græco verbo μεταλλῶ, id eſt exquiro. Mimallones, Bacchæ. Pallium. Pallo, pallas, id eſt erro, vagor. hinc vmbras pallantes dicimus apud inferos. Palleo, vnde impalleſco, id eſt vehementer operam do. Pallene, regio Macedoniæ. Palla, veſtimentum. Pallas Pallantis, viri proprium. Pallas, Pallados. Pyrallis, vermis, Latine ignicola dicitur. Salluſtius, authore Martiano Capella libro tertio ll geminat. Volaterranus ait veteres ſolitos fuiſſe conſonantem geminare ante vocalem longam, & ante diphthongon, vt

cauſſa,deſſignator,Paullus,Salluſtius:hic nunc vnico l ſcriberet Saluſtius,vt Paulus. Victorinus aſſerit quondam nullas conſonantes fuiſſe geminatas, vt Aulus, Luculus, Memius : ſed ſupra quam geminare oportebat,adnotabant figuram d. Trallis,Aſiæ vrbs. Vallis vel valles,vallum, vallo vallas.

Vallus,palus acutus, & in vitibus pedamentum, ad quod trahuntur vites ablaqueantúrque. Virgil. Exacuunt alij vallos,furcáſque bicornes. Vallus quoque diminutiuum eſt à vanno.

A ante mm geminum,Ammodo,gramma,litera:hinc grammatica,grammatophorus,epigrāma,&c.

Cammarus,genus cancri: gamma,litera: digamma, quia bis gamma dicitur F,quia ex duplici gamma videtur conſtitui. Mamma mammæ:corripitur vnico m mamilla.

A ante nn geminatum, Annus, annona, quicquid in anno colligitur ex prædijs, menſtrua ſolutio.

Annulus, ab anno aut contrà : plerique vnico n anulus ſcribunt, licet prima ſemper producatur.

Annibal,Britannia,Britannis,Canna,Cannæ cannarum,vicus. Cannalis,teſte Georgio Valla:at canalis corripitur. Virgilius Georgic.1, Currentum ilignis potare canalibus vndam. Cyannos à noſtris faba dicitur. Epidannos,authore Tortellio,vrbs Epiri. Iannes, Mannus. Oſanna,id eſt ſaluifica, Hebræum eſt.corrupte oſanna dicitur,vt ex Hieronymo collegit doctiſſimus Bebelius. Pannus,vnde pannucius,id eſt pannoſus. Pannicus, vir. Pannonia. Sannum, metalli genus. Sannites, populi. Sanna,deriſio:ſubſannare,deridere. Tyrānus,rex primò dictus:deinde qui vim & ſæuitiam exerceret, quam tyrannida appellant.

A ante pp geminum,Appius,Appulus. Capparis,herba. Cappadocia, minor Armenia, aut pars eius.Hinc Cappadox,Cappadocus,& Cappadocius. Mappa,& pluraliter ſæpius mappæ: ſed vnico p mapalia corripitur. Virgilius,Et raris habitata mapalia tectis. Pappus,auus. Auſonius de ſtudio puerili, -pappos,auiáſque trementes

Auferunt paribus noua cura nepotes. Pappare,pappum vocare.Papare,vnico p,eſt patrem vocare:vt Papas,id eſt pater:aut qui nos filiorum loco amat. Intimidus prægustet pocula papas : Author Barptolomæus Fontius in tertium Perſij. Sappho,poetis. Vappa,villum, id eſt vinum,cuius virtus eſt exhauſta,& homo nihili.

A ante rr geminum,Arrha,Arrabia,Arrabius,pro Arabia regione:& Arrabs,metri cauſa,vt Relligio, quia Arabs corripitur. Barrhæ,barrhus,teſte Georgio, id eſt elephas. Carrus,vehiculi ſpecies. Carruca,id eſt carrus,vel currus. Carræ,Meſopotamiæ vrbs,Craſſi cæde nobilis.à Carra Syriæ fluuio nominata. Catarrhus, pituita, interpretatur diſtillatio. Nam καταῤῥέω, diſtillo. à κατὰ,id eſt in, contra,ex,aduerſus: & ῥέω,id eſt fluo. Farratus,farrago,garrio. Marra,inſtrumentum ruſticum. Marrubium, herba. Marrubij, populi. Narro. Nefarrus, vt Marcellus & Aſconius videntur ſignificare.

Parrhaſius,pictor & populus Arcadiæ, à Parrhaſia Lycaonis filia: vnde Parrhaſis Parrhaſidis, id eſt Caliſto. Sic Georgius Valla:alij dicunt à Parrhaſio Lycaonis filio:alij à Parrhaſio Martis & Phibonomæ filio,quem cum Lycaſto fratre expoſitum lupa lactauit. Is apud Ciſiphum paſtorem adultus materno auo Nictimeno in Arcadiæ regnum ſucceſſit, vt Zopyrus Byzātius hiſtoriarum tertio refert. Parrhiſij. Tarrutius,viri nomen in Romulo Plutarchi. Sarracum,vehiculi genus. Sarra,vnde ſarranus, vrbs eſt Phœniciæ, ſine aſpiratione : quia phœnicium eſt nomen Græcum . Sarraſtæ, populi.

Tharritas,Alcetæ pater,in Pyrrho Plutarchi. Varro,Varrus,viri nomen,& qui diſtortos habet pedes.ſic Georgius Valla.

A ante ſſ geminum , Aſſiduus ſiue ab aſſideo deducatur , ſiue diuitem ſignificat , ſiue continuum.

Aſſer vel aſſis, vnde Aſſula, aſſis, ab as. Baſſus, vir. Baſſa, mulier. Baſſareus, Bacchus: hinc baſſarides, id eſt Bacchæ . Caſſandane, mater Cambyſæ. Caſſiopea cum ſecunda vocali in tertia ſyllaba, vxor Cephei AEthiopum regis. Caſſius, viri proprium, vt Caſſianus. Caſſandra,Priami filia. Caſſandreus.Caſſis. Claſſicum,tubæ ſonitus. Male pro tuba à quibuſdam ponitur, authore Placentino Valla. Claſſis,nauis,vel nauium multitudo,& aliarum etiā rerum ordo: vt Magiſter pueros in claſſes diſtribuit,id eſt in partes ordine cōſtantes. Craſſus,vir.Craſſus,adiectiuū. Graſſor,verbū. Fortaſſis, fortaſſe. Laſſus,id eſt fatigatus:hinc laſſo laſſas:at laxus per x,dilatatus eſt: hinc laxo laxas, vt lacero à lacerus,ſaucio à ſaucius. Maſſares apud Lydos Bacchus dicitur:à Ma,Cybeles ancilla: & ἄρης,id eſt Mars. Nam cum Ma nutriendum liberum ſuſcepiſſet,& Iunonem celare cuperet,Martis eſſe filium ſimulauit. Inde Liber Maſſares,& ab eo Maſſurenſes in Lydia populi,vt è Græcis authoribus docet Ianus Parrhaſius in ſecundum Claudiani de raptu . Maſſagetæ, populi. Maſſa , proprium & appellatiuum. Maſſylia cum y Græco in ſecunda:vnde Maſſylus:Maſſilia cum i noſtro. Maſſicus,mons: vnde Maſſica vina. Maſſurius , viri proprium. Georgius Valla. Maſſa. Parnaſſus , authore Franciſco Maturantio , licet Tortellius refragetur. Paſſaron , paſſaronis. Moloſſidis , regionis locus in Pyrrho Plutarchi. Thalaſſius: in Plutarchi Romulo de Thalaſſio multæ opiniones referuntur. In raptu enim Sabinarum vnam longe ante alias inſignem ſpecie ac pulchritudine, ab obſcuris quibuſdam hominibus raptam ferunt , in quos quum diripiendæ virginis gratia ex optimatibus quidam inuaſiſſent , ab illis nequis violaret , Thalaſſio eam ferri clamitatum , iuueni probo ac ſplendido : tum eos audito Thalaſſij nomine,clamore & plauſu collaudaſſe, quoſdam etiam conſecutos eſſe gratia & beneuolentia viri, Thalaſſum conclamantes, ex quo nuptialem , quemadmodum Græcis Hi-

menæum,eam vocem fuiſſe.Nam & illum in muliere ſeruanda optima vſum eſſe fortuna. Sextius vero Syllas Carthaginenſis, vir neque à Muſis,neque à Charitibus abhorrens,dixit nobis Thalaſſij nomen, Romulum ſignum direptionis dediſſe. Igitur omnes ſimili voce regem proſecutos eſſe: idcirco eum in nuptijs morem eſſe ſeruatum. Plurimi tamen,quorum ſententiam Iuba ſequitur,hanc exhortationem & prouocationem ad opus & lanificium,quod Greci ταλασίαν dicunt,eſſe opinantur:vt innuerint per iocum Thalaſſium vocitantes ad nullum aliud opus vxorem, quàm ad lanificium duci. hæc & plura Plutarchus.vide etiam Plutarchum in Pompeio.

A ante tt geminum,Aliattes,pater Crœſi. Attalus,viri proprium. Attagen vel attagena,auis celebris & vocalis,ſed capta obmuteſcens:ſic Georgiꝰ Valla. Attis vel Attin,genitiuo attinos,regio inter Achaiam & Macedoniam. Attica,regio.Atticus,proprium & appellatiuum. Blatta,vermis papyros corrodens. Battus,paſtoris garruli nomen, & pater Callimachi: vnde ipſe Battiades dicitur.

Cataphrattus. Catta,auis Pannoniæ peculiaris. Catti,populi. Cattus,pro fele,Raphael Regius gemino tt ſcribendũ cenſet. Alij vnico,quibus ſuffragatur Baptiſta Mantuanus. Nam id nomen corripit,& recte,vt opinor: dicitur enim à Catus, id eſt aſtutus : vnde Catones dicti ſunt. Mattiacum, nomen oppidi. Mattya, cum y Græco, vt ait Georgius Merula, primæ declinationis, dicitur quodcunque pretioſum edulium. At Calderinus dicit, Mattea cum e neutrum plurale,condimentum eſſe carnium vnctum: hinc matteolicus, id eſt guloſus. Matthias, Matthæus. Patteres, Achiuorum populi. Quattuor nunc ſecundum quoſdam. Sadiattes,Lydorum rex.

CONSONANTES POST E GEMINAE.

E ante cc geminum, Eccleſia, conuocatio & conſilium: licet vulgus imperitum, pro templo nunc capiat. Ecce,eccum,eccere,lecca,pecca,peccatum.

E ante dd geminum,Reddo,à re & do,licet nonnulli ſimplex eſſe putent.

E ante ff geminum,Reffert,vt placet Georgio Vallæ. At melius eſt vnico f ſcribere eum Sypontino à nomine re,pro diſtare,vtile eſſe,aut intereſſe.

E ante ll geminum,Atella, Campaniæ vrbs : hinc Atellani ludi. Auellana. Apelles, pictor eximius. Bellum,bello bellas. Bellona,dea bellica:veteres duellum,Duellona,&c.dixerunt:vnde eſt hodie perduelle perduellis, id eſt hoſtis: ſic,authore Fabio,duonũ,pro bonum dixere. Bellus,adiectiuũ: at viri nomẽ Belus vnico l exaratur.Bellatulus. Bellaria bellariorũ,ſecũda menſa: Græce φελλιασται dicuntur,authore Gellio. Bellerophontes, vir. Bdellium,arbor. Caſellius. Cælło cum æ diphthongo,id eſt cedo ceſſi.hinc excællo antecællo. At cælo,id eſt ſcalpo vel ſculpo:& celo,id eſt abſcõdo,occulto,vnico l ſcribuntur. Cancelli. Clitellæ:vnde aſini clitellarij aut muli, qui in clitellis ferunt ſarcinas:vt Dorſarij, qui in dorſo nos ſubuectant. Camellus,ſi Georgius Valla recte ſenſerit.

Ellepſis vel ellipſis, quia en vertit n in l ante l. Gellius, vir. Gellia,fœmina. Helluo, verbum & nomen: ſed Eluo à lauo vnicum l capit. Hymella. Macellum,locus Romæ, vbi vænibant quæcunque ad victum pertinebant, à macelli domo ibi publicitus diruta dictus : & nunc pro loco quouis capitur,vbi ad victum pertinentia venditantur. Mellitus, quod quidam melliteus: vt apud Catullum per ſyncopam dictum videatur , Imminet Bachyno mellita. de qua catelli portantur, melliteі dicti. Mellitus,pœnultima longa,dulcis,à mel. Procælla à procællo. Pello,primæ coniugationis.compoſita in vſu ſunt,Compello & appello,id eſt alloquor. Interpello, interrumpo alterius ſermonem. Pello,tertiæ coniugationis. Pella,oppidum Macedoniæ,magni Alexandri patria. Vnde à Iuuenale Pellæus iuuenis appellatur. Philippus eius pater,etiam Pellæus dicitur. Peleus, Achillis pater, vnico l diſſyllabũ eſt. Pelides,eſt Achilles,Peleos filius. Pellex à pellicio,quæ cum eo, cui vxor eſt,corpus miſcet : ſed pelax, id eſt multa verſans, vnico l ſcribitur: vnde Vlyſſes pelax nominatur.

Pelliculo,id eſt pellem,hoc eſt corticem demo è pomis, nucibus, & id genus cæteris. Perduellis, perduellio. Perduellona ſicut Bellona veteres dixiſſe,author eſt Varro. Rebellis,rebellio. Stellio,ſtella,ſtella. Tellus telli,vir,quem Solon Crœſo beatiorem putauit, & Cleobem Bitonémque: quã rem pulchrè ſcribit Plutarchus in Solone. Tellus telluris,terræ dea,& ipſum elemẽtum. Vello vellis. Vellus,quia vellebatur olim,non tondebatur:vellem,velle. At vnico l,velum,telum,crudelis,tutela, & ſimilia. Vitellius,Vitelliani.

E ante mm geminum,Chemmis,AEgypti rex. Echemmon,filius Priami,à Diomede interfectus.

Gemma ſiue ad vitem,ſiue ad lapillum reſpicias. Lemma ſiue ſyllogiſmi propoſitio, ſiue munus cuipiam oblatum. Plemmyrium,fluuius. Stemma tam genus,quàm coronam ſignificans:ſed problema vnico m,citra vllam diphthongon ſcribitur.

E ante nn geminũ,Brennus,dux Gallorũ. Ennoſigæus,id eſt Neptunus. Ennius,poeta. Enna, mõs & vrbs Siciliæ,vbi Ceres religioſè culta dicebatur.Ennea,vt ab AEtna,AEtnea. Ergẽna,aruſpicis nomen,ſiue conditoris fulgurũ,in ſecunda Perſij. Perpenna,nobilis Romanus. Penna,hinc bipennis quod acutum ſignificat, teſte Quintiliano in primo: vnde ſecuris vtrinque habens aciem, bipennis dicitur. Pennis, penniculus.Georgius Valla pennicillum,licet pinna & pinnicilla probent veteres.ſic Georgius Valla. Tortellius vero, penis vnico n ſcribit: eſt autem penis,cauda,& metaphoricῶs mentula : vnde peniculamentum, pars veſtis quæ terram attingit, id eſt fimbria à fibra . Penicu-

lus;penicillus,aut neutri generis peniculum,penicillum,quo calceamenta detergimus,& quo pingũtur quoniam peniculi ex caudarum extremitatibus fiunt: & ſunt etiam quibus albariũ tectorio inferunt, dicuntúrque peniculi tectorij. Rauenna, oppidum: Rauennas,incola eius. Siſenna, hiſtoricus. Sebenniticum,Nili ex oſtijs vnum. Solennis & ſolenne, quod quoque anno fieri ſolet. Ideo male dicitur ſolennis doctor. Solennia ſolennium,tertiæ eſt. In hymno male dicitur ſacris ſolẽnijs. Bebelio Strennuus, vt pleriſque placet:at Neſtor ſimplici n ſcribit. Tigenna, vrbs & Antæi vxor in Sertorio Plutarchi.

E ante pp,Repperi,reppuli: dicitur quoque reperi,repuli.

E ante rr, Acerra,thuribulum. Arcerra cum r ante c,vehiculum vndique clauſum. Sic Georgius Valla. Cerrus, arbor. Cherroneſus, peninſula. Erro nomen & verbum, vt Palpo,edo, verbero, cachinno,antenubo,& plura id genus. Ferrum,vnde ferrugo: color ferrugineus,ruſus,ſubniger. Ferrumen,glutinum. Ferruminor,id eſt glutino. Ferramentum,inſtrumentum ferreum. Ferrem,ferre,&c. à fero nota ſunt. Gerrus,fluuius Scythiæ. Gerræ,nugæ:hinc gerro,nugator. Serra, inſtrumentũ dentatum:hinc ſerrati dentes,qui in ſerræ modum coeunt. At ſera,id eſt clauſura,vnico r ſcribitur. Terra. Terreo. Verro. Verriculum,ſcopæ & rete. Verruca. Vacerra, clatrorum genus ad pecora includenda: Verres etiam eſt viri proprium.

E ante ſſ, Acceſſus. Beſſus,populi & viri nomẽ. Creſſa,id eſt Cretẽſis. Ceſſo. Cupreſſus. Eſſedones, Aſiaticorum,Scytharum populi. Eſſedum,vehiculum. Lyrneſſus,vrbs Theſſaliæ:ſed Lyrneſus vnico ſ,vrbs Phrygiæ. Meſſana,ciuitas Græciæ. Meſſalina,mulieris proprium. Meſſis. Neceſſe vel neceſſum,quo Gellius vtitur:neceſſitas & neceſſitudo, amicitiæ vel affinitatis vinculum. Neceſſarius. Ordeſſus,fluuius Scythiæ. Pelopõneſſus. Permeſſus,Bœotiæ fluuius,Muſis ſacer. Tarteſſus. Theſſalia,Theſſalus,Theſſalonica. Teſſera,inſtrumentũ luſorium,& belli ſignũ. Threſſa.

E ante tt, Gargettum,vbi Theſeus in Athenienſes dira imprecatus eſt, authore Plutarcho in illius vita:vbi poſtea Arternum fuit,quod vocant abara, quod eſt imprecatio. Hymettus, mons Atticæ. Rettuli vel retuli.

CONSONANTES POST I GEMINAE.

I ante bb, Gibber,gibbus,gibba,gibboſus,gibberoſus.

I ante cc, Ciccum,membrana tenuis malorum punicorum. Hicce. Iccius, ad quem ſcribit Horatius 29. Odarum lib. 1. Perdicca, præſtantiſſimus Alexandri dux. Siccus, ſicco. Siccinus, Perſa quidam captiuus in Themiſtocle Plutarchi.

I ante dd, Quiddam.

I ante ll, Agillina, vrbs Thuſciæ. Argilla, tenax terra. Ancilla. Ancillor verbum. Achilles. Armilla. Batillus,cum i noſtro,vt vult Georgius Valla. Tortellyus cum y, viri proprium. Berillus. Cantillo,actillo,ſorbillo,ſcribillo,&c. teſte Georgio Valla. Capillus. Cauillor. Cilla,vrbs AEtoliæ. Camillus,Camilla,hominum propria. Gillus,viri propriũ. Gracillo,verbum in carmine de philomela: neſcio an ſatis Latinum. Herſillia,Romuli vxor. Hilla, inteſtinum. Ille. Illoſos,vrbs. Mamilla. Mille adiectiuum. Nam ſubſtantiuum ſingulare,vnico l ſcribitur, vt plurale eius milia,authore Georgio Valla. Oſilla ſiue ſuſpenſa de trabibus, vocites iactamina, ſiue de lupinorum partibus intelligas,vnde erumpet naſciturum germen,aut ab os oris diminutiuum nomines. Perillus qui Phalaridis taurum fabricauit. Phillida, vir illuſtris in Pelopida Plutarchi. Phillis, mulier. Pillum,iaculum,ſic Georgius Valla. Stillo,ſtilla,ſtillicidium. Squilla,quædam herba nõ piſcis, vt quidam ſomniarunt: ſed ſcilla melius ſcribitur. Themillas, viri nomen. Titillo. Villa, domus ruſtica. Villus,pilus.

I ante mm, Cimmerij,populi in Aſia.

I ante nn, Cinnamum,arbuſcula cinamomo(quod vnico n primam corripit)ſimilis, vel eadem arbor, vt volunt nõnulli:neque deducitur à canna,vt cum Hugutione male docuit Catholicon,author Neſtor. Contrà Tortellius,qui duplici nn ſcribit cinnamomum. Erinnis,furia infernalis: plurale eſt Erinnyes, quod noſtrorum quidam Erines dixere,abijcientes alterum n cum y Græco. Hinnus,hinnulus,hinnio.

I ante pp, Agrippa,Agrippina. Cippus,viri nomen,& lapis qui in ſepulchro imponitur,& columna in qua epitaphia ſcribuntur. Hippus,equus,vnde hippolytus,&c. immo,teſte Calepino,lippus, qui lachrymantes & fluentes habet oculos:non luſculus ſiue vnoculus,vt ſciolus quidã putauit. Lippire,eſt eo vitio laborare:lippitudo,id eſt oculorum vitium. Quippe,id eſt vtpote. OEdippus male adijcitur ab inſulſo quodam grammaticaſtro,cuius opus impreſſum ante duodecim annos falſiſſime Aureum grammaticæ compendium inſcribitur. OEdipus nanque ſecundam corripit.

I ante rr, Cirrha,montis nomen. Irrimo.

I ante ſſ, Ciſſeus cum eu diphthongo,rex Thraciæ. Ciſſus vel ciſſos,hedera,& in eum verſus puer hiſtrio ſaltatórque Bacchi, qui dum Thyaſos exerceret, in profundum terræ hiatum caſu lapſus, interijt. Tellus in gratiam Bacchi remiſit hederæ fruticem,quæ nunc etiam flexipes,& ſaltantis ſpeciem repræſentat,atque per admota ſerpit,quaſi implicitos ſtaticulorum nexus imitetur. hoc Ianus Parrha-

ſius in ſecundum Claudiani de raptu. Periſſe, Græcis. Lariſſa, vrbs Theſſaliæ. At vnico ſ Lariſa, vrbs AEtoliæ. Marpiſſa, Eueni filia. Mantiſſa,quod in emptione gratis ſuperadditur. Maſiniſſa, Numidarum rex, cum ſ ſimplici in prima. Meliſſus,rex & philoſophus. Narciſſus. Phariſæus, vt ait Georgius Valla. Spiſſus. Spiſſo ſpiſſas.

I ante tt, Allitta dicitur Arabice Venus. Gargittius,canis,qui Geryonis boues cuſtodiebat,ab Hercule interfectus. Littus. Littera,cauſa metri,à litura,quod corripit primam. Ouidius, Quaſcunque aſpicies,lachrymæ fecere lituras. In proſa ſcribitur in antiquis litera vnico t,vt notarunt Tortellius & Politianus cum pluribus. Legitimus quidam adijciunt,inepte profecto. Horat. Legitimúmque ſonũ digitis callemus & aure. Mitto. Mylittia,Venus Aſſyriorum lingua. Pittacus,vnus ſeptem ſapientum. Pitthæus, maternus Theſei auus,qui vrbem non magnam Troezinorũ incoluit. de quo multa Plutarchus in vita Theſei. Pſittacus,auis,quod diſplicet Cardinio,ſed in pluribꝰ ceſpitauit. Sagitta,quod Philelphus & Politianus aſſerunt ſcribendum eſſe cum p ante t,ſagipta.

CONSONANTES POST O GEMINAE.

O ante cc,Bocchus. Coccus,id eſt purpura,vnde coccinus,a,um,media correpta. Occare,maiores glebas ligone vel raſtro frangere. Soccus.

O ante dd,Quoddam.

O ante ff,Offa:ſed corripitur vnico f ofella.

O ante ll, Apollo & hinc deducta,Apollodorus, Apollonius,virorum nomina. Apollonia,vrbs & mulier. Collyrium, medicamentum oculorum. Collum, decollo decollas. Collis, vnde Collina porta. Corolla,parua corona:hinc corollarium,quod vltra debitum additur:ab imperitis dialecticis dicitur correlarium. à Corollis nomen accepit,quòd hæ,quum placuerant actores in ſcæna,dari ſolitæ. Sueton. de Auguſto, Corollaria & præmia in alienis quoque muneribus ac ludis crebra & grandia de ſuo offerebat. Auſonius, Interea tamen ne corollario poetico tabellarius tuus rediret, paucis iambicis præludere putaui. Follis, folliculus. Logillo: ſic Georgius Valla, eſt piſcis quaſi voligo dictus, quòd quaſi ſubtus volet, vt ait Varro. Mollio,mollis: at vnicum l retinent moles & molior deponens. Eſt autem moles, magnitudo vel difficultas. Mollo quidam gemino ll male crediderunt ſcribendum eſſe, ait Diomedes. Olli pro illi. Polleo vnde pollex, quia inter cæteros digitos fortitudine pollet,vt ait Lactantius. Pollio,viri nomẽ. Nam polio verbum,primam habet breuem: pollux,pollis pollinis,appellatiuum,& Pollis pollidis,vir Spartanus, in Dione Plutarchi. Pollypus,piſcis,quaſi multos habens pedes. Pollydamas,viri nomen, quaſi multorum domitor. à δαμάζω, id eſt domo. vnde adamas , quaſi indomabilis . hæc duo à πολὺ,productionis gratia geminant ll, teſte Neſtore. Sollers,teſte Martiano lib.3.cap.de faſtigio,quia vtranque aſſerit poſitione produci. Tollo: at vnico l tolero,quia primam corripit.

O ante mm,Comma commatis,id eſt pars. Commodo: hinc incommodo,nocco.

O ante nn,Cheronneſus,authore Strabone coſmographo: ſic Pelopóneſus, vt Georgius Valla ait. Connidas aut Connida,Theſei pædagogus,cui Athenienſes pridie Theſei feſtum arietem immolabant. author Plutarchus in Theſeo. ibi nomen n gemino impreſſum eſt.

O ante pp, Oppidum ab ope danda , vt Varro inquit , productionis gratia pp geminatum obtinuit. Opperior,deponens, id eſt expecto. Opportunus ex ob & portu : licet alij ab oportet deducant,dicántque pp geminaſſe productionis gratia. Poppyſma,vocis blandimentum, quod equis fit: ponitur pro quauis adulatione,& pro eo,qui ex coitu fit,ſono. à ποππύζω,id eſt ſibilo vel adulor. Iuuenalis Satyra ſexta, -manúmque

Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

O ante rr,Extorris,id eſt exul. Horreo. Porro coniunctio & aduerbium. Porrum nomen,ſed Porus tam viri nomen,quàm ſpiramentum cuiuſlibet rei,vnico r ſcribitur. Porrigo porriginis. Porrigo,verbum. Petorritum,genus vehiculi. Torreo,hinc torrens & torris.

O ante ſſ, Atoſſa vel Atoſſe, filia Artoxerxis ab ipſo in vxorem ducta, vt dicit in vita eius Plutarchus. Coſſus,vir. Coloſſus,membroſa & alta ſtatua. Foſſa,foſſum. Gloſſa,lingua:& metaphoricõs interpretatio,quia doctoris vicem gloſſa obtinet. Inde gloſſema gloſſematis, id eſt voces minus vſitatæ,vt ait Quintilianus. Raphael Regius in primum Quintiliani ait, Gloſſa interdum linguæ obſcurioris interpretatio dicitur. Nunc ab imperitis gloſæ,& quidem ſimplici ſ,pro quacunque vſurpatur expoſitione,qua in ſignificatione nemo veterum eruditorum gloſſam vnquam accepit. hæc ille.

Moloſſa,regio,alio nomine Epirus. Moloſſus,populus,pes,canis. Oſſis ab os. Oſſa,mõs Theſſaliæ. Poſſum,Poſſideo. Troſſulus apud Perſium.

O ante tt, Bottiæi, Græciæ populus apud Plutarchum in Theſeo. Gotta,vir. Quottidie productionis gratia.

CONSONANTES POST V GEMINATAE.

V ante cc, Bucca: ſed magis in vſu eſt plurale buccæ: hinc buccula diminutiuum, quo Apuleius vtitur pro paruo ore. Eſt etiam buccula,caſſidis pars. At vnico c bucula, dictũ eſt à Græco βοῦς,id eſt bos. Nam à Latino bocula diceretur. Succus. Subuccula,id eſt(vt ita loquar)camiſia,& cibi genus,

authore Feſto. Succiſiuũ, quia à ſuccido,ſecunda extenta,deducitur. Cicero, Quæ ego ſero,quæ rurſum arripui,quæ ſucciſiui operis,vt aiunt. Quintil. Quibus potius ſtudijs hoc temporum, velut ſucciſiuum donabimus. Succiduus autem ſecunda correpta à ſuccido, ídque à cado deriuatur. Stathius in primo Thebaid. Dum premis obnixo venabula comminus apro,
Poplite ſucciduo. Et in ſeptimo, Hubera ſucciduas apportet matrib⁹ hagna. At ſucidium à ſue, vnico c exaratur. Varro, De magnitudine, inquit, Gallicarum ſucidiarũ. Cato, In Italia in ſcrobes terna atque quaterna milia ſucidia. hæc Georgius Valla. Plutarchus in Romulo, Expugnatis à Romulo Veijs, fuit inter captiuos Veiorum dux, qui vir prouecta iam ætate quum eſſet, rem imprudenter viſus, ac præter ætatem imperitè geſſiſſe. Quare & his temporibus, quum victimas parta victoria immolant, ſenem purpura indutum per forum in Capitolium ducunt, bullámque ad collum appendunt, indicium atque inſigne pueritiæ. Præco Sardianos vænales pronuntiat. Hetruſci enim Sardianorum coloni eſſe dicuntur. Veij autem inter Hetruriæ fines continentur.

V ante ll, Bulla puerorum, à forma ipſa & figura bullæ pro ſimili appellatur. author Plutarchus in Romulo. Ampulla, vnde ampullor ampullaris. Bulla plerique duplici ll exarant. Vallæ placet ſimplici l bula ex Græca ſcriptura. Cucullus, nauticum tegmen & auis, apud Horatium. pro aue autem ſæpius cuculus vnico l dicitur, ſecunda correpta. Culleus, authore Tortellio, cui refragatur Georgius Valla cum Neſtore, docens vnico l ſcribi culeus. Eſt autem vter ex corio, ab occulẽdo, id eſt claudendo dictus, in quo ſceleſtiſſimi parricidæ cum ſimia & gallo & ſerpente incluſi, iaciebantur in mare. Catullus, fullo, fullonica ars. Lucullus, vir. Meditullium, locus medius, vt orbis. Meditullium, dictio eſt ſimplex. Medulla. Mullus, piſcis & animal quadrupes: ſic Georgius Valla. Pullus mobile, id eſt niger: ſed pulus ſubſtantiuum. quia ab eo quod Græci πῶλος naſcitur, vnicum habet l, authore Georgio Valla, vt ab hoc deriuata, pulaſtra: & pulus, id eſt pulorum cura: & pulis, id eſt vermiculus inter gallinarum pẽnas natus, deliteſcénſque. Sulla pro Sylla. Trulla & trullium, vaſa culinaria. Tullus. Tullius. Tibullus. Vllus, ab vnus imminutum, vnde nullus. ſic homullus, homullulus, &c.

V ante mm, Nummus, non numiſma, primam ſiquidem corripit: & dicitur à νομὸς, id eſt lex, o in u verſa. Summa, vnde ſummatim, id eſt per ſingulas ſummas, aliquando etiam per vnam: vt Dicam de hac re ſummatim. Summo ſummas, Summus. Summates. Summanus, paraſitus, Curculio & Pluto: hoc à manibus, dijs inferis: illud, à ſub manu deduxit Plautus.

V ante nn, Cunnus, membrum muliebre, quam vuluam indocti vocant, quia hoc vterum ſignificat, in quo mulieres concipiunt: qui & loci pluraliter à doctis ſcriptoribus appellantur: ab imperito autem vulgo matrix, vt Georgius Valla pluréſque cenſent: quód matrix ſit fœmina, fœtus gratia comparata. Columella de gallinis loquens, ait, Nam & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix. Bebelius tamen probat matricem recte à vulgo capi per Macrobium, Solinum, & Lactantium.

V ante pp, vt Cuppa, Iuppiter, Supparus, Stuppa, ab eo quod Græci ſtyppon: hinc ſtuppeus, a, um. ſic Georgius Valla, licet aliter præceperit Tortellius. Vallæ ſuffragatur Beroaldus in 7. Apuleij, dicẽs ſtuppam, Græci ςυππίον, vnde Latini ſtuppam dixerunt: licet Seruius à ſtipando dictam putet.

V ante rr, Curro. Currus. At curulis, quia primam corripit, vnicum r obtinuit. Georgius Valla à curribus deduci mauult, quicquid ſcribit Feſtus Pompeius. Maturrimus ſecundum analogiam, à matur, quia maturiſſimus etiam legitur. Scurra. Saburra, appellatiuum. Surrhentum cum aſpiratione, quia Græcum eſt. Turris, turritus.

V ante ſſ, Buſſi, Medorum populi. Buſſus, licet buxus per x rectius dicatur. Tuſſis.

V ante tt, Guttur, gutta: guttus, vas: gutto, verbum.

CONSONANTES POST Y GEMINAE.

Y ante ll, Amaryllis, nympha. Aſyllus vel aſyllum, teſte Georgio Valla, locus vbi tutus reddebatur, quiſquis illuc profugiſſet: vnde dictus eſt ab ἀ, priuatiua particula: & συλλῶ, id eſt rapio, vnde etiam petroſyllum, herbæ nomen, multi deriuant. At aſillus pro tabano, qui οἶςρος Græce dicitur, geminat quidem ll: ſed Latinum eſt verbum: ideóque i habet Latinum. ſic Georgius Valla. At Neſtor hæc vnico l ſcribenda cenſet, cui ſuffragari mihi videtur Mancinellus in illud Iuuenalis ſatyra octaua, Nomen ab infami gentem deducis aſylo. Nam deducit ab ἀ, id eſt ſine aut non: & συλάω vel συλέω, id eſt prædor, diripio: nullus enim illinc vi aliqua diuelli poterat. Omnibonus deducit ab ἀ & συλέω, id eſt traho. Lucan. in primo, Exiguum dominos commiſit aſylum. Cyllarus, Pollucis equus. Cyllene, mons Arcadiæ, vnde Cyllenis Cyllenidis patronymicũ, & Cyllenius, a, um, vt Mercurius Cyllenius. Gryllus, viri nomen. Hyllus. Phyllis, mulier. Phyllira, mater Chironis: vnde Phyllirides dicitur. ſic Georgius Valla omnino contra Tortellium ſcribentem cum i noſtro in prima, & y Græco in ſecunda Phillyra. Phyllum, id eſt foliũ. Satyllus, tyranni nomen. Scylla, ſcopulus & mulier. Scyllacæum, teſte Nicolao Feretto ex octauo Strabonis, licet Virgilius propter verſum dixerit in tertio AEneidos, Caulonſque arces & nauifragum ſcylacæum. Scyllax, canis nomen. Sylla ſine c, proprium viri. Syllaba, Syllepſis, Syllogiſmus, & ſimilia à σὺν, id eſt con, ante l. Thraſyllus, viri nomen.

Y ante nn, Argynnos, puer Agamemnoni dilectus; in Cephiſo amne periјt, cuius mortem Agamemnon plurimum deplorauit: & in memoriam pueri iuxta Cephiſum erexit Veneris Argynnidis ædem. Propertius,

Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,

Qua notat Argynni pœna notātis aquas. Hanc eſſe veram lectionem aſſerit cum Nicolao Perotto Ianus Parrhaſius in ſecundum de raptu Proſerpinæ, vbi de hoc plura leges. Tynnicus, viri propriū.

Y ante rr, cum aſpiratione ſemper poſt ſecundum r, Dyrrhachium. Myrrha, hinc myrrhinus. Pyrrhus interpretatur rufus. Pyrrhodes, philoſophus. Tyrrhenus.

Y ante ſſ, Abyſſus, byſſus. Cyſſus, genus hederæ: & proprium viri, in Plutarchi Alexandro. Hyſſopus vel hyſſopum. ſic Georgius Valla cum Apuleio grammatico. ſic Neſtor quoque, aſſerens poſſe vnico ſ ſcribi, propter illud Alani libro quarto, Se cælum terræ conformat, cedrus hyſopo. Vt autem hic author aliquo pacto tolerabilis eſt, ita intolerabiles Macer & Riga mediam etiam huius dictionis corripientes. Libyſſa, Libyſſinus. Nyſſa. Vlyſſes.

Y ante tt, Cyttea, vrbs.

GENERALIA dictionum Græcarum documenta.

PRIMVM.

Vt læ in Latinis, aut y Græcum locum non habet: ita f in Græcis, aut in deductis à Græcis nuſquam ſcribitur: ſed loco eius vtimur ph, vt Phantaſia, id eſt imaginatio. Phantaſus, imaginator cum t exili, id eſt non aſpirato. Nam c, p, r, t, exiles dicuntur ſine aſpiratione. Ex inueterata tamen conſuetudine, per f ſcribimus Fugo, fuga, fama, forum, forma, fero, fur, furtum, fagus, fucus, quæ ſine dubio è Græcis accipimus: ideo plerique ſcribunt Phama, phucus & phagus.

SECVNDVM.

Y ſine aſpiratione initijs nuſquam congruit, ideo hydria non ydria, &c. ſcribas contra Papiam & alios barbaros.

TERTIVM.

Si rectus aſpiratione careat, & obliqui carebunt, vt Adamas & lynx aſpiratione vacant. Ergo etiam adamantis & lyncis. hinc Nebriſſenſis duo excipit, maſtix maſtichis, onyx onychis: ſic ſardonyx. id verum eſſe oſtēdit Centauri nomen, Monycus: à monos, id eſt ſolus: & onyx, id eſt vnguis: à cuius ſimilitudine lapillus quidam onyx dicitur. Si primitiuum aſpiratione careat, & deriuatiuum carebit: ideo empericus, & cætera, c exilem habent.

QVARTVM.

Nulla conſonans ante e aſpirationem recipit, authore Priſciano libro primo. male igitur dicitur per quatuor ſyllabas, Iheronymus, Iheruſalem, vt i ſit conſonans. Solæ autē quatuor conſonantes poſt ſe aſpirationem habent, ſine qua dicuntur exiles, c, p, r, t. male igitur ſcribitur Iheronymus: quia omnia ab hieros, i vocalem habent, non conſonantem.

QVINTVM.

Quotieſcunque duæ dictiones componuntur, quarum prior in vocalem deſinit, & altera à vocali incipit, perditur vocalis prioris partis: vt ſi hanc præpoſitionem Græcam para, velis componere cum en, quæ duo, ſignificant inter: & theſis, id eſt poſitio: fit parentheſis. Significat autem para, ad: vt paracletus, id eſt aduocatus. Et iuxta, vt parabola, id eſt iuxta ſententiam: hoc eſt rerum diſſimilium comparatio. Nā bole boles, dicitur ſententia: vnde etiam hyperbole, ſupra fidem & ſententiā. Para item, id eſt præter, vt parapherna, non paraphrena, teſte Bebelio, id eſt quæcunque præter dotem fœminis ſpōſis dantur. Pherne phernes, id eſt dos. Paradoxa, præter opinionē, præcepta quædam admirabilia, & quaſi inopinabilia. Doxa dicitur opinio, fides, gloria, ſentētia. Endoxus, id eſt honeſtus, quaſi gloria plenus: quia ſic auget en: vt Entheus, plenus deo. Entechnus, id eſt artificialis vel plenus arte. Techna, id eſt ars: vt atechnus, id eſt inartificialis. Adoxus, humilis, vilis, quòd in nulla ſit hominum opinione. Amphidoxus, id eſt ambiguus.

SEXTVM.

Si in eiuſmodi compoſitione poſterior pars in primo aſpiretur, & prior deſinat in vocalem, præcedente c, p, r, t, aſpiratio conſonanti hærebit: vt methodus, à meta & hodos: ephebus, ab ep & hebe, id eſt pubertas. In priore compoſito eſt theta, in poſteriore phi, quamuis neutra harum literarum in altera componentium partium conſpiciatur. ſic aphoria, id eſt ſterilitas: ex apo, id eſt à vel ab, & horia. Sunt tamen nonnullæ dictiones compoſitæ, quæ ſimplicis aſpirationem perdunt, vt ab hippos, id eſt equus, vbi hoc ipſum poſterior eſt pars, vt Philippus, Cratippus, Ariſtippus, Leucippus, Alcippe. vbi nota multa in conſonantes terminata, vltimam vocalem cum conſonante perdere in compoſitione, vt cratos Cratippus, ariſtos Ariſtippus. Multa vltimam ſolam literam perdunt, ſi poſterior pars inchoetur à conſonante, vt ariſtos Ariſtoteles, &c.

GRAECARVM dictionum compoſitio ordine alphabetico.

AGATHOS cum th aſpirato, id eſt bonus: vnde Agatha, diuæ virginis nomen. Agathocles, viri nomen, quaſi bona gloria. Cleos cum e exili, gloria eſt. Panthagatus, viri nomen, quaſi penitus & totus bonus: pan pantos, id eſt omne vel totum. Amphi cum i noſtro, id eſt circum, vt amphibologia, dubius ſermo. Anthos cum th aſpirato, id eſt flos: hinc Cloâthus & Cleanthes, id eſt gloria floris. Cleos, id eſt gloria. Chryſanthus, aureus flos: à chryſos cum y Græco, id eſt aurum: propria ſunt virorum. Ianthinus, ab ion viola: anthos, dicitur violacei coloris, vt apud Perſium, Ianthina læna, teſte Britannico. Anti, præpoſitio Græca, id eſt pro & cõtra, cum i noſtro ſine aſpiratione, vt antipus an::podis, qui aduerſis pedibus nobis opponitur. Antidotum ſine vlla aſpiratione, remedium ex contrario datum: dotus ſine aſpiratione, id eſt datus. hinc Herodotus, Eudotus, &c. Antilogia, contradictio, refragatio: logia cum i noſtro, id eſt locutio, ſermo. Antiphona, vox reciproca: à phone, id eſt vox. Antiphraſis, contraria locutio. vt ſi Parcæ dicantur, quia non parcant. hinc periphraſis, circunlocutio. Antiptoſis pro caſu. Anthypatus, id eſt conſul, aſpiratur: quia fit ab hypatus cum y Græco. Ariſtos ſine aſpiratione cum i noſtro, id eſt optimus: hinc Ariſtocles, Ariſtarchus, Ariſtoteles, &c. Interpretatur Ariſtoteles, optimus finis. Telos cum t exili, id eſt finis: nec dicitur ab ares, id eſt virtus, vt indocti putant: quia arete, virtus eſt: ares vero, Mars. Ariſtobula, optimè conſulens, ita Diana eſt à Themiſtocle dicta, vt ſcribit Plutarchus in vita eius, quòd optime ciuitati conſuluiſſet. Ariſton ſimiliter ſcriptum, eſt prandiũ. Ariſtophorum, vas in quo prandium defertur. Archos, princeps. Arche, principatus cum ch aſpirato. hinc Ariſtarchus, Archilochus, archiepiſcopus, archangelus, architectus, cum t exili. à tectos, id eſt faber. Eſt enim fabrorum princeps ſiue magiſter. Hierarchia, ſacer principatus. Hieros, ſacer cum i noſtro. Hecatontarchus, centurio. Hecaton cum e & t exilibus, id eſt centum. Chiliarchus, qui mille præeſt. Chilia cum ch aſpirato, id eſt mille. Argyros cum y Græco, id eſt argentum: hinc philargyrus, auarus, argenti cupidus, amator.

Argyranche, argentangina. Ancha, id eſt ango: hinc ſynanche cum ch aſpirato. Angina, ab indoctis ſquinãtia dicitur. Argyraſpides, Alexandri Magni milites à clypeis argentatis dicti. Argyrotoxus, Apollo apud Homerum ab arcu argenteo. Sic argyrodamas, gemma quam & adrodamanta vocant, teſte Beroaldo in ſecũdum Apuleij, quoniam impetus hominum & iracundias domat. Artos ſine aſpiratione, id eſt panis: hinc artocrea, epulum ex pane & carne, vulgo paſtillus dicitur. Crea cum e exili, id eſt caro. Artocopus, piſtor. Copos cum e exili, id eſt labor. Aſty cum t exili & y Græco, id eſt vrbs: hinc aſtyanax. Scamander, Hectoris filius, interpretatur vrbis rex & tutor imperatórque, qualis fore tandem ſperabatur Scamander. Anax, id eſt rex, imperator, tutator: vnde hipponax, &c.

Aſtypale vel aſtypalea, nomen vrbis, quaſi aſtyos, id eſt vrbis. Pale, id eſt luctatio: hinc etiam aſtydamia, producta media. Aſtyages, Aſtyalus, Aſtynus, virorum nomina.

B

Barys, id eſt grauis & moleſtus, cum y Græco: hinc Barylus, viri nomen. Apud Iuuenelem brachys cum y Græco, præcedente ch aſpirato, id eſt breuis: hinc tribrachus. Brachylogia, id eſt breuiloquium. Amphibrachys vel amphibrachus, &c. Brachæ, breuia quædam pudendorum ſubligacula, vt pleriſque placet. at Bebelius dicit eſſe tegumentum à coxendicibus & vmbilico ad crura vſque productũ, & veſtem, qua totum corpus tegitur. Pomponius Mela, Sarmatæ brachati totum corpus: brachium ab hoc deductum putatur, etſi cum i noſtro ſcribatur: quia ab humeris breue trahitur: hinc i noſtro interiecto, y Græcum cum u abijt.

C

Cacos ſine aſpiratione, id eſt malus: hinc Cacophaton aut Cacephaton, mala locutio. Phaton cum t exili, id eſt dictum. Cacoethes, Cacoſyntheton, quæ infra dicentur. Cata ſine aſpiratione, id eſt in, aduerſus, contra, ex, per, ſecundum. Hinc catalogus, ſermo rerum, numerum ſeriémque continens: vt Catalogus ſanctorum, ſcholaſticorum, &c. Catabathynon, locus diuerſus & profundus. Nam bathynon cum th aſpirato & y Græco, profundum eſt. Cataclyſmus ſine aſpiratione cum y Græco, id eſt diluuium. Catarrhus, diſtillatio. Cataphrattus, miles vndique munitus. Phratto cum gemino tt exili, id eſt munio. Seruius in decimo AEneid. Cataphratti ſunt equites, qui & ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Salluſtius, Et ſequebantur equites cataphratti. Quòd ſi poſterior pars ab aſpiratione inchoetur, patet ex dictis th aſpirari debere, vt Catholicus, vniuerſalis. ab holõ, id eſt totum. Cathedra, ſedes: ab hedra, id eſt ſella. Chamæ cum ch aſpirato & æ diphthongo, aduerbium Græcum, id eſt humi, in terra: hinc chamæcyſſos, hederæ ſpecies. Cyſſos cum c exili, & y Græco, & duplici ſſ, id eſt hedera. Cleos, id eſt gloria, cũ e exili: hinc Cleoſtrata, Cleobulus, Stratocles, Heracles, &c.

Chalcon cum ch aſpirato in priore, & c exili in ſecunda ſyllaba, id eſt æs: hinc orichalcon. Chir cum ch aſpirato & i Latino, id eſt manus. hinc chirotheca, manus repoſitorium. Chiromantis, qui ex manus inſpectione quicquam vaticinatur. Mantis cum t exili diuinus, diuinaculus, vates. Mantia, diuinatio: hinc necromantia, pyromantia, &c. Chironymus cum y Græco in tertia. Enchiridion, manuale in manibus vſque habendum. ab en, id eſt in: & chiridion, diminutiuo à chir, id eſt manicu-

la. Chilos cum ch aſpirato & i Latino,id eſt labrum: hinc achilus, qui ſine labijs eſt. Cynos,id eſt canis,cum c exili & y Græco: hinc cynicus, id eſt caninus, cognomentum Diogenis cum i noſtro in ſecunda ſyllaba:quia in deriuatiuis i,quod in primitiuis nõ fuerat,erit Latinum:vt Theridamas,archiepiſcopus, Archigenes,&c. Onoma tamē mutat o in y Græcũ,vt infrà declarabitur:veluti patronymicum,&c. Cynogloſſa,herba,canina lingua. Cynoſura, vrſa maior,interpretatur canis cauda. Vra, id eſt cauda. Cynocephali, homines monſtroſi caninis capitibus. Cephale cum c exili, id eſt caput.

Cynomyia,muſca canina. Myia cum yi diphthõgo,id eſt muſca. Cyclus cum y Græco ſine aſpiratione,id eſt circulus. Hemicyclus,id eſt ſemicirculus. Hemi cũ i noſtro,id eſt ſemis. Cyclas,veſtis & inſula. Cyclops,cocles à rotũditate oculi in fronte vnici. Ops,id eſt oculus,aſpectus,viſus. Clytos cum y Græco ſine aſpiratione,id eſt inſignis,nobilis,generoſus: vnde inclytus nos habemus:vt à clino,cum i noſtro,inclino,reclino. Cicero tamen hîc ſimplici vſus eſt in carmine Aratæo. Aclytos eſt Clytemneſtra mulieris nomen, etſi inueniatur paraclytus tertia breui,quod(vt ait Philelphus 13.epiſt. lib.)infamem aut præter famam ſignificat. Nam para aliquando ſignificat præter, & diminutionē repræſentat. Clytos famam & inſignem,vnde inclytus:famoſus enim in malum capitur. Hoc autem dictu abſurdum & impium eſt de ſpiritu ſancto. Non igitur paraclytus per y Græcum, nec paraclitus per i Latinum,niſi productum dici poteſt:ſed paracletus cum e longo,id eſt conſolator. à paracleo ſine aſpiratione,id eſt rogo,oro,conſolor. de hoc Lancilotus ait, Paracletus non paraclytus,mera eſt oſtentatio,vt brabium non brauium. Gaſparus,Hamilcarus, &c. Cratos ſine aſpiratione, id eſt robur & poteſtas: hinc Xenocrates, Hippocrates, non vt ineptus Macer cum medicorum vulgo loquitur Hippocras. Chryſos cũ ch aſpirato & y Græco, id eſt aurũ: hinc Chryſes, Apollinis ſacerdos. Chryſogonus, Cryſanthus, &, vt opinor, Chryſolius, Cominieſium diuus,tutelaris: licet vulgus Criſolium vocet. Chryſoſtomus, quaſi aureum os. Stoma, id eſt os, ſine aſpiratione. Criſis ſine aſpiratione cũ i Latino tantum, id eſt iudicium: hinc catacriſis, dijudicatio & condemnatio. Criticus, id eſt iudicans vel argutus grammaticus,acer cenſor,reprehenſórque. Chreſis cum ch aſpirato, aut chriſis cũ i Latino:ſed prius melius eſt,id eſt vſus:catachreſis,id eſt abuſus:catachreſticos,abuſiué.

D

Dia Græca præpoſitio, id eſt per & pro cum i Latino: hinc dialectica interpretatur diſputatrix.

Dialegomai,id eſt ſermocinari, diſputare: neque dicitur à dia, id eſt duo: & logos, vt inepte credidit Petrus Hiſpanus. Dialogus,diſputatio non duorum modo,ſed quotquot ſcriptori libuerit:quia dia nuſquam duo ſignificat: ſed præpoſitio eſt,vt diximus. Diabolus,dæmon,interpretatur accuſator & delator. Nec dicitur,vt inepti concionatores popello mugiunt, à dia, id eſt duo: & bolus, id eſt morſus,quòd vnico morſu duo deglutit,corpus & animam. In Aſinaria Plauti, Diabolus eſt adoleſcentis nomen , qui Demenetum per paraſitum vxori detulit. Dios, id eſt Iuppiter cum i noſtro: hinc Diocles, Diogenes, Diomedes,&c. Dis, id eſt bis cum i noſtro: hinc diſtichus, geminus verſus. Stichos cum i noſtro & ch aſpirato, id eſt verſus: perditur autem hic ſ in dis,ea ratione,qua in aſpiro,aſcendo,&c. diſſyllabum,&c. Dys cum y Græco, particula malum & difficultatem indicans, vt dyſenteria,inteſtinorum exulceratio:& dyſenterion,vt ait Beroaldus, Latine tormina dicimus. Inde dyſentericus,id eſt torminoſus. Enteria ſine aſpiratione cum i Latino,id eſt inteſtina: hinc Latini verbum habent exenterare, pro euiſcerare. Dyscholus,malus,iracundus,moroſus,difficilis. à chole cum ch aſpirato,id eſt cholera,bilis,ira. Bebelius credit aſpiratione carere. à celomai, id eſt iubere cui difficulter iubetur. nobis aliorum opinio magis placet. Neque dicitur,quaſi diuiſus,à ſchola,vt inepte docet Pſeudoboetius in libello de diſciplina ſcholarium. Dyſphilus, malus & infidus amicus. Philos cum i Latino,id eſt amicus. Dory cum y Græco,id eſt lancea. Doryphorus, id eſt ſtipator & ſatelles, qui domini fert lanceam aut gladium. Doryclus,doryclas,&c. Drys dryos,cum y Græco, id eſt quercus: hinc Dryades & Hamadryades, arborum nymphæ,quibuſcum naſci & extingui creduntur. Hama cum aſpiratione,id eſt ſimul,pariter. Drylon, fluuius Dalmatiæ. Dryme, Achyuorum colonia. Dryopis, Attica prouincia. Dryopes,populi. Dryidæ cum i Latino in ſecunda ſyllaba, Gallorum philoſophi.

E

Epi cum i noſtro ſignificat in,aduerſus, contra,retro, ſupra. diminuit quoque interdum, vt epilogus,ſuccincta dictorum repetitio. Epiſcopus interpretatur ſpeculator: hinc epiſcopatus & epiſcopium. Epitome,id eſt abbreuiarium quaſi interfectum,vulgo ſummarium vocant. Tome cum t exili,id eſt inciſio: hinc atomus. Epitoma neutri generis barbarum. Ephebus aſpirationem habet: quia fit ab hebe,id eſt pubertas: ſic ephorus ab epi & horo,inſpectione,quaſi ſuprà inſpectio. Eris cum i noſtro,id eſt lis vel ira: hinc Eribora Iuno. Erichthonius vir,interpretatur lis terræ. Chthonos cum ch & th aſpiratis in eadem ſyllaba,id eſt terra. Erimantis,ex lite diuinans. Iuuen. Non eſt Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, vel Dyſphilus aut Erimantis. Eriphyle, mulier, interpretatur lis populi,gentis,vel nationis. Phylus cum y Græco, id eſt populus. Ethos cum th aſpirato,id eſt mos,ritus: hinc cacoethes, malus mos apud Iuuenalē. Eury cũ y Græco,id eſt latũ. Hinc Eurytus,Eurydamas, Eurybates, Euryalus,&c. At Euripus & Euripides cũ i noſtro ſolũ ſcribuntur.

H ASPIRATIO.

Hippos cum i Latino & gemino pp, id eſt equus: hinc hippodromus, equorum curriculum. In Philippus, Cratippus, & ſimilibus exteritur aſpiratio. Hippicum eſt quatuor ſtadiorum diſtantia, authore Plutarcho in Solone. Holos, id eſt totus: vnde holocauſtum, ſacrificium in quo tota hoſtia comburebatur. Cauſtū ſine aſpiratione vſtum eſt. Catholicus. Hyper cum y Græco, id eſt pro & ſuper: hinc hypermetrus, hyperbole, hyperboreus. Hypo, id eſt ſub: hinc hypocrita, diſſimulator, ſimulatórque. Hypocriſis, diſſimulatio, iudicij ſubtectio. Hypoſtaſis, id eſt ſubſtantia aut ſubſiſtentia. Staſis ſine aſpiratione, id eſt ſtatio. Hypotheſis, argumentum, materia, ſuppoſitio. Hyphen cum ph aſpirato: quia fit ab hypo & hen, id eſt vnum, interpretatur ſubunio. En ſine aſpiratione, id eſt in: hinc energia, id eſt efficacia. ab ergin, id eſt operari: vnde ergumenos, id eſt actiuus. Hyeronymus, Habet neſcio quid latentis energiæ, viuæ vocis actus.

L

Leucos ſine aſpiratione, id eſt albus: hinc leucothea, id eſt alba dea. Leucothoe, quaſi alba & currēs, nymphæ mulieris nomen. Leucargillum, alba argilla. Lithos cum i Latino & th aſpirato, id eſt lapis: hinc chryſolithus, lapillus aurei coloris. Lithargyrium, argenti ſpuma, quaſi in lapidem argenteum compacta. Lithoſtratum, id eſt pauimentum lapideū, ex Græco Latinóque, à ſterno ſtraui ſtratum, authore Tortellio. Raro certe compoſitio ex Græco Latinóque admittitur, ideo vnoculus rectius quàm monoculus. Plautus in Curculione, Vnocule ſalue. Græce dicitur Monophthalmus. Sergius in Donatum vocabulo vtitur, ex Latino & Græco, Artigraphus, id eſt artis ſcriptor. Lycos cum y Græco & c exili, id eſt lupus: hinc Lycaon, Lycomedes, Lycurgus, vbi c ſonat g. Lycoris, lycaſtus, lycidia, lycinius, lycopa, lycopolis, lyciſca, &c. Lyo cum y Græco, id eſt ſoluo. Hinc Lyæus Bacchus, quia curis hominem ſoluit. Hippolytus, Hippolyta.

M

Mache cū ch aſpirato, id eſt pugna: hinc Andromache, Symmachus, Callimachus. Naumachia, nauale certamen, ludicrum potius quàm ſerium. Sphæromachia, pilaris pugna. Charpaſto Stathius quarto ſyluarū in epiſtola, Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur. Dinomache. Plutarchus in Alcibiade per Donatum Acciolum, Alcibiadis genus, ſi maiorum ſuorum memoria repetatur, paternum quidem ab Aiace: maternum vero ab Alcmæonide, quem ex Dinomacha genitum aiunt, originem traxiſſe videtur. Perſius, Dinomaches ego ſum. Dinomacha, mulier, vt Ariſtomacha, Andromacha, &c. Macros, id eſt longus, ſine aſpiratione: hinc Macrobius, viri & populi nomen, interpretatur lōgæ vitæ. Bios cum i Latino, id eſt vita. Mantia, diuinatio, cum t exili & i noſtro. Hinc nectomantia, quam imperitum vulgus nigromantiam vocat. Meta ſine aſpiratione, id eſt trans: hinc metaplaſmus, metaphora, &c. Methodus aſpirationem habet, quia fit ab hodos, id eſt via, quod ipſum interdum aſpirationem perdit, vt periodus, ſynodus. Micros cum i Latino ſine aſpiratione, id eſt paruus: vt Microcoſmus, id eſt paruus mundus. Coſmus ſine aſpiratione, id eſt mundus & ornamentum. Coſmeta, ornator mulierum. Micrologus, pauca loquens, aut paruus ſermo. Micropſychos, puſillanimus. Pſyche cum p ante ſ, y Græco & ch aſpirato, id eſt anima. Mys cum y Græco, id eſt mus: hinc myophones, murium interfector. Phone, id eſt cædes. hoc nomine nōnulli Aconitum vocauere. Myrmix cum y Græco in prima, id eſt formica: hinc Myrmidones, Theſſaliæ populi: & Myrmilon, hiſtrionis nomen. Myrum cum y Græco, id eſt vnguentum: hinc myropia, pyra quædam odorem vnguenti redolentia. Myrobalanum interpretatur nux vnguentaria, fructus eſt heliotropij arboris: balanus, nux eſt. Myropola, vnguenti venditor. Mythos cum y Græco & th aſpirato, id eſt fabula. Mythologia, fabuloſus ſermo. Mythicus, fabuloſus.

N

Nice, id eſt victoria, cū i noſtro & c exili: hinc Nicolaus, Nicopolis, Nicander, Nicoſtrata, Nicomachus, Theſſalonica, Olympionices, &c. Nyx nyctos cum y Græco, id eſt nox: hinc nyctileus Bacchus, cui fiebant nocturna ſacra. Nyctimene, puella in noctuam verſa. Nycticorax, nocturnus coruus. Corax ſine aſpiratione, id eſt coruus: imperiti ſcribunt ineptiſſime nocticorax.

O

Orchys cum ch aſpirato & y Græco, id eſt teſticulus: hinc molorchus, vix teſticulos habens. Molis cum i Latino, id eſt vix. Ophthalmos cum ph & th aſpiratis in eadem ſyllaba, id eſt oculus: hinc monophthalmus, luſcus, vnoculus. Ophthalmia, oculorum morbus. Xerophthalmia, ſicca lippitudo.

Onyx, id eſt vnguis, in obliquis ſuſcipit aſpirationē: ſcribitur cum y Græco: hinc ſardonix, lapillus pretioſus. Monychus, centauri nomen. Monos, id eſt ſolus, in quo nomine prima producitur, cum alia aliam ſyllabam corripiant à monos compoſita, vt monarcha, monoxyla cum y Græco, id eſt tantum ligna. xyla cum y Græco poſt x, id eſt ligna. Orthos cum th aſpirato, id eſt rectus: hinc orthographia. Orthogonon, rectorum angulorum. Orthodoxus, rectæ opinionis & fidei. doxa, id eſt opinio, fides, gloria, & ſententia. Onoma, id eſt nomē, in compoſitione mutat prius o breue in o lon-

gum,& poſterius in y Græcum correptum,ſi fuerit poſterior pars compoſitionis:vt anonymus,id eſt ſine nomine. Hieronymus,ſacrum nomen. Homonyma,æquiuoca. Homos,id eſt ſimul: ſynonymum,patronymicum,metonymia. At onomatopœia nihil mutat. Sunt qui putant Hieronymus dici à nomos,id eſt lex.

P

Pente,id eſt quinque, vt Pentecoſte ſine aſpiratione. Pentathlum, cum th in ſecunda ſyllaba aſpirato,id eſt exercitationis genus conſiſtens in his quinque,iactu,diſcurſu, ſaltu,iaculatione & luctatione. Id Latini quinquertium vocant. Athletæ dicuntur quinquertiones. Athlum cum th aſpirato,id eſt exercitamentum: hinc athleta. Pancratiaſtes dicitur, qui in omni gymnaſtica exercitatione pugnat & vincit. Pancratium ſine aſpiratione dicitur ipſum multiforme certamen. Pentateuchos,liber quinque voluminum. Teuchos cum t exili & ch aſpirato, id eſt volumen. Peri cum i Latino, id eſt circum aut vltra: hinc periodus,id eſt circuitus, ambitus, anfractus, terminus: ab hodos,id eſt via.

Peri hermenias oratio eſt,id eſt de interpretatione, vbi peri ſignificat de: hermenia cũ i noſtro,id eſt interpretatio. Peripleroma, ſupplementum. Periphraſis, circunlocutio. Peripatetici philoſophi, quorum princeps fuit Ariſtoteles. à peripateo, id eſt deambulo ſine aſpiratione: quia Ariſtoteles docebat plerunque inambulans, auditorum turba circunfuſus, quaſi circum ambulans. Palin cum i Latino, id eſt iterum: hinc palinodia, ab ode, id eſt cantus, eſt contrarius cantus, & quædam dictorum retractio. Palillogia, id eſt reduplicatio. Pliſtos ſine aſpiratione cum i noſtro, id eſt multus: hinc Pliſtarchus,Pliſthenes,Pliſtonicus,virorum nomina. Phyton cum y Græco & t exili,id eſt germen vel planta: hinc neophytus, id eſt nouitius, quaſi nouum germen. Neos, id eſt nouus: vnde Neoptolemus Pyrrhus,interpretatur nouus miles,quia adhuc puer in bellum miſſus. Ptolemos cum p ante t exile,id eſt miles. Ptolemo & polemo,id eſt pugno. Neomenia,nouilunium: à men,id eſt mẽſis: menia,menſtrua dicũtur, quia ſingulis menſibus à mulieribus defluunt. Phylatto cum y Græco & tt exili,id eſt cuſtodio: hinc gazophylacium,locus in quo gaza reconditur. Phyllon cũ y Græco & duplici ll,id eſt foliũ: hinc meliſphyllon vel meliſphyllũ, id eſt apiaſtrum,herba cuius folia ſapiunt mel. à meli,cum i Latino, id eſt mel: hinc melicratum ſine aſpiratione,vinum coctum cum melle: barbare dicitur medo,vt ait Badius. Philos cũ i noſtro,id eſt amicus vel amator: hinc philoſophus, philadelphus,philargyrus. Philocalus,boni amator. Calos ſine aſpiratione,id eſt bonus. Philocharis, gratus amicus. Charis cum ch aſpirato,id eſt gratia: ſic Philippus,philolaus,philœnus & œnophilus, philologus. Philonicus,verborum victoriæque amator, qui cedere nequit vel victus. Philoxenus, hoſpitalis. Philoxenia,hoſpitalitas. Philoponus, amator laboris. Philogathus, benignus. Philarchus,amator imperij,ambitioſus. Philodeſpotus,ſerui nomen,in ſecundo Apuleij de aſino,interpretatur domini aut dominæ amator. Phylos cum y Græco, id eſt gens : hinc allophylus, id eſt alienigena. ab allo,id eſt alius. Pyle cum y Græco,id eſt porta: hinc propylæum, veſtibulũ ante portam. Thermopyle,mons longiſſimus,mediam Græciam diuidens;vt Apẽninus Italiam: fauces habet acutiſſimas,iuxta quas calidæ aquæ ſcaturiunt. Ideo à caliditate portarum nomen inditum eſt: à thermin cum th aſpirato,id eſt calere. Georgius Valla ſcribit Thermophyle. Phyſis cum y Græco poſt ph, & i noſtro in ſecunda ſyllaba,id eſt natura. Phyſica, naturalis ſcientia. Phyſicus,naturalis. Phyſiologus,de natura differens. Phyſionomia, id eſt naturalium forma, lex & regula. Pyr, cum y Græco, id eſt ignis: hinc Pyrrhus,viri nomen,interpretatur rufus. Pyros, equus ſolis,quaſi ignitus. Pyropus,lapillus ignei aſpectus. Ops opos,id eſt viſus aſpectúſque. Pyramus,vir. Pyretium, herba ab ignea virtute ſic dicta. Pyrallis,vermis in igne viuens. Pyrites,lapis ignitus. Pyra,lignorũ ſtrues, in qua defunctorum corpora comburebantur, Latine dicitur rogus. Pyreneus. At pirata & piratica ſolum i Latinum habent ſine vlla aſpiratione. Piria,id eſt experientia cum ει diphthongo Græca,quæ modo in i longum,modo in e longum vertitur. Ideo quidam empiricus, alij empericus dicunt, id eſt experimentum rei habens. Pyrgos cum y Græco, id eſt turris: hinc Pyrgus, eſt turricula, in quam tali iaciebantur: & Pyrgum, Thuſciæ caſtellum. Pyrgoteles, gemmarum ſculptor nobiliſſimus.

Pyrgopolynis,glorioſus miles apud Plautũ. Poly cum y Græco, id eſt multum: hinc Polypus & Polydamas. Polycrates,vir interpretatur multæ poteſtatis ac roboris. Polymitus,ex varijs filis, varij coloris: hinc veſtis polymita,quam barbari ſcacatam appellant. Mitos cum i Latino & t exili,id eſt filum aut licium. Polyion,herba quædam, interpretatur plurima viola, quæ ion dicitur. Polydorus,Priami filius,quaſi multum donum. Polybius,hiſtoricus,quaſi multæ vitæ. Bios,id eſt vita cum i noſtro. Polyphemus, Cyclops, interpretatur multæ famæ, famigerabilis. Pheme,id eſt phama.

Polyrizon,herba à radicum multitudine dicta. Riza cum i Latino, id eſt radix. Polylogus, verboſus. Polyphagus,lurcho,helluo, vorax. Phago,id eſt comedo: hinc phagolœdorus cum œ diphthongo in tertia ſyllaba,id eſt turpiter comedens,quo vocabulo vtitur diuus Hieronymus. hinc Sarcophagus,lapis ſepulchralis,carnem deuorans. Sarx ſarcos ſine aſpiratione,id eſt caro. Polis cũ i Latino,id eſt vrbs. Politia,ciuilitas. hinc Neapolis,&c. Protos ſine aſpiratione, primus:hinc protoplaſtus,Adam primus formatus. Protomartyr,Protogenes.

S

Schema cum ch aſpirato , id eſt cultus & figura: hinc aſchematum. Schœnos cum ch aſpirato & œ diphthongo, id eſt funis: hinc ſchœnabates,cum t exili,id eſt funambulus. Oxyſchœnon, iuncus marinus,quaſi acutus funis.Oxys cũ y Græco,id eſt acutus,citus,velox. Holoſchœnon,iuncus marinus,quaſi per totum & æqualiter funiculus. Sthenos cum th aſpirato,id eſt robur,valentia, fortitudo:hinc Sthenobœa mulier,Demoſthenes,Sthenelus,&c. Sitos,frumentum, cibus, cum i Latino & t exili:hinc paraſitus,à para,id eſt iuxta, qui aliorum mẽſis inſidiatur. Syn,id eſt con, cum y Græco: hinc ſynodus,ſyntaxis,ſyllaba,ſyllepſis,ſymmachus,ſympotes. Sympoſium,id eſt compotor,cõpotatio.Sympoſiarcha,conuiuij dominus. Symbolum,collatio,in quam pro cœna comparanda plures aliquid contulerunt. Terentius,Symbolum dedit.id eſt portionem ſuam contulit aut pignus,donec pecuniam conferret. Synagoga,coadunatio. Synalœpha,ſyncopa. Symmetria,commenſuratio. Sympathia,compaſſio.Pathos cum th aſpirato,id eſt paſſio, affectus vel affectio. Symmathetes,condiſcipulus cum th aſpirato in pœnultima tantum. Syncerus à ceros,id eſt cera,nonnulli deducunt.Syncipunt,à ſyn & caput quidam naſci credunt. Sys cum y Græco,ſus:hinc ſyagrus,id eſt aper ſus,agreſtis. Agrios cum i Latino, id eſt agreſtis. Syro cum y Græco, id eſt trahoı hinc ſyrma, veſtis cauda oblonga. Diaſyrma,id eſt diſtractio. Abſyrtus, frater Medeæ diſtractus & diſcerptus. Georgius Valla dicit ſyllo,vnde aſyllum,vt ſuprà patuit. Sycos cum y Græco & c exili,id eſt ficus: hinc ſycophanta,mendax & calumniator doloſus.ſunt qui à phagin,id eſt comeſſe deducant,quaſi ſit ficorum vorator.Sycophantia,eſt cauillatio,fallacia,doloſitas.Sycophantiſſo,ſycophantias ſtruo.Sycophantæ apud veteres dicebantur ij,qui ficus exportantes indicaſſent. author Plutarchus in Solone.

Sycomorus interpretatur fic⁹ fatua,Latine Mariſca dicitur:morus,id eſt fatuus:hinc morio. Stratos cum t exili,id eſt exercitus. Lithos cum th aſpirato,id eſt lapis. Stichos cum t exili & i noſtro & ch aſpirato, id eſt verſus. Scheſis cum ch aſpirato & i noſtro, id eſt habitudo vel habitus: hinc ſcheſionomaton,id eſt habitudo nominum. Scia cum i noſtro,id eſt vmbra: hinc ſciamachia. Scelos cum c exili,id eſt crus: hinc monoſceli homines,qui ſingulis cruribus naſcuntur, miræ ad ſaltum pernicitatis.Periſcelis,quaſi circum crus,eſt cruris ornamentum.

T

Tetra ſine aſpiratione, id eſt quatuor: hinc tetrametrum, tetrarcha,&c. Techna cum t exili & ch aſpirato,id eſt ars.Terent. Scio hanc eſſe technam Parmenonis, artem & dolum. hinc technites,id eſt artifex. Calotechnius, id eſt artifex bonus. Cacotechnius,malus artifex. Atechnia,inertia,ignorantia. Mathæotechnia, vana ars. Matæos ſine aſpitatione cum æ diphthongo, id eſt vanus. Theſis cum th aſpirato & i Latino,id eſt poſitio. Thema cum th aſpirato,idem:hinc metatheſis,protheſis,antitheſis,hypotheſis,&c. Theca cum th aſpirato & c exili,id eſt repoſitorium: hinc apotheca, repoſitorium vini,ſicut horreum frumenti.Plinius,Vina in apothecis canis ortu mutantur. Cicero in Philippicis, Apothecas vini obiecit Antonio. Vlpianus ff. de fundo inſtructo, Vina etiam quæ in apothecis ſunt,non cedent.Indocti pro pharmacotheca vel pharmacopolio capiunt,& apothecarium pro pharmacopola. Theton,cum th aſpirato in prima,& t exili in ſecunda,id eſt pôſitum:hinc antitheton,ſyntheton,epitheton,&c.Agonotheta,certaminis diſpoſitor. Theos cum th aſpirato,id eſt deus: hinc theologus,dorotheus.Pantheon,omnium deorum templum, Timotheus,Leucothea,&c. hinc etiam thenſa à re diuina dicta fuit,teſte Seruio in primum AEneid.Hic currus,fuit vehiculum in quo portantur deorum ſimulachra.Theoro cum th aſpirato,id eſt ſpeculor: hinc theoricus,ſpeculatiuus.

Theatrum,amphitheatrũ, cum t exili in vltima ſyllaba. Topos ſine aſpiratione,id eſt locus. Topotheſia,loci poſitio.Topographia,loci deſcriptio. Thraſos,cũ th aſpirato,id eſt fiducia.hinc Thraſus & Thraſo, virorum nomina. Typos ſine aſpiratione cum y Græco, id eſt forma : hinc archetypus, id eſt exemplaris. Thyra cum th aſpirato & y Græco,id eſt porta: hinc prothyron,locus ante ianuam, veſtibulum, quo verbo iuriſconſulti vtuntur. Dithyrambus,id eſt Bacchus, quia duas matres habuiſſe videtur, Semelem & Iouis femur: ideo bimater ab Ouidio appellatur, & Dithyrambus: quia dia dyo thyron,id eſt per duas ianuas tranſierit.

ASPIRATORVM ENVCLEATIO.

Aſpiratio h dicitur,quia litera non eſt,licet literæ officio videatur interdum ſungi,vt in Verſificatoria declarauimus.Præponitur autem omnibus vocalibus,vt Halo,hebes,hio,hoc,huc,Hyades. Cõſonantium nulli præponitur,& quatuor ſolum poſtponitur,c,p,r,t:vt CHRISTVS,Phœbus,Rhodus, thalamus: idque ferme in Græcis. Nam in Latinis nulla conſonans aſpiratur, ſi vim naturæ rationémque attendimus: fecit tamen, authore Philelpho, epiſtolarum libro ſecundo , doctiſſimorum hominum conſuetudo, idque iampridem, vt quorundam verborum conſonantes aſpirationem reciperent,quo valentius ſonarent,vt lauachrum,pulcher,charus: quod quia producitur,à charites Græco deriuari vix videtur. Marinus Berithemus mauult pulcer, vnde pulcellus. Gellius libro ſecundo capite tertio, eandem quam Philelphus ſententiam approbat dicens , Aſpirationem veteres inſere-

bant pleriſque vocibus firmandis roborandíſque, vt ſonus eorum eſſet viridior, vegetiórque, vt lachrymæ à Græco dacryon, d in l verſo, ſepulchrum, vehemens, honus, honeſtus, anchora, tropheum, horchus, lurcho.

ASPIRATIO IN DICTIONVM PRIMO: ET PRIMVM ANTE A, ídque ante b, c, & ita deinceps.

HA INTERIECTIO ridendi, vt ab à præpoſitione differat. Haa interiectio, prius a aſpirat, author Georgius Valla. Habeo vt à compoſito abeo differat: verum ceſſante differentia, non continuò ceſſat aſpiratio, vt notauit Tortellius. Vt autem aſpiratur (habeo) ita omnia ab hoc deriuata: quia in orthographia compoſitum ſimpléxque pari paſſu gradiuntur, vt Habito, habena, habilis, inhibeo. Abundo igitur & abominor non aſpirantur, quia ab præpoſitio, eſt prior compoſitionis pars. Habraham primam aſpirat & tertiam: ſic Habrahamus & Habraha, mons, author Georgius Valla. Volaterranus aſſerit Abramum & Elizabetham apud Hebræos aſpiratione carere. Habrotanum, author Georgius Valla.

Ha ante c, Hac, hactenus.

Ha ante d, Hadria, vrbs & ſinus maris. Hadrianus, Hadriæ incola, & proprium viri, quod debere aſpirari Tortellius docuit ex vetuſtiſſimis & emendatiſſimis codicibus.

Ha ante g, Hageſilaus, viri nomen. Hageſipolis.

Ha ante l, Halo halas, primæ: hinc halitus, exhalo, forſitan ad differẽtiam. Halcyones, aues. Halteres, pondera manuum in ſaltationibus apta. Haliartus, vrbs. Halicam nonnulli aſpirant, author Georgius Valla: licet ab alendo dicatur, vt ſaturitatem ex aſpiratione indicet. Hallucinor, id eſt erro, author eſt Georgius Valla: licet Tortellius nõ aſpiret, & vnico l ſcribat. Halec, author Georgius Valla. Halex. Haliacmon, fluuius Macedoniæ. Haleſus. Halicarnaſſus gemino ſſ, nomẽ vrbis, author Georgius Valla. Haloeus cum eu diphthongo, licet ſine aſpiratione à Tortellio ſcribatur. Haliſones, gens, author Georgius Valla. Halys, fluuius.

Ha ante m, Hama, id eſt ſimul: hinc Hamadryades nymphæ, vt in Drys ſuprà diximus. Hãma gemino m, tumulus, author Georgius Valla. Hamis, ſcaphium váſque ad lotium excipiendũ. Hammum, vas ad excipiendum ſanguinem. Hamazones ſunt qui aſpirent: quòd ab hama, id eſt ſimul, deducant. author Georgius Valla. Hamon Græci (inquit Georgius Valla) non aſpirant, teſte Chœroboſco: licet Latini quidam velint aſpirari. Hamilcar, author Georgius Valla. Hamus.

Ha ante n, Hanno, viri nomen. Hannibal, authore Tortellio: à Græcis tamen Annibal non aſpiratur, author Georgius Valla. Hanapis, fluuius. Hanula quaſi phanula, parua delubra. author Georgius Valla.

Ha ante r, Hara, porcorum clauſtrum: mandra verò, reliquorum. hinc haruga, vt Donato videtur. Hoſtia, teſte Georgio Valla. Haruſpex, haruſpicina, ab aue quadam augurali nomine Hara, vt credit Seruius, cui refragatur Perottus. Aruſpex ſine aſpiratione, ab ara deducens, correpta contra primitiui naturam prima ſyllaba, vt in pleriſque alijs contingit: ſic dicetur Aruſpex ab aræ victima inſpicienda: id videtur mihi veriſimilius. Hariolus, quaſi fariolus, quòd diuina mente fatur, ab hara non deduci, author eſt Donatus in Phormionem. Hariolor, quaſi fariolor, id eſt diuino. Harena qui aſpirãt, ab hæreo deducunt: melius ab ariditate dici creditur ſine aſpiratione arena, vt arundo. Harma ſiue currus ſit, ſiue oppidum Harmiæ. Et harumce, pro harum veteres dixere. Georgius Valla. Harmenia, vt ait Georgius Valla. Harmonia tam pro Martis Veneríſque filia, quàm pro rerum concinnitate. Harmonides, Harmodius, virorum propria. Harpaſtum, genus ludi & vehiculi. Harpago, id eſt rapio, & quicquid hinc fit: vt Harpagus, viri nomen. Harpalus, canis nomen. Harpe, Mercurij gladius. Harpax, ſerui nomen. Harpyiæ tres, Aello, Ocypete, Celeno. Harmaium, authore Georgio Valla. Harmille, teſte Chœroboſco, quicquid dicat Priſcianus. ſic Georgius Valla.

Ha ante ſ, Haſtrubal cum t, non cum d, viri nomen.

Ha ante u facit au diphthongon, vt Hauſtu, hauſtus, hauſtrum. Vel v fit cõſonans, vt haue, ſalutantis verbum, quod veteres aſpirabant, authore Tortellio, id doctorum vſu nunc obſoleuit. Hauſter, cũ plurib⁹ ſcribit Ianus Parrhaſius, eſt ventus ab hauriẽdis aquis dictus, vt Græcè Notus ab humore.

AE diphthongus in principio aſpirata, Hædus: quãquam Iſodorus aſpirationem abſtulit, cum quo Neſtor errauit, putans edus ab edo interdum deduci, vnde edulus prima correpta. Manilius libro quarto, Incipient eduli tremulum producere mentum. legendum eſt hædi, non eduli, vt in Verſificatoria probauimus. Hænulus, teſte Chœroboſco, vt ait Georgius Valla. Hænulius, author Georgius Valla. Hæreo cũ ſuis hæres, hæredipeta, &c. hæſito, at ſine aſpiratione ac diphthongo eſito eſitas, ab edo es, eſt. Hærba ab hærendo, vt hæruca & hærugo, authore Tortellio: qui tamen negat hæc diphthongon obtinere: quia hæreo non naturaliter, ſed ex differentia quadam diphthongon habet.

E IN PRIMO ASPIRATVM.

He ante a, Heautõtimorumenõ, id eſt ſeipſũ cruciãs: nã heautõ, ſeipſũ deſignat: timorumenõ, diſcru-

ciantem:quia participium à verbo timorumai,id eſt crucior & vindicor.

He ante b,Hebeo,hebeto,hebes: Hebdomas hebdomadis, ſeptimana:hebdomos,ſeptimus. ab hepta, id eſt ſeptem. Hebræus.Hebrus,fluuius. Hebenus,Herodianus & Tortellius aſpirant: ſed falluntur, authore Chœrobofco, ait Valla orthographus. Hebe, pubertas & Herculis vxor. Hinc Ephebus, Ephebia. Hebrinus,viri nomen.

He ante c,Hecate,Proſerpina:ab Hecatos,id eſt Apollo:nõ ab hecaton,id eſt centũ.author Georgius Valla. Hecatombeletes,Apollo apud Tranquillũ. Hecatombe,Hector,Hecuba, Hectũ, Hectæum.

He ante d,Hedera.

He ante g,Hegemon,id eſt dux. hinc multa componuntur, inter quæ Hegeſippus, Hegeſias, virorum propria. Hegeſipyle, proprium mulieris. Hegeſilaus.

He ante i,Hei vt Heius,Heiulor heiularis,verbum.

He ante l,Helciarij,trahentes nauem funibus. Helectrum,genus gũmi. Helizabeth,author Georgius Valla. Helorus, fluuius Siciliæ & vrbs. Helix, hederæ genus. Helleborum. Helluo, bonorum ſuorum conſumptor,aſpirationem capit,authore Georgio Valla,quo auiditas validius exprobretur. Helluari, decipere. Helicon,mons. Hellueia, authore Georgio Valla, ornamentum Lydium.

Heluius ab hiatu & oſcitatione dictus, author Georgius Valla. Heluella, holera minuta, author Georgius Valla. Helin,proprium viri. Helle,proprium mulieris. vnde Helleſpontus. Helenus,viri proprium. Helena,propriũ mulieris. Helice,ſydus. Helios,ſol:hinc cõficiuntur plurima: vt Helioporus,proprium viri.Heliades,ſolis filiæ.At Eliades,ab Elide ciuitate,caret aſpiratione. Helias,prophetæ nomen:hinc Heliadæ dicuntur carmelitæ. Hellanicus, hiſtoricus. Helops, piſcis & viri nomen. Helmintiſes,lumbrici ventris.author Georgius Valla.

He ante m, Hem hemis,id eſt ſemis, cum i noſtro. hinc hemina, ſextarij dimidia pars. Hemiſphærium,hemicyclus,hemitritæum,&c. Hemus,mons. Hemorrhois,ſanguinaria cum gemino rr. Hemorobius,animal cuius vita diei vnus eſt,mane naſcens,& veſperi moriens.

He ante n,Heniochus,auriga,cæleſte ſignum.ab henion,id eſt habena.

He ante o,Heo,interiectio.Heos,dies:& quæ hinc ſunt,heſperus & Heſperia:à peras, id eſt finis:vt ſit diei occaſus.Eos vero ſine aſpiratione aurora eſt. Ouidius, Proxima victricẽ cũ Romã aſpexerit Eos.

He ante p,Hepar,id eſt iecur,inde hepaticus & hepatarius.Plautus in Curc.Cum te igitur morb9 agitat hepatarius. Hepta,id eſt ſeptem,cũ r exili.hinc multa conficiuntur,heptaſtichon,heptimemeris.

He ante r,Heri vel here,herus,hera,herilis. Hercinij,populi: Hercinia,ſylua in Alemania. Heruca, herbæ ſalacis ſpecies,author Georgius Valla.Herugo,author Georgius Valla. Hæreſis.Hermus,Hernius,virorũ propria. author Georgius Valla.At ſine aſpiratione ſcribitur eremus eremita.author Laurentius Valla in Matthæum.

Herinaceus,animal puſillum quadrupes, quod quum in ſe contrahitur, ſpinoſum videtur. Heremus,fluuius. Hernicus,viri & populi nomen,quique herniam patitur,& ſaxoſus:nam herna,ſaxa dicuntur. Herba,vnde herbalis anſer. Herba,paſtus cum diphthõgo æ.author Georgius Valla. Herſilia,vxor Romuli. Hermes,interpres,Mercurij & hominis nomẽ.Hinc hermaphroditus,hermippus, &c. Hermenia, interpretatio. Peri hermenias, de interpretatione. Hercinius Iuppiter,& ab herco,id eſt ſepio omnia. Hera,id eſt Iuno:hinc Herodes,Herodotus,Heracleus,Hercules, Heraclæa, Heraclides,Herodianus,Heraclitus,Heros,Herome,&c. at non aſpirantur Erodius auis,Erebus.

He ante ſ,Heſau,author Georgius Valla.Heſperus,Heſperia,Heſiodus.Heſione,Laomedontis filia.

He ante t, Heteros, id eſt alter, cum t exili: hinc Hetruria, Hetruſcus , vt ex Seruio Neſtor docet. Heterocliſis.

He ante u,Heu,heus, vbi vocales in diphthongon coeunt: licet heu diuiſa legatur, authore Seruio. Virgil.Heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.

He ante x,Hex vel hexa, id eſt ſex: vnde hexametrum,hexaphorum,magnus lectus. Hexameron,ſex dierum.

I IN PRIMO ASPIRATVM.

Hi ante b, Hibex vnde hibiſcus, hibernus, vt hiems, authore Georgio Valla. Tortellius tamen vult hyems cum *y* Græco ſcribi debere. At Iberus Iberia aſpiratione penitus carent.

Hi ante c,Hicetaon,vir:Hic cum ſuis.

Hi ante d,Hidrus,Hidruntis,vrbs.author Georgius Valla.

Hi ante e,Hieros,ſacer:hinc Hieronymus,Hierotheus,Hierarchia,Hieropolis,Hieroſolyma. Hierapicra interpretatur ſacra,amara. Nam picra,amara notat. medicamenti genus eſt ad ſoluendam aluum. Hiems.

Hi ante l, Hilla, verris inteſtinum. Laberius, Hillam coquus ſi aduſſit, flagris cæditur. Hilaris vel hilarus,hilaritudo. Hilareſco,hilaro, exhilaro. author Georgius Valla.licet Tortellius refragetur. Hilum,nigrum, quod grano fabæ adhæret,à Lucretio & alijs peritiſſimis pro re nullius momenti ponitur. Cicero in Tuſculano, Nec proficit hilum. Hinc nihilum,& per apocopen nihil, & per ſynco-

pen nil,quæ ſine c ſcribēda ſunt ex arte,vt mihi teſtibus Tortellio & Syluio:licet Leonardus Aretinus malit per c ſcribere in ſecunda ſyllaba libro octauo. Scodrenſis certe rectius ſine c ſcribi docet,cui libenter concino.

Hi ante m,Himber,ſunt qui aſpirent:quanuis melius non aſpirari videatur:quia vmbros, vnde deriuatur, non aſpiratur apud Græcos,teſte Chœroboſco,ait Georgius Valla.

Hi ante n,Hinnio. Hinnus,beſtia ex equo & aſina minor quàm mulus,qui ex equa & aſino naſcitur.author Varro. Hinnulus,hinnuleus,pullus ceruinus.

Hi ante o,Hio hias:vnde hiato, frequentatiuum verbum.

Hi ante p,Hippos,id eſt equus:vnde hippolytus,hippolagus,&c. Hippagones naues.

Hi ante r,Hir,vola:ab hæreo,vt Tortellio placet: hircus,animal: hirqui,oculorum anguli. Perottus aſſerit (hirqui)c ante q habere. Hirtus,hirſutus. Hirūdo,auis. Hirudo, ſanguiſuga. Hira,cuius diminutiuum eſt hilla. Hirquitalli, pueri ad virilitatem accedentes, à libidine hircina dicti. Hircanis,regio. Hircanus,populus & vir. Hirpanus,populus.

Hi ante ſ,Hiſco,ab hio. Hiſpidus,quòd ſetis horreat. Hiſpania,Hiſpanus. Hiſtrio,qui ex Iſtria primùm venit,ex vſu ſuſcepit aſpirationem. Nam Iſtria nullo modo aſpiratur, ſicut nec Iſter, nec Iſmarus,nec Iſidorus. author Tortellius. Hiſtoria.

Hi ante u,Hiulcus. Claudian⁹ in ſecundo de raptu Proſerpinæ,Nymbis hymenæus hiulcis intonat, id eſt miſſo fulmine tonitrus edit: quum enim fulget, proſpectantium opinione nubes ſcindi videntur. Inde fulmen hiulcum Papinius appellauit potius, quàm quod hiare facit, vt Lutatius interpretatus eſt. Claudianus ab hymenæo miſſum fulmen ait, quia id miſerit Iuppiter in honorem Hymenæi. Hæc in dictum Claudiani locum Ianus Parrhaſius.

O IN PRIMO ASPIRATVM.

Ho ante d,Hodos,id eſt via:vnde hodoedocus,latro, viarum obſeſſor. Hodius, viri nomen. Hodie,hodiernus.

Ho ante l,Holos,id eſt totus:vnde holocauſtum. Holopampus,id eſt totus flammeus. Holus,holitor,vt Apuleius loquitur. Hortulanus. Sic Georgius valla. Tortellius verò negat aſpirari holus, quia olus ab oleo venit. Olor autem non aſpirari,etiam Valla eſt author.

Ho ante m,Homilia,id eſt ſermo:ab homilo,id eſt ſermocinor. Homo. Homelium,pilei genus.author Georgius Valla. Homerus. Homulus,mons Theſſaliæ. Homos,id eſt ſimilis:vnde Homonymus,id eſt eiuſdem nominis,æquiuocus. Homogenia,&c.

Ho ante n,Honor vel honos,honeſtus. Nam onus(vt multis placet) aſpiratione caret: licet quidam ita diſtinguāt,vt tunc velint aſpirationem ſuſcipere,quum corporis pondus ſignificat:quum vero animi,minime. Honorius,viri nomen.

Ho ante r,Horreo,Horror,Hortor. Hormenius,viri nomen. Hortenſius,viri nomen. Horontes, viri & fluuij nomen. Hordeum. Horda,bos prægnans apud Horatium in Epodo, quæ poſtea forda dicta eſt. Hornum,huius anni: vnde Horna vina. Horatius,viri nomen , quod ab orando nonnulli deduci putant. Horthes, Theſſaliæ vrbs. Hordarium æs , quod pro hordeo equiti Romano dabatur.author Georgius Valla. Hortus,hortulanus,horti,hora pro pulchritudine,tempore & dea, author Georgius Valla:ſed ora,rei extremitas,caret aſpiratione. Horoſcopus,horæ inſpectio & conſyderatio. Horizon,noſtri viſus eſt terminus.ab horos,id eſt terminus. Nam Oros,mons: vnde Oreades nymphæ:caret aſpiratione. Horchus(vt ait Georgius Valla)qui ab horco, id eſt ſepio fit, inquit: licet alij nolint quouis modo aſpirari orcus: vnde apud Plutarchū in Theſeo, dictus eſt locus iuxta Theſei phanum Orcomoſiū:nos iuriſiurandi locū poſſumus dicere, propter fœdus ibi ictum,inter Theſeū & Amazonas. Horeum ab horeo ſeruo vnico r ſcriptum:primā tamē producit.author Georgius Valla.

Ho ante ſ, Hoſpes,hoſpita,hoſpitor,hoſtium,teſte Georgio Valla. Hoſtis,hoſtia,hoſtiæ, hoſtimentum,hoſtorium.

V IN PRIMO ASPIRATVM.

Hu ante b,Huber.author Georgius Valla.

Hu ante d,Hudus,huuidus,quod ab vua deſcendit,non creditur aſpirandum.ſic Georgius Valla.

Hu ante l,Hulcus:quia Græcè helcos dicitur. Hululo,hululatus. Hulyſſes Græci, quod non ſequimur.author Georgius Valla.

Hu ante m,Humus,humeo,humecto,humor,humanus,humanitas:quæ,teſte Petronio grammatico,proprie eſt eruditio inſtitutióque, quam in bonas artes diducimus: quam qui ſynceriter ,vt ait, capiunt appetúntque , hi ſunt vel maxime humaniſſimi : & quoniam diſciplina hæc ex vniuerſis animantibus ſoli homini eſt conceſſa,humanitas maxime appellatur:non quidem ab humo,vt neque homo,authore Quintiliano in libro primo ſic dicēte,Etiámne hominem appellari, quia ſit humo natus, quaſi vero non omnibus animalibus eadem origo,aut illi primi mortales antè nomen impoſuerunt terræ,quàm ſibi? Humerus,humilis. Humilio,humilias.

Hu ante r, Huruca, paruum quoddam reptile, quod ſuper braſſicas præcipue repit corroſurum folia. author Columella libro 10. De y Græci aſpiratione id ſolum eſt ſciendum,ipſum in dictionis

principio ſemper aſpirari. Meminerimus autem Latinorum multa, immo ferè omnia differentiæ cauſa aſpirari, vt honos, forte ad differentiam onos, Græci nominis, id eſt aſinus. Hortor, ne videatur frequentatiuum ab orior. Hortus ſecundæ, vt differat ab ortus quartæ. Hoſtio verbum quartæ, id eſt æqno, vt differat à datiuo oſtio, quod & ipſum conſuetudo aſpirat, ait Tortellius. Multa id genus alia colligere fuerit facillimum. At finem facio, de vocalium in medio aſpiratione iamiam dicturus.

IN MEDIO VOCALIVM ASPIRATIO.

In medio duabus de cauſis vocalis aſpiratur, aut propter hiatum vitandum, firmandáſque voces roborandáſque, vt quibuſdam quaſi neruis additis intendantur: vt Ahenum, vehemẽs, incoho, vt Tortellio placet: quanuis alij malint inchoo, cum ch aſpirato. Diomedes inchoo, à chao, rerum initio deducit, quod Verrius & Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probauere, vt Diomedes teſtatur. Prehendo, reprehendo, traho, veho, cohors, à cohortor, inquit Tortellius: quia tribunus illam, vel ipſa ſeſe, mutuo ad pugnam hortari ſoleat. Georgius Valla aſſerit cohors eſſe ſimplex, teſte Varrone. Vaha, aha, ohe, quæ per apocopen cum aſpiratione in fine proferuntur: ſæpius vah, ah, oh, ſine e litera: aut propter ſimplex, vt Anhelo, prohibeo, dehinc, exhubero. Et in exteris vtraque cauſa locũ inuenit, vt placet Georgio Vallæ: veluti Iohannes, Phaheton, Paſiphahe, Danahe, Euhius, id eſt Bacchus: prophanum, IHESVS, Demophohon. Georgio hac in re plurimos refragari inuenio: ideo ſine aſpiratione ſcribas Ioannes, IESVS: quod neque apud Græcos, neque apud Hebræos aſpirationem ſuſcipit, authore Philelpho in libro decimoquarto epiſtolarum, vbi aſſerit ob cauſam dictam in Latinis poſſe aſpirari. id facit magis vt ſe defendat, quàm vt veritati patrocinetur. Ideo IESVS ſcribatur citra flatum. De (prohoemium) dicit Raphael Regius in quartum Quintiliani: Procemium ſi à pro, id eſt ante: & oemi, id eſt cantus dicatur, quaſi antecantus, aſpiratione caret. Si vero deriuetur à pro & hoemi, id eſt via, quaſi ante viam, cum aſpiratione ſcribetur prohoemiũ. In fine aſpiratur ach, vach, och. Quibus adijcit Georgius Valla proh ſine c interiectionem, & Calepinus veh. Plurimis placet proch interiectionem aſpiratione carere.

CONSONANTES ASPIRATAE, ET PRIMVM CH SECVNDVM literarum ordinem.

CH ANTE A, Chabrias, viri nomen. Chalcum. Chalcis, vrbs in Eubœa inſula: hinc Chalcius, Chalcidicus & Chalcidius etiam philoſophi. Chalcedonia, vrbs in Aſia. Chalcodõ Chalcodontis, Elpenoris pater, in Theſeo Plutarchi. Chalazias, lapillus grano grandinis ſimilis. à χαλάζω, grandino. Chaleſtra, vrbs Theſſaliæ. Chalybs, fluuius Hiſpaniæ: vnde populi Chalybes, & chalybs, ferrum, & ex hoc inſtrumentum. Charitas, amoris ſpecies. à χάρις, id eſt gratia & amor, vt ait Tortellius, prima contra primitiui naturam producta. At Caritas pro inopia non aſpiratur, quia à careo venit, eodem authore, mutata ſimiliter quãtitate. Charites, id eſt gratiæ. Charilaus, frater Meandri. Chalas, Paphlagoniæ præfectus ab Alexandro in tertio Q. Curtij. Charopes, viri Troiani nomen. Charta, liber. Ouid. 3. de Triſtibus, Nullus in hac charta verſus amare docet. Capitur etiam pro ſola papyro in qua ſcribitur, aut mẽbrana vel pergameno. fœmininũ eſt: licet chartis Græcè ſit maſculinum. At Carta, viri nomen, aſpiratione caret: vt carpos, id eſt fructus: vnde Carpophorus, viri propriũ. Cartha, vrbs: alio nomine Carthago, aſpirationẽ in ſecunda duntaxat ſyllaba habet: & Carthago ſolum apud hiſtoricos, qui extant, reperitur: licet olim, teſte Seruio, dicta ſit Cartha. Chaldæa, regio Aſiæ. Chaon, viri Troiani nomẽ: vnde Chaonia, regio. Charandæi, populi. Charaxes, viri nomen. Charax, hiſtoricus. Character cũ aſpiratione in prima tantũ, id eſt figura & nota. Characteriſmos, deſignatio. Chariboea, ſerpentis nomen propriũ. Chariboea enim & porces vocantur ſerpentes Virgilium à Tenedo editi patre Typhone, vt Quintus canit, qui in Iliade conſumenda ſucceſſiſſe Homero municipi ſuo: nam Smyrnæus ipſe fuit. Sic Ianus Parrhaſius in primũ Claudiani de raptu Proſerpinæ. Charon. Charybdis. Chaos, vnde quidam non ab re inchoo deduxere, ait Franciſcus Philelphus. Charonium, immenſus fœtor atque intolerabilis. Georgius Valla. Chartilago.

Ch ante æ diphthongon, Chære, id eſt ſalue. Chæremon, poeta comicus. Chæreſtratus, viri nomen. Chæreas vel Chærea, viri nomen. Chæronia, vrbs. Chærippus, proprium viri.

Ch ante œ diphthõgũ, Chœrilus, poetæ ineptiſſimi nomẽ, interpretat̃ porculus. Chœros, porc⁹ eſt.

Ch ante e, Chelidonia, herba. Chela, brachiũ proprie cancrorũ & ſcorpionũ. Chelys, teſtudo, muſicũ inſtrumentũ. Chelydrus. Cheops, rex AEgypti. Chephron, Cheopis frater. Cheronneſus, propriè inſula. Cherſoneſus, vt ait Plutarch⁹ in Craſſo, eſt terra in inſulæ modũ, mari circũdata: vno tamẽ, eóque anguſto ſpatio, quod Iſthmus appellatur, cõtinenti adiũcta. Cherſidamas. Cherſius, propriũ viri. Cherſydros, ſerpẽtis gen⁹. Schema, præcedẽte ſ. Schepiones veteres dixere, teſte Tullio.

Ch ante i, Chidnæi, populi iuxta pontum. Chilidorus, fluuius. Chilo, philoſophus & homo labiorum modum excedens. Cilo ſine aſpiratione, eſt homo anguſto capite: hoc in partu contingit.

Chileus, ateas quidam in Themiſtocle Plutarchi. Chimerinos, id eſt hyemalis. Chimæra, monſtrum & mons. Chiron, Centaurus. Chir, chion, vel Chione, proprium mulieris. Chios, inſula in mari AEgæo. Schiſma cum ſ ante ch, id eſt ſciſſura.

Ch ante i, Chlamys. Chlæna, veſtis. Chleuaſmos, figura. Chloris, mater Neſtoris, & dea florum, quæ

Latine Flora. Chloelia, virgo Romana quæ Tybrim tranauit, tetraſyllabum eſt. at Virgilius œ diphthongon fecit libro AEneid. 8, Et fluuium vinclis innatet Chœlia ruptis.

Ch ante o, Chorus, lætantium congregatio, & pes qui trochæus dicitur, vnde choriambus: ſed Corus, ventus, aſpiratione caret. Choraules, Chorea, Choragium, Choriductus, Chorda. Choſtum, vnguentum. Choaſpes, fluuius. Chorona, vt placet Ciceroni: licet Feſtus Pompeius ablatam dicat aſpirationem. Chole & cholera, id eſt bilis, hinc diſcholus, ſchola, ſcholaſticus: vt Scholaſtica diſciplina. Scholaris, ad ſcholam pertinens: vt Scholaris mos, ſcholaris ferula, ſcholare murmur.

Ch ante r, Chremetaon, proprium viri. Chreſis, id eſt vſus. Chremes, proprium viri. CHRISTVS. Chriſma. Cronos, Saturnus: & Chronos, tempus. Chronica, chronicorū, temporalia. Chromaticus, qui nulla verecundia colorem mutat. Chromius, proprium viri. Chromis, proprium viri. Chromion, vrbs in Cypro. Chryſos, id eſt aurum: hinc Chryſoſtomus, Chryſoar, &c.

Ch ante y, Chytrapos chytrapodis, eſt tripus qui chytram, id eſt ollam ſuper ignem detinet.

CH ASPIRATVM IN MEDIIS POST LITERAS SECVNDVM earum ordinem.

CH POST A, Achates, Achilles, Acheron: Acharnæ, locus in Attica, vbi, authore Pauſania, hedera primùm viſa eſt. hinc in Thebaidos calce Papinius, Quæque rudes Thirſos hederis veſtitis Acharnæ. Inde Acharnan, gentile nomen, apud Senecam trahitur in Hippolyto, non vt ridicule quidam tradiderunt ab Acarnarina. hæc & plura Ianus Parrhaſius in primum de raptu Proſerpinæ, vbi Græcè ſcribitur etiam Acharnigin, id eſt Acharnenſem. Achelous, fluuius. Achæia, regio Græciæ, ab Achæo rege. hinc Achæi & Achiui. alij dicunt Achaia, quod Raphael Regius carpit. Achæmenides, Achæmenes: vnde Achæmenij, & Achæmenidæ. Achæruſia plures aſpirant: alij nolūt, ait Tortellius. Anacharſis, philoſophus. Artachæas, viri nomen. Batrachus, viri proprium, interpretatur rana. Brachys, id eſt breuis. Brachæ, Brachiū. Bracheta, lamina tenuis. Brachmanæ, populi. Brachioniſter, armilla. Canache, nomē canis, quòd eius latratu omnia reſonarent: nā id nomen ſtrepitum indicat. Cachinnus, cachinnor, & cachinno, nomen. Callimachus, & ſimilia à mache, id eſt pugna. Drachma, genus menſuræ, vnde didrachma. Dragma & drama lōge ab hoc & inter ſe differunt. Gracchus. Iachus, vnico e, teſte Georgio Valla, id eſt Bacchus. ab ia interiectione exultantis, & cheon, id eſt fundens. Inachus, Lacheſis, Lachryma. Lachana lachanorum, omne genus oleris. Lamachus, princeps aut dux Athenienſis in Plutarchi Alcibiade. Lyſimachus, viri nomen. Lyſimachia. Lachium, locus quidam in Ariſtide Plutarchi. Mache, id eſt pugna: hinc Lyſimachus, &c. Promachus, bibaciſſimus. vide Plutarchū in Alexādro Magno. Machæra, id eſt gladius: hinc Machæropius Demoſthenes, pater Demoſthenis oratoris, dictus eſt ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multiſque artificibus ſeruis inſtructam habet, vt dicit Plutarchus in Demoſthene. Machaon, AEſculapij filius. Machina: vnde machinor machinaris, à mechane, id eſt inuentio. Machataas, AEtolorum legatus in quarto Polybij. Lachias, viri proprium. Machanidas, Lacedæmoniorū tyrannus in Phelopœmene Plutarchi. Monachus, Monomachia. Pachynus, Siciliæ promontorium. à pachi, id eſt pingue: & craſſum cum y Græco. Stomachus. Trachyn & Trachys Trachynis & Trachynia, vrbs Bœotiæ. Tachompſo, inſula Nili. Zacharias. At caue ne aſpires academia, apocryphus, arca, arcanus, vt neque arceo, Ecyra, camus, Cocytus, Crates, Macarius, Macareus, Orceſilaus, Arceſius, & alia innumera. Zacchlias Babylonius apud Plinium. Zachlas, AEgyptius propheta, primarius in ſecundo de aſino Apuleiano.

Ch poſt e, Bacchus, vini deus. Bacchæ, Bacchi ſacerdotes. Bacchides, viri proprium. Bacchilides, poeta lyricus. Bocchus, viri proprium. Cocche.

Ch poſt e, Echinus, piſcis, vas, vrbs, animal ſpinoſum. Echeneis echeneidis, remora piſcis. Echion, viri proprium. Echo, nympha & vocis reſonātia. Echidna, vipera ab Hercule interfecta. Echines, viri proprium. Echinas. Echinij. Thia cum i noſtro tantum, ſilentium Pythagoricum. Mechanicus à mechane, inuentio. Menechæus, viri propriū. Mœchia cū œ diphthongo, id eſt adulteriū, licet Tortellius inficietur. Mœchus, Mœcha, Mœchor. OEchalia, ciuitas Laconiæ, ab OEchalio circa eam fluuio dicta: ſcribitur cū œ diphthongo, vt Ariſtœchon ſimiliter aſpiratum, id eſt literæ pro litera poſitio. Stœchas ſtœchados, inſula. Synecheſis, confuſio. Nam echeſis, id eſt fuſio. Synechon, id eſt continens, ab ἔχω, id eſt habeo. Trechus, viri proprium. Techna, id eſt ars.

Ch poſt i, Cicheſus, fluuius. Epichardia, genus nauiculæ. Epicheremia, genus argumenti: eſt hoc quidem ab epi. At nobis moleſtum non eſt minus nota, licet aliàs confuſe cōprehenſa repetere. Ichthys, id eſt piſcis. Ichnobates, nomen canis, quaſi per veſtigia vadens. Nam ichnos, veſtigiū dicitur. Bates, vadens, ambulans. Ichnæ Ichnarum, oppidum Macedoniæ vbi colebatur Themis. Ichnæa datum nomen eſt oppido à veſtigijs Themidis, quam ſecutus eſt Iuppiter, vt Strabo meminit. hoc Ianus in primum de raptu Proſerpinæ. Maſtiche, genus gummi, & gemma, teſte Plinio. Samichida, nomē paſtoris. Sichæus & Sicharbas, Didus cōiunx. Stichos, id eſt verſus. Terpſichore, Trichora.

Ch poſt l, Bomilchar, ꝓpriū viri. Antalchidas, Lacedæmoniꝰ quidā in Lycurgo Plutarchi. Bulchar,

proprium viri. Calchas. Colchus. Pulcher ex conſuetudine, Sepulchrum ex conſuetudine. Colchines, ſacerdotes magnæ matris.

Ch poſt n, Anchora ex vſu: quia Græci non aſpirant. Anchemolus in ſatyra 7. Iuuenalis de quæſtionibus grammaticorum, Nutricem Anchiſæ, nomen patriámque nouercæ
Anchemoli, dicat quot Aceſtes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas. De Anchemolo Virgilius in decimo,
Hinc Sthenelum petit & Rhœti de gente vetuſta
Anchemolum thalamos auſum inceſtare nouercæ. Huius nouercæ nomen noſtri incognitum fatentur, quanuis Abienus, Seruio referente, Iambicis verſibus Græcam eſſe dicat Caſperiam nomine, quam priuignus ſtuprauit. quo cognito, cum eum pater perſequeretur, & ad pœnam vocaret, ille fugiens ſe ad Turnum contulit. De Archemoro Lycurgi filio nō loquitur Iuuenalis contra Georgium Vallam. Cæteri rectè ſentiunt de Anchemolo. Branchiæ, piſcium (vt ita dicam) remigia. Bronchus, à noſtris dicitur guttur & gutturis paſſio quæ rheumate deſcendit. Cenchris, ſerpens ſuper tectum iter faciens. Lucanus in nono, Quem ſemper recto lapſurus limite cenchris. Concha, conchyle vel cōchylium. Enchiridium. Elenchus, lapillus & argumentum. Inchoo, authore Georgio Valla: licet quidam (vt inquit) inter vocales aſpirationem ſcribi malint. Melancholia, nigra cholera. hinc melancholicus. Panchaia, regiuncula Sabeæ. Rhancus, qui neruos contrahit. Sonchis, ſacerdos AEgyptius, à quo multa didicit Solon, vt in eius vita ſcribit Plutarchus. dubito an hoc, & Pſenophis Græce in is an es deſinat. in Plutarcho ſunt accuſatiui Pſenophem & Sonchem. Tranchira, oppidū Libyæ.

Ch poſt o, Archelochus cum e in ſecunda, filius Antenoris. Archilochus, cum i in ſecunda, poetæ nomen. Athochari cum th, populi. Agerochus, Neſtoris frater. Ariochines, propriū viri. Aſtyochia, Actoris filia. Axiochus, philoſophus. Apotheæ, locus prope Taygetū, vt dicit Plutarchus in Lycurgo. Bomolochꝰ. Cochlea, limax à limo nomē habet. Cochleariū. Cochlaca lapis rotūdus ad ſimilitudinē cochleatū. Exoche, eminētia: Exochus, eminēs. Heniochus, propriū viri. Hippolochus, proprium viri. Menochus, propriū viri. Orſilochus, viri propriū. ſic quicquid eſt à λόχος, id eſt inſidiæ. Ocha, id eſt aucha, hoc eſt anſer, teſte Tortellio. Ochus, Artoxerxis filius & pluriū nomen. Ocheſius, viri proprium. AEnochonum, fluuius Theſſaliæ. Parochus, qui vehicula præit apud Horatium. Trochilus, Callitheæ filius, qui poſt hominum memoriam primus quadrigam iunxit. ideo relatus in cælum, nomen habet aurigæ. pro hoc in Euſebio mendoſe legitur Arogilus. Ianus Parrhaſius in tertium Claudiani de raptu Proſerpinæ. Trochus, rota & puerorū turbo. Trochiſchus, parua rota aut turbo. Trochæus, pes. Terpſilochus, proprium viri. Xenodochus, vir nobilis in comitatu Alexandri. Plutarchus in Alexandro.

Ch poſt r, Arche, id eſt principiū: hinc Archemorꝰ, Comarchꝰ, Demarchus, Arabarches, Archigenes, Archelochus, Archilochus, Architas philoſophus. Arcadia omnino aſpiratione caret. Carcheſium, genus poculi, & ſumma naualis veli pars. Horchus ex vſu: nam Græci primo duntaxat loco aſpirāt. author Georgius Valla: licet antè cum Tortellio orcus omnino carere aſpiratione docuerit. Lurcho ex vſu, vt ſuprà diximus. Orchades, inſulæ. Orchomenus, oppidum Theſſaliæ. Orchanius proprium viri. Orchites, genus oliuarum. Orcheſtra, locus in theatro. Orchinus, teſte Cicerone: quod verbum apud Suetonium expoſitū inuenies. Sperchius, fluuius Theſſaliæ. Tarchon vel Tarcho, proprium viri. Tarchetius, Albanorum rex ſceleſtiſſimus, vt afferit Plutarchus in Romulo.

Ch poſt ſ, AEſchylus, poeta tragicus. AEſchines, orator. Anchiſæ, populi quidam. Dyſcholus. Luſches, locus apud Spartam in Lycurgo Plutarchi. Muſchus, animal. Oſcophoria, feſta quædam Athenienſium, ſic dicta à ferendis ramis. Nam oſchos, vel oſche oſches, ramus eſt. de his multa Plutarchus in Theſeo. Paſcha à Græco verbo πάσχομαι, id eſt patior, quòd eo tempore & hagnus & CHRISTVS paſſus fuerit. At Hebraicè phaſe dicitur, qui eſt tranſitus filiorum Iſrael ex AEgypto. Scheda. Schedia, vrbs. Schinus.

Ch poſt u, Bruchus, genus vermis. Daduchus, ſacerdotij nomē in Ariſtide Plutarchi. Eunuchꝰ, homo caſtratus. Lychnuchus ſtatim declarabitur. Nabuchodonoſor, rex. author Georgius Valla.

Ophiucus, aſtrum, id eſt, vt Columella vertit, anguifer. Proſeucha, oratio, quæ ad deum funditur: & mendicorum locus, vbi tranſeuntes ſtipem rogāt. Proſeucho, id eſt attendo, intendo, adhibeo. Sceptruchus, id eſt ſceptrifer: epitheton eſt regis apud Homerum.

Ch poſt y, Aſychis, rex AEgypti. Cychreus, vir, & ab eo dictus pagus iuxta Salaminem. hic Neptuni filius educauit Cereris draconem. de hoc compluſcula Ianus Parrhaſius in primū Claudiani de raptu Proſerpinæ. Entychides, proprium viri. Gyttheus, proprium viri. Hierycho, authore Georgio Valla. Leutychides, lychnices, lychnꝰ, aut lychnia lychniæ, lucerna. Lychnuchꝰ, vt notat Hermolaus in 54. Plinij caſtig. ſecundo vocatur lucernifer, hoc eſt quicquid lucernam ſuſtinet. Ellychniū, eſt funiculus papyraceus aut ſparteus cannabinúſve, aut ſtuppeus, qui ſtans in oleo peruritur, quem & thryallida & phlomon quoque Græci appellant. Lampas eſt quod ardet, non quod accenſum continet, vt ex Raphaele Regio notauit Bebelius. Monychus. Munychia, Athenarum arx: & Munychia, feſta Palladis, vt Pollux refert. inde Munychij, portus Athenarum. Vnde Ouidius,

Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis,
Munychióſque volans agros,gratámque Mineruæ
Deſpiciebat humum.Vaniſſimum eſt,teſte Merula,in illud Iuuenalis, Quantas iaculetur Monychus ornos.Quod quidam ait Monychum interfectum à Theſeo,portui Athenienſi nomen dediſſe Tycha,nympha.

PH ASPIRATVM.

Vbicunque in peregrinis,hoc eſt Græcis,f noſtrum ſono repræſentatur,ſcribimus ph,exceptis paucis antè notatis,quæ Græcam habent originem,& per f tantum noſtrum ſcribuntur.Itaque omnia per ph ſcribenda exequi foret prolixiſſimum,& pene impoſſibile.Ideo pauxillula annotaſſe ſat fuerit.

PH IN DICTIONIS PRINCIPIO.

Phaetuſa,ſolis filia. Phaleræ. Phalanx,id eſt legio. Phanũ,ſacra ædes: hinc phanaticus,prophanus,& verbum prophano. Pharetra. Pharao.Pharnax. Pharmacum,venenũ & vnguẽtum. Pharmacopola,pharmaci venditor. Phariſſæus.Pharſalus. Pharſalia. Phaſis phaſidis,Calchorũ fluuius: vnde Medæa dicitur Phaſias Phaſiados. Phæax,Corcyræ populus olim ſub Alcinoi regis ditione. Phædra,Minois filia.Phædria,adoleſcens. Sphæra,quã multi,detracta aſpiratione,ſpærã dicunt,Latine globus interpretatur. Pherſephone,Proſerpina:in Græcis enim nominibus p in phi,à Latinis plerunque vertitur,& ediuerſo. Pheretrũ,capulus,quòd corpus capiat.Capularis ſenex apud Plautum,id eſt vicinus capulo. Phiala cum i noſtro, vas quodlibet menſarium. author Iulius Pollux de vocabulis rerum ad Commodũ imperatorem. Philomela. Philtra,amatoria. Philoctetes,proprium viri, interpretatur amoris poſſeſſor. Philogathus,benignus. Philema,oſculũ,&c.à philos. Sphinx,monſtrũ. Phlegra,locus.vnde Phlegreus,ea,um. Phlegma,pituita. Phlebotomo,venas incido,à phlebs aut phleps,id eſt vena.Phlebotomia,venæ inciſio.Tomo cum t exili,id eſt incido:ſic per h aut p dicimus obſouium vel opſonium. Phoca,animal marinũ. Phocis phocidis,Græciæ regiuncula. Phoce Phoces,vrbs Bœotiæ. Phocea,vrbs minoris Phrygiæ. Phorbas Phorbantis,Phormus,Phormio, propria virorum. Phœbus,ſol.Phœbe,luna. Phœnix, proprium viri, & populi, & auis. Phœnicia, regio. Phreneſis,mentis deturbatio.Phreneticus. Phryx,vir & populus.Phrygia,regio: vnde Phryx & Phrygius. Phrynicus, poeta tragicus. Phunebris,id eſt cædicus. à phonos,id eſt cædes aut mors. hinc phunebre bellum apud Horatium. Phyton,ſerpens. Phytion,pretium,quod pro re locata accipimus:vnde emphyteoſis.ſic Georgius Valla. Phyton,id eſt planta.Phthyſis.Phthongos.

PH IN MEDIIS.

Aphrodiſia,Veneris feſta.Aphrica.Apher.Aphareus,proprium viri. Aphæreſis. Aphthonius antè th,proprium viri. Cataphrattus,miles armatus apud Propertium. Colaphus,alapa. Epitaphium à taphos,id eſt ſepulchrum. Laphitæ,populi. Scapha,ſcaphiũ. Seraphis vel ſerapis. Ecphoneſis, figura,id eſt exclamatio. Ecphonema,idem. Cephiſus, fluuius Bœotiæ. Cacephatou, mala locutio, vel cacophaton. Ephiredium,genus vehiculi. Ephippiũ.Ephebus.Ephemerides,id eſt diaria. Ephyra,Corinthus. AEphæſtion,viri proprium,cũ æ in prima & ſecunda. Mephitis,terræ putor. Nephreſis,renum paſſio.Nephri ſunt renes. Deiphobus,propriũ viri. Deiphile,authore Georgio Valla. Enipheus cum eu diphthongo,proprium viri,vt aſſerit Tortellius. Hypſiphile,authore Georgio Valla. Ephigenia quæ & Ephia naſſa dicitur. Riphæi,mõtes. Seriphum,ſeriphos. Sariphi. Alpheus,Arcadiæ fluuius. Alphæus, viri proprium. Delphos,delphi, delphin. Amphiſa cum i noſtro,vrbs Phocidos. Amphryſos cum y Græco,Theſſaliæ fluuius. Amphitruo. Amphictiones,apud quos fuit publicum Græciæ conſilium: ſic omnia ab amphi præpoſitione. Rhomphæa,teli genus. Triũphus. Memphis,vrbs. Arctophylax,Bootes. Cophinus,id eſt corbis. Geolophus,terræ tumulus. Hermaphroditus. Ophthalmos,oculus. Ophis,ſerpẽs.Ophiuchus,ſerpentarius. Propheta. Trophæum.Sappho,author Georgius Valla. Orphanus.Orpheus. Porphyrius. Aſphodelus, herba,authore Georgio Valla. Blaſphemia.Hyphen,author Georgius Valla.

R ASPIRATVM TRES HABET REGVLAS.

PRima regula,R in Græcis ſolũ aut è Græcis oriundis aſpiratur:ideo nõ aſpiratur authore Georgio Valla Sarra & Sarranũ,quia Phœnicia ſunt:nec reda,quia Gallicũ eſt.author Quintilianus.

Secunda regula eſt,Græca in primo r ſemper aſpiratum habent.vt Rhodanus & Rhenus, vt ait AEneas Syluius:quia Germani & Galli olim Græcis literis vtebantur. vnde hæc originem Græcam habuiſſe creduntur. Rhenus quidem è ῥέω,id eſt fluo. Rhodanus vero à Rhoda,iuxta Rhodanum vrbẽ,à Rhodiorum colonis,vt aſſerit Lactantius in tertio ad Probum volumine. Rhingo è Græco habet originem,ſed Latinum pene factum videtur:ideo aſpiremus,an non,parum refert. author Georgius Valla. Rhoma Rhomanus ſunt qui aſpirant, quia ex Græco ῥώμη, id eſt robur deducunt, quòd Rhoma olim Valentia vocabatur.author Solinus & Hieronymus. Varro autem,Macrobius & Liuius, à Romulo Romam dictam eſſe teſtantur.Itaque aſpiratione carebit. id potius tenendum eſt,authore Tortellio. Remus autem & Romulus à rumine,id eſt mamma dicti ſunt,ideo aſpirationem omnino reſpuunt. de his multa leges apud Plutarchum in Romulo. Aſpirantur plurima, Rhamnetes,propriũ viri. Rhaphanũ. Rhamnuſis vel Rhamnuſia,id eſt Nemeſis & Fortuna,& indignationis dea,quæ

ſuperbos vlciſcitur. Rhadamāthus. Rhœbus,equi nomē apud Virgiliū. Rhegium,oppidū.vnde Rhegienſes:& alterum,vnde Rheginus. Rhetor, rhetorica. Rheſus,rex Thraciæ,& fluuij nomen. Rhebanus,fluuius. Rhea,vxor Saturni. Rheū,eruptio vel fluor. Rhinoceros,animal in naſo cornutum, in elephantem præliatur.ῥὶν, id eſt naſus: κέρας,id eſt cornu. Rhintalcus, proprium viri. Rhiphæi,Rhodope,Rhodos,Rhomphæa.

Tertia regula,R in medio geminum aſpirationem ſecundo adijcit perpetuo,vt Cherrhonneſus,Pyrrhus,Pyrrha, Tyrrhenus,&c.In fine nunquam aſpiratur.

TH ASPIRATVM IN PRIMO ANTE LITERAS PER ORDINEM.

TH ante a,Thalia,vna muſarū. Thalea,Pinarij vxor regnante Tarquinio Superbo,prima aduerſus Gitaniam eius ſocrum iurgiū fecit.Plutarchus in Numa. Thales, Thalis vel Thaletis,philoſophi nomen. Thalamus,geniale cubiculum:vnde epithalamium:eſt etiam mons Thuriæ, vt oſtendit Ianus Parrhaſius in primo Claudiani. Thalaſſius, viri nomen. Thamiris, propriū mulieris. Thalpius,proprium viri. Thaleſtris, Amazonum regina, quæ Alexandri Magni petijt concubitum,vt aſſerit Q. Curtius in quint. Thanatos,mors:Athanatos,immortalis. Thargelia,præclara mulier in Pericle Plutarchi. Thara, Parthorum vicus. Thaſos,Cycladum vna: hinc Thaſij, populi. Thaumas Thaumantis,proprium viri,au dipthongon habet,vt Tautologia:ſed hoc aſpiratione caret. Thaumantias vel Thaumantis,id eſt iris:à θαῦμα,id eſt miraculum vel admirabile.

Th ante e,Thebe. Theca,id eſt repoſitoriū. Thecla,Theclamenes,propria virorū. Themis,dea, interpretatur apud nos fas. Themillas,Themiſtocles,& à Themis cætera. Thema:vnde epithema.

Thenſa,vehiculum. Theos,id eſt deus. Theoreſis,contemplatio,& cætera à theoro. Thera,vrbs & mulier & inſula. Theridamas,&c. à ther,theros,id eſt fera. Thero,id eſt calefacio:vnde Thermopyle & thermæ. Thermodoon,fluuius. Therſander. Thero,proprium viri. Therſilochus. Therſites. Theſis,hinc hypotheſis. Theſeus dicitur à theſis,id eſt ſignorū ad cognitionem filij depoſitio:aut à theſis id eſt adoptio. author Plutarchus in vita Theſei.ergo Theſeus contra primitiui naturam producitur.

Theſſalia,Theſſalonica. Theſtylis,proprium mulieris. Theſmophoria,ſacra Cereris, Theſpiæ, populi Græciæ. Theſtor,pater Calchantis. Thetis,mater Achillis. Theta,litera Græca.

Th ante i,Thiadamas,viri proprium. Thioneus cum eu diphthongo,id eſt Bacchus:vnde Thiaſus Tortellius cum y Græco ſcribit.Georgius Valla cum i noſtro,Thias antis,Cynatæ pater:vnde Oppianus ab auo paterno Myrrham Thiantida vocauit.alter fuit Cynaras, Agriopæ filius,tegularum inuentor,authore Plinio. Hæc Ianus Parrhaſius in ſecundum de raptu Proſerpinæ,ex Lycophrone,quantum ad patrem Cynaræ.

Th ante o,Thoas Thoātis,proprium viri. Tholus vel hoc tholum,locus in medio templi,in quo primitiæ aut exubiæ deuotæ figebantur. Thomas,Thon thonos,Thoon,propria virorum. Thoota, proprium mulieris. Thous,proprium viri,& canis apud Ouidium Metamorp. tertio interpretatur velox & impetuoſus: tametſi Thos forſitan rectius legeretur.Sūt enim Thoes,vt ſcribit Plinius,luporum genus procerius longitudine,breuitate crurum diſſimile,velox ſaltu,venatu viuens,innocuum homini,habitum non colorem mutat,per hyemes hirti,æſtate nudi. Thorax,Thorus.

Th ante r,Thraſo,& quicquid eſt à thraſos,id eſt temeritas & ferocia:vt Thraſileon,latronis nomē in quarto Apuleij. Thraſus. Thraſyllus,propriū viri,interpretatur temerari9,audax. Thraſybul9, Thraſymedes,Thracia. Thrax vel Thrix vel Threix:hinc fœmina Threſſa, Thraiſſa,vel Threiſſa: & denominatiua Thracius,Thraicius,Threicius. Thryoeſſa,vrbs abſque diphthōgo. Thryis,fluuius.

Threnos,lamentum. Thronus,id eſt ſedes. Thrinacus,Neptuni filius,qui Thrinaciæ nomē dedit Sibylla,in mentione Siciliæ,interprete Iano Parrhaſio, -quam condidit heros Thrinacus, æquorei regis Neptunia proles.de hoc plura Ianus in primum de raptu Proſerpinæ.

Th ante u,Thule,inſula.thus vt complures dixere,quibus refragatur Seruius in illud primi Georgicon,India mittit ebur molles ſua thura Sabæi. Tus,inquit,ſine aſpiratione dicimus:nam antiqui dicebant thus,ἀπὸ τοῦ θύω quod diſplicuit. Tura enim à tundendo dici volunt,id eſt à glebis tuſis,cū quibus dicitur fluens ex arboribus. Tus certe,vt Ianus Parrhaſius in ſecundum de raptu Proſerpinæ notauit,à tūdendo ſine aſpiratione dicendū Soſipater autumat,& ſi Iulius Modeſtus,ἀπὸ τοῦ θύειν tractū ſentiat.hic eſt ille Iulius Modeſtus,de quo Martialis,Quæ vix intelligat ipſe Modeſtus. Et Quintilianus in primo,Nec enim cedit Modeſtus iuuentione coaleſcere. Sic Teutonus aſpiratione omnino caret. Thuſcia,regio. Thuſcus,eius incola. Thucydides,hiſtoricus. Thunnus,aut thynnus gemino n,piſcis. Thurion,ciuitas. Thurinus,piſcis.

Th ante y,Thyais Thyaidis,ſacrificula Bacchi. Thyaſus,Bacchi chorea. Thyella,vna Harpyiarū. Thymele Thymeles,propriū mulieris,& ars hiſtrionica. Thymelicus,hiſtrio & poeta lyricus muſicúſque. Thyeſtes,Thymber,Thynus,propria virorū. Thynnus,piſcis. Thymbra,herba. Thymbræus,Apollo. Thymus vel thymum,herba. Thyrſis,paſtor. Thyrſus,haſta pampinis inuoluta, vnde Bacchum Thyrſigerum dicimus. Thyſbe,mulier & vrbs.

TH ASPIRATVM POST LITERAS IN MEDIIS PER ORDINEM LITERARVM

Th poſt a,Athenæ. Athos,mons. Amathus Amathuntis,inſula. Agathyrſi,populi. Athle-

ta,pugil. Athenodorus,marmorarius ſculptor eximius,ab Athena,id eſt Minerua. Athemon,proprium viri. Atheos,deos negans,ab a priuatiua particula. Alcathus cum accentu in ſecunda, authore Tortellio. Amathunta,mulieris proprium. Athamas,Athanaſius,propria virorũ. Athanatos,immortalis. Atheſis,fluuius Galliæ Ciſalpinæ. Athrys,fluuij nomen. Athocari,populi. Athiſo Athiſonis,fluuius in Mario Plutarchi. Barathrum,locus præceps pro tartaro ponitur:nam barathrum Græci vocant,quoquouerſum præcipitem locum,vnde emergi non poſſit, inſtar eius in quẽ rerum capitalium condemnatos Athenienſes olim deturbabant:inde barathrũ pro pernicie Demoſthenes vſurpauit.Hammonius ait,Barathrus & barathrum diſtant:hoc genere enim maſculino ſignat eũ qui digna carcere patrauit:neutro,locum in quẽ noxij conijciebantur,vt apud Lacedæmonios in hiatum quem Neala appellabant. Hæc Ianus Parrhaſius in 1.de raptu Proſerpinæ. Bathania à βάθυ, cum y Græco,id eſt altum.hinc bathanus. Cathedra,Cathegoricus,Catharina,Catholicus,Cyathus.

Calathus,id eſt qualus aut fiſcella. Crathis,fluuius Achiuorum & Calabriæ. Cathena nonnulli addunt non arte quidem,ſed vſu aſpirationem:vbi autem ars locum non habet,licet tollere aſpirationem:vt Catena,corona,pulcer,ſepulcrum,orcus: quod,authore Tortellio,nullam habet aſpirationem: fluuius eſt inferorum:ab orcos,id eſt iuramentum:quia per ipſum dij, hoc eſt per Stygem paludem,à qua profluit,iurabant: nec peierare licebat. Cathartica, id eſt purgatoria: à καθαίρω,id eſt purgo.

Emathia. Euſtathius,propriũ viri,author Tortellius. Galathea. Lapathes,genus herbæ,ex qua cibus quidam conficitur. Lapathes ſimiliter dictus,& eſt tertiæ declinationis, lapathos. Marathon, vrbs Atticæ,& qui huic vrbi populóque nomẽ dedit,Heros,qui ſe ſponte ex quodam oraculo pro exercitu immolandum dedit.author Plutarchus in Theſeo.hinc Marathonius,Marathrõ vel marathrũ, id eſt fœniculum. Mathema,matheſis,mathematica,matho, mathones, authore Cicerone. Nabatheus à Nabath,Iſmaelis filio. Panathenæa,Mineruæ feſtum,omnibus Atticis communis celebritas à Theſeo inſtituta.author Plutarchus in Theſeo. Promathion,Italicarum rerum ſcriptor.cuius meminit Plutarchus in ſecundo. Stathius,proprium viri,author Tortellius. Stather,ponderis genus, author Tortellius. Stathera,inſtrumentũ quo res ponderatur,author Tortellius. Stathaces,AEgypti prætor,Darij exercitus præfectus in tertio Q.Curtij:in quarto autem eſt ſtataces. Spatha,author Tortellius,id eſt enſis. videatur Beroaldus in primo Apuleij,quia multa affert de ſpatha,& diminutiuo eius ſpathalio in nonum Apuleij per th ſcribi ſpatha. Siſathia, æris alieni remiſſio,interpretatur oneris leuatio. Tathas,id eſt pater, vt Suidas exponit.

Th poſt c,Ecthlipſis.

Th poſt ch,Chthonius,Erichthonius,Erichtheus. Ichthys.Ichthyophagi,populi qui piſcibꝰ victitant. Ichthys,id eſt piſcis. Phago,id eſt comedo.vnde anthropophagi,qui humana carne veſcuntur: quia anthropos,media longa,cum aſpiratione dicitur homo. T quoque eadē habent,Antonomaſia, artos,beta,cataracta,catarrhus,Artemis,id eſt Diana.

Th poſt e,Alethes,proprium viri. Amethyſus ſine t in vltima,authore Neſtore contra Tortelliũ. Nam cõponitur ex a priuatiua:& methyſos,id eſt ebrius,lapis eſt contra ebrietatem valẽs. Arethuſa, nympha. Arethous,pater Meneſthij. Bethis,Hiſpaniæ fluuius:vnde Bethica,regio. Bethſaida,vrbs Syriæ. Cethegus,authore Tullio. Crethon,proprium viri. Epimetheus cum eu diphthõgo. Ethemon,proprium viri. Ethnicus,gentilis & alienus à noſtra fide. Genethlios,id eſt natalis: Genethliacus,natalicius. Lethum,id eſt mors:à λήθη,id eſt obliuione,vt ait Varro. vnde Lethargus,obliuionem inferens. Morbus lethæus,obliuioſus. Lethæa,proprium mulieris. At Priſcianus letum,id eſt mors,non aſpirat:quia à leo verbo deducit,id eſt deleo,quòd mors omnia deleat. Libethra,mons in Magneſia,& eiuſdem nominis fons,qui à nonnullis ſingulari nomine Libethreus dicitur,iuxta quẽ Muſæ coluntur,teſte Seruio.hinc Libethrides,Muſæ dicuntur. Methymnia, oppidum. Methone, vrbs. Methodus. Metheõ,aſtrologus in Alcibiade Plutarchi. OEtha,mons Theſſaliæ. Phaeton, Peparethos. Phlegethon. Prometheus cum eu diphthongo,proprium viri. Semethus, Siciliæ fluuius. Tethis,vxor Oceani. Zethis,filius Boreæ. Zethus,filius Iouis.

Th poſt æ diphthongum,αἴθαλω,id eſt vro:vnde æther,æthra,æthiopia,&c. in diphthongis declarata. AEtna tamẽ ſine aſpiratione ſcribitur. Cinæthon,authore Georgio Valla.Cinætha. Diæthus hiſtoricus,authore Georgio Valla.

Th poſt i,Arithmos,id eſt numerus:hinc Arithmetica,de numeris ſcientia:nec dicitur ab ares,id eſt virtus,vt indocti ſomniant. Ares nanque,areos,Mars eſt,non virtus quæ arete dicitur. Algorithmus, authore Bebelio,non algoriſmus. Aſpithines,propriũ viri. Bithynia,regio:Bithynus,incola. Bithynicus,propriũ viri. Carithas,vna ex Cicladibus. Cithera. Citherõ,vnus ex iugis Parnaſſi Bœotiæ mõtis. Critheis,mater Homeri. Dithyrambus,genus verſuum & Bacchus. Euryſitheus,proprium viri. Epithimius,Theſſalus in Pericle Plutarchi. Ithaca,inſula:vnde Vlyſſes Ithacus dicitur.

Ithome,Ithomes. Ithyreus,Lapithæ populi. Lithos,id eſt lapis. Mithridates. Mithremes,Alexandri miles in tertia Q. Curtij. Nauſitheus,proprium viri. Orithos,vrbs Epiri. Orithyia,mulieris nomen. Paſithea. Peritheus vel Pirithous. Pitho,nympha. Pithodorus. Syſimithes,Neuroæ regionis præfectus. huic prima mater cõiunx fuit,ex qua duos filios habuit,quippe illic parentibus fas

eſt cum liberis ſtupro coire. Q. Curtius author. Sithonia, regio. Spithridates, regis Perſarum præfectus in Alexandro Plutarchi. Tithonus, Priami frater. Tithraſiæ, virgines quæ gorgones dictæ à fluuio Libyæ Tithraſo.

Th poſt l, Althea, mater Meleagri. Amalthea, capra quæ Iouem aluit infantem. Baltha, nympha in Solone Plutarchi. Milthas, vates in Dione Plutarchi. Talthybius, præco Agamemnonis.

Th poſt n, Abſynthium, herbæ genus. Acanthis, auis. Acanthus. Amaranthus, genus floris. Aracynthus. Anthypophora. Anthores, proprium viri. Anthedon, Bœotiorum vrbs. Anthylla vrbs AEgypti. Antho, Annilij Albanorum regis filia. Antheus, flatili t, Anthenoris, filius quem Paris amauit, & imprudens occidit, vnde ad declinandam cædis inuidiam ſpartam, fugit ad Menelaum: quod apud Lycophronem legimus: inde nomen Virgilius in AEneide tranſtulit. Anteus alter ſine aſpiratione, Neptuni filius ex terra ſuſceptus, ſexaginta cubitis adoleuit, quem Hercules interfecit. Hęc & plura Ianus Parrhaſius in præfationem 2. de raptu Proſerpinæ,

Non cadere Anteo, non creſcere profuit hydræ,

Non ceruā volucres eripuere pedes. Arganthonius, Tarteſſiorū tyrannus. Antonius non aſpiratur. Berecynthus, mōs Deli: ſed ſine aſpiratione ſcribitur mons & oppidū Phrygiæ. Et Berecynthia, deûm mater ab hoc monte ſic dicta: vtrunque ſcribitur cū y Græco. Cantharis vel canthanda, genus vermis. Cantharus, genus vaſis. Cerinthus, oppidum Eubœæ. Cærinthe cærinthes, herbæ nomen. Corinthus, vrbs Achaiæ: vnde Corinthi⁹ & Corinthiacus & Corinthiēſis. Cynthius, Apollo. Dryantheus, Lycurgi pater, vnde ipſe dicitur Dryanthides. Erymanthus, mōs. Euthymenia. Hyacinthus, Amyclæ filius vnde vocatur Amyclides. Ouidius, Te quoque Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus. Sic Chorœbus. Mygdonides dicitur à Mygdone patre, nō à Mygdonia regione. Ianus in 2. de raptu. Ianthinus tetraſyllabū, violaceus. ab ion, id eſt viola, authore in 1. Perſij Britānico. Iantha, nympha. Labyrinthus, ædificium inflexū. Mentha, herba. Olinthus. Oxanthres, Perſa nobilis in Artoxerxe Plutarchi. Panthus, Troianus Phœbi ſacerdos. Pentheus, Agaues filius. Panther aut pāthera. Perinthus, vrbs: alio nomine Heraclea. Perinthij, populi circa Helleſpontum. Rhadamanthus. Saguntus à Zacintho deductum: nam è Græcia, teſte Hieronymo & Lactātio, colonia in Hiſpaniam veniens, Saguntum conſtruxit, quam à Zacintho nominauerūt. Romani autem poſtea, teſte Priſciano, verbum inuerterūt. Smintheus, Apollo. Thenthyra. Terebinthus. Tiiynthia. Xanthus, Xanthippe, Xanthi. Zacinthos. Zicanthæi, populi.

Th poſt o, Alcothoe, Leucothoe, Cymothoe, & cætera à thoos. Biothanatus, violenter mortuus. Nam bia cū i Latino, dicitur violentia: & thanatos, mors. Clotho. Cothurnus. Chryſothenus. Idolothytus, id eſt idolo immolatus. Nothus, illegitime natus. Notus, ventus, aſpirationē neſcit. Otho, authore Cicerone, viri nomen eſt. Othrys, mons Theſſaliæ. Tortellius putat Othrix dicendum eſſe. Protheus, viri nomen. Prothenor, proprium viri.

Th poſt ph, Aphthonius, viri nomen. Iphthime, Icari filia. Naphtha declaratur in Alexandro Plutarchi. Ophthalmos, id eſt oculus. Phthia, vnde phthius Achilles. Phthiſis, pulmonis exulceratio, dici poteſt tabes vel corruptio. à φθίνω, id eſt corrūpo, & hoc cum i Latino: at cum y Græco eodem modo aſpiratū, phthyſis dicitur ſpuitio: à φθύζω verbo Dorico, id eſt ſpuo: & in eadē ſignificatione cū y Græco ſine aſpiratione, ptyſis, à πτύω, communis linguæ verbo, id eſt ſpuo. Nunquā autem ſine p ſcribitur tyſis. author horum eſt Neſtor. Phthongus, id eſt ſonus vocalis, hinc diphthongus.

Th poſt r, Bartholomæus, author Georgius Valla. Carthæa. Charta, vrbs. Martha. Parthaon, viri proprium. Parthia, regio: vnde Parthus. Parthenos, id eſt virgo: vnde Parthenope, oppidum. Parthenopæus, viri nomen. Parthenius, fluuius & mons Arcadiæ. Pertha, canis Alexandri Magni, & vrbs in honorem eius canis ædificata, vt dixit in Alexandro Plutarchus.

Th poſt ſ, AEgiſthus, Thieſtis filius. Bumaſthos, vua magna. AEgeſtha. Iſthmos, vnde iſthmia certamina, à Theſeo inſtituta in honorem Neptuni & Melicertæ, necnon Scironis aut Scinidis. de qua re videatur Plutarchus in Theſeo, ſiquis rem perfectius noſſe velit. Sthenos, robur: vnde Stratoſthenes, Aglaoſthenes, Pliſthenes, &c. Meneſtheus, vir: dicitur etiā Mneſtheus. Meneſtho, nympha. Teſtha, Dionyſi ſoror, in Dione Plutarchi, & Polyxeni vxor.

Th poſt t, Matthæus, Matthias. Pittheus, AEthræ pater. Pittheas, proprium viri.

Th poſt u, Euthimedon cum eu diphthongo. Author Ianus Parrhaſius in ſecundum de raptu ſic ait, Soſipater ait, Auctor ab augeo verbale, fœmininum facit auctrix. Quum vero ad authoritatem refertur, pro communi accipiendum eſt. ex ijs Chariſij verbis eſt ſcire, etiam quum teſtimonium cuiuſquā citamus, & dicimus: Author eſt (verbi gratia) Cicero per c contra quorundam ſententiam ſcribi oportere. Hæc ille multis verbis oſtēdens, authoritatem non eſſe tātum qui facit, ſed principem, & qui primus ſuadet, vt aliquid fiat: multáque fieri poſſunt ab aliquo, alio tamen authore qui nihil agat. Inde illud apud Liuium frequenter, Patres fiant authores. id eſt vt perinde accipiant, acſi ipſi iuſſiſſent. Sic Apollo dicitur Ilij author, quia eius iuſſu & oraculo illud Ilus condidit. Virgilius in tertio Georgicon,

Aſſaraci proles, demiſſáque ab Ioue gentis

Nomina, Tróſque parens, & Troiæ Cynthius author. Eteuthalion, proprium viri, cū eu diphthongo.

Luthum,color ſanguini ſimilis.à λύθρον cum y Græco,id eſt ſanguinolenta:hinc lutheus & lutheolus,id eſt ſanguineus,rubeus. Piſſuthnes,vir Perſa in Pericle Plutarchi. Struthius, auis grandis & corpore grauis:quare volando currit,creſcítque in Aphrica. Teuthras,vnde Teuthrania,Aſiæ regio, cum eu diphthongo. Teuthranides,proprium viri,cum eu diphthongo. Zuthus,AEoli filius.

Th poſt y,Acolythus, miniſtrans.à Græco verbo acolytheo,id eſt ſequor,quia is eſt qui cæreos deportat,quando euangelium legendum eſt.vt diſtinct.22, Acolythus accipiat cæroferarium cum cæreo. Eſt autem cæroferarium,inſtrumentum quo cæreus fixus continetur. Amythaon,pater Melampodis: hinc Melampus Amythaonius. Cercopythecus,ſimia caudata. Cythera cytherorum, inſula & vrbs: vnde Venus dicitur Cytheræa. Corythus,authore Neſtore contra Tortellium,qui cum i noſtro ſcribendum putat,eſt Hetruriæ vrbs. Erythra,rex.Erythrus,rex:vnde Erythreum,mare rubrũ. Erytheus, propriũ viri. Erythales,vrbs. Erythinus,vrbis & viri propriũ. Lecythus. Pytheruſa. Pytherinus. Python vel Phiton,ſerpens ab Apolline interemptus: vnde Pythius,a,um. Pythagoras. Rhythmus,numerus. Scython. Zythus,genus potionis ex hordeo. Aſpiratio in fine poſt conſonantes in barbaris tamen cernitur,vt Amalech,Ioſeph,Loth,Heliſabeth.

Y GRAECVM.

Y Græcum quod ypſilõ dicitur,id eſt tenue,in Græcis tantum ſcribitur:aut ex eis quæ deducuntur,nec in omnibus tamẽ,nec vndique:ſed in eadem ſæpe dictione ypſilon & iota,hoc eſt i Latinum ſcribitur,aut ita in i verſum:ideo in primis neceſſaria eſt huius rei cognitio,vt kyrie eleiſon, oratio in prima duntaxat ſyllaba y Græcum poſſidet,id eſt Domine miſerere.Ex kyrie vocatiuo,à kyrios,id eſt domin⁹:& ex imperatiuo eleiſon,id eſt miſerere:cuius indicatiuus eſt eleo,id eſt miſereor. Eſt autem hæc oratio,heptaſyllaba ab imperitis multum corrupta,vt recte Tortellius.Mutatur autem hæc litera perſæpe in u,vt muræna,cupreſſus,lachruma,mus,ſus,marſupium,&c.pro myræna,cypreſſus,&c. Cuminum,Phucus color quidam purpureus,quo oculorum inferiores palpebras depingentes,decorem gratiſſimum contrahere ſolent.Phucus etiã animal eſt,quaſi phagus:à phago id eſt comedo,quia apum labores depaſcit.

Y GRAECVM IN PRIMO ASPIRATVM SINE CONSONANTE.

Y dictionis initium ſine aſpiratione nunquam poſſidet contra Papiam Catholicon,& cæteros id genus barbariei aſſertores.Collegi igitur ſine abecedaria dictione aliquot,ypſilon in primo habentes.

Hy ante a,Hyades,ſtellæ,quæ à Latinis ſuculæ dicuntur:ab hyo,id eſt pluo.Hyas hyæ,filius Atlantis. Hyacinthus,lapis,puer,herba,authore Georgio Valla. Cæterum Neſtor aſſerit pro hac ſcriptura nullam ſe deriuationem inueniſſe:ideo ipſe ſcribit hiacynthus cum i Latino in prima ſyllaba aſpirato, ſequente c exili,cũ y Græco in tertia ſyllaba,& th aſpirato in vltima: ab hia,dolentis particula:& cynthus,quaſi cynthij Apollinis querela, quam quidem de amato puero fecit,quum illum agente Borea interemit,& in ſui nominis florem conuerſus fuit.Sunt qui ſcribãt iacynthus ab ion,id eſt viola,quaſi viola cynthij Apollinis:tanta eſt grammaticorum inter ſe contentio.Vtcũque verò ſcribatur,tetraſyllabum eſt. Hyalos,id eſt vitrum:vnde Hyalinus color,Hyalina veſtis. Hyalurgus, vitrearius. Virg.

-mileſia vellera nymphæ
Carpebãt hyali ſaturo fucata colore.

Hoc eſt vitri,qui color naturaliter viridis eſt.Fit autem hyalurgus, ab hyalos & ergon,id eſt opus:vnde etiam ergaſtulum,taberna vel officina.Ergaſtulus,operarius. Ergaſtulia,mulier operaria. Hyæna,animal quadrupes.

Hy ante b,Hybla,pars Atticæ:inde hyblæus,a,um.Hybla,trium vrbium Siciliæ nomen:ab hyblo vel hyblone rege dictæ,vt è Græcis authoribus oſtendit Ianus Parrhaſius in ſecũdum Claudiani de raptu Proſerpinæ.Hybernus ſi hyems cum y Græco ſcribatur. Hybris hybridis,vnde nomen primæ hybrida pro cane ex imparibus parentibus nato,vt ex venatico & gregario:vnde Horatius metaphoricõs dixit hybrida,de Perſio,ſcilicet ex patre Græco,matre Romana.

Hy ante d,Hydaſpes,fluuius Indiæ,à Virgilio Medus dicitur,authore Probo: nõ quòd Mediæ ſit, ſed quia Medi,duce Alexãdro,per eum fluuiũ Indiã ſubegerunt. Hydames,propriũ viri. Hydor,id eſt aqua:vnde hydria,vas aquariũ.Hydrus & hydra,ſerpentes. Hydropiſis,aqua intercus: Hydrops,idem: Hydropicus,eo morbo affectus. At hidros,id eſt ſudor,i noſtrum habet,vt hidrargyrõ,ſudor argenti.

Hy ante e,Hyella,OEnotriæ vrbs.Hyems ab hyo,id eſt pluo,author Tortellius: licet Priſcianus ab imbre deducat.Varro ab hiatu,ſecundum quos cum i Latino ſcriberetur.

Hy ante l,Hyle,materia & ſylua.vnde Cicero,Omnis hubertas & quaſi ſylua dicendi. Hylæa,vrbs Scythiæ. Hylæus vir & canis interpretatur ſylueſter.Hylas,canis apud Virgilium.Hylas,puer Herculis & alterius viri nomen apud Trãquillum. Hyllus,proprium viri.

Hy ante m,Hymen & hymenæus,deus & carmen nuptiarum.eſt etiam hymen,pellicula qua infans in vtero circunuoluitur. Hymenæus,Apollinis & Calliopes filius Orphei frater, authore Aſclepiade. Catullus ex Vrania genitum ait,

Collis ô Heliconij
Cultor Vraniæ genus,
Qui rapis teneram ad virum
Virginem ô Hymenæe hymen.

Nonnulli Veneris filiũ ſuſpicantur,quia Capella ait,O hymenæe decẽs

Veneris qui maxima cura es. At errant: neque enim Capella curam vt in Aſcanio Virgilius accepit, ſed vt in elegia apud Ouidium, Sum leuis, & mecum leuis eſt mea cura cupido. Quippe hymenæus perpetuus Veneri comes hæret, vt alibi Claudianus oſtendit, Hunc muſa genitũ legit cytherea, ducémque Præfecit thalamis. ſed & Capella muſa genitum ſcribit, ita dicens,

Tu quem pſallentem thalamis, quem matre camœna
Progenitum perhibent. Et infra,
Seu tibi quòd Bacchus pater eſt, placuiſſe choreas
Cantare ad thalamos, ſeu genitricis, &c.

Hymenæus primitiali nuptiarum die aut nocte collapſa domo extinctus eſt, qui AEſculapij beneficio reuixit: ideóque AEſculapiũ à Ioue fulminatum Orpheus ſcripſit. Hæc Ianus Parrhaſius in ſecundum Claudiani de raptu Proſerpinæ. Hyme hymes, propriũ viri.

Hymelle Hymelles, vel Hymella, fluuiꝰ. Hymera, fluuius. Hymnus, carmẽ. Hymettꝰ, mõs Atticæ.

Hy ante p, Hyper, id eſt ſuper. hinc hyperbole, hyperbaton. hypo, id eſt ſub, vt hypocrita, hyperion, id eſt ſol, patérque ſolis & lunæ. Hypſiphyle, propriũ mulieris. Hypanis, fluuius. Hyperides, propriũ viri. Hypacaris, fluuius. Hyperiochus, Hypenor, Hypſenor, propria virorũ. Hypnus, id eſt ſomnus.

Hy ante r, Hyrcania, regio. Hyrie hyries, fluuius. Hyrtacus, propriũ viri, vnde Hyrtacides. Hyrgis, fluuius. Hyrinos pro ſyrinos. Hyrus, proprium viri. Hyrieus, Neptuni filius ex Halcyone Atlantis filia, pater Orionis.

Hy ante ſ, Hyſteron, id eſt vltimũ, vnde hyſterologia, præpoſterus ſermo, & hyſteron proteron. Hiſtoria, cum i Latino. Hyſtrix, animal. Hyſopum vel hyſopus, herba.

Hy ante u, Hyuſquiannis.

Y GRAECVM POST LITERAS.

Y poſt a, Apaytæ, populi Aſiæ. Cayſter, fluuius, author Georgius Valla. Taygetus, mons Laconiæ. Taygete, filia Agenoris & vna Pleiadum.

Y poſt b, Abyſſus, profunditas immenſa. Abydos vel abydus, vnde Abydenus. Aſbytæ, populi quidam. Babylon, Babyca, pars Cnationis fluuij teſte Ariſtotele, vt ait Plutarchus in Lycurgo. Byzer, populi nomen. Byblios, id eſt liber, author Georgius Valla. licet Tortellius cũ i noſtro duntaxat ſcribendũ credat. hinc Bybliotheca, librorũ repoſitorium, libraria. Byblipola, librorum venditor. Byblia hybliorum, pro ſacta hiſtoria veteris & noui inſtrumenti. Byblis Byblidis, propriũ mulieris. Byrſa, coriũ. Bombyx, vermis, vnde Bombycinus. Byſſus vel byſſum, teſte Suida, purpuræ tinctura. Bybleſia, vrbs Aſiæ. Byrias vel Byria vnico r. Byrrhus, gemino r, propriũ viri, quaſi pyrrhus, id eſt rufus.

Byzantiũ, vrbs Thraciæ. Cãbyſes, rex Nabuchodonoſor. Ibyx, genus capreæ. Ibys, Ibycus, propriũ viri. Libya vel Libye Libyes, filia Epaphi, mater Buſirides & regio. vnde Libys, Libyus, Libycus, Libyſſa, & Libyſtis Libyſtidis. Labyrinthus. Labynetus. Preſbyter, interpretatur ſenior. Sabyllus, gemino l, Tyrannus. Sibylla.

Y poſt c, Acyrologia, impropria locutio. Acylius. Ancyle, genꝰ ſcuti. Anticyra, ſine aſpiratione, inſula & vrbs ab Anticyro Herculis ſocio appellata, quũ antea Cypariſſus diceretur. Perſius pro helleboro ſumpſit in quarta Sat. Antycras melior ſorbere meracas? Alcyone, authore Georgio Valla. Berecyntus cũ t exili, & berecynthus cum th aſpirato antè patuerũt. Cybiſtus, viri proprium in Solone Plutarchi. Cynegirus. Cynetha, nomen capræ & aliquando buculæ. Cygæus, lacus Lydiæ. Crocyta, inſula. Cydon, viri & vrbis nomẽ. Cydones, populi Cretæ. Cylydrus, ſerpẽs. Cyrenæ Cyrenarũ, vel Cyrene Cyrenes, vrbs Libyæ, patria Callimachi poetę. hinc Cyreneus dicitur. Itẽ Cyrene Cyrenes, Penei filia. Cyma, id eſt fluctus. hinc multa deriuantur: vt Cymothoe, nympha, quaſi fluctuum curſus: Nam thoo cum th, id eſt curro. Virgil. AEneid. 1. Cymothoe ſimul & Triton adnixus acuto Detrudũt naues ſcopulo. Cymodoce. Cybele Cybeles, vel Cybeles Cybelis. Cyminus, mõs & lacus Hetruriæ. Cyane Cyanes, nympha in fontem verſa, & Mæandri filia. Cyaneæ inſulæ, Symplegades, Cymolia. Cypariſſus, arbor, cuius fructus (vt eſt apud Columellã) coni dicũtur: ſed & pini nuces, coni vocantur. Catul. Aut coniferã ſudãti cortice pinũ. de his intelligitur illud Claudiani in primo de raptu Proſer. Stridula coniferis modulant̃ carmina ramis. Cypirus vel cypirũ, media extẽta: vel cyperus, quia Græce in ſecunda eſt ei diphthõgus, quam vertimus in i vel in e longũ: pro quo Neſtor dicit male legi in canticis botrus cypri. Eſt autẽ arbor fructum producens, quaſi ſemen coriandri candidũ & odoratũ inſtar vuæ & racemi, vt ſcripſit Plinius. Cyrus, Perſica lingua ſol dicitur, hinc Cyrus priſcus nomen traxit, vt dicit Plutarchus in Artaxerxe. Cyclus cũ ſuis, Cyclops, Cyclas. Corcyra, inſula Dalmatiæ. Cercyra, inſula & vrbs. Cymus, propriũ viri. Syrnæ, inſula Corſica, à Cymo dicta. Cytorus, mõs & vrbs. Cyitcranes, populi. Cyzicus, Aſiæ oppidũ. Cylindrus, lapis, author Georgius Valla. Cymba, genus nauiculæ. author Georgius Valla. Cymbalũ, inſtrumentum muſicũ. Georgius Valla. Cyaxes, propriũ viri. Cymbiũ, genus poculi. Georgius Valla. Cyminũ. Cyceon. Cyprus, inſula Veneri chariſſima, vnde Venus dicitur Cypria, Cypris & Cyprogenia. Colocynta, id eſt coloquinta cũ i noſtro. Cynos, canis: hinc cynicus, cynoſura, cynomyia, &c. Cyneas, Pyrrhi orator. Cymetoo, Pterelæ Teleboarum regis filia. quæ in bello Teleboarum cum Thebanis capta amore Cephali, qui in caſtris Amphitryonis tunc erat, hoſtibus patriam prodidit: inde illa Naſonis in Ibin execratio,

Filia néve magis capiti ſit fida parenti,

Quàm tua vel Pterela, vel tua Niſe fuit. De crine Pterelæ aureo omnia iJs ſimilia, quæ de Niſo & eius filia traduntur. hęc & multo plura Ianus Parrhaſius ex Græcis authoribus contra Domitiũ Ouidianæ execrationis penitus ignarũ. Cynthus, mons Apollini & Dianæ ſacratus: hinc Cynthius Apollo, Cynthia Diana. Cyprianus, proprium viri. Cyphus, authore Tortellio, quem carpit Neſtor, aſſerens ſcribendum y eſſe ſcyphus cum ſ ante c, ſequente y Græco, eſt genus poculi. Cyrillus, proprium viri.

Cydarum, genus nauiculæ. Cythera vel cytherea: at Cithæron i noſtrum habet. Cocythus, fluuius infernalis. Cyſta, cyſtula, Græcè cyſtis dicitur. Cytiſus, herba. Cyrinus, proprium viri. Cyllene, mons: vnde Cyllenius, id eſt Mercurius. Cyſſus, viri nomen in Alexandro Plutarchi. Cymere, ciuitas. Cydippe, nympha. Cyttea, vrbs. Cyclius, proprium viri. Cygnus. Cymon, proprium viri.

Cylicia, regio. Cylix, incola & proprium viri. Cyliſſa. Cydnus, fluuius. Cypſellus, proprium viri, cum gemino ll. Cyathus. Cypreſſus. Cercyon, latro ab Theſeo in Attica peremptus fuit: is arcas à Theſeo in palæſtra ſuperatus & interemptus. Author Plutarchus in Theſeo. videantur ibi plura. Dercyllus cum gemino ll, proprium viri. Cercyllidas, dux Lacedæmonius in Lycurgo Plutarchi, cum ſuperuenienti quidam ex iuuentute ſubſellium haud ceſſit inquiẽs, Neque enim mihi tu, qui cederet, genuiſti. Ita turpe erat apud Lacedæmonios liberis operam non dare. Ecyra, Terentij fabula, interpretatur ſocrus. Ecyros, id eſt ſocer. author Modeſtinus de gradibus & affinitatibus. Halcyone. Lecythus. Lacydes, philoſophus. Macyberna, vrbs Sithoniæ. Micythus cũ th, propriũ viri. Ocys, id eſt velox: vnde vtimur Ocyor ocyus ocyſſime. Ocyalus, proprium viri. Ocyroe, nympha. Ocyron, fluuius. Ocyum. vnde negocyum & ocyor ocyaris. Phorcys vel Phorcyn vel Phorcus, propriũ viri. Procyon, ſtella. Pherecydes, hiſtoricus qui primus apud Græcos ſolutam orationem ſcripſit.

Periſcyllaciſmus, in Romulo Plutarchi, per canẽ expiatio. Scyphus. Scython, propriũ viri, priore longa. Sicyon, vrbs Achaiæ, & inſula in mari AEgæo: inde Sicyonium, calceamenti genus. Scytha. Scythia. Scypariſſus, quanuis ſine ſ multi ſcribant, puer & arbor. author Georgius Valla. Scylla. Scyllax. Thucydides, hiſtoricus nobilis.

Y poſt ch, Archyta, poeta. Georgius Valla. AEſchyllus, poeta. AEſchynes. Chytra, id eſt olla: hinc chytrapus. Conchyle vel conchyliũ. Iſchyros, id eſt fortis. Pachynus. Prochyta, inſula. Trachyn.

Y poſt d, Adytum: aut, vt Georgius Valla ait, Adytus, ſecretior pars templi. Ardys. Cadytis, vrbs Palæſthinorũ. Didymus in ſecunda tantum, vt Didymaon, virorũ nomina: ſic Didymæ & Didymi. Dymas, Hecubæ pater. Dys cũ ſuis, Dyſenteria, dyſcholus. Dynaſtæ, potentes, quo vocabulo vſus eſt interdum Cicero. Dyminis, Nicomahi exoleti amator in Q. Curtij lib. 5. Dyonteropus, proprium viri. Dyrrhachiũ, oppidum. Dyota, vas anſatum. Edyia, nympha. Endymion. Hedys, id eſt dulcis: vnde Hedymeles, dulciter canens, proprium viri: in Iuuenale Marandyni populi. Odyſſea. Phædymus, viri proprium. Phadyme, proprium viri. Pidytes, proprium viri. Sandyx, herba ex qua color fit ſandicinus. Sadyattes.

Y poſt e & æ diphthõgon, Cæyx, tranſpoſitis literis: Græci enim Cyæx dicunt, vt nos forma, illi morpha: nos boæta, illi bæota: fuit Luciferi filius, coniũnxque Halcyones in auem conuerſus. ſic Georgius Valla. Rythales cum th, vrbis nomen.

Y poſt g, AEgyptus. AEgyleus, viri proprium. author Georgius Valla. Agyeus cum eu diphthongo, Bacchi nomẽ. Georgius Valla. Gyas, Gyges, virorum propria. Gyge, famula Paryſatidis in Artoxerxe Plutarchi, quæ veneficij conuicta, miſerè interijt. Gyarus, vna Cycladum, ad quã noxij Romani damnabantur. Iuuen. Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid. Gymnos, nudus: hinc gymnoſophiſtæ, Indorum philoſophi. Gymnaſium, locus palæſtræ vbi exercebantur, & pro omni exercitatione & exercitationis loco capitur. Gymnaſiarches, princeps gymnaſij. Ex eodem fonte eſt progymnaſma, præexercitamentum, quod dicitur etiam proagonaſticum. Gyne, mulier: hinc Androgynus. Gynæcium, mulierum habitatio. Gynæconitis, idem. Gynætia, bona dea. vide Plutarchum in Cæſare. Gyndes, fluuius. Gypſum, genus calcis albæ, quæ facile conglutinatur & induteſcit: etiã eſt plaſtrum. Gypſo gypſas, id eſt obturo. Gyrus. Gytthon, vrbs.

Gytheus, Gorogytion, propria virorum. At gigas, magirus, archymagirus, i noſtrum habent. Ligyſtus, proprium viri. Lygies, populi Aſiatici. Ogygius in ſecunda duntaxat ſyllaba, proprium viri. hinc Ogygia, inſula. Phlegyas, pater Ixionis: vnde Phlegyæ, populi: & Phlegyæ, campi: Phlegyias cum yi diphthõgo, regis nomẽ. Panægyris: vnde Panægyricus, a, um. Satagytæ, populi. Strõgyle, inſula.

Y poſt l, Acolythus, adminiſtrans. Anaglyphum, deſuper inſculptum. ab ἀνὰ, deſuper: γλύφω, id eſt ſculpo. Alyba, regio. Alyſonij, populi. Apollides, deperditi. Antolychus, propriũ viri. Alycus, Scironis filius, à Theſeo interemptus, vt ſcripſit Hereas author in Theſeo Plutarchi. Apocalypſis, reuelatio. ἀπὸ, id eſt ab, vel à, vel re: καλύπτω, ſine aſpiratione, id eſt velo, aperio, tego. Calydnæ, inſulæ paruæ ex Cycladibus. Calydonia, vrbs AEtoliæ. Calypſo, proprium mulieris. Calyx, folliculus, quo fructus arborum cooperitur, à καλύπτω, id eſt operio: vnde ἀποκαλύπτω, reuelo: ἀποκάλυψις, reuelatio. Calix cum i noſtro, id eſt poculum. Collymiſta gemino ll, ſine aſpiratione, id eſt nũmularius, & minutus menſarius. Clyne, proprium mulieris. Clytus, vir nobiliſſimus inter vina ab Alexandro occiſus. Clymene, proprium mulieris. Clytemneſtra, propriũ mulieris, &c. à clytos. Colyriũ, me-

dicamẽtum oculorum, Clyſter,aluum purgat.à κλύζω,id eſt lauo. Tortellius ponit clyſtrum. Cataclyſmus,diluuium. Chelydrus,ſerpens terreſtris. Cylydrus,ſerpens. Calydum, oppidum. Calybes. Clypeus,authore Plinio. Chelys. Colyphium,luctatorum cibus. Colyma,velatio. Afranius in Menæhmis,Colyma à leone ſancitum eſt. Elyſium. Glyceriũ & Glycera,vel Glycere Glyceres,proprium mulieris,interpretatur dulcis amor. γλυκὺς,id eſt dulcis: ἔρος,id eſt amor. Halys,fluuius. Illyſos,gemino ll,vrbs: Illyris, regio. Lychnus. Lychnites, album quod in Paro inſula effodiebatur, cum t exili.

Lymax. Lyrcæ,populi Scythiæ. Lyæus,Bacchus. Lyſimachus. Lyſimachia,vrbs. Lyſippus. Lyſander. Lyrneſus vnico ſ,& Lyrneſſus gemino ſſ,vide geminata. λύκος,id eſt lupus. Lycorides,proprium viri. Lycoris,proprium mulieris. Lycurgus,proprium mulieris. Lycurgus,Lycomedes, Lycophron, propria virorũ. Lycia,regio. Lyciſca. Lygdamus. Lyſanias. Lycinus. Lyſias. Lyte,proximus Tempe locus. à lyſai,id eſt abrumpere, vt ſcribit Stephanus. ſic Ianus in ſecundum Claudiani de raptu. Lynceus. Lilybęum poſt ſecundũ i y,promontorij & vrbis nomen. Lyns,fluuius Aſiæ minoris. Lyenteria,inteſtinorum diſſolutio. Lyſius,fluuius. Lympha,aqua. Lynter,nauicula. Lydia,quod ludia Romani dixere. Lyctos,vrbis nomen: vnde Idomeneus dicitur Lyctius. Lycius, Apollo. à Lice quod apud Græcos olim lucem ſignificauit: vnde Apollo Lycogeneus dictus eſt ab Homero. Lyra,inſtrumentum muſicũ:at lira pro ſulco,i noſtrum habet. à priore putant multi delyrus oriri pœnultima breui,quos in Verſificatoria refellimus. Lyndus,Rhodi oppidum. Lynx,fera & viri nomen: eſt autẽ dubij generis pro fera,in quam lynx rex verſus eſt. Lyncurium,lyncis vrina. Marclylas,latro. Moly, flos & herba,genitiuus eſt molyos. Olympus,mons & cælum. Olympia,Olympias. Olynthus cum th,vrbs Sithoniæ. Polys,Polydis,cui Dionyſius Platonem videndum dedit in vita Platonis per Guarinum. Poly,id eſt multum:hinc Polybius,Polynices,Polycarmus,propria virorum, &c. Paralyticus,membris ſolutus : ſic cætera à lyo,id eſt ſoluo. Paraclytus, Periclymenes, Pherecydes, propria virorum.

Proſelytus,aduena. Phillyra,vide geminata. Sclymbria,vrbs. Solymi,populi, vnde Hieroſolyma.

Telys telyos,Sybaritarum tyrannus. Vlyſſes,qui Græcè Odyſſeus,male Vlyxes. Vlyſbona,Hiſpanię vrbs ab Vlyſſe condita.

Y poſt m,Amycus,proprium viri,apud Virgilium. Amycus, Theſſaliæ oppidum, quod Cẽtauri tenuerunt,initio Amyræi,mox Eordi, poſtea Leleges, demum Centauri dicti: quoniam primi conſcenſis equis fugientes tauros & errore vagos inſecuti,increpando ſtimulis in vnum locum coegere:vnde nomen ἀπὸ τοῦ κεντεῖν καὶ τοὺς ταύρους. Nam oerum terga proſpectantibus equo commiſſa videbantur. de his plura Ianus Parrhaſius in præfatione ſecunda de raptu Proſerpinæ. Amynæ, vnde amynæus.

Amyntas,Amythaon,Amyclas,propria virorum. Amyntor,pater Phœnicis,& Achillis præceptor: hinc Amyntorides. Amydon,vrbs Pæoniæ. Amyda,Alcibiadis nutrix,apud Plutarchum in Lycurgo:at in Alcibiade Amicla,nutrix Alcibiadis:melius Amycla. Amyclæ,vrbs Laconiæ:hinc amyclæus, epitheton Caſtoris & Pollucis. Amygdalus amygdala amygdalum. Chlamys. Carpimyla, vrbs.

Cynomyia cum yi diphthongo,muſca canina. Damyudas,proprium viri. Eudromys, genus veſtis.

Mycale Mycales,Myrrha, propria mulierum. Myrrha, vnde myrrhinus. Mycene, mulier & vrbs. Mydas,proprium viri,author Georgius Valla:licet Tortellius refragetur. Myſon, Mygdon,propria virorum. vnde Mygdonides,Mygdonia,Mycerinus. Myſtillus,gemino ll,proprium viri, author Georgius Valla. Mydon. Myron,ſtatuarij nomen. Myrſus,proprium viri. Myrſius. Mycaleſus,regio.

Mylittia,Venus Aſſyriorum lingua. Myſia, regio Phrygiæ. Myſterium,res ſacra: myſtes, myſticus. Mycone,inſula. Myconos,vna Cycladum. Myrmidones,populi. Myrtus,arbor. Myoparo, gen⁹ nauis & pirata. Myrica, genus virgulti. Myrina,vrbs. Myrtilus, Mercurij & Clytiæ filius à Pelope in mare proiectus:vnde Myrtoum mare, pars AEgæi. Myriadus,Myrinus,Myronides,propria virorum. Palmyra,oppidum. Pelamis,piſcis. Piemmyrium. Sermyle, oppidum Sithoniæ. Thamyras vel Thamyra, Thrax , cantandi arte nobilis. Tomyris, Maſſagetarum regina, quæ Cyrum peremit. Chamyris,proprium mulieris.

Y poſt n,Anytus,Anyſis,propria virorũ. AEnygma,obſcurus ſermo. Cinyphi,hirci,à Cinyphe Garamentum fluuio dicti. Cinyras,rex Cypri. Cleonymus,proprium viri. Dionyſa,inſula in mari AEgæo. Dionyſius,proprium,& Bacchi cognomentum: hinc Dionyſia, id eſt Bacchanalia. Erinnys, infernalis furia. Enyo,bellona & belli furor. Ganymedes,proprium viri. Genyctor, proprium viri.

Hieronymus & cætera, ab onoma : author Valla , vt ſynonymum. Ianyſus , vrbs Arabiæ. Menyllus gemino ll, proprium viri. Minyæ, Theſſaliæ populi. Munychia,Athenarum arx, in Phorione Plutarchi. Mirnychionis, menſis ibidem. Myнyeus, fluuius Theſſaliæ. Monycus, Centaurus.

Meſonyction,tempus mediæ noctis: μέσον,id eſt medium: νύξ νυκτὸς,id eſt nox: vnde nycticorax,nycteleus,nyctimene,& plura. Nympha Latine ſponſa dicitur:hinc paranymphus. Nyſa, collis Baccho ſacer:vnde Nyſus,Bacchus dicitur:at cum i Latino Niſus,proprium viri:& Niſa,proprium mulieris & vrbis. Nyſæa,vrbs Indiæ:aut cum i Latino Niſæ Niſæs,eſt Nympha:& Nyſæus,in Media locus. Nyctois,regina Babyloniæ. Onyx,lapis,vas & vnguis. Onytes,proprium viri. Pnyce,vrbs in Theſeo Plutarchi,genitiuo Pnyces. Rhamny, vrbis nomen, in qua fortuna maxime colebatur,quæ hinc Rhamnuſia dicitur,y in u verſo. Sardonyx,

Y poſt o, Hæmorrhoys. Moyſes vel Moſeus: dicitur quoque ſine y Moſes.

Y poſt p, Capys, proprium viri: at cum i noſtro Capis capidis, eſt falco, lingua Hetruſca. Cercopythecus. Deipyrus, proprium viri. Epy, mons & oppidum. Harpyia cum yi diphthongo, turba & monſtrum. Iapyx, filius Dædali: vnde Iapygia dicitur Calabria. Ouidius decimoquinto Metamor. Linquit Iapygiam, &c. At cum i noſtro Iapix, ventus eſt ex Apulia profectus, alio nomine Circius. Lucan. in 6, Excipit aduerſos zephyros & iapiga Pindus. Iapis item iapidis, cum i noſtro duntaxat vir AEtolus fuit, à quo ea pars vbi Timauus fluuius eſt, iapidis nomen ſumpſit. Virgilius tertio Georgicorum, Caſtella eſt tumulis & iapidis arua Timaui. Pyga, teſticulorum loculi: hinc depygis. Pythagoras, proprium viri. Pylades, Pyrrhus, propria virorum. Pyrrha, proprium mulieris. Pyr, ignis: vnde pyra Georgio Vallæ. Pyrgos, turris: hinc pyrgopolynices, militis glorioſi nomen, quaſi multarum turrium expugnator aut victor. Pygmalion, proprium viri. Pyſander, proprium viri.

Pylos, oppidum Meſſeniæ à Neleo Neſtoris patre cõditum: vnde Neſtor Pylius dicitur. Pylene, vrbs AEtoliæ. Pyrene, mons inter Hiſpanias & Gallias: vnde pyreneus adiectiuum cum æ diphthongo aut cum e longo, quod pro Pyrene legit Tortellius apud Iuuenalem,

Additur imperijs Hiſpania, Pyrenéumque

Tranſilit. Sed fallitur, vt bene docet Neſtor, quia legendum eſt Pyreneum, vt ſit verſus ſpondaicus. At cum i Latino Pirene, quod apud Græcos ει diphthongon habet, mons & fons eſt apud Corinthum. Poppyſma, authore Neſtore, contra Tortellium. Pyretrum, genus herbæ. Pytiſma, ludus Lacedæmonius. Pygmeus. Pyxis, buxolum: nam pyxon, buxum dicitur, vnde fiunt buxola ſiue pyxides: hinc Pyxus Pyxuntis, vrbs in ſinu Poſſidoniate à copia buxorum dicta: Latini buxentum dicunt. Papyrus, Papyrius. Phython etiam pro vrbe, Phythius. Pygargus, quadrupes & aquilæ genus. Spyridion, proprium viri. Sepyra, piſcis. Strophylus, auis AEgyptia. Sipylus, vrbs. Georgius Valla.

Y poſt ph, Artophylax, Alophylus, Deiphylus, propria virorum. Deiphyle, proprium mulieris.

Ephyre, nympha. Ephyre vel Ephyra, vrbs, alio nomine Corinthus. author Georgius Valla. Ephyris, vrbs. Hipſiphyle, proprium mulieris. Georgius Valla. Neophytus. Pamphylia, regio. Phyſis, natura: hinc Phyſicus, Phyſeter. Phylace, vrbs. Phylotas, Parmenonis filius in Alexandro Plutarchi. Porphyris, inſula. Porphyrites, lapis. Porphyrius, Phyleus, propria virorũ. Phyllis, proprium mulieris. Phydon, cognomentum Demetrij in Alexandro Plutarchi. Phyton. Staphyle, Euclionis ancilla. At Spinter, i Latinum habet contra ſciolos: quia Latinum eſt, non Græcum. Staphylus, Theſei ex Ariadna filius, vt nonnulli dicũt. author Plutarchus in Theſeo. Tiphys, minyarum nauta. Zephyrus, ventus. Zophyrus, proprium viri.

Y poſt r, Amaryllis. Apocryphus, id eſt abſcõditus, cũ c exili. Amphitryo, author Tortellius. male autẽ qui aliter ſcribunt Amphytrio. Athrys, fluuius. Arymbas æ, aut Arymbes æ, Alcetæ filius in Pyrrho Plutarchi. Bebrycia, regio. Bebryx, populi & viri proprium. Beryllus gemino ll, author Neſtor contra Tortelliũ. Berytus, vrbs Syriæ. Baryna, propriũ mulieris. Bebryacũ, vicus inter Veronam & Cremonam: hodie Labina dicitur. Boryſthenes, vel y in u verſo Boruſthenes, fluuius Scythiæ. Bryax, aut rectius Bryaxis, proprium viri, interpretatur ſulcus: nomen fuit optimi ſculptoris.

Bryſæa, vrbs Laconiæ: in pœnultima Græca eſt ει diphthongus. in hac colebatur Bacchus, vnde Bryſeus dicitur: ſed Bryſeis, nomen mulieris, cum i Latino ſcribitur, licet Chryſeis cum y Græco ſcribatur. Quod autẽ Ouidius dicit de ſono, & literarum numero intelligitur. Caryſtos, vrbs & inſula, vnde Caryſtæus. Ouidius libro quarto Faſtorum, Quéque Caryſtæis frangitur vnda vadis. Corycus, vrbs Ciliciæ, & portus, & mons, optimum crocum ferens, & collis apud Delphos. hinc denominatiuum corycius, corycia, corycium. Corytus ſine aſpiratione, id eſt ſagittarum theca. Nonius autem dicit eſſe miſſile leue in ſagittarum modum: Græcum eſt: ideo Catholicon cum cæteris barbaris inepte deducit id nomen à corio. Corynthus cum th aſpirato & y Græco, author Neſtor contra Tortellium, eſt nomen vrbis, collis, & viri. Calabrya, Italiæ pars, vnde Calaber à καλὴ, id eſt bona: & βρύω, cum y Græco, id eſt ſcaturio, quaſi bonis omnibus ſcaturiens. Cryſtallus. Charybdis. Corymbus. Chryſes, ſacerdos Apollinis. hinc Chryſeis. Corynetes, id eſt clauiger, ſic dictus eſt Periphetas latro à Theſeo interfectus, quòd clauam geſſerit, quæ Græcè coryne dicitur. Corynephori, cum η, in tertia ſyllaba dicuntur clauigeri, à κορύνη, id eſt claua, quo nomine ſunt dicti quinquaginta Tyranni Piſiſtrati ſtipatores, quibus tyrannidẽ adeptus eſt. author Plutarchus in Solone. Chryſos, id eſt aurũ, vnde Chryſaor. Chryſa, vrbs in Theſeo Plutarchi. Corydon. Caryca, ficuum genus. Corybantes, populi in Creta & Cybeles miniſtri. Claudianus in primo de raptu Proſerpinæ, Conticuere chori, Corybas nõ impulit enſem. Multa in hũc verſum affert Ianus Parrhaſiꝰ. Corydalus, auicula. Corylus, arbor, fructus eius dicit Latine auellana. Crypta, occulta vel abſcõſa. Corypheus, altiſſimꝰ inter Ciliciã & Phœniciã, vt dicit Polybius in quinto. Dryantheus cũ th, pater Lycurgi: vnde ipſe dicit Dryanthides: cũ eu diphthõgo ſcribitur. Dryſus, propriũ viri. Dryides cũ i noſtro in ſecũda. Drys, quercus. Dory, lãcea: hinc Dorycius, Dorylas, Doryphorꝰ. Dori, oppidũ, author Priſcianus lib. 7. Electryõ, filius Alcæi. Erythmus cũ th, viri & vrbis nomẽ. Eury, latũ: hinc Eurydice, Orphei

vxor. Euryſitheus,proprium viri. Eryx, vnde Venus Erycina. Erythrus,rex, vnde mare Erythræum, & Erythræa ſibylla. Erytheus, proprium viri. Erymanthus, mons embryon dici poteſt, intus germinans,& eſt neutrum ſecundæ:licet embryo,onis,imperiti medici declinent. fit ex en,id eſt in: & bryo,id eſt ſcaturio vel germino. Concinunt mihi Tortellius,Raphael Regius, & cæteri docti. Geryon vel Geryones olim Hiſpanorum rex. Grylius,proprium viri,gemino li. Gobryas. Gryps,animal equis infeſtū. Gryppus, naſus. Garryo, vnde garrulo garrulas, & garrulus y in u verſo. Gryma, vrbs Aſiæ. Hierycho,author Georgius Valla. Lachryma. Leſtrygones,populi. Oryx,animal: eſt etiam machina bellica,vt docet Vitruuius lib.10.cap.8. Othrys,mons. Paryſatis,idis, Perſarum regina, Artoxerxis mater in Artoxerxe Plutarchi. Phryx,Phrygia: veteres,teſte Cicerone,dixerūt Phrux, Phrugia. Phrynicus,nobilis Athenienſis. ſic in Alcibiade Plutarchi ſemper. Prytaneum,locus Athenis in quo iudices verſabantur,quem & Cicero in oratione Prytaneum vocat. Plutarchus in Theſei vita,Theſeus quum ſingulorum Prytanea,curias,ac magiſtratus ſuſtuliſſet,vnúmque & commune omnibus Prytaneum & vnum ſenatum conſtituiſſet,quo in loco adhuc etiam licet intueri, ciuitatem Athenas nuncupauit. ſcribitur Græce cum ει diphthongo in pœnultima,quæ verſa eſt in e longum.

Paryſatis, Cyri mater. Prymno, nympha. Rhymtalcus,proprium viri. Rhypes, populi Achiuorum,ſed cum i Latino Rhipi montes ſunt Scythici: à ῥιπίζω,id eſt flo,dicti. Rhipæ etiam cū i noſtro ſunt mōtes Arcadiæ. Rhytius,vrbs Cretæ. Strymon, Thraciæ fluuius,vnde Strymoniæ grues.

Scrypulus,& melius ſcrypulum, ponderis genus: mutatur hic aliquando y in u. Tiryns fœminini generis,vrbs vbi educatus eſt Hercules,dictus inde Tirynthius,eadem dicitur Tirynthia. Tiryns maſculinum ſimiliter ſcriptum,eſt fluuij nomen. Trymo , Priami mater: licet quidam Zeuſippen velint nominatam.

Y poſt ſ, Aſylum,authore Tortellio,eſt intemeratum. ab ἀ,id eſt ſine: & σύρω,id eſt traho,r in l verſo: neminem nāque per vim ex eo loco trahere licebat. At vnico i,& cum i noſtro aſilus Tabanus eſt. de his in geminatis plura leges: quia diſſentiunt Georgius Valla , Neſtor, & Tortellius. Aſſyria.

Braſydas,vir Lacedæmonius in Plutarchi Lycurgo. Clepſydra,à κλέπτω, id eſt furor : & ὕδωρ, id eſt aqua, eſt horologium & meretrix quædam, & iudicandi locus, & vas quod plenum aqua in concionibus,oratoribus adhibebatur,teſte Suida & Plinio ſignificante. eſt etiam fons Athenis, & vas vitreum quod æqualibus dimenſionibus horas oſtenderet. de hoc multa Philelphus libro quinto epiſtolarum. Cherſydrus,ſerpens. Eleemoſyna ab eleo,id eſt miſereor. Euphroſyne. Ergaſylus,proprium viri. Geſylus,Spartanus quidam in Dione Plutarchi. Marſya,propriū viri. Maſſylia, vrbs Libyes. hinc Maſſylus: at cum i noſtro Maſſilia,eſt Galliæ Narbonenſis vrbs. Maſſytus,viri & montis nomen. Mnemoſyne. Maſyas, viri & fluuij nomen. author Georgius Valla. OEtoſyros,id eſt Apollo. OEſypus vel œſypum, vnguentum, quo mulieres perfunduntur. Ouidius in primo de remedio amoris, Pyxides inuenies,& rerum mille colores,

Et fluere in tepidos œſypa lapſa ſinus. Georgius Valla. Paſytigres, fluuius in Eumene Plutarchi.

Paſyphae,Minois vxor. Pſylli, Libyæ populi. Pſycter pſycteris,pœnultima longa. Plutarchus in Alexandro, Ephæſtion caprum prandit aſſatum, ingentem vini pſycterem hauſit. In lexico Græco dicitur eſſe vas ad refrigerandum vinum. Pſylla,puſillum quoddam animal. Georgius Valla. Pſyllum,herbæ nomen. Georgius Valla. Pſyllus,fluuius Arcadiæ. Georgius Valla. Sybaris, oppidum.

Syloſon. Syma. Symeon,proprium viri: at Simon vel Simo,viri proprium cum i noſtro ſcribitur, vt ſiren & ſidus, teſte Tortellio : quia Latina eſt dictio à verbo ſido, id eſt fixus ſto. Siderites lapis ſimiliter ſcribitur cum i noſtro. Aliter docet Philelphus ſydus cum y Græco ſcribi,ab ὕδωρ,id eſt aqua. Stoici nanque aqua ſydera foueri dixerunt: hinc ſydus ab hydor,h in ſ verſa, vt in ſuper, ſex,&c. hinc quia etiam deducit Philelphus à ſydus,conſydero & deſydero per y Græcum ſcribenda cenſet. σύν, id eſt con: hinc ſyllaba,ſyſtole,&c. Sycambri. Syene. Sylla. Siſyphus,in ſecunda ſyllaba. Syſimithres in prima tantum ſyllaba,proprium viri. Syria. Syrinus, rex Triballorum in Alexandro Plutarchi.

Syla,mons & ſylua. Syrinx. Sylua. Synas,Synados,oppidum Phrygiæ. Syphus,proprium viri.

Syphax,Numidarum rex. Synteresis cum t exili, non cum d , id eſt attentio & conſeruatio. à συντηρέω, id eſt conſeruo, ea pars animæ quæ vitijs aduerſatur, & ſeſe ſemper immaculatam cupit à peccato ſeruare. Sophroſyne. Thraſybulus, proprium viri. Thraſymenes,proprium viri. Thraſyllus gemino ll,proprium viri.

Y poſt t, Atys,puer Cybelæ dilectus. Aſtypalæa, vna Cycladum. Aſty,vrbs. Anthyorus, Lycurgi filius. Plutarchus in Lycurgo. Butyrū interpretatur caſeus bubulus. Tyron,id eſt caſeus. Cotys,Cratylus,propria virorum. Dictynna,cum gemino nn,Diana. Dactylus, dactylotheca. Daſtyllus,Eutyches,Eutychus,Eutychides cum ch,propria virorum. Etymos,verus: vnde etymologia.

Gortyna. Ityphalas,priapus. Ityuoneus,proprium viri. Itys,filius Terei. Intybum vel intybus.

Latyuinus,mons Cariæ. Leutychides cum ch. Leontychides cum ch,Lacedæmonius quidā, in Lycurgo Plutarchi. Mitylene,mulier & vrbs. Martyr, id eſt teſtis. Ortygia , inſula: ab ὄρτυξ , id eſt coturnix,quā à ſono qualeā vocamus,vt docet Tortellius. Ptyſis. Pithys,nympha in pinū verſa cum impetu Boreæ ſaxis illiſa occubuiſſet, quòd pœna Boreæ amatori prætuliſſet: ideo nunc Fauno

grata eſt in vſu coronæ. Pityuſſa Miletus dicitur. Pitys pinus eſt, in quam etiã Atys verſus: ideo arbor eſt Cybeli ſacra. Pactyas, Pelthys, Pentylus, gemino ll, propria virorum. Satyrus: vnde ſatyra.

Statyra, vxor Darij in Alexandro Plutarchi, & Darij filia, ibidẽ. Styx, palus. Stylus, columna, ponitur pro compoſitione. Styps, quicquid facile incenditur, & quod mẽdicãtibus datur: vnde ſtypendiũ prima contra primitiuũ producta, author eſt Varro. Styrax aut ſtorax. Sebennitycũ, vnum ex oſtijs Nili. Stymphalus, ſtymphalides: Tydeus vel tydides. Tyreus, eunuchꝰ Darij, in Alexãdro Plutarchi.

Tyndarus, maritus Ledæ: vnde Tyndaridæ, Caſtor & Pollux. Tyndarides, Helena & Clitẽneſtra.

Tyras, vrbs, Georgio Valla. Tyres, fluuius. Tyrtheus, poeta. Tyrna, vrbs. Tyros vel Tyrus, oppidum Aphricæ & inſula. Theſtylis. Tityrus in ſecũda duntaxat ſyllaba, interpretatur hircus, teſte Probo. Tybur, oppidum. hinc Tyburs, Tyburtinus. Tyriotes, Darij ſpado in quarto Q. Curtij.

Typhon, gigas, qui etiam Typhœus. Claudianus in ſecundo de raptu Proſerpinæ, Tritonia Caſſidę fulua, cælatũ Typhona gerit, &c. ita legendũ cenſet Ianus Parrhaſius, nõ pythona: nam reſpexit Claudianus ad peplũ, quod Athenis quinto quoque anno maioribus panathenaicis Mineruæ cõſecrabatur, intexta deorũ victoria de gigantibus, & expreſſa Typhonis cæde, quẽ Pallas in mundi dimicatione interemiſſe fertur. hæc & plura ille. Tyrrhenus, id eſt Thuſcus. Tycha. Tyrannus. Tyberis, fluuius. Tympanum, muſicum inſtrumẽtum. Tylus, vrbs. Georg. Valla. Tymba vel tumba, id eſt ſepulchrum. Tymœtes, Priami filius. Tymætas proprium viri. Tynnicus cum gemino nn, proprium viri. Tyrditana, prouincia Hiſpaniæ. Tyrrus gemino rr, proprium viri, vt Tyrrhenus, aliquando Tyro, nouus miles. Tityus in ſecunda duntaxat, Iouis filius.

Y poſt th, Agathyrſi, amethyſus, acanthylis, anthylla, Bethys, Bithynia, Bithynicus, Bithyrãbus. Damaſithynus, propriũ viri. Enthymedon, enthymema. Ichthyophagi, qui victitãt piſcibus. Ichthys, piſcis, vt dictũ eſt. Ithyphalas, Priapus. Ithyreus ab Ithyra. Ilithyia cũ yi diphthõgo, Diana. Methymna, oppidũ. Orithyia cũ yi diphthõgo, quã Boreas rapuit, filia Pãdionis. Orthygia, inſula Delos: ſic melius Tortellius Ortygia. Rhadamãthys, & y in u verſo Rhadamãthus. Thymbra, thymbræus, thymber, Thyrthæus ſecũdũ Tortelliũ. Thyrſis, Talthybius: Thyrſus, vnde Thyrſophorus Bacchus apud Orpheũ. Thymus vel Thymum. Thyella, thyle: ſic Neſtor cõtra Tortelliũ, qui ſcribit Tyle. Tethys, vxor Oceani: Thyas Thyaſus, Thyoneus, Thymele, Thymelicus, Theutyra, Thyſbe, Thyeſtes, Thynus, propria virorũ. Tyrea, inſula. Thyre, loci nomen. Thyſſagetæ, Scythæ quidam, apud quos ſunt quatuor hi fluuij, Lycus cum *y* Græco, Tanais, Carus, Syrus cum *y* Græco in prima. Thrybon, Lacedæmoniorum dux, in Plutarchi Artoxerxe.

Y poſt x, Auxyrus Iuppiter, quaſi imberbis. Nã ſic à Cãpanis colebatur: dicitur ab ἄνευ, id eſt ſine: & ξυρέω, id eſt rado, quaſi ſine raſura, hoc eſt imberbis: vtitur ea voce Maro noſter. Axylus, proprium viri. Xyſtus, ambulacrum vel porticus circum circa domus impluuium. Xylon, id eſt lignum.

Y poſt z, Azymus ſine fermento, ab ἀ, priuatiua particula: & ζύμη, fermẽtum. Zythus, genus potionis ex hordeo.

LEVINVS CRVCIVS STVDIOSIS BONARVM LITERARVM aduleſcentibus S.

PLERIQVE ſtudioſa Iuuentus popularis auræ captatores, toti vanæ gloriæ inhiantes aucupio, ſiquid operis ex alienis lucubrationibus poſteris poſt cineres relicti viſcatis digitis apprehendãt, polypi furaciſſimi, protinus id omne haud ſecus atque ſi iure quodam hæreditario ſucceſſiſſet, ſibi vſurpant, prorſúſque vendicant. Tum verò nimis callide, nimis auariter, inuidéque ſupprimũt, quo vel ſoli cum voluptate legant, vel in hominum conciliabulis, in repotijs, ſympoſijs, comeſſationibus, ad ſolam oſtentationem pro ſuis recitent inuentis: ceu veteres illi poetæ ſoliti fuere in ludis Muſarum & Apollinis à Ptolemæo rege inſtitutis, poſteros interim ea commoditate fraudantes: vel ſi forte cupido inceſſit aliquid opuſculi edundi, nitidiores paſſim decerpãt plumulas, ſuiſque perſolis intexant næniis, omnem authoribus ipſis debitam in ſeſe gloriam transferentes, quaſi qui alienam metunt meſſem. Ita nimirum fuere ſemper, & vtinam hac tempeſtate tot nobis deeſſent, quot non deſyderantur chyliades myriadéſque eorum, quibus omne & ſolum ſtudium, quibus hic ſcopus & ſumma laboris vt alienis ſeſe vigilijs oſtentent, iactent, circunferant. Euge & belle rudis ac imperiti vulgi literatorũ nullo non ambientes loco AEſopici graculi, corniculæ Horatianæ, plagiarij impudentiſſimi, trium literarum homines, digni ex quibus litera fiat longa, meriti qui paſcant in cruce coruos, qui à carniuora Promethei quotidie rodantur aquila, voluendo Siſyphi ſaxo ſine intermiſſione torqueantur, Ixionis verſatili rota verſentur æternúm. Siquidem non minus flagitium reor ea vel ſubducere vel ſupprimere, quæ ingenij fœtura nobis parta ſunt, quàm quæ labore manuum, aut alia quauis ratione vel induſtria nobis comparata, vel forte, prætérque ſpem noſtram ſunt obiecta. Imo vero hoc grauius eſſe ſcelus exiſtimo, quò partæ diuinis ingenijs laudabiles artes ac nobiles diſciplinæ præſtantiores ſunt Attalicis opibus, Crœſi gazis, ac toto Perſarum regno: quod eſt mehercules in immenſum.

Verũ enimuero duobus illis ambitionis ac plagij vitijs peſtibúſque,quibꝰ plurimos ſemper laboraſſe, & hoc æuo grauiter laborare diximus,nequis me pariter obnoxium ſuſpicetur,nequis mihi Quintianus cũ Martialis plagiario imponere queat pudorẽ,iam nunc veniẽtibus hoc genus morbis duximus occurrendũ.Ecce igitur quã annis ſuperioribus primus ego,& ſolus quidẽ propitia venatus ſum Delia,fœlicitérque captaui prædã,Orthographiã videlicet doctiſſimi abſolutiſſimique Grãmatici Iohãnis Deſpauterij,artẽ quidẽ à paucis tractatã,paucioribꝰ cognitã,pauciſſimis obſeruatã,vobis ſitibũdis bonarum literarũ adoleſcẽtibus,quibus vel ſolis hic Deſpauterij labor deſudauit,in apricũ profero.Non enim ſoli mihi cũ Ceciliano Martialis tã lautos atque opiparos boletos tacitè cenſui deuorandos, nequis me exiſtimet famelicũ illũ lurconẽ apud Plautũ in Sticho Gelaſinũ.Doleo ſane vehemẽter multum,nõ potuiſſe me multo prius tam frugiferũ ſub lucẽ emittere per occupationes paſtoralis ac ſcholaris prouinciæ(quibus cõtundor aſſidue)plurimas,pèrque docti ac fidelis Amanuẽſis inopiã, qui ad vnguem rem omnẽ potuiſſet exhibere.Eſt autem,vt,quod res eſt,ingenuè fateamur, hæc Deſpauterij Orthographia manca,imperfecta,& indubiè craſſiori Minerua,quàm decreuerat Niniuita,conſcripta: cæterũ hoc haudquaquã fraudi debebit eſſe authori.Quandoquidẽ eam ad limã reuocare,addere multa,nõnulla detrahere,mutare quadrata rotundis,vt Flaccus ait: denique venuſtiſſime cõcinnare cuncta (quod ſæpe mihi inter confabulandũ recepit)deſtinauit animo,ſimúlque cũ Naſone poeta, Quicquid ineſt vitij,quicquid ruditatis habebat,emẽdaturus,ſi licuiſſet,erat.Siquid igitur minus dedolatũ,expolitum, abſolutúmque in hoc Deſpauteriano futurũ eſt opuſculo,quàm emũctæ naris Horatianus requirat Lucillius,crudelibus hoc totũ fatis,quæ rebus ſemper inuident humanis, imputandũ ducite.

Porrò autẽ ego ne vnum quidem elementũ vel adijcere,vel demere,aut immutare, aut atro carbone notare volui(tametſi quædã Ariſtarchi cenſoria virgula digna à lynceis oculis videri poſſint)ne obtrectatione alienæ ſcientiæ,vt inquit Plinius in naturalis hiſtoriæ præfatione,famã mihi aucupari voluiſſe viderer.Idqꝫ poſt authoris ipſius mortẽ: quod reuera laruas eſſet cũ mortuis luctari, vt in Aſinium Pollionẽ ait Planeus. Néve delphinum ſyluis appingerem, in alieno choro pedẽ ponerem: demúmve Phaetontea temeritate,Venerẽ Apellis nobiliſſimi pictoris abſoluere voluiſſe,quod nulli vnquã quantũuis inſignes artifices potuere,me quiſqꝫ poſſet inſimulare.Nimirũ vt vetus eſt verbũ,Alia voce pſittacus,alia coturnix loquit̃. Reliquũ nunc eſt,optimi iuuenes, vt hoc quicquid erit libelli, quod vltroneus lubénſque vobis obgero,vobis obuijs ſuſceptũ manibus æqui boníque faciatis, agentes Deo Optimo Maximo gratias ingentes,à quo noſter Niniuita quicquid ijs chartis vobis propinauit,liberaliter atqꝫ exuberãter donatum totũ accepit.Quid enim inquit Apoſtolus,1.ad Corinth.4.habes quod non accepiſti?Sub hæc ex imis orãtes præcordijs,vt Deſpauterij manibus propitius miſerator ac multum miſericors ſemper ſit CHRISTVS. Quod autẽ ad me pertinet,qui hoc,quicquid eſt operis,extuli in propatulũ:ſatis hoc abũde mercedis fuerit mihi,ſi intelligãt omnes ex hac Orthographiæ emiſſione,quãti Deſpauteriũ fecerim viuentẽ,quantum tum amaui viuũ,& nunc cõplectar,quàm exoſculer illius defũcti lucubrationes,quàm ſim Deſpauterianæ gloriæ propagãdæ nõ modo cupidus,quatenus in me ſitũ erit: verũ etiã ſtudioſus quãtopere toto pectore illius animæ à Deo clemẽtiſſimo cupiam bene eſſe. Poſtremo quo animo,quo affectu hactenus fui,ſimque impræſentiarũ in ſtudioſos iuuenes,qui hanc operã edendi aliena ex varijs ſparſiſqꝫ ſine ordine paginis,laborioſe cõſcripta,necnon & in vnũ coacta cõpendiũ non illibenter impẽderim.Quã equidẽ operã,ſi ſtudioſis plauſibiliter exceptam gratámque ſenſero,propediẽ & alia Niniuitæ in lucem educã,maioris cũ elegantiæ,tũ eruditionis monumẽta. Nẽpe annotationes & Cedro & Citro dignas in ſuã Stichologiã,in quibus excribendis,atque in ordinẽ redigẽdis deſudamus quotidie, nauamúſque operã neque pœnitendã, neque ſtudioſis,vt ſperamus,infrugiferã:quod omne boni æquíque,ſi grati eſtis,cõſuletis: nóſque quod mutuum facietis,amabitis,neque frigide,neque vulgariter. Valete literariæ militiæ tyrones ſtrenuiſſimi,& ad optima ſemper totis contendite neruis. Ex muſæo noſtro Græcolatino Bocepen. ipſis Nicolai ferijs. Anno M. D. XXVIII.

LEVINI CRVCII ALDINARDINI AD STVDIOSAM ephebiam paracleſis.

Siquid in hoc mancum pubes ſtudioſa libello,
  Si natet in multis craſſa Minerua locis,
Ne precor authori ſit fraudi: ſi potuiſſet
  Inuida per plures cernere fata dies,
Omnibus hoc numeris opus abſoluiſſet,& idem
  Linxiſſet,catulos vrſus vt ipſe ſuos.
Omne igitur vitium ſæuis tranſcribito fatis,
  Quæ ſtudiis ſemper ſunt inimica bonis.
Addere nil volui,nil demere:nempe alienam
  In meſſem,falcem mittere nolo meam.
Alea nam cecidit ſæpe infœliciter illi,
  Cuius ad alterius addita ſcripta manus.
Nemo manum Veneri ſummam eſt imponere Apellis
  Auſus,Phidiacum fingere nullus ebur.

INDEX EORVM QVAE IN HIS DESPAVTERII GRAMmaticis Commentariis explicantur: iuxta paginarum numerum.

α 506
in A nomina 68
ab A compoſita 422
a in vltimis 559
a in e,& in i mutatū 655.657
a in e vel u tranſitus 657
a,ab,abs. 286
a,ab,abs capiūtur modis duodecim 286
à fronte 186
à punctis 286
à te audio 287
à tergo 186
aapis 425
aaron 502
Ab 565.656
abagarus 498
abana 501
abara 666
abauus 506
abba 496.663
abbas 41.72.663
abaddir 39.497.663
abax 55.412
abdenago 498.513
abdera 515.661
abderitanus 541
abderites 541
abdico 338.661.344
abdo 147
abdomen 71.546
abedere 50
abel 414
abel,lus 415.581.582
abeo 162.316
aberceo 131.338.657
abeſſalom 499
abeſalomus 500.546
abhinc 299
abhorreo 347
abydos 29
abies 572
abiectus 263
abigeus 150
abigo 150
abijcio 139
abijt 567
abilis nomina 496
abimelech 509.582
abiron 538
abiſai 582
abitus. 327
ablacto 139
ablatiuus abſolutus 348
per Ablatiuum elegātior locutio,quàm per genitiuum 233
ablatiuus cū de, pro genitiuo 240
ablatiui efficientis expoſitio 341
ablatiuus inſtrumenti 348
ablatiuus pro aduerbio loci 295
ablatiui regimen. 341
ablatiuus regit à quatuor partibus 233
ablatiuus tēporis. 339
abligurio & abligurito 556.557
abnuo 142
abodias 661
aboleo 136
abomino 165
abominor 68.548.649
aborigenes 520.530
aborigines 111
aborior 168
abortio 162
abortus 168
abortiuus 168
abraham 60.582
abramus 675
ab re 286
abrodiætus 523
abrogo 356
abrotanum 117.553
abrotonū 547.548.553
abrumpo 157
abſalon 499
abſcondo 147.658
abſcindo 147
abſente nobis 188
a bſento 308
abſimilis 241
abſis 74
abſoluendi verba. 267
abſoluo 269
abſolutum 13
abſolutū verbū 303
abſonus 242
abſorbeo 138
abſque 288
abſtemius. 340.341.442.511.512.661
abſtergo 137
abſterreo 347
abſtineo. 131.265.657.658.661
abſtinere publico 31
abſtinens 236
abſto 128
abſtorqueo 138
abſtraho. 152.654.658 661
abſum 169.308.338
abſumo 155
abſynthium 653.684
abſyrtus 438.674
abulia 555
abulus 555
abulum nomina. 496
abundans 262
abundo. 262.265.649 652.675
abūdus nomina. 496
abunde ingenij 230
abuſio 615
abuſus 190
abutor 167.344
abylenus 528.686
abydos 528.575.686
abyla 532
abyſſus 49.652.669 686
Ac 566.646
academia 415.497 511.508.679
acanthis 415.684
acanthus 415.684
acanthylis 691
acarnarina 679
acarna 36
acatalecticū. 584.585
accedo 248.309
accendo 145.657
accentus 578
accētus acut⁹, grauis & circūflexus. 578
accēt⁹ idiomatis. 580
accentus in compoſitione 579
accentus interiectionum 581
accentus præpoſitionum 579
accentus prædominans 578
accētus pricipalis. 578
accentus quātitati repugnans 580
accētuum ratio 578
accentus tranſpoſitio 579
accerſo 159
acceſſæus 389
acceſſio 309
acceſſus 309.666
accido 145.657
accidentia congruitatem diſcernētia 186
accidit 313
accino 156
accio 136
accipio 346
acceptum fero 332
accipiendi verba. 346
accipiter 72
accliuus 119
accola 33.656
accolo 153.337
accubo 337
accommodo 307
accubo,vel accumbo 129.337
accurro 158.337.659
accuſo 267.268
accuſandi verba 267
accuſatiuus eleganter ſuppreſſus 201
accuſatiui ante infinitiuū reſolutio 319
accuſatiuus in n 569
accuſatiuus temporis 339
acedia 528
acediare 415
acephali verſus 423
acephalum 584
acer. 27.30.71.121.133. 240.415
acerſecomes. 506.507
aceruus 50
acerra 666
acetabulum 496
aceus nomina 496
ach 678
achæi 679
achæmenes 512
achæmenij 512.679
achæmenidę. 512.679
achęmenides. 512.534
achæruſia 679
achæus 388
achaia 382.438.679
achar 416
acharnæ 679
acharnan 679
acharnides 528
acharnigin 679
achates 504
achathes 42.653
achelous 397.509. 679
achelus 531
acheras 515
acheron 71.515.516
acherunte,ablat. 658
acheruſius 540
acheſſomenus 513. 514
achete 521
achetæ 523
achilles 502.653.666
achilli 67
achillides 528
achilus 531.671
achiui 679
achoræ 551
achoreus 551
achryſos 539
acis. 81.415.417.427 464
acidalia 528
acidalius,a,um 528
acidalus 528
acidia 415.528
aciliius 532
acinax 537
acinacis 537
acinaces 117.603
acinus 602
acipenſer 415
ἀκινάκης 537
acius 496
aclytos 671
acœnetus 521
acœtos 455
acolytos 545
acolythus 652.687
aconitū. 541.547.672
acoris 415
acquieſco 144.656
acquiro 158.659
acquiſitiuum verbū 304
acrephia 514
acragas 41.73.498
acriſione 540
acriſionæ⁹,a,um. 540
acriſius 539.540
acroaterum 517
acrota 553
acta 388
actæon 387.568
actæus 388
actillo 666
actites 541
actiuum verbum. 331
actiua quadruplicia. 331
actiua pro paſſiuis & contra 346
actus 72
actus pro actum. 272
actiui generis verbū 331
actutum 174.558
aculeolus 555

aculum nomina. 497
aculus nomina. 496
acumen 556
acūdus nomina. 496
aculeus 416
acus 50.77.540
acutum 556
acylius 686
acynacis 46.536
acyron,logia 605
acyros 471
acyrologia 264.471 686
Ad 280.654.656 659
ad ī cōpoſitione. 653
ad diem 281
ad me ire 298
ad tempus 281
ad vnguem 281
ad vnum 281
adagio 117
adam 60.417.582
adamo 333
adamas. 41.470.500. 652.667.669
adamantæus 535
adamantinus. 535.581
adamus 524
adaſſint 177
adaugeo 138
adaureſco 178
adbibo 143.659
adbreuio 659
addico 144
addicranoeas 386
addiſco 144
addo 147.307
adduc 579
adeo 162.337
adedo 146.281
adeps 54.107
adequito 337
adeſus 517
adſatur 659
adhæc 281
adhæreo 137.316
abhibeo 307.657
adhoc 281
adhortor 175
ądhuc 281
adiectiuum 12
adiectiui diuiſio 187
adiectiua carētiæ. 343
adiectiua effectiua 342
adiectiua non plena. 221
adiectiuū ſubſtātiuatū, vt loquūtur. 188
adiectiua vndecuplicia regūt genitiuū. 236
adiectiua duo non connecti 210
adiectiua datiuū regentia 241
adiectiua genitiuū vel datiuū regētia. 240
adiectiui ſubſtātiuati elegantia 227
adiectiuū verbale cū genitiuo 235
adiectiua in is 48
adiectiuū cur à ſubſtātiuo nō regit. 186
adiectiuū cui in appoſitione conformatur 211
adiectiui nois & participij differētia. 222
adiectiuum verbum 303
adiectiua vix iūgūt rectore carētib⁹. 297
adigo 150.307
adijcio 139.307.337. 400
adimantus 533
adimo 155
adipiſcor 166.657
aditus 117
adiuuo 128
adludo 659
adiungo 307
admetus 661
adminiculor 165
admiſceo 131
admitto 659
admitto. 160.656.659
admoes 397
admoneo 269.659
admordeo 134
admoueo 307.656
adoleo 136
adoleſcens 545.610
adoperio 164
adon 417
adoneus 417
adonis 417.543
adonicum 589
ador 39.99.410.551. 661.
adorea 107
adoreola 551
adoreus 550
adoria 551
adorior 168
adoro 661
adoxus 669
adplico 659
adquiro 656.659
adraſtine 534
adræmon 512
adrepo, vel arrepo. 55.157
adriana 661
adrimachidæ 534
adrimachides 533
adſideo 659
adſū. 298.308.337.653
adueho 152
aduena 33.513
aduenio 163
aduerbium quid, & eius partes 16.17
que Aduerbia reſpōdent ad quò, &c. 18
aduerbialis numerus 261
aduerbia cum genitiuo 244.230
aduerbia loci 297
aduerbia ad locū, de loco & in loco, per locū, locū verſus, vſq; ad locū. 298.299
aduerbia numeri multiplicatiui 260
aduerbia loco nominis 202
aduerbia numeralia quę ſyncopant. 261
aduerbiale 13
aduerſor 165.241
aduerto 160.316
aduertere parſimonię 14
aduerſum 579
aduerſus 281.282
aduerſus triplex 241
aduorſum 282.657
aduleſcens 545.555
aduleolus 555
adulor 656
adulo 311.555
adulor 175.311.656
adulandi verba 311
adulter 63
adultus 329
aduocatus 659
aduolo 337
aduoluo 161
aduolutus 337
aduorto 657
adus propria 497
adytū. 117.540.650. 652.661.687
AE 380
æ in i mutatio 656
æa 385
æacides 385
æacus 385.496
æane 385
æanus 385
æas 385
æbæus 389
ædepol 650
ædepſo 437
ædes. 87.111.436.650
ædeſſa 437
ædicula 524
ædifico 270.650
ædilis 47
ædilus 436
ædituus 650
ædo 436
æeta 386
æetes 571
æga 438
ægathes 438
ægæ 438
ægæon. 387.408.547
æge 437
ægea 437
ægeon 437
æger 239.650
ægeria 438.515
ægeſta 438.684
ægi 437.650
ægialeus 438
ægialia 391.438
ægialos 438
ægides 437
ægidius 438
æginium 438
ægimuros 438
ægimurus 438
ægina 438.536
ægiochus 438
ægira 438.519.539
ægiratæ 539
ægirœſſa 438
ægis 74.438.650
ægiſthus 684
ægithus 438
ægita 438
ægle 438.553
ægloga 438
ægnide 438
ægoceros 76.515
ægon 438
ægonomus 437
ægroto 438
ægrotus 650
æguſa 438
ægyla 438
ægylops 438
ægypt⁹. 438.652.687
ægypſus 438
ægyra 538
ægis 438
ægyſos 438
aella 381
aello 381.675
ælea 441
ælia 441
ælianus 441
ælius 441
ælurus 441
æmilius,a. 442.444
æminus 443
æmon 442.547
æmonia 442
æmulor 311
æmulus 239.650
ænaria 502.503
ænea 444
æneadæ 61
æneatores 444
æneas 384.444
æneis 386.528
æneſis 75
æneus 444.650
æni 444
ænia 444.445
ænides 529
ænienſes vel adæ., 454
ænigma 444.445. 607.650
ænigmatiſtes 444
ænittomai 607
ænna 444
ænobarbus 444
ænochonum 680
ænos 444
ænus 444
ænygma 652.688
æola 387
æolia 387
æoliæ 387
æolus 387
æon 387.455
æphæſtion 681
æphitios 447
æpia 447
æpitus 447
æpolus 447
æpos 514
æpy 447
æpycus 447
æpys 447
æquæuus 650
æqualis 650.
æquanus 447
æquana 447
æque 646
æqui 447
æquicolus 447.525
æquimelium 447
æquinoctium 650
æquiparo 304.650
æquitas 72.650
æquiualeo 650
æquiuocum 211
æquo 127.304.344
æquor 39.650
æquotutium 447
æquum 447
æquus. 344.650.656. 658
æquus cū ſuis 447
aer 71.373.382.570
aer fulua 189
aere fulua 118

æra 450
ærarij 502
æratæ 451
æræ 451
æreus 650
æria 450
ærineus 450
æripes 373
æro 450
ærope 550
ærugo 450.650
ærumna 450.650
ærumnoſi 450
æſa 451.452
æſacon 452
æſacus 451
æſagius 451
æſalon vel lus. 451. 452
æſar vel arus 451
æſarius 452
æs 43.103.450
æſchatolicon 452
æſchines 451.680
æſchireus 452
æſchrocerdes 608
æſchrocerdia 608
æſchrologia 608
æſchros 608
æſchylus 451. 680. 687
æſchynes 687
æſculapius 451
æſculus 451
æſepus 514
æſima 452
æſimidas 452
æſimates 451
æſipius 514
æſis 451.452
æſium 451
æſon 451
æſopa 452
æſopus. 451.452.549
æſoſus 650
æſquiliæ 451
æſtas 650
æſtimandi verba. 270
æſtimo 271. 451.533 650
æſtuo 127.650
æſtus 88.451.650
æſylus 452
æſyma 451
æſymnus 451
æſymnus 451
ætas 454.650
ætatem, aduerbiũ. 230
æternus, no, nas, 454 650
æteus 454
ætha 454
æthalia 454
æthalo 683
æther 72.454.650. 653.663
ætherius 454.516
æthes 455
æthica 653
æthiopia 650.683
æthiops. 54.454.650
ætho 454
æthon 454.455
æthos 653
æthregenetes. 509. 523
æthra 454.688
æthya 391
æthuſa 454
ætia 454.621
ætias 336
ætiologia 454.621
ætius 521
ætna 28.454.663. 683.650
ætnea 665
ætolia, lus 454.545
ætolis, idis 545
ætolſus 545
ætruria 453
æua 455
æuum 107.659
in AEus poſſeſſiua. 388
æx 650
æzantus, ni 455
Affatim. 230.504.505
affecto 333
affectatus ſermo. 333
affectate loqui 333
affectatio 634
affectus 646
affero 169.307.337. 659
afficio 139.332.344. 645
afficior tibi 316
affigo 151
affingo 149
affinis 41.83.240
affines ſubſtantiuè. 240
affligo 143.460.530 654.659
afflo 337
affluo 142.265
affor 337
affrico 130.659
afforiſmus 655
africa 655
Agalma 418
agamẽnon, vel mno 70.408.569
aganippe 419
agape 60
agapitus 520.541
ἀγάπητος 541
agareni 512
agaſo 503
agatha 670
agathocles 670
agathos 670
agathyrſi 641.682
agaus 419
agea 383
ageladas 497.509
agelæ 510
agelas, bar. 509
agenor 512
agenius 395
agens 236
agenius 513
agere reum 284
agerochus 680
agger 71.659.663
aggero 158.619
aggredior 167
aglaodos 383
aglaophon 383
aglaos 383
aglaoſthenes 684
agilis 124
agilla 450.531.532
agillimus 650
agillinus 51
agillina 666
aginator 536
aginor 536
agis 45. 418
agito 176
agmen 661
agmon 547
agmonides 547
agnaſcor 165
agnata 165
agnati 165
agnatus 659
agnoſco 659
agnomen. 12.190.546 659
agnotheta 523
agnotum 143
ago 268.271.332.333. 657
ago, & eius compoſita 150
agoge. 498.544.609
agogi 654
agon 36.70
agonotheta 520.625 674
agonus 547
agora 498
agoræus 388
agoranomus 501
agoreno 618
agoras 388
agpœtius 522
agria 498
agriodos 383
agrios 383.674
agrippa 383.666
agrippina 666
agyeus 687
agyleus 532.687
agylleus 418
Ah 560. 567.655. 678
aha 678
ahenum. 43.652.678
Ai 573
aias 660
aiax 29.660
ἀΐδια 508
αἴτιος 523
αἴτης 571
aín' 292.568.573
aio 164.172
ais 573
αἰγοχὸς 452
αἴξ 437
Alabaſtrus 49
alabeia 391
alacer 27
alama 500
alaric 567
alaricus 524
alaſtor 421.455
albania 446
albeo 132
albico 176
albinouanus 534
albo 127
albugo 69
albula 28
albunea 384.556
albunecar 506.507 556
album 108
album prætoris 189
albumaſar 503
albus 661
alcæus 389
alcaicum 584
alcaicum Choriambicum 590
alcaicum dactylicum 590
alcamenes 512
alcathus 683
alcedo 547
alcides 528
alcimedes 507
alcimedon 507
alcinous 534
alcippe 669
alcmæon 387
alcman 71
alcmanium 584
alcmanium dactylicum 592
alcmena 661
alcmoes 397
alcotheus 553
alcothoe 684
alcumena 661
alcyon 116.547
alcyone 31.547.686
ales 420
aleator 504
alebes 506
alebus 506
alecto 16.70.420.564
aledius 420
alemania 518
alemanus 518
alemoninus 534
aleo 101
aleorus 428
alepothoe 553
ales 44. 419
aleſium 519
aleſus 519
alethes 683
alethia 391
alexander 660
pro Alexander inepte dicitur Zãder⁹. 228
alexander Philippi. 191
alexandria, vel drea 391
alexanter 660.659
algeo 198
algoriſmus 683
algorithmus 683
algus 117
aliâs 578.646
aliattes 665
alibi 299
alibi gentium 230
alienus 240.241
alienigena 33.513
alid 567
aliſæ 529
alimentarius 153
alimentum 153
alimenus 513.533
alimon 533
alimonia 153
alio 298.578
alioqui 550.655.661
alipes 425
aliphæ 420.529.537
aliphæ, anus 537
aliphanus 428
aliqua 560.578
aliquando 247.538. 579.580
aliquando tandem 247
aliquid quorum 195
aliquis 247.538
aliquot 36
aliquoties 655.662
alis nomina 499

aliſium 538
aliſius, vel aleſius 540
alites 400.541
alithyia 541
alituum 603
aliubi 299
alius 64.246
alius, & ſimilia 347
alius, a, um, ſubaudit in cōparatione 252
alixa 105
allabor 167.338
alladius 497
allage 498.624
allatro 337.624
allegoria 618.663
alleluia 398.509.560 655.663
alleo 136
allia 28.420.663
allicio 139
allido 658
alligo 268
allino 156
allitta 667
allium 420.663
allius 420.663
allio 531.618.623 663
allobrox 79.663
alloroo 625
alloeoſis 604
alloeotheta 520.625. 663
allophyli 532
allophylis 623
allophylos 650
allophylus 531.663. 673.689
alloquor 167.306.550
allos 673
alluceo 138
alludo 148.659
alluo 141.337
alluuium 117
alpes 111
alphæus 388.651.681
alpheus 388.681
alphita 540
alpinus 556
alpheſiboea 385
alpho 315.388
almopes, pij 550
almopia 550
almyria 538
alnus 50
alo 153.266.419
aloepha 370.514
aloeus 397
alogus 49
aloides 397
aloſius 539.540
alopecea 420.550
alopecia 550
alopecias 421
alopecis, idis 550
alopeconneſus 518
aloperea 549
alopex 550
alonge 505.579
alorites 551
alorus 551
alorum 398
altar 71.580
altaria 116.502
alter 64.246.409
alter pro alius 246
alter horum 243
altérius 580
alteruter 58.246
althea 684
altilis 96
altinum 534
altor, altrix 153
altrinſecus 506
altum 108
aluearia 600.373
alueus 373
alumnus 153.229
aluus 50.52
alyba 532.687
alybida 528
alybides 528
alycus 687
alyſonij 687
Am 660
amabilis 496
amabo 172.496
amalthea 684
amans vini, & amans vinum 236
amanto 605
amaracinus 502.535
amaracus. 49.502.535
amaranthus 684
amareo 502
amareſco 502
amaricare 502
amaritides 543
amaror 502
amarus 502.503
amaryllis 652.668. 689
amaſco 178
amaſcus 178
amaſis 503
amaſius 503
amathus. 422.682.176
amathunta 683
amathois 422
amatio 330
amazon 87
ambactus 152
ambages. 111.418.497
ambago 69
ambedo 146
ambenus 512
ambeſt 171
ambiens 236
ambigo 152
ambiguus 152.240
ambio 162.656
ambo 101.564.565
ambo & vterque differunt 245
ambitio 162.238
ambitioſus 238
ambitus 399.542
ambroſia, ſius 552
ambubaiæ 553
ambulacrum 398
ambulator 127
amburo 158
amelech 422
ameletides 510
ameletis 509
amen 421.500
amens 55.239.263
amentare 422
amentum 422.550
amerinus 515.516
amerium 515.516
ames 42
amethyſmus 521
amethyſthus. 521.523 652
amethyſthin9 521.535
amethyſus 539.683. 691
amianus 422
amicabilis 531
amicla 688
amicio 163.525
amicior 122
amicitiæ 105.654
amico 657
amictus 163
amiculum 163
amiculus 645
amicus. 240.241.525. 657
amimone 533
aminadab 565
aminæum 422
amineum 442.537
amiſon 539
amithone 541
amitto 332.658
ammadabus 500
ammitto 656.659
ammodo 650.664
ammodites 540
ammoneo 659
ammouco 656
amnis 47
amo 332.421
amo eſt verbum, vera eſt oratio 202
amodo 280.565
amoebæus 506
amoebomai 506
amoenus, itas. 513.650
amolior. 166.307.658
amomum 546
amoniacum 422
amores 109
amorgina 520
amorgos 520
amoueo 658.659
ampelius & lus. 509
amphi 362.606.651. 670
amphiaraides 529
amphiballo 606
amphibolia 606
amphibologia 605. 651.670
amphibolos 606
amphibrachus 363. 496.670
amphibrachys 670
amphictiones 681
amphidoxus 669
amphigenia 391.513
amphilogia 606
amphimacer 362.363
amphimedoa 507
amphinee 536
amphimeros 533
amphinoe 535
amphion 394
amphirami 539
amphiſa 539.681
amphiſiboena 513
amphiſſa 540
amphitheatrum 505 674
amphitrite 541
amphitryo 689
amphitryon 394
amphitryoniades 394
amphrylos 681
amphryſus 539
amphyſus 539
amplector 165.175
amplocti 657
ampiuſtre 425.655. 660
amulius 555
amurca 649.660
amuratus 557
amuſſis 81.422
amyces 414
amycla 688
amyclæ 688
amyclæus 688
amyclas 688
amyclides 684
amycus 525.688
amyda 688
amydon 688
amygdala 652
amygdalinus 535.536
amygdalum 97
amygdalus 688
amynaus 688
amyntas 688
amyntor 688
amyntorides 688
amyræi 688
amyteres 517
amytharij 688
amython 542
amyzon 540
An 219.568
ana 422.609.612.613. 623.687
anacephaleoſis 552
anacharſis 679
anachoreſis 422.517
anachoreta 33.423
anachorita 422.511. 540
anaclazo 613
anacreontium 584
anacreontium dimetrum 591
anadema 32
anadiploſis 609.612
anæmos 511
anæſum 518
anagnoriſis 551
anaglyptum 422
anaglyphum 687
analecta 422
analectides 510
analogia 422
analyſis 540
ananias 501
anapæa 385
anapæſtus 362.518
anapæſticum 584
anapæſticum partheniacum 591
anapæſticum archilochium 591
anapæſtica metra 587
anaphoreos 612
anapis 117
anapin 302
anapus 501
anas 73.410.422.423
anaſtrepho 280.617
anaſtrophe 280.617
anathema 32.511.512. 581
anax 670
anaxagoras 498
anaxarete 521
anaximenes 513
ancaches 496
ancæſa 441.518
anceps 78.239.657. 659
ancha 670
anchemius 511

anchemolus 511.680
anchiſa 61.562
anchiſæ 680
anchiſes 539.571.660
anchora 653.660.680.
675
ancile 81
ancilia 116
ancilla 666
ancillor 666
ancyle 531.686
andegauum 506
αἰδρώχτα 497
andrago 498
andreas 581
andremon 512
andriæ 610
androbulus 555
androgeos 575
androgeus 388
androgynus 687
andromacha 672
andromede 507
andronæ 510
andronicus 527
andronitis 540.547.
548
anemodes 544
αἴθ 557.691
anemos 511
anfractus 659
angaria 391
angario 502
angelicũ ſthericorium
592
angelus 379.509.660.
661
angina 152.670
angiportus 117
ango 151.265
angor 152
anguis 47
anguſtia 152
anhelo 657.678
anhelitus 657
anilis 51
anima 62
animaduerto 332.160
animal 70.645
animalis 499
animalũ fortiſſimus,
vel fortiſſimũ 234
animans 55
animoria 391
animus 120
646.661
anio 69
anipedes 424
anippe 423
αἶς 538
anitia 541
anitius 541.543
Anius, aneus, & anis
nomina 500
annæus 389
annalis 47
annale vel annali 83
anne 568
annibal 664.675
annitor 167.659
annius 389
annona 664
annuo 142
annus 657.664
annularis 47
annulus 423.664
anomalia 546
anomalum 168.655
anomalus 546
anonymus 548.673
anorme 168
anormis 119
anquiro 659.660
anſa 62
anſer 71.477
antæ 112
antalchidas 679
antanaclaſis 613
antapodoſis 613.614.
620
ante 281.286.337
ante alios 255
antela 281.560
anteambulo 127
antecællo 665
antecantus 678
antecedo 316
antecedens 28
antecedens ſine verbo
193
antecello 153.316
anteeo 316
antehac 282
antemius 512
antennæ 112
antenor 512
antenubo 666
anterius 115
anteſto 128.316
anteuerto 316
anteus 560.684
anthedon 684
anthemius 511
antheus 684
antho 684
anthores 551
anthos 445.570
anthrax 55
antrophagi 549.683
anthropos 549.580.
683
anthylla 684.691
anthymus 533
anthyorus 690
anthypatus 670
anthypophora 622.
623.684
anti 362.610.613.616.
619. 620. 621. 622.
624.651.670
antiæ 111
antias 579
antibacchius 362
anticategoria 509
anticipatio 611
anticus 525
anticyra 538.652.686
anticyrus 686
antidoſis 486
antidotum 553.670
antidotus 49
antigenes 512
antigerio 641.642
antigonus 547
antilena 62
antilogia 621.670
antimetabole 624
antimetaphora 624
antinous 535.536
antiochia vel chea 391
antipeſtica metra 587
antipelargin 510
antipelargoſis 510
antiphates 504
antipho 537
antiphona 547.581.
670
antiphraſis 618.651.
670
antiphraſticos 619
antiphus 537
antipodes 651
antipodoma 546
antipoſis 220.532.
625. 653.670
antipus 51.670
antiqua verba 641
antiquus 537
antirrheſis 519
antitheſis 610.674
antitheton 520.624.
625.653.674
antiſmos 619
antiſſa 540
antiſtes 44
antiſthenes 512
antiſtrechon 507.610
antlao 642
antlia 642
antropophormitæ
549
antropophormitica
549
antolycus 687
antomaſia 616
antonius 547.684
antonomaſia 683
antonymia 548
antorſum 655
antullus 555
anubis 553
anulus 664
anus 50.422
in Anus nomina 500
in Anus numeralia
261
anxietas 152
anxius 152.238
anxur 29.557
anxurus 557
anyſis 688
anytus 688
Aœde 393
aonia 383
aor 484
aorion 396.484
Apæneos 513
apæſus 520
apæteſis 519
apage 171.347.498
apanthropia 549
apanthropos 549
aparætomj 523
apaytæ 686
apechotes 510
apella 33.650
apeliotes 42
apelles 650.665
apeninus 673
apenninus 513
aperio 164.399.657
apes 42.57.572
apex 80
aperite aliquis 223
aphæreſis 450.516
aphareus 389.503
apher 62
aphæſis, aphete 522
aphetæ 522
apheteria 522
aphidas 528.529
aphoria 669
aphrodiſia 540.681
aphrodiſias 540
aphrodoſius 539.540
aphrodite 424.540
541.543
aphroditia 541
appello 337.650
aphrogenia 392
aphronitrum 547
aphros 541
aphthonius 681.684
api 425
apiaſtrum 673
apicius 525
apidanus 424. 425.
501
apina 457.534
apinæ 113.534
apiria 533
apis 42.424.425.502
apiſcor 657
apiſcor, & eius compoſita 166
apluſtra 85
apluſtre 424.655.660
appareo 133.502
apparitores 133
apparitura 133
appello 154.650.659.
665
appellatiuum 650
appellatiua nomina cum præpoſitionibus 296
appellatum 201.650
appendo 146
appeto 160.333.645
appia 424
appias 424
appius 664
applaudo 148
applico 130.332.337.
659
appœcides 507
appono 156.659
appoſitio tribꝰ de cauſis 211
appoſitio diuerſorum numerorũ.211.209.
212
appoſitionis caſus 211
appoſitionis diffinitio 210
appoſitum 200.631
appreciot 651
apprima 562
apprime 505.533.562
appropinquo 316
appulia 424
appulꝰ 424.555.664
apo 609.621.687
apocalypſis 652.687
apocope in multis dictionibus 520
apocope 64.543.607.
609
apocryphus 652.679.
689
apodoſis 613.620.623
apoditerium 607
apodyterium 617
apœninus 424.513
apologia 606.621
apologenia 621
apologeo 621
apologus 606
apollo Didymæus
459
apollodorus.547.550
697
apollonia 667
apollonius 547.548
667

apollos 64.69.575
apollydes 687
apolonia 547
apolyſis 540
aporrheſis 519
aponus,a,um 547
apophano 621
apophaſco 621
apophaſtai 621
apoſiopeſis,iratorum eſt 226.517.519. 549.607.616
apoſtrophe 625
apoſtrophos 625
apotheæ 680
apotheca 553.674
apotheoo 621
apotheoſis 621
apricari 525
apricus 525
aprilis 46.531
aptera 515.516
aptolemus 512
aptolon 99.552
aptus 657
apud & ad differunt 280.281.566
apulia 424
apus 51
apyrinum 538
apyrotus 553
aqua 447
aqualiculus 499
aquarius 502
aqualis 46.82.499
aquatilis 531
aquila 425.443
aquilex 79
aquilo 69
aquinas 579
aquipenſer 415
aquitani 541
aquitania, anus 542. 541
aquus 660
Ara 121.421.578
arabarches 680
arabes 571
arabia 425.649
arabs 53.425.664
arachneola 546
aracynthus 684
aradij 427
arados 427
aræ 112
aræos vel aræus 387
aragon,nia 547
aragonia 548
aram 426
arane 501
aranea 501
arans 81
aratron 398
aratrum 399.504
aratum 398
aratus 505
arbitror 165
arbor 39.211
arbores 571
arbos 49.76.656.660
arbuteus 558
arbutum 69.96
arbutus 96.558
arca 59.679
arcades 571
arcadia 680
arcæra 516
arcæris 516
arcas 571
arcanus 679
arceo 659.679
arceo,& eius compoſita 131
arcerra 666
arceſiades 540
arceſius 517.540.679
arceſſo 159.268
archæos 521.625
archaiſmos 280. 625
archangelus 670
arche 651.670.680
archebulus 506
archelochus 680
archemorus 511.680
archetypus 521.651. 674
archetius 521
archi 542
archibulus 555
archicoquus 580
archidux 632
archiepiſcopus 670. 671
archigenes 512.533. 671.680
archilochiū 584.589
archilochus 670.680
archimagirus 538.687
archimedes 533
archimenides 533
archipoſia 553
architas 541.542.680
architectonica 542
architectus 542.680
architriclinus 536
archos 521.385. 538. 670
archyta 652.687
arcipotes 553
arconneſus 518
arcto 131. 655
arctophylax 462.652. 681
arctos 655
arctus 49.131.655
arcturus 557
arcus vel arquus 52. 89
ardea 383
ardelio 509
ardeo,& eius compoſita 137.321.330
arduus 126
ardys 687
area 426
arethous 683
arelas 510.519
arena 106.427.675
arene 426
areo 133.427
ares 359.664.670.683
areſtichius 427
areta 521
aretæ 426.427
aretagus 521
aretalogus 478.521
arete.425.520.521.670
arethoon 523
arethuſa 521.523.581 683
areticus 521
aretos 521
argathon 11520
argathonius 504.505 684
argenetes 520.523.514
argentum 105
argeo 659
argeſtes 42.483
argetes 512
argia 391
argiletum 531
argilla 666
argitis 540
argo 69.164
argonauta 547
argonauis 548
argos 29.49.96.575 460
argumentari 141.165
argumētum. 541.555 556
arguo 141,268
argutiæ 111
argutum 556
argutus 329
argynnos 669
argyranche 670
argyraſpides 670
argyrodamas 670
agyroeſa 518
argyros 670
argyrotoxus 553.670
ariadne 661
ariaſmenus 512
aricia 525
aricinus 525
aridus 427
aries 41.572
arietare 400
arimathia 390.534
ariminenſis 533
ariminum 533
ἀρέιμος 466
arinca 427
arinea 426
arines 535.536
ariobarzanes 394
ariobazantes 663
ariochines 680
arion 394
arios 395
aris nomina 508
ariſtarchus 670
ariſtides 528.529
ariſtippus 669
ariſtobula 670
ariſtocratia 391
ariſtocles 670
ariſtoechon 679
ariſtomacha 672
ariſtomenes 513
ariſton 670
ariſtophanes 423 500
ariſtophanium 584
ariſtophorum 670
ariſtos 512.651.669. 670
ariſtoteles 509. 580. 651.669.670
ariſtoxemis 512
arithmetica 683
arithmos 378.683
arius 395.502.503
arma 119 657
armare veneno 615
armatus 505
armene 514
armenia 512.664
armiger 63
armilla 666
armuratus 557
arogilus 680
aroma 68.546
aromenſis 546
arpinas 41.82.579
arpinum 534
arpiages 498
arrabia 425.664
arrabius 664
arrabs 664
arreptitius 541
arretium 425
arretinus 480
artha 59.66
arrhabo 107
arrigo 149. 608.657
arripio 140.659. 657
arrius & ria 395
arrogo 479
ars 210.514.657
arſinoe 534.536.547
artachæas 385.679
artaxata 115
artemidorus 511.551
artemis 511.512.683
artemiſia 511
artemiſium 512
artemon 512
artemona 512
arteria 115.515
arthemis 504
arthœſis 520
arthritis 520
articulis Latini carēt 247
artifex 57.86
artifici 82
artigraphus 672
artocopus 483.670
artocrea 670
artophylax 689
artos 545.670
artotrogus 545
artus 88.111.655
aruiſium 539
arunca,orum 426
arunci 426.427
aruncus 426
arundo 69.675
aruns 69.426
arupinus 556
aruocatus 659
aruſpex 661.675
arx 68
arymbas,es 689
As 41.53.386
aſbectus 662
aſbutus 662
aſbyſtæ 543.686
aſcalon 499
aſcalonium 499
aſcanius 502
aſcendo 657.659
aſchematum 674
aſchetes 523
aſchetos 521
aſchrion 452
aſciſco 144
aſclepiadeū 584.589
aſclepiadgum pherecratium 594
aſclepiadæus verſus. 383
aſclepiades 497.514
aſclepium 514.520
aſclepius 514
aſcopa 550
ἀσκωπήτιν 550
aſcribo 143.307.659
aſcenech 512
aſepus 514
aſinius 535
aſmenidæ 514
aſpergo 351.657

aſpergillum 151
aſpello 154
aſper 63
aſpernor 156
aſperum carmen 585
aſphodelus vel um. 509
aſphodelos,vel lō. 510
aſpicio 139.659
aſpiro 309.659
aſpis 74
aſpitines 683
aſia 428.429.581
aſiegenes 509
aſilas 531
aſili 531
aſilus 452.531.650. 690
aſillus 668
aſina 534
aſina vel aſine 534
aſius 429
aſopia 428
aſopiades 428
aſopidis 428
aſopis 428.429
aſopus 428
aſſecla 33
aſſentio, vel aſſentior 164
aſſentor 311
aſſequor 167
aſſer 664
aſſero 158.332
aſſeuero 515.517
aſſideo 134.316. 337. 659
aſſido 316
aſſiduus 664
aſſiduior 126
aſſiduiſſimus 126
aſſilio 164.337
aſſis 45.271.429. 664
aſſifacio 271
aſſiſto 337
aſſono 129
aſſueſco 144.307
aſſuetus 307
aſſula 664
aſſum 169.308.655. 659
aſſumo 155
aſſyria 690
aſt 199.377
aſtacus 427
aſteios 619
aſteiſmos 619
aſter,cum deriuatiuis 515
aſterion 394
aſteriſcus 515
aſtinous 536
aſtipulor 175
aſto 128.316
aſtræa 385
aſtranemos 512
aſtringo 149.268
aſtruo 141
aſtu 102
aſtur 411
aſty 670.690
aſtyages 498.670
aſtyalus 670
aſtyanax 80.590.670
aſtydamia 770
aſtynous 535
aſtynus 670
aſtyochia 680
aſtypalæa 385. 670. 690
aſtypale 670
aſuenio 604
aſychis 680
aſyllum 531.674
aſyllus,lum 650.668
aſylum 531.690
aſymbamatica cōſtructio 50
aſyndeton,os 520.523. 612
aſyntheton 612.620
At 199.566.654
atabulus 496
atalanta 499
atarnam 520
atax 412
atechnia 674
atechnus 669
atella 430
ater 62.430
athamas 683
athanaricus 524
athanaſius 633
athanatos 653.682
athaulfus 482
athemon 683
athena 683
athenæ 653
athenagoras 498
athenodorus 683
atheos 683
atheſis 683
athiſo 683
athleta 32.673.683
athlotheta 523
athlum 673
atho 564
athocari 683
athochari 680
athos 64.76.575. 682
athrys 683.689
in Atilis nomina 531
atilius 532
atilus 532
atim aduerbia 504
atina 430
atinas 430
atius, aticus, atus, ator nomina 504
atlas 41.649.661.663
atonius 52.671
atoſſa 667
atque 215.646
atqui 655
atracis 422
atrax 412
atrebates 505
atrida 61.562
atridæ 550
atride 562
atrium 430
atronius 547
atropos 549
attagen 37.430.498 665
attalus 665
attamen 568
attegiæ 430
attella 665
attendo 146.310
attentim 579
attero 158
attexo 162
attica 665
atticiſſo 176
atticus 524.665
attineo 659
attinet 315
attingo 150.657
attis vel attin 665
attollo 154
attondeo 134
attonitus 129
attono 129
attraho 152
attrecto 152
attrita frons 158
atys 75.430.573.652. 690
Au 379
au in o mutata 478. 656
au in u mutatū 656
auaricus 502
auaritia 502.654
auarus 239.502.503
aucha 477.618
auceps 78
auctio 34
auctor 39.661.684
auctrix 684
audacter,citer 509
audax 238
audendus 328
audeo 174
audiens 236
audiēs dicto 242. 326
audio 346
audio tibi 312
aue 30.171
auelis 509
auellana 665
aueo 135.170
auerna 94
auerſor 165.241
auerſus 241
auerto 160.432
aufero 169.656.658
aufidus 656.658
aufilenus 532
aufugio 140.656.658
augeo,& eius compoſita 138
auger pro augur 658
augeſco 138
augias 391
augur 41
auguſtinus 535
auguſtinus non ſemper Latinus 321
auguſtus 122
auidienus 432
auidus 135.237
auis 432
auitus 540.540
auius,a,um 432
aula 60.656.658
aulæa 115.385.651
aulax 413.539
aulis 81
aulopus 549.550
aura 60.121
aurichalcum 653.658
auricularis 47
auriga 26.33.403
auriſcalpium 157
auritus 540.542
aurium iudicium 370
auro per ora 480
aurora 551
aurum 104
aurunca 427
aurunci 427
auſculto 312
auſcultor 312
auſculum 658
auſon 547
auſonio,ius 547
auſonius Gallus 357
auſpex 57
auſter 62
auſterus 515
auſtrum 658
auſim 170
aut 219
authentes 661
author 39.653.655.661 684
authores 684
authores ſummos aliquando decipi & errare 220.221
authoritas 210
autolemus 511
autolicus 524
automedon 507.556
autonoe 547
autumo 556.642
auus,auia 432
auxano 622
auxe,auxes 622
auxeſis 622.644
auxeticos 622
auxiliandi verba 318
auxo 622
auxyrus 691
in Ax nomina 237
axenos 444
axenus 512.534
axiochus 680
axioma 546
axis 46
axona 547.548
axones 407
axungia 46.61
axillus 691
Azan 36
azani 455
azoricum 551
azorus vel um 551
azymus 652.691
B
B literæ mutatio 658
b ante alias conſonātes 661
b interponitur duabus vocalibus 292
baal 567.581
babyca 686
babylon 36.652.686
bacca 663
bacalaureus 663
baccar 663
baccaris 663
bacchar 37
bacchæꝰ,eiꝰ,icus. 389
bacchæ 679
bacche 562
bacchi 679 679
bacchides 528. 663.
bacchilides 679
bacchilidium 584
bacchius 362.395
bacchus dithyrambꝰ. 474.614. 650.663. 679
bacillus 119.507
bactriani 501
baculum 117
bælua 441.651
bænacus 444.496
bæno 524

bæota 687
bæſippe 452
bætarrhus 454
bætylon 663
bætylum deglutire 454
bætilus 454
bæus 389
bagæus 389
bagogus 544
bagous 398.545
bagrada 419
baiſ 527
baiulo 377.564
balæna 513.651
balanum 409
balanus 49.421.500
balatus 616
baleares 384.502
balearis,icus 52
balena 31.420
baleus 304.502
ballanus 672
ballin 384
baliſta 420.650.663
ballo 420.606.620. 663
ballonoti 548
balo 419.502
balneum 97
balteum 94
balteus 94
baltha 684
bamura 422
baptiſmus 117
baptiſterium 515. 517.607
bar 496.653
barabbas 496
barathrum. 107.504. 653.683
barathrus 683
barba 657
barbara vocabula Latinis reddita, ordine alphabetico vide pag.525.635
barbaralexis 603
barbarè pro Latinè 603
ébarbaris deducta nomina 496
barbariſmus.185.603. 631
barbarophoni 603
barbarophonia 603
barbarorum accētus 581
barbarum 603.604
barbiton 36.569
barbitos 36
barcino. 535.536
barcinus 536
bardocucullus 554
bareas 384
barine 426
baris 426
barium 426
barptolemæus 389. 511.512
barrhæ 664
barrhus 425.664
bartholomæus 653. 684
batylius 670
baryna 689
barys 670
baſſa 664
baſſareus 664
baſſarides 664
baſilica 61
baſilius 531
baſio 428
baſis 45.75.350.428
baſſus 664
bates 504.679
bathæa 432
bathauia 505.683
bathauus,a,um 505. 683
bathy 505
batynon 670
batyllus 666
batrachus 679
battiades 665
battus 665
batulum 453
batuo 142
batus 286
baueria 431
baulus 619
Bdelleros 661
bdelium 661.665
Beatitas 642
beatitudo 642
bebryacum 689
bebrycia 474.689
bebryx 80.413.689
bechis 435
bechyres 538.539
bedicus 123
bel 70.99
belides 528.571
bellaria 115.665
bellatulus 665
bellenoti 548
bellerophon 515
bellerophontes 665
bellicanus 525.527
bello 665
bellona 665
bellua 441
bellum 665
bellus 665
belono,belona 549
belus 665
belzebul 408
bene 562
bene Latinum 208
benedicite aquæ quæ ſunt 193
benedico 316
beneficiſſimus 124
beneplaceo 580
beneuentum 524
beneuolens 123
benignus 239
berecynthia 684
berecynthos 506.686
berecynthus 684.686
berenicis 525
berillus 666
beroea 386
beronica 581
beronice,bar. 513
beryllus 448.538. 652.689
berytus 448.541.689
bes 53
beſegnus 473
beſſus 666
bethania 453.501
bethyca 683
bethleem, vel bethle, vel bethle 452.453
bethphage 497
bethſaida 683
bethulia 452.453.555
bethys 683.691
betonica 453
betula 452
betulia 555
betulum 452.453
betulus 452
Bia 684
bias 571
bibeſia 519.642
bibliopola 33.545
bibo 128.306
bibrax 80
biceps 657
bichus 458
bicolor 240
bicorpor 40
bicus 456
bicuſpis 48
bidens 53.459
bidental 35
biennis 657
bifidus 528
bifrons 54
bigæ 112.403.460.530
bigeritanus 516
bijugi 119
bilis 45.107
in Bilis nomina 524
in Bilis verbalia 241
bilibris 461
bimater 674
binarius 502
binus 398
bios 445.650.672. 673
biothanatus 684
bipennis 48.88.658. 665
bipertior 657
bipes 572
birrhaginus 498
bis 460.573.574
biſegnus 473
biſon 71.472
biſton 547
biſtonius,a,um 547
biſtonis 408
biſuntos 473
biſuntium 473
bitet 172
bithynia 474.683.691 686
bithynicus 682.691
bitbynus, bithynicus 474.683
bitonia 474
bitumen 71
bituri,iges 557
bituris 79
bitus 474
biulum 476
bizellai 582
Blactire 430
bladum,bar. 603
blæſus 451.651
blanditiæ 113.540.542
blandior 166
blanduſia 557
blaneus 424
blapto 430
blatero 429.431.655
blatthæus 430
blathara 430
blatio 430
blatta 430.665
blauia 432
blax 430
blecho 435
blechius 435
blenæ 443
bliaros 520
in Bo futurū 170
boa 642
boæta 687
boapbon 501.502
boca 478
boces 477
bocchus 477.478. 679
boea 386
boebe 434
boebeis 434
boebis,bias 434
boebius 434
boebus 434
boedromia 437
boemundus 512
boeotrix 388
boeotus 388
boeotia 388.397
boeus 386
bogud 29.70.566
bogus 478
bola 479
bolanus 479.500
bolax 480
bole 606.614.669
boletus 479
boli,los 618
bolis 74
bolos 480.545.606. 614
bolus 507
bombycinus 535
bombyx 56.652.686
bomilchar 679
bomolochus 680
bona 115
bonifacius 496.497
bonus 482
boopis 550
bootes 42
boræus 389
boreas 41.384
borigenes 520
botos 485
borus 483 485
boruſtenes 689
boryſthenes 512.689
boryſthenidæ 512
boryſthenis,ius 512
bos 50
boſtar 38.72
botrodum 544
botrus 486
botrys 486
bottiæi 667
botulus 65
bouatim 504
bouile 68.531.533
bouilli oculi 550
bouinator 537
bouinus 537
boule 620
βουλή 491
bous 667
Brabenta 523
brabentæ 395
brabium 395.581
bracæi 386
braccha 653
brachæ 670
bracheta 679
brachioniſter 409
brachioniſtes 679
brachium 415.416. 653

brachmanæ 679
brachycatalecticum.
584.585
brachylogia. 612.
670
brachylogos 612
brachys 362.415.612
670.679
bragada 418.419
branchiæ 680
branchodes 544
branchos 544
braſydas 690
braſſica 485
brauium 395
bremin 480
brephos 396
brophotrophiũ 396
breuiloquens 123
brennus 665
brenus 443
bria 433
briareus 387
briſeis 689
britannia 473.664
britannicus 473
britannus 475.664
britomartis 473
briton 473
britones 407.571
brito ſeu britto 475
britannia 475
brocardus 477
bromia 480
bromius 480.482
bromchus 680
broteas 384.487
brotos 552.557
bruchus 489.680
bructerus 440.515
bruges 659
brunduſium 557
bruteo 495
brutianus 494
brutidus 495
brutij 494
brutum 494
brutus,a,um 494
bryax 689
bryaxis 689
bryo 652.689
bryſæa 689
bryſæus 689
brytaneum 475
Bubalus 49
bubulcus 488
bubo 28
bucca 667
buces 489
buccina 534
buccinum 117
buccula 667
bucerus 515
buceta 430
buchar 489
bucolica 365.581
bucolicum 584
bucula 667
bufo 490
bugloſſa 490
bugloſſus 491
bula 491.668
bulchar 679
bule 450.491.555
bulephorus 514
buleuterium 517
bulla 491.649.504.
668
bulimeon 491
bulimia 491
bulis 491
bumaſthos 684
in Bundus nomina
524
buo 385
bupalus 492.493
burdo 35
buris 81
bus 390
buſiris 494.538
buſſi 668
buſſus 668
buſyris 603
buteo 495
buthoenus 513
butonius 495
butyrum 495.538.
581.652.690
buxeritum 689
buxus 30.117.668.
buzer, vel erus 409
Byblesia 686
byblia 651.686
bybliographus 649
byblion 649
byblipola 651.686
bybliopolium 396
byblis 686
byblos 49.545.686
byces 489
byrias 686
byrrhus 686
byrſa 686
byſar 410
byſſinus 535
byſſus 49.651.686
byzantium 686
byzer 72.409.410.
686
byzericus 409
C
C ante t 653
c in alias literas mutatio 659
c mutatur in g 259
c pro g 649
cabeſus 517.519
cabyſon 520
cacabo 416
cacabus 416.417
cace 608
cacephaton 608.670
cacethos 572
cachinno 666.679
cachinnor 653
cacodæmon 512
cacoethes 43.452.
572.670.671
cacoethos 621
cacogetes 523
κακὸν 572.608
cacophonum 585
cacophatõ 608.670.
681
cacῶs 608.621.670
cacoſyntheton 608.
670
cacotechnius 674
cacothetes 553
cacozelia 608.618
cacula 33.416
cacus 416
cadauer 38.505
cadiuus 145
cado 145.269.657
caduccum 418
caducifer 63.417
caducum 189
caducus 145
caduceus 417
caduceum 417
caduceator 417
caduſij 417
caditis 687
cæa 385.399
cæbes 434
cæcare 435
cæcias 435
cæcilia 435
cæcilius 435
cæcina 537
cæcinos 435
cæcinum 435
cæcubi 435
cæcubum 435
cæculto 435
cæculus 435
cæcutire 435
cæcus 239.435.650
cædes 42.146.436
cædicus 436
cæditianus 436
cæditius 436
cædo 404.436.650.
655.658
cædo,& eius compoſita 146.451
cæduus 146
cæla 96
cælare 518
cælatum 441
cælcas 441
cælebs 54
cælia 441
cælinus 534
cælites 109.400
cælius 441
cællo 441.651.665
cællo,& eius compoſita 153
cæloſyri 552
cæloſyria 441
cælum 96.441
cælſus 441
cæmentum 443
cæmentarius 65
cæna 445
cænæus 444
cæne 444
cæneis 444
cæneus 444
cænis vel cæne 445
cænites 444
cænodoxia 444
cænos 444.513
cænotaphium 444
cæntrum 651
çæpa vel pe 447
cæpe 83.97.99.651
cæpha 446
cæpi 447.651
cæpio 446
cæps 447
cæptum 651
cæra 119.651.655
cæra cum ſuis 450
cæranus 451.501
cæratum 450
cære 29.450
cæres 450
cæretæ 117.450
cæretes 450
cæreus 119
cæricæ 451
cærimonia 651
cærimoniæ 450.451
cærinthæ 450.684
cæro 450
cæroma 651
cæroma 548
cærophilax 451
cærotum 450
cærula 450
cæruleum 108
cæruleus 450.501
cærulus 555
cæſa 452
καίσαρ 452
cæſæna 452.513
cæſænates 452
cæſale 452
cæſar,cognomen 37
190.651
cæſarea 581
cæſaries 89.651
cæſim 451
cæſitum 452
cæſius 450.452
cæſpes 42.651
cæſpito 651
cæſtrum 452
cæſulia 33.452
cæſtus 106.451
cæſum 451
cæſura 365
cæſura breuis 561
cæte 454
cæter,ra,rum 651
çęter,a,um,facile ſubauditur in compoſitione 252
cætera 103
cæteri 454
cæterum 454.651
cætus 454.650
ceyx 386.687
caiaphas 501
caicus 525
caieta 616
caiolus 418
caiphas 537
καιρὸς 451
caius 649.660
cala 419
calagorus 551
calagura 498
calagurris 498
calagurrus 551
calaminthus 523
calanus 500
calaros 503
calathus 504.683
calatia 420
calaxare 503
calcaneum 117
calcar 37
calceamen 500
calceamentum 500
calceo 270.657
calcodontiades 544
calcs 655.661
cale 682
calefacis 580
calendæ 112.630.659
calenum vinum 419
caleo 133
cales 663.419
caleſco 177.340
caletur 302
calidon vel edon 528
caliga 530
caligo 69.420.530
caligorus 558
calix 56.687
caliſto 420.664

calonites 542
callanis 501
callens 236
calleo 132.331.663
callianira 538
callidates 505
callidus 237
calligone 547
callimachus.663.672.
679
callinous 535.536
calliodorus 551.663
calliope 663
calliopius 214
callis 46.663
calliſthenes 112.663
calliſto 421
calliſtrates 504
calliſtratus 663
calliſtrutia 558
callos 421.505.661
callum 108
callus 132.663
calo 419
calodæmon 512
calœnum 513
calon 417
calonites 541
καλὸς 538
calos 673
calotechnius 674
calpe 561
calpes 561
calpetianus 521
calpetus 522
caluearia 502.503
calueo 161
calueſco 161.177
calumnia 161
calumnior 268
caluo 161
caluus Nero 616
calx 42.56.655.661
calydnæ 687
calydon 528.687
calydonya 687
calypſo 70.687
calypio 687
calyx 56.687
camarice 527
camaritæ 541.542
cambio 164
cambyſes 539.686
camelæa 385
camelus 50
camellus 650.665
camera 60
cameracon 496
camere 515
camerina 516
camerinus 515.516
camerius 515
camers 421
camilla 666
camillus 666
caminus 536
camiros 533
camiſium 557
cammarus 664
camœna 513.650
camonica 422
camomilla,bar. 512
campe 33.448
campeſter 27
campi Murini 493
campſor 164
camurus 557
camus 679
cana 423
canæphoræ,pro cane-
phori 658
canabum 423
canache 679
canager 498
canalis 47.649.664
cancer 38
cancelli 109.665
canchaloo 621
canchar 621
canchaſmos 621
candax 412
candebœa 386
candela 509
candelabrū 496.509
candeo 132.657
candia 412.423
candidus 132
candor 132
canephori 514
canephoræ 604
caneſco 133.177
canens 423
cani 109
canicula 525.527
canis 44.422.423
canna 664
cannabis 423.496
cannæ 664
cannalis 664
cano 156.315.422.657
canobita 543
canobus 543
canon 70.423
canónem 581
canonizatio 621
canopita 549
canopꝰ,pita 543.549
cantaber 570
canterius 51.65
cantes 113
cantharida 984
cantharis 684
cantharus 684
cantherius 515
cantillo 666
cantio 156
cantor 156
cantus 156
canuſinus,atus 557
capaneus 501
capathus 539
capax 237
capedo 69
capero 333
capeſſo 159
capetus 425.521
caphareus 502
capharnaum 383
capillus 666
capio,& eius compo-
ſita 140.657
capior 263
capis 74.688
capiſtrum 97
capitne hæc res 287
capitolium 545
capnodes 544
capo 424
cappadox 80.413.
650.664
cappadocia 650.664
cappadocius 664
cappadocus 664
capparis 664
capraſius 503
caprificari,atio 525
caprifici 525
caprile 68.531
capſis 170
capio 177
captus 140.263
capulus 65
capularis ſenex 681
capus 117
caput 566.657
capys 573.688
carabus 426.427
carafa 497
caramalus 499
carantonus 548
caranus 501
carapha 502
carauagini 505
carax 426.427
carbaſinus 535
carbaſus 51.94
carboneſius 520
carcenas 513
carcer 106
carceres 109
carchedon 508
carcheſia 115
carcheſium 680
carcinos 534
cardinalis 47
cardo 35
carduelis 425.510
carduus 69
careo 131.264
carere lanam 264
carere rectore 294
carentia rectore ma-
nent nomina 294
carendus 328
cares 110.426.571
careſus 517.519
carex 55.426
caria 426.427
carica 426
caries 89
carinas 426
caris 426.427
cariſius 539
cariſianus 539
caritas 41.426.678
carithas 683
carmen 361
carmenion 513
carminatores 361
carminum genera 585
carminum inuento-
res 584
carminum vitia 371
carnain 582
carneades 384.497
carnifex 57
carnufex,pro carnifex
554.658
carnupyla 688
caro 69
carœa 386
carœtus 386
carolus 426.659
carpathus 539
carphinia 534
carpo 657
carpo,& eius compo-
ſita 157
carpophorus 671
carptim 157
carra 425.664
carræ 425
carruca 664
carrus 117.664
carta 678
carteia 505
cartha 678.684
carthago 360.678
carthæa 385.684
cartilago 498
carus 426.691
caryca 652
carydalus 689
caryſtæus 689
caryſtos 689
caſa 428
caſcllius 665
caſeu 582
caſeus 428
caſina 534.536
caſius 428.429
caſos 428.429
caſu 565
caſus 50.59
caſus quid 15
caſus diuerſi copula-
ti 295
caſus diuerſi vbi poſ-
ſent eſſe iidem.199
caſperia 515
caſperula 515
caſſandane 664
caſſandra 660.664
caſſandreus 664
caſſantra 660
caſſes 110
caſſianus 664
caſſinas 41
caſſiodorus 550
caſſiopea 664
caſſis 46.74.664
caſſita 543
caſſius 428.664
caſſus 264.303
caſteria 517
caſtigo 530
caſtigatio 318
caſtor 71.409
caſtores 571
caſtra 115
caſtritius 541
caſtulo 29
cata.541.615.618.620.
621.664.670
catabathynon 670
catachraomai 615
catachreſis 472.615.
617.671
catachreſticos 615.
671
catachryſmꝰ 670.687.
catacriſii 472.621.
671
catacrisos 621
catagelaſmus 503.536
catalecticum.684.585
catalego 621
catalogꝰ 49.521.670
catallum 603
catamithus 541
catane 501.534
cataphrattus 665.
670.681
catapulta 31.508
cataracta 30
catarrheo 664
catarrhus 664.670
catatypoſis 620
catecheſis 607
catechumenus 655
categoria 508.509.
580.618
categora 618
categoros 618
categorus 509

catena 683
cathærefis 519
catharina 502.653.
683
cathartica 683
cathedra 507.653.
670.683
cathegoria 653
cathegoricus 683
cathena.430.513.653.
683
catholicus 430.653.
670.683
catillus 430
catina 534
catinum 536
catones 665
catta 429.665
catti 429.665
cattus 665
catullus.430.431.532.
555
catulus 66
catus 53.240.429.
649.665
cauædium 508
caucon 408
caucones 408
cauconia 408
caudax 80
caudex 80.658
caue 562
caueo 133.135.316
caueo à te 316
caueo de te 316
caueo te 316
caueo tibi 316
cauillo 176
cauillor 686
cauillum 117
caula 60
caulis 46.658
cauo, caueo 562
caupa,caupo. 27.492
cauponæ 44
caurus 483.658
cauſa cado 346
cauſa efficiens 342
cauſæ rerum 342
cauſarius 502
cauſidicus 399
cauſſa 664
cauſtum 672
cauteria 515
cauterium 517
cautio 135
cauton 28
cautum eſt 135.316
cautꝰ.120.135.237.329
cayſter 686
Ce 92
cebes 434
cebrenia 433
cebrenius 433
cebrenus 433
cebrinia 534
cebrion 394
cebus 434
cecimandrum 434
cedes 73
ceda 436
cedeno 622
cedere terga 316
cedia 622
cedit victoria 316
cedo.148.171.185.316.
340.435.565.650.
655
cedrinus 535.581
cedropa 549
cedrus 436
celadon 507
celænæ 513
celæno 513
celaſtrus 441
celedon 507
celeber 27
celeno 26.565.675
celenus 513
celer 438
celerriſſimus 123
celeth 582
celetizontes 523
celeuſma 363
celex 80
celo 335.441.665
celomai 671
celonium 439.441.
548
celonis 438
celox 55.413.438
cella 60.441
cello,& eius compo-
ſita 153.441
celſiſſimus 124
celſitudo 153
celſus 153
celtæ 523
celtes 96
celtiber 63.406.570
celtiberus 570
cemolos 545
cenchris 46.680
cenodoxia 444
cenomani 444.546
cenos 444
cenotaphium 444
cenſeo, & eius com-
poſita 131
cenſio 131
cenſura 131
cenſus 50
centauri 688
centaurus 29
centeria 515.517
centeſies, barbarum.
261
centeſimus 517.518
centimanus 58
cento 34
à Centum compoſi-
ta 259.261
centuria 557
centurio 557
centurupe 556.557
cepha 447
cephale 671
cephalenia,num 499
cephalenꝰ,a,um. 499
cephalœdias 508
cephalœdis, ium 508
cephalœditani 508
cephalonia 499
cepheni 446
cepheus 446
cephiſus. 446.539.
581
cepio 446
cepœ 447.604
cepos 446.447
ceps 447
cepus 446
cera 651
ceræus 389
ceralium vel ciralium
449
ceraunia 96
ceras 41
ceraſum 118
ceraſus 503.576
cerathus 448.449
cerberus 515
cerceticus, vel ius.523
cercetij 521.523
cercopythecus 411.
688
cercops 78.411
cercopiſin 466
cercos 411
cercyllidas 687
cercyon 394.687
cercyra 538.686
cerdo 35
cerebrum 506
ceres 26.37.74.572
ceretani 448
ceretum 448
cerinthus 448.449.
684
ceriologia 607
cerion 450.517
cerithum 543
ceritus 449
cerix 449
cernere, pro decerne-
re 369
cerno, & eius compo
ſita 156
cernuus 207
cero 506
ceronia 548
à Ceros compoſita.
515.571.651.674
cerritus 449.540.
666
certum eſt 646
certiſſimus 125
certus 239
ceruical 35.525
cerus 449
ceruſa 448
cerycia 449
cerygma 449
ceſſo 666
ceſtrum 452
ceſtum 106
ceſtus 106.452
cete 33.561
cethegus 452.683
cetra 452
cetus 31.94
ceu 654
Ch ante vocales
679
chabrias 678
chæniſcus 451
chære 450.678
chærea 450.678
chæreas 678
chærebulus 450
chærelis 450
chæremon 450.678
chærephon 450
chæreſtratus 450.
504.678
chærippus 450.678
chæro 450
chærobulus 555
χαῖρον 516
chæronia 450.678
chæropolium 450
chæruſci 450.451
chætæ 454
chæten 522
chalas 678
chalazias 678
chalcedon 569
chalcedonia 678
chalceus 472
chalcidius 678
chalcius 678
chalcis 678
chalcodon 678
chalcon 653.670
chalcum 678
chaldæa 653.678
chaleſtra 678
chaletus 521
chalinus 536
chalybs 53.678
chalybes 571.652.
653.678,687
chamæ 506.670
chamæcyſſos 506.
chamæleon 71.510
chamæmæla 510
chamæmellum 512
chamæryſſos 670
chamæſice 511.527
chamætære 517
chamætærides 517
chamelæa 511
chameleon 387
chamyris 688
chananæus 424.501
chaon 678
chaonia 446.678
chaos 49.383.575.
653.678
character 72.409.
570.616.653.678
characteris 581
characteriſmos. 409.
616.678
charandæi 678
charax 678
charaxes 678
charibdes 572
chariboea 678
charientiſmos 619
charientizomai 619
charies 619
charilaus 678
charinus 534
charis 75.426.619.
673
chariſma 427
chariſteria 515
chariſtia 108.426
charitas 41.426.652.
678
charites 111.427.678
charizomai 619
charon 71.653.678
charonium 678
charopes 678
charpaſto 672
charta 653.678
chartilago 653.678
charus 426.652.674
charybdis 75.81.652.
678.689
chedropa 550
cheir 471
chela 438.678
chelidon,ia. 526.529.
547.653.678
chelidonius 529
chelone 439
chelydrus 678.687
chelys 75.438.573.
652.678.687
chemites 442
chemmis 665
cheſis 618

cheo 618
cheops 678
chephron 678
cheramis 449
cheridota 449
cheridotæ 517
cheronomos 470
cheronneſus 667.
678
cherronneſus 518.
666.682
cherſidamas 678
cherſius 678
cherſoneſus 678
cherſonneſus.517.519
cherſydros 678
cherſydrus 690
cherubim 554
chetis 75
chidnæi 678
chileus 678
chilia 670
chiliarcha 32
chiliarchus 670
chilidorus 678
chilo 678
chilos 671
chimæra 464. 516.
678
chimerinos. 464.535.
678
chinea 465
chios 29.395.678
chion 678
chione 548.678
chir 470.651.678
chiragra 471.498
chircum 670
chindion 651
chirocrates 471
chirogrsphus 117
chirographus vel phũ
471
chiromatis 670
chiron 678
chironomantia 470
chironomas 471
chironomia 470
chironomon 470
chironomos 547
chironomus 49
chironymus 670
chirotheca 651.670
chirurgia 580
chirurgus 471
chius,a,um 395.398
chlæna 444.678
chlamys 74.421.652.
678
chleuaſmos 678
chlœlia 679
chloris 659.678
choaſpes 679
chœlia 441
chœlius 441
chœniſcus 451
chœnix,vel chœnica
445.451
chœrades 451
chœrilla 514
chœrillus 451
chenlus 478.450
chœros 451.678
chole & cholera 679.
671
cholera 107.553
choli 651
choliambus 480
cholos 480
chotagium 679
choragus 171.498
chotaliſtria 499
choraſmia 485
choraſmij 484.485
choraules 679
chorda 679
chorea 679
chorebus 506
choreus 483
choriambica metra
587
choriambicum 591
choriambus 363.679
choriductus 679
chorœbus 506.684
chorineus 535.636
chorographus 484.
485
chorographia 485.
621
chorona 679
choros.422.484.485.
551
chorus 65. 386.483.
653.679
choſtum 679
chrater 653
chremes 653.679
chremetaon 521.679
chreſis 615. 671.679
chreſterium 517
chriſis 671
chriſma 653.661.679
CHRISTVS 652.
653.661.679
chromaticus 679
chromion 408.481.
679
chromius 481.679
chromis.481.571.679
chromus 481
chronica 96.653.679
chronicos 621
chronographia 621
chronographus 482
chronos 621.679
chronus 482
chros 621
chryſa 689
chryſanthus. 670.671
chryſaor 689
chriſæus 689
chryſendetum 521
chryſes 671.689
chryſeus 472
chryſoar 679
chryſodetum 521
chryſogonus 547.
653.671
chryſolius 671
chryſolithus 49.650.
672
chryſoloras 551
chryſon 185
chryſos. 472.521.551.
650.671.679.689
chryſoſtomus 185.
472.650.671.679
chryſothemis.511.512.
684
χθών 548
chthonius 482.548
chthonos 671
chymæra 653
chytra 679.687
chytrapos 679
chytrapus 51.687
Cibaria 115
cicatrico 504
cicatrix 504
ciccum 666
cicer 38
cicero 515
ciceronis locus 197.
221
cicinnatus 458
cicinnus 458
cichæ 458
ciche ſus 679
cichorea 456.457
cichus 456
cicon 408.547
ciconia 439
cicur 40
cieo 136
cileo 461
cilianus 461
cilices 571
cilicia 412.461
cilinus 534
ciliſſa 412
cilium 461
cilix 55.411.462
cilla 666
cilo 678
cim 29
cima 464
cimex 463
cimiterium,bar. 443
cimmerij 66.464.
568.666
cimmerion 568
cimolis 545
cimolus 464
cinædus 508
cinæthon 683
cinætha 683
cinamomũ. 465.546.
649.666
cinamomus 546
κινία 508
cineſias 517.519
cingulum 117
cinis 655.107
cinnamum 465.649.
666
cinniphius 465
cinnyphe 688
cinnyps 465
cinyphi 688
cinyras 688
cio 662
cio, & eius compoſi-
ta. 136.162
ciphys 75
cippus 467.666
κῆρ κῆρος 607
circa 282
circino 534
circinus 62
circiter 282
circites 43
circius 501.688
circum 282.579.656
circumcido 146
circumcirca 282
circumcolo 153
circumeo 656.660
circumflecto 180
circumpango 150
circumuenio 337.163
circumuolo 337
circundo 128.337
circunduce 178
circunſideo 337
circunſilio 339
circunſpectus 329
circunſpicio 139
circunſto 337
circus 62
cirin 469
ciriologia 607
ciris 469
cirrha 666
cis 68.273.282.573.
574.655
ciſena 478
ciſiarius 472
ciſiphus 664
ciſium 478
ciſſæus 666
ciſſus 666
citargi 474
citargus 475
citer 122
cithæron 516.604.
687
cithera 683
citheron 604.683
citimus 123.330
cito 564
citra 282
citrini 104
citrinus 105
citum 404
citus 474.475
ciuis 47
Clades 73.417
clæmens 443.651
clæmentia 443
clam 287
clam me eſt 287
clama 559
clamo 333
clanculum 287
clandeſtinare 535
clandeſtinus 535
clango 149
claranus 426
clareo 133
clarigo 531
claris 426
clariſſus 426
claros 426
clarus 426
claſis 613
claſma 613
claſſica 115
claſſicum 664
claſſis 84
claterna 431.432
clathrum 97
clathrus 97.431
claudianus 337
claudo,& eius com-
poſita 148.158
clauicula 525.527
clauiger 63
clauis 423
clauſo triſyllabũ 600
clauſtrum 97.658
clazo 613
clazomenæ 513
clazomenus 513
cleadas 384
cleanthes 670
clema 442
clematis 442
clematis AEgyptia
442
cleobula 555
cleobulus 555.670
cleonymus 688
cleopatra 387
cleophas 549

cleos 384.670
cleoſtrata 670
clepo 157
clepſydra 157.652.
690
cleptes,tæ 157
clepto 690
clereta 449
cleros 448
clerus 449
cletabeni 452
cliciades 456
cliens 54
clima 614
climater 409
climax 614
climente pro clæmẽ-
te 658
clinata 512
cline 536
clino 465.671
clio 69.394.564
clite 474.476
clitella 474
clitellæ 113.665
clitellarii 665
citerna 432
clitiades 456.474
clitis 474
cliton 474
clitonius 476
clitorius 474
clitumnus 474
clius 575
cliuus 119
cloaca 60.496
cloacina 497
cloanthus 670
cloantila 613
clodius 478.486
clodoueus 478.553
cloe 397
cloſtrum 658
clotho 69.486.564
653.684
clouius 482
cluacina 497
cludo pro claudo
658
clunis 47
cluo 142.497
clymene 513.687
clymenus 513
clyne 687
clypeodes 544
clypeus 117.652.687
clys 671
clyſin 409
clyſmus 409
clyſter 72.409.570
652.687
clyſterium 115.409.
517
clyſtrum 687
clytemneſtra 518.
671.687
clytonius 543
clytos 520.671.687
clytus 687
clyzo 687
Cnæus 389
cnecum 435
cneme 442
cnemis 442
cneorus 551
cneus 649.660
cnidos 458
Co & con 292.398
coaleo 132
coarcto 374
coagulum 418.497
cobylum 532
cocalia 477.478
cocalidæ 477
cocalus 477
cocciges 530
coccinus 536.667
coccus 667
coceius 477
cochlaca 496.680
cochlea 496.680
cochlear 37.566
cochleare 37.570
cocles 43.477
cocota 477.478
cocta enumerare ex-
ta 619
coctana 548
coctonum 548
cocus 655.660
cocythus 687
cocyto 478
cocytus.477.541.652
codex 478.658
codicilli 110.261.532
codrus 478
coea 386
cœbos 434
cœbum 658
cœbus 434
cœle 441
cœleſtis 650
cœlia 441
cœliaci 441
cœlicola 153
cœliſtomia 441
cœlum 441.650
cœmentarius 650
cœmeterium 517.607
cœmentum 650
cœmeſis 519.607
650.607
cœna 445.650
cœnaculum 650
cœnetes 521
cœniſmos 619
cœno,as 445.650
cœnobita 445
cœnobium.445.543.
650
cœnodoxia 444
cœnoma 619
cœnoneo 619
cœnon 650
cœnonia 614
cœnonna 619
cœnos.444.445.513.
614
cenotaphium 444
cœnum 107.445
cœpi 173.447.651
cœpio 173
cœpit intelligitur in
oratione 202.278
cœptum 173.447
cœranus 451
cœte 455
cœten 454
cœton 455
cœus 390
coco 162.333.660
coemo 155
coerceo 131.657.660
cogiſantra 478.539
cogito 176
cognaſcor 165
cognatio literarum.
657
cognatus 659
cognobilis 659
cognomen 12.189.
190.546
cognomina ex barba-
ris 191.192
cognominis 146
cognoſco 659
cogo 150.478
cohæreo 137
cohors 87.653.678
κοῖλον 441
κοίλος 441
colæus 390
colaphus 681
colare 479
colax 80.412
colchines 680
colchis 82
colchus 680
coleus 388.479.491
colias 480
colica paſſio 479
coliphium 479.537
colis 479.658
collabor 167
collatia 504
collatinus 504
collectiuum 13
collega 33.508
collegium 508
collido 656
colligo 150.657
collina 480.667
collino 157
colliphium 480
collis 46
collix 480
colloquor 167.306
colluceo 138
colludo 148
collum 108
colluo 141
colluuies 89.117
collybiſta 687
collyræ 539
collyriũ. 480.538.652.
667
colo,& eius compoſi-
ta 153.479
colobum 585
colocaſia 503
colocynta 686
colœtia 522.523
colon 36.479.545.
582
à Color 40
colos 76.479
coloſſum 585
coloſſus 667
coloſtrum 117
colotis 480
colpa pro culpa 658
colum 62.479
columba 31
columella 556
columen 556
columis 120
colus 50.479
colutes 384
colymas 687
colyphium 687
colyrium 687
coma 62.480.482
coma punica 527
comagenus 498
comana 481
comarchus 680
comatus 481
combibo 656.660
cõburo 158.656.658.
660
come 506
comedo 34.481.660
comes 481
comeſſatio 655
comeſſor 481
cometa 32.481
cometes 481
comicum 584
comicus 546
comis 48
comitia 115
comitiũ 115.399.543
comitor 207.481
comma. 582.650.667
commanducor 554
commaneo 137
commeatus 88
commemoro 269.
272.273
commendo. 269.316.
657
commentarium 117
commentitius 541
commentor 167
commentum 167
commereo 174
commi 659
comminiſcor 167
commiſceo 131
commiſſura 160
committo 160.656
commodo 306.311
commodum 267
commolo 153
commoneo 269
commorior 168
communico 344
communis 240.241
como 155.481
comœdia 391.508.
546.649.650
compago 60
compar 570
comparatio quid 13
comparãdi verba.304
comparatio 121
de Cõparatione mul-
ta diffuſe tractata.
248
cõparatio inter diuer-
ſa 242
in Cõparatione accu
ſatiuus cum præpo
ſitione mutatur in
ablatiuum 252
comparatiuus 13
comparatiua 111
comparatiua Græca
435
cõparatiui reſolutio
249
comparatiua cum ne
gatione 249
comparatiui & ſuper-
latiui differẽtia 250
comparatiui neutri e-
legantia 249
comparatiui & ſuper-
latiui non eſſe ean-
dem rationem 251
comparatiuum non
ſemper exponi per
quàm 249
cõparatiuus à ſubſtã
tiuo formatus 248

cõparatiuus capitur quadrupliciter 249
comparatiuus cũ genitiuo 243
comparatiuus cũ genitiuo inter plura eiuſdẽ generis 252
comparatiuus cum ablatiuo 243
comparatiuus pro ſuperlatiuo 248
cõparatiuus minus ſignificat quàm poſitiuus 250
cõparatiuus pro poſitiuo 249
comparatiuus pro ſuperlatiuo 253
comparationi neceſſaria tria 248
comparco 145
compareo 133
comparo 241
compatior 165
compedes 113
compedio 162
compello 154.665
comperio 164.657
compes 42
compeſco 144.657
competo 100 315
compilo 521
compingo 150.657
complaceo 133.657
complacitus 329
compleo 265
complector 165.646
complex 86.654
complodo 148.656 658
compluo 142
complures 257
complurimum 257
complutus 142
compono 156.656.660
compos 50.230.575
cõpoſita à ſum 207
compoſitarum dictionum regula 669
compoto 128
comprimo 657
comptus 155
compunctio 151
compunctus 151
compungo 151
con 656.660
concauus 506
concedo 148.316
concentus 156
conceptio 215
conceptio caſuum fit per cum 216
conceptio generum. 216
conceptio generũ duplex 217
conceptio numerorũ 216
conceptio non fit inter tertias perſonas 216
concerpo 657
concha 580
conchani 501
conchitæ 543
conchyle 10.532.680.681
conchylium. 532.680.687
concido 146
concino 156.657
concio 136
concionator 548
concionor 165 547
concipio 657
conciſio in accentu 579
conclaue 67
conclauium 117
concludo 148
concluſio 628
concolor 40
concoquo 157
concordo 347
concordantia 186
concrepo 129
concreſco 144
concumbo, concubo 129
concupiſco 178
concurto 158.340
concutio. 141.558.657
condemno 268.657
condico 144
conditio 540.542
conditorium 147
conditus 542
condo 147.294
conducibilis 314
conducit 314
conduco 145
conductitius 542
condus 155
condyloma 532
confercio 657
confero 169.307.316
confeſſarius 167
confeſſor 167
confert 316
conficio 139
conficior 345
confidentia 174
confido 174.317
confingo 149
confinis 48.83 241
confio 174
confirmatus 263
cõfiteor 167.225.657
confligo 149
confluo 142
confodio 140
conformis 240.241
confrico 130
confrigeſco 530
confrigo 151
confringo 150
confugio 140
confundo 148.209
confundor 209
confuto 558
congero 158
congredior 167.657
cogreſſus 167
congrex 57
congruitas 185.203
congruo 142
coni 686
conie cto 139
coniector 139
conijcio 139
coniſco 482
coniugatio quid 16. 126
coniugationis tertiæ regula 657
coniugium 554
coniúctio, & eius partes 18.187.199
coniunx 57.79.571
coniurator 174
coniuro 174
conlido 660
connida, as 667
conniueo 135.543
connubium 399.488 554
connubo 143
conon 482
conopæum 411.549
conopia 550
conopion 550
conopium 349
conopius 598
conops 78.411
conor 482
conqueror 334
conquieſco 144
conquiniſco 144
conquiro 158
conſæuio 162
conſcendo 145
conſcientia 162
conſcindo 147
conſcio 162
conſciſco 144
conſcius. 238.240.241
conſecro 657
conſequens 28
conſero. 159.167.647
conſentio 164
conſiſtorium 550
cõſolor. 175.480.545
conſona 649
conſonæ ante conſonantes 661
conſonantes 11.653
conſonantium mutatio 618.663
conſono 129
conſors 86
conſortium 117
conſpergo 657
conſpicio 139
conſpicuus 139.329
conſpuo 142
conſueſco 144
conſuetudo 641
conſuetus 237
conſul 36.271
conſularis 47
cõſulo 153.237.269.316
conſultor 137
conſumo 155
conſtat 128.271.314
conſterno 156
conſtipo 537
conſtituo 141
conſto 128
conſtringo 149
conſtruo 241.349
conſtructio 185.350
conſyderatus 329
conſydero 528
contabeo 132
contagio 107.497
contagium 418.498
contamino 500
contendo 130.146
contentus 263.237.329
conterminus 240.241
contero 158
contexo 161
conticeo 657
conticeſco 133
contiguus 150
continens 236.329
contineo 657
contingo 150.657
contollo 154
contono 129
contorqueo 138
contra 282.560
contractus 252
contraho 152
contrarietatis verba 241
contrarior 241
contrecto, contrectas 152.657
contribulis 555
contritio 158
contritus 158
controuerſia 404.553
contubernalis 48
contumax, contumacis 556
contumelia 556
contundo 147.404
conuello 154
conuena 33
conuenio 163.315
conuenit 315
conuenticulum 163
conuentio 163
conuentum 163
conuentus 163
conuerto 158
conueſcor 166
conuiciari 525
conuicium 525
conuinco 269
conuiua 33
conuiuo 161
conuiuor 161
conuoluolus 161
cooperio 164
coos 398
coorior 168
copæ 483
copais 483
copas 483
copax 483
copes 483
cophinus 483.534.581.653.681
cophos 483
copia 483
copiæ 112
copioſus 264
copos 483.670
coprotinus 553
κόπτω 582.609.618
copulę nulla ratio habetur variato regimine 198
copulantur diuerſi caſus tribus modis 198
copulatiua coniunctio copulat diuerſos caſus 233
copulatio diuerſorum caſuum 211
coquina 157
coquinari 157
coquinaria 157
coquor, & eius compoſita 157.550
coquus 157.550
cor 39.570
coracinus 534

coralium 494.485. 498.499
corallus 484
coram 286.483
corauerunt, pro curauerunt 658
corax 485.672
corbita 542
corbitæ 541
corbis 47
corcyra 538.686
cordetenus 273
cordi eſſe 301
cordilla 531
cordillus, la 531
corinthus 483.485. 684.689
corinthius, acus enſis 684
coritha vel the. 484. 541
cornicen 37
cornicor 524
cornicula 524
cornu 565
cornus 89.120
corolla 667
corollarium 667
coronides 528.529
coronis 528
coronor 336
coronia 391
corporale 12
à Corpus 40.76
corrado 148
correlarium, barbarũ 667
correpo 157
corrigia 500.530
corrigo 149.657
corripio 140.268. 657
corruba 554
corrumpo 157
corruo 142.656
corruptela 157
cors 87
corteſius 519
cortex 56
corucus 485
corus 478.658.679
corycius 484
corycus. 484.485.525. 869
corydon 568.652.
corylus 652.689
corymbus 689
coryne 689
corynephori 689
corynetes 189
corynthus 689
corypheus 689
corytus 484.485. 541.679.689
corytaris 541
cos 49.575
coſæ 485
coſiæ 486
coſtra 486.538
coſmographia 621
coſmos 621
coſmus 672
coſſus 667
cote, cotes 487
cotes, cotis 487.488
coturnix 486
cothurnus 653.684
cotiæ 488
cotillus 487.488
cotilus 487
cotiorus 551
cotinuſa 535
cottidie 650.660
coturnix 421.488
cotus 660
cotylus 488
cotys 652.690
cotytaris 542
cotytto 478.542
couinus 536
coxendix 412
Crabro 414
cragus 418
crana 423
cranaus 383
crania 423
cranius 423
cranon 423
cras 30
craſis 45.75.610
craſpedites 508
craſpedon 508
craſſitudo 643
craſſus 643.664
craſtini & craſtine 658
craſtinus 535
cratego 509
cratægus 508.509
crater 72.409.570. 619
crates 113.430.679
cratera 409.515
crateres 571
craterus. 430.432.515. 516
crathiæ 432
crathis 430. 432.683
craticula 525.527
cratinus 430
cratippus 669.672
cratis 45.430
cratos 430.504.505. 655.669.671
cratus 430
cratylus 690
crea 388.670
creari 346
creatura 505
creber, crebra, crebrũ 433
crebra 562
crebre 562
crebro 564
credo 147.306
credo in deum 289
creduas 172
creduis 172
credulus 239
crema 442
cremamola 545
cremaniola 501
cremaſter 409
crementum. 405.442
crementum nominis 406
cremera 515
cremis 76.410
creophagi 549.550
creophylus 533
creopilus 549
creopola 549.550
creopolus 404
creopylus 532.550
crepacorus 551
crepida 528
crepido 69
crepis, vel crepida 446
crepitus 129
crepo, & eius compoſita 129
cres 42
creſco, & eius compoſita 143
creſſa 666
creſſæa 385
creta 388.452.453
cretæ 522
cretenſis & creteus 452
cretes 539.571
crethon 683
creticon 661
creton 453
cretus 144
creuſa 388.557.581
crimen 175.568
criminor 175
crinis 465
criniſus 539
crino 473
criſias 473
criſis 467.472. 621. 650.651.671
criſolius 671
criterium 517
critheis 683
critias 473
criticus 473.671
critobulus 555
criton 473
crium 395
croati 504.505
croatia 504
croatio 505
crobialum 476.477
crocea 384
crocio 162
crocinus 535
crocito 542
crocitus 162
crocodilus 532
crocus 49
crocylea 533
κροκύλεια 533
crocyta 686
croeſus 452
cromenon 513
crommyonneſus 518
cronia 482
croniſco 482
cronius 482
cronos 679
crotalum 487
crotin 487
crotiorus 551
croton 487.647
crotopiades 550
crotopus 487.549. 550
crotus 487
crucio 265
crudelis 665
cruento 332
crumena 62.492
cruſta 560
cruſtum 117.599
cruſtumeri 556
cruſtumium 556
crux 57.80
crypta 689
crypte 60
crypto porticus 50
cryſtallinus 535.581
cryſtallus. 49.652.689
Cteſias 661
cteſipho 661
cteſiphon 451
cteſippus 661
Cubiculum 67
cubile 33.67.531
cubitum 117
cubo, & eius compoſita 129
cubos 434
cubus 483.489
cucerius 517
cucubo 489
cucullus à barbaris dicitur cappa 228
cucullus 555.668
cuculus 555.489.668
cucumer 38
cucumis 46.75.556
cucurio 489.556
cudo 34.420
cudo, & eius compoſita 148
cui 374.563
cuias 41.191.179
cuiatis 579
cuius 579
culeatus 479
culeus 388.479.491
culex 57
culleus 668
cultrarius 32
cultus 106.153
culullus 555
culus 491
cum 286. 348. 579. 645.654.
cum eleganter aduerbium eſt, vbi barbare præpoſitio diceretur. 270
cum, dat valorẽ pluralem 214
cum in conceptione. 216
cum paucis 255
cume, vel cumæ 491
cumatilis 450
cuminum 136
cumprimis 255
cumulatus 264
cumulo 344
cumulus 491.492
cunabula 115
cunæ 111.492
cunctus 254
cuneatus 492
cuneus 492
cuniculus 492.525. 527
cunnus 668
cupa 492
cupedo 493
cupennius 492
cupibilis 524
cupido. 26.35.493.528
cupidus 237
cupiens 236
cupio, & eius compoſita 140
cuppa 650
cupreſſus 10.461. 652.666
cur 579

cura,curia 557
curatius . 504
curculio 660
cures 73.493
curetes 493.520
curgulio 34
curia 493
curialis 48
curin 660
curinum 660
curio 493
curioſus 238
curius 493
curriculus 117
curruca 33
curro, & eius compoſita 158
curtio falſò aſcribuntur epiſtolæ 258
curtius 493
curtij epiſtolas non eſſe quæ vulgo leguntur 202
curulis 45.493.555. 649.668
cuſpis 74.571
cuſtodio , cuſtodia 544
cuſtos 50.544
cuticula 525
cutiſcus 525
cuns 494
Cyane 391.686.801
cyaneæ 391.508.686
cyaneus color 501
cyannos 664
cyanos 501
cyarapes 686
cyathus.504.652.653. 683.687
cybele,es 26.509. 686
cybelea,la,lus 509
cybiſtus 686
cyborium 551
κύβος 489
cyce 456
cyceon 686
cycreus 608
cyclaminus 500
cyclas 73.486.651. 671
cycinus 687
cyclopes 572.580
cyclopius 389
cyclops 78.411.651. 686.671
cyclôpum 580
cyclos 411
cyclus 49.651.671. 686
cycnus 661
cydarum 687
cydippe 687
cydnus 687
cydon 458.459.686
cydones 686
cydonius 458
cyæx 687
cygæus 686
cygnus. 649.652.661. 687
cylicia 687
cylicranes 686
cylix 687
cyllarus 668
cyllene,es 385. 668. 687
cyllenis 668
cyllenius 389 . 668. 687
cylindrus 461.680
cyliſſa 687
cylizo 461
cylydros , vel drus. 461.686.687
cyma 464.686
cymata 450
cymatilis 464
cymba 652.686
cymbaliſta 27
cymbalum 652.687
cymbium 686
cymetro 686
cymere 687
cyminum 536.687
cyminus 534.686
cymodice 464
cymodoce, vel cea. 464.686
cymolia 686
cymolius cymolia cymolium 545
cymolus 545
cymon 687
cymothoe 464.593. 684.686
cynægirus 508
cynætha 522
cynapes 501
cyneas 384.686
cynegetes 509
cynegetica 509
cynegirus 686
cynegos 509
cynetha 686
cynicus 651.671.686
cynocephali 671
cynogloſſa 671
cynomyia 581.671. 686.688
cynos 466.478.552. 651.671.686
cynoſura 552.651.
671.686
cynthia 687
cynthius 684.687
cynthus 687
cynum 466
κύων 508
cypariſſus 686
cyperen 516
cyperus 117.467.515
cyphus.466.468.662. 687
cypirus,cyperus 538. 651.686
cypreſſus 461. 652. 687
cypris 686
cyprianus 536. 652. 687
cypris 686
cyprogenia 392.686
cyprios 467.468
cyprus 652.686
cypſelidæ 509
cypſellus 687
cypſelus 509.510
cyrenæ 471
cyrenæus 471
cyrenaicus 471
cyrene,cyrenes 471. 651.686
cyreneus 651.686
cyrenia 471
cyria 606
cyriacos 606
cyriacus 471
cyrillus 471.687
cyrie 655
cyrinius 471
cyrinus 471.687
cryios 471.606
cyrne 686
cyrnus 686
cyrus 686
cyſſos 506.670
cyſſus 669.687
cyſta 687
cyſtis 687
cyſtula 687
cytæa 385
cytharæa 516
cytharistes 27
cythera 115.515.616. 687
cytherea. 515. 516.687
κυθηρία 520
cythere 515
cytheriacus 516
cythnon 545
cythorum 551
cythorus 551
cytiſorus 551
cytiſus 687
cytorus 551.686
cyttea 669.687
cyzicus 686
D
D ante conſonātes 653.661
d in alias literas trāſitus 659
d interponitur duabus vocalibus 292
Daca 417
dacia 416
dacryon 652
dactylica metra 586
dactylicum 584.592. 593
dactylotheca.532.690
dactylus 362.532. 652.690
dactylis 362
dacus 416
dada 417
daduchus 680
dædala 436.437
dædalæus 389
dædalin 436
dædalion 394.436
dædalius 389
dædalus 436.437
dæmon 36.569.443. 651
dæmones 571
dænus 444
dæo 443
dætor 454
dahan 417
dalila 420
dama 32.560.655
damaſithon 541
damaſithynus 691
damaſus 503
damen 70.408
damippus 422
damnandi verba. 267
damno 268.269.657
damœtas 422.522
damon 422
damyudas 688
danae 38.423.650
danahe 653.678
danaius 432
danaus 383
dandi verba 304
danis 423
danubius 423
danus 423.432
dapes 571
dapifer 63
dapis 100
dapſilis 531
darcetis 521.523
dardania 501
dardanus 501
dare conſilium 304
dare dono 305
dare in manum 289
dare morti 304
dare paucis 304
dare peſſum 128
dare pœnas 269
dare poteſtatem 332
dare ſe alicui 304
dare ſe in diſciplinam 304
dare veniam 304
dares 571
daretes 571
dareus 395
daridæus 389
darius 395.420.484.
darmedon 507
daſtyllus 690
dates 505
dathus 432
datin 432
datis 432
datiuus caſus 303
datiuus pro accuſatiuo & præpoſitione 300
datiuus pro aduerbio loci 295
dato 176
dauid 432.567
dauides 432.528
De & a differunt. 287
de,aduerbium 287
de cum altera præpoſitione 292
deambulo 207
deamo 332
debæ 433
debeo 131. 317. 433. 657
debilito 433
decaboron 390
deceptus 651
decapolis 81
decas 73
decedo 338
decem 557
deceo cum datiuo 336
decerno 156
decerpo 157.657
decet 336
decetor 435
decido 435
deciduus 529
decima, ſubſtātiuum 260
decimæ 112
decimare 260

decimus 555
678
decipio 140
decipula 140
declarandi verba. 305
declinatio quid 15
declinatio voluntaria 59.227
declino 333
decliuus 119
decollo 333
decolor 40
decoquo 157
decor 40
decoro 419
decreſco 144
decretiles 112
decubo, decumbo. 129
decumus 658
decuria 557
decurio 557
à Decus 40.76.410
decutio 141
dedecor 40
dederunt 406
dedignor 334
dediſco 144.336
deditus 147
dedo 147
dedoceo 131.336
deduco 333.338
deeſt, deeram, &c. 374
defæcare 435.659
defectio 332.529
defectus 329.332
defendo 145.307
defero 169.269.308
deferueo 135
defetiſcor 167.657
deficio 319.332
defigo 151
defio 174
defioculus 381
defico 136
deflecto 160
defluo 142
defraudo 334.658
defrico 130
defrutum 103.558
defungor 165
defunctus 165.343
degener 39.514
degeneri 82
degenero, degeneras 524
deglubo 143.488
deglutio 495
dego 151.437
dehabeo, dehabes. 131. 287.657
dehinc 299.374.469.
dehortor 175
deianira 538
deidamia 392
deiero 174.658
deiicio 139
dein 374.568.579
deinceps 374.505. 579
deinde 374.505.579
deiopia 392
deiotarus 503.553
deiphile 681
deiphobus 681
deiphyle 689
deiphylus 689
deipyrus 688
deiuro 174
delabor 167
delator 269.308
delebilis 506.524
delectat 336
delecto 439.657
deleo 136
delero 449
deleterium 517
delibuo 344
delibutus 141.329. 344.439.524
delicia 97
delicium 97
delictum 158
deligo 150
delinquo 158
deliqueo, & deliqueſco 132
deliro 407.538
delirus 470.538.539
deliteo, vel deliteſco 133.657
delonge 579
delphin 36.70.568
delphines 571
delphinus 645
delphis 46
deltoton 552
delubrum 440.553. 554
deludo 148
delyrus 539.683
demænetus 523.514
demarchus 680
demas 571
demegoria 509
demenidæ 514
demeus 55
demereor 174
demergo 151
demeto 160
demetrius 442
demitto 160
demo 155.442
demoborus 442
democedes 507
demochares 502
demodocus 543
demoleos 575
demoleus 388
demolior 166
demophohon 653
demophoon 71.678
demordeo 134
demorior 168.330
demoror 175
demos 442
demoſthenes. 512.572. 653 674
demulceo 137
demum 442
denarius 66.502
denique 579
denominatiuum 13
denormis 119
denuo 565
deus 53
deo 612
deois 387
deolis, bar. 546
deorſum 579
depalmo 643
depango 150
depeciſcor 168.657
depello 154
deperco 657
depereo 30
depulo 531
depleo 136
deponentia communia 328
depono 156.317
depoſco 144
depoſitarius 156
depoſitor 156
depoſiui, pro depoſui 596
depromo 155
depudet 278
depygis 460.530. 689
dercebij 506
dercetis 523
dercyllus 687
derelinquo 158
derideo 137
deripio 140
deriuo 543
deriuatiua pro primitiuis 644
deriuatiuorum regula 398
derogo 311
deſæuio 162
deſciſco 144
deſeco 130
deſero 159
deſeruire 186
deſes 45.572
deſideo 134.657
deſilio 164
deſino 156.266
deſipio 140.265. 657
deſiſto 338
deſitus 156
deſmoterium 157
deſpauterij origo 240
deſperans 236
deſperno 156
deſpiciens 30
deſpicio 139.657
deſpondeo 134
deſpuo 142
deſſignator 664
deſterno 156
deſterto 160
deſtino 306
deſtinatus 536.537
deſtituo 141
deſtruo 141
deſueſco 144.316
deſum 169.398
deſuper 580
deſydero 528.690
deſyderati in prælio 346
deſyderium 528
deſyderius 528
de te audio 287
deter 63.122
detergo 151
deterior 122
determinare 187
detero 158
deterreo 131
deteſtor 165
detexo 162
detondeo 134
detraho 152.311
detrecto 152.657
detrimentum 533
deturgeo 138
deuenio 163.338
deuergentia 152
deuergo 152
deuincio 163
deuius 238
deunx 53
deuoluo 161
deuoueo 135.307
dextans 53
dexter 63.661
dextimus 123
Di 399
di & dis 292
dia 392.612.616.624.
661.671
diabolus 651.671
diacodion 544
diacope 618
diacopto 618
diadæma 32.512.651
diadematus 407
diadumenus 513
diæreſis 374.610
diæta 522.651
diætarij 522
diæter 522
diæthus 522.683
diæti, tæ 522
dialectica 655. 671. 661
dialogus 47.49.651. 671
dialyſis 612.617
dialyton 36.612
diamas 500
diana 26.392.570.
dianœa 385.611
diapaſſon 36
diapiganon 530
diaporeſis 517
diarium 533
diaſatyron 36
diaſtema 511.512
diaſtole 610.624
diaſyrma 674
diaſyrmos 614
diatereſis 517.519
diateſſaron 36
dibaphum 108
dic 579
dica 103.456.458
dicæa 385
dicæarchia 385
dicæarchus 385
dicæos 385
dicæus 389.458
dicarchis 456.458. 517
dicaſterium 512
dicax 399.456
dichoræus 363
dicier 646
dico 306.346.456
dico, & eius compoſita 144
dico diem 306.332
dico grates 332
dicola 593
dicolon 479.545. 584
dicolon pentaſtrophon 597
dicolō tetraſtrophō. 596
dicolon triſtrophon 596

dictamus 500
dictatum 177
dicterium 515.516
dictio 654.661
dictio geminata 340
dictiones quot mo-
dis componuntur
11
dictito 177
dicto 177
dictum iuxta diale-
cticos 201
dicturio 178.556
dictynna 690
didius 459
dido 70.564
didragma 679
diduco 145
didus 575
didymaon 459.687
didyme 459
didymi 459.687
didymus 459.652.
687
die 89.562
dies 43
die quarti vel quarte
515.562
dierecta 516
diespiter 72
dieteris 516
dietericus 522
diexedos 623
differcio 657
differo 169.656.660
diffibulo 455
difficilis 656
diffido 174.656.660
diffindo 148
diffingo 149
diffinitio figuræ 212
diffiteor 167
diffluo 142
diffugio 660
diffundo 148.656.
660
digamma 399.664
digentia 460
digero 158
digeſta 168
digladior 166
digma 620
dignor, dignaris 175.
344
dignus 263
digredior 167
dij 89
dij & diſs 374
dilabor 167
dilargior 175
dilemma 399.407.
655
diligens 229.236
diligo 150
diluceo 138
diluceſcit 139
dilucidus 138
diluculaſcit 139
diluculum 138
diluo 141
diluuies 118
dimas 463
dimetrum 520.584.
585
dimico 130
dimidiatus 339
dimidium 464
dimidius 339
diminuo 660
diminutiuum 13
diminutiua à compa
ratiuis 258
dimita 540
dindymene 512
dindymus 39.459
dinois 397.661
dinomache 672
dinus 66
diobolaris 543
diobolus 543
diocæſarea 518
diocesis, bar. 506.517.
650
diocles 671
diodorus 551
diœceſani 507
diœceſis 81.506.517.
650
diogenes 394.395.
512.581.671
diomedes 507.546.
671
dion 394
dionyſa 688
dionyſæus 539
dionyſia 688
dionyſius 539.548.
652.688
dyonyſos 548
diophanes 500
diores 551
dioria 551
dioriche 551
dioryges 551
dioryctos 551
dioryx, dioryche 79.
551
dios 394.396.459.
671
dioſcuroe 604
diphilus 467
diphthõgus. 60.379.
575.650.684
diphthongorum mu
tatio 608
diphthongorum re-
gula 434
diplaſios 612
diploma 260.580
δίαυλος 260
diploſis 609.612
diplotis 74
dipondius 118
dipſas 73.409
diptoton 99.552
diræ 112
diribetorium 472
dirigo 149.657
diripio 140
dirimo 115.399.656.
657.658.660
dirumpo 157
diruo 142
dis 48.83.262.292.
573.618.650.651.
658.660.671
diſcedo 347
diſcerno 156
diſcerpo 157.657
diſco, & eius compo-
ſita 144.336
diſcolor 40
diſcordo 347
diſcrepo 129
diſcretio 329
diſcretus 329
diſcrimen 121.533
diſcrimino 533
diſcrucio 268
diſcumbo 129
diſcuſſio 141
diſcutio 141
diſertus 159.329.399
diſexapothos 513
diſiunctiua pro copu
latiua 215
diſpar 570
diſpareo 133
diſpergo 151.657
diſpertior 657
diſpeſco 144
diſpicio 139
diſpliceo 133.657
diſplicina, bar. 604
diſpondæus 363
diſpono 156
diſpudet 278.554
diſpungo 151
diſputo 333
diſquiro 158
diſſeco 130
diſſentio 164
diſſero 159
diſſideo 134.147
diſſidium 134
diſſimatus 501
diſſoluo 161
diſſolutus 161
diſſono 129
diſſuadeo 137
diſtædet 278
diſtandi verba 341.
347
diſtendo 146
diſtero 158
diſtichus 651.671
diſtinguo 149
diſto 128
diſtributiua pro pri-
mitiuis 261
diſtributiuum vniuer
ſale 243
diſtributiuus nume-
rus 260
diſtrictus 149
diſtringo 149
diſtrophon 584
diteſcere 474
dithyrambus 474.
674.683.691
ditionis 100
ditis 474.476
dito 474
diu 102
diuello 154
diuerſito 160
diuerſor 160
diuerſoria 44
diuerſorium 160
diuerticulum 160
diuerto 160
diues 44.572
diuido 148
diuiduum 13
diuiduus 148
diuinus 238.239
diuiſio, diuiſi, diuiſũ.
539
diuiſionem dictionis
carminis cauſa non
admitti 358
diuitiæ 113
diuitior 125
diuona 548
diuortium 160
dius, dia, dium 394
diutinus 558
diuturnus 558
diutius 558
dixin' 568
Do, & eius compo
ſita. 128.304.564.
vide etiam Dare.
do tibi, & ad te literas
304
doberes 477
doberon 477
dobeta 477
doceo, & eius compo
ſita 131.271.335
doceſis 519
docheion 336
dochimus 477
docibilis 239
docilis 124.138.238.
531
docti qui 191
doctus 237
documentum 555.
556
dodo 520
dodomus 389
dodona 478
dodoneus 389.478
dodrans 53
dogma 68
dolabella 496.543
dolabra 62.496
dolendus 328
doleo 133.314
dolet 314
dolium 480
dolo 479
dolobella 543
dolon 479
dolops 78.411
dolopes 571
dolus 107
doma 68.481
domatium 481
domator 129
domi 186
domi & domus 294
domi aliquando regi-
tur 294
domi domo domum
cũ pronominibus
294
domina 534
dominicus 481.524
dominium 481
dominor 264.481
dominus 481.534.
628
domitius 481
domitianus 481
domitor maris 616
domo 129.294.481
domus 50.98.481
donace 482
donati locus 197
donax 482
donec 566.579.644
288
donecum 579
doneſis 519
dono 304.482
donus 482
donnyſa 482.539
dorcas 73

dordacum 496
dores 484
dori 689
doria 493
dorias 484
doricus dorice dori-
cum 484
dorion 484.487
doris 484
doriſeus 484
dormito 177.542
doron 388.453.484.
558.663
dorotheus 388.484.
553.674
dorſarij 665
dorus 484
dorys 652.671.689
dorycius 689
dorylas 671.689
doryclus 484.671
doryphorꝰ. 489.671.
689
dos 49
doſis 486
doſitheus 388
dotia 487
dotion 487
doto 487
dotos cum compoſi-
tis 553
δουλεία 481
doxa 622.669.672
Dracæña 513
drachma. 68.655.679
dræreſis 516
dragma 68.655.679
drama 68.655
dramaticus 655
drapetæ 523
drapetes 523
drepanos 501
drepanum 501
dreſia 451
dromas 481
dromedarium, barb.
481
dromo 481
dromos 481
dropax 55.412.483
druidæ 395
druma 492
druydæ 554
druydes 554
dryades 671
dryantheus 684
dryantides 528.684.
689
dryidæ 671
dryides 689
drylon 671
dryme 671
drymo 564
dryopes 671
dryopis 671
drys 395.671.889
dryſus 689
dryudæ 395.545
Duas 172
dubius 238
duc 579
ducarius 489.502
duceni 489
ducenti 489
duco,& eius compo-
ſita 244.489
duco diem 332
duellona 665
duellum 665
duilius 532
duis 172
duit 172
dulce ſatis humor
188
dulcis quomodo cō-
paratur 14.240
dulia 392.491
dulichia 491
dulichium 491
dulichius dulichia du
lichium 491
dulichus 491
dulos 311.491.555
dum 350.625.644
dummodo 565
duntaxat 579.580
duo 564.565
duo & vigeſimo an-
no 261
duode 261
duodecatemoria 507
duonum 665
duplex 492
duranus 493. 494.
495
durateus 395
duraton 493
duria 493
durius 395.493.494
duro 334
duron 395
in Dus verbalia 142
dux 57.489
Dyctis 476
dymas 687
dyminis 687
dynaſtæ 687
dyodecaſyllabum.584
dyomeropus 687
dyota 687
dyrrachiū. 471.496.
669.687
dys 467.651.671.
687
dyſcholis 651
dyſcholus 654.661.
671.679.687
dyſcolus 120
dyſenteria 651.671.
687
dyſentericus 671
dyſenterion 671
dyſphilos 651
dyſphilus 671
E
E in i mutatio 657
e in o mutatio 657
e in u tranſitus 657
de E ante g regula
438
in E aduerbia 562
in E nomina 68
e in vltimis 560
ē renibus laborare
292
ē re tua 287
ē republica 287
e pro α 395
e & ex ſeptem modis
287
Ea 578
eadem 560
eæ 374
ear 359
earinos 535
earinus 359.534.
eatenus 279
Ebibo 143.661
eboſita 433.541.552
ebrius 433
ebur 72.433
ebuſus 557
Ecades 585
ecbaſis 621
ecbatana 501
ecce 223.665
eccere 665
eccleſia 517.520.665
eccleſiaſtici eloquij iu
dicium 194
eccleſis euocatio 214
eccum 91.223.665
eccdemia 608
eccdemus 508
echeclus 434
echemmon 665
echemythia 512
echeneis 434.679
echeneus 434
echeſis 679
echi 434
echidna 679
echimene 434.513.
514
echines 659
echinus.434.534.536.
679
echion. 394.434.
679
echo. 35.69.434.564.
679
echomaneus 512
eclepſis 610
ecleipticos 607
eclipſis 81.607.610
eclipticum vel defe-
ctiuum 168
ecloga 438
eclyterium 517
echonema 681
echphoneſis 519.607.
681
econ 458
econicos 435
econicus 435.458
econtra 282
econuerſo 383
ecqua 560
ecquæ 247.560.599
ecquid 660.661.653
ectaſis 609.610
ecthlibo 369.610
ecthlipſis 369.610
ectrapeli 511
ecuncula 435
ecyra 679.687
ecyros 687
Edax 146.237
edice 172.137
edico 144
edictum 144
ediſco 144
ediſſero 159
edo 146.147.170.
436.666
edoceo 131
edon 408
edonij 408
edonis 404.548
edonus 408.436
edormiſco 178
edrai 582
educare 175.554
edulia 489.555
edulis 146.555
edulium 146.655
edulus 675
educo, educis 661
edus,bar. 436
edyia 687
Etion 386.394.521
Efferueo 135
efficiens 236
efficio 139
effigies 89.149
effigiare 149
effingo 149
efflagito 335
effleo 136
effluo 142
effodio 140
effœmino 443
effrænus 120
effringo 150
effrons 54
effugio 140
effugium 140
effula 437
effutio 495
Egates 437
egbatana 501
egenus 132.262
eger 132.264.657
egeria 516
egero 158.661
egeſtas 132
egeſtus 438
egnatia 431
egnatius 504
ego 216. 438. 564.
565
egón' 568
egra 437
egredior.24. 167. 338.
657
egregiſſima 126
egregius 176.238.437
Eheu 224
æ in e mutatur 520
æ in i mutata 520
ei 374.379
eia 560
εἰκών 457
eijcio 139.661
eion 549
eionides 648
εἰρίων 472
eirion 472
εἶρος 472
eiuro 174
in Eius poſſeſſiua 386
Elabor 167
elæa 385.441
elæus 441
elargior 175
elaterion 515.517.607
elatia 505
elauo 344
eleazar 503.582
eleazar,eleazarus 582
electo 139
electra 440
electrum 105.140
electryon 394.689
eleemoſyna 511.512.
534.552.690
elegans 55. 186. 439
elegans ſermo 634
eleganter dici aliquid
in vna lingua,in al-
tera barbare 205
elegantia 643
elegantia relatiui 196
elegantiæ 105. 643.
645

elegantiæ regula 226
elegatius 504.505
elegia 367.392.404.
508
elegiacum 366.589
elegiacum carmen.
367
elegidium 528.627
elegum, elegiacum
584
eleiſon 655
eleleus 510
eleliſphacos 537
elementum 511.649
elena 441
elenchia 392
elenchus 680
eleos 367.511.690
elephantinus 535
elephantus 645
elephas 41.508.514
eleus 440
eleuſis 175
eleutheræ 515.516
eleutherius 515
eleutherus 516
elias 390
eliades 676
eliberis, us 516
elicio 139
elicius 439
eligens 439
eligo 661
elimino 463.533
elingo 151
elis 676
eliſa 539
eliſabeth 539.540.
675
eliſæus 539
elix 412
elixus 439
ellepſis 665
ellipſis 369.660
ellum 91.223
ellychnium. 439.660.
680
elmyus 78
elogium 439.621
elona 440
eloquor 167
eluceo 138
eludo 148
elugeo 138
elumbus 120
eluo 141.665
elutherius 516
elyſium 56.440.688
Emaneo 137
emanſor 137
emanticulari 642
emathion 394
emaus 78.650

embicus 527
embricus 525.527
embryon 652.689
emergo 151
emeritus 174
emerunt 406
emico 130
emineo 137.657.661.
emio 657
emiſceo 131
emiſſitius 542
emithrabolus 546
emmanuel 398.501
emo 270.306.404.
657.661
emo, & eius compo-
ſita 155
emoda 544
emodus 544
emolo 153
emolumentum 556
emorior 168
empedocles 507
empericus 538. 660.
669
empeus 537
emphæno 625
emphaſis 201.625
emphyteoſis 681
empiria 538.660
empiricus 538. 660.
673
empirus 538
emplaſtrum 656.660
emptum 656
empturio 178
empyreus, vel empy-
rous 539
empyrius 538
emundus 442
emys 442
En 223. 651. 652.
654. 660. 669.
672.689
enæſimus 443.518
enantropeſis 519
enarges 620
enargia 620
encænia 513
encenia 109
encheladus 510
encheliæ 510
enchiridion 538.539.
651.670
enchirus 539
enchorius 551
encletica 579
encleticæ cõiunctio-
nes 579
enchorus 551
encomium 546
encomiazo 546
encomiaſtes 546

endoxus 669
endromis 74
endymion 394.687
eneco 130
energia.392.620.654.
672
eneruo 399
eneruus 119
eneti 444
engaddi 582
enenes 444
enim 443
enimuero 515.579
enipheus 537.681
enipeus, vel enipheus
443
eniſpæ 443.444
enitor 167.474.661
enna 665
ennea 665
enneas 73
ennius 665
enno 389.552
ennoſigæus. 3 9.552.
665
enopus 549.550
enormis 119
enoſichthon 444
enoſigeus 444
ens 207.642
ens ĩ appoſitione ſub-
auditur 212
enſis 46
entechnus 669
entelechia 392.506.
507.510.511
enteria 671
entheus 388.669
enthymedon 691
enthymema 533.621.
653.691
enthymeſis 622
enthymion 622
enucleo 554.643
enyo 394.588
Eò 578
eo, pro tanto 255
eo diſcordiæ 230
eo loci 227
eo, is 170.207
eo, & eius compoſita
162
eo viam 331
eo viſere 341
eodem 373
eos 387.676
eoſdem 373
eous 387
Epanalambano. 613
epanalepſis 612
epanodos 623
epaphæreſis 450.516
epaphroditus 543

epauxeſis 622
epectaſis 609
epentheſis 87.609
eperie 447.515.516
epexegeſis 624
ephæſtiades 447
ephebia 446
ephebus 446.506.
571.669.676
ephemeris 533
ephemerides 111.681
epheſſus vel epheſus
446.517.519
epheſtites 447
ephia 681
ephigenia 681
ephimeda 508
ephimerinos 533
ephimeris 533
ephippium . 66
ephiredium 681
ephitus 446
ephorus 671
ephraim 582
ephratha 582
ephula 447
ephyre 538.689
epi 363.533.446.612.
622.624.671
ab Epi compoſita
650
epicedium 622
epichardia 679
epicherema 622.679
epichereſis 622
epicnemis 442
epicœnum 513.650
epicuræus, epicurius
389
epicurus 524
epicydes 529
epicydides 529
epidamnos 664
epigramma 650.664
epigrammaton 568
epilogus 49.671
epimetheus 683
epimetrum 521.523
epimone 548.612.613
epinicios 622
epinicium 682
epinitus 436.447.
535
epiole 447
epipetrum 521.523
epiphanes 500
epiphania 392
epiphonema 622
epiole 447
epiolus 447
epirhædium 437
epiros 446.580
epirota 446.538

epirus 446.538.
667
epiſcopatus 671
epiſcopus 483.650.
671
epiſcopium 671
epiſinalœpha 514.
610
epiſſa 540
epiſto 206
epiſtola 627
epiſtolæ character
633
epiſynalœpha 373
epiſtolium 538.627
epitaphium. 616.622.
674.681
epiteſia 519
epithalamium 547.
622.682
epithema 441
epitheſia 517
epitheton 520.625
631
epitheta ſordida 633
epithetorum tranſfi-
guratio 633
epithetorum ſeruitus
632
epithetis variè vten-
dum 633
epithema 682
epithima 533
epithimius 683
epitimonos 622
epitoma, bar 671
epitome 33.546.671
epitritus 363
epityrum 108
epium 447.520
epizeuxis 613
epodos 544
epolus 447
eponymon 548
epops 446.493
epopeus 549
epos 49.575
epolo 128
epulum 97
epy 68.563.652
epytides 446
epytus 446
Equa 61
eque 563
eques 43
equeſter 27
equicolus 447
equidem 399.447
equile 68.531
equiria 538
equi phœnicei & cati
527
equi Plutonis 455

Eraphiretes 449
erato 447
erebus 107.676
erectus 237
è regione 287
eremita. 17.33.40.511.
676
eremus 49.511.512.
581.652.776
erentalion 449
erepo 157
eresione 472
erethria 521
erethuſa 521.523
eretria 523
eretrij, enſes 523
eretum 448
ereuthalion 684
erga 282
ergaſterium 515.517
ergaſylus 690
ergenna 665
ergetium 523
ergo 187.230.564.
578
ergon 387.606
ergumenos 176.672
eriboea 685
eribora 171
erica 525.527
erichtheus 449
erichthomius 548.
653.671
eridanus 425.448
erier 409
erigdupus 556
eriginus 449
erigone 448.449.
547
erij 449
erimantis 671
erina 449
eringium 449
erinnis 666
erinnys 75.81.688
erinnyes 571.666
eriphyle. 448.532.671
eripio 66.140.317.
347
eris 548.671
eriſone 449
eriſiton 541
erithrius 598
erithræa 385
eritus 541
erodio vel ius 544
erro 666
eros. 447.515.516.568
571.688
erotao 624
erotema 511.624
erotematicos 624
erotesis 519.624
erotion 447.568
erubeo 132
erubeſco 316
eruca 448
erugium 448
erudo 554
erudio 336.554
eruditus 237
erumpo 157
eruo 142
erycina 689
erymathus. 504.684.
689
eryſiton 542
erythræa 689
erytheus 689
eryx 412.447.689
Es 572
eſaias 451
eſapus 502
eſau 451.582
eſca 60
eſimus nomina 518
eſito 675
eſius nomina 518
eſrom 581
eſromus 500.549
eſſe beatis 208.225
eſſedones 666
eſſedum 666
eſſendi 325
eſſentia 642
eſt 270
eſt cum nominatiuo.
274
eſt cum datiuo pro
habeo 300
eſt ad hanc rem 275
eſt bene 300
eſt cernere 314
eſt in re vel in rē 276
eſt opus 300
eſuries, itio 178.236.
556
eſuriens 236
eſurigo 178
eſurio 178
Et 199.215.566
et in cōceptione. 216
de Et regula 219
etas nomina 520
etelis 453.510.511
eteretes 521
eteonos 453
eteſiæ 453
eteſias 452.453
eteſius 518
ethalion 394
ethedus 452
ethemon 452.683
etheocles 452
ethiæ 33.452
ethica 453.651
ethicus 452
ethneon 387
ethnicus. 68.453.526
ethnos 453
ethologus 452
ethopœa 623
ethopolus 454
ethos 452.453.572.
621.623.671
etos 516
etruſcus 453
etruria 453
etymologia 185.651.
690
etymon 453
etymon, rex nō rector
185
etymos 185.453.651
690
Eu 379.511.625
euado 148.338
euæmon 512
euan 71.650
euander 65.567
euaneo 133
euangelium. 379.509
euangelus 379
euandius, a, um. 133
eubœa 385
eubois 397
eubulia 555
eubulus 555
euchæte 523
euchariſtia 581
eucherus 515.539
euchir 539
euclides 528
eudæmonidas 512
eudora 550
eudotus 553.670
eudromys 688
eucho 152
euello 154
euenio 163
euentum 95
euentus 95.163
euenus 512
euergetes 523
eueridas 516.528.529
euerto 160
euganei 501
euganeus 388.501
euge 172
eugenia 392
eugenius 396.513
euham 398
euhius 678
euidens 329
eulimene 513.514
eumacus 496
eumæus 389
eumelus 509
eumenia 392
eumenes 513
eumenides 513
eumenis 513
eundem, eandem. 659
eundi verba 341
euneus 388
eunica 525
eunuchum his 195.
197
eunuchus 28.680
euocatio figura 213
euocatio duplex 213
euoco 661
euoluo 375
euomo 661
euphemia 511.512
euphonia 547.625
euphrates 561.653
euphroſyne 534.552.
690
eupolis 81
euremides 508
euripides 528.529.
537.671
euripus 537.671
euronotus 553
europa 549
europs 78.413
europus 550
eurotos 519
eury 671.689
euryalus 671
eurybates 504.671
eurydamas 671
eurydice 689
eurymedon 507
eurymene 513.514
548
eurythides 542
eurythus 542.671
eurytion 394
euryſitheus 683.689
euſebia 392
euſtathius 653.683
euthymedon 507.
684
eutrapelia 510
eutrapelus 510.511
eutreſis 517.519
eutyches 690
eutychides 680
eutychus 524.690
euthymenia 684
euuangelium, bar.
650
euxinus 444.534
Ex 338.660
ex & ab differunt. 288
ex aduerſum 282.
574
ex aqua panis 288
ex compoſito 288
ex iure manu conſer-
tum 642
ex ſpōgia vinum 288
ex ſententia 287
ex vinculis 287
exærembus 517
examen 37.500
examino 500
exanclo 642
exanguis 48.58
exanimus 120
exanthemata 533
exardeo 137
exaro 338
exanthimata 533
exantlo 642
excællo 665
excandeo 132
excandeſco 132
excanto 311
excedo 148.338
excello 153.317
excelſiſſimus 124
excerno 156
excerpo 157
exceſſis 172
exceſſus regimen 345
excidium 147
excido 146
excindo 147
excio 136
excipio 140
excipula 140
excogito 288
excolo 153
excoquo 157
excrementum 156
excretus 329
excrucio 265
excubo 129
excudo 149
exculco 657
exculpo 657
excuneatus 492
excurſim 288
excuſandi verba. 267
excuſo 268
excutio 141
execro 660
execror 507.657
exedo 146
exegema 508.509.
624
exegemates 509
exegeſis. 509.517.519.
624
exegetes 509.624
exegetice 185.509
exegeticus 508
exemptus 155
exenterare 671
exeo 336.338
exeo hominem 338
exequiæ 112

exequens 236
exequor 167.660
exerceo 131.657
exero 159.660
exerto 159
exhæres 264
exhalo 675
exhaurio 163
exhedra 507
exhilaro 676
exhuberare 488.678
exibilo 660
exigo 150.335.338
exiguus 264
exiguior 126
exigere 186
exilio 164.657
exilis 263.531
eximo 155
exin 568.579
exinde 579
exire foras 298
exire alinum 338
exiſtimo 272.451
exiuro 174
exlex 57.661
exoche 616.680
exochos 616
exochus 680
exocitus 543.544
exodi 173
exordium 167.544.627
exodus 49
exoleo 136
exoletus 136.329
exos 575
exorbeo 138
exonero 344
exordior 167
exorior 158
exoro 288
exors 86.239
exoſus 173.238.242
exoſculor 175
exoticus 553
expaiſco 132
expando 146
expaueo 135
expectare 613.660
expedit bonas eſſe vobis 209.314
expedio 314.544
expeditum 405
expello 154.338
expendo 146
expergefacio 508
expergiſcor 167
expergitus 167
experiens 237
experimentum 533
experior 166.175
expers 240. 264.657.660
experrectus 167
expertus 175.237
expes 45.161
expeto 160
expilo 531
expiro 660
expleo 136
explico 130
explicit 172
explodo 148.658
expoliantur 605
expono 156
exponens & expoſitũ diſcordant 270
expoſco 144
exprimo 155
expromo 155
expuncti milites 151
expungo 151
expuo 142.660
exquære 658
exquæro, vel exquiro 158
exquiliæ 51.112
exquilinus 451
exlecro 660
exſequor 655.660
exſibilo 655.660
exſicco 655
exſpecto 666
exſpes 666
exta 115
extemplo 655
extemporalis 287
extempore 287
exter 63.112
exterminatus 237
extero 158
exterreo 131
extimplo 655.658
extimo,bar. 451
extinguo 149
exto 128.338
extollo 154
extorqueo 138
extorris 48.264
extra 283.338
extraneus 500.501
extremius 124
extrico 457.525
extringo 149
extrinſecus 506
extruo 141
exubero 489
extunc 287
extundo 147
exubero 554
exudo 660
exul 26.36
exulatum iri, bar 323
exulo 174.346
exulto 657
exundantia,metri gratia 370
exupero 554
exurgo 660
exuro 158
exuuiæ 113
Ezechias 390.506
ezel 582

F

F in Latinis 669
f in h verſa 436
f in alias literas mutatio 659
faber 62
fabi pro fabij 658
fabrateria 414.504
fabula 414
fabullus,a 414
fabulum 118
fac 566.579
face 172
facie 87
facierum 102
facies 89
facile 258
facilis 124
facillimus 650
facinus 76
facio 657
à Facio compoſita. 661 309.580
facio ad rem 322
facio certiorem 332
facere delicias 332
facere domum 332
facio finem 332
facio fugam 331
facere furtum 332
facere iniuriam 332.645
facio iter 332
facere lucrum 332
facio milla 332
facere moleſtiam. 645
facio moram 332
facio mulieri 332
facere naufragiũ, damnum, iacturam. 332
facio poteſtatem 332
facio rem diuinam. 332
facere riſum, ſtomachum, bilem 332
facio ſementem 332
facio ſermonem 332
facio ſilentium 332
facere timorem 331
facere vela 332
facio viam 332
facio vitium 332
facio vitula 332
facere vrinam 332
factito 644
facultas 41
facundia 416
facundus 418
faceſſo 159
fadus 417
fæcare 435
fæciniæ vuæ 435
fæculentus 435
fæcundus 435
fæcutinus 435
fæx 435.650
faginus 389.535.536
fagineus 389
fagus 30.418.652.669
falæ 113.419
fallax 238
fallo, & eius compoſita 154
fallor 266
falſarius 239
falſo 564.578
falſina 536
falſus 264.329
fama 652.669
famul 36
famelicus 609
fameo 133
fames 113.572.658.661
famij 89
familiaris. 83.186.241
famoſus 231
famula 62
famulandi verba 311
fanum 402
far 71
farcimen 164
farcio,& eius compoſita 164
fardellus,bar. 603
farina 409
fariolus 659
farrago 664
farratus 664
farreus vel fareus. 409.600
farſinas 536
fartilia 164
fartores 164
fartum 164
fartura 164
fas 41.655
faſces 110
faſcis 46
faſcinum 108.534
faſti 110
faſtidio 162.266.528
faſtidium 528
faſtigiare 530
faſtigium 530
faſtus 110
fateor,& eius compoſita 167.657
fathiſco 178
fatigo 431.530
fatiſco ſine h. 167.178.657
fatiſcor 167
fatum 431
fauendi verba 309
faueo 135
fauor 643
fautor 135
faux 68.656
faxim 171
faxis 574
faxitis 574
Febricito 525
febriculoſus 525
febris 433
fel 567
felis 70
felo 438.439
felſina 534.536
femoralia 650
fera 448
ferale 448
feralia 448
feralis 448
ferax 238
ferculum 66.169
fere 562.563
ferens 236
feretrius 521
feretrum 521
feriæ 112.448
ferialia 108
ferio,& eius compoſita 162
fero, & eius compoſita 169.652.669
fero auxilium 304
ferocio 162
feronia 448.557
ferox 80
ferme 562
ferruminor 666
feſcenini verſus 535
feſceninus 535
femen 100
femur 72.442.650
feneſtra 443
ferramentum 666
ferraria 503
ferre 159.666
ferrugo 69.555.666
ferrum 666
ferrumen 666
fertilis 240
ferueo 135
feruidus 264
feſpere 658
feſſus 237
feſſus ſalutis 237

feſtinatus 537
feſtinus 536
feſtorũ nomina 108
Fiber 410
fibra 455
fibula 455
ficedula 456.507.555
ficeliæ 456.510
fictile 149
fictitium 13
fictitius 541
ficulneus 211
ficulnus 456
ficus 52.456
fideiubeo 580
fidelia 60.459
figo, & eius compoſita 151.317
fidelis 459
fidelis domino 242
fidem do 304
fidem habeo 304
fidena vel fidenæ. 459
fidens animi, fidẽs animo 236
fides 89.459
fidicen, cina 37.459. 534
fidiculæ 459
fidius 459.659
fido 174.317.459
fidus 174. 240.241. 242
figlina 149
figulus 149
figura hiſtoricorũ 203
figura Græca, AEneas Anchiſæ 191
figura quid eſt 12. 603
figuræ diuerſæ in eadem oratione 617
fila 61
filialis 646
filicula 413
filimacius, cia 461. 496
filius 659
filius, baculus 210
filum 96
filix 80.413
fimus 106.463
fini 84
finis 46.342
finitimus 240.241. 555
fingo, & eius compoſita 149
à Fio compoſita 309. 598
fio 169.174.206.381
firmamen 500
fis 573
fiſcina 534
fiſſilia ligna 148
fiſtula 31
fit 313
fixum 187
fixus 151
Flabellum 414
flabra 115
flabrum 414
flacceo 133
flacceſco 133.663
flaccilla 416
flaccus 663
flagitium 418
flagito 418
flamen 37.422
flameus 422
flamine 102
flamina 116
flaminius 422
flammeo 133
flaueo 135
flaueſco 135
flauius 432
flauus 240
flecto, & eius compoſita 160
fleo, & eius compoſita 136.564
flexibula 555
flexibilis 160
flexilis 160
fligæ 469
fligo 460
flocci 271
floccifacio 271.655
floccus 655
flora 659
floreo 133
florianus 483
floridus 264
florus 483
fluctuo 142
fluito 142
flumen 36
fluo, & eius compoſita 141
fluor 142
fluuiatilis 531
fluuius 495
fluuidus 495
fluxa 142
fluxus 142.529
fluxio 142
Focale 477
focillo 477
foculæ 658
focus 478
fodico 176
fodio, & eius compoſita 140
fœcunditas 650
fœcundus 262.650
fœdericus 524. 528
fœdero 650
fœdeſum 660
fœdo 650
fœdus 77.650
fœlicito 524.650
fœliculus 525
fœlix 57.239.650
fœlix quomodo comparatur 14
fœmen 442.443.650
fœmina 534.650
fœminalia 443
fœminina 505
fœminini eadẽ quantitas cum maſculino 544
fœnebris 445.506
fœnero, fœneror. 347. 650
fœniculum 445
fœnilia 632
fœniſex, ſecium, ſeca 445
fœnum. 107.116.445 650
fœnus 76.445.650
fœnuſculum 445
fœta 343
fœteo, idus 454.650
fœtet male 340
fœto, ico 454
fœtor 650
fœtuoſus, non fœtoſus 454
fœtura 454.650
fœtus 454.650
folia 480.533
follis 46
fomes 42.398
fons 53
foras 298.571
forceps 54
forda 677
fore 328
à Fore compoſita. 308
fore cum futuro. 328
forefacio 309
forem 170
fores 80.87
forfex 55
fori 210
forica 60
forma 342.652.669
forma quid 16
formæ caſuales 98
formæ regimen 345
formatio ab amabã, &c. 17
formica 525
formicinus 535
formido, as 317.529
formido, inis. 34.69.
fornax 55
fornix 55
foris 103
forſan 568
forſitan 568
fortaſſe 664
forte 578
forteſco 177
fortuitus 541
fortunæ 113
forum 97.501.652 669
foſſa 667
foſſum 667
foueo 135
Frægi 438
frænum. 96.444.651
fræſus 452
frætus 454.651
fragor 418
frango 657
frango, & eius compoſita 150
fraudo 658
fraus 650
fredericus 524
fremo 154
fremor 154
frendeo 132
frequentatiua 542
fretum 103.453
fretus 167.343
fretus fundus 118
frico, & eius compoſita 130.456
frigeo 460
frigeo, & eius compoſita 138
frigero 460
frigidarium 529
frigidulus 528
frigit 460
frigo, & eius compoſita 151
friguilla 460
frigus cum ſuis 460
frigutio 460
fringuilla 460
friſius 472
frit 35.100
fritillus 473.474
frixorium 151
frondeo 132
frondis 100
frons 54.79
fructus 88.343
frugalitas 490
fruges 490.659
frugi 34.123.490
frugis 100
fruiſcor 167.343
fruitus 343
frumen 37
frumentum 105
frundes ꝑ frõdes. 658
fruor, & eius compoſita 167.343
fruſino 494.534
fruſtra 559.560
fruſtratus 264
fruſtro, or 345
frutex 55.494
frutico 494
frux 79.571
frux Cleanthea 344
Fucinus 534
fucus 489.669
fuga 140.652. 669
fugax 140.238
fugiens 236
fugio 332.347.490
fugio, & eius compoſita 140
fugitans 236
fugo 140.490.652. 669
fulcio 164
fulcrum 164
fulgeo, & eius compoſita 138
fulgidus 138
fulginia 534
fulgo, fulgeo 562
fulgor 39.71.138
fulgur 71
fulgus 658
fulica 491.525.527
fuligo 69.491.530
fulix 491
fullona 35
fullonica 668
fulmen 36
fulmen quæ 194
fultura 164
fumat 567.579
fumus 106
fundito 176
funditus 540
fundo, fũdis. 147.176
fundo, fundas, & eius compoſita. 148.175
fundum 118
funebris 506
fungor 165.343
funis 46.47.492
funus 77
fuo 869
fur 41.405.570.652. 669
furens 236
furere 331
furfures 109
furia 493
furiatus 493
furibundus 524

furio 159.493
furippus 494
furius 493
furo 159.493
furor 493
furtum 669
fuſcina 534
fuſcinus 534
fuſile 148
fuſius 660
fuſor 148
fuſtis 46
fuſticuleus 525
futilis 495
futio 495
futurum futuro iunctum 328
futurum in rum ſine genere & numero 322
futuri infinitiui terminatio 522

G

G, ante alias conſonantes 653.661.
g, in alias literas mutatio 659
g, in c, conuerſio 261
gabaon 383
gabinus 534
gabinia 534
gadelon 418
gadera 418
gades 417.418.572
gadir 29.417
gadira 538
gadiruta 538
gadis 573
gadita, gadites, gaditis 540
gaditani modi 417
gaditanus 540
gaditio 418
gæa 385.387.550.552
gæodes 544
gæographus 387
gæolophus 545.68
gæolopus 550
gæomantia 387
gæometra 387
gæometria 387
gæon 387
gæopines 550
gæorgi 387
gæorgia 287
gæorgica 387
gæorgius 387
gæſa 452
gætuli 454
gætulia 454
gætulus 454
galathea 653
galatia 505
galattis 505
galbana 566
galbanum 500
galbanus 96.118
galenus 421.512
galerita 515.541.543
galeritus 516.541.543
galenus 421
galerus 118.515
galeſus 517
galilæa 385.532.651
galla 106
galli 663
gallia 663
galliambicum 592
gallicus 524
gallicinus 534
gallina 663
gallinacius 496
gallita 541
gallus 663
gamma 664
gandauum 506
ganea 101.118.423
gancum 423
gangama 500
gangræna 514
gannire 659
ganymedes. 572.652.688
garamas 41
garganus 95.500
gargarus 95
gargettum 666
gargittius 667
garlacus 496
garricus 524
garrio 162.664
garrulo 176.689
garrulus 652.689
garryo 652.689
gaſterochiræ. 538.539
gaſtrimargia 392
gaſtrimargus 392
gaudeo. 174.313.317.331.341
gaudet triſyllabum. 600
gauiſus 539
gauſape 83.100
gauſapina 534
gauſapinus 535
gaza 106.603.661.663
gazophylacium. 652.663.673
gazophylax 663
Ge 387
gebenna 433
gedeon 387.436
gedippa 436
gela 438
gelæ 439
gelaſianus 503
gelaſini 504
gelaſinus 503.536
gellij locus 196
gellius, a 660.665
gelo 333
gelos 439.503
gelu 439
gelum 439
gelus 439
gemini 109.534
gemini fratres, aut tres gemini 210
gemitus 154
gemma 615.665
gemo, & eius compoſita 154.331
genea 521
genealogia 500.621
genealogus 499
gener 63
generale 13
genes 394
geneſa 517
geneſar 443
geneſis 75
geneſius 520
genethli 621
genethlia 621
genethliacus, a, um. 683
genethliacum 621
genethlios 683
genethlion 621
geniculor 312
genitiuus pro ablatiuo. 239
genitiuus vel ablatiuus indifferēter addūtur ſubiecto. 232
genitiuus actiue, aut paſſiue, aut poſſeſſiue ſumitur 230
genitiuus & datiuus quintæ in e 89
genitiuus quintæ in ij 89
genitiui actiui & paſſiui 231
genitiuus quintæ in es 89
genitiui regimen. 226
genitiuus regitur à quatuor partibus. 233
genitiuus regitur à comparatiuo 249
genitiuus ſine recto regitur 293
genium 395
genius 66
à Genos compoſita. 512
genoſus 552
genoueſa 553
gentile 12
gentilia pronomina. 15.534
genu 565
genua 502
genuinus 106
genus quid. 15.53.77
genus dictionis captæ materialiter. 195
genſericus 524
genyctor 688
geolophus 404
geometra 546.559
geometria 404
georgica 581
georgicon 584
gepeda 508
gepida 446
geraſcontes 450
geraunia 115
gerens 236
geri 448
germanicus 524
gero, & eius compoſita 158.266.333
gerræ 666
gerri 449
gerro 666
gerrus 666
gerulus 158
gerundia 564.657
gerundium quid. 16
gerūdij natura & cōſtructio 320.321.322.323.324.325
gerundium & gerūdiuum 323
gerundiorum genitiui cum pronominibus 277
gerundiui & gerundij regula 325
gerundus 657
geryon 68.394
geryones, is, on, vel eus. 394.448.548.549
geſſominus 534
geſtar 409
geſtare 158
geſtus 158
geſylus 690
geta, vel es 31.453
gethſemani 511
getulia 555
getulicus 524
getulus 555
Gibba 666
gibber 63.666
gibberoſus 666
gibboſus 666
gibbus 456.666
gigantes 572
gigantomachia 621
gigas 41.687
gigno, & eius compoſita 156
gilippus 461
gilium 461
gilius 666
gilibertus 461.463
in Ginta numeralia. 569
ginus 465
gingiuæ 112
gir 35.441
Glaber 63
glacilla 416.417
glacinia 416.417
glacito 416
gladis 417
glaba 434
glamiæ 422
glanius 424
glans 78
glarea 426.427
glareola 545
glaucinus 535
glaucoma 546
glauconome 548
glaucopis 150.549
glaucus 450
glis 75.410.573
gliſas 391
gliſco 144
globus 476
glocio 162
glœodes 544
glœos 544
glomerare 481
glomus. 77.118.481.482
gloria 106.483
glorior 165.342
glos 49
gloſa, bar. 667
gloſſodes 544
glubo 143.488
gluere 642
glumiæ 492
gluten 71.494
glutino 494.495
glutinum 494.495
glutio 495
glycera 688
glycero 515
glycerium 515.568.652.688
glyconium 589
glycys 688

glypho 687
Gnatia 431
gnatus 659
gnarus 239.659
gnauus 432.433.659
gnidos 458
gnomon 70.659
gnoſco 159
Gobio,biꝰ.118.476
gobryas 689
godofredus,godofri-
dus 529
golgotha 553
gomer 582
gomor 481
gomorrha 481.582
gomphus 49
γωνία 547
goniodes 544
gonos 385.482
gonorrhœa 385
gonzaga 498
gonzagida 498
gordius 147
gorduicome 547
gorgones 684
gorgytion 687
goritos 484
gortina 690
gothia 472.486
gothus 486
gotinuſa 436
gotta 667
Grabatus 472.565
graccus 663
gracilis 124
gracillimus 650
gracillo 666
graculus 416
gracus 416
gradior,& eius com-
poſita 167.657
gradus 167
gradus cõparationis
petunt genitiuum
243
gradiuus 417
græcia 435
græciſſo 176
græcus 650
graiugena 61
gramma 650.664
grammatica & eius
partes 11.183.650
grãmatica præcepti-
ua 186
grammatica ex vſu,
nõ authoritate aut
analogia 191
grãmatica vnde 184
grãmaticalis,bar.499
grãmatiſtice 184
grãmaticè loqui 185
grammatici excellen-
tia 183
grammaticorum au-
thoritas 358
in Grammaticos 191
grammaticus,a,um.
184.499
grammatiſta 184
grammatiſtarum in-
eptiæ 184
grammatophorus.
184.664
grammatophylacii.
184
graphe 621.649
graphiarium 396
graphium 396
graphos 185
graſſor 664
grates 103
gratiæ 113
gratianus 432
grator 313
gratulor 307.313
gratus 242
graueoleo 136
grauidũ carmen 585
grauis 241.424
grauo 334
grauor 334
gregorius 437
grenicon 525.527
grex 56.571
groſſities 643
groſſitudo 643
groſſus 52.643
gryllus 689
gryma 689
gryphon 467
gryps.68.411.652.689
grypus.411.467.468
689
Guerra,bar. 603
guido 459
gulioſæ 491
guilielmus 461.463
guinnocus 192.543
guiomar 567
gula 491
gummi 33.563.659
gummium 108
guneus 492
gurdus 603
gurges 42.608
in Gus nomina 239
gutius 495
gutto 668
guttur 40
guttus 40.118.668
Gygæus, a, um.
460
gyanus 687
gyas 687
gyges 460.687
gymnas 73
gymnaſiarches 687
gymnaſium.503.652.
687
gymnaſiæ 503
gymnos 687
gymnoſophiſtæ 687
gynæces 506
gynæcia 506.687
gynæcium 396.506
gynæconitis 687
gyndes 687
gyne 687
gypſo,gypſas 687
gypſum 687
gyros 652
gyrthon 687
gyrus 49.687
gytheus 687
gyttheus 680
H
H aſpiratio 372
674
h in Latinis 654
h pro conſonante.
549.565
Ha 560.675
haa 675
habena 675
habeo 331.332.652
657.675
habeo,& eius compo
ſita 130
habere iter 321.332
habeor 206
habilis 675
habitaculum 496
habitior 125
habito 294.675
habito cum genitiuo
vel accuſatiuo. 293
habraha 675
habraham 675
hac 675
hactenus 67.279.
580
hadria 32.417.675
hadrianus 501.652.
675
hæbudes 434
hæc 101.652
hædilus,illus,vel icu-
lus 436
hædudes 437
hædui 436
hædus 436.675
hæma 511.443
hæmatites 443
hæmibetum 443
hæmon,ia 547
hæmonia 442
hęmorrhoys 688.443
hæmus 443
hæna 445
hænulius 675
hænulus 675
hærba 675.676
hærba,cum ſuis. 450
hærbiſander 450
hæredipeta 33.450.
675
hæreditas 651
hæredium 450
hæremius 450
hæreo 137.317.450.
651.652.675
hæreomai 450
hæres 24.74.450.
651.675
hæreſiarcha 450
hæreſiotes 450
hæreſis. 74.373. 450.
451.610.651.676
hæreſis cum compo-
ſitis 516
hæreſius 450
hæreticus 450.523.
651
hæretizo 523
hæruca 448.675
hærugo 448.450.
675
hæſito 137.651.675
hætruria 556
hageſilaus 575
hageſiopolis 675
hagnus 65
hagnes 73
halalcomene 514
halalcomenium 514
halcyon 569
halcyone 548.687
halcyones 652.675
halcyonis 47
haleo 35.652.675
haleſinus 517
haleſus 517.675
halex 55.419
haliacmon 675
haliæetus 521.523
haliæetos 575
haliartus 675
haliattes 504
halica 675
halicarnaſſus 675
haliſones 675
halitus 675
hallium 420
hallucinor 165.652.
675
halmyrotes 538
halo 107.419.646.
652.657.675
haloeus 675
halonneſus 518
halora 420.421
halos vel haly 419
hals 477.523
halter 409
halteres 675
halys 419.675.688
hama 671.675
hamadryades 671.
675
hamazones 675
hamerochita.422.541
543
hamilcar 409.675
hamiotæ 543
hamis 675
hamma 675
hammum 675
hamon 675
hamus 421.652.675
hannapis 675
hannibal 400.567.
652.675
hanno 675
hanula 675
hara. 60.121.425.652.
675
hariolor 425.675
hariolus 436.659.
675
harma 675
harmaium 675
harmenia 675
harmiæ 675
harmille 675
harmodius 675
harmonicus 548
harmonides 675
harne 676
harena 675
harpago 34.675
harpagus 675
harpalus 675
harpaſtum 675
harpax 55.675
harpe 675
harpocrates 450
harpyia 392.688
harpyiæ 675
haruga 675
harumce 675
haruſpex 675
haruſpicina 675
haſcyta,es 540
haſbytæ 543
haſbyte 540.541
haſtrubal 675
haſtula regia 510
hau 675
haud ſecus 646
haue 675
haurio, & eius com-
poſita 163
hauritu 326

hauſter 675
hauſtorium 163
hauſtus 163
Heautontimoru-menon 675
hebdomas 73.546. 652.676
hebdomos 676
hebe 60.433.669. 671.676
hebenus.118.433 513. 652.676
hebeo 133.582.652. 676
hebes 44.676
hebeſus 433 520
hebeto 676
hebræa 99
hebræus 389.566
hebrinus 534.676
hebrus 160.433.676
hecale,na 519
hecaleſius 519
hecate 676
hecatebeletes 506. 510.511.521.523
hecateboius 506
hecatombe 60.505. 676
hecatombeletes 676
hecaton 570.676
hecatos 676
hectæum 676
hector 569.676
hectores 569.571
hectum 675
hecuba 676
hedera 676
hedone 436
hedra 507
hedys 436.687
hedymeles 435.510. 687
hegaleos 437
hegemon 676
hegeſias 676
hegeſilaus 676
hegeſippus 676
hegeſipiyle 676
hei 224
heic 566
heiulor 652.676
heius 676
helciarius 502
helcos 677
helectrum 441.652. 676
heledona 507.548
helena 423 513.676
helenium 513 514
helenus 513 676
helia 611
heliadæ 676
helias 440.571.676
helice 676
helicon 568.676
helin 676
heliodorus 550
helíol 408.567
helioporus 676
helios 440.676
heliotropius 396
heliſabeth 652
heliſos 539
heliul 567
helix 439.676
helizabeth 440.676
hellanicus 676
helle 676
helleborus,um 118. 676
helleſpontus 676
helluari 676
hellucia 676
helluo 665.676
helmintiſes 676
helodona 549
helops 439.676
helorus 551.676
helos 439
helox 439
helitiarij 676
heluella 676
heluetij 522
hem 223 676
hemeridion 394
hemi 365.671
hemina 676
hemicyclus 671.676
hemipentemimeris. 365
hemiſphærium 450 676
hemiſtichium 585
hemiſtichus 118
hemitritæum 676
hemititæus 389
hemorohius 676
hemorrhois 45.676
hemus 676
hen 624.672
hendecaſyllabum. 506.584
hendiadys 624
henéti 444
heniochus 676 680
henion 676
henricus 500.524
heos 387.676
hepar 71.446.676
hepatarius 676
hepaticus 676
hepta 365.659.676
heptapacnyn 528
heptas 571
heptaſtichon 676
heptaſyllabum 584
heptimemeris 365. 585.676
her 676
hera 676
hera cum ſuis 448. 449.676
heraclæa 676
heracleæ 448
heraclæus 449
heracleon 448
heracleotes 448
heracleota 448
heracleopolis 448
heracles 448.670
heracleus 676
heraclides 448.529. 676
heraclitus 448.497 543.676
heractius 449
heræus 449
herba 676
herbaceus 496
herbelos 517
herbolis 676
hercinia 676
hercinij 676
herculeus,ſus 389
hercules OEtæus. 454.676
herculis portus 506
hercynia 536
here,heri 658
heremus 676
herenius 513.676
heri 676
herphile,vel ole. 448 449
herilus 676
herinaceus 676
herios 448
hermagoras 498
hermaphroditus.541. 676.681
hermenia 392.651. 673.676
hermentas 60
hermes 541.676
hermina 536
herminius 534
hermiona 394.548
hermippus 676
hermegenes 512
hermotimus 514
hermus 676
hernicus 676
hero 448.564
hero,herus 448. 449
heroa 397
herodes 448.544. 676
herodianus. 448.544 676
herodion 544
herodotus.448 544. 553.670.676
heroes 397.571
heroicum carmen. 584.589
heroici decorum. 366
herome 534.676
herois 397
heronneſus 518
heros 76.676
heros,cum ſuis. 448. 574
heroſtratus 449
herpeta 106.521.523
herpyllum 659
herſilia 531.676
herſillia 666
heruca 676
herugo 676
herum 449
herus 387.448.450. 676
heſau 655.676
heſiodus 676
heſione 548.676
heſper 659
heſperethuſa 521.523 226
heſperia 676
heſperus 387.522. 676
heſperyſia 516
heſtis 659
hetapylos 443
heteroclíſis 676
heteroclitus 453
heteros 453.676
hetruria 453.676
hetruſci 668.676
heu 223 372.676
heurema 523
heureſis 523
heuretes 523
heus 224.676
hex 652.659.676
hexa 363
hexaclinos 536.652
hexametrum. 363 584 652
hexametron 676
hexamita 540
hexaphorum 676
hexaptotum 99
hexaſtichon 652
Hiacynthinus 535
hiacynthus 416
hiato 178.677
hibernus 676
hibex 676
hic 91.566.570.576
híc 360.579
hicce 666
hiccine 91.535.579. 666
hicetaon 569.676
hicipſe 646
hiconius 548
hidrus 676
hiems 676
hiempſal 567
hiera 515
hierapicra 676
hierarchia 670.676
hieremias 652
hiericus 515
hiero 515
hierocepia 514
hierocepis 514
hierodæ 544
hieroduli 555
hieronneſus 518
hieronymus. 515.547 548.652. 673. 676. 688
hieronymus nó ſemper ſatis Latiné locutus 320
hieropolis 676
hieros 652.660.670. 676
hieros cum deriuatis. 515
hieroſolyma.515.545. 553.652.676.688
hierotheus 676
hieruſalem 557.652
hiericho 680.689
hierycus 652
hieto,hietas 178
hilareſco 676
hilarion 394.461.602
hilaris,os 120.461. 655.676
hilaritudo 676
hilarius 461.502
hilaro 676
hilarodus 544
hilarœdus 461
hilarus,is 652
hilla 666.676.677
hilum 399.642.652
himber 677
himera 533
hinnio 666.677
hinnitus 616
hinnulus 666.677
hinnus 666.677
hir 39.677
hippaco 496
hippagones 677
hippicum 672
hippo 400
hippocras 672

hippodamia 392
677
hippodates 553
hippodrom⁹481.672
hippocrates 467.504
505.551.655.671
hippolagus 677
hippolochus 680
hippolita 672
hippolytus 542.650
652.666.672.677
hippomanes 43.546
hippomedon 507
hippomenes 513.572
hippona 400
hipponactium 584
hipponax 80.547
hipponicus 524
hipponoe 548
hippos 236.400.655.
669.672.677
hippotades 553
hippotous 553
hippotion 394.553
hippus 666
hipo 686
hipocras 504
hipſiphyle 689
hir 570.677
hira 677
hircania 677
hircanus 677
hircos mulgere 619
hircqui 677
hircus 62.419.677
hirpanus 677
hirpinus 484
hirquitalli 672
hirſutus 677
hirtus 677
hirudo 69.677
hirundo 69.677
hiſco 178.677
hiſpania,nus 677
hiſpidus 677
hiſpula,ia 555
hiſſopum 473
hiſtiæa 385.389
hiſtiæus 389
hiſtoria 677.686
hiſtorice 184
hiſtrio 80.677
hiſtrix 80.412
hiulcus 677
Hoc 255.566
hoc pro huc 298.658
hodie 677
hodiernus 677
hodius 677
hodœdocus 508.677
hodœporicum 514
hodœporus 514
hœdile 533
hodos 544.672.673
hœdus 652
hœtychius 454
hœthyni 454
holitor 652.677
holocauſtũ. 550.652.
672.677
holochryſi 540
holochryſos 539
holopampus 677
holophanta 33
holophernes 550
holopichũ. 526.527
holos 513.652.672.
677
holoſchœnon 674
holoſchœnos 513
holoſericum 552
holus 77.652.677
holuſatrum 58
homelium 677
homericum 584
homericum carmen.
589
homerus 481.515.
677
homicida 26.33
homilia.390.481.677
homine quos 194
homo.35.69.481.564
565.677
homodus 544
homœologia 619
homœomeria.388.392
481
homœoptoton 388.
552.614
homœos 619
homœoſis 338.481.
619
homœoteleuton. 388
510.613
homogenia 677
homoglosſus 481
homolaides. 443.481
homoie 481
homoios, vel olus.
481
homonœa 385.481.
homonoma 655
homonyma 12.548.
606.673
homonymus 677
homophonis 481
homos 614.655.673
677
homoteleuton 614
homulius 668
homulus 677
honeſtus 675.677
honor 652.677
honorificus 123
honorius 677
honos 76
honus 675
honuſtus 652
hoplomachus 483
hora 484.677
horatius 360.677
horcho 677
horchus 675.677.
680
horda 677
hordarium 677
hordeum 103.105.
677
horeum 677
horizon. 71.184.677
hormenius 672
hormidac 566
hormina 536
hormius 396
homotinus 535
hornum 677
hortus 678
horologium 484
horontes 672
horops 484
horos 677
horoſcopo,as 484
horoſcopus.484.677
horreo 133.347.677
horret 579
horreum 674
horror 677
hortenſius 677
horthes 677
hortor 175.335.677.
678
hortulanus 652.677
horus 484.485
hoſpes 43.677
hoſpita 677
hoſpitor 175.677
hoſtia 115.677
hoſtimentum 677
hoſtio 678
hoſtium 677
hoſtis 48.677
hoſtorium 26.495.
677
hoſtum 108
Huber 38.39.108.
488.652.677
huberare 488
huberi 82
hubertas 483
huc 299.579
huc rerum 230
hucuſque 579
hugo 34.491
hui 224.374
huic 374.566
huic licet eſſe probũ.
209
huiuſce 562
hulcus 77.677
hululatus 677
hululo. 491.652.677
hulyſſes 677
humanus 491.677
humanitas 672
humecto 491.677
humeo 491.677
humerus 492.677
humi 294
humi,cum verbo mo
tus 294
humidus 677
humilio 672
humilis. 124.492.531.
677
humillimus 650
humor 491.677
humus 50.492.677
huruca 677
Hyacinthus 49.
684
hyæna 513
hyarbita 541
hybernia 455
hyberno 201
hybernus 455.652
hybris 455.456
hybriſter 456
hybriſticus 456
hyems 53.652
hydaſpes 459
hydor 459.690
hydra,dria 459.652
669
hydrochous 484
hydropicus. 411.549.
652
hydropiſis 549
hydrops 54.78.411.
459.652
hydropes 571
hydropotes 553
hydrus 78
hygremplaſtra 449
hylacteo 463
hylæa 385
hylæus 382
hylas 461
hylax 80.461.463
hyle 61.392.461.463
hyllus 668
hylonome. 548
hyme 686
hymelia 665.686
hymelle 636
hymen 37.408.463.
568.569.652
hymenæus 389.463.
514.686
hymeneus 513
hymera.464.515.686
hymettus 464
hymetus 464
hymettus 464.666.
686
hymnus 652.686
hinulus 465
hypacaris 686
hypæpa 514
hypæpeni 514
hypallage 498.624
hypanis 501.686
hypaſides 468
hypate, vel ta 467.
505
hypates 467.505
hypenor 686
hyper 370.618.651.
686
hyperbaſia 617
hyperbaſis 617
hyperbaton. 617.686
hyperbole 618.651
669.672.686
hyperbolicos 581
hyperboreus 672
hypercatalecticum.
584.585
hyperdulia 392
hyperia 392
hyperides 686
hyperiochus 686
hyperion 70.569
686
hypermetrum 370.
584.651
hypermetrus 672
hypetaon 521
hyphen. 624.672.681
hypnus 686
hypo 467.514.620.
651.672
hypocauſta 467
hypocha 468.544
hypochœris 517
hypocrita 33.467.
468.672.686
hypocriſis 81.467
472.651.672
hypocritius 467
hypophora 622
hypopia 550
hyporhythmum. 585
hypoſtaſis 651.672
hypotheca 651
hypotheſis. 672.674
682
hypotheus 553
hypotypoſis 620
hypozeugma 220.
611
hypozeuxis 611
hypſenor 686
hypſiphile 681
hypſiphyle 686

hyrcania 686
hyrgis 686
hyrie 686
hyrieus 686
hirmos 614.686
hyrocades 385
hyrtacides 686
hyrtacus 686
hyrus 686
hyſopum 108.581.686
hyſopus 118.472.549
681
hyſſopus 472.669
hyſterologia 617.686
hyſteron 611.686
hyſterō proteron 617
hyſterozeugma 611
hyſtrix 686
hyuſquiannis 686
I
ι 649
ι in a longum mutatur 622
ι in æ verſum 444.
450
ι in e vel in a mutata
498.509
ι in æ diphthongon mutatum 433
i litera 375
i pro ει 395
i conſonans abijcitur
400.656
i conſonum 374
i in cōpoſitione 403
i in vitiimis 563
i & u vocales & conſonantes 374
iacchus 497. 653.663
iachus 679
iacio & eius cōpoſita
139.348.400.657
iacob 496. 497.
567
iacobus 375.524.543.
581
iacto 139
iaculari 139.615
iaculum 139
iæci 435
iader 28.497
iadra 497
ialiſos 539
ialmenus 513.514
ialyſes 421
ialyſij 499
ialyſos 500.540
ialyſus 499
iam 374
iambica metra 585
iambicum anacreontium 592
iambicum dimetrum
590
iambicum hipponactium 591
iambicum ſeptenariū
591
iambicum trimetrū.
591
iambizin 362
iambus 362.375
iamdiu 660
iamdudum 655.666
ianira 538
iannes 664
iannocius 544
ianque 655.660
iantha 684
ianthina 536.670
ianthinus 535.536.
670.684
ianua 502
ianyſus 688
iapai 501
iapetides 392.
501 528
iapetion 394
iapetionides 392
iapetus 392.501.522
iapheth 582
iapidia 501
iapis 501.689
iapix 56.79.501.688
iapygia 501.688
iapyx 79.501.688
iared 582
in Ias hebræa 370
iaſion 503
iaſon 373.503
iaſius 392.428.503.375
iaſpides 571
iaſpis 74.375
iarys 79
iazyx 375
Iber 63.402.406.
455
iberia 409.676
iberne 456
ibernia, vel nie 456
iberius, ia 515
iberus 676
ibicum 584
ibicus 455
ibidem 403
ibis 74.455
ibix 79
ibo 398.406
ibycus 524.686
ibys 686
ibyx 686
Icaria 456
icaritus, tis 456
icarius 456
icarus 456
icaſmos 620
icciręo 53.653.659
iccius 666
ἴχαν 526
icelos 510.511
icelus 510
ichnæ 679
ichnæa 672
ichneumon. 378.482
ichnobates 504.679
ichthiophagi 683
ichthyopola 545
ichthyopolium 396
ichthyotrophiū 396
ichthys. 396.679.682.
691
ico 145.400.456
icon 30.435. 457.
620
icon, cula, iconius, niſmus, nium 456.
458.620
icomus 458
iconium 548.549
icos 76
icthyophagi 661
icthyopolium 395
ictus, a, um 145
in Iculum nomina.
454.526
Id ætatis 227.240
id genus 221.226
id locorum 227
id temporis. 227.340
idæus 389
idagus, a, um 498
idaſmenus 459.513
idcirco 659
idea 581
idem quomodo declinatur 15.459
identidem 459.655.
656.553.660
ideo 459
in Ides nomina 528
ideus 388
idioma 459.580
idiophaſis 623
in Ido nomina 528
idololatra. 26.45.358
392.545.581
idolium 396.581
idololatria 392
idolon 581
idolothytum 581
idolothytus. 541.684
idolum 580.581.545
idomeneus 513
idoneus 459
idotea 553
idotee 553
idothoe 553
idume 459
idumæus 389.459
idumæa 581
idus 50.112.458.459
630
in Idus verbalia 237
Iecur 72
iens 79
ieremia 515
ieremias 390
ierichus 35
ierne 456
ieroſolyma 219
ieſabel 582
IESVS. 88.208.375.
517.520.565.576.
676
Ignariter 503
ignarus 239 503
ignauus 506
igneo 177
ignicola 663
ignigena 33
ignitus 542
ignobilis 659
ignominia 546
ignominis 546
ignoratio 239
ignoſcendus 312
ignoſco. 144.312.
659
ignotus 329
in Igo nomina 530
Iheronymus, bar.
669
iheruſalem 669
IHESVS 653. 678
Ii duplex 381
ii, ijdem, &c. 374
ἰσρᾶς 517
Ilaira 461.538
ilaris, us 461
ilaſco 392
ilaſcomai 392
ile 61
ilerda 461
ilerdes 461
ilertes 461
ilex 55
ilia 116
ilicet 403
ilico 565
ilion 36.568.569
ilione 548
ilioneus 548
ilios 36
in Ilis & ile nomina.
238.531
ililides 540
iliſſos 539
iliſſus 461.540
ilithyia 392.462.
541.691
ilix 57
illabor 168
ille 91.300.666
illecebræ 113.506
illex 57
illhic 91
illibanus 501
illic 579
illicce 562
illicio 139
illido 656.658
illimis 463.533
illinio 465.657
illino 157
illitum 108
illius 580
illic 412
illo 578
illo pro illuc. 298.658
illioſos 666
illuc 299.579
illuceo 133.333
illud horæ 236
illudo 148.311.650
illuminor 317
illyris 683
illyſos 688
Im 91
imaginor 165.646
imbecillus, vel lis 119.
434.435.507
imber 72.569
imberbis 12.657
imbibo. 143.656.660
imbres triſte 188
imbrex 56
imbuo 141.344
imbutus 344
in Imen nomina. 533.
556
in Imentum nomina
533
imitatiua verba 655
imitor 165
immanis 48.500
immergo 151
immenſus 167
immineo. 137.317.657
immiſceo 131
immitto 318
immodicus. 240.264
immolo 153.401
immorior 168.175
immordeo 154
immunis 262
immunitas 262
imo 555
impaleſco 663
impar 570
impares loci 585
imparilitas 604
impauidus 237
impedimenta 186
impedito 405
impello 250.154

impendeo 134.310
impendo 146.310
impenſa 146
imperatiuus 188
impero 305
imperor 305
imperſonale paſſiuæ vocis 302
imperſonalia cum nominatiuo 303
imperſonalia olim perſonalia 277
imperſonalis ſignificatio 302
imperſonalium verborũ formatio 302
impertio, tior 304. 657
impes 45
impete 102.610
impetibus 102
impetis 102
impetix 79
impeto 160
impeto, us 88.520
impetro 657
impexus 160
impiger 236
impingo 657
impius 126
implano 423
impleo 264.270
implico 130
impluo 142
impœnitendus 277
impono 156.307.335. 656.660
impono tibi 307
impos 50.339.575
impoſtor 156
impoſtura 156
impræſentiarum 643
imprecor 306
imprimis 646
imprimo 155.657
improuidus 237
impubis 488
In. 338.568.656.660
per In modus citandorum auctorum. 290
in ſubauditum 204
in cum datiuo 338
in cũ accuſatiuo octo modis 289
in cum accuſatiuo vel ablatiuo 290
in animo eſt 646
in Icus nomina 524
in Ina nomina 534
in Inæ nomina 534
in Ine nomina 534
inachus 465
inane carmen 585
inanis 263.500
inardeo 137
inarime 465.466
inaudio 312
inauditus 328
incæduus 436
incæro 450
incandeo 132
incautus 135.237
incedo 148.207
incendo 145.657
incendium 145
incerno 156
incerniculum 156
incertiſſimus 124
incertus 239
inceſſo 159.317
inchoo 333.678.680
incido 146.339.657
in æs, vel ære incido. 290
incilo 532
incipio 333
incino 156
inciſum 582
incitas 554
inclamo 333
inclino 333.465
includo 658
inclytus 651.671
incœptus 447
incoho 653.678
incolo 153
incolumis 120.556
incommodo. 311.667
incomptus 155
in cõuertendo dominus 320
incoquo 157
incoram 287
incorporale 12
increbruit 647
increpito 269
increpo 129.269
increſco 144
incubi 129
incubo 129. 210. 338
incudo 51
inculco 657
incumbo 129.210. 310.338
incumbere in ſpongiam 310
incunabula 115
incurioſus 238
incurius 126
incurro 338
incus 51.576
incuſo 268
incutio 141.657
indago 69.418.498
inde 291
indecor 40
indefeſſus 167
indemnis 120.657
index 57
indico 144.270.305
indictus 305.328
in diem 290
in diem addicere 289
in dies 290
indiga 33
indigena 33
indigeo 132.264.657
indiges 44
indignor 344
indignus 263
indigus 132.262
indipiſcor 166.657
induiduus 148
indo 147.307.338
indoctus 236.579
indoleo 266
indoles 106
inducæ 113.554
induco 317.659
indugredi 400
indutoro 400
indulgens 236.329
indulgentia 310
indulgeo 137.310
indumanu 400
indumentum 556
indupedita 400
induperator 400. 603
induſia, ata 558
induſtrior 126
induſtrius 126
indutum 556
induuiæ 113
inedia 146
ineo 338
ineo gratiam 338
ineptio 657
ineptior 657
ineptus 657
inermis 119.657
iners 55.657
ineſco 333
infamis 48
infans 54
infantibu, pro bus. 604
infauſtus 242
infectores 139
infenſus 241
infer 122
infera pro infra 285
inferi 110
inferias 297
inferior 252
infernus 93
infero 339
inferus 122.124.515
infeſtus 241
inficiæ 103
inficias ire 297
inficio 139
infidus 174.459.528
infigo 151.530
infimates 110
infimus 124
infiniti 272
infinitiui conſtructio 321
infinitiui reſolutio. 319
infinitiui futurorum. 322
infinitiui verba 321
infinitiuus loco nominatiui 207
infinitiuus quib⁹ verbis addatur 321
infinitiuus pro indicatiuo 202
infinitiuus loco nominis 194
infinitiuus pro gerũdio 321
infinitiuus ſubauditus 322
infinitiuus pro ſupino & participio. 321
infinitiuus cum adiectiuis 322
infinitum 12
infirmus 120
infit 171.317
infleсto 160
infligo 149.460.530
influo 142
infodio 140
infœlix 239
informo 336
infra 283.285
infra horam 283
infrænus 120
infrequens 236
infrico 130
infrigido 530
infringo 150.657
infumabulum, bar. 536
ingemo 154
ingenitus. 156.328.513
ingenium 513
ingenuus 513
ingero 158
ingigno 156
ingiorius 120.240
ingluuies 89
ingratus 239
ingruo 142
inguen 71
inhabilis 496
inhæreo 317
inhibeo 131.305.657. 675
inhio 318
in horam 290
in horas 290
inhuber 488
inibi 299
inijcio 139
inimicitiæ 112
inimico 165.657
inimicor 165
inimicus 525.657
iniquus 658
initium 329
iniunx 57
iniuratus 174
iniurius 126.241
inlido 660
in locum vel in loco curro 290
inluſtris 660
in mentem fuit 291
in mentem venit, 273
in medium relinquo. 291
innaſcor 165
innitor 167
innoxior 126
innoxius 238
innuba 143.399
innubo 143
innubus 488
innuo 142
inoleo 136
inopinus 536
inops 86.263
inopus 549
inordinatæ orationes. 607
in paucis 255
in primis 255
in primis cum ſuperlatiuo 256
inquam 171
inquies 45.571.572
inquilinus 531.536
inquino 534
inquio [illegible]
inquiro 158.658
inquis 574
in rem vel re eſſe 290
inrudo 660
inſaluber 28
inſanus 579
inſatiabile 238
inſaturabilis 238
inſcendo 657
inſcius 238
inſcribor 208
inſculpo 157

inſector 176
inſecurus 239
inſequor 167
inſero 159
inſerpo 157
inſeruio 311
inſideo 134.315
inſideo illi 317
Inſidet in animo 317
inſidiæ 113
inſidior 165.318
inſido 317.318
inſignis 48
inſilio 164.318
inſimulo 268
inſinuo 306
inſiſto 310
inſolens 174.236
inſoleſco 174
inſolitus 174
inſono 129
inſons 240
inſopnis 120
inſpico 457
inſpicio 139.657
inſpuo 142
inſtabilis 496
inſtar 99.227
inſtar cum ad 228
inſtat mors 310
inſtauro 127.333
inſterno 156
inſtigo 460.530
inſtinctus 149
inſtingo 149
inſtipulor 175
inſtitor 128
inſtituo 141
inſto 128.310
inſto operi 310
inſto opus 310
inſto viam 310
inſtrepito 157
inſtrepo 157
inſtruo 141.336
inſuber 554
inſubres 554
inſubria 554
inſueſco 144
inſuetus 144
inſulſus 154.657
inſulto 311
inſum 308.340
inſuper 580
inſurgo 149
inſuſurro 318
intabeſco 132
intamino 500
integer 264
integraſco 178
integumentum 556
intellectio 646
intellego 657
intelligens 236
intelligo 531.656.657.
660
intendo 146.318
intentio 146
intentus 146
inter 283.338
inter cum reciprocis.
351
inter paucos 255
inter primos 255
intercalaris 622
intercalo 622
intercapedo 69
intercedo 338
interceſſor 40
intercino 156
intercipiut 657
intercus 51.575
interdico 35.144.331
645
interdiu 283
interea 283.560.580.
661
intereo 661
intereſt 645
intereſt ad laudem.
275
intereſt cũ Tãti,quã-
ti,&c. 274
intereſt mea, nõ mei.
275
intereſt quatuor mo-
dis capitur 275
intereſt vnde compo-
nitur 275
interhæc 283
interibi 299
interiectio,& eius par
tes 19
interiſt 567
interim 283
interimo 155
interlino 156
interlunium ex Pli-
nio 197
interluo 338
intermico 130
interminor 307
intermiſceo 131
intermorior 168
interneco 130
intero,interis 158
interpello 665
interpolo,as 545
interpres 44.572.
651
interpretor 175.651
interrogatio 578
interrogationis nota.
582
interrogatiuum 12.
199
de Interrogatiuo &
reſponſiuo 198
interrogatiuũ & re-
ſponſiuum diſcon-
ueniunt 199
interrogatiuum à re-
ſponſiuo diſcordat
270
interrogatiua locorũ
quot 16
interrogatiua aduer-
bia 297
interrogatiui & inter-
rogationis diffini-
tio 199
interrogatiua cum ge
nitiuo 243
interrogo 269.479
interruptio 607
interſum 169.275
interſum cum accu-
ſatiuo 275
intertrigo 642
interuallum 663
interuenio 163
interuerto 160
interus 124
inteſtatus 165
inteſtina 115
intexo 162
intimo 306
intimus 124.241
intingo 149
intolerans 236
intra 283
intremo 154
intrico 457
intrò 298.404
intueor 166
intus canere 614
intybum 52.96.652
inuado 148.317
inueho 152
inuergo 152.307
inuerſio 618
inuerto 160
inueſtigo 530
inueteraſco 178
inuideo 134.307.331
inuideor 307
inuidia 375
inuidioſus 134
inuitare 541
inuitus,a,um 541
inuolucrum. 161.398.
554
inula 465
inultus 167
inungo 149
inuoluo 161
in vota ceſſo 291
inuro 158
in Inus nomina 535
inuus 465
Io 70.394
ioannes 678
iob 394.565
iobileus 488
iobolus 543
iobus 500.543
iocabed 582
iocaſta 478
iocũdus,bat. 398.477
iocus 94
ioda 478
iodocus 543
iohannes 396.572.
653.678
iohannes Lupus 191
iole 545
iollas 545
ion 394.678.684
ionas 482
ionathan 582
ione 394
ionia 394.548
ionica à maiore 587
ionica à minore.
587
ionicum 592
ionicus 363
ionium 394
ionius,ia 548
ionos 394
iopas 549
ioppe 549
ioſeph 375.552.567
ioſephus 514.524
ioſippus 514
iota 30
iotaciſmi 604
iotaciſmus 371
iouis niger 410
iouis profundus 410
iouis ſtygius 410
Iphi 479.467
iphianaſſa 501
iphianiſſa 407
iphias 467
iphiclus 467
iphigenia 392.467.
520
iphilus 467
iphimeda,ia 507
iphineus 536
iphinoe 467
iphinous 466.467.
535
iphis 467.520
iphitides 468
iphition 468
iphitus 467
iphthime 684
ipimedia 508
ἴππος 447
ips 68
ipſe 215
ipſiſſimus 122
ipſius cum pronomi-
nibus 277
ipſus 91
Ir 570
ιρ in ιγ mutatur, 570
ἰρρέκλαστος 541
iracundus 496
iraſcor 165.311
ire ad 296
irenarcha 471.472
ireneus 472
ireſione 471.472
iri quid faciat in futu
ro infinitiui 322
iris 81
irocomos 472
irocopus 472
ironia 392.471.618
ironeuomai 618
ironicos 581
iros 472
irrætire 454
irraucio 164
irredux 57
irrepo 157
irretire 522
irrideo 137
irrimo 666
irritallis 172
irrito 541
irritus 166.240.264
541
irrumo 492.556
irrumpo 157
Is ab eo corr. 574
is 68
is,ea,id 300
iſaac 473
iſabel 567
iſabella 473
iſacipara 473.497
iſæus 389
iſagoge 498.544.
654.661
iſalces 472
iſapis 473.501.502
iſara 472
iſatura 472
iſauri,vel ræ 172
iſauricus 472
iſaurum 472
iſaurus 472.473
iſboſeth 582
iſce 92
iſchyros 687
iſerus 472
iſidius 472. 473.
529
iſidorus 473. 550.
677.
iſis 473

iſmarus 94.677
iſocrates 472
iſpal 29
iſrael 407.567
iſſai 582
iſte 91.300
iſter 677
iſteuones 524
iſthic 91
iſthmia 684
iſthmos 48.684
iſthmus 678
iſtic 579
iſto pro iſtuc 298
iſtria 677
iſtuc 29.579
iſtuc pro iſtud 659
iſus 475.173.
Ita 559
ita cum comparatiuo 255
ita cum gradibus 254
ita loquimur,ſubauditum 225
italia 474. 499. 603. 610
italis,idis 474
italus 474.499
itaque 572
ite miſſa eſt 522
iter 38.72
in Ites nomina 541
ithaca 683
ithaceius 518
ithaceſius 517.518
ithome,ne 546. 683
ithonus,mus 546
ἶθος 573
ithuræi 556
ithurei 538
ithureos 475
ithymus 546
ithyphalas 691
ithyphallicum dactylicum 592
ithyrei 538
ithyreus 475.683.691
in Itim aduerbia 541
itiner 534
itinerarium 514
itineror 514
in Itis Græca vel Ites vel Ita 540
in It ius nomina 541
iturea 581
ityphalas 690
ityuoneus 690
itys 475.577.652. 690
Iuba 26
iubar 37.488.570
iubeo 137.305.331
iubeor 305
iubendi verba 305
iubileus 488
iubilo,as 488
iubilum 488
iubilus 115
iucundus 242.398. 477
iudæa 375.651
iudæus 375
iudex 57
iugalis 47
iugerum 98.490
iugis 48.490
iuglans 490
iugum 119.490
iuliana 491
iulianus 476.491
iulis 491.555
iulius 375.491
iulus 375
iumen 399
iumentum 398
iungere vulpes 619
iunices 525
iunior 123.399
iunis 125
iunix 123.125.127
iupiter 72.490.492. 650
iupiter pluuius 427
iupiter ſtans 405
iupiter tonans 405
iureconſultus 643
iuro,as 174.284
ius,ia,ium,finita. 374
ius 77.102.575
in Ius 238
in Ius poſſeſſiua 388
ius ciuile 616
iuſiurandum 62
iuſſum 95
iuſſus 95
iuſta,orum 115
iuſtinianus 535.536
iuſtinus 535
iuſtitium 107
iuſtius cum accuſatiuo 236
iuturna 495
iuuenis 48.513
iuuenior 115
iuuerna 456.495
iuuat 336
iuuentus 39.51.105
iuuo 311.404.495. 564
iuxta 241.281
iuxtim 283
in Ix nomina 527
ixion 394.568
Iyns 79
iynx 58
K
K.Iunijs 659
K litera 659
Kaput 659
Kyrie eleiſon 31
L
L in alias literas mutatio 659
laban 415
labara 427
labaſco 178.415
labdaciſmus. 371.604
labdarus 661
labefacio 414
laberius 515
labes 73.107.414
labeſco 415
labia 118
labica 415
labicum 414.525
labicus 415
labo,as 414
labor,laberis 167. 414.
labori,mei,pro meo. 231
labynetus 686
labyrinthus.652.684. 686
lac 566
lacæna 513
lacedæmon 507.512
lacedæmonij,lacedæmones 507
lacedæmonius 512
lacer 63
lacero,as 664
laceſſo 159
laceſſitum 540
lachana 115. 652. 679
lachanum 418.500. 655
lachanopola 545
lacheſis 75
lachias 679
lachium 679
lachrymæ 675.689
lachrymo,as 652
lacinia 417.556
lacio 139
lacon 416
lacryma 652
lacte 70
lactes 87
lacto,& eius compoſita 139.657
lacus 88.120
lacydes 529.687
ladas 417
ladmus 421
læa 455
lædo 312.436.651. 658
lædo,& eius compoſita 148
lælaps 411.441
lælapes 571
lælius,lælia 441
læmargia 443.651
læmargus 443
læna 444
lænæus 185
læſteia 452
læſtrigones 452
læſtrygones 530
læſtrygonius, a, um. 530
lætamen 454
lætenſes 454
lætia 454
lætor 165.265.454. 651
lætus 239.242.264
læua 455
læuigo 241.455.520
læuis.48.241.445.651
læuo,as 455
læuor 241
læuorſum 455
læuus,a,um 495.651
laertes 382
laganum 418.536
lagari verſus 423
lagarum 584
lageos 387
lagœna 60.513.650
lagois 397
lagon 418.419
lagopus 418
lagos 387.397
lagunculus 418
lagus 418
latrus 538
lais 382
laius 382
lalage 498
laleo 427
laletania 420.500
laliſio 540
lallare 663
lalos 427
lalyſos 540
lama 422
lamachus 679
lambano 611.651
lamech 582
lamella 422
lamentum 422
lamentatur 302
lamina 400.422.534
lamna 482
lampas 73.680
lampethuſa 521
lampetiæ 522
lampia 392
lampon 392
lamus 421
lancea 603
lancino 534
landrianus 393
langia 392
langueo 132
languor 132
laniger 63
lanio 424
laniſta 33
lanugo 34.554
lanuuium 424.433. 558
lanx 68
laodamia 392
laodoce 383
laodocus 383.543. 544
Λαοις ἀφιαις 522
laomedia 508
laomedon 507
laos 382
laothoe 553
lapathes 424.504. 505.683
lapathos vel lapethos 424.505
laphitæ 681
lapidare 615
lapidauerat 201
lapis 46.571
lapſis diebus 281
lapſor 168
lapſus 26
lar 26.37.71.570
lara 427
lardum 105
lares 110
largior 175
largus 239
larides 426
laridum 427
larignum 413
larina 426
larinas 579
larinates 426.504
lariſa 667
lariſſa 427.540.667
lariſſæus,a,um 540
larius 66.426
larneſus 517
laronia 426
laronius 426
larualis 502
larunda 426.427
larus 426
larix 413
laſciuio 162
laſer 38
laſerpicium 420
laſſo 664
laſſus 664

latebræ 111.506
lateo 133.318.617
later 72
laterna 431
lateris 101
lateſco 432
latex 55
latinæ linguæ infantia 356.357
latine 208
latine loqui 185
latini & Græci ſermonis non eſt eadem ratio 231
latinius 422
latinus 65
latito 133
latitudo 431
latous 398
latria 392.581
latrina 60
latro 35
latrocinor 543
latrocinium 543
laturus 599
latus,a,um 77.431
latyninus 690
lauachrum 674
lauacrum 398.399
laudace 496
laudandi verba 267
laudo 269
laudum 86
lauer 38
lauinia 432
lauiniũ 432.433.536.358
lauo,as 128
laureatus 663
laurentius Lippius
laurus 120
laus 650
lautillus 532
lautulæ 128
lautus,nomen 128.558
lax 139
laxo 664
laxum carmen 584
laxus 664
lazarus 502.503
Leæna 513.651
leander 384
learchus 384
lebadia 393
lebedus 507.271
lebes 42
lebetes 571
lebetus 434
lecania 434.500
lecca 665
lechæus 434
lectica 525
lectito 644
lecythus 52.434.540.542.581.687
leda 60
ledæus 390
ledericus 524
legatus 437
lego 175.437.438.657
lego, & eius compoſita 150
legio 34
legirupa 33
legitimum 555
legitimus 398.437.649.667
legont,bar. 649
legumen 105.555.556
lelaps 68.78
leleges 571.688
lelex 79.439
leliphagus 537
lembus 50
lemma 407.665
lemnos 575
lemures 109.557
lemuria 116.557
lenæus 390
lenas 72.579
lenimen 533.556
lenio 657
lenior 466
leniori 82
lenis 241
leno vel na 444
lenocinium 543
lenocinor 311.534.543
lenos 390
lens 79
lentigo 79
leon 470
leonor 567
leonora 549.551
leontini 534
leontychides 590
leopardus 58
leponticus 446
lepontij 446
lepos 76
lepſis 610.611.612.513.615
lepus 51
lera 449
lerigio,bar. 604
lero 449
leſbos 29.575
leſbous 398
leſtrygones 689
letania,bar. 393
lethæa 385.683
lethæus morbus 683
lethargus 683
lethe 454.516
lethum. 653.654.683
letum 107.136.683
leuaſſo 172
leucadia 497
leucargillum 672
leucate 505
leucippus 669
leuconia 548
leuconotus 548.553
leucopetra 549
leucopis 549.550
leucos 388.672
leucoſia 552
leucoſyri 552
leucothea 388.672.674
leucothoe 553.572.684
leui,ſta 455
leuinus 455.476.534
leuir 62
leuis 241.455
leuites,is 540
leutychides 680.690
lex 79.571
lexicon 603.611
lexis 75.603.611
Liba 115
libanus 30.456.510
libella 455
libens 655
liber 63.238.264.455
liberalis 239.455
liberi 66.109.261
libero,as 269.344
liberta 61
libertas 455
libet 314
libethra 683
libethreus 683
libethrides 455.683
libethrus, vel thra. 455
libido 69.528
libido eſt 314
libo,& eius compoſita 127.455
libra,are 455
libri falſo inſcripti. 358
librorum nomina. 109
librum de diſciplina ſcholarium nõ eſſe 205
libripens 79
libro,as 456
libs 53.67
libum 455
libuo 439
liburni 455
libya, vel libye. 455.686
libycus 686
libys 616
libyſſa 669.686
libyſſinus 669
libyſtis 686
libyus 686
liceo 174.271.458
liceor 165.174.271.458
licentia 325.599
licentia poetica 370
licet 314
lichen 37.456
licheus 456
lichoſtratum 650
licianus 456
liciatorium 456
licinium 417
licinus 537
licitatus 271
licitor 165.271
licitus 271
licium 456.475.540
licurgus 649
lien 37
lienis 46
liger 63
ligia,vel ea 392
lignarij 535
ligo 34
ligula 460.531
ligur 41
liguria,us 557
ligurio 556.557
ligurinus 557
ligus 51
liguſtrum 467
ligyes 687
ligyſtus 687
lilæa 385.461
lilybæum 390.461.652.688
lilybe,es 463
limaca 496.447
limatulus 235
limax 57
limbus 50
limen 463
limes 42
limne 552
limnoria 551
limone 464
limonium 464.484
limus 106.119.463
linctus 151
lingo,& eius compoſita 151
lingon 547
lingones 571
lingonia, lingonicus. 547
linguæ Latinæ mors 357
lingula 460
lingulaca 33.497
linio 162
lino,inio 465
lino,& eius compoſita 156.466
linquo 404
linquo, & eius compoſita 157
linum 461
linus 465
lipopſychia 468
lipothymia 468
lippire 666
lippitudo 666
lippus 666
liptote 624
liquefacio 508
liquens 469
liqueo 132.469
liquet 314
lequetius 469
liquidæ 649.654
liquidæ duplices. 11
liquidus 469
liquo 469
liquor 40.166.469
lira 470.539.688
lirare 413.470
lirinis 472
liriope 471
liris 469
lirium 471.472
lis 75.573
litania 393
litanus 393
litera,literæ. 184.476.627.649
literarum nomina, & naturæ 649
literarum ordo 661
literarum mutatio. 655
litera vnde dicatur. 11
literæ interpoſitæ dictionibus, euphoniæ cauſa 656
litera & elementum quomodo differũt. 11
literæ iucundæ,& gratæ 242
litera pro epiſtola. 261
literatio 184
literator 184
literatus 184
leterœdus 184

lithargyrium 672
lithorius 474
lithos 650. 653. 672. 674.683
lithoſtratū 504.650. 672
lithoſtratos 504.552
liticen 37
litigioſus 474
litigium 474
litigo,as 474.630
litium 475.660
littera 650.667
littus 76. 476. 650. 431
litura 156
liueo 135
liuinus 476
liuius 476
lix 439
lixa 32
lixulæ 642
Locale 13
localis caſus 300
locaſſis 172
loci impares 110.585. 630
loco,locas 145
loculi 110
locuples. 44.262.571
locus 93
locuſta 477.478
locutus 656.660
lodix 80
lodouicus 524
lœdoria 437
lœdorio 437
lœmos 443
lœmius 443
lœtum 454
logia 605
logica,cus 478
logion vel logæon 395
logiſmus 544
logodædali 436
logon 568
logopœus 390
logos 48. 185. 438. 478.605
loiſus 540
lolligo 480.530.667
longæuus 524. 651
longarcus 502
longe 258
longobardi 543
λόφος 545
loquendum cum do ctis 191
loquitor 176
loquor, & eius compoſita. 167.306. 483

550.660
lorica 525
loripes 45
lorum 26
loth 567
Lubens 655
lubet pro libet 658
lubido pro libido 658
lubrico 488
lubricus 488.489
lucagus 498
lucania 489
lucaniacus 497
lucanus 489
lucar 37.409
luce,luci 658
lucellum 489
luceo,& eius compoſita 138.307
luceres 109.489
luceria 489.505.516
lucerna 489
luceſcit 139
lucetia 522
lucetius 522
luci 295
lucifer 63
lucilius 532
lucretia 489
lucretilis 489
lucretius 489
lucrifacio 271
lucrinus 489
lucrio 34
lucror 489
lucrum 489
luctarius,bar. 505
luctor 311
luctus 118.138
luculentus 404
lucullus 555.668
luculus 664
lucumedi 556
lucumo 489.556
lucumones 556
lucus 65.618
lues 103.572
ludi 111
ludia 688
ludicer 28
ludicra 85
ludificor 334
ludius 118
ludo, & eius compoſita 148.331.347
ludouicus 490.553
ludus 618
lugeo, & eius compoſita 138.490
lugubris 553.554
lumbricus 525
luna 492
luo,& eius compoſi-

ta 142
lupanar 37.71
lupatum 505
lupinus 534
luponudus 548
lupus in fabula 619
lurcho 675.680
luſches 680
luſcinia 534
luſitania 541
luſito 644
luſtra 115
lutatius 505
luter 72.409
lutetia 296
luteus,oſus,& atus. 494.495
lutheus,colus 494
luthum 494
lutra 72
lutum 20.107.494. 495
lux 107
luxuria,es 556
luxurio 345.556
luxus 88
luza 582
Lyæus 390.688
lycabeſos 517
lycæus 390.396.457
lycaon 672
lycaſtus 672
lyce 688
lycepes 514
lyceum 395
lychas 456
lychione 458
lychnites 680.688
lychnos 652
lychnuchus 680
lychnus 680
lycia 688
lycidia 672
lycinia 537
lycinius 53.672
lyciſca 672.688
lycium,vel eum 396
lycius 395.396.685. 688
lyco 396
lycogeneus 688
lycomedes 507.672. 688
lycopa 672
lycopeus 549.550
lycophos 396
lycophron 688
lycopolis 672
lycoras 551
lycoreus 551
lycoria 551
lycorias 551
lycorica 551

lycorides 528.529. 688
lycoris 551.672
lycos 552.672
lycoſtratos 552
lycotontes 553
lyctos 688
lyctius 688
lycurgides 528.688
lycurgus 672
lycus 458.691
lydas 458
lydia 581.688
lyenteria 652.688
lyeus 672
lygdamus 688
lymax 688
lympha 652.688
lynceus 688
lyncurium 688
lyndus 688
lynter 38.570.652. 688
lyns 688
lynx 56.652.688
lyo 612.652.672. 688
lyra 469.652.688
lyrcæ 688
lyrcæus 458
lyricen 37
lyricum 584
lyrin 469
lyris 469
lyriſtes 571
lyrneſſus 518.666. 688
lyrneſus 518.666. 688
lyſai 688
lyſander 688
lyſanias 688
lyſias 472.688
lyſimachia 679.688
lyſimachus 679.688
lyſippus 688
lyſis 540
lyſius 688
lyte 688

M

M quando mutatur in n 655
m non interempta. 369
m apud Græcos muta 377
m in alias literas mutatur 659
m ante conſonantes. 661
Ma 664
maca 458
macæ 458

maccabæus 390
macchabeus 663
macareus 679
macarius 679
macedo 26.508
macedon 507.547. 568
macedones 87
macedonia 508.547
macedonius, icus. 508
macellum 107.665
macer 358.416
macero 416
maceries 416
maceta 508
macetes,vel maceta. 622
macezer 416
machæra 516.679
machæropius 679
machaon 569.679
macharius 416.417. 502
machataas 679
mache 663.672.679
machina 416.534. 679
machinor 165.679
macies 89.416
macreſco 133
macrobius 543.672
macrocheræ 517
macrologia 606
macromani 546
macrontichus 527
macros 362. 606. 672
macte 103.264
macte eſto 206
macte eſſe 206
mactus 240
macyberna 687
madeo 132.417
madai 582
mæander 65.385
mæandrum 485
mædi 437
mædica 437
mænius 443
mæna 444.445
mænalus 94.444
mænarchus 445
mænas 444
mænia 116
mænius 446.619
mæon 387.547
mæondus 386
mæonia 387.547
mæonius 387
mæonides vel mæoninus 387
mæotis 387

mæra 450
mærare 450
mæreo cum ſuis 450
mæror 450
mæſolus 452
magalia 116. 418. 603.610
magar 610
magdalena 500
mage 29.562
mageſter 658
magetæ 522
magia 393
magirus 538.687
magis 419
magis cum poſitiuo 249
magis origo 249
magiſter 62.658
magiſterium 515
magiſtratus 88
magiſtro 334
magma 67
magnalia 116
magnanimus Anchiſiades 616
magnates 110
magnes 42
magneſia 518
magnetes 518.571
magni 271
magnifacio 402.657
magnificus 123
magnipendo 403
magno natu 233
mago 418
magudaris 529.554
magydaris 81. 529. 554
mahaleled 582
maialis 47
μαίνομαι 445
maior 252
maiorana 502
maioranus 550.551
maiores 110
maiori 82
maiorianus 551
maioris 270
malæus 427
malagma 67
malchi 205
male 562
malea 384
maledico 316
maledicus 123.399
maleficentiſſimus 114
maleſus 518
maleus 388
mallos 420
malo 169.258
malobatrum 420
malua 62
malum punicum. 58
malus 30.62.420. 608
mamea 422
mamercus 422
mamertia 422
mamertinus 422
mamilla.531.650.664 666
mamma 650.663. 664
mammona,is.32.548
mamphur 40
mamurius 422.557
mamurianus 557
maxillaris 47
man 36
manceps 54
mancipium 26
mandibula 145
mando,onis 34
mando,mandas 145
mando,mandis 145
mandonius 548
mandra 60
mandragora 498
manduca 554
manduces 554
manduco 145.554
manducor 554
manducum 554
mandula 460
mane & mani 30. 454.658
mane,nomen 280
maneo, & eius compoſita 137.318.657
maneo te 330
manes 87.110.442. 443
manetus 424
manganus 501
mango 35
manichæus 390.651
manicula 50
manifeſto 564
manilius,lia. 424. 532
maniolæ 642
manipulus 537
manius 424
manna 32
mano, manas 423
μαντεῖος 557
manſues 45.73
manſurius 557
mantæle 510
mantælum 510
manteum 396
mantia.393.660.670. 672
mantica 60
mantichoras 551.552
mantile 68.510.531
mantis 575.670
mantiſſa 60.667
mantium 396
manto 70
mantus 575
manus 50.627
à Manus compoſita. 58
mapalia.116.424.603. 650.664
mape 537
maphula 555
mappa 603.650. 664
maræa 385
marathon 683
marathron,vel marathrum 445.683
marcelianum 510
marceo 133
marcion 394
marcionita 394
marcipor 72.410
marcomanes 501
marclyas 688
mare 33.103
margæa 385
margaris 503
margarita,tum 502. 540.542
margaritum 118.503
margo 35
maria 380.580
mariandyni 687
maris 426
mariſca 674
maritare 540
maritus 540
marmor 39
maronæus, nianus. 342
marpeſius 518
marpeſus 518
marpiſſa 667
marra 664
marrubij 425.664 663
marrubium. 425.427 664
mars 26.53
marſilia,bar. 532
marſpiter 72
marſupium 556
marſya 690
martha 653.684
martyr 39.651.652. 690
mas 41
maſæſylij 518
maſchilion 394
maſcula 41
maſculeum fœmineo præſtat 215
maſculina 105
maſculum & fœminam creauit eos. 222
maſculus 41
maſiniſſa 428.649 667
maſſa 664
maſſares 664
maſſageta,maſſagetes 522
maſſagetæ 498.664
maſſicus 94.664
maſſilia. 532.664. 690
maſſurenſes 664
maſſurius 664
maſſylia. 532.651.664 690
maſſylus,a,um 532. 690
maſſytus 690
maſtice 562
maſtiche 531.679
maſtigia 33.531
maſtigo 531
maſtigophorus 531
maſtix 56.79.412. 531.612.669
maſtruca,ga 603
maſtygia 412
maſurius,bar. 557
maſylianus 532
maſyas 690
matæos 674
matæotechnia 674
matella 430
mater 569
materia 342
materia circa quam. 579
matthæus 390.650. 651.653.665.684
mathema 683
mathematica 683
matheſis 518.519.
mathiana 500
mathias 650.653. 665.684
μαθηταῖς 518
matho 683
mathon, vel matho. 430
mathones 583
mathuſale 558
mathuſalem 582
matieni 430
matineſſa 534
matinus 430
matricida 403.525
matrinia 534
matrimus 533.642
matrix 668
mattea 665
matteolicus 388
matteum 388
mattiacum 665
mattya 665
mattyum 388
maturrimus. 124.650 668
maturus æui,& æuo 239
maturiſſimus 650. 668
maturriſſimus 124
matula 430
matuta 431.535
matutinus 535
mauors 400.603
mauricius 66
mauricus 525
mauriſius 540
mauritania 542.543
maurus 656.658
mauruſius 540
mauſolæum 388.545
mauſolus 388.545
maxime 563
maximus 525
mazax 458
mazonomum 548
mazonomus 549
Mes pro mis ante relatiuũ qui 276
mea Pauli 276
mecennia 435
mecennius 435
mechane 679
mechanema 434
mechanicus.439.679
mecœnas 72.434.
meconis 435
meconium 435
mecum 579
mecyberna 435
mecybernæi 435
medea 436
medentius 661
medeor 166.310.436
medeſtrata 436
medi 436.437
media 186.390.436
mediaſtinus 535
mediaſtini 535
medica 436
medico 310
medicor 310
medicus,a,um 436
medietates 643
mediocer 28
mediolanum 545
mediolanenſes 546

meditari 659
meditullium 108.555. 688
mediuſfidius 66.659
medoaci 436
medon 436
meduſa 557
medymnus 436
megæra 516
megaleſia 108.518
megaleſius 519
megaleſos 519
meganira 538
megara 516
megareus 437
megarus 502
meges 437
mehe 91
mei Priſciani, barb. 276.
mei,tui,ſui,&c. quos genitiuos admittant 276
meio,& eius compoſita 152
meioma 607
meioſis 607
mel 567
mela 439.510.561.509
melænis 514
melam 522
melambroti 553
melamion 441
melampigus 530
melampus 576
melanchætes 522
melanchion 394
melancholia 580.680
melancholicus 680
melanſpermon 441
melanthia 393
melãthum 440.441
melanurus 440.441 557
melanzophos 663
melas 439.553
melchiſedec 70.540
melchiſedech 407
mele 563
meleager 384.498
meleagra 384
meleagrus 498
meleboſis 552
meles 439
melete 393
meli 34.439.563.673
melibœa 385
meliceria 517
meliceris 517
melichus 441
melicus 524
melicratum 673
melimela 563
melimeli 108
melior 240
melioſem 660
melis 70
meliſphyllium 673
meliſſus 667
melitæa 385
meliteus 665
melitus 540.665
melius 440
melo 46
meloboſis 441.552
melobotes 441
meloboton 441
melœdes 544
melœdia 650
melœſſa 441
melolanthi 441
melophori 441
melos 49.436.439. 575
melota 160.441
melotrus 441
melpomene 513
meluſſa 441
membliaros 520
memini 173.272
memini cum accuſatiuo,barbare 272
memini cum accuſatiuo,Latine 272
memini cum præſenti infinitiui 272
memini cum præterito infinitiui 272
memini memoria & memoriter 273
memini de hac re.272
memius 664
memnon 569
memor 40.239
memoratu 565
memores 571
memori 82
memoria & memoriter teneo 273
memoria ſubauditũ. 273
memoriæ 105
memoriæ proditum. 647
memoriter 273
memoro 273
memoror 272.273
memphis 75.540. 573.681
mẽn 568.569
men 673
mena 444
menæhmus 443. 486.507
menalcas 443
menalina 443
menalippe 443
menalippus 443
menander 443
menapij 443
menas. 444.571.579
mendæ,arum 518
mendeſius 518
mendicus,co 526
mendoſi libri 358
mendum 118
menetes 443
meneceus 443
menechæus 390.679
menecharmes 444
menecrates 443
menedemus 443. 444.508
menei 444
menelætus 522
menelaus 65.443. 510
meneleus 443.510
menenus 443
menephron 443
meneptolemus. 444
menerua 658
meneſes 443
meneſi 520.518
meneſtho 684
meneſtheus 684
menetias 443
menia 673
menippe 444
meninx 68.79
meno 443 444
menochus 680
menœceus 506
menœtius 443.522
menomai 444
menopilus 443
menos 444.445
mens eſt 646
menſis 46
menſtrua 673
menſtruus 46
menſium nomina adiectiua 631
menſuræ regimen. 345
menſurnus 46
mentagra 456
mentetenus 273
mentha 684
mentior 166
mentulatus 479
in Mentum nomina. 555
menyllus 688
meoſis 607
mephiticus 542
mephitis 81.542.681
meracus 496
meracior, meraciſſimus 496
mercatus 270
merces 74
mercor 270
mercúri 579
mercurius 557
merdaleus 498
mereo 174
mereor 174
meretricula 525
meretrix,icor 522
meri 365
meridianus 404
meridies 403.460. 529.659
meriones 449
meritorius 239
merix 450
mergæ 42
merges 42
mergo, & eius compoſita 151
mergus 42
mermeros 515
merope 550
merula 447
merulus 449
meryx 449
merx 68.79
meſana 451
meſapia 501
meſapus 501
meſegæus 451
meſembria 451
meſembriaci 451
meſembriacum 518
meſias. 451
meſochorus 451
meſon 688
meſonyction 688
meſopotamia 553
meſos 451.611
meſozeugma.220.611
meſſæis 552
meſſala 499
meſſalina 666
meſſalinus,na 499
meſſana 666
meſſe 427
meſſen 520
meſſiam quod 195
meſſis 666
meſſone 552
meſſonis 552
met 92
meta 610.614.620. 672
meta cum ſuis 453
metabole 614.624
metabus 453
metachoreſis.519.607
metaciſmi 604
metaciſmus 371
metalepſis 610.615. 655
metallo 663
metallum 104.663
metamorphoſis. 75. 552
metanœa.385.388.453
metapherein 615
metaphora 201.615. 655.672
metaplaſmus.185.603 608.672
metaſtaſis 620
metatheſis 610.674
metaurus vel um.453
metellus 453
meteora 551
meteorologus 551
meteorus 551
meter 453.520
meteræi 453
meteſanus 453
methe 521
metheon 683
methodice 184
methodus 89.184. 544.653.669
methone 453.683
methymnia 683.691
methyſos 521.683
methyſtis 521
metior 167
metiſcus 453
metius 453
meto,& eius compoſita 160
metœcia 507
meton 453
metonymia 615.673
metopoſcopus 550
metopon 549
metopoſopus 454
metopus 454
metor 165
metriotes 553
metrodorus 550
metron 655
à Metron compoſita 363.520
metrophanes 500
metropolis 81
metros cum ſuis.453
metrum 362
metu 312
metuens 236
metuo 142.317
metus 50
metyllus 453
meuania 500
meuius 455
meum,tuũ, ſuũ ſubſtantiuantur 188
meus 232

meus pro mis 276
mezei 455
mezentius 661
Mi 101
mica 457
micaleſos 518. 519
michael 567.582
michax 458
micheſteus 458
michol 567
michylus 457
micia, vel ea 393
mico, & eius compo-
ſita 130
μίκων 435
micros 651.672
microcoſmos 651
microcoſmus 672
micropſychos 672
microtrogus 545
mictito 152
micturio 152.178
micypſa 456.458
micythus 687
midas 68.459
midea 384.459
migro 460.649
mihi 652
milamon 464
milax 413
mile,lia, 461.649
mile vnico l 259
mile nummûm 259
miles 43.572
miles pro militibus
195
mileſius 518
mileſus 519
miletus 461.462
mili à mille 259
milia 116.666
milia tantum ſubſta-
tiuum eſt 259
miliare 341
milium 105.465
mille 666
mille,adiectiuũ 259
mille, ſubſtantiuum
259
milleſies, barbarum
261
milleſimus 518
millia appoſitiuè po-
nitur 259
millies 572. 655
milo,vel on 462
μῆλον 441
milthas 684
mimalion 464
mimallones 663.464
mimas 465
mimerinus 464
mimermus 464
mimeſis.518.519.607.
523
mina,minæ.465.466
559
minæ,arum 465.
466
minacte 497
minerua 26.658
mineus 465
minfacere 557
μῖνις 445
mineius,eis 465
mino,as 465
mingo 149
minime 255. 562.
563
minimum 255
miniſterium 515
minium 105
minois 466
minor 252.307.465
minores 110
minoris 270
minos 76.405.466.
574
minotaurus 465
minus 249.465
minus,ni 465
minus mille interfe-
cti 202
minutal 70
minutius 466.558
minyæ 688
mioſis 607
miphiboſeth 582
minficus 123
miraculum 469
minficiſſimus 124
miritenes 513
mirmillo 532.606
mirmychionis 688
mirobrechi 506
miror 126.334
mis 231.573
miſanthropos 473
miſanthropus 549
miſcellaneus,adiecti-
uum 131
miſcellum 131
miſceo, & eius com-
poſita 131.308
miſcuerunt 406
miſer 63.263.472
miſereo,es 267
miſereor 167.266.
267.472
miſereſco 266.278
miſeret 266.278.
472
miſeretur 278
miſericordia 472
miſericors 472
miſero,as 267
miſeror 267.472
miſitius 542
μισῶ μνάμονα συμ-
πότην 555
miſogyneia 549
miſomuſus 473
miſos 473.549
miſſa 522
miſſile 531
miſſilis 531
miſſumenos 513
miſtarius 131
mitella 473.474
mithron 541
mithremes 683
mithridates 473
mitigo 530
mitilo 473
mitilene 473
mitio 473
mitis 473.475
μίτηρ 569
mitos 540.673
mitra 473
mittendi verba. 306
mitto, & eius compo
ſita 160
miurum 556.584
miurus 396
miurus verſus 423
Mna.465.559.654.
661
mnais 382.661
mnaſilus 531
mnaſilus 532
mnaſylus 428
mneme 393.441.552
mnemoſyne,nõ.442.
690
mneſtheus 684
mnioſius 552
Moabita,is 540
mobile 187
mobilis 398
moderatus accentus.
578
moderor 318
modi finiti quatuor.
200.345.362
modicus 240
modo 478.564.565
modus 16.478
mœchalium 26.435
mœchia.393.435.650.
679
mœchus.435.650.655
mœdoria 437
mœnia 445.446.
650
mœnis 445
mœrecles 451
mœreo 174.650
mœror 39.174
mœrichus 451
mœris 451
mœrus. 445.451.658
mœſia 452
mœtius 454
molaris. 28.47.502
moles 42.480.667
molides 480
molior 166.321.334.
480.667
molis 672
molitor 155
mollio 480
mollis 480
mollo 667
molo 153.488
molorchus 672
moloſſa 667
moloſſia 446
moloſſus 362.667
moly.34.68.488.563.
688
monigæ 112
monachus 653
monarcha 672
monas 73
monaſterium 515.
607
mone 622
monendi verba 267
moneo 269
moneſes 518
moneſis 520
moneſus 518
monile 68
monimos 622
monitus 118
monoceros 76
monocolon. 545.584
589
monoculus 672
monodia 598
monœcus 506.507
monomachia 621
monomachos 621
monometrum 520.
584.585
monomita 540
mononychus 482
monophthalmꝰ 672
monoptoton 552.553
monos 482.621.669
672
monoſceli 509.674
monoſtichon 584
monoxyla 672
mons 53
monſtrari 30
monumentũ. 555.556
monychus. 482.524.
672.680.688
monycus 669
moralia verba 655
morandus 485
morari 484
mordax 134
mordeo,& eius com-
poſita 134
mordicus 134
mores 110
morgis 520
moribundus 524
morinenſis 534
morinus 534
morio 484.551.674
morior,& eius com-
poſita 168
moris eſt 274
moror 175.334
moros 484.551
moroſus 484.485
morpha 687
mors 106.188
mortarium 503
morticinum 536.537
mortuus 327
morum 103
morus 484. 656.
658
mos 76
moſa 486
moſæ 486
moſella 486
moſes 485.540.652.
688
moſeus 688
moſini 486
moſſonaba 549
moneo, & eius com-
poſita 135
μανεὺς 540
moyſes 73.540.652.
688
Mucor 71
mucro 489
mucus 489
mugil 36
mugilis 490
muginari 557
mugitus 616
mula 61
mulceo,& eius com-
poſita 137
mulciber 63.72.599
mulcta 655
mulctra, mulctrors,
mulctrale 137
mulctrum 115
mulgeo 137
mulgere hircos 619
muliebria 116
muliebris 506
mulier qui 195.409
410.491.569
mulierum nomina in
on 568

mullus 668
mulſum 103
multa 62.268
multatitium æs 826
multeſimus 518
multhul 28
multicium 526
multicolor 40
multijuga 555
multijugus 555
multimodus 404
multiplicatiua nomina in plex 260
multiplicatiui numeri triplex terminatio, & ſignificatio 260
multiplicatiuus numerus pro cardinali 260
multiſſimus 124
multitia 115
multomagis 208.269. 335.580
multoties 643.661
multum 255
mulucha 28
mulus,la 491
mundus 106.118
muneror 344
munerarius 547
munia 262
municeps 54
munificus 223.240
munimen 556
munio 492
munus 77.647
munichia 680.688
munichij 680
muræna 513.651
murena 31
murex 55
muria 493
muridus 493
muries 493
murinus 493
murio 493
murmur 40
murrha 535
murrhea,ina 535
mus 51.87.75
muſa 31.60,494
muſæ 650
muſæus 390
muſagetes 523
muſcerda 489
muſchus 680
muſcus 106
muſtaceus 496
muſtacis 496
muſtellinus 535
muſtum 103
mutabilis 238
mutæ 11.649
mutatus 237
muthul 29.494
mutilū carmen. 584
mutina 534
mutinum 494
mutio 494
mutito 495
mutius 405
muto 344.404
mutoniatus 479.643
mutuatica pecunia. 494
mutuo,mutuor. 165. 346.495.654
mutuus 495
Mycale 688
mycaleſus 688
mycene 688
mycerinus 688
mycernus 458
mychale, mychalæus 518
mychaleſius 518
mycone,os 548.688
mycter 619
mycterizo 619
mycteriſmos 619
mydas 688
mygdon 547.688
mygdonia.474.547. 688
mygdonides.684.688
myia 671
mylas 463
mylicus 524
mylittia 667.688
myndeſius,a,um 518
myndeſos 518
mynyeus 688
myonneſus 518
myops 411
myoparo 688
myophones 672
myrace 476
myriadus 688
myrica 525.688
myrina 688
myrineus 493
myrinus 493.535.688
myriones 471
myrmex 80
myrmidon,onis 528 672
myrmix 671
myrobalanus 500. 672
myronides 688
myron,vel ro 470. 500.688
myropia 672
myropola 470.545
myrrha 669.688
myrrhinus 535.669. 688
myrſius 688
myrſus 688
myrtites 43
myrtous 688
myrtus 688
myrtylus 688
mys 67.672
myſia 688
myſon 688
myſterium 515.517. 688
myſtes 688
myſticus 688
myſtilus 688
mythicus 672
mythologia 672
mythos 540.672
mytilene 690

N

N ante conſonantes 661
n in l mutata.612.650
n liqueſcit 545
n mutatio 660
Naaſon 503
nabathæus 504.505
nabatheus 683
nabis 415
nabuchodonoſor 582.680
naca 416
nacæ 416
næ 380.562.651
nææ 385
nænia 444.445
næniæ 444.642
nærum 450.451
næuius,ia,ium 450.
næuolus,& oſus.455
næuus 50.455.651
naiades 497
nais 382
nanciſcor 168
nanque 660
nantes 609
nar 28.409.570
narbo 35
nardum 49
nares 113
narice 427
naricia 427
naricij 427
naricium 427
naris 427
naritius 449
narix 115.427
narro 650.664
narratio 627
naſcor 165
naſica 428.526
naſidienus 428
naſidius 428
naſo 190.428
nata 61
natales 109
natalis 47
natalitius 540
natanael 431
nates 430.431
natio 34.431
nato 176.431
natrix 57.80.413
natu 102.249
natura 431
naua 432
naualia 116
nauci 34.271.563
naucifacio 261
nauclerus 517
naufragium 498
naufrago 498
naufragus 498
nauifragus 498
nauita 540
naulum 26
naumachia 391.621. 672
nauo 310
naupagium 509
naupegus 508.509
naphtha 684
nauſicaa 381.526
mauſitheus 683
nanus 433
nazaræus 513.651
Ne 562.568.579
à Ne compoſita 447
ne ponitur vbi quòd non poteſt poni. 220
ne temere dānes. 189
neæra 384.516
nealces 384
neapolis 75.510.545. 651.673
nebris 74.433.547
nebrodes 544
nebrophonos 547
nebros 433
nebula,lo 433
nec 566
de Nec regula 219
neceſſaria in zeugmate 219
neceſſarius 660
neceſſe,neceſſum.666
neceſſitas,tudo 666
neceſſus 120
necis 101
neco, & eius compoſita 130
necromātia. 393.546. 670.672
necros 393
necroſis 393
necto, & eius compoſita 160
necubi 299
ne dicam 646
nedum 647
nedymnus 436
nefas 41.437.447
nefareus 664
nefarius,aut nefarrius 502.503
nefarrus 664
nefrens 55
negaſſis 172
negationis elegans vſus 245
negligens 236
negligo 150
negocium 543
negocyum 687
neipe 386
neius 462
nemea 384.581
nemee,ea 559
nemeſis 75
nemertes 442
nemeta 522
nemo 35.69.106
nemo alius 246
nemo de fœmina.246
nemo & nullus 246
nemo homo 246
nemo quiſquam. 246
nemo vnus 246
nemon' 568.569
nemoſa 552
nemus 76
neniæ 112
neo 136.175
neobole 545
neoclides 528
neocæſarea 518
neomenia 96.673
neophytus 540.652. 673.689
neoptolemꝰ 511.673
neos 384.388.501. 545.673
nepa 60
nepe 523
nepes 118
nepet 29
nepeta 522.523
nepetinus 523
nephæſtion 518
nephele 510
nepheleias 510
nephreſis 520.681
nephri 681
nephritis 520
nepita 523
nepos 574
neptis 87

nequa 560
nequæ 599
nequam 36
nequando 562.579
neque 447
de Neque regula. 219
nequeo 162.447
ne quidem 646.647
nequis 562
nequitia 654
nequo 299
nereides 572
nereis 386
nereus 26.449
neriene 449.513
nerine 534
nerio 69.449
neris 449
nerite 449
neritos 449
neritum 449
nero 449
nero caluus 616
neroneus, nianus 389
nerui alienum 188
neruus 119
neſæe 386
neſcio 564
neſcio quis 646
neſcius 238
neſidæ 529
neſion 410
neſis 410
neſos 518
neſos cum compoſitis 517
neſſica 526.527
neſſus 425
neſtor 569
neurobata 445
neuroe 604
neuter 64.244.558
neutra 105
neutra cognomina 191
neutra pro actiuis 330
neutrobi 299
neutrũ verbum pro actiuo 321
nex 80
nexilis 160.531
nexo 130.161
Niæthus 522
nicander 457.657
nicanor 457.500
nicao 457
nicarte 458
nice, es 457.458.527. 650.622.672
nicea 458
niceros 457
niceroſtes 515
nicerotianum 515
niceterium 457.515
νίκη 524
à νίκη deducta 546
niciterium 542
nicocrates 457
nicolas 546
nicolaus 457.650. 672
nicoleos 457.546. 575
nicoleus 388
nicomachus 457. 650.672
nicomedia 393
nicophanes 457
nicopolis 457.672
nicoſtrata 672
nicoſtratus 457
nictus 88
nidor, & eius compoſita 132
niger quomodo comparatur 14
nigromantia, bar. 393
nigrum & rubrum. 189
nihil 567.676
nihil, um 652
nihil, pro in nullo 235.247
nihili 34.271
nihilo minus 580
nihilum 35.399.676
nil 35.564
nimbus 50
nimirum 258.464. 579
nimis 464
nimius 264
ninguit 201
niniue 33.466.543
niniuita 466
ninos 466
ninus 466
niobe 543
niphates 467.504.
niphe 467
niphin 467
nireus 469
niſa 688
niſæe 386.688
niſæus 390.688
niſantes 472
niſi. 199.472.473.563
niſus 472.655.688
niſyrus 538.539
niteo 133
nitidus 133
nitor, & eius compoſita 167
nitrum 107
nix 80
nixus 655
Nobilis 342.524
nobiſcum 579
nocendi verba 311
noceo 133.311
nocticorax, bar. 651. 672
noctu 102
noctua 543
nocumentum 555. 556
nodus 478
noe 397
noe, us 582
noeas 386
noega 438
noegameſia 438
noegæum 438
noemi 512
noenon 445
nola 480
nolanus 480
nolo 169.480
nomas 481
nomen 12.189
nomen pro aduerbio 559
nomen quid, & eius partes 12
nomini quot accidũt 4.12
nomina propria ſine præpoſitione 293
nomina regionum & oppidorum plura 293
nomina Græcorũ propria, neutra 191
nomina verbalia regũt caſus ſuorum verborum figurate 323
noiatiuus varijs modis regitur 200
pro Nominatiuo aliquid 201
nominatiuus ſubauditus 201
nomiſma 491
nomius 481
nomos. 435.437.470. 491. 622. 651. 655. 668
nomothetæ 523
non homo 31
non nemo 246
non ſolum 646
non tantum 646
nonæ 113.482.650
nonacria 482
nonaginta 482
nonius 482
nonus 482
norax 484.485
noricum 484
noricus 484
noris 484
norma 119
noſcito 177
noſciturum 143
noſco, & eius compoſita. 144
noſocomium 486
noſomaticus 486
noſos 486
noſter, pro noſtrum 276
noſtras 41.579
noſtras quomodo declinatur 15
noſtri nullus 243
noſtrum 231
nota 486
noteo 486
noteſco 486
nothus. 486.653.684
notifico 486
notmitala 499
noto 177.268
notus 486.553.675. 684
notrix pro nutrix. 658
noua verba 641.642
nouæ 113
nouacula 496
noualara 503
noualis 45.599
nouarcha 32
nouatenſis 488
nouendium 345
nouerum 516
nouerium 515
nouiſſimus 122
nouitius, vel cius. 526. 542
nouum caſtrum. 465
nox 91
noxia 568
Nubigena 33
nubilis puella 143
nubo 143.174.318 484
nubor 318
nuceria 489.515
nucleus 489
nudus 264
nugæ 112
nugatio 204
nugas 41
nugor 165
nulla 299
nullibi 299
nullus 244.245.568
nullus noſtrum 243
nullus in nihil mutatio 227.
nullo modo 580
numa 491
numacius 496
numanum 500
numanus 491
numantia 491
numatius 492
numella 492
numen 71.142. 398. 492
numeri 362
numeri ſpecies 258
numero 344
numerus 11.258.492
numerus cardinalis 244.258
numer⁹ ordinalis. 259
numerus quid 15
numerorũ ordo 262
numeralia in arius 260
numeralia in ſimus 517
numerale 13
numicius 526
numiſma 491. 649. 668
nummus 491.649
nuncubi 659
nundinæ 534
nuntio 306
nũtio Romæ vel Romam 293
nuntiandi verba 305
nuntius 238
nuper 495
nupta 143
do Nuptum, nuptã, nuptui, & nuptu 318
nupturio 178
nunquam 660
nunquæ, pro nunqua 247.599
nuo, & eius compoſita 142
nurſinus 536
nurus 51.493
nuſquam 299
nuto 142.494
nutrico 176.526
nutrio 495
nutritius 542
nutritor 605
nutus 142
nux 80
Nyctelεus 688
nyctelius 510
nycteus 455
nycticorax 55.651. 688.672
nyctileus 672
nyctilius 510

nyctimene 513. 672. 688
nyctois 688
nympha 652.660.688
nymphe 33
nyſa 688
nyſæa 385.688
nyſſa 669
nyſus 688
nyx 651.672
Ó
O 223. 224. 372. 564
in O aduerbia 255
o in u mutatio 658
o in vltimis 564
o & u affinitas 285
o in cōpoſitione 403
o ſubauditum 224
o variè captum 224
Oarion 394.396
oaxes 396
Ob 283. 337. 523. 565
obambulo 337
obaudio 312
obba 661
obcæco 656
obdo 147
obduco 145
obedo 146
obeliſcus 476
obelus 476.517
obeo 162.327.337.654
oberceo 657
obeſus 146.715
obex 57.476
obgannio 656
obhorreo 338.347
obiectio 213
obiex 476
obijce 102
obijcio 139.400
obiraſcor 165
obit 567
obitus 162.327.654
obiurgo 318
obiurgatio 318
oblecto 344.657
oblinio 465
oblino 156
oblinquo 158
quot Obliqui 15
obliquus 537.656
obliuia 272
obliuiſci 272
obliuiſcor 175
oblitero 474
oblitum 405
oblitus 272
obloquor 167
obmordeo 134
obmuteſco 659
obnitor 167.474
obnoxius 238.242
obnubo 143
obœdio 162.508
obœdiendi verba 312
obœditum 312
oboleo 136.659
obolus 476.543
oborior 168
obrepo 157.338.446
obruo 142.661
obrutus 558
obſæuio 162
obſcænus 659
obſcenus 659
obſcœnus 659
obſcurus 656. 658. 659
obſecro 657
obſequium 167
obſequor 167
obſero 158
obſeſtrix 523
obſideo 134.523
obſidio 134
obſitus 158
obſoleo. 136.654.658. 659.661
obſonium, vel opſonium 547.681
obſono 547
obſonor 165.547
obſorbeo 138
obſtaculum 128
obſtetrix 26.522
obſtipo 537
obſtipus,a,um 537
obſto 128
obſtrepo 157.312
obſtrigilo 312
obſtringo 149
obſtruo 441
obſum 169
obſurdeſco 132
obtendo 146
obtero 158
obteſtor 165
obticentia 607
obtineo 131
obtingit 313
obtingo 150
obtrecto 152.312.333. 657
obtundo 147
obturgeo 138
obtutus vel obtuitus 166
obuenio 163
obuerto 160
obuiam 309
obuio 309
obuius 309
obumbro 332
Oca 477.478
ocalca 477
ocaleæ 478
occalleo 132.663
occare 667
occaſio 503
occidens 54
occido 145.146.528. 582
occilo 532
occino 156
occipio 656
occipitium 657
occiput 35.657
occiſit 91
occludo 148
occo 478.661
occubo, occumbo. 129.318
occulo 153
occupatio 523
occupo 657
occurrendi verba. 309
occurro 158.659
oceanis 477
oceanitis 477.540
oceanus. 384.477.501
och 678
ocha 477.658.680
ochenius 477
ocheſius 680
ocheus 477
ochra 478
ochus 477.680
ociamum 478
ocimoides 478
ocimum 478
ocriſia 540
octauius 505
octauus caſus 300
octiduum 345
october 543
octoginta 259.544
octuageſimus, barbarum eſt 280
ocularia 116.642
oculus 660
in Ocus propria 543
ocyalus 477.687
ocypete 478.675
ocypodes 478
ocymum 477.478
ocyor 125.477.687
ocyoſus 477
ocyrhoe 477
ocyron 477.687
ocys 477.687
ocyroe 687
ocyſſime 477.687
ocyter 477
ocyum 477.687
ocyus 249.477.687
Ode cum compoſitis 61.544.673
odæum 355
odes nomina 544
ᾠδὴ 568
odi 173
odiant 203
odilia 532
odio 173
odion 478
odires 542.543
odium 395.478
odor vel odos 478
odoror 374
odorus 478
odos 76.623
odotheus 553
odus 383. 651
odyſſea 652.687
odyſſes 652
odyſſæus 688
OE 379
oe & u affinitas 445
œa 386
œanthe 386
œbades 434
œbalia 434
œbalus 434
œbaris 434
œbaſus 434
œchalia 435.679
œchalius 435
œci 435
œcinyres 435
œclides 507
œconomia 622.650
œconomos 622
œconomus 435.650
œcos 435.506.518. 622.650
œcumenicū 514.515
œcumenicus 435
œdema 437
œdipodes 78.437.
œdipodion 324
œdipus 437.576. 649.666
œdypereſia 519
œme 619
œnanthe 445
œnantera 515
œneus 445
œnides 445
œnoa 446
œnochonum 445
œnomaus 383.445
œnone 445
œnops 445
œnophilos 650
œnophilus 462.673
œnopion 445
œnopolium 396
œnopon 445
œnopotes 553
œnos 445.513.650
œnotera 553
œnotria 445
œnotrides 445
œnotrij 445
œnotrꝰ, œnotra. 445. 553
œnuſſe 445
œos 528
œroe 451
œſima 452
œſtreo 452
œſtros 452.668
œſtrum 452
œſtrus 31. 452. 531. 651
œſype 452
œſipum 452
œſypus 690
œta 454.455
œtha 683
œtoſyros 454.690
œtus 454
Ofella 398.478. 600.649.667
ofellius 478
offa 478.649.667
offendices 642
offendo 145.318
offercio 657
offertiſſimus 164
officialis 47
officiperda 403
officiperdi 34.58
officio 139. 523. 656. 659
officium 523.657
offlecto 160
offringo 150
offundo 148
ofis 659
Ogdoas 73
oggannio 659
ogunæ 478.479
ogyges 478
ogygia 687
ogygius,a,um. 478. 687
ogyris 478
Oh 678
ohe 66.381.562.678
Oi pro i 658
oiclides 397
oiclius 507
oiclus 397
oileus 532
oilides 532
oïs 658
oiſus, pro vſus 658
Ola, pro aula 480. 658
olea 480
oleaginꝰ 498.535.536

olearos 480
oleaſter 30
olenius 480
olenus, vel os 480
oleo, & eius compoſita 137.331
olere ceruiſiam 321
oletum 136
oliarus 480
olidus 136
olli pro illi 658.667
olim 480
olinthus 684
olíueta 642
oliuitas 107
ollius 480
olo, is 136.331
olofernes 550
olor 677
olorinus 550
olus 677
olympia 96.688
olympias 73
olympionices 524.527.672
olympus 580.652.688
olynthus 688
olyſſes 659
Omaſum 481.503
omen 37
omitto 160.399.481.659
ommurmuro 656
omne genus 221
omne quicquid 340
omnimodus 404
omnino 536
omnis 243.244.254
omœos 613
omphale 499
omphalus 499
omuteſco 655
in On nomina 568
onæſimus 443
onager 62
onagrus 498
onapus 502
oneratus 263
onero 263
oneſimus 518
oneſis 518
onirocrites 539
onócrotalus 553
onoma 387.482.546.548.615.651.671.672
onomaſia 613.615
onomatopœia 387.616.673
ont nullius verbi eſt terminatio 649
onus 77.670.677
onuſtus 264
onyca 412
onychinus 535
onytes 542.543.688
onyx 56.412.482.652.669.672.688
onæ 397
Opacare 496
opacus 496
operæ 235
operæpretium 235
operam do 311
operculum 164
operimentum 164
operio, & eius cópoſita 164.657.659
opes 113.571
opeſos 519
ophias 393
ophis 681
ophites 42.642
ophiuchus 681
ophiucus 680
ophthalmia 672
ophthalmos 672.681.684
opiſex 57.85
opilio 479.482.542
opimianum 533
opimius 533
opimus 533
opinio 34.135
opinor 536
opis 81.101.483
opiter 72
opitulor 165.304
opobalſamum 483
opoclope 483
opora 386
opois 75.397
opopanax 412
oporinos 464.535
oportet 16.336
oppando 146
oppango 150
oppedo 146
opperior 164.166.483.650.659.667
oppeto 160
oppianus 483.501
oppidò 642.650
oppidorum nomina 100.109
oppidū 483.650.667
oppilare 531.533
oppleo 136
opponendi verba 306
oppono 656.659
opportunus 483.650.667
opprimo 155
ops 26.68.411.454.483.550.663.671.673
opterus 445
optimates 110.504
optim⁹ maximus. 633
optumus, pro optimus 658
opuntes 571
opus 77.78.576
opus adiectiuū 234
opus cum participio 328
opus habeo 235
op⁹ indeclinabile 235
opus & opera differunt 235
opus, pro opera 235
opus quadrupliciter conſtruitur 235
opus cū genitiuo raro inuenitur 234
Oquiniſco 144
oquulus 660
ωρ in ορ mutatur 570
ora 108.484.485.552.959.677
orata 484
oratio eadem regit genitiuum & ablatiuum ſimul 233
orator 484
orbaſius 503
orbatus 263
orbita 540
orbis 46
orbus 263
orceſilaus 679
orchades 680
orchanes 501
orchanius 680
orcheſtra 680
orchis 573
orchites 573.680
orchinus 680
orchomenius, a, ium 513
orchomenus 513.680
orchon 518
orchys 672
orcomoſium 677
orcus 107.519.658.677.683
ordeſſus 666
ordinale 13
ordinalia nomina pro aduerbijs numeralibus 260
ordinalia nomina patiuntur ſyncopam 260
ordinalis numerus 244
ordinalis numer⁹ pro cardinali 260
ordinalium nominū ſignificatio 260
ordior, & eius cōpoſita 167
ordo 34
ordo grammaticę declarationis 349
ordonius 549
orgentorix 80
orgia 108
orea 485
oreades 677
oreæ 485
oreas 383
oremus 485
oreſtes 29.562
oretæ 523
o retani 485
oretenus diſco, barb. 273
oreus 485
oribaſia 524
oribaſus 524
orichalcum 105.392.524.527
oricos 484
oricum 485
oriens 54
orificium 485
origanum 485.530
origenes 512.581
origeniſta 27
origo 530
oriminium 514
orio 396
orion 394.484.485.497.576.547
orior, & eius compoſita 168
oritæ 485.542
orithias 542
orithius 484.485
orithos 484.683
orithyia 393.485.542.683.691
oriundus 240
in Orius, a, um, nomina 396.550
ormenium 513
ormenis 513
ormenus 513
orodes 544
ormenius 513.514
oro 306.335.484
orœtes 522
oromazes 485
oromedon 484.507
oromenon 514
oronti 67
oropion. 485.549.550
oropus 485.549.550
oros. 383.399.524.677
orphanotrophiū. 396
orpheus 388
orphnæus 455
orſilochus 680
orthodoxus 672
orthoepea 607
orthographia 185.649.672
orthogonum 672
orthos 185.649.653.672.
ortygia 69.690.691
ortygometra 520.581
ortyx 79.421.482.528.690
in Orus, a, um, nomina 550
oryx 56.79
Os Græcum in us verſum 49.103.575
oſanna 542.664
oſcen 37
oſcito 136
oſchos vel oſche oſches 680
oſcophoria 680
oſculum 658
oſculor 175
oſianna 664
oſilla 666
oſinius 486
oſiris 538.539
oſius 486
oſor 173
oſſa 28.667
oſtendo 146
oſtentatio 146
oſtia 115
oſtrea 115
oſtrogothus 553
oſtrum 658
oſurus 173
oſus 173
oſus cum accuſatiuo 238
in Oſus nomina 238
ὅτα 504
otacuſta 485
otacilius 496
otaria 488
otene 488
oteni 488
otho 486.684
othrioneus 549
othris 28
othrys 684.690
otia 488
otides 488
otus 488
ω mutatio in u. 497
ω in o mutatur 576
ω in u verſa 468

ouari 488
ouat 172
ouatio 172
ouatus 488
ouidi 579
ouidij locus expoſitus 203
ouidius 488
ouile 68.533
ouinus 535
ouis 46.488.658 659
oum 658
ὠόν 557
in ous poſſeſſiua 398
ouum 658.488
Oxanthres 684
oxygarum 530
oxys 513.674
oxyſchœnon 674
oxyſchœnos 513
oza 477
ozimum 477
P
P ante alias conſonantes 653.662
p inter m & n 654.661
Pabulum 415
pachorus 415
pachynus 415.416 535.679.687
paciſcor 168.318.657
pactilis 150
pactolus 65.545
pactullus 555
pactumeius 556
pactyas 690
pacuuius 558
padoa 506
padua 505
padus 425
pæan 385.408
pæana 115
pæanes 571
pæcma 438
pæchnium 438
pædagium 436
pædagogium 436
pædagogus 436.437.498.544
pædaretus 436
pæderaſtia 436
pæderaſtes 436
pædia 393.436
pædico 436.526
pæditi 436
pædo 437
pædomachia 621
pædonomus 547
pædor 71.146.435.436
pædotriba 436
pædomachia 436
pædunculi 436
pægi 438.651
pægma 438
pægnium 438
pæon 363.387.547
pæonia 387
pæones 387
pæſtum 452
παῖς 526
pæs 436.437
pæſini 520
pæſus 520
pæſures, vel ri 452
pætus 454
pagaſa 418
pagaſea puppis 418
pagina 418.534
pagmentum 438
pago 150
pagus 418
palæ 514
palæbyblus 515
palæmon 512
palæmonem 581
palæologus 387
palæontichi 527
palæos 514
palæpaphia 514
palæphatus 514
palæpolis 514.515
palæſtra 518.651
palæſtrina 518.651
palæſtrita 518
palam 287.419.578
palara 502
palatium 420.504
palatinus 420.504
palatus, vel tum 505
paleæ 113
palearia 116
pales 26.27.420
palicus 526
palilia 420
palilis 532
palilogia 622.672
palilogos 622
palin 362.420.526.544.622.673
palinodia 544.673
palinodiam canere 544
palla 663
pallas 59.73.82.571.663
pallene 420.663
palleo 132.663
pallium 420.421.663
pallo 663
palmes 42
palmyra 688
palpetus 522
palphurius 557
palpo 311.666
palpor 311
paludatus 504
palus 51.66.572.575.576
paluſter 28
pamaicon 422
pamphagus.498.660
pamphilus 660
pamphylia 532.623.652.689
pampinus 52.534
pampitius 542
pan 70.71.382
panacæa 412
panægyris 508.509.652
panænus 524
panætius 522
panaretus 521
panarium 502
panathenæa 683
panax 412
panchaia 382.680
pancratiaſtes 673
pancratium 673
pancreum 388
pandænum 514
pandion 568
pando, & eius compoſita 145
pandochium 396
pandora 550
pandoſia 552
pandroſos 552
panætolium 522
panegyricus 687
panegyris 687
pangæus 94
pango, & eius compoſita 150.657
panicum 105
pannicus 664
pannon 548
pannonia 548.664
pannonis 548
pannonius, icus 548
pannoteus 553
pannucius 554.664
pannus 664
panomphæus 390
pantagia 432.498
panthagatus 670
pantheon 674
panther 72.409.653.684
panthera 32.409.415
panthus 684
pantilius 532
pao 658
paochurus 396
papa 32.424
papæ 424.651
papæus 390
papare 424.664
papas 664
papaſare 424
papauer 308
paphagon, ia 547
paphagones 425.498
paphus 576
papia 457
papiamilia 424
papilio 424
papilus 424
papinius 424
papius 424
pappa 425
pappas 72
pappare 424.664
pappus.424.425.664
papyrius, anus 538.689
papyrus 49.143.538.652.689
par 38.240.241.670
para 427.504.506.520.524.609.613.617.619.620.622.623.624.669.671.674
parabola 620
paracanus 427
paracleo 520.651.671
paracleſis 510
περίκλυτος 520
paracletus 520.599.669.671
paracitus 542.580.651
paraclytus 520.671.688
paradiaſtole 624
paradicnyo 620
paradigma 620
paradiſus 191.540
paradoxon 622
paradyſus 52
parabates 506
parænesis 75.444.513
parænetes 523
parænecticus 523
parætaca 523
parætacene 523
parætonium 523
paragoga 544
paragoge 498.609
parallage 280.610.611
parallatos 612
paralyticus 542.652.688
paranatelion 511
paranymphus 652.688
parapherna 115.669
parapotamia 553
paraſceua 30.524
paraſceue. 60.215.524
paraſiopeſis 623
paraſitaſter 542
paraſitor 542
paraſitus 476.542.674
paraſymbamatica conſtructio 350
paratrima 642
parcæ 619
parcendi verba 312
parco 312.657
parco cum datiuo. 312
parco, & eius compoſita 145
parcus 145.239
pareas 383
parecbaſis 621
parelco 625
parelcon 170.625
parens 54.87
parentalia 105
parentheſis 582.617.644
pareo, & eius compoſita 133.312.427
paretonium 548
paretonius, a, um. 548
parhinus 536
paries 42.572
parilis 531
pario, & eius compoſita 141.33.657
pariſſæus 539
parmenio 513.514
parnax 80
parnaſſides 503
parnaſſius, æus 389
parnaſſus 650
parnaſus 503
paro 69.270
parochia, parochi 507.650
parochos 650
parochus 680
parœcia 506.507.650
parœcus 506
parœmia 512.619
parœmiacus 619
paromœon 613
paromœos 613
paronomaſia 613
paropſis 74
parotræa 385
parotis 74.504
parra 417
parrace 427
parrhaſia 664
parrhaſis 664
parrhaſius 425.662

parrhiſij 196.427.664
parricida 33.615
parochia, bar. 650
pars vulnerati 189. 657
partes 647
parthaon 684
parthenice 514
parthenius 513.684
parthenope 513.514. 684
parthenopæus 684
parthenos 513.684
parthia 684
parthus 684
particeps 239
participium 18.326
participium à ſeipſo differt, dum tranſit in nomen 236
participium in fine verſus 371
participium in rus 328.329
participiũ quot modis fit nomen 18
participij ablatiuꝰ cũ Opus & Vſus 328
participij declaratio lingua vernacula 18
participiorum genitiui ſine ſubſtãtiuo cũ meus tuus, &c. 276
participiorum genitiui cũ pronominibus 277
de Participijs regula 349
de Participijs abũde diſputat folio 327 & 328
participiale 13
participo, as 266
particulare ſignum diſtributiuum 243
particularia ſigna 265
particulæ habentes vim copulandi. 198
particularia ſigna 243
partim hominũ 230
de Partim regula 219
partior 166.657
partitiua dictio 242
partitiuum ſubauditur 244
partumeius 556
parturio 178
partus 89
paruifacio 139
paruiſſimus 124
parula 427
parulis 555
parum vini 230
parumper 230
parus 427
paruum opuſculum 340
paryſatis 690
pas 424
paſa 429.555
paſcaſius 503
paſcha 32.60.680
paſcito, as 177
paſco 144.344.657
paſcor 344
paſcua 95
paſcuum 95
paſibulus 555
paſicompſe 429
paſiphae 381.429.650
paſiphahe 653.678
paſiphea 429
paſiphile 429
paſiphilus 429
paſiteles 429
paſithea 683
paſſaron 664
paſſiuum verbũ 346
paſtinaca 496
paſtinacha 536
paſtus 144
paſyphae 652.690
paſytigres 690
patæcus 507
patagia 430
patauinus, a, um 505
patauium 505
patefacio 131.508
patens 13
pateo, & eius compoſita 131.569
paterfamiliâs 60
pateres 665
pateſco 131
patet cum accuſatiuo 341
pathos 603.609.674
patiens frigus, patiens frigoris 236
patina 534
patior 165.657
πατὴρ 569
patria 60
patriarcha 32
patricida vel parricida 403
patrimus 533.642
patriſſo 176.655.661
patritius 541
patritus 540
patrium 12.15
patrium nomen non poni ſic, Petrus de Roma, &c. 190
patrizo 655.661.663
patro 657
patrocinium 543
patrocinor 543
πάτροκλς 544
patronymicum 360. 529. 548. 651. 671. 673
patruelis 47.510
patucius 554
patulico 131
patulum 113
patutius 554
paucies 643
paueo 135
pauidus 135.237
pauimentum 533
pauito, as 176
paulinus 536
paullus 664
paulominus 580
pauo 432.658
pauor 135
pauos 423
pauper 39.263
pauſanias 501
pax 106
pazæ 604
Pean 26
pecca 665
peccatum 665
peccatus 118
pecco 269.332
pecto 405
pecto, & eius compoſita 160
pecten 568
pectus 76
peculiaris 555
peculium 64.555
pecus 51.575
peculatus 642
peculiatus 70
pedani 435
pedaſus 436
pedema 436
pedes 44
pedeſter 27
pedetentim 520
pediatis 497.505
pediculoſus 526.527
pediculus 526
pediſſequa 33
pediſſequus 403
pedius 436
pedo 34. 146. 404. 435
pedum 431
pegaſeius, ſeus 99.389
pegaſis 437
pegaſus 437.503
pege 437
peiero 174.658
peia 439
pelagius 498
pelagon 498
pelagus 53.107
pelamys. 440.652.688
pelargos 510
pelates 504
pelctronium 548
peleus 665
pelias 440
pelicanus 501
pelides 528.665
pelignum 440
pelion 28. 36. 440. 569.658
pelius 440
pella 665
pellacia 139
pellæus 665
pellax 139.665
pellego 150.656.660
pellex 55.665
pelliceo 656
pellicio 139.660
pelliculo 665
pellio 35
pello, & eius compoſita 153.665
pellucidus 531
pelluceo 656.660
pelodes 440
pelogoni 441
pelopia 439
pelopõneſus. 517.518. 666
pelops 439
peloris 115.551
pelta 60
peithys 690
peluis 81
peluſium 440
penates 87.110.444
pendeo 265
pendeo, & eius compoſita 134
pendeo animi 221
pendo, & eius compoſita 146
pendo pœnas 306
pendragon 498
penelope 510
penelopea 510
penelops 510
penes 281.443. 572.
penetrabilis 238
penetralia 116
penetrare 444.522
peniculamẽtum. 665
peniculus 665.666
penion 510
penis 46.665
penitior 121
penitiſſimus 121
penitus 121
penna 665
pennicillum 665
penniculus 665
pennis 665
penſiculo 177
penſio 146
penſo 177
pentadoron 550
pentameter 366.655
pentametrum 584
pentametri decorum 367
pentaptoton 99
pentaſyllabum 584
pentateuchos 673
pentathlum 673
pente 365.655.673
penteconterus 517
pentecoſte 59.673
pẽtemimeris. 365.533. 585
pentemimeris dactylica 366.595
pentemimeris iambica 594
pentheus 684
pentyllus 690
penus 52.106.444
pepigi 318
pepo 46
pepon 547
peponum 446
per 284.579.656
per in compoſitione 284
per & perquam cum ſuperlatiuo 256
per & perquam cum verbis 256
pera 448
perago 150.657
peragere reum 284
peras 676
percællo 153
perclam 287
percoquo 157
perculſus 153
percupio 140
percurro 338
percuſſus 153
percutio 558
perdelirus 470.538
perdelirum 470
perdelyrum 539
perdicca 666
perdiunt 172
perdix 79
perdo 147.269.552
perdoceo 131
perdoctus 258
perduelle 665
perduellio 665
perduellis 43.665

perduellona 665
peredia 519.642
peredo 146
peregre 298
perendie 230
perendinus 535
perennis 48.120.649
pereo 162.330
perfero 169
perfidus 174. 459.
528
perfluo 142
perfodio 140
perfrico 130
perfricare frontem
130
perfruor 167
perfuga 33
perfugio 140
pergæa 385
pergamus 65.95
pergo 149
pergræcor 176
pergratiſſimum 258
pergus 520
perguſa 520
perhibeo 131.340
peri. 392.606.617.625
651.673
periãdre de Corintho
es 191
peribœa 386
peribolus 128.602
peribomius 547
periclitabundus 240
periclitor 269
periclymenes 688
periclymenus 513
periculum 526
peridia 393
periegeſis 508
periergia 606
periergos 606
periergazomai 606
peri hermenias 651.
673.676
perillus 666
perimele 509
perimo 155.657
perinde 291.579
perinthij 684
perinthus 684
periodus 49.544.582
651.672.673
peripateo 673
peripatetici 651.673
periphas 580
peripheria 393
periphetas 689
periphraſis 617.670.
673
peripleroma 625.673
periſcelis 509. 662.
674
periſcyllaciſſimus 687
periſſeuma 606
periſſologia 606
periſſos 606
peritheus 683
perithous 471
perithous, vel piritho
us 450
peritus 237
periurium 174
periuro 174.658
periurus 174
perlego 150.656.657
perluceo 656
perluceo, vel pelluceo
138
perlucet 340
perluo 141
permagis 256
permaneo 137
permeſſus 666
permiſceo 131
permiſſum 95
permiſſura 185
permiſſus 95
permulceo 137
perneco 130
pernicies 85.412
pernio 67
pernix 412.413
pernox 57
pero 69.448.579
perodi 173
peroleo 136
peropus 235
peroſus 173.238
perpello 154
perpendiculum 146
perpendo 146
perpenna 665
perpes 44
perpetior 166.657
perpetro 657
perpetuiſſimus 126
perplaceo 133
perplexe 159
perplexus 159
perpluo 142
perpol quàm 256
perprius 258
perquiro 158
perrepo 157
perrhæbe 506
perrhæbi 444
perrhæbus 506
perrhibia 524
perſæus, ſeius 389
perſecades 662
perſephone 26.547
perſequor 167
perſeuero 515
perſicus 524
perſido 147
perſoluo 161
perſona 547
perſona ſecunda pro
tertia 605
perſpicax 139
perſpicio 13
perſpicuitas 641
perſpicuus 139
perſtrepo 157
perſuadeo 137
pertædet 277
pertæſus 277
pertæſus cum geniti-
uo participiũ, cum
accuſatiuo nomen.
277
pertero 158
perterreo 131
pertha 684
pertimeſco 178
pertineo 133
pertinet 315
pertingo 150
pertundo 147
pertuſſis 81
perueho 152
perueſtigo 530
perungo 149
peruolo 169
peruro 158
peruſia 557
peruſinus 535.557
pes 42.362.572
à Pes compoſita 45
pes cum ſuis 572
peſſum 128
peſſumus 658
peſſundo 128
peſtilens 531
petacius 496
petalus 452.453
petaſo 67
petenor 453
petẽdum pacem 324
petiæ 567.579
petibilis 524
petilia 523
petilianus 532
petimen 533
petimina 542
petitio 627
petiturus 405
peto, & eius compo-
ſita 160.335.347
petorritum 603.667
petoritum 551
petoſiris 538.552
petræa 385
petricoſus 526
petroſyllum 531.668
petrucius 554
petrutius 554
petulans 55
peucedanum 508
peucetius 522
peutanei 501
pexus 160
Phabatum 505
phaci 550
phæa 384
phæaces 497
phæacia 385.497
phæaci, vel cij 497
phæan 387
phæax 385.681
phæcaſiati 435
phæcaſij 435
phæcaſius 435
phæderoton 436
phædon 436
phædra 436
phædria 436.781
phædron 436
phædromus 436
phædrus 436
phædyme 437.687
phædymus 436.687
phæneum 444
phænippus 445
phæocomes 387
phæſtus 452
phaeton. 71.379.608.
650.683
phaetontæus 389
phaetontius 389.398
phaetuſa 522.681
phagin 498
phago 419.673.683
phagus 669
phaheton 653.678
phalanx 76.681
phalarica 502
phalaris 420
phalarna 421
phaleucus 421.507
phaleni 421
phaleræ 111.653
phaleria 517
phalerna 420
phaletætus 516
phaleucius verſus 368
584.590
phama 511.669
phanaces 497
phanaticus 681
phanes 423
phanon 423
phantaſia 580.669
phantaſus 669
phanum 653.681
phaon 383
pharaon 383.653
phare 427
phares 582
pharetra 522.653
pharias 41
pharis 427
phariſæus 524.540.
650.651.653
pharius 427
pharmacopola 33.
545.681
pharmacum 681
pharnaſſus 664
pharnax 412.652
pharos 428
pharſalia 499
pharſalos 499
pharſalus 499
pharus 52.427
pharuſij 427
phaſe 33.680
phaſelus 52
phaſias 386.681
phaſianus 500
phaſides 529
phaſilis, vel phaſelis
532
phaſis 428.623
phaneta 625
phauruſij 425.427
pheacius 497
phecas, bar. 662
pheme 442.673
phemius 442
pheneos 444
pheneum 444
phenopus 550
pheræcides 449
pheræus 449
phere 448
pherebæa 386
pherecles 506
phereclus 506.507
phereclydes 688
pherecrates 504.506
phærecyadæ 507
pherecydes 506.507.
529.687
pheredus 449.508
pheres 448
phereſæus 435
pheretiades 449
pheretides 449
pheretrum 521. 683.
681
phericus 526
pheridamas. 449.450
pherne 669
pheroneſis 519
pherſephone 681
phiala 653.681
phicol 567
phicolus 500.545
phicor 582
phicus 576
phidias 458
philæ 462

philadelphus 462
philætas 522
philagrius 462
philamon 500
philarchus 673
philargyrus 670.673
philas 462
philema 681
philemon 462.500
philemónem 581
philenis 462
philere 516
phileros 462.515
philerotes 571
phileſius 518.519
philetas 462
philetes 462
philetus 462
phillida 666
phillis 666
philippus 462.652. 669.672.673
philirius 538
philiſtion 394.462
philo 462
philocalus 49.673
philocharis 673
philoctetes 462
philodemus 462
philodeſpotus 673
philodulus 555
philœnos 513.673
philogathus 673.681
philolaus 673
philologus 673
philomela 509.653
philomelus 462.509. 510
philomena,bar. 509
philomontes 546
philon 463
philonicus 524.673
philopemenes 514
philopœmen 512
philopolemus 511
philoponus 462.548 673
philopygiſta 530
philos 462.510.550. 654.671.673
philoſophia 391.462 604
philoſophor 176
philoſophus 49.462. 463
philoxenia 512.673
philopenus 444.512 673
philopœmenes 513
philtra 681
philyre 462
phinous 466
phthia,bar. 393
phlebo 391
phlebotomia. 391.681
phlebothomon 433
phlegeton 71.522
phlegeus 437
phlegma 653.681
phlegra 681
phlegreus 681
phlegyas 687
phlias 393
phlœas 385
phlogis 478
phlogius 478
phlox 478
phobetor 476
phoca 477.681
phocæna 478.513
phocaicus 477
phocais 477
phoce, phoces 477. 681
phocea 477.681
phocei 477
phocena 477
phocenſes 477
phoces 477
phoceus 477
phocides 477
phocilides 477.478
phocion 477
phocis 477.681
phocus 206.477
phœbas 434
phœbe 26. 60. 434. 650.651.581
phœbꝰ. 434.650.653. 681
phœdorus 437
phœdra 681
phœmonoe 443
phœoicati 527
phœnice, phœnices 527
phœniceus 445.527
phœnicia 445.681
phœnicium 445
phœnicius 527
phœnicopterus.446. 526
phœnicum 527
phœnix 55.412.527. 650.681
phœtuſa,bar. 522
phoix 397
pholis 480
phonaſcus 35.487. 547
phone 547.625.672
phonolenides 513. 545.546
phora 485.612
phoræa 485
phorbas 571.681
phoreus 118.687
phorcyn 687
phorcys 687
phoreus 485
phoronides 528
phoronis 528
phormio 481
phormus 681
phoruſi 427
photinus 486.488
photis 488
phraates 381
phragitides 543
phraſis 45.428.617. 619
phregoſius 552
phreneſis 444.518. 520.660.681
phreneticus. 444.681
phrenetis 520
phreniſſa 445
phrix 681
phroneſis 518.519
phroneſium 519
phronœa 385
phrontiſterum 607
phrontiſterium 517
phrugia 690
phrux 690
phrygia 681.690
phrygio 35
phrygium 460.461
phrygius 460. 461. 681
phrynicus 681.696
phryx 55.79.690
phthia 393.662.684
phthiriaſis 157.471
phthirophagi 471
phthiron 471
phthiſici 472
phthiſis 81.472.653. 662.684
phthius 684
phthongus 650.684
phthyſis.472.681.684
phul 567
phucus 489.669
phunebris 681
phyas 385
phycus 457
phydon 689
phylace 462.463.689
phylacea, vel phyleia 462
phylachæis 463
phylacides 462
phylacteria 517
phylacterium 463
phylagina 463
phylarchus 463
phylas 463
phylatto 462.463.
673
phylax 462.463
phyle 673
phileſius 519
phyleus 689
phylira 462
phyliræ 462
phylires 462
phylireius 462
phyllira 462.668
phyllirides 462.668
phyllirius 462
phyllis 668.689
phyllon 673
phylon 532.623
phyllium 668
phylus 671
phyſa 472
phyſetes 72.409.689
phyſica 651.673
phyſicus 472.473. 673
phyſiologia 622
phyſiologus 473.673
phyſionomia 673
phyſis 75.472.473. 622.655.651.673. 689
phythion 681
phythius 689
phyton 468.673.681. 689
Piceus 78.457
picenum 457
picta 676
picto,vel cton 407
pictor 149
pictura 149
picumnus 457.458
picus 457.458
pidytes 687
pieria 393
pierides 393
pierus 393.515
pietas 520
piganon 530
pigendus 278
pigitum 278
piget 278
pignus 77
piſſimus 126.254. 643
pila 159.462.533
pilæ 462
pilare 237.462
pilatus 462.463
pileus 94.462
piilum 666
pilo cum ſtis 531
pilum 462
pilus 462
pinarius 502
pinaſter 30
pincerna 33
pindaricum 584
pingo 149
pingue 180
pinnicilla 665
pinothetes 553
pinſo 159
pinſor 159
pinus 30.120
pioniæ 549
pion,onis 549
piperi 34
pipilo 467
pipinna 467
pipinus 467
pipo 467
pipulum 468
piraterium 517
piræa 385
piræus 390
pirata 32.471,651. 673
piratica 673
pirea 471.472
pirenæ 472
piria 673
pirithous 471.683
piroma 471
pirula 471
piſa 118
piſæ,ſæus 472
piſaurus 473
piſces 110
piſcina 615
piſcor 165
piſidæ 472.529
piſis 45.661
piſiſtratus 504
piſtacium 496
piſtis 75
piſtrina 118
piſtrinum 159
piſtris 412
piſtrix 412
pitheci 466
pithecium 527
pithecos 466
pithecuſſa 466
pithenot 474
pitheus 474.684
pitho 476.683
pithodorus 683
pithos 466
pithys 690
pittachus 474
pittacium 496
pittaceus 667
pittheas 684
pitthæus 667
pittheus 684
pitiſſo 176
pituita 107.474.542
pitys 690

pius
Pia
plac
plac
plac
plat
plac
plac
plac
4
plag
plag
pla
pla
pia
pla
pla
pla
pla
pla
pla
pla
pla
pla
pl
pl
pl
pl
P
P
P
P
P
P
P
P
P

pius 126
Placentia 415
placco 657
placetur 302
placiades 400
plæbs 67.411. 651
plærique 450.651
plærunque 450
plærus aut plæruſque 450
plaga 418
plagiarius 418.419
plagiator 418
plagium 418
plaguſia 558
planctus 149
planci 33
planeſion 568
planeta 32.559
plango 149
plangor 149
planus 49.423.434
plaſis 609
platææ 384
platæenſes 384
platanon 30
platea 431. 384
plaudo, & eius compoſita 148.656
plauſtrum 97
plautini loci 196
plautinus 476
plebiſcitum 58
plebs 53.78
plecto 269
plecto,& eius compoſita 159
plectrum 159
pleiades 393
pleione 548
plēmyrium 26.441. 665.688
plenitudinis vocabula 262
plenus 262
pleo, & eius compoſita 136.424
pleonaſmos. 549.606
pleraque 579
pleroma 615
pleroſis 625
plerunque 655.660
pleura 519
pleuras 518
pleureſis 81.518.519. 520
pleureticus 519.522. 523
pleuritis 518.519.520
plias 393
plicatilis 130
plico,& eius compoſita 130
plinij inuſitata locutio 214
plinius 465
pliſtarchus 673
pliſthenes 512. 673. 684
pliſtonicus 673
pliſtos 673
plitricius 526.527
ploce 614
plotæ 486
plotia 486
plotius 486
ploxemum 511
plumeo 133
pluo, & eius compoſita 143.330
pluraliter vnicus compellandus non eſt. 204
pluris pretij.270.271. 272
plus 83.86.503.495. 575
pluſima pro plurima 660
plutarchus 495
pluton 117
plutonis equi 455
pluuia 495
Pneuma.32.340.655
pnyce 688
Poachurus 557
pocillator 477
pocillum 477
poculum 477
podagra 498
podalirius 538
poderis 515
podex 80
podium 478
pœan,pœantis 71
pœantius 385
pœas 385
pœcile 435.532
pœcilis 532
pœcilos 435.532
pœta 387
pœio 387
pœmenicus 443
pœmenis 443
pœna 445.446.650. 658
pœne 562
pœniſſime 121.562
pœnitendum,gerundium 277
pœnitendus 277.328
pœnitens 277
pœnitentia 650
pœnitet 277.650
pœnitet cum accuſatiuo 278
pœniturum 277
pœnula 445
pœnuria 445.556
pœnus 445.658
pœtilius 455
poema 68
poematis 573
poeſis 75.518
poeta 59.183.559. 616
poetæ antiquiſſimi 357
poetæ rudiori ſæculo nati 357
poetarum eſt vel addere vel remouere 400
poetica neceſſitas.360
poetor 176
poetria 27
poieo 616.623
ποιητὴς 571
pol 567
polea 480
polcher, pro pulcher 658
polemæus 511
polemius 511
polemo 388.512.673
polemon 511.512
polemos 511
polenta 31
πωλέω 545
poleo 396
à Poleo deducta. 545
polcterium 517
polides 480.529
polidorus 551
pollio 162.667
polion 480
poliphydes 529
polipos 576
polis 75.81.501.545. 651.673
polites 542
politia 673
politianus 501
polium 396
pollen 75
pollens 283
pollentia 132
pollentinus 480
polleo,& eius compoſita 132
pollex 55.667
polliceor 165
pollinctor 509
pollio 667
pollis 46.75.667
polluceo 138
pollucibilis cœna. 138
pollucibiliter 138
polluo 141
pollutum 138
pollux 79
pollydamas 479. 649.667
pollypus 479.649. 667
polos 668
polus 480
poly 479.525.540. 612.649.673.688
polyægas,bar. 509
polyægos 509
polyagos,bar. 509
polybius 673.688
polycharmus 688
polycletus 480
polycrates 673
polydorus 673
polygiton 542
polyion 673
polylogus 49.673
polymeſtor 533
polymita 673
polymitarius 540
polymitus 540.542. 673
polymnia 393
polynices 524.688
polyphagus 673
polyphemus 442. 511.673
polyphides 529
polypo 480
polypœthes 522
πόλυπος 576
polyptoton 614
polypus 483.576
polyrizon 673
polys 614.688
polyſema 606
polyſigma 371
polyſyllabum 479
polyſyndeton 612
polyſyntheton 612
polyſthenes 514
polytimus 533
polyxena 512
poma natare, prouerbium in indoctos 619
pomarium 650
pomeridianus 404
pometia, vel pometij 522
pomilio 481
pomilo 481.492
pomilus 481.492
pomœrium 516.650
pompœlonenſes 511
pompeiopolis 604
pompholyx 79
pómpili 531
pompilius 533
pompilla 531
pompilus 531
pompæum vel pompeium 395
pondo 34.99.259
pondus 77
pone 283. 578. 579. 584
pono 482
pono, & eius compoſita 156
ponos 548
pons 53
ponticus 524
pontilianus 487
ponto 53
pontus 106.474
popa 32
popanum 486
popea 483
popeanum 482
popino, popinas 536
poples 42.483
poppyſma 483.667
poppyſmus 483
populabundus 330
populnus, populeus, 389
populus 483
popyſma 689
porca 642
porcile 68
porcio 34
porculus 514
porphyrion 394
porphyris 689
porphyrites 689
porphyrius 652.689
porrigo. 149. 630. 667
porro 578.667
porrum 97.650.667
porrus 97
porſena 513
portendo 146
portentum 146
porticus 50
portulaca 496
portus 89
porus 485. 650. 667
poruſi 427
poſco,& eius compoſita 144
poſidæi 529
poſides 486.529
poſidium 486
poſitionis regula.376
poſitiui particulæ 256
poſitiuus 13
poſitiuus cum genitiuo 243

poſitiuus pro ſuperlatiuo 249.258
poſitiuus pro comparatiuo 249
poſui 286
poſſe 30
poſſeſſio impura 228
poſſeſſiua in eus 372
poſſeſſiua pronomina 15
poſſeſſiua varia 389
poſſeſſiuum 13
poſſeſſiuum pro genitiuo primitiui. 274
poſſeſſiuorum elegantia 229
poſſibilis 242
poſſideo 657
poſt 281
poſtea 281.560.580
poſteri 110
poſterus 515
poſtfero 307
poſthac 282
poſthumianus 556
poſthumilla 563
poſthumus 556
poſtica 118
poſticus 515.526
poſtilena 62
poſtis 46
poſtremiſſimus 124
poſtremius 124
poſtremus 124
poſtridie 229.280.330.403.460.529
poſtulo 268
potens 236.263
poterion 517
poterium 607
potes 553
poteſtur 440
potilianus 487
potior 123.165.265
potis eſt 239
potiſſime 253
potitius 542
poto,& eius compoſita 128
πῶς 437.576
Præ 288.380.651
præ pro per 256
præbeo 131.651.657
præbibeo 143
præbitere 542
præcaueo 135
præcedo 318
præcello 153
præceps 78.239
præcepta 305
præceptio 140
præceptiũla ſyntaxis 158
præceptor 140
præceptum 140
præcidaneæ 529
præcido 146
præcino 156
præcipio 140.305
præcipito,as 332
præcipuus 240
præco 651
præcoquus 550
præcordia 115
præcox 57.80.413
præcurro 127.318
prædico 144
præditus 147.343
prædo 34.147
præeo 318
præfect⁹ adiectiuum & ſubſtantiuum. 237
præfero 169
præficio 139
præfigo 151
præfoco. 477.543.658
præiuro 174
prælibo 127
præludium 148
præludo 148
prælum 398
præmorior 168
præmordeo 134
præneſte 29.83.100
præniteo 318
prænomen 12.189
præoccupatio 623
præpes 44.73
præpondero 319
præpono 156
præpoſitio 280
præpoſitio,& ei⁹ partes 18
præpoſitio cum aduerbio 293
præpoſitio in cópoſitione quid agat 280
præpoſitio poſtpoſita 579
præpoſitio cũ appellatiuis nominibus 193
præpoſitione per cópoſitionem quãdo vtimur 280
præpoſitio in appoſitione 280
præpoſitio cum nomine loci poſita, aut non poſita 296
præpoſitionis figuræ 280
præpoſitionis accuſatiui & ablatiui caſus 18
præpoſitiones inſeparabiles 280
præputium 558
præquam 256.288
prærepo 157
prærípio 140
præs, prædis 43.651
præſæpe 514
præſæpio 514
præſagus 239
præſcio 144.340
præſciſco 144.178
præſcribo 143
præſente nobis 188
præſentio 164
præſentiſco 164.178
præſepe 83.100
præſepia 116
præ ſibi 288
præſideo 134
præſidium 528
præſilio 164
præſtans animi,& animo 236
præſtare 315
præſtat imperſonale, 128.315
præſter 72
præſteres 571
præſtes 44
præſtigiæ 35.112.530.642
præſto 110.128
præſtolor 165.319.545.546
præſtrigiæ 530
præſtrigiator, præſtrigiatrix 539
præſul 36
præſultor 164
præſum 169
prærepo 157
præſumo 155
præſumptio 611
prætendo 146
præter 199.285.338
præter cæteros 255
præterea 559.560.661
prætereo. 338.654.661
præterhac 288
præterita diſſyllaba 404
præteritũ quotuplex 17
præterlabor 338
prætermiſſurus 329
præter opinionẽ 285
præterpropter 285
præterquam. 199.282.285
præterquam quòd 285
præter ſpem 285
præteruerto 160
prætexta 162
prætexo 162
prætextus 162
prætoritius 540
prætorius 550
præuaricor 311.412
præuenio 163
præuideo 134
præuius 309
præut 288
pragmaticus 504
prandeo 134
prandiolum,& prandiculum 134
praſinus 428.535
praſon 428
praſus 429
praua 240
prauitas 72
prauo,as 432
prauus 432
praxibulus 555
praxiteles 509
preces 651
precia 651
precis 101.159
precium, precij 434.651
precor 165.335.434.651
pregula 604
prehendo 374.653.678
premo,& eius compoſita 155.651
prẽdo,& eius compoſita 148
preſbyter. 63.686.652
preſter 409
preſton 36
pretiæ 453
pretii nomina 269.270
pretium operæ 235
pretor ſine æ, barbarũ 604
priamides 59.398.528
priapeni 502
priaponneſus 518
priapus 502
pridem 458
prídie. 229. 280. 330.403.458.660
priene 393
prieneus,a,um, 393
primæ & tertiæ declinationis cómunia 73
primanus 261
primates 110
primicerius 517
primípilaris 531
primípilus 531
primo 564
primores 110
primoris 101
primus,&c. 347
primus intraui,& primum intraui, differunt 260
princeps 54
prion 394
prior, primus 253
prior intraui,& prius intraui, differunt 260
priſtinus 535
pritaneium 475
pritanis 475
priuernum 476
priuernus 476
priuilegium 476
priuus 476
pro 224. 270. 401.564.609.611
pro ſeptem modis capitur 288
à Pro cópoſita 477
pro nihilo 272
pro poſſe barbare dici, author eſt Valla 203
proauus 506
proagnoſticum 687
problema 32.622.655.665
probitas 72
probo 269
probrum 476
probus 476
procælla 153
procællo 153
procærus 516.665
procax 238.477
procedo 477
proceleuſmaticus. 363
procella 402
procello 402
procephalum 584
proceres 87.110
procerus 477
procoetion 454
proch 578
prochyta 540.687
procido 145
procio 462
procliuus 119
procneſſos 378.477
procneſus 482
proco,as 477
procolo 153
proconneſos 518
proconneſus. 517.548

549
procopius 477
procul 289.401
procul vrbem 289
proculco 657
procumbo, procubo. 129
procuro 402
procus 477
procyon 477.568. 652.687
prodeo 162
prodicus 526
prodigo,igis 150
prodigus 150.239
prodino,as 537
prodo 147
produci 580
prœtides 454
prœtus 380.454.651
profano 402
profanus 402
profari 402
profecto 402.564
profero 169
profeſſio 402
profeſtus 402
proficio 139
proficiſcor 167.402
profiteor 167. 402. 657
profligo 530
profugio 140.402
profugium 402
profugo,as 402
profugus 140.402
profundo 148
profundus 402
profuſus. 148.236.329
profuturus 405
progener 401
prognariter 503
prognoſticon 660
progredior 167
progymnaſma 687
proh 655
prohibeo 131.305. 401.657.678
prohibendi verba 305
prohibeſſis 172
prohibitiua 186
prohœmiũ 653.678
proiectitius 542
proiicio 139.657
proin 374
proinde 291.374.579
pro iure meo 345
prolabor 168
prolambano 611
prolemſis,bar. 660
prolempſis 655
prolepſis 217.611.655
prolepſis diffinitio. 218
proles 42.107.480
proletarij, proletarius 480
prolixus 480
prologus 401
proluo 141
proluuies 89.118
promachus 679
promathion 683
promecheus 401. 481.683
promethia 401
promethides. 481.528
promico,as 130
promineo 137.657
pro miſceo 131
promittẽdi verba.306
promo, & eius compoſita 155
promontorium 137. 550.551
promos 481
promptu 102
promulus 481
promus 155
pronepos 402
proneſus 482.518
pronomẽ,& eius partes 15.157
pronomen cum genitiuo 244
pronomina cum genitiuis vniuerſaliũ nominum 276
pronomen cum genitiuo,vel ablatiuo 233
pronuba 143.390
pronubo,is 143
pronubus 148.488
pronuntio memoriter 273
pronurus 401
proœmium 512.650. 678
propago, propagas 69.402.483
propalam 420.287
propalo,as 287.420
propando 146
proparalepſis 609
in Propatulo 287
prope 241.284.330.
propediem 284
propello 153.402
propemodum 284
propempticon 622
propere 562
propertius 401
properus 125.562
propetides 483
prophano 681
prophanus 653
propheta 401
prophetia 393
propino, propinas 402.537
propinquus 240.241
propitio,as 332
propitius 401
propius 330
propœtides 522
propola 33.401
propono 156
propontis 401
propria nomina 187
propria nomina poni ad placitum 358
propria nomina locorum ſine præpoſitionibus 296
propria oppidorũ cũ præpoſitionib⁹.296
propria in tranſlatione maneant in priore lingua 191
propria verba 641
proprietas 218. 282. 233
proprium,aut appellatiuum fuit,aut ex appellatiuo 360
propriorum & appellatiuorum eadem quantitas 414
proprius 240
propter 284
propter, ſubauditum 341
propulſo 154.402
propylæum 385.390. 673
prora 483
proreta 363
proripio 140.481
prorito,as 541
prorſum 660
pros 85.486
proſa 485
proſagoge 486
proſapia.107.502.642
proſapodoſis 623
proſcænium 513
proſcribo 142
proſegoria 486
proſelytus 486.540. 581.683
proſequor 344
proſequor laude, &c. 167
proſerpina 486.534
proſerpo 157
proſeucha 486.680
proſilio 164
proſodia 544.578
proſœdia. 185. 486. 508.544.650
proſonomaſia 613
proſopon 486.623
proſopopœia. 387. 486.549.623
proſopos 387
proſper 63.264
proſpicio 139.319
proſtheſis 609
proſthetos 609
proſtibulum 26.141
proſtituo 141
proſtituta vel proſtibula 141
proſto 128
proſum 169.308
protenus 401.655
protero 158
proteron 617
proteros 487
proteruus 402
proteſtor 165
proteus 486
prothenor 684
protheſeon 610.611
protheſeos parallage 280
protheſis 280.674
protheus 684
prothœnor 513
prothyron 674
protinus 535.655
protocerios 517
protogenes 486.487 512.673
protollo 154
protomartyr 673
protomedea 508
protoplaſtus 541. 677
protos 487.673
prototomus. 546.553
prototomi 486
protozeugma 219. 220.611
protrepticon 622
proueho 152
prouenio 163
prouideo 134.237
prouincia 488
prouomo 154
prout 374
proxeneta 83.444
proxenetes 444
proximior 125
proximo,as 241
proximitatis adiectiua 241
proximus 241.330
prudens 239
prymneſium 396.518. 519
prytanei 475
prytaneum 690
Pſallo 154
pſalmodia 544
pſalmœdia.508.544. 650
pſalterium 515
pſaltes 571
pſamathe 662
pſammenitus 662
pſamnis 662
pſecades 653
pſecas 662
pſenophis 662.680
pſephis 447.662
pſephiſma 447
pſephopectæ 447
pſeudo 35
pſeudocurtius 203
pſeudodulus 555
pſeudulus 555
pſilothium 553
pſilotrum 461
pſittacus 474. 650. 662.667
pſole 480
pſoleon 480
pſophis 76.410 483.662
pſora 485.662
pſorax 485
pſyche 457.672
pſycter 690
pſylla 690
pſylli 662.690
pſyllus,um. 662.690
pſytium 662
Pte 92
pteleum 388
ptera 516
pterelas 510.662
pteria 662
pteron 662
ptiſana 475
ptiſanarium 473
ptocheia 478
ptochodochium 396 478
ptochos 478
ptolemæus 388. 512, 546
ptolemos 511.673
ptoſis 552.553.614
ptoton 486
ptyſis 472.690
Puber 39
pubertas 488
pubes 39.488
pubeſco 488
pubetenus 580
pubis 75
publipor 72.410
pudeſio 278

pudefacio 278
pudenda 115
pudendus 278.328
pudens 490
pudet perſonaliter. 278.490
pudicior 122
pudicitia 490
pudicus 490.526
puditum 278
puditurum 278
pudor 490
puer 63
puerus 610
pugil 36.490.491
pugillar 490
pugillares 110. 490. 531.532
pugillaria 110 . 116. 502
pugillaris 47.490
pugillus 490.530
pugio 490
pugnandi verba 312
pugno in hoſtem 301
pulaſtra.491.649.668
pulcellus 674
pulcer 674
pulcher 674
pulchrum 652
pulegium 491
pulex 491
pulis 668
pullus 66.491.668
puls 67
pulſare 153.660.665
pultare 660
puluerulentus 404
puluinar 71.536.570
puluinus 536
puluis 47.106
pulus 491.649.668
pulydamas 479.491
pulyppus 479.483. 491
pumex 56
pumilus 492
pumiles aues 492
pumilo, vel pumilio, 492
punctum 582
punctus 118
punctus ſuſpenſiuus 582
pungo, & eius compoſita 151
puniceus 527
punicus 446.527.658
punio, punis 269. 658
pupa 492.493
pupilla 492
pupillus 492
puppis 82
pupugi 493
pupula 492
pupulus,pupula.492
pupus 492
purpura 557
purus 264
pus 77.100.479.571. 576
puſillua 494.532
puſio 494
puſius 118
puſus 494
puſtula 31
puta 494.559. 560. 578
puteal 70
puteo 494.495
puteoli 495
puteſco 495
puteus 495
puticulæ 495
puticuli 495
putidus 495
puto,as 272.494
putor 494.495
putredo 494
putreo 494
putus 494
Pyga 460.652.689
pygargus 460.689
pygmæus 390
pygmalion 394.689
pygmeus 652.689
pyla 462
pylades 462. 689
pylæ 463
pylæmenes,vel pylæmeneus 463.512
pylæmenia 514
pylæmeneus,vel nes. 514
pylæmon 463
pylæus 390.463
pylagora 463
pylemon 462
pylene 462.689
pylius 462
pylos 462.659
pynarus 466
pyr 39.100.470.471. 651.689
pyra 651.673.689
pyracmon 471
pyræchines 506
pyræus 390.471.472
pyralis 471
pyrallis 663.673
pyrames 509
pyramis 74.472
pyramus 472.673
pyraſter 30
pyraſus 471
pyreicus 386
pyrenæum 689
pyrenæus 471
pyrene 471.689
pyreneus 470.689. 673
pyretcrium 516
pyretium 673
pyretrum 471. 522. 689
pyrgopolynices 689
pyrgopolynis 673
pyrgos 673.689
pyrgoteles 509.673
pyrgum 673
pyriaterum 517
pyrino 471
pyrites 42.471.541. 673
pyrodile 471
pyrodiles 472
pyrois 75.397.398. 471.573.673
pyromantia 670
pyrop⁹. 471.549.673
pyrotus 553
pyrous 398
pyrrha 689
pyrrhichius 362
pyrrhodes 544.660
pyrrhus 669.673. 682.686.689
pyrus,um 470
pyſander 689
pytane 501
pytanus 501
pythagoras 498.689
pythia 476
pythias 571
pythij 476
pytho 475
pythodoris 475
pythodorus.465.476
pytholaus 475.476
pyihon 36.476
pythopolis 476
pytiſma 474.476. 689
pyxides 571.615
pyxis 74.652.689
pyxus 689

Q

Q litera 654
q in c tranſitus 660
q ante vocales 662
q duplex 662
Quà, aduerbium 297.560
quà , quatuor modis accipitur 298
quadi 417
quadra 417.559
quadrageſima 260
quadraginta 497
quadrans 53
quadrifrons 54
quadrigæ 112. 403. 461.530
quadrijugi 119
quadrimanus 58
quadrimus 261.398. 533
quadriuium 417
quadrupedans 404
quadro, as 417
quadrupes 404.572
quę vel qua.247.654
quædam 651
quæpiam 651
quærcerus 515
quærcus cũ ſuis 450
quærinus 450
quærito 176
quæro,& eius compoſita 158. 335. 450. 651.658
quæſo 170.452.651
quæſtura 651
quæſtus 86.167.452. 655
qualea 420.421.488. 690
quales hubera 193
qualitas quid eſt 12
qualus 66
quàm 199.255. 257. 258
quàm in comparatione mutat regimen 249
quàm inter duo comparatiua 249
quàm pro quantum cũ ſuperlatiuo 252
quàm pro valde cum poſitiuo 256.257
quam varijs modis captum 256
quàm pro quãto 257
quamdudum 339
quamplures 257
quampridem 339
quamprimum 257
quãprimum pro cũprimum 275
quamuis 573
quanquam 660
quando 543
quandocunque 543
quandoque 543
quandoquidem 543
quanti 259.270
quanquam 655.660
quanque 655
quanticunque 404
quantiuis 270
quanto 270.564
quantuluſcũque.245
quantum 255
quantus 259
quapropter 579
quare 562
quaſe 91
quaſi 199.541
quaſſo 141
quaten⁹.279.580.655
quater 398.431.600
quaterna 432
quatinus vel quatenus 431.535.655
quatio, & eius compoſita 141.657
quatriduanus 529
quattuor 650.665
quatuor 429. 600. 655
Que productum 215.564.654
ꝙ 654
quemquam 660
quemque 655
quencunque 660
quenquam 660
queo 70.162
quercus 120
querela 167
querimonia 167
quernus,neus 389
queror, & eius compoſita.167.319.450
querulus 167
Quî vocaris,varijs modis effertur. 92.208.246
quî 92.215.246
qui pro quemadmodum 246
qui pro cur 247
quî pro quomodo 246
qui pro vnde 247
qui pro vt 246
qui pro vtinam 247
quia 559.644
quianam 560
quibo 398
quicquid 340. 653. 655.661
quicum 579
quid 92.247.334
quid hominis, per cõtemptũ dicitur 227
quid,pro in quo 235. 247
quid hoc eſt dictu, barb. 326
quid quod 646

quid vocatur 645
quidam 24
quidam, quaſi de incerto 247
quiddam 666
quidem 459
quiens 79
quies 45.58
quieſco,& eius compoſita 144.333
quilibet 244.245
quin 647
quincunx 53
quindecim 506
quingenti 659
quinimo 579.655
quinquageſies 519
quinquatria 105
quinquertiones 673
quinquertium 673
quinti,quinte 658
quintianus 501
quintilianus 476.501
quintiliano falſò declamationes ſcriptę 219
quintilis 531
quintilius 531
quippe 666
quirin 660
quirinum 660
quirinus 471
quiris 75.470.471
quiritare 471
quirites 110.493
quis 92. 244. 246. 573
quis cum comparatiuo 253
quis de viro 247
quis pro vter 253
quis vxor 243
quis,quæ pars orationis 247
quis cum ſuperlatiuo 253
quiſpiam 247
quiſquam 247
quiſquam gentium 243
quiſque 254.352
quiſque cum poſitiuo & comparatiuo 254
quiſque heteroclitum 254
quiſq; & quiſquis differunt 93
quiſque pro vterque 244
quiſquiliæ 113.642
quiuis 244.573
quo 225.247.255.297
ad Quo reſpondetur quatuor modis 297
quo ſex modis 298
quo pro quanto 256
quoad 281.374.647
quocirca 282
quod 92.202.654
quod ,pro quæ res 194
quod genus 226
q; 654
quòd ſcribas 201
quodam pro aliquo 247
quoi 660
quoius 660
quominus 201
quomodo 564.565. 580
quoque 483
quoquouerſus 299
quorſum 297
quorſus 299
quorundam 655
quot 36. 244. 259. 654
quotannis 486.600. 657
quoteni 261
quotennis 657
quotidianus.403.486
quotidie 290. 403. 486.529.600
quoties 488.655.661
quotiens 486
quottidie 650.667
quotum annum agis 229
quotuplus,a,um.260
quotus 260.244. 486.660
quotuſquiſque 254
quouſque 297
Qſtos 662
Quum 286. 664. 654
quum primum 257
quur 655
quyma 464
R
R in l, ſ, tranſitus, 531.660
Rabies 89
rabirius 538
rabula 33
rachelæus 511
racipalis 416.537
radalo 417
radicitus 524
radicula 495
radix 79
rado,& eius compoſita 148
ræte 454
rætia,æ 454
ragonia 418.419
ramale 118.422
ramatha 582
ramex 56
ramirus 538.539
rancio 164
rancor 71
rapa 425
rapax 238
rapina 140
rapio 657
rapio,& eius compoſita 140
rapſodia 544
raptor 140
raptim 140
rapum 425
rarefacio 508
raſtrum 97
rarus 427
ratio 34
ratio omniũ non reddenda 205
rationem habere 646
ratus 166
rauenna 666
rauennas 666
rauidus 432
rauila 432
raulia 33
rauis 81.433
rauiſtellus 433
rauus 432.433
Re 399.656
re capitur vndecim modis 292
re productum admittendo duas conſonantes 400
reate 29.384.505
rebellio 665
rebellis 241.665
rebello,as 241
recællo 155
reccido 401
recens 54
recenſeo 131
recenſio 131
recenſus 131
recido 146.658
recipio 306.316.346. 657
reciproca pronomina 15
reciprocum 350
reciprocorum abuſus 353
recludo 148. 291
recolo 153.272
recommẽdo,bar. 657
recondo 147
recordandi verba. 272
recordor de hac re. 272
quot Recti 15
rector 266
rectore carẽs refertur apte à relatiuo nomine aut pronomine 297
recubo,recumbo. 129
recula 434
recutitus 540.558
redamo 656
redardeo 137
reddendi verba 304
redditiuum & reſpõſiuũ idem ſunt 198
reddo 147.305.401. 665
redduco 401
redeo 340.656.658
redigo 150.657
redimiculum 526
redimio 162.657
redimitus 533.542
redimo 155.270.657
reditus 399.401
reditus,a,um 327
rediuiæ 543
rediuiuus 543
redoleo 331
redux 57
refello 154
refercio 265.657
referio 162
refero 169.332
refero acceptum 306
refero grates 332
refero impenſum 306
refero in melius 306
refero in numerum, 306
refero tibi , & ad te, 306
refert 169.400
refert prima breui vel longa 275
refert vnde componitur 275
refert cum tãti,quanti,&c. 274
refert mea,non mei 275
refertus 262
referunt 401
reffert,bar. 400.665
reſficit 400
refibulo 455
reficio 139.657
refigo 151
reflecto 160
refluo 142
refocillo 477
refragor 165.311.498
refrigero 460
refrigerus 530
refringo 150.657
refugio 140
refundo 148
refuto 558
regaliolus 437
regentia genitiuum ſubſtãtiua ſunt in triplici & vigecupla differentia 228
regere 186
regere grammatici recte dicunt contra quoſdam 186
regillus 437
regimen 186.236.556
regimen duplex 186
regiminis generalis regula 329
regimẽ nominis 200
regimen mutatũ mutata ſignificatione 321
regimen verbi perſonalis & finiti 200
regimen voluntariũ 227
regina 398.525
regium 437
regium lepidum & lepidi 297
regno 266
rego 657
rego,& eius compoſita 149
regula 398.437
regula elegantiæ 198
regulus 437.
reijcio vel reicio.139. 377.400
relabor 168
relatio perſonalis & ſimplex 195
relatio ſimplex quinque partita 195
relatio ad infinitiuũ & condeclinea eius 194
relatiuum 13.192
relatiuum ſubſtãtiæ, & accidentis,& diuerſitatis 192
relatiuum ſine antecedente expreſſo 193
relatiuũ licet diſcordare cũ antecedẽte interueniente alia dictione 195
relatiuũ dialecticum 229

relatiui diuerſa ratio quãdo ponitur inter duo appellatiua aut inter appellatiuum & proprium 197
relego 657
religio 34.400
religioſus 240
relino 157
relinquo 158
reliquiæ. 113.400.603 655
reliquus, reliqua, reliquũ in cõparatione facile ſubauditur 252.538
rellatum 655
rellatus 401
rellatus, barb. 603
relligio 655
reluo 142
remaneo 137.657
remedium 508
rememoror 273
remex 79.571
remi 296.442
remigis 101
remigius 442
reminiſcor 166.272
remiſſa 522
remora 434
remordeo 134
remoror 175
remoueo 135
remuria 557
remus 681
ren 37
renaſcor 165
renitor 167
rennuo, bar. 400
renuntio 306
renuo 142.649
reor 166.642
repages 150
repagulum 150.418. 497
repando 146
repango 150
reparco 145
repello 154
rependo 146
repens 446
repente 578
reperio 164.657
reperit 655
repeto 160
repeto memoria, & memoriter 273
repetundarum 104
repo 446
repo, & eius compoſita 157
repoſco 144
repoſtus 292
repotia 105
reppello, & repello, 401
repperi 666
repperio, & reperio, 401
reppuli 666
repræſento 292
reprehendo 148.678
reprimo 155
reptilia 157
repueraſco 198
repulſa 154
repungo 127.151
reputor 207
requieſco 144.333
res 89.207
res, pro re incorporea 323
reſanata 509
reſarcio 164
reſcindo 147
reſcio, & eius compoſita 162
reſciſco 292
reſeco 130
reſecro 657
reſes 45
reſex 80.412
reſideo 315.337.657
reſigno 292
reſilio 164.657
reſipio 140.657
reſipiſco 657
reſina 451.536
reſinatus 451
reſono 129
reſpergo 657
reſpicio 139.657
reſpondeo 134. 225. 319
reſpondendi modi, 297
reſpondere gloriæ alterius 319
reſpondere votis 319
reſponſiuum 199
reſpublica 58
reſpuo 142
reſtauro 127.333
reſtat 313
reſtingo 149
reſtio 35
reſtipulor 175
reſtituo 141
reſto 128.311
reſtringo, reſtringis, 149
reſulto 657
reſumo 155
rete 83
retego 292
retero 158
retexo 162
retiarius 606
reticentia 607
reticeo 657
retinens 236
retis 47.118
retorqueo 138
retrecto 657
retro 280.404
retro refero 341
retrorſum 453
rettulit, & retulit, 401.665.666
retundo 147
reuenio 163
reuereor 165
reuerens 236
reuertor 160
ruincio 160
reuiuiſco 161
reuomo 154
reus 239
Rhæda 437
rhædarius 437
rhadamanthus 682 684.691
rhamnetes 681
rhamnuſia 681.688
rhamnuſis 681
rhamnuſius 540
rhamny 688
rhancus 680
rhanis 423
rhaphanum 681
rhapſodi 544
rhapſodia 544
rhea 26.385.682
rheba 434
rhebanus 682
rhebas 433
rhebus 433.653
rhegienſes 682
rheginus 682
rhegium 682
rhegyni 437
rhegyum 437
rhemus 442
rhenum 26
rhenus 653.681
rheo 664
rheſus 682
rhetor 40. 410. 652. 653
rhetorica 96.393
rhetus 454
rheum 682
rhidium 459
rhintalcus 682
rhingo 681
rhinoceros 76. 571. 682
rhipheus 467
rhipæ 467.690
rhipæi 467
rhipi 690
rhodanus 501. 653. 681
rhodolphus 478
rhodope 18.549.550
rhodos, us 478.653
rhoe 385
rhœbus 433. 682
rhœcus 435
rhœceus 454
rhœtus 454
rhœzus 455
rhois 443
rhoma 681
rhomanus 681
rhompalon 636
rhomphæa 681
rhomphea 384
rhopalon 536
rhymtalcus 690
rhynoceros 515
rhypa 467
rhypes 467.468.690
rhytales 687
rhythmi 362
rhythion 475
rhytium, us 459.690
Ricimer 409
rictus vel rictum. 88. 118.149
rideo 321.331
rideo, & eius compoſita 137.490
ridere prata 615
ridiculus 137
rigeo 132
rigidus 132
rigor 132
rimor 165
rimus & ritis in coniunctino 406
ringo 149
ripa 467
riphæi 681
riſami 551
riſamori 551
ritus 88.473
riualis 47
riuale vel riuali 83
riximor 533
rixor 165
riza 673
Robertus 476
robigus 489
robur 30.72.410
rodo 478
rodo, & eius compoſita 148
rodoricus 524
rogator 176
rogo 479
rogus 479.673
roma nomen hîc non regitur, vado Romam 186
romechium 506
romulus. 389.492.681
roro 483
ros 48.106
roſa 486
roſeus 486
roſidus 486
roſmarinus 58
Rubellanæ vuæ 435
rubeo 132.138
ruber color 127.188
rubi 488
rubigo 450.489
rubigus 489
rubrica 488.526
rubus 30.488
ructus 88
rudens 54.490
rudiæ 490
rudimentum 490
rudinus 490
rudio 490
rudis 83.239.490
rudo 147.490
rudus 77
rufæ 490
rufinus 490
rufus 127.490
rugeo 138
rugio 490
rugus 491
ruitum 404
rumetum 492
rumex 55.492
rumis vel us 492
rumo 39.492
rumor eſt 647
rumpo, & eius compoſita 157
rumulus 492
ruo, & eius compoſita 142
rupes 42. 398. 492. 493
rupici 642
rupilius 492
rure aduerbialiter 295
rurſum 660
rus 103.239.575
ruſpina 534
ruſſatus 432
ruſticus. 524.525.527
ruta 495
rutellũ, us 494.495
ruteni 495
ruth 567
rutilius 495.532

rutrum 494
rutrus 495
rutum 495
S
S ante alias conſo-
nantes 653.662
ſ ante t 654
ſ & s differunt 649
ſ eliſa 572
ſ in alias literas tranſ-
itus 660
ſ interempta 369
ſ non geminâda 654
ſ poſt x 654
ſ pro r 660
Sabatij 505
ſabatius 415
ſabaudienſis 663
ſabbathum 414.656.
663
ſabinus 414.415
ſabius 415
ſabuca 554
ſabucus 425.554
ſabulo 118
ſabura 415.557.649
ſaburra 415.650.663.
668
ſabus 415
ſabyllus 686
ſaccarum 108
ſacchar,rum 663
ſaccus 663
ſaccus pertuſus 147
ſacerdos 50
ſacræ ſcripturæ 194
ſacrificium 403
ſacrifico,as 403
ſacrilegus 150
ſacro,as 657
ſacrum 189
ſadducæus 651
ſaduattes 665
ſaducei 418
ſadyattes 687
ſæculum 398.435.
650
ſædo 437.650.655.
ſæmen 444
ſæpe 447.651
ſæpius 644
ſæps 53
ſæuio,& eius compo-
ſita 162
ſæuitia,ſæuitio 455
ſæuus,a,um 455.651
ſaga 26.418
ſagana 419.500
ſagarus 503
ſagax 237.418
ſagena 60.581
ſaginatus 534
ſaginæ 534
ſagino,as 536
ſagitta 667
ſagittarij 502
ſagittas,quæ tela 195
ſagum 26.418
ſagunthus 684
ſaguntum 118
ſais 382
ſaitæ 382
ſal 36.407.567
ſalacia 497
ſalamin 36
ſalamis 75.500.573
ſalapentinum 526
ſalar 419
ſale 582
ſalebræ 113.506
ſalem quod 194
ſalentia 421
ſalentinus 421
ſalentium 421
ſaleranus 515
ſales 110
ſalicippum 527
ſalinum 536
ſalio, & eius compo-
ſita 163.334.657
ſalix 80
ſallo 154
ſalluſtius 663
ſalmentum 604
ſalome 546.547
ſalomon 408.480
ſalpiga 530
ſalſugo 69.154
ſalſus 657
ſaltim 655
ſaltem, pro ſaltim.
658
ſaltito 644
ſalto 340.657
ſaltus 88
ſaluber 28.554
ſalue 171
ſalueo 171
ſaluia 537.543
ſalum 107.420
ſalus 51.106.438
ſaluſtius 420.421
ſalutatio 627
ſamaria 422
ſamarita,ſamaritanus
540
ſamarites,is 540
ſambuca 554
ſambuciſta 27
ſambucus 30.554
ſame 421
ſamichida 679
ſamnis 48.573
ſamos 293.421.575
ſampſacum 497
ſampſucus 49
ſamum 293
ſancio 163
ſanctè Dionyſi, orate
216
ſanctus quomodo
comparatur 13.415.
459
ſandaliotis 499
ſandalium 499
ſandicinus 535
ſandix 56
ſandyx 652.687
ſangaris 503
ſanguen 75
ſanguis 46.106
ſanguiſuga 554
ſanies 105.423
ſanna 664
ſannum 664
ſannites 664
ſantonus 548.549
ſanus 263
ſaperda 425
ſaphion 429
ſapiens 425
ſapio,& eius compo-
ſita 140.331.657
ſapis 425.604
ſapo 425
ſapphicus verſus.368.
584
ſapphiratus 539
ſapphirus 538.539
ſapphicum 584
ſapphicum choriam-
bicum 591
ſappho 70.564.650.
664.681
ſapphyrus 425.650
ſarcaſmos 619
ſarcina 534
ſarcino 164.534
ſarcophagus 502.673
ſarculum 66
ſardanapalus 499.
501
ſardinia 535
ſardis 85.573
ſardonius 548
ſardonyx 412.669.
672.688
ſardum 603
ſario 427
ſariſſa 31
ſarmates 504
ſarpedon 507.568.
578.580
ſarpedonem 581
ſarra 664.681
ſarraca 497
ſarracum 497.664
ſarranum 681
ſarraſtæ 664
ſarraſtes 425
ſarrio 162
ſarſina 534
ſarſinas 534
ſartago 34
ſartatecta 164
ſarte 164
ſartores 164
ſarus 455
ſarx 673
ſat 107.230
ſata 432
ſatago 151.266
ſatagytæ 687
ſatanas 41
ſatelles 43
ſathan,as 501.582
ſatiâs 101
ſatiatus 264
ſaticulus 526.527
ſaties 101
ſatietas 520
ſatin' 568
ſatiſdo 269
ſatiſfacio 308
ſatiſſit 302
ſatrapes 502
ſatur 40.262
ſatura 557
ſaturea 557
ſaturio 557
ſaturius 431
ſaturnalia 66.108
ſaturnalitius 540
ſaturnia 616
ſaturnus 431
ſaturo,ſatur 264.557
ſaturriſſimus 124
ſatus 158
ſatyllus 668
ſatyra 538.690
ſatyricum 584
ſatyrus,a 652.690
ſaucio 664
ſaucius 239.263
ſaul 567
ſauo 432
ſauus 433
ſaxones 407
Scaber 415
ſcabidus 415
ſcabies 415
ſcabioſus 415
ſcabo,is 143
ſcacata,bar. 673
ſcæa,æ 385.455
ſcæna 444.445
ſcænifactor 529
ſcænitæ 445
ſcænopegia 508.509
ſcæuola 455
ſcæuus 455
ſcala 261
ſcalæ 112
ſcalena 421
ſcalpellum 157
ſcalpo 157.657
ſcalptura, ptum 557
ſcalpturio 157
ſcamander 422.670
ſcando 332.657
ſcanſio 369
ſcatinia 536
ſcantinius 431
ſcariotes 27
ſcando, & eius com-
poſita 145
ſcapha 425
ſcaphium 396
ſcapus 425
ſcarus 427
ſcatebræ 113
ſcateo 133.266
ſcatinia 535
ſcatinius 431
ſcato 562
ſcaturio 133.556
ſcaurides 529
ſcazon 591
ſcazontes 585
ſceletizontes 523
ſceletribe 523
ſcelos 439.662.674
à Scelos deducta.509
ſcelus 77.662
ſcelus qui 195
ſcena 651
ſcenos,vel na 509
ſceptrum 651
ſceptuchus 680
ſcheda 436
ſchedia 680
ſchema 185.442.604
611.674.678
ſchepiones 676
ſcheſiomatô 613.674
ſcheſis 613.674
ſchiſma 653.678
ſchœneia 445
ſchœneis 445
ſchœniculæ 44.
ſchœniſmos 445
ſchœnitia 445
ſchœnobates 445.
504.674
ſchœnoplocos 445
ſchœnos 445.674
ſchœnum 445
ſchœnus 445
ſchola 653.679
ſcholaris 48.679
ſcholaſticus 653.679
ſcia 662.674
ſciamachia 662
ſciapodes 662
ſcibam 406

ſcibilis 455.524
ſcibo 406
ſciens 236
ſcilicet 403.461
ſcilla 666
ſcilluris 662
ſcimbria 688
ſcin' 568
ſcindo 147.404
ſcinis 469.494.578
ſcinon 538
ſcintilla 662
ſcio 30.564
ſcio,& eius compoſita 162
ſciolus 238
ſciopus 51.576
ſcipio 34.467.662
ſcipio, corculum 191
ſcire tui,barbarũ 202
ſciſcitor 176
ſciſco 292
ſcitor 176.475
ſcitum 162
ſcitus 237.329
ſcius 238
ſclopus 483
ſcœnos 513
ſcolecia 480
ſcolecion 480
ſcolex 480
ſcolus 480
ſcomma 32.67
ſcopæ,arum 483
ſcopeliſmus 511
ſcopus 65.483
ſcopulus 483
ſcoria 157.483.485
ſcorpæna 514
ſcorpion 569
ſcorpius 118.407
ſcortinus 487
ſcortum 26
ſcotus 487
ſcotuſſa 466
ſcriba 33.143
ſcribilitæ 533
ſcribillo 666
ſcribligo 604
ſcriblita 455. 456. 604
ſcribo,bar. 143.455
ſcribonius, ſcribonia, 455
ſcrinium 465
ſcriptito 177
ſcriptor 143
ſcrobs 54
ſcrofa 616
ſcropha 483
ſcrophula 492
ſcrupeus 492
ſcrupoſus 492
ſcrupulum.467.492. 493
ſcrupulus 65
ſcrupus 492
ſcrypulum 118.467. 468.652.690
ſculna 642
ſculpo 157.657
ſcurra 33
ſcutica 62
ſcutilis 531
ſcutula 494
ſcutulatus 494
ſcutum 494
ſcylace 463
ſcylaceon 463
ſcylla 462.662.687. 688
ſcyllacæum 462.463 662.668
ſcyllax 662.668.687
ſcyllites 43
ſcylus 662
ſcypariſſus 662.687
ſcyphus 466. 652. 662.687
ſcyrias 469.662
ſcyrius, ſcyria, ſcyrũ, 469
ſcyros 469.662
ſcyta 662
ſcytha. 473.475.652. 662.687
ſcythia 473.652.662. 687
ſcythiſſo 475
ſcythœ 475.691
ſcython 475.687
Se 399
ſebedona 508
ſeben 70.408
ſebennithicum 666. 690
ſebetus 433
ſebinus 433.434
ſebum 433.446
ſecedo 148
ſeceſſus 148
ſecius 286.434.435
ſecludo 148
ſeco,& eius compoſita 130
ſecretus 156
ſector 176
ſecubo,& ſecũbo 129
ſeculna 642
ſeculum 66
ſecum 579
ſecundo & ſecũdum conſul 242.262
ſecũdo Calendas. 631
ſecũdùm, aduerbium 284
ſecundus.125.631.242
ſecuris 82.399.557
ſecurus 239.399.434
ſecus 286.434.435
ſecutor 606
ſecutus 656.660
ſedentani 436
ſedeo,& eius compoſita 134.435.657
ſedes 42.398.435
ſedet 315
ſedile 33.398.435.531
ſeditio 436
ſeduco 145
ſedulius 436
ſedulo 564
ſedulus 436
ſeges 73.572
ſegeſta 438
ſegnis 48
ſegnities 89
ſegrego 437
ſegrex 57
ſeiugæ 112
ſelachia 497
ſelenites 541
ſeleucia,vel ca 393
ſeligo 151
ſelibra 439
ſelius,lia 441
ſella 60.659.665
ſemarchus 442
ſemele 510
ſemethus 683
ſemi 442
ſemianimis,& ſimilia 374
ſemiermis 657
ſemiramis 538
ſemis 53.76
ſemiſopitus 483
ſemitero,is 158
ſemiuocales 11.649
ſemones 400
ſemuncia 374
ſena 443
ſenæ 443
ſenarium 584
ſenator 504
ſenatorius 550
ſenatus 88.504
ſenatuſconſultum.58
ſeneca 506
ſenecio 506
ſenecta 105
ſenectus 51
ſeneo 123
ſenex 57
ſenia 443
ſenilis 531
ſenio 34.443
ſenior 39
ſeniſſimus 125
ſenium qui 195
ſenones 443.444
ſenſibilis 524
ſenſus 50
ſentes 109
ſentio, & eius compoſita 164
ſenus 443
ſeparium 468
ſepelio 163.510
ſepes 446
ſephora 446
ſepia 446
ſepias,adis 446.447
ſepio 31. 163. 446. 447
ſepiuſſa 447
ſeps 53.446
ſeptem 659
ſepterium 517
ſeptimus caſus 348
ſeptingenti 659
ſepulchrum 652.675
ſepum 446
ſepyra 689
ſequana 447
ſequanici,vel ni 447
ſequeſter 28.62
ſequor, & eius compoſita 167.660
ſer,ſeris 409
ſera 409.651.655.666
ſeræ 450
ſeranus 449.459
ſeraphis 520
ſerapion 502
ſerapis, vel ſeraphis. 502.581
ſerenus 633
ſeres 110
ſerfus 658.659
ſeria,& ſerio 449
ſeries 158
ſeriphi 537
ſeriphos 537
ſeriphum 537
ſerium 398
ſerius , ſeria , ſerium. 449
ſermyle 688
ſero,aduerbium 449. 564
ſero,& eius compoſita 158.175
ſerotinus 535.551
ſerpens 54.157
ſerpo,& eius compoſita 157
ſerpyllum 659
ſerra 449.666
ſerrati 666
ſerritus 449
ſerta 115
ſertum 158
ſertus, ſerta, ſertum, 158
ſeruans 236
ſeruaſſis 172
ſeruij laus 358
ſeruilia 532
ſeruilius 532.533
ſeruio 311
ſeruitia, cuius copia 194
ſeruitor 311
ſeruitus, tiſ. 51. 540. 542
ſerum 449.450
ſeruos pro ſeruus 658 659
ſerus,a,um 449
ſeſoſtris 451.537
ſeſqui 345
ſeſſilis 531
ſeſtertius 118
ſethiris 397
ſeticulus 453
ſeu 654
ſeuerus 455.515.525
ſeutum 105
ſex 659
ſexcuplex 260
ſextans 53
ſextilis 531
ſextilus 532
ſextus 661
ſexus 53
Si 468
ſi,ſubauditum 225
ſibe 91
ſibia 456
ſibila 327
ſibilo 659
ſibilus vel um 94. 455.659
ſibotes 553
ſibina 534
ſibylla 652.686
ſic 566
ſica,arius 457
ſicaminos 458
ſicania 457.501
ſicanus,a,um 457
ſiccine 579
ſiccinus 666
ſicco 666
ſiccus 666
ſicelis 457
ſicelia vel ilia 457
ſicera 581
ſicha 457
ſichæus.358.457.679
ſicharbas 679
ſiche 457
ſichem 458
ſicilices 527

ſiciliquus 457
ſiconius 457
ſicoris 557
ſicubi 656
ſiculus, ſicula, ſiculũ 457
ſicuti 558
ſicyon 394.687
ſicyonium 687
ſidentes 690
ſidicini 459
ſido 690
ſido, & eius compoſita 147
ſidon 36. 408. 458. 460
ſidonem 581
ſidonis 408
ſidonius 408
ſidus 690
ſidus Saturnus & Saturni 211
ſifilo 659
ſifilus 659
ſigæum 460
ſigalion 394.460
ſigar 460
ſige 460
ſigerius 515
ſigillatim 555
ſigillum 531.399
ſignifer 63
ſignificus 123
de Signis geminatis regula 245
ſignum 243
ſil 35
ſilena 463
ſilenus 461.463
ſileo 132.461
ſiler 30.116
ſilerus 515
ſilex 56
ſilianus 463
ſiligo 34.105.537
ſiliqua 530
ſiliquare 537
in Silis nomina 531
ſillius 561
ſiloa 396.461.463
ſimethia 464
ſimethis 464
ſimethus 464
ſimia, ſimiæ 464.491
ſimilax 55.412
ſimilis 240
ſimilis tui, & tibi 240
ſimillimus 650
ſimillime omnium. 330
ſimilo, as 241
ſimilus 464
ſimius, ſimia 464
ſimois 75. 397. 573. 580
ſimon, vel ſimo 408. 463.690.652
ſimonem 581
ſimplicitus 260
ſimul 463
ſimulacrum 398
ſimultas 72
ſin minus 201
ſina 465
ſinapi, vel pis, vel pe. 502.581
ſincipitium 657
ſinciput 35.657
ſindon 36
ſine 288
ſingillatim 555
ſingularis 254
ſingularitas geminata 214
ſingulariter aliquid dici venuſtius, quàm pluraliter 228
ſingulatim 555
ſingultim 563
ſingultim loqui 163
ſingultio 163
ſingulto, as 163
ſingulus 555
ſinis 655
ſiniſter 238
ſiniſtrorſum 575
ſino, & eius compoſita 155.156.465
ſinon 652
ſinope 549.550
ſinopeus 549
ſinopica 549
ſinopis 549
ſinum 107.118.465. 466
ſinus 120.465.466
ſion 394
ſiopao 607
ſiope 549.607
ſiopeſis 623
ſiphax 80
ſipho 468
ſiphunculus 468
ſipuntinus 468
ſipus 468.576.690
ſipylus 689
ſiqua 560
ſiquæ 599
ſiquæ, pro ſiqua 247
ſiquidem 403.468
ſiquis 403
ſiræum 472
ſiren 690
ſirenes 571
ſiri 472
ſiria 472
ſiriaſis 472
ſirius 471.472
ſirpiros 607
ſirynx 79
ſis 68. 170. 231. 573. 655
ſiſathia 683
ſiſenna 666
ſiſer 38.473
ſiſto 161
ſiſymbrum 473
ſiſyphus 690
ſitarchia 476
ſiteia 542
ſithon 475
ſithonia 684
ſithonis 475.476
ſithonius 475
ſitibundus 524
ſiticen 37
ſiticula 526
ſiticuloſus 526.527
ſitiens 236
ſitio 162
ſitire ſegetes 615
ſitis 81
ſiton 542
ſitos 476.674
ſitula 31
Slege 437
Smaragdinus 535
ſmaragdus 49.427
ſmeræa 449
ſmerea 385
ſmeria 450
ſmintheus 684
Sobarus 476
ſoboles 107.477
ſobrius 476
ſocaicandros 478
ſocer 63
ſochis 478
ſocius 240
ſocors 240
ſocrates 478.485. 504.618
pro Socrates, Sortes inepte dicitur 228
ſocraticus 504
ſocration 394.478
ſocrus 51
ſodalis 48.83.399. 478.499
ſodes 170
ſodomum 546
ſol 36.106.567
ſolamen 480
ſolanus 479
ſolarium 479
ſolatium 480
ſolea 491
ſolemus 511
ſolennia 105
ſolennis 480.666
ſolens 174
ſolers 55. 239. 480. 649.657.667
ſolidus 480
ſolius cum pronominibus 277.580
ſollicitus 239
ſolitudo 480
ſolpugium 528
ſolœ 604
ſolœciſmi variæ ſpecies 605
ſolœciſſare 185.507. 604.650
ſolœciſmus 185.205. 507.603. 604. 605. 650
ſolœcum 604
ſolœcophanes 604. 625
ſolœcus 185.507
ſolomon, ſolomonis, 408.408
ſolon 408
ſolopachium 528
ſolopichium 527
ſolor 175.480.545
ſolos 604
ſolox 57.438
ſolpuga 528
ſolubilis 524.554
ſoluendo 35.325
ſoluere captum 319
ſolum 62. 107. 108. 480
ſoluo 319.344.375
ſoluo, & eius compoſita 161
ſolus 243.244.480
ſolus deus eſt 207
ſolutilis 531
ſolutio 585
ſolutum 405.585
ſolutus riſus 161
ſolymi 545.652.688
ſomnus 285
ſonat hominem 321
ſonaurites 482
ſonchis 680
ſonipes 45.537.572
ſono, & eius compoſita 129.330
ſonorus 550
ſons 55.85
ſonus 482
ſoonantes 482
ſoreuſis 620
ſophia 391.581.603
ſophiſta, ſophiſtæ, 184.361
ſophone 483
ſophopichiũ 526.627
ſophos 31
ſophron 482.483
ſophronius 482.483
ſophroſyna 534
ſophroſyne 482.552
ſophtim 582
ſophus 184.462
ſopio 162.483
ſopnus 120.285.654. 661
ſopor 106.483
ſoporo, as 483
ſopronicus 482
ſora 485.662
ſoractes 83.485
ſoræ 485
ſoræſmos 619
ſorax 485
ſorbeo, & eius compoſita 138
ſorbillo 176. 532. 666
ſorbities 138
ſorbitio 138
ſordeo 132
ſordes 113
ſordeſco 177
ſorex 485
ſoria 620
ſorita vel ſorites 207. 541
ſoritæ 485
ſoropegus 508.509
ſoror 39
ſoros 485. 502. 509. 619
ſoroſapis 502
ſors 118
ſortes 113
ſorti 295
ſortior 166
ſoſia 486
ſoſides 486
ſoſius 486
ſoſpes 44
ſoſtratus 504
ſoter 72.409
ſotularis 46
Spæra 653.681
ſpacellus 510
ſpadicinus 535
ſpadix 56
ſpado 35.417
ſpargo, & eius compoſita 151.657
ſparſio 429
ſpaſio 429
ſpatha 107.683
ſpeciebus 102
ſpecierum 102
ſpecies 89.657
ſpecies deriuatorum 13
ſpecies nominum u

ſpecilla 642
ſpecimen 139.533.556 657
ſpecio,& eius compoſita 139.657
ſpectacula 115
ſpectat 315
ſpecto 139
ſpecular 71.555
ſpecularia 116
ſpeculor 165
ſpeculum, la 434. 555
ſpecus 52.103
ſpelæum 440
ſpelunca 440
ſperchesiades 518
ſperchesius 518
ſperchius 396.680
ſpernax 238
ſpernendus 240
ſperno, & eius compoſita 156
ſpero 605
ſphacelismus 510
ſphacelus 510
ſphacteria 517
ſphæra aut ſpæra 450.651.653.681
ſphærociſmus 450
ſphæromachia 672
ſphirena 471
ſphynx 79.443. 681
ſphyræna 514
ſpica 457
ſpicilegium 457
ſpico 457
ſpicum 107
ſpiculum 457
ſpicus, ſpicum 107. 457
ſpinter 38.689
ſpinthurnicium 527
ſpinthurnix 527
ſpinus,na 30.465
ſpio 395
ſpiramentum 650
ſpirans 236
ſpirare deam 331
ſpirena 472
ſpiritus 470
ſpithridates 684
ſplen 37
ſplendeo,ſplendes, 132
ſpleneticus 522.523
ſplenium 443
ſpoletanus,bar. 480
ſpoletinus 480
ſpoletum 480
ſpolia 115
ſpondaicum 365
ſpondeus 362
ſponde 362
ſpondeo,& eius compoſita 134
ſpongia deletilis 136
ſpons 102
ſponſalia 116
ſponſor 40
ſponte 30.102
ſpontis 101
ſpuo,& eius compoſita 142
ſpurcior 122
ſpurius 493
ſputamen 142
ſputum 142
ſputus 142
ſpyridion 689
Squaleo 421
ſquatinia 431. 534. 536
ſquilla 666
St 661
ſtaberius 515
ſtabilis 239.496.524
ſtabulum 26
ſtacte 61
ſtadium 341
ſtantyra 538
ſtapes 425
ſtaphilinus 534
ſtaphyle 689
ſtaphylus 689
ſtaſis 620.672
ſtat 271.315
ſtater 72.409
ſtatera 516
ſtateris 581
ſtathaces 683
ſtather,ſtathera 653. 683
ſtathius 431.653.683
ſtatim 431
ſtatina,ſtatinæ 534
ſtatineus 535
ſtator 161.404
ſtatuarius 65
ſtatuo,& eius compoſita 141
ſtaturus 404
ſtatus 432
ſtechas 434
ſtenelus 510
ſtelis 439.453
ſtella 665
ſtellifer 63
ſtellio 34.665
ſtemma 665
ſteno 444
ſtephanus 502
ſterilis 263
ſternax equus 156
ſterno,& eius compoſita 156
ſternuo 141
ſternuto 141
ſterquilinium 537
ſtertineus 535
ſterto,& eius compoſita 160
ſteſichorium 584
ſteterunt 406
ſthelenus 513
ſthenelus 674
ſthenio 443
ſthenobœa 385.674
ſthenos.663.674.684
á Sthenos compoſita 512
ſtichon 434
ſtichos 584.651.671. 674.679
ſtigo 460
ſtilla 666
ſtilbon 71
ſtillicidium,ſtillicidij. 666
ſtillo 666
ſtilus 461
ſtimele 510
ſtingo,& eius compoſita 149
ſtipelus 510
ſtipendium 468
ſtipes 42.468
ſtiphelus 510
ſtips 78
ſtipula 32.468
ſtipulor, ſtipulans. 175.468
ſtiria 471
ſtiricidium 471
ſtirps 54
ſtlata 431
ſtlataria 502
ſtlatarius 431
ſtlatum 661
ſtlitem 431
ſtlitium 661
ſtlocus 661
ſtlopus 483
ſto 564
ſto,& eius compoſita 128
ſtoa 396
ſtœba 434
ſtœchas 435.679
ſtœchion 610
ſtœchon 507
ſtoicides 397
ſtoicus 396.397.524
ſtola 479
ſtolo 480
ſtoma 185.671
ſtomachus 481.608. 653
ſtomachor 481
ſtorax 55.412.690
ſtrabo 414
ſtrages 73
ſtrategema 508.509. 622
ſtrategia 509
ſtrategium 509
ſtrategus 508.509
ſtratocles 430.670
ſtratonice 432
ſtratonicus 524
ſtratos 430.504.663. 674
ſtratoſthenes 684
ſtratum 108
ſtratus 552
ſtratus exercitus 156
ſtratygia 622
ſtratygos 622
ſtrena 443
ſtrenuiſſimus 126. 214
ſtrennuus 126. 240. 443.666
ſtrenuior 126
ſtrepo,& eius compoſita 157
ſtribiligo 604
ſtribus 118
ſtricte 149
ſtrictim 149
ſtrideo 134
ſtrido 147
ſtriges 571
ſtrigilis 84.460.461
ſtrigoſus 461.469
ſtringo, & eius compoſita 149
ſtrix 79.413
ſtrobilus 476.477
ſtrongyle 687
ſtrophæ 642
ſtrophe 61
ſtrophilus 689
ſtrotos 552
ſtructura 141
ſtrues 106
ſtruma 63.492
ſtrumoſus 492
ſtruo,& eius compoſita 141
ſtruthea 495
ſtruthio 491
ſtruthiocameli 495
ſtruthion 495
ſtruthius 495
ſtruthophi 495
ſtruthopodes 495
ſtrymon.463.569.690
ſtrymonius,a,um. 463
ſtudendi verba 309
ſtudeo 132.309
ſtudeo grammaticá, barbarum 310
ſtudioſus 238
ſtudium 490
ſtufa,bar. 603
ſtupa 468
ſtupeo 330
ſtuppa 468.650.492. 668
ſtuppeus,ſtuppea,ſtuppeum 668
ſtuprum 492
ſtylus 690
ſtymphalides 690
ſtymphalis 690.499
ſtymphalus 499.690
ſtypendium 488.690
ſtypa 468
ſtyppa 468
ſtyppon 668
ſtypo 468
ſtyps 690
ſtyrax 412.470.690.
ſtyx 516.690
Sua natura, & ſui 232
ſuadela 510
ſuadeo 306
ſuadeo, & eius compoſita 137
ſuagela 398.510
ſuaſit 375
ſuaueoleo 136
ſuauerubens 580
ſuauior 334
ſuauis 375
ſub 656
ſub cum accuſatiuo quinque modis.291
ſub cum ablatiuo ſex modis 291
ſub dio 394
ſub diuo,bar. 394
ſub lucem 605
ſub manu 291
ſubaudiendi modi ſeptem 225
ſubauditio 646
ſubauditio elegans. 224
ſubdoceo 336
ſubduco 145.333
ſubeo 162
ſuber 30.489
ſubiectum 228.233
ſnbigo 150.657
ſubijcio 139
ſubijt mihi, & me 273
ſubin 568.579
ſubinde 291.579
ſubiraſcor 165
ſubiungandi verba 306

ſubiunx 57
ſubligar 71
ſublimis 119.463.533
ſublino 157
ſubmoueo 135
ſuboleo 136.331
ſuborior 168
ſubrepo 339.446.659
ſubrideo 137
ſubruo 142.656.659
ſubſannare 664
ſubſcribo 143
ſubſcriptio 630
ſubſcus 51
ſubſolanus 545
ſubſtantiua ex adie-ctiuis 83
ſubſtantiuata ex Valla 188
ſubſtantiuum 12
ſubſtantiuatum neutri generis tribus modis declaratur 188
ſubtel 35.100
ſubter 285.292
ſubtero 158
ſubterraneus 501
ſubtilis 531
ſubtraho 152
ſubtus 292
ſubucula 94.488. 650.667.
ſubuerſor 165
ſubuerto 160
ſubula 489
ſubulo 489
ſubulones 489
ſuccarum,bar. 663
ſuccedo 148.339
ſuccendo 145
ſuccenſeo 131.311.313
ſuccerda 61.489
ſuccerno 156
ſuccidaneæ 529
ſuccidia 60
ſuccidium 668
ſuccido 668
ſucciduus 529.668
ſuccino 156.657
ſuccinum 534
ſucciſiuum 668
ſuccreſco 144
ſuccubi 129
ſuccubo 129
ſuccumbo 129
ſuccurro 158.659
ſucceſſor 141
ſucquatio 659
ſucro 436
ſuctus,us,ui, 151
ſudes 490
ſudo 334
ſuel 70
ſueſco, & eius compoſita 144
ſuffecius 506
ſuffectus 139
ſuffero 169
ſuffetius 522
ſufficit 313
ſufficio 139.656.659
ſuffio 174
ſuffoco. 477.543.656 658
ſuffragium 498.659
ſuffrago,inis 498
ſuffragor.165.311.498 654
ſuffringo 150
ſuffulcio 164
ſugeo 138
ſuggero. 158.656.659
ſuggeſtus 158
ſugo 151
ſui 101
ſui cauſa,& ſua 232
ſui ſeruator, & ſuus. 231
ſuile 531
ſuiſmetipſis 92
ſulmo 29
ſulla 668
ſultis 170
ſum tantum verbum ſubſtantiuum 206
ſum cuius coniugationis 16
ſum, & eius compoſita 169.308
ſumen 71
ſummanus 668
ſummatim 668
ſummergo 151
ſummiſſus 160
ſummitto 160.656. 659
ſummurmuro 659
ſumo, & eius compoſita 155
ſumptifacio 271
ſunto,&c. 605
ſuparium 468
ſupellex 55.95
ſuper 122
ſuper, aduerbium. 292
ſuper cum accuſatiuo 291
ſuper omnes 255
ſuper vnde ducatur. 285
ſuper cum ablatiuo. 291
ſupera pro ſupra. 285
ſuperat 313
in Superbiam Chriſtianorum 205
ſupercilium 461
ſupercubo 129
ſupereſt 313
ſuperi 110
ſuperior 252
ſuperlatiuus 13
ſuperlatiuꝰ inter duo 253
ſuperlatiuus cum genitiuo 243.250
ſuperlatiuus poſitiue captus 256
ſuperlatiuus capitur quatuor modis.250
ſuperlatiui expoſitio. 254
in Superlatiuo continetur res excedens. 253
ſuperlatiua ſine negatione 249
ſupero 332
ſuperuo 339
ſuperſcriptio 631
ſuperſedeo 134.347
ſuperſtes 44.240. 241
ſuperſto 128
ſuperſum 169.308
ſuperus 124.515
ſupina diſſyllaba.404
ſupinare 536
ſupini definitio 326
ſupini regimen 320. 326
ſupinum quid.16.126
ſupinũ in u cum verbo motus 326
ſupinus 536
ſuppactor 150
ſupparus.52.94.491. 650
ſuppedaneus 501
ſuppedito 508
ſuppetiæ 103
ſuppetias venire 297
ſuppetit 315
ſuppeto 160.315
ſuppingo 150
ſuppleo 136
ſupplex 85
ſupplicaſſis 172
ſupplico 130.335
ſuppono 656.659
ſuppoſititius 541
ſupprimo 155
ſupra 285.559
ſupra vnde ducatur. 285
ſupra & ſuper differunt 285
ſupra pro vltra 285
ſupra iuſtum 285
ſupra quàm 282
ſupremus 124
ſurdeo 132
ſurdeſco 132
ſurgo, & eius compoſita 149
ſurpite 185
ſurpitis 604
ſurrepo 656.659
ſurreptitius 541
ſurrentum 668
ſurrigo 149
ſurrupio.140.656.659
ſus 51
ſus pro ſurſum 287
ſuſana 494.501
ſuſceptibilis 238
ſuſpendo 146
ſuſpenſus 146.237. 263
ſuſpicari 139
ſuſpicio,verbum 139. 654.657.659
ſuſpicio, nomen 139. 543
ſuſpicor 543
ſuſpiro 538. 654.661
ſuſque deque 447
ſuſq; deq; fero 287
ſuſtendo 146
ſuſtento 131
ſuſtineo 131.654.659 661
ſuſtollo 154
ſuſtuli 654.659
ſuſurro 494
ſuſurrus 494
ſuthul 494
ſuum ſubſtantiuum. 351
ſuus 232.350
ſuus ſibi 352
ſuus pro ſis 276
ſuus pro proprius. 351
Syagrus. 674
ſyæna 514
ſybarita,icus 540
ſybaris 690
ſycambri 690
ſyci 651
ſycomorus.457.458. 551.651.674
ſycophanta 33.458. 457.551.674
ſycos 457.458.551. 674
ſycoſis 458
ſyderatio 510
ſydus 77.690
ſyene 690
ſyla 461.660.690
ſyleo 668
ſylla 66.662.690
ſyllaba 649.651.656 668.674.690
ſyllaba finalis 585
ſyllaba media 496
ſyllabicæ adiectiones. 91.562
ſyllacæum 496
ſyllepſis.217.612.650. 660.674.668
ſyllo 531.668
ſynapi 34
ſylloge 621
ſyllogiſmus.544.621 650.668
ſyllogizo 621
ſylo 461
ſyloſum 690
ſylua 375.690
ſylueſter 27.121
ſyma 690
ſymballota,bar. 464
ſymbamatica cõſtructio 350
ſymbolum 185.674
ſymbruium 543
ſymeon 652.690
ſymmachus.672.674
ſymmathetes 674
ſymmetria. 674
ſympathia 674
ſympiega 508.686
ſymphoneſis 585
ſymphonia 391.547 581.625
ſympoſiarcha 553. 674
ſympoſiaſtes 553
ſympoſium 553
ſympota 33
ſympotes 553.674
ſyn 508.518.651.660 690
ſynæreſis 64.364. 610
ſynagoga 498.544. 654.661.674
ſynalœpha 370.514. 674
ſynanche 33.670
ſynas 465.690
ſyncærus. 119.516.651
ſyncerus 288.674
ſyncheſis 617
ſynciput 651.674
ſyncopa.59.609.651. 674
ſyndeſmos 612
ſyndeſis 519.607
ſyndeton 612

ſynecdoche 233.616
ſynecdoche duplex 23
ſynecdoche oratori fugienda 234
ſynecdochicos 616
ſynechesis 679
ſynechon 679
ſyngraphum 118
ſynhedra 507
ſynnas 466
ſynodos 575
ſynæreſis 373
ſynodus 49.661.672
ſynœceoſis 624
ſynœceſis 518
ſynœſis 624
ſynonymũ 12.335.548 651. 654. 673. 688
ſyntaxis 185.651.674
ſyntereſis 516.517.518 655.690
ſyntheſis diffinitio 221
ſyntheſis in relatiuo & antecedẽte quinque modis fit 222
ſyntheſis in nominatiuo & verbo duobus modis fit 223
ſynthetõ 520.612.674
ſyntomia 606.607
ſyntomos 607
ſypharium 468.502
ſyphax 413.467
ſyraco 520
ſyracoſius 497. 552. 558.576
ſyracuſæ 472. 497. 558
ſyria 470. 471. 472. 690
ſyridama,male 529
ſyri Damæ 500
ſyrinus 690
ſyrinx 690
ſyrma 68.614.674
ſyrmos 614
ſyro 531. 614. 674. 690
ſyron 469
ſyronides 469
ſyronius 469
ſyros 662
ſyrtes 572
ſyrtis 74.573
ſyrus 470.691
ſys 674
ſyſimithes 683
ſyſimithres 690
ſyſtole 610.690

T

T litera Græca.529
t ante alias conſonantes 653.662
t in alias literas mutatio 660
t mutatur in d 259
t̃ 654
tñ 654
tabanus 452.531
tabe 561
tabellarius 65
tabeo 132
tabernaculum 497
tabes 104.415
tabraca 415
tabulatum 509
tabum 104.415
taceo 133.657
tacitus 329
tacompſo 679
tactio 330
tæda 437.651
tædet,tum 277.651
tædia 437
tædulus 437.642
tæna 445
tænarum 445
tænarus 94.445
tænia 445
tæter 454.651
tætrare 454
tagax 418
tago 418
tagus 418
talæmeneus 512
talaon 421
talaonis,idis 421
talaus 383.421
tale 193
talea 421
taleare 421
talio 34.421
talos 420
talthybius 684.691
talus 66.419
tam. 199.255.257.599
tamarica 525
tamarix 527
tamathaim 582
tamen 421.568
tamino 500
tamos 421
tanaco 35
tanais 691
tanaiticus 541
tanaquil 502.567
tandem 660.247
tango,& eius compoſita 150.657
tangredus 508
tanquam 660
tantalis 499
tantalus 499
tanti 270
tantiſper 230.647
tanto 255.564
tantum 255
tantundem 103.655. 659
tapetes 42.571
taphe,es 622
tapheus 622
taphiuſſa 466
taphos 622
taphoſiris 539
taphrœ 604
tapinoma 537
tapinophroſyne 608
tapinos 608
tapinoſis 537.608
taprobane 501.543
taratantara 516
tarchetius 680
tarcho 680
tarchon 680
tarnam 520
tarraco 425.427
tarrutius 664
tarquinus 535
tartarus 94.503
tarteſſus. 505.519.666
tarteſus 519
tathas 683
tatto 651
taurominita,anus.535 540
taurominum 535
taurominitanus.540. 542.546
taurubule 555
taurus 606
tautologia 606.655. 682
tautotes 606
taxis 172
taxo 270
taxus 30.118
taygete 382.686
taygetus. 94.382.686
Te 92
teatus 505
tecethæus 435
teche 651
techna 669.674
technice poſita dictio 202
technologus 544
tecmeſſa 378
tecum 579
teecoon 440
tegea 437.559.581
tegeaticus 505
teges 73
tegeticula 525
tegimen 556
tegnon 378
tegula 437
telchines 536
teleboæ 440
teleboas 440
telebos 441
telebous 440
telegonus 440
telemachus 440.511
telemeſſus 519
telemus 440
teleo 614
telephonum 440
telephus 440.514
teleſterium 517
teleta 523
teleuton 614
tellus 26.51.77.545. 665
telmeſis 518.519
telmeſſus 519
telmiſſus 519
telo 440
telomeneus 513
telon 439
telonæus 651
à Telos compoſita. 509. 510. 651. 665. 670
telum 665
telyphonium 441
telys 688
tema,bar. 551
temeſe 518
temeſus 518
temetum. 65.442.522
temmeſſus 519
temneſus 519
temno 618
temno, & eius compoſita 155.156
tempe 33.561
temperatus 238
tempero 319
tempero iram 319
tempero ſtylum,vinũ 319
tempero à lachrymis. 319
temporale 13
tempore & tempori. 295.658
temporis accuſatiuus nõ differt ab ablatiuo 340
temporis caſus 339
temporis ſignatio. 630
temporius 125
temptare 655.662
temptatio 655
tempus 11.76.363. 575.655
temulẽtus. 404.442
temulus 442
tẽn' 568.569
tena,vel ne 444
tenarus 502
tenax 238
tendo 647
tenea 444
tenebræ 113.505.568
tenedos 508.616
teneo 269
tener 63
teneſmus 444
tenor 11
tenos 443.444
tenthyra 538
tento 655.662
tenuior 126.600
tenuis 264.373
tenuiſſimus 126
tenus nomen 279
tepefacio 508
tepefacis 580
tepeſis 580
tepeſco 177.133
tepeo 133
in Ter Græca 409
tera 450
terapne 378.662
terebinthus 684
teredo 35.69
terentiĳ caſtigatus locus 198
teres 44.572
tereus 449.450
tergeo,& eius compoſita 137
tergiuerſor 165
tergo,& eius compoſita 151
tergum 76
tergus 76
termes 42.410
termeſſus 519
termeſus 519
terminationes participiorum quot 18
ternæ Athenæ 218
termio 34
tero, & eius compoſita 158
terpſilochus 680
terra 431.666
terreo,& eius compoſita 131.666
terribilis 524
terrigena 33
terruerunt 406
tertio & tertium cõſul 262
tertiuſdecimus 260
teruncij facere 272
teruncium 108
teſqua 115
teſſera 666

teſſimanus 501
teſtha 684
teſtilis 531
teſtis 48
teſtiuilicium 456
teſtor 165
teſtudo 69.554
tetantæchines 507
tetanicus 505
tetanus 505
teter 62
tethys 75. 453. 569. 573.652.691
tetra 453.674.
tetrabolon 543
tetracomius 546
tetradoron 453.550
tetragonus 547
tetralix 453.454
tetrametrum.584.585 674
tetraptotum 99
tetrarcha 32.674
tetraſtrophon 584
tetrax 454
tetricus 526
tetrinnire 453
tetrix 453
tettigometra 520
tettix 520
teucer 27
teuchos 673
teudotus 553
teuropides 550
teutates 504
teutoni,nes 564
teutonus 682
teutoſagus 552
texo 161
textilis 161.531
textrina 118
textum 162.181
textus 162
Thabor 71
thais 382
thalæſius 519
thalamos 622
thalamus 653.682
thalaſſius 664.682
thalea 682
thales 419.682
thaleſtris 682
thaletis 682
thalia 393.520.682
thalis 682
thalpius 682
thamanthis 682
thamiris 682
thamos 421
thamus 421.424
thamyras,vel ra 688
thanatos 475.653. 682.684
thannáta 582
thara 682
thargelia. 510.511. 682
tharritas 664
thaſij 682
thaſos 428.682
thaſſalicus 450
thaſus 429
thauma 682
thaumantias 682
thaumas 682
thea 384.392
theætetus 523
theanum 385.459
theate 505
theatrum 505.653. 674
thebæ 433
thebais 82.433
thebe 434.653
theca 118.434.674. 682
thecla 682
theclamenes 682
thelaira 538
thelegon 547
theletuſa 522
thelyphonium 549
thema 68.441.653. 674.682
themillas 666.682
themis 74.679.682
themiſtocles 682
themneſus 519
thenſa 674.682
thenthyra 684
theodoride 551
theodoricus 524
theodorus 388.533
theodoſia 552
theodoſius 373.552
theodulus 555
theologia 180
theologumena 66
theologus 652. 674
theomai 518
theophilus 549.653
theophorus 649
theorema 68.551.552
theoreſis.551.518.552. 682
theoreticus 552
theoria 552
theorica 653
theoro 674
theos 388.653.674. 682
theotimus 533.534
ther 409.449
thera 449.450.682
therapne 482
theraſſia 450
theriaca 449.450
theriace 61
therianaria 450
thericlus 450
theridamas. 449.682
theriotrophium 450
thermæ,arum 113
thermeſus 518
thermodoon 544. 682
thermopylæ 463
thermopyle 673
therinos 535
thero 449.682
theromedon 507
theron 449
therſites 542
theſeis 528
theſeus 682
theſides 528
theſis 451.610.617. 621. 625. 653. 669. 682.674
theſmophoria 682
theſpiæ 682
theſſalia.442.653.666
theſſalonica 525.581. 666.672
theſſalus 525
theſtor 682
theſtylis 531.682.691
theta 475.682
thetis 453.454.573. 653.682.683
theton 608.612.624. 625.674
theton cum compoſitis 520
theumeſus 518
theuton 547
theutonici 547
theutyra 691
thia 679
thiadamas 682
thias 682
thiaſus 682
thiodamas 395
thiodes 544
thioneus 682
thuſſagete 523
thita 30.475
thoas 396.681
thoes 297.682
tholum 682
tholus 65.682
thomas 653.682
thomen,eon 546
thomolos 546
thon,thonos 682
thonis 482
thonites 541
thonitus 482
thonites 482
thoon 682
à Thoos compoſita. 684
thoota 682
thoraces 571
thorax 55.485
thos 76.397.411.682
thous 682
thrace 416
thracia 653
thraicius 382.682
thrailus 532
thraſibulus 555
thraſileon 682
thraſius 429
thraſo 674.682
thraſos 674
thraſus 428.682
thraſybulus. 682.690
thraſyllus 668.682. 690
thraſymenes 690
thrax 55.606.653
thrax , vel thrix , vel threix 682
threicius 682
threiſſa 682
threni 444
threnodia 444
threnodis 444
threnoes 444
threnos 655.682
threſſa 666.682
thrinacus 682
thronus 653.682
thrybon 691
thyreſſa 682
thryis 682
thucydides 529.687
thule 461.463.491. 682
thumeon 546
thumnus 682
thurinus 682
thurion 682
thuris 493
thus 30.575.653.682
thuſci 658
thuſcia 682
thuſcus 682
thuſſagetæ 498
thyias 393.691
thyaſus 682.691
thyella 682.691
thyeſtes 28.562.683
thyle 461.491.691
thymateria 500
thymber 682.691
thymbra 682.691
thymbræus 682.691
thymele 510.682.691
thymelici 510
thymelicus 682.691
thymiama 500
thymiaſis 465
thymiaterium 516. 517
thymus,ynnus. 427. 691
thymus vel thymum 463.682.691
thynus 682.691
thyoneus 691
thyra 674
thyre 691
thyrſagetæ 498.523
thyrſagetes 498.522
thyrſis 682.691
thyrſophorus 691
thyrſus 682.691
thyrthæus 691
thyſbe 682.691
thyſſagetæ 498.691
Ti pro ci 654
tiara 502
tibareni 456
tiberani 456
tibi neque nocui, neque iuui 219
tibia 456
tibicen 37.407.456. 526.461
tibula 456
tichobates 458
ticinus vel um 457. 458.535.536
tifata 468
tigenna 666
tigillum 399.531
tignus 118
tigres 573
tigris 74.81
tile 461
tilia 462.463
in Tilis nomina 531
tim 92
timæus 388.464
timagenes 464
timantes 463
timanus 508.689
timarchus 464
time 464.465.533
timeus 236
timeo 133.317.605
timeo de te 317
timidus 237
timo 388
timocrates 464
timoetas 522
timoetes 464. 522
timolaus 464
timoleon 464
timolus 480.545
timomachus 464
timopolæ 465
timorumai 676

timorumenon 675
timos 76
timoſthenes 464
timotheus 388. 464. 533.553.581
timoxenus 465
timpus, bar. 655.658
timuchus 465
timum 555
tinarus 466
tinaſſo 618
tinea 466
tines 466
tinguo 149
tinias 466
tinio 536
tinnitus 616
tintinabulum 536
tintino 536
tiphata 468
tiphis 520
tiphys 468.652.689
tireſias 471
tiryns 690
tirynthia 684.690
tirynthius 690.470
tis 231.573
tiſamenes 513.514
tiſiphone 547
τίτας 547
titan, titanis 36. 70. 475.568
titaneus 475
titanis 475
titanius, vel nus 475
titareſius 519
titareſus 518..519
tithonus 475.584
tithraſiæ 684
tithraſus 684
titillo 475.666
titinius 458.535
titinnio 536
titio 34
titiuilicium 527
in Titius nomina 541
titubo 174
titulus 398
tityrus 475.652.691
Tlepolemus 446
tlos 411
Tmarus 482
tmeſis 274.618
tmeſis in proſa 274
tmolus 377. 480. 546
Tobias 477
toga 293.479.657
togatulus 479
togatus 479
tógorma 582
tolero. 479.649. 667
tollero, bar. 603
tollij 306
tollo, & eius compoſita 154.306
toloſãs 579
toloſtobogi 544
tomaclum 481
tomaculum 65.481
tomarus 482
tome 480.481.607
tomentum 65.480
tomi 481.546
tomita 481.540
tomitanus 481.542
tomo 391
tomorus 481
tomos 481.607
tomurus 482
tomus 481
tomyris 481.688
tondeo, & eius compoſita 134
tongilion 394
tono 129.482
tonſæ 134
tonſor 134
tonſorius 134
tonſtrina 134
tonum 482
tonus 482
topaſius 65
toper 641.642
tophaceus 483
tophinus 483
tophus 478.483
topographia. 621.674
topos 621.674
topotheſia 621.674
toral 35
toranius 485
torcular 71.555.570
torculum 555
toreuma 68
toria 663
torini 535
tormen 642
tormentum 137
tormina 671
torpedo 189
torpeo 133
torpor 133
torqueo, & eius compoſita 137
torquis 47
torrefacio 131
torrens 54.667
torreo, & eius compoſita 131
torreſco 131
torris 46.119.667
tortellyus 666
tortilis 137
tortor 137
torua 562
tot 36.244
totidem 36.270
toties 655.661
totus 488
toxicum 304
Tra 422
trabigilus 415
trabs 53
trachin 416.679.687
trachyma 679
trachyn 679
trachys 75.679
tracto 152.657
trado 147.660
traduco, cis. 144.338. 660
tradux 57
tragema 418
tragicum 584
trago 419
tragœdia 508.509. 650
tragos 419
tragula 418
tragurus 419
trahea, vel traha 152
traho, & eius compoſita 152.652.678
traiectus 139
traijcio 139.338
tralatum 285.660
trallis 85.664
trames 42
tramitto 285.422
tramulius 555
tranchira 680
tranio, us 424
trans 234.338
tranſcendo 660
tranſcribo 660
tranſdo 285
tranſduco 285
tranſfero 169.338
tranſfigo 151
traoſfodio 140
tranſfuga 33
tranſfugio 140
traoſgredior 167
tranſigo 150
tranſiiio 164
tranſitiuum verbum. 303
tranſlatum 660
tranſtra 116
tranſumo 654.659. 660
trapeza 663
trapezita. 32.543.663
trapezus 576
traſimachus 429
trebatius 433
trebius 433
trebonius 433
trebula 433
trechin 362
trechus 679
tremendus 154
tremo, & eius compoſita 154
trepidi rerum 237
trepidus 237
trepo 614
treueri 515
treuir 62
tri 403
trias 73
tribonianus 536
tribrachus 362.496
tribula 456
tribulis 555
tribulum 456
tribulus 456
tribunal 35.567
tribunuſplebis 58
tribus 50
tributus 119
tricæ 113.457.458
tricæ apinæque 457
triceni 457
triceni pro trigeni 261
triceps 460
triceſimus 656.659
trichila 532
trichora 551
triclinium 536.537
tricies 457
trico 458
tricolon 479.545. 584
tricorpor 40
tricuſpis 48
tridens 53.84.459. 460
triduum 458
triduũ, duanus 460
triental 35
trierachus 516
trieris 516
trieteris, icus 516.522
trieterica ſacra 516
trifaux 57
trifidus 404.528
triformis 460
trigæ 112.403.460. 461
trigenes 45
trigeſimus 659
trigeſimus, vel triceſimus 457
triginta, geſimus. 460
triginta annos natus. 340
trigon 70.460.547
trigonum 548
trigonus 547
triboria 552
trijuga 555
trijugi 119
triliogulis 461
trilix 456.461
trimetrum 584.585
trimita 540
trimus 398
trinacria 457.465
trinoctius 466
trinodis 466
trinus 398
trinus pro tres 261
trioboli 543
trioboli vel triobolaris 229
triobolon 543
triochala 544
tripes 572
tripherus 515
triphillis 468
triphylis 532
triphylia 532
triplex figura 212
tripodes 571
tripolis 81
trips 68
tripterium 517
triptolemus 511
triptotum 99
tripudia 115
tripudium 554
tripus 51.441.576
triquetra 457.522
triquetrus 522
triſte lupus 188
triſtega 508.509
triſtegos 509
triſtrophon 584
triticum 475
triton 70
tritonia 548
tritura 158
triturare 158
triuialis 184
triuertex 552
triuia 476
triuicus 476.526
triuium 476
triumpho 311
troades 497
troas 396
trochæus 362.653. 680
trochaica metra 586
trochaica quarta 365
trochaica tertia 365
trochaicum archilochium 592
trochaicus quartus. 585

trochaicus tertiꝰ 585
trochilos 532
trochilus 680
trochiſcus 680
trochus 680
troes 397.571
troeze vel trœzene 455
trœzen,ni 455
troia 396.397
troiades 497
trollus 397
troiugena 61.397
troius 396
trope 614
trophæa 581
trophæum 651.675
trophe 396
trophium 396
tropis 482
tros 76.411.574
trucido 489.528
truculentus 404
trudes 42.490
trudo,& eius compoſita. 148.490
trulla 668
trullium 668
truncatus verſus.584
truncum carmẽ 584
truncus 263
trutina 534
trutino 534
trux 80
trymo 690
Tuapte 562
tuber 38.489
tuberculum 489
tubero 489
tubicen 37
tuburcinor 642
tuder 490
tuders 490
tudertum 490
tudes 42
tudiculare 490
tudito 490
tueor 166
tuguri,pro rij 604
tugurium 64. 490. 557.657
tui aliquid, & tuum aliquid 232
tui amor 231
tulerunt 406
tullium 555
tum 645
de Tum regula 219
tũba,pro tymba 691
tumeo 133.497
tumidus 133
tumor 133
tumultus 491
tumulus 491
tundo, & eius compoſita 147
tunica 492
tunicatus 329.407. 504
tuo,pro tui,paſſiue. 231
tuor, & eius compoſita 166
tura 682
turba Diania 570
turbatur 302
turbidus 237
turbo 69
turca 33
turgeo, & eius compoſita 138
turgeſco 130
turia 28
turius 493
turtur 40
tus 682
tuſſilago 82
tuſſis 81.107
tutanus 494
tute 92.562
tutela 166.494.510. 660
tutelaris 494
tutemet 92.512.565
tutia 495
tuticanus 358.495
tutius 495
tutor 166.494
tutulina 494
tutus 329
tuus amor 231.232
tuus pro tis 276
Tyara 41
tyaras 41
tybarni 456
tyberis,inus 691.515
tyberius 455.515. 516
tybur 29.456
tyburnus,na 456
tyburs 68.456. 490.691
tyburtinus 691
tyburtus 466
tycha 691
tycinus 534
tydeus 459.690
tydides 690
tygres 572
tylis 461.463
tylus 691
tymætas 691
tymba 691
tymber 65
tymbeus 610
tymœtes 691
tymolus 377
tymothœ 553
tympaniſta 27
tympanum 692
tyndaridæ 691
tyndarides 691
tyndarus 691
tynnicus 669.691
tynichus 466
typhœus,oius 389
typhoeus 397.468. 691
typhon 468.691
typhona 548
typhone 549
typos 620.651.663. 674
typoſis 620
tyra 470
tyrannis 74
tyrannus 49.664. 691
tyras 470.691
tyrditana 691
tyrea 385.691
tyres 470.691
tyreus 690
tyrianthinus 535.536
tyridates 471.472
tyriotes 691
tyrna 691
tyro 34.469.691
tyrocinium 543
tyron 690
tyros vel tyrus 470. 538
tyrrhenus 669.682. 691
tyrrus 691
tyrtæus 390
tyrtheus 691
tyrus 470.527.691
tyſis,bar. 684
tytides 528

V

V literæ mutatio. 658
v conſonans 656
v in vltimis ſyllabis. 565
v & u differunt 649
v liquidum 375
v pro i 555
v pro i vſurpatio 658
vacca 663
vaccinium 416.536
vacerra 666
vach 678
vacia 33.416
vacienus 416
vacillo 416.417.532
vaco 314.663
vaco à labore 314
vacuus 263
vado,& eius compoſita 148.417
vador 417
vadum 417
væ 438.651
væ in compoſitione. 224
væcors 239.263.435. 438.650
vægrandis 437
væh 224.380.562
væneo 174.445.651
vænui habere 271
vænui ſubiicere 271
vænundo 128.651
vænum 445.651
væpenis 438
væſanus 438
vafer 62
vagedruſa 508
vageſus 518.520
vagina 419
vagio 419
vagor 419
vagus 343
vah 560.567.655. 678
vaha 678
vaicus 526
valaci 497
valameris 516
valde 563
valdius 563
vale 171.563
valedico 562
valedictio 628
valens 420
valeo 133.271
valeo cum accuſatiuo pretij 271
valen 579
valerianus 421
valerij locus 220
valerius 421.515
valerus 515
valetudo 133.542. 543
valetudinarius 133. 171
valide 563
validus 237
valitudo 542.543
valla taxatur ab Hermolao Barbaro.192
valla à multis inepte reprehenſus 251
vallæ erratum 219
vallæ laus 220.251
vallæ locus 196.207 251
valles 119
vallis 45.664
vallo 664
valor 216
valoris nomina 269
vallum 119.664
vallus 119.664
valuæ 113
vangiones 407
vannus 50
vanus 239.264
vapor 71
vapos 76
vappa 424.664
vapulo 174.346.425
variatio 202
varicoſus 427
varicus 412
varietas 520
varillus 427
varius 427
varix 56.412
varro 425.664
varrus 425.664
varus 427
vas 98
vas,vadis 41
vas,vaſis 41
vaſatæ 505
vaſcones 408.571
vaſidius 419
vaſillum 399
vaticanus 526
vates 44.431
vatineſſa 431.535
vatinius 431
vau litera 658
Vbi 297
vbi tribus modis capitur 298
vbi primum 257
vbicunque 430
vbique 403.543
vbique itineris 230
vbiuis 404
Vdo 34
Ve 579
vecatus 435.505
vechires 538.539
vectidius 529
vectigal 530
vectigalia 108
vectones 407
veges 45
vegetus,to 522
vegrandis 446
vehemens 511.512. 653.675.678
vehes 107.152
vehiculum 152
veho 678
veho,& eius compoſita 152
veij 668
veiouis 446

vel 70.219.567
de Vel regula 219
velabrum 440.496
veleda 507.508
veles 43
velia 611
velicer 440
velis 573
veliternus 543
vella 658
velle 30.665
vellico 176
vello,& eius compoſita 153.154.665
vellus 77.665
velum 665
velut 655
veluti 558
vena 443
venabulum 496
venafranum 497
venafrum 497
vendicandi verba 306
vendico 655
vendito 177
vendo 147.270
veneficus 508
veneno armare 615
venenum 443.508
veneo 133
venerabilis 633
venetiæ 104
venetus,tia, 450.522
veniam dandi verba 312
venilia 532
venio,& eius compoſita 163
venit in mentem de illa re, & illa res 273
veno,venis antiq. 574
venor 443
venſica 527.655.661
ventilabrum 496
ventilo 333
ventres 419
ventrimani 539
venucula 443
venus 26.51.77
venuſia 558
venuſinus 535.558
vepicus 446 527
vepres 87.119.446
ver 32.570
verædarius 508
verædus 508
veramundus 449
veratrum 505
verba contrarietatis 241
verba cum duobus datiuis 301
verba dare 201
verba effectiua 342
verba exceptæ actionis 201
verba pretium ſignificantia 270
verba proximitatis. 241
verbi ſubſtantiui vim habentia 207
verbale 13
in io Verbalia regunt caſus ſuorum verborum 228
verbalia in ſor 40
verber 38
verbera 116
verberis 101
verbero 666
verbi perſonalis duplex ratio 203
verbi ſubſtantiui elegantia 206
verbigena 33
verbum in participiū eleganter mutatur. 349
verbum generale, facio, dico 225
verbum imperſonale. 301
verbum perſonale. 301
verbum perſonale,triplex 303
verbum quid 16
verbum ſubſtantiuū. 206
verborum diuiſio 301
verecundor 165.506
verecundus 506.507
veredus 448
verenda 115
vereor 165.448
veretur 278
vergilius 658
verginius 536
vergo,& eius compoſita 152
veriloquium 185
vermis 46
vernaculus 496
vero 449.564.565
verona 448
verones 449
veronica 527
verres 42.666
verriculum 158.666
verro,& eius compoſita 158.666
verruca 666
verſicolor 40
verſo 160
verſus 237.286.361
vertagus 498
vertex. 55.80.655.657
vertigo 530
verto,& eius compoſita 160.655
veru 89
veruactum 108
veruex 80
veruntamen 580
veſagus 451
veſanus 451
veſcor 166.285.335. 343
veſeris 451
veſeuus 451
veſogothus 553
veſper 38.63.119.659
veſpere 658
veſpere ſabbathi 295
veſperi 295
veſpertilio 532
veſpertinus 119.535
veſperug 567.609
veſperus 119.522
veſter 655.657
veſter pro veſtrū. 276
veſtibulum 26
veſtiendi verba 336
veſtigium 530
veſtigo 460.530
veſtimentum 556
veſtis 659
veſtras 579
veſtri puer 232
veſtrum 231
veſuiæ 451
veſuius 451
veſulus 451
veſuuius 451.558
veter 124
vetera 116
veteraſco 178
veteri 82
veternum 453
veterrimus 124
veto 129
vettonia 549
vetus 51
vetuſteſco 178
vexare 608
Vfens 493
Vgo 491
Viaticum 504
vibex 55.412
vibidius 456
vibius 456
viburnum 456
vicatim 504
vicecomes 580
viceni pro vigeni. 261 457
viceſimus 517.656. 659
viceſimus vel vigeſimus 457
vicies 457
vicinus 240.241
vicis 101
vicrobon 543
victito 161.344
victores 136
victrix 57
victus 88.161.237
vicus,&c. 457
vidén' 568
videns 55
video,& eius compoſita 134.459
videor 207
vido,antiq. 562
vidulus 460
viduo 344
viduus 263.459
vieo 136
vigeo 132
vietus 136.522
vigeſies,barbarū 261
vigeſimus 659
vigeſſis 460
vigil 36.240
vigilandus 328
vigilatus,a,um 328
vigili 531
vigilius 531
viginti 460.658
vigintiduo 580
vigor 132
vileo 132
villa 658.666
villus 666
vin' 568
vinacea 115.496
vinalia 105
vincio,& eius compoſita 163
vinco 144
vinculum 163
vindelici 510
vindemiator 511.642
vindemitor 511
vindex 57
vindiciæ 642
vindico 332.655
vinum 103.465
vinum fæcatum 435
vir 25.62.570
virago 497
vireſco 470
virgili 531.579
virgilij locus 199
virgilius 658
virginia 534
virginius 534.536
virgo 69.565
virgula 582
viriattus 504
viridaſius 503
viridia 105
viridis 240
virilia 116
virilis 531
viritim 541
vironice,ca 527
viroſus 470
virulentus 404
virus 53.100
virtus 51.575
vis 74.104.573
viſceris 101
viſcum 107
viſcus 77
viſellius 473
viſo 176.340
viſumen 492
viſurgis 473
vita 106.473
vitalianus 499
vitalis 499
vitelliani 474.500. 665
vitellius 473.474. 665
vitellus. 69.473.474
vitex 55
vitia orationis 603
viticula 527
vitiligo 34.475
vitis 475
vitium 473. 474. 660
vitium in appoſitione nullum 212
vito 474
vitrum 107
vitulus 474
viuaria 115
viuendus,a,um 324
viuiſco 178
viuit aſinum 331
viuo,& eius compoſita 161
Vlal 582
vlciſcor 167.334
vligo 34.491.530
in Vlis nomina 555
vlius 491
vlli preci 403
vllus 245.668
vlmus 30
vlricus 524
vls 282
vltimus 125.244.330
vltra famam. 285.560
vltra quam 282
vltrix 57
vltro citróque 298
vlula 491
vlyſbona 688

vlyſſes 572. 650. 652. 659.669.688
in Vm aduerbia 255.256
vmbilicus 527
vmbri 658
Vnâ 559.578
vna dierum 143
vncia 53
vncus 106
vnde 191. 225. 261. 297
vnde quatuor modis 298
vndeuiginti 298
vndique 538.579
vnedo 69.508
vngo 149
vnguen 149
vnguentum 149
vnguis 46
vnicolor 40
vnicuique 404
vnimanus 58
vnio 34
vniuerſalia ſigna. 243
vnius 580
vnius cum pronominibus 277
vnoculus 672
vnoma 482
vnum ſubſtantiuum 242
vnus 244
vnus aut alter 246
vnus pro ſinguli, læ, la. 261
vnus quotæ declinationis 15
vnus & alter 246
vnuſquiſque 254.352
Vobiſcum 579
voca 478
vocabulum 398.477
vocalis ante vocalem 372
vocalitas 625
vocatis me magiſter & domine 208
vocatiua verba quinque 208
vocatiui regimẽ 203
vocatiuorum vim habentia 208
vocatiuũ verbũ 208
vociferor 398.477
voco 477
vocula 398.477
voculatio 398.477
vogeſus 479
vola 480
volatile 531
volgus pro vulgus. 658
volo 175.321
volo, & eius compoſita 169
volſcini 534
volſella 154
volſinij 537
volt pro vult 658
volubilis 524.554
volucer 27.554
volucris 83
volunx 80
voluo, & eius compoſita 161
voluox 56
volup 567
voluſius 558
voluſus 558
volutabrum. 161.496
voluto 161
volutum 405
vomanus 481.500
vomer vel mis 480
vomica 481
vomis 46
vomo 481
vomo, & eius compoſita 154
voraptus 485
vortes 655
vortex 160.655
vorto 657.665
voſcitatores, bar. 205
voſter 655.657
votum 135
voueo, & eius compoſita 135
Vpilio 479.482. 545
vpupa 492.493
Vra 552.671
vrane 501
vrania 391
vranius 501
vranos 501
vrbs 53
vrbs Romana 211
vrbanus 643
vrbs quã ſtatuo. 197
vrbẽ Patauí, pro Patauium 211
vrbicus 524
vrgeo 138
in Vrio verba 556
vrion 484.497
vro, & eius compoſita 158
vropygium 503
vrtica 527
Vſia 580
vſitata verba 641
vſque 285
vſque adeo 286
vſque antehac 286
vſque eo 286
vſquequaque 286
vſquequo 286
vſtica 527
vſucapio 580
vſura 344
vſurpo 647
vſu venit 344
vſus 190.205.344
vſus cũ participio. 328
vſus pro opus 235
Vt cũ poſitiuo. 255
de Vt regula vtiliſſima 202
vt pro quam 256
vt cum gradibus. 254
vter 63.64.72.107. 494
vter cum comparatiuo 253
vter noſtrum duorum 245
vtercunque 245
vterlibet 244
vterque 244.352
vterque & vtrique. 245
vteruis 244.573
vterus 494
vti 344.494
vtilis 495.531
vtinum 535
vtique 563.579.588
vtor, & eius compoſita 167.343.494
vtprimum 285
vtraque 502.579
vtrobi 299
vtrobique 543
vtroque 550
vtrum 245.494
vtrumnam 246
Vua 495
vulcanus 26
vulgo 399
vulgo dici 547
vulgus 53.65.107
vulpes 57.614
vulnus 77
vulpes iungere 619
vulſus 154
vultur 40
vulturius, is 557
Vxor 39
X
X litera 653.661
x ante t 654
x in alias literas mutatio 660
x in compoſitis 654
x, m, & p in eadẽ ſyllaba 661
xanthi 663.684
xantho 564.663
xanthus 663.684
xantippe 663.684
xenium 444.663
xenocrates 504.663. 671
xenodochiũ 396.663
xenodochus 680
xenodorus 663
xenophanes 663
xenophon 663
xenos 396.444.512 663
xerampelinæ 449.510 535
xeria 449
xerolibya 449.663
xerolophus. 449.663
xerophagium 449
xerophtalmia 449. 663.672
xeros 449.663
xerxes 663
in Xilis nomina 531
xiſtici 119
xiſtus 119
Xpriſma 661
xpriſtus 661
Xyla 672
xylon 691
xylopachyum 528
xyreo 691
xyſtici 510
xyſtos 510
xyſtus 691
Y
Y Græcum 651
y in Græcis 569
y & o affinitas 285
Ydria, bar. 669
Yi 80
Ys 574
Z
Z litera 653.663
z mutata in d 661
z in ſſ mutata 661
Zabulones 555
zacchlias 679
zacharias 390.416
zachias 679
zacinthos 663.684
zacynthus 49
zalates 504.553
zaram 582
zama 421
zamia 422
zamoſeis 663
Zea 105
zebedeus 388.508
zedoros 436
zedorum 436.551
zelos 608.663
zelotes 42.553.663
zelotypus 553.663
zelus 49
zene 512
zeno 663
zenodotus 553
zenón 444
zephyrus 689
zerinthus 450
zeta 663
zethis 683
zethus 683
zetis 663
zetus 663
zeucteria 611
zeugma 611.663
zeugma per omnes caſus 219
zeugma duplex 219
zeugmatis & conceptionis differentia. 218
zeuma 29
zeuxis 612
zeuzis 663
Zicanthæi 684
zizania 95.501.663
zizanium 95.501
Zmirna 663
Zoa 397
zoagria 397
zodiacus 478.663
zodoara 503
zoe 397
zoilus 397
zona 482
zoon 663
zopiſſa 483
zopyrus 663.689
zoroaſtres 485
Zuthus 663
Zyme 691
zythus 475.663.691

Facie	Linea	
10	pluralis	cum appellatiuo
25	inuidiam	Martiale
28	lio	Thyeſtes
34	ries	craſſa gummi
34	rius	puncta,aut
140	ſtionem.	ſtultitiam
146	Potius	Adedo,
156	nebant.	cantor,
162	Item	Scitum,
164	Aurea	fulcio.
185		Tortellius,
219	pto	omnis
220	lida	præeunt.
224	pro	ω
228	Quotuplici	vigecupla
233	uius	faciat
296	Venio	ad dicere
300	vel	deos
364	Genua	anhelitus
373	Quantum	cantante
373	volunt	adeſſe
388		theus,
400	Hippocrates,	Hiponam
407	Neutra	capitalis,
424	rorum	Pappa-
427	Hermolaus	populi.
442	mus,	Rhemi
443	næ,	Læmargus,
444	erat,	Ennoſigeus
452	redeunt.	Eros,
454	Callimachi.	vicus.
458	pho.	Ciche,
463	vt Timantes	quarto,
464	matilis:	Cyma
465		narunt,
471	Corinthum.	Pirenen.

Facie	Linea	
477	Dicitur	Tobias
478	nia	Codrus
484	rion,	quidam
486	Otho.	botryos,
492	Rumetum.	Vt ſumen
492	numerus,	ſeu Rumus
497	nis	Phæacius, Phæacias,Phæacas
504	Nune	gelaſino te catagelaſinum
506	briſſenſis.	Cænea
508	antro	Macedonius
508	AE ante d,	pathicus.
514	lamenia.	Neriene
514	AEſepus	AEſepius æſepia æſepium
517	nia	Cherſonneſus,
519	beſſa,	Plauto
523	terit.	locus
525	tur	crementum,
530	Iambicus	(præſtrigiatrix)
531	&	mamilla,
532		ſylus,
536	thina	Goudanus
539	ſte	Saducæi tali
544	modon	Ouidius,
549	vt	Atropos,
552	turus	nata
557	nigra	ὕρς
566	ma,	Aut
585		Anacreontium
606	περίεργος,	Periergazomai,
649	Vocalis	per ſe vocem
650	na,poenitet	foetor,
651	ne	ſynonymum.
667	iambicis	Lolligo:
680		ſcus,
691	Typhon,	Typhoeus caſſide

EXCVDEBAT ROBERTVS STEPHANVS

PARISIIS, ANN. M.D. XXXVIII.

XIIII. CAL. APRIL.

XXXII

Digitized by Google